BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7G
14

14.7-G.14

ARISTOTELIS

STAGIRITAE TRIPARTITAE PHILOSOPHIAE OPERA OMNIA ABSOLVTISSIMA,

EX OPTIMIS QVIBVSQVE, MAXImè nouis interpretibus collecta, aliquot libris aucta, recognita, argumentis ualde bonis in ſingulos libros & capita; multis inſuper Scholijs illuſtrata: ac denique in ſuum uerum & naturalem ordinem digeſta, adeò ut Ariſtotelem, hoc eſt, totius naturæ theſaurum incomparabilem habere te, qualem nulla adhuc ſecula dedere, Latinè ac dilucidè docentem, poſsis affirmare: quæ omnia ex ſequenti Præfatione, melius cognoſcere licebit.

Ad D. Maximilianum Auſtrium, Boemiæ & Romanorum Regem, Cæſarem deſignatum.

Acceſsit Rerum & uerborum in his memorabilium, locupletiſsimus INDEX.

BIBL. ROM. PROF. ... IHS



BASILEÆ, PER IOANNEM HERuagium, Anno M. D. LXIII.

QVID SINGVLAE ARISTOTELIS OPERVM PARTES

ſummatim contineant.

Prima pars continet philoſophiam rationalem, in qua & Rhetorica & poetica comprehenduntur.

Secunda pars moralem philoſophiam complectitur, hoc eſt, Ethica, Politica, Oeconomica.

Tertia pars philoſophiam naturalem, ac diuinam, quæ Metaphyſica dicuntur, comprehendit.

Quarta pars ſuperiorum trium quæſtiones, & tanquam exercitationes.

Singulorum librorum atque operum catalogum, ſingulis partibus præfixum inuenies.

PROLEGOMENA.

Præfatio utiliſsima, de dignitate, utilitate, partibus, atq; ordine philoſophiæ: qua etiam huiuſce editionis ratio explicatur.

Ariſtotelis uita ex Diogene Laertio, Guarino Veronenſe, & Ioanne Philopono.

Ioachimi Perionij de optimo genere interpretandi, iudicium.

Diogenis Laertii Ariſtoteles.

ARISTOTELIS PATRIA, PARENTES, GENVS, CORPORIS HABITVS,

ſtudia, mores, fortuna, mors.

ARISTOTELES Nicomachi Phæſtiadiſq; filius, Stagirites fuit. Porrò Nicomachus à Nicomacho Machaonis filio, Æſculapijq; nepote originem duxit, ut Hermippus in eo libro, quem de Ariſtotele ſcripſit, tradit. Conuixit autem Amyntæ Macedonum regi medicinæ & amicitiæ gratia. Hic inter omnes Platonis diſcipulos maximè excelluit, uoceq; gracili, ut Timotheus Athenienſis in libro de Vitis refert, & exilibus cruribus paruiſq; oculis fuit, ueſte inſigni, & anulis, ac tonſura utens. Natus eſt autem illi & filius Nicomachus ex Herpylide concubina, ut Timotheus ait. Receſsit à Platone dum adhuc ſuperuiueret. Vnde dixiſſe illum tradunt, Ariſtoteles in nos recalcitrauit, non ſecus atq; in matrem pulli geniti. Refert Hermippus in Vitis, cum Athenienſium legatus ad Philippum profectus eſſet Ariſtoteles, Academicæ ſcholæ præfectum fuiſſe Xenocratem: cum uerò reuerſus eſſet, ſcholamq; ſub alio uidiſſet, elegiſſe in Lyceo περίπατον, illicq; uſq; ad unctionem deambulando cum diſcipulis philoſophari ſolitum, atque inde Peripateticum appellatum eſſe. Alij idcirco ſie uocatum aſſerunt, quòd ex ægritudine conualeſcenti, ac deambulanti Alexandro aſsiſtens quædam diſſerere ſoleret. Vbi uerò iam plures eſſe cœperant, ſedens docebat, dicens:

Silere turpe me, & Xenocratem loqui.

Ad propoſitam quæſtionem diſcipulos unà exercebat, ſimul & oratoriam docens. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus eſt, Atarnenſium tyrannum, quem alij quidem delicias ac luſus ipſius fuiſſe tradunt. Alij uerò ſibi affinitate iunctum, tradita ei filia ſiue nepte, ut refert Demetrius Magneſius in libris de Poetis ac ſcriptoribus æquiuocis, qui & Eubuli ſeruum Hermiam fuiſſe ait, Bithynium genere, quem & dominum ſuum enecaſſe. Porrò Ariſtippus in primo de antiquis delicijs libro, Ariſtotelem ait Hermiæ concubinà adamaſſe, quam ille cum ſibi permiſiſſet, duxiſſe eam, & gaudio elatum immolaſſe mulieri, ut Athenienſes Eleuſinæ Cereri, Hermiæq; pæana ſcripſiſſe, qui ᾄδει, hoc eſt intus ſcriptus eſt. Hinc in Macedonia apud Philippum uixiſſe, atque ab eo Alexandrum filium erudiendum accepiſſe, petiſſeq; inſtaurari ſolum patrium à Philippo euerſum. Id ubi imperraſſet, dediſſe illis leges. In ſchola quoque leges tulit imitando Xenocratem, ut decendialem principem facerent. Vbi uerò Alexandro inſtituendo ſatis uiſus eſt nauaſſe operam, eumq; ſibi deuinxiſſe, commendato illi cognato Calliſthene Olynthio, Athenas conceſsit. Eum audacius quàm par erat alloquentem regem, & minimè illi obſequentem, ab ipſo increpitum aſſerunt uerſu, admonente ni talia loqui deſiſteret, maturè periturum, quod & factum eſt. Verſus autem ſic habet:

Qualia mi loqueris, uereor ſis nate ſuperſtes.

Namq; Hermolao in Alexandrum inſidiarum ſocius fuiſſe deprehenſus, cauea ferrea circunduci, pœdore atque ſqualore oblitus, leoni poſtremò obiectus eſt, ſicq; exceſsit è uita. Enimuerò Ariſtoteles Athenas profectus, cum illic tredecim annis docuiſſet, clam in Chalcidem conceſsit, quòd ab Eurymedonte hierophanta impietatis accuſatus eſſet, ſiue, ut Phauorinus ait in omnimoda hiſtoria, à Demophilo, quòd hymnum in eum, quem prædiximus Hermiam ſcripſerit, quodq; hoc epigramma ſtatuæ, quæ in Delphis eſt, incidi curauerit:

Impius hunc quondam Perſarum morte tyrannus
Mulctauit, uiolans iuſq; nefaſq; uirum.
Nam neq; collato oppreſsit certamine, uerùm
Inſidioſe hominis uſus amicitia.

Hic uerò, ut ait † Eumolus in quinto hiſtoriarum, aconitum bibens, mortuus eſt ſeptuageſimo ætatis anno. In quem eſt noſtrum hoc epigramma: *aliàs Hermipus.*

Nuper Ariſtotelem, læſa ut pietate nocentem
Detulit Eurymedon ſacrificus Cereris.
Ille aconita bibens ſubterfugit. certè aconiti
Hoc erat iniuſtum uincere ſacrificum.

Idem uerò refert ipſum Platoni trigenarium ſe in diſciplinam dediſſe, ſed profectò fallitur. Nanque ſeptimodecimo ætatis anno Platonem audire cœpit. Eſt autem hymnus huiuſmodi:

Virtus laborioſa generi mortalium, honeſtiſsimum uitæ humanæ incitamentum. Pro tua ſiquidem forma ô uirgo, expetenda eſt in Græcia mortis conditio, & grauium aſsiduorumq; laborum tolerantia. Talem nimirum inferis hominum animis fructum, planè immortalem, & auro præſtantiorem, parentibusq; ipſis, ſomnoq. dulciſsimo. Nam in gratiam tuam Iouis Hercules, & Ledæ filij multa

lij multa

hij multa perpeſsi ſunt, qui quid poſſent, opere declararunt. Quin & tui deſiderio Achilles, & Aiax ad inferos penetrarunt, tuæq; formæ luculentiſsimæ gratia Atarneæ ciuem ſolis priuauit lumine. Quò enim clarus ſpectatusq; rebus geſtis? Hunc immortales meæ auctiorem reddent Muſæ, quæ Iouis hoſpitalis decus augere ſolent.

Primam hunc orationem iudicialem pro ſeipſo ſcripſiſſe, cum huius criminis argueretur, Phauorinus in omnimoda hiſtoria autor eſt, ac dixiſſe Athenis:

Odyſſeæ lib. 7. *Et pyra nata pyris, ficusq; in ficubus extant.*

Ait autem Apollodorus in Chronicis natum illum anno primo, nonageſimæ nonę Olympiadis, perrexiſſeq; ad Platonem decimoſeptimo ætatis anno, annosq; uiginti apud eum fuiſſe commoratum. Tum uerò ueniſſe Mitylenem principe Eubulo, quarto anno centeſimæ octauæ olympiadis. Verùm Platone primo anno functo uita, ſub Theophilo profectum eſſe ad Hermiam, manſiſſeq; annos tres. Sub Pythodoto autem ſe contuliſſe ad Philippum ſecundo anno centeſimæ nonæ Olympiadis, Alexandro quintumdecimum iam annum ætatis agente. Athenas uerò conceſsiſſe ſecundo anno centeſimæ undecimæ Olympiadis, atque in Lyceo tredecim annos docuiſſe, ac demum perrexiſſe Chalcidem, tertio anno centeſimæ quartædecimæ Olympiadis, morboq; periſſe, cum eſſet annorum fermè ſexaginta trium. Quo etiam tempore Demoſthenes in Calabris defunctus ſit ſub Philocle. Fertur autem ob Calliſthenis inſidias in Alexandrũ, infenſum fuiſſe regi, illumq; ad eum contriſtandum Anaximenē extuliſſe, ac miſiſſe Xenocrati dona. Luſit in eum epigrammate Theocritus Chius, ut ait Ambryon in libro de Theocriti uita, in hunc ſenſum:

Hermiæ eunuchi ſimul Eubuliq; ſepulchrum,
Mente uacans uacuum ſtruxit Ariſtoteles.

Timon quoque ſic illum agit:

Sed neq; Ariſtotelis leuitas miſeranda loquacis.

Hæc uita philoſophi fuit.

ARISTOTELIS TESTAMENTVM.

Cæterùm nos ipſius quoque teſtamenta legimus in hunc fermè modum: Bene quidem ac ritè erit. Quod ſi quid contigerit, ita legauit Ariſtoteles. Curatorem quidem omnium & per omnia iuſſit eſſe Antipatrũ. Quoad uerò Nicanor adoleſcat, curatores ac tutores inſtituit Ariſtomenem, Timarchum, Hipparchum, Cliotelem, & Theophraſtum ſi uoluerit, ac ſi curam ſuſcipere uelit filiorũ, & Herpylidis, rerumq; omnium. Cumq; puella fuerit matura uiro, tradi illam Nicanori. Sin uerò puellæ quippiam contigerit, quod abſit, uitaq; priuſquam connubio iungatur, ſiue etiam poſtquã nupſerit antequam filios procreet, exceſſerit, Nicanor dominus eſto, ut & de puero & de cæteris dignè nobis ac ſeſe diſponat. Curet autem Nicanor & de puella & de puero Nicomacho, nihil ut illis deſit, patris ac fratris unà implens munus. Quod ſi Nicanori quippiam contigerit, quod abſit, ſiue priuſquam puellam duxerit, ſiue poſtquam duxerit, nondum filijs natis, quæ quidem ille inſtituerit, ea rata ſunto: ſin autem uoluerit, & Theophraſtus puellæ curam habeat. Sin aliàs, curatores habito cum Antipatro conſilio, & de puella & de puero diſponant, ut eis uidebitur optimum. Curam autem habeant tutores & Nicanoris mei, & Herpylidis memores. nanque erga me ſtudioſa plurimùm fuit, cæterorumq; omnium. Et ſi uirum accipere uoluerit, curent, ne indignè nobis locetur. Dentq; illi præter ea quæ antea acceperat, de noſtra ſubſtantia, talentum argenti, tresq; ſi uoluerit, famulas, & ancillam quam habet, & Pyrrhæum puerum. At ſi quidem in Chalcide habitare uoluerit, hoſpitium quod ad ortum eſt: ſin autem in Stagiris, paternam domum. Vtrum uerò horum maluerit, ſtudeant procuratores domum ita neceſſaria ſupellectile inſtruere, ut & ſibi honeſtè, & Herpylidi ſufficienter inſtructa uideatur. Curæ ſit autem Nicanori & Myrmecem puerum nõ indignè nobis ad ſuos referri, cum eius, quas cepimus, facultatibus. Sit autem & Ambracis libera, cumque puella uiro tradetur, quingentas illi drachmas, ancillamq; quam habeat, dari iubeo. Sed & Thaleti præter ancillam, quam habet emptam, drachmas mille, & ancillulã. Simo quoq; abſq; priore pecunia, in puerum alium, ſiue puerum emi, ſiue pecuniam dari. Tychonem eſſe liberum cum puella nupſerit, Philonemq; & Olympium, eiusq; filiolum. Porrò eorum qui mihi famulantur, puerorũ nullum uendi nolo, ſed hæredes eis uti. Cum uerò adulti erunt, pro merito dimitti liberos nolo. Curẽt item ut conſumentur, quæ Gryllioni ſunt traditæ exculpendæ imagines. Vbi uerò perfectæ erunt, ſuis imponantur locis. Nicanoris quoque ac Proxeni quam ſculpendam cogitabam, matrisq; Nicanoris: Arimneſti uerò quæ perfecta eſt, ſuo ſtatuatur loco, ut ſit ipſius monumentum, quia ſine liberis defunctus eſt. Matris quoque noſtræ Cererem in Nemea locet, aut ubicunq; uidebitur. Vbi uerò tumulum fecerit, ibi & Pythiadis ſublata oſſa condat, ſicut ipſa præcepit, ſiſtat, & ſeruari Nicanoris uotum, quod pro illo uouimus. Animalia lapidea cubitorum quatuor Ioui ſeruatori, ac Mineruæ ſeruatrici in Stagiris. Hæc teſtamentorum ipſius ſeries fuit. Fertur autem ollas plurimas repertas eſſe, Lyconemq; dicere, illum in pelui calentis olei lauari ſolitum, oleumq; uenundare. Quidam utrem calentis olei ſtomacho illum imponere conſueuiſſe tradunt, & cum ſe ad quieſcendum componeret, æream ſphæram tenere in manu pelui ſubiecta, eo conſilio, ut cum dormientis manu excuſſa ſphæra in ſubditum æreum uas incidiſſet, ſono illius excitus exurgeret.

ARISTOTELIS APOPHTHEGMATA.

Eius eſſe præclaras iſtas ſententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarentur? ut

cum

cum uera inquit, dixerint, non illia credatur. Cum ſibi probro daretur, quòd flagitioſo homini tuliſſet opem: Non, inquit, mores miſeratus ſum, ſed hominem. Amicis ac diſcipulis iſta conſueuerat dicere, ubicunq; moraretur: Aſpectus quidem à circumfuſo aere lumen accipit, animus autem à diſciplinis liberalibus. Sæpenumero cum in Athenienſes inueheretur, aiebat illos frumenta & leges inueniſſe: uerùm fruinentia quidem uti, nō autem legibus † ſtudiorum liberalium amaras radices, fructus autem dulces eſſe aſſerebat. Rogatus quidnam citò conſeneſceret? gratia, inquit. Quid ſit ſpes? nigilantis ait, inſomnium. Diogene caricam porrigente, cogitans niſi acciperet, illum dictum aliquod meditatū, ſumens: Diogenes, inquit, caricam ſimul cum dicto perdidit. Rurſus ab eo porrectam accipiens, atque puerili more in ſublime eleuans eum dixiſſet, magnus Diogenes, eam illi reddidit. Tria dicebat pueris eſſe neceſſaria, ingenium, exercitationem, diſciplinam. Audierat aliquando ſe à quodam maledictis eſſe laceſsitum. Tum ille, abſentem, inquit, etiam uerberet. Dicebat polchritudinem plus, quàm epiſtolas omnes ualere ad commendationem. Plerique Diogenē ita ſtatuiſſe aſſerunt: Ariſtotelem uerò formam, donum dixiſſe: eandem Socrates exigui temporis tyrannidem appellauit: Plato naturæ priuilegium, Theophraſtus tacitam deceptionem, Theocritus uerò eburneum detrimentum, Carneades regnum † ſolitarium. Rogatus quid differrent docti ab indoctis: Quò, inquit, uiuentes à mortuis. Eruditionem dicebat inter proſpera eſſe ornamentū, inter aduerſa refugium. Parentes qui liberos erudiendos curaſſent, longè honorabiliores eſſe hia qui ſolùm genuiſſent. Eos enim uiuēdi tantùm, illos etiam bene beateq; uiuendi autores eſſe. Glorianti cuidam quòd magnæ eſſet urbis eiuis: Noli, inquit, boc attendere, ſed au dignus ſis magna & illuſtri patria. Rogatus quid ſit amicus? Vna inquit, anima in duobus corporibns habitans. Homines pleroſqne dicebat ita eſſe parcos, ac ſi ſemper uicturi eſſent: alios tam prodigos, ac ſi continuò morituri. Percontanti cur honeſta forma præſtantibus diutiua congredimur? Cęci, inquit, huiuſce interrogatio eſt. Rogatus quid ex philoſophis lucratus fuiſſet? Hoc, inquit, ut iniuſſus ea faciam, quæ plerique per legum metum faciant. Interrogatus quo pacto diſcipuli egregiè proficerent? Si excellentiores, ait, proſequentes, tardiòres non morentur. Loquaci homini cum illum improbè probris multis obtudiſſet, dicenti, Num te ſatis obtudi? Herclè, inquit, nō tibi animū aduerti. Cauſanti cnr ſtipem non bono homini dediſſet, nam & ita contigiſſe ferunt: Non, inquit, homini dedi, ſed humanæ ſorti. Rogatus, erga amicos quales eſſe debeamus? Quales, inquit, eos erga nos eſſe optamus. Iuſtitism dicebat uirtutem animi unicuique ſecundum dignitatem diſtribuentem. Diſciplinam optimum eſſe dicebat uiaticum ad ſenectutem. Refert Phauorinus in ſecundo commentariorum, illum crebrò dicere ſolitum, O amici, amicus nemo. Et iſta quidem ad illum referuntur.

aliàs eruditionis

aliàs abſq; ſatellitio, uel inerme.

SCRIPTA ARISTOTELIS.

Conſcripſit autem & complura uolumina, quæ & ſumma illius ingenij uis, ac præcipua circa omne orationis genus exercitatio clarius eluceat, ſubnectenda neceſſariò exiſtimaui. De iuſtitia libros qoatuor. De poetis tres. De philoſophia tres. De Republica duo. De Rhetorica Gryllns unū. Nerinthus unnm. Sophiſta unum. Menexenus nnum. Amatorius unum. Conuiuium unum. De diuitijs unum. Exhortationum unum. De animo unum. De precatione unum. De nobilitate unum. Alexander ſeu de colonis unum. De regno unum. De doctrina unum. De bono tres. De Platonia legibus tres. De eiuſdem Repub. duos. Oeconomicus unum. De amicitia unum. Quid ſit tolerare ſiue tolerantia unum. De diſciplinis unum. De his quæ in contentionem cadunt duos. Solutiones eorum qnæ in contentionem ueniunt, quatuor. Diuiſiones Sophiſticæ quatuor. De contrarijs unum. De ſpeciebus & generibus nnum. De proprijs unum. Commentatoria ἐπιχειρηματικῶ, tres. Propoſitiones de uirtute tres. Obiectiones unum. De his quæ quot modis dicuntur, ſiue ſecundū propoſitum nnum. De elementis tres. De ſcientia unum. De perturbationibus iræ unnm. Moralium quatuor. De principio unum. Diuiſiones xvij. Diuiſibilium unum. De interrogatione & reſponſione duo. De motu unum. Propoſitiones unum. Propoſitiones contentioſæ, quatuor. Syllogiſmi unnm. Priorum analyticorum nouem. Poſteriorum analyticorum maiorū duo. De quæſtionibus ad diſciplinam pertinentibns octo. De meliore unum. De idea unnm. Termini topicorum ſeptem. Syllogiſmorum dno. συλλογιστικῶν & definitiones unum. De eligibili & accidenti unum. De ijs quæ ante locos ſunt unum. Topicorum ad definitiones duo. Perturbationum unum. Diuiſibilium unum. Mathematicus unum. Definitiones tredecim. Epicherematum duo. De uoluptate unū. Propoſitionnm unum. De uoluntario unum. De pulchro unū. Quæſtiones epicherematicæ xxv. Quæſtionea de amicitia duo. Quæſtiones de anims unum. Politicorum duo. Politicæ auditionis, ſicut Theophraſti, octo. De iuſtis duo. Artium introductio duo. Artis Rhetoricæ duo. Ars unum. Alia ars duo. Methodicum unum. Artis Theodecti introdnctionis unum. Artis poeticę libros duos. Enthymemata Rhetorica. De magnitudine unum. Enthymematum diuiſiones unum. De dictione dno. De conſilio unum. Collectionis duo. De natura tres. Phyſicon unū. De Archytæ philoſophia tres. De Speuſippi Xenocratiſq; philoſophia unum. Ex Timæi Archytæq; diſciplinis ſumpta, unū. Adnerſus Meliſsi dicta unum. Aduerſus Alcmæonia dicta nnum. Aduerſus Pythagoricos unū. Aduerſus Gorgiam unum. Aduerſus Xenocratem unum. Aduerſus Zenonis ſcita unum. De Pythagoricis unum. De animalibus nonem. Anatomorum octo. Electio anatomorum unum. De compoſitis animalibus unum. De ſabuloſis animalibus unum. De non giguendo unū. De plantis duo. Phyſiognomicon unum. Medicinalia duos. De monade unum. Signa tempeſtatum unum. Aſtronomi

con ſpeculatiuus uuum. De motu unum. De Muſica unum. Memoriale unum. Homericarum ambiguitatum ſex. Poetica unum. Naturalium ſecundum elementa, triginta octo. Inſpectorum problematum duos. Liberalium diſciplinarum duos. Mechanicus unum. Problematum ex Democrito ſex. De lapide unum. Parabolæ unum. Iuordinata xij. Expoſita generatim xiiij. Iura unum. Olympionicæ unum. Pythionicæ muſices unum. Pythicus unum. Pythiouicorum † [elenchi] argumenta unum. Dionyſiacæ uictoriæ unum. De tragœdijs uuum. Doctrinæ unum. Prouerbia unum. Lex commendatitia unum. Legum quatuor. Prædicamentorum unum. De iuterpretatione unum. Reſpublicæ urbium, centum quinquaginta octo. Seorſumq; ad Philippum de populari, paucorumque & optimatum & tyrannorum rep. epiſtolæ. Selymbriorum epiſtolæ. Ad Alexandrum quatuor. Ad Antipatrum nouem. Ad Mentorem unam. Ad Ariſtonem unam. Ad Olympiadem unam. Ad Hephæſtionem nuam. Ad Themiſtagoram unam. Ad Philoxenum unam. Ad Democritum uerſus, quorũ initium eſt, Sancte Deum. Elegiæ, quarum eſt initium, Formoſæ matris filia. Sunt in ſumma uerſus omnes plus minus quadrageſies quinquies mille, trecenti & triginta. Hæc librorum illius ſeries, hic numerus, iu quibus quid agat, ſummatim expouendum eſt.

PERIPATETICORVM PLACITA.

Duplicem eſſe philoſophiæ ratiouem. alteram uerſari circa actus, appellariq; πρακτικὴν: alteram in intelligentia & ſpeculatione conſiſtere, & θεωρητικὴν dici. Ad actionem pertinere ethicen & politicen, qua in parte tum de publica, tum de familiari re agi. Ad intelligentiam phyſicen logiceuq; referri. Porrò logicen inſtrumentum eſſe exactiſſimum. Eius cum geminam deſtinationem ac ſcopũ ſubieciſſet, uériſimile ac uerum, ad utranq;, duarum maximè rerum uiribus nititur. Namq; ad ueriſimile ſeu probabile, oratoria & Dialectica: ad uerum autem analytica & philoſophia uſus eſt, nihil omoino omittens eorum quæ uel ad inuentionem, uel ad iudicium, uel etiam ad uſum pertinerét. Euimuero ad inuentionis adminicula, atque ad eas res quæ ſpeculationi & arti inſeruiunt, propoſitionum multitudinem tradidit, ex quibus quæſtiones probabilium epicherematum elicere affatim licet. Porrò ad iudicandum analytica priora & poſteriora conſcripſiſſe, prioribus aſſumptionũ iudicia permittens, poſterioribus collectionis examen tradens. Cæterùm ad iudicandum ea quæ ſub certamen cadunt, quæq; iu interrogatione uerſantur, & contentioue ſophiſticorum argumentorum, atque ſyllogiſmis atque his ſimilibus. Veritatis uerò iudicium earum quidem, quæ ſecundum imaginatiouem ſunt, actionum ſenſum definiuit. Moralium uerò, ubi de republica, ac domeſtica, ubi de legibus agitur mentem. Finem autem unum expoſuit, uirtutis uſum in uita perfecta. Felicitatem ait plenitudinem ex tribus maximè bouis couſtautem, ijs nimirum quæ iu animo ſunt, quæ & priora uiribus appellat: ijs quæ ad corpus attinent, ut ſunt bona ualetudo, fortitudo, pulchritudo, cæteraq; his ſimilia. Atq; ijs quæ extrinſecus ueniunt, diuitijs, nobilitate, & claritudine, atque in hunc modum cæteris, quibus tertium locum aſsignauit. Virtutem ad beatam uitam ſibi minimè ſufficere dixit, quippe corporis bonis exterioribusq; indigere. Miſerum atq; infelicem fore ſapientem, ſiue doloribus afficiatur, ſiue inopia, & cęteris huiuſmodi incommodis prematur. Vicium autem ad miſeriam atq; inſelicem uitam ſufficere, quantumlibet corporis affluat bonis. Virtutes ait, non ſe inuicem ſequi. Fieri enim poſſe, ut prudens quiſpiam ac iuſtus, idemq; intemperás atq; incontinens ſit. Sapientem quidem non omniuo perturbationibus uacare, uerùm perturbari modicè dixit. Amicitiam æqualitatem eſſe definiuit reciprocæ beneuolentiæ. Eius tres ſpecies eſſe tradidit. Eſſe quippe aliam cognationis, aliam amatoriam, tertiam hoſpitalem. Amorem uon modò cougreſsionis, uerum & philoſophiæ eſſe. Amaturum quoque ſapientem, atque acceſſurum ad Rempub. ducturumq; uxorem, & cum rege unà uicturum. Tribus autem generibus uitæ conſtitutis, primo quod in ſpeculatione, ſequenti quod in actu, & tertio quod in uoluptate conſiſtit. Speculatiuum genus ſemper prætulit. Liberales diſciplinas ad apprehenſionem uirtutis multum conferre ſenſit. In deſcriptione rerum naturalium præter cæteros rationem maximè ſecutus eſt, adeò ut minimarum quarumq; rerum reddiderit cauſas. Vnde & naturalium commentariorum complura ſcripſit uolumina. Deum ſicut & Plato incorporalem definiuit, eiusque prouidentiam ad cœleſtia uſque pertingere, ipſum uerò immobilem eſſe. Porrò terrena omnia ad cœleſtium congruentiam ordinemq; diſponit. Præter elementa iſta quatuor eſſe, & quiutum aliud, ex quo cœleſtia conſiſtát, eiusq; motum orbicularem eſſe uarium. Animam item iucorpoream, primamq; eſſe ἐντελέχειαν, corporis uempe uaturalis, & organici potentia uitam habentis. Eſt autem ea iuxta illum duplex. Entelechiam uerò appellat, cuius ſit ſpecies quædam incorporea. Altera ex his quidem ſecundum potentiam, ut eſt Mercurius in cera informis quidem, ſed idoneus ad percipienda lineamenta, ſicut item in ære ſtatua. Secundum uerò habitum entelechia dicitur, ea quæ eſt conſummatæ ac perfectæ Mercurij ſtatuæ. Naturalis autem corporis dixit. nam ſunt corpora alia quidem manu & arte elaborata, ut ſunt quæ ab artificibus fiunt, puta turris atq; nauis. Alia uerò ſic à natura prodeunt, ut arbores, & animalium corpora. Porrò organici dixit, hoc eſt ad aliquid parati & conditi, ut eſt ad uidendum oculus, auriſq; ad audiendum: uirtute autẽ uitam habentis, ut puta in ſeipſo. Virtutem autem uel potẽtia minus eſt ſecundum efficaciam. Secundum actionẽ aũt, ut uigilans habere animã dicitur: ſecundum habitũ aũt, ut dormiens. Vt igitur & bic intelligatur, adiecit potentia. Multa igitur eiuſmodi & alia, & de alijs multis in hunc modum philoſophatus eſt, quæ perlongum eſſet enumerare. Cunctis enim in rebus ſummo ſtudio atq; induſtria fuit, inuentioniſq; incredibili copia ui

guit,

guit, ut ex his quæ ſuprà annotauimus, uoluminib. cóſtat, quę ad quadringenturũ numerũ ferè peruenióſt, de quib. nihil ambigitur. Nam ſunt & alia cópluraq́ ipſi aſcribuuntur uolumina atq; ſentẽtię.

OCTO FVISSE QVI ARISTOTELIS NOMINE VOCARENTUR.

Verumenimuerò octo fuere Ariſtoteles. Primus hic ipſe. Secundus qui Athenis Remp. adminiſtrauit, cuius etiam iudiciales leguntur orationes ſanè quàm elegantes. Tertius qui in Iliadem Homeri ſcripſit. Quartus Siculus orator, qui ad Panegyricũ Iſocratis reſcripſit. Quintus qui cognominatus eſt Mythus, Æſchynis Socratici neceſſarius. Sextus Cyrenaicus, qui de poetica ſcripſit. Septimus pædotriba, cuius meminit Ariſtoxenus in Platonis uita. Octauus grammaticus obſcurus & ignobilis, cuius de pleonaſmo ars legitur. Huius autem Stagiritę philoſophi complures quidem fuere diſcipuli, ſed omnibus maximè præcelluit Theophraſtus.

ARISTOTELIS VITA, GVARINO VERONENSI AVTORE.

ARiſtoteles philoſophus, ex oppido fuit nomine Stagira, obſcuro quidẽ per ſe, niſi quòd huius uiri claritate refulſit. Patrẽ uerò habuit Nicomachũ, medicinę profeſſorẽ artis. Genus primùm in Machaonẽ Æſculapij filium continuata certiſsimaq; ſucceſsione referebatur. Ipſe uerò Nicomachus apud Amyntã Macedoniæ regẽ, Philippi patrẽ, & medici & amici locũ obtinẽs, multũ & gratia & opibus in regno potuerat. Ex hoc Ariſtoteles natus eſt anno primo, ut quidã tradunt, nonageſimę nonę Olympiadis. Matrẽ quoq; habuit nõ obſcuri generis, nomine Pheſtiada. cuius imaginẽ à Protogene pictã fuiſſe inter celeberrimas refert Plinius: quod & claritatis, & formæ indiciũ eſt. Ariſtoteles aũt prima ętate in Macedonia educatus ubi adoleſcere cœpit, Athenas ſtudiorũ gratia miſſus, cum cæteris operã diſciplinis haud ſegnẽ dediſſet, tandem Platoni per id tẽpus Academiã mira diſcipulorũ celebritate incolẽti, in philoſophia adhæſit. Decimoſeptimo ætatis anno fuiſſe perhibẽt, cũ Platonẽ audire primùm incœpit. Eius diſciplinæ uiginti annis perſeuerauit auditor, nihil omittens ex his artibus quæ ad ſummũ futurũ philoſophũ pertinere uidebantur. Erat in eo acritas ingenij ſumma, nec ſane minor aut uigilãtia, aut ſedulitas. Cupiditate uerò diſcendi ita flagrabat, ut nullũ diſciplinarũ genus ſibi incognitũ pateretur. Itaq; nõ in utraq; modo philoſophia præſtitit, ſed in dialecticis & mathematicis longè primus habebatur. Nec in his tantũ, ſed & poeſeos perfectã quãdam cognitionẽ adiunxerat. Hiſtoriæ uerò ita curioſus, ut neq; cœlo, neq; terra, neq; mari quicquã relinquere uellet incognitũ. Indole pręterea mirabili, ut ad ſingula natũ pręcipuè dicas, ut & carmina ab eo pulcherrimè ſcripta, & ſolutę orationis copia ornatusq; oſtendit. Mortuo Platone ad Hermiã Atarnei tyrannũ profectus, triennio ferè apud illũ deſedit. Hanc eius morã nõnulli obtrectatores uehemẽter carpſere, quaſi parũ philoſopho congruentẽ: lacerantq; hoc in loco maximè pro ancillæ cuiuſdã amoribus penè inſanis, quorũ gratia illũ deſediſſe apud Hermiã quidã ſcripſere. Extatq; in eum epigrãma nobile Theocriti Chij, amariſsimis ſanè uerbis obſcœnitatẽ & deſidiã illi exprobrãtis. Sed hæc omnia ut falſa & ab obtrectatorib. ficta exiſtimẽ, facit quòd mox inde protinus in Macedoniã euocatus à Philippo, & alijs rebus auctus honeſtatusq; eſt, & Alexandro filio in diſciplinã tradito, maximã autoritatẽ in regno promeruit. Nam illuc quidẽ adduci nõ poſſum, ut exiſtimẽ hominẽ minus integra fama, in eo ipſo tẽpore à præſtantiſsimo rege, aut tantopere appetitũ euocatũq;, aut unicũ tantæ ſpei filiũ huic potiſsimùm creditũ. Et ſimul à Demetrio Magneſio ſcriptũ reperio, neceſsitudinẽ quandã Ariſtoteli cũ Hermia fuiſſe, quod eius neptẽ in matrimonio haberet, eoq; ueluti officio retentũ penes illũ fuiſſe. Sed poſtq̃ in Macedoniã redijt, honore ac dignitate longè primus habebatur, ut admiraretur eius ſapientiã rex, quaſi decus ingens regni ac felicitatem ſuorũ temporũ æſtimaret. Apparet id in epiſtola Philippi, quã ad Ariſtotelem de Alexandro ſcripſit: Filiũ, inquit, mihi genitũ ſcito: quod equidem dijs habeo gratiam, nõ tam proinde quia natus eſt, q̃ pro eo quod naſci contigit tẽporibus uitæ tuæ: ſpero enim fore, ut educatus eruditusq; à te, dignus exiſtat & uobis, & rerũ iſtarum ſucceſsione. *Gell. li. 9. ca. 3.* Decẽ fermè annos circa Alexandrũ fuiſſe uidetur, nec tamẽ in eo ſolũ occupatus, ſed & per id tẽpus multa per ſeipſum, multa & per regis potẽtiam inquirens, occultiſsima naturæ indagabat: Alexandro deinde in Aſiam cũ exercitu profecto, ipſe Athenas redijt, & ſui copiã in Lycæo exhibere cœpit, Xenocrate per id tempus Academiã obtinente. Docebat uerò inambulãs plerũq;, auditurũ turba circumfuſus, ex quo ipſe ſectatoresq; eius Peripatetici philoſophi nuncupati ſunt. Sunt tamẽ qui tradant partẽ illã gymnaſij in qua docebat, peripatũ, id eſt, deambulatoriũ fuiſſe: itaq; ut Academici Stoiciq; à loco dicti ſunt, ſic etiã Peripateticos de loco ipſo cognomentũ ſuſcepiſſe. *Peripatetici unde dicti.* Tredecim annis in Lycæo florentiſsimè docuit, cóplureſq; ſua diſciplina clariſsimos uiros effecit. Tandem uerò cõmuni illa philoſophorũ inuidia, quod nõ recta de dijs ſentiret accuſatus, metuens ne ut quondã Socrati, ſic & ſibi in iudicio pereundum foret, Antipatri quoq; amicitiã, qui tunc Athenienſib. odioſus erat, ne ſibi noceret formidans, deſerta ſui defenſione, Chalcidẽ abijt, ibiq; de cætero fuit, quoad è uita deceſsit. Nunc uerò quoniã curſu quodã celerrimo præteruecti, ſpaciũ illius uitæ conſpeximus, flectenda iterũ ratis eſt ad mores eius uiri, & domeſtici uſus quaſi figurã diſciplinamq;, & librorũ ab eo ſcriptorũ multitudinẽ intuendum. Formæ quidem fuit haudquaq̃ conſpicuæ, duobus tamen præcipuè dehoneſtabatur, gracili-

tate crurũ,& puſillitate oculorũ.Itaq; quo dignitatẽ quandam redimeret aduerſum corporis uitia,
& ueſtitu pauló inſigniori utebatur,& anulis digitos honeſtabat, & tonſuram cæterumq; corporis
cultũ de induſtria adhibebat,cũ tamen reliqua in uita modeſtiſsimus eſſet.Mores aũt in eo graues,
& ab obſcœnitate ridiculoq; alieni fuere,cæterũ mites, & qui benignitatẽ potius haberent, q̃ præ
ſe ferrent.Extat eius humanitas atq; dilectio in patriã,in ſuos,in familiã,in diſcipulos,in omne de-
niq; genus hominũ,quã pauló poſt ſingulatim proſequemur. Patrimoniũ fuit illi ſatis amplũ, cùm
ex hæreditate paterna,tum ex regũ largitione.Nam & prædia in Stagiris habuit,& redditus,ex qui
bus modeſtè ſimul liberaliterq; uitam duxit cũ uxore,filijs,& amicis.Plenã illius domũ ſeruis fuiſ-
ſe,nec maribus modó,uerumetiã fœminis,teſtamento eius apparet. Memorat enim permultos u-
triuſq; generis:deinde mandat neminẽ uenundari eorũ qui ſibi ſeruiuerint,ſed liberos dimitti, qui
buſdam tamẽ in ſeruitio filiorũ uxoriſq; nominatim relictis.Vxores uerò habuit duas, Phitaida ſci
licet & Herpilidem:quarũ Phitaida alij filiã,alij neptẽ Hermiæ Atarnei,de quo ſuprà diximus: Her
pilidem uerò pleriq; ancillã eius fuiſſe tradidere,mortuaq; uxore prima, conſuetudine ab ea rece-
pta,mox procreatis filijs,pro uxore habitam.Ex hac Herpilide Nicomachus filios illi natus eſt, ad
quẽ ſunt Ethicorũ libri,& filia Nicanori deſpõſata. Stagira urbs à Philippo euerſa, ut reſtitueretur
ab rege obtinuit,legeſq; & formã Reip.ipſe deſcripſit,qua poſtmodũ ea ciuitas uſa eſt, habuitq; li-
cet abſens diligentiſsimã patriæ curã. Ciues autẽ ob hæc merita tanto in honore illũ habuere, ut fe
Ariſtotelis celebritas. ſtos dies & ludos quotannis etiã eo uiuente faciendos illi publicè dedicarent: feſta ipſa celebritas
Ariſtotelia nũcupata.Et in patriã quidem hæc illius beneficia extãt.In ſuos uerò ac neceſſarios tan
ta charitate beneuolentiaq; fuit,ut penè ſuperflua atq; nimia illius obſeruãtia uideatur. Nicanorẽ
genero ægrotãte pro eo uota fecit,ſi incolumitatẽ reciperet,ſtatuas ſe duas:alterã Ioui ſeruatori, al
terã Iunoni ſoſpitæ dedicaturũ.Diſcipulis uerò multùm detulit,amauitq; unicè,præſertim eos qui
excellere uiſi ſunt.Extant eius in Theophraſtũ permulta charitatis amoriſq; indicia,& illud in pri-
mis,quòd ipſum licet imparẽ genere,tamẽ generũ ſibi teſtamẽto deſignat,ſi quid Nicanori cõtinge
ret, ꝑpter quod alteri filia tradenda foret. Curam uerò omnẽ filiorũ ac rerũ ſuarum,arbitrio fideiq;
propinquorũ,diſcipulorũq; cõmiſit,Antipatro duntaxat ob honorẽ adiecto. Calliſthenẽ uerò uſ-
queadeò amauit,ut aduerſus Alexandrũ regẽ grauiſsimas inimicitias ꝓ eo ſuſcipere nõ dubitarit.
Fuit aũt Calliſthenes Ariſtotelis diſcipulus,neceſsitudine etiã quadã materna ſtirpe ſibi cõiunctus,
excellentiſsima diſciplina iuuenis. Hic ad regẽ ab Ariſtotele miſſus,cũ in Aſiam illũ proſequeretur,
quaſi Hermolai cõiurationis autor ab Alexandro interfectus eſt.Atqui cõſtat falſo obiectũ illi cõiu
rationis crimẽ:cæterũ odioſum faciebat regi nimia in diſputando libertas, & contentionũ pertina
cia,quã ob cauſam interfectus ab illo putatur. Tulit igitur huius necẽ perindignè Ariſtoteles, nec
uerbis quereliſq; liberiorib.pepercit.Hinc & regis inſenſio ſequuta eſt nõ latẽs neq; obſcura. Itaq;
ad Antipatrũ ſcribẽs Alexander,cũ huius cõiurationis mentionẽ feciſſet, ſeſe exacturũ pœnas mi-
nitatur nõ à Calliſthene modò,uerumetiã ab his qui illũ ad ſe miſiſſent,de Ariſtotele nõ dubiè ſen-
tiens:miſſaq; per idem tẽpus ab Alexandro dona Xenocrati ampliſsima fuerunt,nõ tam ut illũ ho-
noraret, q̃ ut Ariſtotelem ab ſe præteritũ deſpectũq; oſtenderet. At Ariſtoteles poſthac celatim fa-
uiſſe Antipatro,quo regnũ Macedonię retineret,exiſtimatus eſt.Tempora quibus Athenis fuit,in-
quieta porrò,difficiliaq; fuere,ob timorẽ Alexãdri poſt Thebas euerſas ciueſq; expoſtulatos, mox
ob Antipatri ſuſpiciones atq; certamina. Quo quidẽ tẽpore principes illi oratores Demoſthenes,
Hyperides,Demades,Æſchynes,diuerſa in Repub.ſentiẽtes,crebris turbulentiſq; cõcionibus om
nia cõmiſcebant.Tutus tamẽ inter has procellas Ariſtoteles fuit uſq; ad Antipatri tẽpora, qui Ale-
xandro defuncto,Macedoniæ potitus eſt regno.Tunc ab Eurymedonte die ſibi dicta cũ in iudiciũ
uocaretur,defenſionẽ primò aggreſſus eſt,orationẽq; pro ſe quã diceret iudicialẽ perſcripſit: mox
ueritus iudicũ imperitiã,& accuſatoris gratiam,deſerere iudiciũ ante diẽ conſtituit.Ita Chalcidem
fugiẽs ibi poſthac fuit,nõ ſolùm uxore & liberis,uerumetiã auditorib.pleriſq; eò ſe transferẽtibus.
Diſcipulos uerò habuit cõplures, quorũ præcipui Theophraſtus & Menedemus & Ariſtoxenus,
qui poſtea Muſicus cognominatus eſt.Nam Calliſthenẽ omnibus præcellentẽ uiolẽtia regis abſtu
lerat.Theophraſtus & Menedemus principes relicti,& quidẽ ex ipſius ſententia iudicioq; ſummo.
Fertur enim cũ ad extremũ uitæ ſpaciũ ægrotaret,ac iam deſperata ſalus eſſet,conuiſſe ad eum diſci
pulos,atq; rogaſſe,quandoquidẽ ipſe in periculo uitæ foret,& humana fragilia atq; incerta,iam in-
de eum ſibi in doctrina præficeret,quẽ ipſe maximè omniũ probaſſet. Tum Ariſtoteles cũ ante obi
Gellius lib. 13. cap. 5. tum id ſe facturũ polliceretur,haud multo pòſt uinũ ſe cupere inquit, aut Lesbiũ aut Rhodiũ, iuſ-
ſitq; utriuſq; poculũ ſibi afferri.Cumq; illa uiciſsim delibaſſet, Lesbiũ,inquit,hoc perq̃ ſuaue eſt &
amœnũ:Rhodiũ,& hoc probandum & bonũ. Quo quidẽ facto nemini dubiũ fuit,quin Theophra-
ſtum & Menedemũ ſuo iudicio anteferret,quando alter Lesbius erat origine, alter Rhodius. Hoc
eius iudiciũ perſapiens & cautũ pro uitanda cæterorũ diſcipulorũ inuidia fuit: dixit enim quodã-
modo,& nõ dixit. Nec tamẽ ea cautela uitare potuit,quin aliqui perinde quaſi nõ rectè ſpreti ab eo
atq; poſthabiti offenderẽtur,quorũ unus Ariſtoxenus eſſe uidetur,ut poſtea ſcriptis eius deprehẽ-
ſum eſt.Hic Ariſtoxenus genere fuit Italus,patria Tarentinus,& propter excellentiã eius artis Mu
ſicus cognominatus. Migrauit aũt è uita Ariſtoteles anno ætatis 63.poſt Romã uerò conditã 402.
eodemq; ipſo anno Demoſthenes orator Athenis profugus in Italia,& Ariſtoteles Athenis profu-
gus in Eubœa diẽ obiere. Nec defuit ab Ariſtotelis obitu ueneni ſuſpicio,ſed & fama fuit,& manda
runt quidã literis,potato illũ aconito uoluntariè interiſſe: quod falſum eſt. Quid enim opus fuit ſo

lum

lum uertere,& Athenis fugere,ſi uoluntariè erat obiturus? An non ut in Eubœa,ſic Athenis potare
acuuitũ,& finire uitam licebat? Arguit præterea teſtamenti ſeries in Eubœa cõditi,quæ aliena pro-
tinus à uoluntaria morte conſpicitur. Sic enim incipit: Erunt omnia rectè, ſi tamen quid cõtingat.
Ariſtoteles teſtamentũ ſuũ in hunc modum fecit. Huc autẽ principium quis nõ uidet nõ deſperan-
tis eſſe hominis,ſed uitam affectantis? Cum etiam omen uitet moriendi, & rectè cuncta fore dicat,
ſi uita ſuperſit. Cum illis ego ſentio qui morbo interijſſe illum tradidere,qui & plures ſunt,& certio
res authores. Hæc de moribus eius,uſuq́; domeſtico retuliſſe ſat eſto. Nõ enim hæc tam in philoſo
phis ſpectanda ſunt, q̃ ſtudia eorũ præclaráq́; diſciplinã intuendũ,de quibus iam dicere ordiemur.
Viuo adhuc Platone,in multis ab eo diſsidere cœperat, nec deerant planè iam qui Ariſtotelem
ſectarentur:nec tamẽ in ſumma rerũ inter eos quidem philoſopbos cõtrarietas eſſe putatur aut diſ-
ſenſio. Eadem enim ſectari uidentur Academici ueteres,ac Peripatetici,à Socratis Platonisq́; diſci
plina ambo fluentes,eandẽq́; de uirtutibus & moribus,de bonis & malis,de natura rerũ,de immor
talitate animorũ,opinionẽ habentes. Itaq; in genere quidem ipſo & ſumma rerũ uequaquam inter
illos diſcrepantia eſt:iu particulis uerò & medijs quandoq; diſtare illos aduerſariq́; apparet. Fuit e-
nim Plato uir ſingularis quidem ac præcellens,multarũ ac uariarũ rerum ſcieutia præditus,eloquẽ
tia uerò tanta,ut ſupra hominẽ ſeſe attollere illius eloquiũ uideatur: cæterùm traditiones iuterdũ
tales ſunt,ut aſſenſu potius bonæ mentis, q̃ probatiouis ueceſsitate nitantur. Nam de natura ani-
mi,ipſiusq́; tranſmigratione diſceſsioneq́; in corpora,permulta traduutur ab illo prolata magis ho
miuibus q̃ probata. Et in optimo ciuitatis ſtatu conſtituendo ea uonnunquã ſentit,quæ ab huc uo
ſtro uſu conſuetudineq́; uiuendi plurimùm abborrẽt. Mulieres enim cõmuues omuiũ eſſe cenſet,
quo nihil inexplicabilius cogitari poteſt:filios uerò ita incertos, ut uemo neq; ſuos neque alienos
queat agnoſcere. Patrimoniorũ autẽ iura ſuſtulit,atq; omnia omniũ commuuia eſſe uoluit. Contra
hæc igitur & huiuſmodi reuitẽs Ariſtuteles,cũ probabilem aduerſandi materiam uactus eſſet, etiã
uiuo Platone ſectatores reperiebat. Præterea doctrina Platonis uaria eſt & incerta. Socrates enim
ubiq; inductus,nullo diſciplinarũ ordine,quaſi à carcere ad calcẽ diſcurrit,ſed modò hoc,modò il-
lud pro arbitrio agit,& in diſputandu uon tam quæ ipſe ſentiat dicere uidetur, q̃ aliorũ ſententias
dictaq́; refellere. Ariſtoteles uerò & cautior in tradendo fuit (nihil enim aggreditur, quud probare
nõ poſsit) & moderatior in opinando,ut hæc quæ in uſu uitaq́; cõuerſantur,adiuuare,nõ aliena,&
abhorrentia,& nunquã profutura,meditari illum appareat. Ad hęc ipſis in rebus explicatio ſerioſa
atq; perdiligens,ut ſiue Logicæ,ſiue Pbyſicæ,ſiue Ethicæ tradat præcepta, cõtinuata ubiq; doctri-
na ſit,& ab ipſis primordijs rerũ ad finem uſq; perducta ſcientia,tanq̃ pater diligens, qui nõ ſolùm
genuiſſe filios,ſed per pueritiam adoleſcentiamq́; educatos nõ prius deſerat,q̃ continuato diligeu
tiæ ſtudio iu uiros traduxerit. Hæc autẽ continuatio diligentiaq́; doctrinæ iu Platone nõ fuit, ſiue
ille nõ putauerit oportere,ſiue nuluerit,ſiue iſta parua minutaq́;,& quaſi diſciplinarũ elementa cõ-
tempſerit. Itaq; illius libri perfectis iam robuſtisq́; diſciplina hominibus aptiores ſunt,teneros ue-
rò inſtituere nõ ſatis poſſunt. Ariſtoteli uerò permultũ debet humanũ geuus, quod diſciplinas an-
te uariè diſperſas,in unũ quaſi corpus ſingulas redigere dignatus eſt. Itaq; diſcere qui uolunt,hunc
amplectãtur oportet: cuius libri ita ſcripti ſunt,ut & paruulos inſtituere,& mediocres alere,& robu
ſtos exercere,ac perficere uoluiſſe illũ appareat,ac omnis ætatis uoſtræ curã cogitationemq́; ſuſce
piſſe. Nec philoſophiæ ſolùm,quanq̃ in illa emiuet, ſed aliarũ quoq; artium ſiue facultatũ curioſiſsi
mus fuit. Nam & Rhetoricã artem pluribus uolumiuibus,omnemq́; illius uim, naturã, ornatumq́;
explicuit,& de poetica multa perſcripſit,& utriuſq; barũ ſtudioſiſsimus fuit. Exercuiſſe uerò iu elo
quentia iuuenes,ac poſtmeridiano tempore præcepta dicendi tradere,ac ſapientiam cum eloquẽ-
tia miſcere, inſtituiſſe conſtat. Idq́; feciſſe tradunt † Iſocratìs Rhetoris gloria permotũ,qui cum lon
gè à ſcientia foret,diſcipulis tamen abundaret,famaq́; de illo magna circumferretur, dixiſſe Ariſto
telem ferunt, Perabſurdũ eſſe tacere ſe cum Iſocrates loquatur, atq; ita docere eloquentiã audito-
res ſuos cœpiſſe. Ipſe certè quæ ſcripſit omnibus dicendi ornamentis, figurisq́; referſit, quod in li-
bris eius manifeſtè apparet. Expertus ſum apud quoſdam doctos uiros, Græcarũ tamen literarum
ignaros,fidem nõ fieri aſſertione mea,dum Ariſtotelis eloquentiam cõmendo: quippe adulterinas
huius philoſophiæ translationes lectitare ſoliti,intricatũ quendam & ubſcurũ & inconcinnũ arbi
trãtur. Sed nõ ſunt illi Ariſtotelis libri,nec ſi uiuat ipſe ſuos dici uelit,ſed meræ translatorũ ineptię.
Ille politiſsimus ſcriptor eſſe uoluit,& quod uoluit curauit,& quod curauit aſſequutus eſt. Verùm
quia uerba fidem nõ faciunt mea, M. Tullij Ciceronis accedat autoritas: cui enim hi de eloquentia
iudicanti credent,ſi M. Tullij iudicio nõ credent? Liber eſt Topicorũ M. Tullij ad Trebatiũ, in eius
libri procœmio ita ſcriptum eſt: Sed eò magis reprehendendi ſunt, quòd nõ ſolum rebus ijs quæ ab
Ariſtotele dictæ & inuentæ ſunt,allici debuerant ad eũ perdiſcendũ,ſed & dicendi incredibili ſua-
uitate & copia. In libro autẽ primo de Finibus bonorũ & malorũ inquit: Credo te miuus delectari
ab Epicuro,qui hæc Ariſtotelis & Theophraſti ornamenta dicendi cõtempſit. In primo ergo,incrẽ
dibilem ſuauitatẽ & copiam,in ſecundo autẽ ornamenta dicendi Ariſtoteli tribuit. & in primo de
Legibus Ariſtotelem ait flumen orationis aureũ fuudere. In epiſtolis aũt ad Lentulum, Scripſi, iu-
quit,de Oratore libros tres,quos Lentulo noſtro puto fore uõ inutiles. Abhorrent enim à cõmuni
bus præceptis,atq; omuẽ ueram Ariſtotelicam & Iſocratæã rationẽ oratoriam cõplexi ſunt. In epi-
ſtolis uerò ad Fannium ita ſcripſit: Meus autẽ liber totũ Iſocratis myrotheciũ, atq; omniũ diſcipu-
lorũ eius arculas,ac uõnihil & Ariſtotelica pigmenta conſumpſit. In Rhetoricorũ autẽ ſecundo ita

Xenocrates habet Laertius, ſed Cicero de Iſocrate aſſirmat.

Ariſtotelis eloquentia.

ſcribit: At ueteres quidem ſcriptores huius artis uſq; à principe illo & inuentore Cteſia repetitos, unũ in locũ concluſit Ariſtoteles, & nominatim cuiuſq; præcepta magna cõquiſita cura perſpicuè aſcripſit, atq; enodata diligenter expoſuit, ac tantùm inuentoribus ipſis ſuauitate & breuitate præſtitit, ut nemo illorũ præcepta ex ipſorũ libris cognoſcat, ſed omnes quicquid illi præcipiuut, ſi uelint intelligere, quaſi ad quendam multò cõmodiorem explicatorẽ reuertantur. In primo quoq; ad Herenniũ libro de arte Rhetorica loquẽs, ſic inquit: Ariſtoteles autẽ qui huic arti plurima adiumẽta atq; ornamẽta ſubminiſtrauit. Permulta huiuſmodi doctiſsimorũ bominũ teſtimonia de Ariſtotelis eloquẽtia reperiuntur, quæ referre nunc prolixũ ſanè negociũ eſſet. Deſinant igitur iſti ex infantia ſua Ariſtotelis facundiã metiri: nam qui eorũ qui ætate noſtra philoſopbos ſe haberi uolunt, primas literas tenent, rapti de Grammaticis immaturi & rudes, & pleni adhuc pueriliũ teuebrarũ, ad ea properant audienda, quorũ nec uerba nec ſignificata intelligunt, ac rerũ ipſarũ uix umbram quandam intuẽtur. In Ariſtotele uerò perfecta ſuot omnia, nam & in literis quantũ uemo alter elaborauerat, & poetas cunctos diligentiſsimè nouerat, & totus interdũ ſcaturit uerbis, & oratorũ nominẽ eorũ qui ante ſe fuerant præteriuit, & præcepta dicendi q̃ exactè tenuerit, libri eius Rhetorici declarant. Diligentiã uerò ſcribeudi eius illa minutiſsima probant, quod pedes ac numeros nõ in uerſu modò, uerũ & ſoluta in oratione ſeruandos cenſuit. Itaq; dactylũ & tribracbũ reijcit, quaſi nimiũ elatos pedes, & altius excogitatã orationẽ reddentes: ruſuſq; iambos & trochæos, quaſi nimium depreſſos. Probauit autẽ pæona maximè, qui eſt duplex. Aut enim ex longa, quã tres breues ſubſequontur, aut ex tribus breuibus & longa poſtrema: quorũ alterum principijs, alterũ clauſulis aſsignauit. Extant eius libri Rhetorici cõplures, in quibus nõ modò ipſum ſtuduiſſe eloquẽtiæ, uerùm & alios docere uoluiſſe apparet. In quibus dij boni quanta obſeruatio eſt, q̃ trita ac perdiligẽs præceptorũ traditio, q̃ accurata rerum ad eam artẽ pertinentiũ euolutio. Atq; ego libenter quęrerẽ ab his qui Ariſtotelem nõ credunt eloquentẽ fuiſſe, utrũ non curauiſſe illum dicant, ut eloquẽs eſſet: an nõ fuiſſe, licet curauerit, eloquentiã conſequutũ? Primùm nõ curauiſſe quî dici poteſt, cum tanta uolumina de ea arte perſcripſerit? aſſequutũ uerò tanto ſtudio eloquentiã non fuiſſe tam excellens ingeniũ, nimis ſtulti atq; inſipidi eſt exiſtimare: & adſunt teſtimonia eloquentiſsimorũ uirorũ, illius facundiam miris laudibus extollentiũ. Equidem niſi prolixitatẽ nimium uererer, infinita penè ex illius libris recitarẽ, in quibus & artificium dicendi ſummũ, & cuncta uerborũ ſententiarũq; ornamenta ineſſe oſtenderẽ. Sed hoc ſatis, ad reliqua tranſeamus. Libros autẽ uſqueadeò multos perſcripſit, ut nõ ſolùm legendo, uerumetiam enumerando fatigare auditorẽ poſsint. Nõ enim tantummodo ſcripſit quæ nũc inter manus uerſantur, ſed longè plura, quæ deperdita ſunt. Scripta

Ariſtotelis opera.

uerò eius licet multiplicia uariaq; fuerint, tamẽ ad genera quatuor reduci poſſunt. Eorũ una pars, eloquentiæ ſuaſioniſq; rationẽ complectitur. Altera ad ciuilem moralemq; pertinet diſciplinam. Tertia differendi præcepta cõtinet. Quarta uerò ſecreta naturæ ac rerũ occultiſsimarũ cauſæ rationeſq; explicãtur. Atq; in illo quidẽ genere, quod primũ à nobis poſitũ eſt, artes eius Rhetoricę nominantur, pluribus libris ac diuerſis uoluminibus explicatæ. In eodem genere collocanda ſunt illa quæ de Homericis quæſtionibus ſex libris explicuit, & quæ de arte poetica libris duobus, & quæ de eloquutione poetarũ libro uno, & quę de poetis libris tribus, & quę de tragœdijs libro uno. Adde etiam huic generi cohortationes atq; epiſtolas, quas ad Philippũ, quas ad Alexandrũ, quas ad Olympiadem, quas ad Ephæſtiona, quas ad Antipatrũ miſit. Adde uerſus ab eo factos, & orationẽ iudiciariam pro ſe ſcriptã. Morales quoq; atq; ciuiles permulti ab eo ſcripti ſunt libri. Nam & ad Eudemũ libri de moribus † octo, qui & nunc extant, & Magnorũ moralium libri duo, & ad Nicomachũ libri decẽ, in quibus perfectio eius diſcipuli ineſſe putatur. Pręterea Oeconomicorũ libri duo. Politicorũ libri octo. ijs addantur ij libri in quibus ſuut ab eo mores & inſtituta centũ quinquaginta octo ciuitatũ, multa cura magnaq; diligentia perſcripti. Præterea de iuſtitia libri quatuor. De gubernatione Reipub. duo. De uoluptate liber uuus. De ſummo bono libri tres. De regia gubernatione liber unus. Prouocatiui ad uirtutẽ libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad remp. Platonis libri duo. De legibus libri quatuor. De dioitijs & opulẽtia liber unus. De precatione & uoto liber uous. Iam uerò iu duobus reliquis generibus, quorũ alterũ in differendi iudicandiq; ratione poſitũ diximus, alterum in ſecretorũ naturæ perueſtigatione, q̃ multi eius libri adhuc extent, omnes ſcimus. Quàm multi uerò amiſsi atq; perditi ſint in utroq; illorũ genere, operoſum ſanè negocium eſſet in præſentia referre atq; cõnumerare uelle. Nam de animalibus tantum, quiuquaginta uolumina ſcripſiſſe eum, teſtis eſt Plinius. Traditur quippe libros ſupra trecentos ab ſe ſcriptos reliquiſſe, horum pro multitudine pauci extant, ſed credo optimi atque probatiſsimi.

Quatuor tantum ſunt, ut in ipſis Eudemij poſt librũ tertium, notatum leges.

ARISTOTELIS VITA, EX MONIMENTIS IOANNIS GRAMMATICI

Philoponi Alexandrini.

IVit Ariſtoteles genere Macedo, urbe Stageiris, filius Nicomachi, qui Amyntæ Macedoniæ regi medicam præſtitit operam: ob eamq; rem filium, quẽ ſuſcepit, ut patris memoriam renouaret, Nicomachum appellauit, ad quem item Nicomacheia ſcripſit. Matre Phæſtide, qui ambo genus ab Æſculapio trahebant. Cuius quidem rei fidem facit epigramma in Ariſtotelem his uerbis factum:

Matre creatur Phæſtide, Nicomachoq́; parente,
Stirpe Aſclepiadūm, diuus Ariſtoteles.

Poſt parentū obitum à quodam qui publico Athenienſiū nomine peregrinos hoſpitio excipiebat, educatur. Cuius dein officij memor, nō modò filiū eius Nicanora enutriuit, & omni liberali inſtituit doctrina, ſed etiam ut uerū & germanū tractauit. Quinetiam ante mortē teſtamento cauit, ut filia Pythais in matrimoniū eidem Nicanori locaretur. Cum adhuc adoleſcens eſſet, omni ingenuarū artium ſcientia excultus fuit. Quod ſatis declarāt cōmentarij, quibus res poeticas cōplexus eſt, & ſcripta quæ in poetas edidit: Homericæ itē quæſtiones, & libri artis Rhetoricæ. Annos xvij. natus uoce Pythiæ, qua philoſophari iubebatur, Athenas mittitur, ubi cum Socrate treis annos coniunctiſsimè uixit, quo extincto ad amicitiā Platonis ſe cōtulit, qui cum xx. annos magno familiaritatis uſu cōiunctus fuit, eamq́; diligentiā & induſtriam ad diſciplinas percipiendas adhibuit, ut Plato illius ædeis nō aliter appellarit, atq; ædeis lectoris. Neq; uerò fides habenda ijs qui exiſtimāt, Ariſtotelem aperuiſſe Lyceū cōtra Platonē adhuc ſuperſtitē. Quî enim hoc potuiſſet? Cum Chabria & Timotheus, Atticarū copiarū duces, opibus magnaq́; potentia Athenis florerēt, & Platoni arcta neceſsitudine cōiuncti eſſent? Sed nō deſunt qui tradant, ab Ariſtotele Lyceū conſtitutū, in humanis adhuc agente Platone, ut multas hominis ſentētias cōuelleret. Ad quos reſpondere ſatis habemus, nō ſimpliciter quicq̃ contra Platonē ſtatui, ſed cōtra eos qui Platonica decreta minus perſpecta haberēt. Attamen ſi quid cōtra eum profertur, nō abſurdum iudicari debet, cum in hac ipſa philoſophandi ratione nihil diſcrepet ab ijs quę Plato ſenſerit. Illius enim uox eſt, Magis cōuenire nos de ueritate ſolicitos eſſe, q̃ de quauis alia re. Quinetiam ad uerbū ita ſcribit: Amicus quidem Socrates, ſed ueritas amiciſsima. Et alibi: Socratis, inquit, parua cura agenda eſt, ueritatis autem magna. Hoc idem inſtitutū Ariſtoteles tenuit, monimētaq́; Platonica imitanda cenſuit, cum & in huiuſmodi cōſilio ab illo diſcrepet: quippe qui ueritatis decus nō contēpſerit, cū tamē mirifico ſtudio, egregiaq́; uolūtate Ariſtotelem fuiſſe erga Platonē, conſtet ex ara, quā ei conſecrauit hac inſcriptione:

Ponit Ariſtoteles pius hoc altare Platoni,
Quem laudare nefas ora profana foret.

Cum Platone multis officijs, & magna familiaritate xx. annos cōiunctus fuit. poſt cuius obitum ita euenit, ut Speuſippus ſororis Potones filius ſcholam teneret, docendiq́; munus ſuſciperet: Ariſtoteles autē in Macedoniæ urbē ſecederet, quo loci alumnū diſciplinæ ſuæ Alexandrū conditorē habuit, magnaq́; autoritate in eius regno perſtitit. Nam apud regē opibus & gratia florentiſsimus fuit, plurimaq́; opportunè impetrauit. nam multa ſtudia & officia in ſingulos priuatim, & in uniuerſos publicè cōtulit. Declarāt epiſtolæ cōmendatitię, quæ ad regē ſcriptæ ſub illius nomine ferūtur; & patria Stageira, quæ cum euerſa eſſet, autor fuit ut ab eodē ipſo inſtauraretur. Quapropter Stageiritæ Ariſtoteli feſtū celebrant, quod Ariſtoteleū nominant: & menſem in quo dies feſto dicatus eſt, Stageiritē appellant. Ereſſus quoq; Theophraſti patria, quā cum Alexander grauiter uindicare cogitaret, periculo liberata eſt. Dein cū Speuſippus è uita exceſsiſſet, Athenienſes Ariſtotelē ad ſe inuitāt, ac unà cū Xenocrate ſcholæ Platonis præficiunt. Xenocrates igitur in Academia docebat, Ariſtoteles in Lyceo. Ac nō longo interuallo cum Athenæ defeciſſent, Ariſtoteles in Chalcida nauigauit, illud uſurpans, Non patiar Athenienſes, in philoſophiam ſemel ac iterum uos peccare. Iam enim Socratem è medio ſuſtulerant. Nec diſsimulauit iudicium ſuum apud Antipatrū, quàm difficile & multi operis eſſet, Athenis agere, carmen illud Homeri referens:

Inq́; piris pira, ficis fici molle ſeneſcunt.

Ita peruerſitatem morū Athenienſium indicabat. Macedoniàm repetijt, ubi gratia & auctoritate apud reges qui prouinciā illam tenebant, plurimū ualuit, apud Alexandrum, & matrē Olympiada, apud Antipatrū, apud Philippum. Ad Alexandrū de Regno librum ſcripſit, in quo præcepta de regno adminiſtrando ei dat. Quinetiam ſe comitē regi adiunxit in intimos Brachmanas proficiſcēti, ubi etiā opus confecit, in quo memoriam cclv. rerumpub. colligauit. Illum quoq; ſecutus eſt cōtra Perſas mouentē. Vbi cum bellum exortū eſſet, & Alexander mortē obijſſet, in patriam reuertit. Morum ſummā coluit moderationē. In philoſophia captum exceſsit humanū, cum nullam partē eius diſciplinæ imperfectam explicatione reliquerit ſua: imò propria fretus ſolertia, cum pleraq; adieciſſet, uniuerſam philoſophiam caſtigauit, optimisq́; inſtruxit præceptis. Magnam itē acceſsionem fecit ad artē diſſerendi, quandoquidem ab ipſis rebus normas præceptaq́; ſecreuit, & demonſtrandi rationē cum uia inſtituit. Nam ſuperioris memoriæ Philoſophi demonſtrare quidem, ac euidentibus probationibus uti ſciebāt, ſed demonſtrare, ac euidenteis probationes conficere ignorabāt. atq; idem illis uſu ueniebat, quod ſutoribus qui coria ſecare nō queunt, calceis autē uti probè queunt. Rerum naturalium indagationi quintam addidit naturam. Diuinarum cōtemplationi, quamuis nihil eiuſmodi adiecerit, attamen ita docuit, ut nihil, quatenus cauſa ferret, prætermiſerit. Siquidem tantùm abeſt, ut duntaxat quę intra orbem continentur, quemadmodum nonnulli exiſtimāt, comperta habuerit, ut etiam quæ ſupra orbē habentur, probè tenuiſſe affirmemus. Quod quidem idem ipſe Ariſtoteles probat 8. Naturālis auſcultationis libro: Princeps, inquit, cauſſa neq; per ſe, neq; ex accidēti motu cietur. Atq; ex hoc nimirū planum facit, Deum neq; corpus, neq; patibilem eſſe. Vniuerſum uitæ tempus quod uixit, 63. annorum numero deſcribitur. Cum enim 17. ageret annum, Socrati operam dare cœpit: quo præceptore uſus eſt triennio: in intimis, & neceſſarijs Platonis 20. annos fuit: à cuius obitu 23. annos uixit.

IOACHIMI PERIONII IN COMMENTARIOS SVOS DE OPTIMO GENERE INTERPRETANDI,

Præfatio: quæ idcirco hoc loco poſita eſt, quod ad omnes quos de Græco conuertit Ariſtotelis libros, accõmodari optimè poſsit. nam eandem in omnibus rationem uiamq; tenuit, ut ex eius in omnes libros annotationibus conſtat.

MVlta ſunt & uaria ut dicendi, ſic interpretandi genera. Itaq; nemo eſt ferè qui ſibi aliquid ad interpretandũ proponat, quin ea ipſa facultate dicendi quantulacunq; eſt præditus, ſtudioſe id diligenterq; perſequatur. At in ueteribus quidem & principibus Latini ſermonis autoribus par fuit utraq; facultas, ut nõ aliter interpretarẽtur, ac dicerent, idq; in Ciceronis, Saluſtij, T. Liuij ſcriptis animaduerti licet. Si quis enim quæ ab illis conuerſa ſunt de Græcis, interiectaq; libris eorũ, quæ multa ſunt, legat, ei haud ſanè eorũ in his diſsimilis uidebitur oratio. Pleriq; autẽ in hoc genere adeò uaſtos ſe & diſpares præbent, ut ſi eorũ interpretatio cum alijs ſcriptis conferatur, omnia nõ ab uno, ſed à multis ſcripta eſſe uideantur. Quod cùm alijs ſæpè uſuueniſſe ſcio, tum mihi quidem ſæpius q̃ uel cuperem, uel artiũ dignitas poſtularet. Epiſtolæ enim eius quã toti operi præponunt, ornatũ quidẽ illum & ſplendidum ſermonẽ offendo, at ſequentis operis diſsimilem omninoq; abhorrentẽ à ſuperiorẽ. Cuius rei etſi illa mihi cõmunis cauſa rationq; probatur, aliud eſſe cogitationes aliorũ quæ incertæ ſunt & neceſſariæ explicare dicendo, aliud animi ſui ſenſa quæ libera ſunt, flectunturq; ut uolumus, exprimere: tamen aliæ ſunt quædam & maiores & grauiores, & (ut mihi quidem perſuadeo) ueriores. Vna, quod homines ij, de quibus loquimur, id prætermittũt & negligunt: aut uidentur certè, quod huius artis principiũ eſt & caput, ſententiam eius libri quẽ conuertendum ſuſcipiunt, primùm per ſingulas clauſulas animo cõcipere: deinde ſecũ ipſi cogitare, quemadmodum ſi rem quã animo tenent, à ſe, nõ ab alio inuentam, exprimere dicendo uellent, copioſe id ſplendideq; facerent. Neque enim id quidem dubium eſt, quin ſi in eo elaborarent, aliorũ ſenſa & ex ſuis iudicarent, & iudicata pro ſuis haberent. Quę eorũ certè induſtria & diligentia ſuperiori cauſæ locũ iam nullum relinqueret. Nũc cum ſingula uerba & ſuperſtitioſius expendunt, & perſequuntur curioſius, eam quaſi religionẽ ſuſcipere coguntur, ut niſi uerbũ pro uerbo reddant, nunquam ſe autoris ſententiam putent conſecutos. Quaſi uerò linguæ omnes formulis ijſdem dicendi prorſus utantur. Altera eſt, quod & ſi in uno aliquo artium genere excellunt, tamẽ in alio id præſtare ſtudent, quod copioſe & ornatè tractare nõ poſsint. Multi enim ſunt, qui quod in multis diſciplinis rectè intelligunt, tamen diſertè nõ poſsint explicare dicendo. Id quod perſpici poteſt, cùm in alijs multis artibus, tum uel maximè in Philoſophia, cuius omnes partes q̃ ieiunè, quamq; exiliter & indiſertè cõuerſæ ſint de Gręcis, uidemus. Id fit propterea, quòd cum in his diſciplinis & artibus indiſerti ſapientes ſint, diſertũ ſermonem ab eo prætermittunt diſcere, qui unus apud nos Philoſophiam tractauit Latinis literis, eamq; Latinè docuit, quemq; unũ huius rei magiſtrũ omnes deligere debent. Nam cum multa ſint & uaria (ut dixi) interpretandi genera, unus Cicero eſt profectò, qui in optimo ut dicendi, ſic interpretandi genere floruit. Nec in una modo aliqua arte diſciplinaq;, ſed in omnibus quas quidem tractauit, hanc laudem & gloriam eſt conſequutus, ut ſi quis diligẽter omnia eius ſcripta euoluerit, generaq; dicendi omnia eius obſeruarit ac notarit, is mihi demũ unus diſciplinas omnes Græcorũ diſertè interpretari poſſe uideatur. Sed neſcio quomodo hæc eius laus in Philoſophia elucet maximè. Nam cum libri eius omnes quos de Philoſophia ſcripſit, Platonis, Ariſtotelis, cæterorumq; Philoſophorum referti ſunt exemplis & ſententijs, quarũ alias tractat, alias ab ijs transfert: tum Platonis Protagoram & Timæũ, Xenophontisq; Oeconomicon cõuertit. Qui omnes libri ſi extarent ab eo tranſlati, profectò regula certiſsima eſſet, ad quam dirigi poſſent eorũ orationes, qui in hoc genere uerſari & excellere ſtuderent. Nunc ſolus Timæus aut eius libri particula potius eſt in manibus, ex quo tamen id quod nobis propoſitũ eſt, optimũ interpretandi genus diſci cõparariq; poterit. Atq; quo id omnes facilius conſequi poſſent, putaui mihi & Græca Platonis, & Latina Ciceronis bis cõmentarijs adiungenda eſſe, ita tamen, ut pagina Latina, Græcæ quaſi ex altera parte reſponderet. Ob eamq; cauſam hunc ego librũ de Optimo interpretandi genere inſcripſi, in quo me Ciceronẽ fateor imitatũ eſſe. Vt enim ille librũ unum de Optimo genere, aliàs Oratorũ, aliàs dicendi inſcripſit, quod cum Demoſthenẽ & Æſchinẽ optimos & præſtantiſsimos oratores probauiſſet, eorum duas orationes aduerſarias à ſe cõuerſas, ex quibus optimũ dicendi genus parari poſſet, proferret in lucẽ: ſic ego cum Ciceronẽ in optimo genere interpretandi excelluiſſe intelligam, propter eius interpretationẽ, quam ut optimã omnibus propono ad imitandum, hunc librũ qui eius exemplorum & præceptorũ huius artis plenus eſt, de Optimo interpretandi genere inſcribo. Nam cum in duabus cauſis & rationibus, quas modò de uitioſo genere interpretandi attuli, peccari à multis, & in eo magnũ errorem eſſe animaduerterẽ, quo modo optimè cõuerti Latina poſſent de Græcis, exiſtimaui mihi ſuſcipiendum laborẽ, utilem, ut ſpero, ſtudioſis, mihi ſi minus neceſſarium, at certè iucundum. Itaq; cum in Ariſtotelis libris decem quos de Moribus ſcripſit ad Nicomachũ filium, conuertendis, unũ mihi Ciceronẽ ad imitandũ propoſuiſſem, nõ inuitus feci, ut quæ apud eum de hoc genere reperiſſem, traderem omnibus. Vtrum autẽ eum imitati ſimus, quoniam & id permagnum eſt, & turpe de ſe dicere, alijs exiſtimare licebit, qui noſtra legerint. Nam de optimo genere transferendi non dubitabo profiteri, me præcepta multa huius artis apud eum latè diſperſa & diſsipata unum in hunc librum contuliſſe, quibus legendis & tenendis orationem, ut ille ait, Latinam

interpretantes efficiemus pleniorem. De quibus hic ante pauca præfari libet, quàm ad illa ueniamus.
mus. Propoſitum igitur ſit omnibus, ea duo uitia, de quibus paulo antè dixi, omnino effugere. Ijs
enim uitatis, facile id optimum genus quod exquirimus, conſequemur. Nam qui & rem, quam ani-
mo penitus cognorit ac conceperit, quemadmodum ipſe à ſe inuentam & excogitatam tractaret ac
explicaret, uiderit, & in Ciceronis ſcriptis multum operæ ſtudijq; poſuerit: is omnia ferè uitia effu
gerit. Si enim res ſpectabit, uerba autem niſi quatenus ad rationem ſermonis noſtri pertinebunt,
negliget: certè uerbum ex uerbo ſibi exprimendum nõ putabit. Et ſi in ſcriptis Ciceronis multum
erit uerſatus, ſtatim quæ ſingula uerba, quibus pluribus exponenda erunt, intelliget. Atque ut om
nes iam initio & quaſi ueſtibulo artis huius uerbum pro uerbo nõ eſſe reddendum intelligant, uer
ba Ciceronis ſubijciam, ex quibus noſtra omnis manabit oratio. Scribit enim in lib. de Finib. 3. his
ferè uerbis: Nec tantùm exprimi uerbum è uerbo neceſſe erit, ut indiſerti interpretes ſolent, cum
ſit uerbum quod idem declarat, magis minùſue inuſitatum. Equidem ſoleo etiam quod uno Græ-
ci, ſi aliter nõ poſſum, id pluribus uerbis exponere. Quod idem multis locis alijs tradit, quos ſi res
poſtulabit, imò uero quia poſtulabit, ſuis locis proferemus. Atq; hoc quidẽ præceptum Ciceronis
adeò in corpore huius artis æquabiliter fuſum eſt, ut eo ſublato, nihil arti loci relinquatur: eo reten
to, cætera facilè conſequi poſsimus. Nam & ille indiſertos interpretes eos uocat, qui contrà faciãt:
& qui hoc ſequi uelint, ij ſeſe totos ad Ciceronem, quem unum optimum artis huius magiſtrum ap
pellaui, conferent. Nec uerò eos omnes qui ſibi Ciceronẽ proponent ad imitandum, in hoc nume-
ro habendos arbitror, ſed eos tantùm, qui id quod in hac arte plurimùm ualet, Græcos cum Latinis
eius libris cõiunxerit. Neq; enim qui Græca ſeparatim tractabit, itemq; Latina ſeparatim, ſimplicia
aut coniuncta uerba utriuſq; linguæ quæ idem ualeant & declarent, facilè intelliget. Nos quidem
quoniam cum primum diſcere Græca cœpimus, omnem noſtram curam in hoc poſuimus, ut quæ
uerba ſingula, quibus pluribus, aut quæ ſingula ſingulis paria eſſent, cognoſceremus. Permulta uer
ba eius generis apud eum diligenter conquiſita, idoneis locis expoſuimus, ad quorum regulam cæ
tera facilè poterũt dirigi. Quare ſi cui hoc probabitur, is ſic habeat, nihil ad hoc conficiendũ aptius
eſſe, nihil utilius, q̃ ſi Græca & Latina ſint eiuſdem generis. Neq; enim ſi quis exempli cauſa philo-
ſophiam moralem Græcis literis explicatã ſibi ad legendum proponet, orationes eo tempore, aut
Rhetoricos libros aut epiſtolas euoluere debebit, ſed eos libros tantummodo, quibus illam philo-
ſophiæ partem perſequutus eſt Latinis literis. Similis eſt ratio cæterorũ. Quod quidem nemo me-
diocriter eruditus negabit, cogitans Ciceronem, quę à Philoſophis tranſtulerit, ea in ſuos de philo
ſophia libros, quæ à Rhetoribus, in Rhetoricos: quę ab oratoribus, in orationes potius q̃ in alios li
bros cõtuliſſe. Idq; eius legendis libris ita ſum expertus, ut in omni genere graues inſignesq; locos
propè infinitos, in philoſophicis philoſophiæ, in Rhetoricis artis dicendi, in orationibus eloquen-
tiæ, ab eo conuerſos ac obſeruarim & notarim. Atq; ille id in una re à ſe factum profitetur. Scribit
enim primo libro de Legibus, prima pagina, hoc modo: Quod ſi planè ſic uerterem Platonem aut
Ariſtotelem, ut uerterunt noſtri poetæ fabulas, malè, credo, mererer de meis ciuibus, ſi ad eorũ co-
gnitionẽ diuina illa ingenia transferrẽ. Sed id neq; feci adhuc, nec mihi tamen interdictũ puto. Lo-
cos quidem quoſdam ſi uidebitur transferã, & maximè ab ijs quos modò nominaui, cum inciderit,
ut id aptè fieri poſsit, ut ab Homero Ennius, Afranius à Menandro ſolet. Nec id minus in Vergilij
uerſibus perſpici licet, quos ille uel ab Homero, uel ab Heſiodo, uel ab Arato, uel à Theocrito trãſtu
lit. Num ille Theocriti uerſus in Æneide, aut in Georgicis ſolet uertere? Aut Arati in Bucolicis, aut
Heſiodi in Æneide? aut Homeri in Bucolicis? certè nõ. Sed Theocriti in Bucolicis, Heſiodi & Ara-
ti in Georgicis, in Æneide Homeri. Quanq̃ nihil prohibet eum interdũ Arati aut Heſiodi carmen
etiam in Bucolicis & Æneide transferre. Sunt enim apud eos uerſus pleriq;, qui ad multas res accõ
modari transferriq; poſsint. Quod idem facere nonnunquã ſolet Cicero. Multa enim ſe ex philoſo
phia in orationes & epiſtolas multis locis cõtuliſſe confirmat. Quocirca nõ nego, orationes & epi-
ſtolas hac in parte eſſe utiles. Sed in præceptis artibusq; tradendis, ſemper ex maiori parte ponde-
randa ſunt omnia. Hoc igitur in hac parte propoſitũ ſit omnibus, Ciceronis libros eos quibus eędẽ
res quæ Græcis cõtinebuntur, cum illis ſedulò cõiungere. Sic enim & ſimplicia uerba uniuſcuiuſq;
artis propria Latinaq; tenebimus, & eadem inter ſe cõiuncta & collocata diſertè copioſeq; tracta-
bimus: quem laborẽ qui fugiunt, ij multa ſæpè uerba & ſimplicia & copulata ieiunè & barbarè effe
rant neceſſe eſt. Nam cum multa ſint uerba eiuſmodi, quæ uerbum è uerbo exprimi poſſunt Lati-
nè, ſi alijs idem declarantibus ea non exponent, unoq; illo ſemper utentur, quàm ieiuna & exilis eo
rum futura eſt oratio? Cumq; multa ſint quæ non poſsint uerbum ex uerbo exprimi, quid habent
dicere, qui ineptè ea & indiſertè interpretentur? domeſticis utar exemplis, ut res intelligatur. Τέλος
his decem libris de moribus perſæpè dicit Ariſtoteles, quod finis ferè in philoſophia exponitur ab
ijs qui adhuc hos libros ad nos tranſtulerunt. Ego quoniam à Cicerone nunc extremum, nunc ul-
timum, aliàs ſummum pro fine dici animaduerteram, totidem uerbis exponendum putaui. Quod
idem feci cùm multis alijs explicandis uerbis, tum illo γίγνεσθαι, quod tum fieri, tum effici, tum na-
ſci, tum oriri, tum eſſe, tum exiſtere, tum gigni, ſum interpretatus. Pauca de ijs dixi quæ uerbum è
uerbo Latinè illa quidem exprimi poſſunt, ſed exprimenda ſunt nobis pluribus, ſi ſimilitudinem,
quæ ſatietatis eſt mater, effugere uelimus. Nam ſi interpretatio ad id unum excogitata eſſet, ut fi-
deliter ſenſa aliorum hominibus traderentur, id quidem ſatis eſſet. Nunc quoniam interpreta-
tio, oratio eſt: oratio autem illuſtris eſſe debet, copioſaque & ſplendida, efficiendum nobis eſt,

ut his

ut his ſuis luminibus ne careat, aut ſpolietur potius interpretatio. Huius generis permulta his commentarijs explicauimus. Id quod etiam in ijs præſtitimus, quę uerbum ex uerbo exprimi nequeũt. Quale eſt illud τὸ ὄν, quod alij ad uerbum eſſe dixerunt, nos ſtatum dici à Cicerone demonſtrauimus. Eadem eſt ratio illius δόσιν, quod illi dationem tranſtulerunt, nos largitionẽ, cum in bono dicitur. In coniunctis autem uerbis maior quædam cura adhibenda eſt. Neq; enim id modò uidendũ eſt, ut ſingula ſint Latina, ſed etiam ut apta ſint inter ſe, recteq; cohæreant. Neque enim ſi παρέχειν præbere & præſtare Latinè dicitur, & ἔρως amor, & σοφία ſapientia, & ἀρετὴ uirtus: idcirco Latina hæc ſit oratio, Sapientiæ amorem uirtus præſtat, uel prębet: ſed illud παρέχειν exponendum eſt, uel affert, uel parit, uel, ut Cicero illud genus à Platone transfert, excitat. Quod idem in uerbis quę iuncta Cicero, alij compoſita uocant, uidendum eſt diligenter. φίλαυτος enim à Cicerone aliàs charus ſibi, aliàs ſui diligens, aliàs qui ſe diligit, nuncupatur: quarum interpretationum illius nullam cæteri, magis inſcitia & negligentia, quàm de induſtria ſecuti ſunt. Dixerunt autem eos homines amantes ſui & amatores: quibus uerbis etſi utitur Cicero, nunquam tamen cum ſui genitiuo ea ſolet cõiungere. Illud etiam intelligendum eſt, multis locis uerbum ſingularis numeri apud Græcos eodẽ numero non poſſe conuenire. Tale eſt illud λόγον, in hac locutione, ποιεῖσθαι λόγον. Neque enim hanc locutionem, facere uerbum, latina ferre poſſit oratio: ſed uerba facere dicendum eſt, uel habere ſermonem. Quod etiam in ſingulis uerbis, & maximè neutris adiectiuorum quæ uocant, obſeruandũ eſt. Vt τὸ πολὺ, nõ commodè dicas Latinè multum, nec ὀλίγον paucum, nec μέγα magnum, nec μικρὸν paruum: ſed plurali numero, multa, pauca, magna, parua. Innumerabilia ſunt eiuſdem generis, quæ hoc loco proferre poſſum, ſed in aliud tempus differenda cenſeo, cum idoneus locus de his diſputandi hoc à nobis officium poſtulabit. Nunc enim ex his paucis quæ commemoraui, ſatis eſt intelligi, id quod nobis propoſitum fuit, ſi difertè quid è Græco interpretari uelimus, hæc duo tenenda eſſe neceſſariò: unum, ut uerbum ex uerbo exprimendum non putemus: alterũ, ut Græca cum Latinis maximè Ciceronis eiuſdem generis ferè coniungamus. Quæ duo qui negliget, is non ſolùm indiſertè, ſed barbarè etiam multa dicat neceſſe eſt. Atq; de his ipſis in noſtris Commentarijs multa & ſæpè dicemus, atq; adeò inculcabimus eadem ſæpè quibus locis inciderit, ut id aptè fieri poſſit. Quod eò faciundum cenſui potiſsimum, ut Philoſophia, quæ ex Ciceronis temporibus nata eſt latinis literis, cuiq; ille quaſi ciuitatem dedit, cum Romæ quaſi peregrinari uideretur, his temporibus renaſcatur ijſdem literis, in ciuitatemq; illam ſuam, ex qua expulſa eiectaq; eſt, tandem aliquando tanquam poſtliminio reuertatur. Et quanquam non ſumus ignari, multos non ſolùm contra eſſe dicturos, ſed etiam conatus noſtros & ſtudia improbaturos: tamen quoniã id omnes qui aliquid ſcribunt, uitare nullo modo poſſunt, nullius odio & inuidia unquam poterimus abduci, quin propoſitum ſuſceptumq; conſilium quibuſcunque rationibus poterimus, perſequamur. Sed iam tempus eſt ad id quod inſtituimus accedere. Genus enim optimum interpretandi his Commentarijs inſtituimus tradere: quod ne perpetua oratione faceremus, inſtituti cuiuſdam noſtri ratio impediuit. Nam cum libros decem Ariſtotelis, quos ad Nicomachum filium de Moribus ſcripſit, transferrem, ijſq; transferendis unum mihi Ciceronem ad imitandum proponerem, putaui, ſi librorum ordinem ſeruans, quid aut Cicero ab Ariſtotele tranſtuliſſet, aut ego ab eo rectè apteq; dictum & expoſitum animaduertiſſem, quod ad inſtitutum noſtrum pertineret, id docerem ac traderem, non omnino laborem noſtrum inutilem & ingratum futurũ. In quo ſi quid nos paulò audacius improbabimus eorum, quæ adhuc in philoſophiæ ſanctiſsimo corpore quaſi næui hæſerint, multaque renouabimus, quæ uulgo inuſitata ſunt uocabula, id nobis concedendum erit, qui hæc ipſa nunc primum tractare conamur. Sed Ariſtotelem ipſum Latinè loquentem audiamus.

LIBRO.

LIBRORVM QVI IN HAC PRIMA PARTE CONTINENTVR, CATALOGVS.

Inſtitutiones Porphyrij, Ioachimo Perionio interprete. Pagina 1

Categoriarum liber unus, eodem interprete. Pagina 15

De interpretatione liber, eodem interprete. Pagina 41

Analyticorum priorum libri duo, eodem interprete. Pagina 61

Analyticorum poſteriorum, ſiue de demonſtratione libri duo, Nicolao Grouchio interprete. Pagina 152

Topicorum libri octo, Ioachimo Perionio interprete. Pagina 235

Elenchorum ſiue de Sophiſtarum reprehenſionibus, libri duo, Nicolao Grouchio interprete. Pagina 378

Rhetoricorum, ſiue de arte dicendi, libri tres, M. Antonio Maioragio interprete. Pagina 427

Rhetoricorum ad Alexandrum liber, Franciſco Philelpho interprete. Pagina 547

De Poetica liber, Petro Victorio interprete. Pagina 595

INSTITVTIONES PORPHYRII, IOACHIMO PERIONIO INTERPRETE: PER NICOLAVM GROVCHIVM CORRECTAE ET EMENDATAE.

ARGVMENTVM PER Angelum Politianum.

PRiuſquam in Ariſtotelis adyta recipimur, à Porphyrio uelut ab æditu o excipiamur, qui uoces nobis communes illas inſuſurrabit, Genus, Speciem, Differentiã, Proprium, atq; Accidens. Genus illud eſſe docens, quod de pluribus etiam ſpecie: Speciẽ, quæ de pluribus tantum numero differentibus dicatur. Sic tamen, ut interroganti, Quid eſt, utrumq; reſpondeamus. Summa eſſe genera decem, quæ ſemper deſpiciant: infimas autem ſpecies multas quidem, ſed numerabiles, quæ tantũ ſuſpiciant: quæ media ſint, & alterutra, ſummis atq; infimis interiecta, defungi utroq; munere: ſemperq́; ſurſum colligi, deorſum diſsipari. Dici de inferioribus, quæ ſupra ſint, retrorſus non dici: de nullis indiuidua, id eſt quorum proprietates in uno, altero non concurrant: quæ quoniã comprehendi numero nequeunt, nullum cum philoſopho habere commercium. Differentiam de ſpecie quoq; diſcrepantibus prædicari: ſuggeri eam tamen, quærenti Quale quid eſt. Genera bis diuidi, ſpecies compleri: ſubire formæ uicem, ſicuti materiæ ſubeat genus: atq; ad eorũ ſubſtantiam conducere, quæ ſub genere eodem ſunt. Propriũ quod uocatur, ſpeciei cõpetere uni soli, & perpetuò. Aduenire accidens, & abire: ſed illo incolumi, quod ſubijcitur: nam & ineſſe eidem poſſe, & non ineſſe: cumq; nec genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium ſit, alio tamen uſquequaq; fulciri. Nam quæ communia cunctis, quæ quibuſdam, quæ nonnullis propria, quæ ſingulis, facilè his cognitis, tutemet indagabis.

PRÆFATIO AD CHRYSAORIVM.

QVIA neceſſaria eſt, Chryſaori, ad Categoriarum rationem, quæ ab Ariſtotele tradita eſt, generis, differentiæ, ſpeciei, proprij, accidentisq́; cognitio: earumq́; rerũ tractatio & ad definiendũ, & ad diuidendi ac demonſtrandi rationem magnũ affert adiumentum: tibi quidem inſtitui breuiter, & ut inſtitutionis ratio poſtulat, quæ à maioribus didici exponere. In quo ego, prætermiſsis obſcurioribus quæſtionibus eas interim tractabo, quæ ad ſenſum popularem accõmodantur. Ac primùm, ne longè abeam, de generibus ac formis, cohæreantne ipſa per ſeſe, an in ſolis animis

A ſint: & ſi cohæreant per ſe, utrum corporea ſint, an ne corporis expertia: & num auulſa ſint & diſtracta ab ijs quæ ſubiecta ſunt ſenſibus, an in ijs ipſis hæreant ac nitantur: hęc inquã, prætermittam omnia, præſertim cum hoc arduum ſit, ſubtilioreq́; egeat diſputatione. Quo autẽ pacto de his ipſis, illisq́; quæ diximus, cùm ueteres omnes, tum uel maximè Peripatetici, probabiliter diſſeruerint, quidq́; ſenſerint, docebo.

DE GENERE. I.

GEnus & ſpecies non uno modo dicuntur. Nam genus dicitur, aliquorum, & qui ad unum quiddã, & qui inter ſeſe quodammodo affecti ſunt, & cognatione quadã coniuncti, multitudo. Qua quidem ſignificatione, Herculeorũ genus, ex unius Herculis collatione appellatum eſt, multorumq́; hominum inter ſe affectione, qui inter ſe coniuncti ſunt ea ſocietate, quæ ab illo ducta eſt: qua appellatione ab alijs generibus diſtinguitur. Dicitur etiam alio modo genus, unde alicui ortus principiũ eſt, ſiue ab
B eo qui genuit, ſiue ab eo loco in quo quiſq; ortus eſt. Sic enim & Oreſtem à Tantalo, & Hylum ab Hercule duxiſſe genus dicimus, itemq́; Pindarũ Thebanũ genere, Platonem Athenienſem. Dat enim, ut pater, ſic patria, ortus cuiq; initiũ. Quæ mihi quidem prima uidetur occurrere ſignificatio. Nam & Herculei dicuntur ij, qui ab Hercule genus habuerunt: & Cecropidæ ij, qui à Cecrope, itemq́; his finitimi. Primumq́; certè uocatum id genus eſt, quod cuiq; dat ortus cauſam & initium: deinde multitudo eorum, qui ab uno principio, ut ab Hercule, quaſi quodam capite manarunt. Quam quidem multitudinem definiuimus, ſeiunximusq́; à cæteris, cũ uniuerſam multitudinem, quę ab Hercule fluxiſſet, Herculeorũ genus nominaremus. Iam alio etiam modo genus appellatur, id cui ſubijcitur ſpecies, quæ ex illis ducta uidetur appellatio. Nam & initium eſt genus id formarum, quæ ei ſubiectæ ſunt: & uidetur uniuerſam multitudinem, quæ ipſi ſubiecta eſt, continere. Sed cum his tribus modis genus notetur, tamen de tertio apud Philoſophos tantũ oratio eſt. idq́; hoc modo definiunt: Quod de multis, ſpecie autem differentibus dicitur, cũ quid quicq; ſit quęritur: ut animal. eorum enim quæ dicuntur, partim de uno tantum modo dicũtur, ueluti indiuidua, cuiuſmodi eſt Socrates, hic homo, hæc res: partim de multis, ut genera, ut ſpecies, ut differentiæ, ut propria, ut accidẽtia ea quæ cõmuniter in multis, non propriè in uno inſunt. Eſt autem genus, ut animal: ſpecies, ut homo: differentia, ut rationis particeps: proprium, ut aptum ad riſum: accidens, ut id quod album eſt, quodq́; nigrum, & ſedere. Genera autem ab

A ijs differunt,quę in uno ſolùm dicuntur,quod in multis ipſa dicuntur. Ab ijs item quæ in multis ſunt, hoc modo: à ſpecie quidem, quòd ſpecies, etſi de multis illa quidem dicatur,ſed tamen ſpecie minus differentibus, uerùm numero. Homo enim cum ſpecies ſit, de Socrate & Platone dicitur: qui nõ ſpecie,ſed numero ſolum inter ſe differunt. At uerò animal cum nomen generis obtineat,de homine,boue,equoq; dicitur: qui ſpecie etiam, non ſolum numero differunt. Porrò autẽ inter genus & proprium hoc intereſt,quòd proprium de una modò ſpecie, cuius proprium eſt, dicitur,ijsq; indiuiduis quæ ſpecies continet: ut ridens de ſolo homine,ſingulisq; hominibus dicitur. Genus autem non ſolum de una ſpecie dicitur,ſed de multis,ijsq; differẽtibus. Poſtremò, genus & differentia, communiaq; accidẽtia hoc inter ſe differunt, quòd etſi de multis etiam ſpecie differentibus & differentia dicantur,& communia accidentia, non tamẽ in quæſtione dicuntur ea, qua quid quicque ſit: ſed in ea,qua quale quicq; ſit, quæritur. Si qui enim rogẽt,quid nam ſit illud tandem,quo de hæc dicantur omnia, genus reſpondemus: differentias & accidentia nõ reſpondemus: quippe cum hæc de re dicantur, non in quæſtione qua quid quicq; ſit, ſed quale quicq; ſit,quęritur. Nam & cum qualis ſit homo, quærit aliquis rationis eum participem: & cum rogamur,qualis ſit coruus,nigrum eſſe reſpondemus,quorum Rationis particeps, differentia eſt: Niger autẽ, accidens. At cũ interrogamur quid ſit homo, Animal reſpondemus. quod genus eſt. Quamobrem genus hoc ipſo quòd in multis dicitur,ab ijs ſeparatur omnibus, quæ de uno tantũmodo dicuntur: quòd de ſpecie differentibus, ab alijs quæ ut ſpecies dicũtur,& propria. Quòd uerò in quæſtione dicitur, Qua rei natura indagatur,& à differentijs ſecernitur,& ab accidentibus cõmunibus, quæ non in quæſtione qua uis & natura rei,ſed qua qualitas aut modus inueſtigatur, dicuntur omnia de ijs,de quibus quicque dicitur. Nihil igitur redundans, nihil parum explicatum continet,quæ generis notioni conſtituta eſt definitio.

DE SPECIE. II.

SPecies autẽ, in uniuſcuiuſq; forma dicitur. Ex quo illud, Primùm quidem ſpecies eſt digna quę imperet. Vocatur etiam id ſpecies, quod ſubeſt generi. Hinc ſoliti ſumus dicere, hominem ſpeciem eſſe animalis,quod genus eſt: & candorem coloris ſpeciem, & triangulum figuræ. Quòd ſi ſpeciei fecimus mentionem, cum generis uim definiendo explicaremus, hoc modo, Quod de multis, ſpecie autẽ differentibus,in rei natura quærenda dicitur: & generis, cũ ſpeciem definiremus his uerbis, Species eſt quod ſubeſt generi,nemo reprehendat. Illud enim intelligendum eſt,quoniã genus alicuius genus eſt,& ſpecies alicuius ſpecies, utendum fuiſſe neceſſariò utroq; nomine, cum uis & natura utriuſq; definiendo aperiretur à nobis. Speciem etiam definiũt hoc modo: Species id eſt, quod generi ſubijcitur,& de qua genus in quęſtiõe qua quid quicque ſit quæritur, dicitur. Rurſus etiam hoc modo: Species eſt, quod de multis numero differẽtib. dicitur,in quæſtione qua rei natura exquiritur. Quanquam ſpeciei ultimæ, quæq; tantummodo ſpecies eſt, non etiam genus, hæc propria definitio eſt: aliæ,earum omnium quæ non ſunt ultimæ. Quod hinc ſciri poteſt,quia in quaq; categoria quiddam primum eſt, & quiddam ultimum: inter quæ duo alia interiecta ſunt,quę eadem & genera ſunt, & ſpecies. Eſt autem primũ genus,ſupra quod,aliud genus eſſe nunquam poteſt: ultimum uerò, poſt quod nulla alia ſpecies ſequitur. Inter primum autem & ultimũ alia interiecta ſunt, quæ eadem & genera ſunt, & ſpecies, ſed ſi cũ alio alioq; conferantur. Idq; in una categoria perſpici poteſt. Subſtantia enim genus eſt illa quidẽ, quæ corpus complectitur: & corpus,corp⁹ animatũ: corpus animatũ,animal: animal, animal rationis particeps: animal rationis particeps, hominẽ: homo, Socratẽ,Platonem,& ſingulos homines: ita tamen,ut eorum omnium primum genus ſit ſubſtantia,ſolumq; genus: homo uerò ſpecies ultima,& modò ſpecies: corpus autem & ſubſtantiæ ſpecies, & animati corporis ſit genus: itemq; animatum corpus, ſpecies corporis eſt,genusq; animãtia. Ruſum animal ſpecies eſt animati corporis, genus ratione utentis animantis: & animal ratione utens, ſpecies animalis eſt,& genus hominis. At uerò homo,animalis ratione utentis eſt ille quidem ſpecies, ſed hominũ ſingulorum eſt ſpecies tantũmodo,non etiam genus. Ita quicquid ante indiuidua proximè dicitur, id omne non generis, ſed modò ſpeciei nomen obtinet. Vt igitur ſubſtantia quæ in

B ſummo ſita eſt,propterea ſummum genus habetur, quòd genus eſt nullum ea antiquius: ſic homo quia ſpecies eſt,qua nulla ſit poſterior,nec ulla natura quæ in ſpecies & formas diuidi queat, ſed ſola indiuidua (indiuiduum enim eſt Socrates,itemq; Plato,& hoc quod album eſt) ob eam cauſam in ſpeciei numero modò, & ultimæ,atq; (ut diximus) infimę, nõ etiam generis,habetur. At uerò quæ in medio locata ſunt, ſuperiorũ ſpecies & formæ, poſteriorũ genera dicuntur. Itaq; duæ ex his comparationes affectionesq; ducuntur: una,qua ad ſuperiora affecta ſunt,ex qua eorum formæ ſpeciesq; appellantur: altera, qua ad inferiora,ex qua eorũ genera nominantur. Summa autem & extrema unò modò ſolum comparãtur. Genus enim principale, cum ſit ſummum omnium, ad ea affectũ eſt quæ complectitur: ad ea autem quę eo antiquiora ſunt,quoniam ſummũ eſt primumq; principiũ, atq; id, ut diximus, cuius nullum eſſe genus ullo modo poteſt,ad ea in quam nullo modo affectum eſt. Atq; etiam Infima ſpecies unam comparationem habet, eam qua ſuperiora & priora reſpicit, quorum ſpecies eſt: itemq; eam,qua cum inferioribus confertur, non diuerſam,ſiquidem indiuiduorum etiã ſpecies nominatur. Sed indiuiduorũ propterea ſpecies dicitur, quòd ea complectitur: eorum autẽ quæ ſuperiora ſunt, ſpecies etiam dicitur, ſed quòd eam illa continent. Primum quidem genus definiunt hoc modo: Quòd cũ genus ſit,non eſt ſpecies. Item hoc modo: Cuius genus aliud eſſe nullum poteſt. Speciem autem ultimam hoc modo: Quòd ſic ſpecies eſt,ut non etiam genus ſit. item,

Quod

Quod ita ſpecies eſt, ut in ſpecies diuidi nullo A modo queat. item hoc modo: Quod de multis, iiſq; numero differentibus dicitur, cum rei natura quærendo inueſtigatur. Quæ autem inter extrema interiecta ſunt (ὑπάλληλα genera ac ſpecies nominant) unumquodq; eorum ponunt eſſe genus & ſpeciem, ſed ſi ad aliud & aliud comparetur. Nã ea omnia quæ ſuperiora ſunt & antiquiora ultima ſpecie, aſcendendo uſq; ad ſummũ genus, ὑπάλληλα genera & ſpecies uocantur. ut Agamemnon, Atrides, Pelopides, Tantalides, & extremũ Iouis. Et in ortus quidẽ & familiarũ deſcriptione, ad unum ferè initium, & quaſi caput, uerbi gratia ad Iouem, cætera referunt. Generum autem & formarũ non eſt eadem ratio: propterea q, id quod eſt, non eſt cõmune genus omniũ: nec omnia quæ ſunt, ut placet Ariſtoteli, ad unũ primum genus caputq; referuntur: ſed ponenda ſunt, ut ipſe in Categorijs docet, decem prima genera, quaſi decem initia & capita rerum. Nam ſi quis omnia eſſe dicat, ambiguè (inquit) non una ratione appellabit. Si enim id quod eſt, cõmune genus eſſet omniũ rerum, una ratione ac modo eſſe dicerentur. Cum uerò ſint decem prima, nominis eſt ſolum, non etiam rationis quæ nomini conſtituta eſt, ſocietas & communio. Ac prima quidem decem ſunt: formarum autem infimarũ certus eſt numerus, non infinitus: indiuiduorũ, quæ formas ultimas ſequuntur, infinitior. Quocirca iubebat Plato, eos qui à ſummis generibus ad infimas ſpecies deſcendiſſent, inſiſtere: deſcendere autem per media iis differentijs quæ ſpeciẽ complent, diuidendo: indiuidua uerò omittere B omnino, quòd ſcientia comprehendi nullo modo poſſent. Ac eos quidem qui deſcẽdunt ad infimas ſpecies, neceſſe eſt multitudinẽ diſpertiendo decurrere: qui autem ad ſumma nituntur genera, in unũ multitudinem concludant neceſſe eſt. nam cùm ſpecies, tum genus, uel multo etiã magis, multa in unam naturã colligit. Singulæ autem res contrà, unum in multa partiuntur. Nã & ſpeciei cõmunione ac ſocietate unum efficitur ex multis: & ſingulorum natura, ex una & cõmuni re multæ ſiunt. Vt enim res ſingulę diuidendi, ſic quod cõmune eſt, uim comprehendendi efficiendiq; unum habet. Sed cum quid genus eſſet, quid ſpecies, explicatum ſit à nobis, cumq; unũ genus ſit, ſpecies multæ (ſemper enim in multas partes genus diuiditur) genus quidem ſemper de ſpecie dicitur, & ſuperiora omnia de inferioribus: ſpecies autẽ neq; de genere proximo, neq; de ſuperioribus ullis dicitur, quòd non reciprocetur. Aut enim paria de paribus dici oportet: ut quod ad hinniendũ aptũ eſt, de equo. aut maiora de minoribus: ut de homine, animal. At minora de maioribus dici, non conuenit. neq; enim ut hominem eſſe animal dicis, ſic animal eſſe hominem rectè poſsis dicere. In quibus autẽ ſpecies dicitur, in iis etiã ſpeciei genus, & generis genus, ad primũ uſq; dicetur neceſſariò. Si enim uerè dicitur, Socrates eſſe homo, & homo animal, animalq; ſubſtãtia: uerè etiam Socrates dicetur eſſe animal & ſubſtantia. Quando enim ſuperiora de inferioribus dicũtur, & ſpecies de indiuiduo, et genus de ſpecie indiuiduoq; dicetur. Summum

A etiam genus tum de genere dicitur, aut de generibus, ſi multa ſunt media, tum de ſpecie, tum de indiuiduo. Nam & ſummum genus de omnibus generibus, formis, indiuiduiſq;, quæ ei ſubiecta ſunt, dicitur: & genus, quod infima ſpecie prius antiquiuſq; eſt, de omnib. formis infimis & indiuiduis. Quæ autẽ ſpecies eſt modò, de indiuiduis omnibus: & indiuiduum, de uno ſolum ſingulorum. indiuiduum autem Socrates dicitur, & hoc quod albũ eſt, & hic qui accedit Sophroniſci filius, ſi modò Socratẽ ſolum filium habeat. Quæ indiuidua nominãtur ex eo, quòd ex proprietatib. ſuis quicq; conſtat, quæ omnes in alio eædem eſſe nullo modo poſſunt. Socratis enim proprietates nunquã in alio eędem eſſe poſſunt: at hominis communis & uniuerſi proprietates, eædem eſſe poſſunt in multis, aut potius in omnibus ſingulis, quia homines ſint. Quare & indiuiduum à ſpecie, & ſpecies à genere continetur: quippe cum genus quiddam totum ſit, pars indiuiduum: ſpecies partim pars, partim totũ: ita tamen, ut pars ſit alterius, totum non alterius, ſed in alijs ſit. Siquidem totum in partibus ineſt. Ac de genere quidem & ſpecie, quidq; ſit ſummum genus, quid infima ſpecies, quæq; eadem genera ſint & ſpecies, quæ indiuidua, quotq; modis genus & ſpecies dicantur, diximus.

SVBSTANTIA.

Corporea, Corpus *Incorporea.*

Animatũ, Non animatũ.

Senſibile, Non ſenſibile.

B Animal

Rationale. *Irrationale.*

Socrates, Plato. *Leo, aſinus.*

DE DIFFERENTIA. III.

Differentia autem communiter, propriè, & maximè propriè dicitur. Aliud enim ab alio differre cõmuniter dicitur, quod ſumpto undecunq; diſcrimine, uel à ſe differt, uel ab altero. Nam inter Socratẽ & Platonem intereſt aliquid: & à ſe ipſe differt Socrates, cum puer eſt, & cum in media ætate: cum quid agit, & cum nihil. Idq; genus differentiæ ſemper in diſcriminibus ſpectatur iis, in quibus rei modus & affectio conſiſtit. Propriè autem inter aliqua intereſt, cũ alia affectio, uel accidens, id quod elui funditus non poteſt, diſsimilitudinem facit. Eſt autem affectio, quæ ſeparari non poteſt: qualis eſt cęcitas oculorũ, naſi aduncitas, aut cicatrix quæ ex uulnere quaſi callum obduruit. Ea autem maximè propriè inter ſe differunt, quæ differentia diſtant ea quæ ſpeciei eſt efficiẽs: uelut, hoc homo equo præſtat, quòd eſt rationis particeps. Omnino igitur differẽtia omnis eum in quo ſit, diuerſum ab altero facit. Sed hoc intereſt, quòd cõmunia & propria diſsimilem, ea autẽ quæ eſt propria maximè, omnino alium eum in quo inſit, efficit: ita fit, ut quæ alium efficiunt eum in quo ſitæ ſunt, eæ ſpeciei efficientes appellentur: quæ autẽ diſsimilem omnino, differentię. Nã & rationis particeps, ſi ad animal addatur, id ad aliud genus trãſferet, ſpeciemq; animalis cõficiet: at motus tan-

tummodo ei diſsimilem facit, qui nõ mouetur. Ita differentia illa ad aliud genus animal tranſtulit, hæc modò diſsimiles inter ſe rea facit. Ac ijs quidem differentijs quæ aliud genus efficiũt, & genera in partes diuiduntur, & conficiuntur definitiones: quoniam ex generibus & differentijs omnis conſtat, conficiturq; definitio. Ex ijs autẽ quæ diſsimiles modò efficiunt, uarietates ſolum & cõmutationes oriuntur. Ergo, ut paulò altius repetam, illud quidem iam perſpicuum eſt, differentias aliàs ſeparari poſſe ab eo in quo ſint, aliàs non poſſe. quandoquidem moueri, ſtare, ægrotare, ualere, & cætera eiuſdem generis, ſeparari poſſunt: aduncitas autem naſi, & narium, ut ita dicã, ſimitas, & particeps expersq; rationis, euelli distrahiq; non poſſunt. Sed earum quæ ſeiungi nõ poſſunt, aliqua diſtinctio eſt. aliæ enim ex ſe & ui ſua conueniunt rebus, aliȩ caſu & fortuitò. Nã homini per ſe cõuenit rationis particeps, & mortalis, & quòd aptum animũ habet ad percipiendam ſcientiam: aduneæ autem & ſimȩ nares, temerè & caſu, non ui ſua. Quocirca quæ per ſe inſunt, eæ in definitione qua rei uis & natura explicatur, adhibẽtur, ijsq; res alia efficitur: at quæ forte temerè, nec ad definitionem generis addũtur, nec aliã rem faciunt, ſed modò diſsimilem. Deinde, quæ ui ſua & per ſe rei conueniunt, nec amplificari, nec minui poſſunt: quæ caſu etiam ſi ſeparari non poſſunt, tamen & contentionem capiũt, & remiſsionem. Nam nec genus, de formis ſuis cum dicitur, illas magis & minus ſibi adiungi patitur: nec differentiæ generis, quibus diuiditur in partes: cum præſertim ex his definitio cuiuſque perficiatur: & rei nullius uis & natura, quæ una eademq; eſt, imminui poſsit, nec amplificari. At uerò aduncis ſimisq; naribus magis & minus eſſe, & colore aliquo quis leuiter uel multum infici, imbuiq; poteſt. Iam ergo, cum tria differẽtiarum genera eſſe perſpiciamus, & alia quæ abeſſe poſſunt, alia quæ non poſſunt: rurſumque eorum quæ abeſſe non poſſunt, quȩdam quæ ui naturaq; ſua adſunt, nõnulla quæ caſu & fortuitò: rurſus ex ijs differentijs quæ per ſe inhærent, aliæ ſunt quibus genera in partes & formas diuidimus, aliæ quæ ſpeciem efficiant: uelut quoniã animalis per ſe differentiæ hæ ſunt, animatum, ſenſus, rationisque particeps, & expers rationis, mortale, & immortale: hæ quidem duæ differentiæ, animatum & ſenſus particeps, animalis uim naturamq; ac ſpeciem abſoluunt (eſt enim animal nihil aliud, quàm natura animata, ſenſus cõpos.) hæ autem, mortale & immortale, rationis particeps & rationis expers, genus in partes diuidũt: his enim in formas & ſpecies genera partimur. Sed quæ genera diſpertiunt, eædem formas ſpeciesq; complent: cum præſertim his differentijs, particeps rationis & expers rationis, mortale et immortale, animal diſtribuatur in partes: ita tamẽ, ut particeps rationis & mortale, hominis: particeps rationis & immortale, Deorũ: expers rationis & mortale, beluarum genus cõpleant. Eademque ratione cum ſummæ ſubſtanciæ differentiæ diuidentes hæ ſint, animatũ, inanimatũ, ſenſus particeps, ſenſus expers: ex his duæ illæ, animatum, & ſenſus particeps, ad ſub-A ſtantiam additæ, animal complent: hæ autem, animatum & ſenſus expers, plantam. Quoniam igitur hæ omnes uno modo ſumptæ & intellectæ, efficientes ſunt formarum, alio modo diuidentes: factum eſt, ut procreatrices formarum omnes ſint appellatæ. quarum quidem in generũ diuiſionibus, rerumq; naturis definiendo explanandis uſus eſt maximus. at earum quæ ut caſu & fortuitò conueniant, ſeparari non poſſunt, nõ item: ac earum multo etiam minor, quæ abeſſe poſſunt. Has autẽ definiunt hoc modo: Differentia eſt, qua forma & ſpecies genus ſuperat. Homo enim ratione & mortalitate uincit animal. nam animal nullam omnino earum continere, non eſt uerum: unde enim formæ differentias haberent? neque uerò omnes habet contrarias, quoniam iſto pacto eadem res ſimul cõtrarias formas haberet: ſed ui ſua ipſe differentias quæ eis ſubiectæ ſunt, genera complectuntur, re uera & actu nullam. Ita fit, ut nec quippiam ex ijs quæ nulla ſunt, fiat: nec in eodem ſint ſimul formæ contrariæ. Atq; etiam hoc modo eam definiunt: Differentia eſt, quæ de multis, ſpecie autem differentibus, in quæſtione qua quale quid ſit indagatur, dicitur. Nam rationis particeps, & mortale, de homine dicuntur: ſed in quæſtione qua quale quicque ſit, non in ea qua quid quicq; ſit, quȩritur. Cum enim quid ſit homo, interrogamur, aptè reſpondemus, Animal: cum uerò quale ſit animal, rogamur, Particeps rationis, & mortale, rectè reſpondeamus. Nam res omnes ex materia & ſpecie conſtant, aut ex ijs quȩ proportione materiæ & ſpeciei dicuntur. B Vt enim ſtatua ex æris materia fit, & ex figura tanquam ex ſpecie: ſic homo & communis, & ſub ratione ſpeciei, ex genere proportione materiæ, & ex differentia proportione ſpeciei efficitur. Atque ut illic totum quiddam eſt ſtatua, ſic hic animal rationis particeps, mortale, homo. Definiunt eam etiam hoc modo: Differentia id eſt, quod uim habet ad ea ſecernenda, quæ ſubiecta ſunt ſub idem genus. Rationis enim particeps, & expers rationis, hominem equumq;, qui eidem generi quod eſt animal, ſubiecti ſunt, inter ſe diſtinguit & ſeparat. Et hoc modo: Differẽtia eſt, quo quicque diſtinguitur. Neque enim genere inter ſe homo & equus differunt, quòd & nos & equi ſumus animantes: ſed particeps rationis cum acceſsit, nos ab illis ſeparauit. Item, rationis participes ſumus nos quidem & angeli: ſed cum additum fuit mortale, nos ab illis diſtinxit. Sed illud intelligi par eſt, eos qui accuratius & ſubtilius differentiæ perſpiciunt ac perſequuntur rationem, non quiduis eorum quæ ſeparant omnia quæ eidem generi tributa ſunt, in differentiarum numero habere, ſed quod ad rem eiusq; uim & naturam aperiendam pertineat, quodq; ſit partes rei. Non enim aptum eſſe ad nauigandum, differentia hominis eſt, etiam ſi hominis ſit proprium. Dicamus enim licet, animantium alios aptos eſſe ad nauigandum, alios non eſſe, hominem ab alijs ſeparantes: ſed tamen aptum eſſe ad nauigandum, non explet naturam hominis, nec eius pars eſt, uerùm conſequens naturæ uis quædam: quòd non ſit differentia talis, quales

quales ſunt eæ quas efficientes formarum appellauimus. Quamobrem differenriæ procreatrices ſpecierum ſunt omnes quę ſpecies inter ſe diſtinguunt, quęq; in rei natura explanāda adhibētur. Ac de differentia quidem ſatis ferè dictum eſt.

DE PROPRIO. IIII.

PRoprium autem diuidunt quadripartitò. Nam & quod uni ſoli ſpeciei, neq; toti conuenit, ut homini mederi, uel geometræ fungi munere, proprium appellant: & quod toti ſpeciei, etſi non ſoli, uelut homini bipedem eſſe: & quod in ſola totaq; ſpecie, idq; interdum reperitur, ut omni homini in ſenectute caneſcere. & quartum id, in quod hæc omnia concurrunt & conueniunt, quod in ſola totaq; ſpecie, idq; ſemper, intelligitur: ut in homine, natum eſſe ad riſum. Quanquam enim non ridet ſemper, tamen ridens dicitur: nō quòd ſemper rideat, ſed quòd ſemper inſitam habeat ridendi facultatē. Quòd ei æquè naturale eſt, atq; equo aptum eſſe ad hinnitum. Atq; hæc illi propria maximè appellant, quòd reciprocentur. Si enim equus ſit, etiā aptus erit ad hinniendum: & ſi quid aptum ſit ad hinniendum, continuò equus ſit neceſſe eſt.

DE ACCIDENTE. V.

ACcidens uerò eſt, quod adeſt & abeſt ſine eius rei in qua ſitum eſt interitu. Cuius genera duo ſunt: alterum, quod ſeparari poteſt: alterum, quod non poteſt. Ac dormire quidem in ijs eſt quæ ſeparari poſſunt: nigror ſic in coruo & Aethiope ineſt, ut ſeparari non poſſit. poteſt enim & coruus albus, & Aethiops intelligi mutato colore, ſine interitu rei cui inhæret. Diffiniunt illud etiam hoc modo: Accidens eſt, quod & ineſſe in eadem re, & non ineſſe poteſt. Item, Quod nec genus eſt, nec differētia, nec ſpecies, nec proprium, ſemperq; in ſubiecta re inhæret. Expoſitis his omnibus quæ nobis propoſita erant ad dicendum, uelut quid genus eſſet, quid ſpecies, quid differenria, proprium & accidens: iam quid commune inter ſe habeant, quid proprium, differamus.

DE COMMVNITATIBVS *& differentijs quinq; uocum.* VI.

COmmune eſt quidem omnium, ut dixi, de multis dici: ſed ita tamen, ut genus ac differentia de formis & indiuiduis, quæ ſunt eis ſubiecta, dicantur: ſpecies autem de ſuis indiuiduis: proprium de ſpecie, cuius ſit proprium, & de indiuiduis, quæ ſpeciei ſubiecta ſint: accidens & de formis, & de indiuiduis. Nam animal de equo & boue, quæ ſpecies ſunt, & de hoc equo & hoc boue, quæ ſunt indiuidua, dicitur. Rationis autem expers, tum de equo ac boue, tum de ſingulis dicitur. Sed ſpecies, qualis eſt homo, de ſingulis hominib. modò dicitur. At propriū, & de ſpecie cuius eſt proprium, & de indiuiduis illi ſpeciei ſubiectis dicitur: ut quod aptum eſt ad riſum, de homine, & de hominibus ſingulis: quod uerò nigrum eſt, de ſpecie coruorum, & de ſingulis coruis, quod accidens eſt quod ſeparari non poteſt, dicitur. & moueri, quod accidens eſt quod poteſt ſeparari, de homine equoq; dicitur:

A ſed ita, ut primùm de indiuiduis, ſecundo autem loco de ijs etiam quæ indiuidua continent.

DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Generis & Differentiæ.* VII.

COmmunis eſt autem generi cum differentia, formarum complexio. Differētia enim ſpecies complectitur, etſi nō omnes quas genus. Particeps enim rationis, etſi nō continet ea quæ ſunt expertia rationis, ut animal: at certè hominem & angelum, qui ſpecies ſunt, cōtinet. Quæque de genere, quia genus ſit, dicuntur, omnia de formis ijs quæ illi ſubiectæ ſunt, dicantur neceſſe eſt. Sicuti quæ de differentia ut differentia eſt, dicuntur, eadem etiam de ſpecie, quam illa efficit dicuntur. Nam quoniam animal genus eſt, de eo quaſi genere dicetur eſſentia, & quod animatum eſt, & quod ſenſum habet. Quinetiā de formis omnibus quæ animali ſubiectæ ſunt, hæc ipſa uſq; ad indiuidua dicentur. Quoniamq; particeps rationis differentia eſt, de eo differentiæ nomine dicetur id quod ratione utitur: nec de eo ſolum quod eſt particeps rationis, ſed de ijs etiam formis, quas id quod rationis eſt particeps complectitur. Hoc etiam commune illorū eſt, quòd generibus differētijsq; ſublatis, tolluntur unà ea omnia quæ illis ſubiecta ſūt. Vt enim, ſi nullū ſit animal, nec equus eſt, nec homo: ſic, ſi nihil ſit rationis particeps, animal quod ratione utatur, conſtare nullo modo poteſt. Propriū autē generis eſt, in pluribus dici quàm differentiā, quàm ſpeciē, quàm propriū, quàm accidens: cū
B enim animal in homine, equo, aue, & angue dicatur, tamen quadrupes de ijs tātum quæ quatuor pedes habent, & homo in ſolis indiuiduis: quod ad hinnitum natum eſt, in ſolo equo, & ſingulis. Itemq; accidens in paucioribo. dicitur. Sumendæ autē ſunt differentiæ, quib. genera in partes diuiduntur, nō quæ generis uim naturamq; cōplent. Deinde differentiā genus ui ſua continet: quandoquidem animalium aliud rationis particeps, aliud expers, differentia autem non continet genus: nam antiquiora prioraq; ſunt genera ijs differentijs, quæ illis ſubiectæ ſunt. Itaque ſi tollantur, tollunt differentias, nec ab illis unà tolluntur. Sublatis enim animantibus, rationis compotibus & expertibus nihil loci relinquitur. At uerò genera non tollunt differentiæ: ut enim omnes tollantur, tamen ſubſtantia animata, ſenſus compos, quod animal eſt, mente & cogitatione intelligetur. Prętetea genus in quæſtione qua natura rei inueſtigatur, dicitur: differentia in quæſtione, ut dixi, qualitatis. Genus etiam in quaq; forma & ſpecie unū eſt: ut in homine genus eſt animal, differentiæ multæ: ut quòd rationis eſt particeps, quòd mortale, quòd ad mentē & ſcientiam percipiendam natum eſt, quibus à cæteris animantibus diſtinguitur. Poſtremò genus materiæ ſimile eſt: formæ differentia. Multa ſunt præterea quæ generis differentięq; propria ſunt & communia, ſed hæc ſatis multa ſunt.

DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Generis & Speciei.* VIII.

GEnus quidem & ſpecies communem habēt eam dicendi rationē, qua in multis, ut dixi, reperiuntur.

reperiuntur. In quo ſpeciem illam intellectam uolo, quæ ſpecies modò eſt, non etiam genus, eum accidit ſpeciem atque genus eſſe. Hoc etiã illorum cõmune eſt, quòd priora ſunt ijs de quibus dicuntur, & quòd utrunque quiddam totũ eſt. Sed boc differunt, quòd genus ſpecies complectitur: ſpecies continentur, nec genera continent: qoippe cum in pluribus genus quàm forma dicatur. Præterea genera præponi oportet, quæ differenrijs ijs quas efficientes formarũ diximus, quaſi efformata, ſpecies compleant & abſoluant. Itaque priora ſunt naturæ ordine genera, tolluntque, neque tolluntur. Si enim ſit ſpecies, genus etiam omnino eſt: at ſi genus ſit, non continuò ſpecies eſt. Genera etiam una ratione de omnibus formis quæ ei ſubiectæ ſunt, dicuntur: formæ de generibus non item. Iam hoc ſuperant formas genera, quòd formas cõplectuntur: formæ autem genera, quòd proprias differẽtias. Pręterea nec ſpecies ſummum, nec genus infimum locum obtinere poteſt.


DE COMMVNITATIBVS *& differentijs generis & proprij.* IX.

Generi cum proprio hoc cõmune eſt, quòd ſpecies ſequuntur. Vt enim ſi quid ſit homo, idem animal: ſic ſi quid ſit homo, continuò ad riſum aptum ſit neceſſe eſt. Illud etiam, quod æquè genus de formis dicitur, atque proprium de ijs indiuiduia quæ ipſum participant. æquè enim homo & bos animantes ſunt, & Anytus & Melitus æquè apti ad riſum. Atque etiam illud commune eſt, quòd una ratione & genus de ſuis formis, & proprium de ijs quorum proprium eſt, dicitur. Inter ea autem intereſt, quòd genus prius eſt, poſterius proprium. Primùm enim animal eſſe debet, deinde differentijs proprijsque diſtingui ac diuidi. Et genus quidem de multis formis dicitur, proprium autem de una aliqua forma cuius ſit proprium. Præterea proprium uiciſsim commeat retrò, cum de eo dicitur, cuius eſt proprium: at genus de nullo uiciſsim dicitur. Non enim ſi quid ſit animal, id continuò ſit homo: neque ſi quid animal, idcirco aptum ſit ad riſum: ſin aliquid ſit homo, continuò etiam aptũ animum ad riſum habeat neceſſe eſt: uiciſsimque ſi quid aptum animum ad riſum habeat, homo. Præterea ineſt proprium in tota ſpecie cuius proprium eſt, & in ſola ea, idq; ſemper: genus uerò, etſi in tota ſpecie cuius genus eſt, & ſemper, attamen non in ſola ea reperitur. Præterea ſi propria tollantur, non etiam genera ſecum unà tollunt: cùm interim ſublatis generibus, formæ eæ, quarum ſint propria, conſtare nullo modo poſsint: ita ſublatis ijs quorũ ſunt propria, ipſa etiam tollantur neceſſe eſt.

DE COMMVNITATIBVS *& differentijs generis & accidentis.* X.

Communis eſt generi cum accidente, de multis, ut dixi, dicendi ratio, ſiue in ijs ſit accidentibus quæ ſeparari poſſunt, ſiue in ijs quæ non poſſunt. Nam & moueri in multis A dicitur, & quod nigrum eſt, in coruis & Aethiopibus, alijsque nonnullis quæ ſine animis ſunt. Hoc autem inter genus accidẽsq; intereſt, quòd genus formis prius ſit & antiquius, accidentia poſteriora formis. Vt enim accidens ſtatuatur id quod abeſſe nõ poteſt, certè id accidente prius eſt, cui inhæret: hoc etiã, quòd æquè genere participant ea, quæ illo participant, accidens non æquè. Contentionem enim, remiſsionemque capit accidentium communio: generum non itẽ. Item, quòd primum in indiuiduis accidentia inhærent, genera & ſpecies naturæ ordine priora ſunt indiuiduis ſubſtantijs. Et quòd genera in quæſtione naturæ de ijs quæ illis ſubiecta ſunt, dicuntur: accidentia uerò, in quæſtione qualitatis uel modi cuiuſuis rei. Si enim rogatus fueris, qualis ſit Aethiops, nigrum eſſe reſpõdebis: aut quomodo affectus ſit Socrates, ægrotare eum uel ualere dices. Ac genus quidem quid à cęteris quatuor differat, diximus. unumquodque autem eorum à quatuor cæteris etiam differre uidebitur: ita cum quinque ſint, & unumquodq; à cæteris quatuor diſtet, effici uidetur, ut quater quinque ducta, uiginti differentias omnes expleant. Non ita eſt: ſed quoniam deinceps enumerantur, adeoque in ijs quę ſecundo loco accipiuntur una differentia, quia iam ſumpta ſit, relinquitur: in ijs uerò quæ tertio loco, duæ: in ijs quę quarto, tres: in ijs quę quinto, quatuor emittuntur differentiæ: profectò ex quatuor, tribus, duabus, & una, decem fiunt. Nam quoniam quid genus à differentia, quid à ſpecie, quid à proprio B & accidẽte differret, dictum eſt, idcirco quatuor hinc oriuntur differentię. Quid autem differentia à genere differret, tum dixi, cum quid ab ea differret genus oſtendi. Reliquum eſt igitur, ut quid à ſpecie, proprio & accidente differat, doceamus: ex quo tres naſcuntur. Rurſum quid ſpecies à differentiis intereſſet, dixi, cum quid differentia à ſpecie diſtaret dicerem: quid etiam differret à genere ſpecies, docui, cum quid genus à ſpecie differret docerem. Ita reſtat, ut quid ſpecies à proprio & accidente differat, diſſeramus: quæ duæ fient differentiæ. Illud tandem ad diſputandum relinquetur, quid inter proprium interſit & accidens: quandoquidem quid à ſpecie, quid à differentia & genere differret, antè docui, cum eorum inter ſe differentiam traderem. Si ergo quatuor generis, differentiæ tres, ſpeciei & cæterorum duæ diſtinctiones in unum conferantur, ſi denique proprij ab accidente una, certè ex omnibus decẽ fient: quarum quidẽ quatuor, generis & cæterorũ iam oſtendimus.

Genus, Differentia, Species, Proprium, Accidens.



DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Speciei & Differentiæ.* XI.

COmmunis igitur differentię cũ forma, par æquaq; cõmunio eſt. Singuli enim homines æquè participes ſunt hominis, differẽtięq; rationis, ex qua participes rationis nominãtur. Hoc etiam eis cõmune eſt, quòd ſemper adſunt ijs quibus ipſorũ cõuenit communicatio. ſem per enim Socrates & rationis eſt particeps, & homo. Proprium aũt differẽtiæ eſt, in quæſtione dici qua quale quicq; ſit: ſpeciei uerò, in ea qua qd quicq; ſit quęritur. Nã etſi homo uelut qualitate aliqua affectus ſumatur & intelligatur, nõ omnino quale quidpiã ſignificat, ſed quia differentiæ generi accõmodatæ eũ talẽ fecerint. Iam in multis formis ſępè differentia cernitur, uelut quadrupes in pluribus animantibus ſpecie differentib. ſpecies autem ſola indiuidua quæ ſub ſpecie ſubiecta ſunt, complectitur. præterea prior eſt differentia ea ſpecie quæ ex ipſa nominatur: quando quidem ſublato eo quod rationis eſt particeps, homo cõſtare nullo modo poteſt: at homine ſublato, quod rationis eſt particeps, minimè tollitur, cum angelus cohæreat. Præterea cõiungitur differentia cum alia differentia. Siquidem quod rationis eſt particeps, quodq; mortale, in uim naturamq; hominis concluduntur. Species aũt cũ ſpecie nõ copulatur, ut aliud inde genus oriatur. equã enim quandã ſi certus aſinus cõtrectet, inde mula naſcetur: at ſi omnino equus cũ aſino coniungatur, nunquã ex eo muli natura conſtabit.

DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Proprij & Differentiæ.* XII.

B DIfferentiæ autem cũ proprio hoc cõmune eſt, quòd æquè illis participant ea quibus cum cõmunicantur. Aequè enim id omne quod particeps eſt rationis, eſt cõpos rationis: & quæ nata ſunt ad riſum, æquè nata ſunt omnia. Illud etiã ijs cõmune eſt, & ſemper conuenire, & omnibus quę continent. Quamuis enim animal bipes debilitatũ quid habeat, ad id certè ad qđ natũ eſt, ſemper accõmodabitur. Et id quod ad riſum natum eſt, etiamſi nõ rideat ſemper, tamẽ ex eo ad quod natũ eſt, ſemper intelligetur. Differentiæ aũt proprium eſt plerunq;, in multis formis contineri: ut rationis particeps in angelo & homine dicitur. Proprium autem in una ſpecie, cuius eſt proprium. Et differentia quidẽ ex ijs cõſequens eſt, quorũ differentia, etſi id uiciſsim retrò nõ commeet. Proprium autem uiciſsim etiã retrò commeat, quòd reciprocetur ipſum, & ea quorum proprium eſt.

DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Accidentis & Differentiæ.* XIII.

HOc differentiæ cũ accidenti cõmune eſt, quòd in multis dicitur. Cũ eo etiã quod ſeparari nõ poteſt, illud cõmune eſt differentię, quòd ſemper & omnibus quę cõplectuntur, couenĩunt. Nam bipes ſemper homini cõuenit, & nigror coruis omnib. Sed hoc differunt, ꝙ formas differentia continet, nec cõtinetur. (nam & angelũ & hominem particeps rationis cõplectitur) accidens uerò quodãmodo cõplectitur, quia ſit in multis: quodãmodo cõtinetur, quòd

A non unum aliquod accidens, ſed multa recipiãt ea quibus inhærere ſolent. Præterea nec intendi differentia, nec remitti poteſt: at accidentia & intentionem capiunt, & remiſsionem. Cumq; contrariæ differentiæ miſceri iungique inter ſe non poſsint, tamen contraria ſępè accidentia coniunguntur. Ac differentiæ quidẽ & aliorũ hæ ſunt communitates ac proprietates. Species autem quid à genere differat, & differentia, dictum eſt tum, cum quid genus & differentia à cæteris diſtaret, oſtendimus. Reſtat ut quid à proprio & accidente interſit, dicamus.

DE DIFFERENTIIS ET COM*munitatibus Speciei & Proprij.* XIIII.

HOc igitur ſpeciei cũ proprio commune eſt, quòd inter ſe reciprocantur. Nam ſi quid homo ſit, etiam aptum ad riſum erit: & ſi quid aptum ad riſum ſit, homo. Nam ſæpè diximus, quod aptum eſt ad riſum, ex eo quod natum ſit ad riſum, intelligendum eſſe. Atque etiam illud commune eſt, quòd æquè conueniunt. Aequè enim & ſpecies inſunt in ijs quibus cum cõmunicantur, & propria in ijs quorum ſunt propria. Hoc uerò differunt, quòd ſpecies aliorum eſſe genus poteſt, proprium aliorum proprium eſſe nõ poteſt: quodq; ſpecies antè cohæret quàm proprium, proprium ſpeciei innaſcitur. Sit enim homo neceſſe eſt, ut ſit aptus ad riſum. Cumq; ſpecies ſemper in ſubiecta re inſit reipſa, proprium interdum potentia ineſt, atq; interdum ſolũ adeſſe poteſt. Homo enim ſemper eſt Socrates, non
B ſemper ridet, quanquam ſemper ad riſum aptũ animum habeat. Præterea quorum definitiones diuerſæ ſunt, ea inter ſe differunt. Cumq; ſpeciei ſit, ſubeſſe generi, de multisq; dici in quæſtione qua rei natura quæritur, quæque ſunt eiuſdem generis: proprij eſt uni alicui, eique omni, ſemperq; conuenire.

DE COMMVNITATIBVS ET *differentijs Speciei & Accidentis.* XV.

HOc autẽ cõmune ſpeciei cum accidente eſt, quòd in multis dicuntur. Rarę aũt ſunt alię communitates, quòd id quod accidit, & id cui quid accidit, diſtent inter ſe plurimùm. Propriũ autem ſpeciei eſt, in quæſtione qua quid quicq; ſit quæritur, de ijs dici quorum eſt ſpecies: accidentis autem, in ea qua quale quid ſit, aut quomodo affectum ſit. Illud etiam ſpeciei proprium eſt, quod uniuſcuiuſq; rei natura unius eſt formę particeps: accidentis, quod multorum accidentium, & eorum quæ ſeparari poſſunt, & eorum quæ non poſſunt. Præterea ſpecies antè intelliguntur quàm accidentia, etiamſi non poſsint ſeiungi (rem enim ſubijci oportet, ut ei quid accidat) accidentia uerò poſterius naſcũtur, habẽtq; naturam ſuam omnem in ſubſtantia cohęrente. Speciei etiam æqua eſt parq; cõmunio, accidentium autem eorum quę ſeiungi non poſſunt, nõ item. Quoniam Aethiops alius alio colore nigrò poteſt magis minusq; imbui & infici. Nunc ſupereſt, ut de proprio & accidente differamus. Quid enim proprium à ſpecie, quid à differentia & genere differret, diximus.

DE COMMVNITATIBVS ET differentijs Proprij & Accidentis. XVI.

COmmune eſt illud proprio cũ accidẽti indiſcreto, quòd illa in quibus cernũtur, conſtare ſine ipſis nullo modo poſſunt. Vt enim cõſtare homo ſine eo non poteſt quod ad riſum aptũ ſit: ſic eſſe ſine nigro colore Aethiops nullo pacto poteſt. Et quẽadmodũ in ijs omnib. quorum eſt propriũ, & ſemper ineſt propriũ: ita accidens, quod ſeiungi nõ poteſt. Hoc uerò differunt, quòd propriũ uni modò ſpeciei cõuenit, uelut homini id qđ ad riſum aptũ eſt: accidẽs autẽ, quòd ſeiungi non poteſt, uelut niger, nõ ſolũ Aethiopi cõuenit, ſed coruo etiã, & carboni, & ebeno, alijsq́; nonnullis. Iam propriũ, & id cuius eſt propriũ, reciprocantur, in omnibusq́; ęquè ineſt propriũ: accidẽs aũt id quod ſeparari nõ poteſt, non reciprocatur. Propriorũ etiã ęqua eſt parq́; cõmunio: accidentiũ alia maior, alia minor. Sunt pręterea alię multę cõmunitates & proprietates eorum omniũ quæ adhuc cõmemorauimus: ſed hæ ſatis multæ ſunt ad ea diſcernenda, eorũq́; inter ſe comprobandas cõmunitates.

FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE CATEGORIAE, INterprete Ioachimo Perionio, per Nic. Grouchium correctæ & emendatæ.

ARGVMENTVM EX VOlaterrano.

ZEno Eleates primus hanc philoſophiæ partem ad uerborũ contentionẽ deduxit, ne dicã inquinauit: quũ planè ex Epicuri ſententia, res naturæ dialectica non opus habeãt, multoq́; minus theologia, ut ait Hieron. Ambitionis cõmenta ſunt omnia, ut ſcientia difficilior cognitu putaretur. ſatisq́; conſtat, ipſum quandoq; Ariſtotelem gloriatũ apud Alexandrũ fuiſſe, Phyſicã ab ſe editã neminem eſſe ſatis intellecturũ. Neoterici uerò multo ambitioſius hãc inuolucris & ænigmatis poſtea diſtorſerũt, ut iam ſphinge opus ſit ad artẽ Raimundi. Is enim uir Gallicus, ſublimi doctrina, ſub Ioanne XXII. alia quoq; obſcuriora reliquit, quæ in ſanctuarijs Parriſiorũ adſeruari ferunt. Sed & hæc cõtagio noſtros iamdudũ afficit religioſos: & in eorũ conciliabulis ac diſputationibus is maximè prouehitur, qui cæteris clamoſior & arrogãtior uidetur: tum maximè ſapere, ſi portẽtoſis nominibus è cœno commentariorũ deprõptis, quàm minimè ab alijs intelligatur. Neq; ars uituperanda, quæ ſicuti ſobriè percepta ingeniũ acuere: ſic peruertere poterit, ſi multũ hæc tẽporis, ac de uerbis magis quàm de rebus, deq́; uictoria magis quã de ueritate ſollicitũ teneat. quod uitiũ Cicero inquit maximè cõtra prudentiã eſſe. In hac igitur tẽporis breuitate utilia tãtum, & quæ ad uitæ faciãt frugẽ, ediſcenda. Quũ itaq; dialectica omnis uerbis cõſtet, hæc biſariã diducuntur: aut enim ſimplicia ſunt, ut Plato: aut coniuncta, ut Plato diſputat. Simpliciũ rurſus ſynonyma, homonyma, analoga, paronyma, finita, infinita, categorematica, ſyncategorematica. Synonyma ſunt, quũ ſub uno plura cõprehenduntur, ſecundũ eandẽ ſubſtantiæ rationẽ: ut animal. quo fermè mo-

A *do genus de ſpecie, ſpecies aũt de ſingularibus dici poteſt. Homonyma, id eſt æquiuoca, cũ idẽ plura ſignificat: ut Letum, hilarem, & mortem. Analoga Latini proportionem dicunt: quã aliter Mathematici uſurpant, pro menſura uidelicet quadã in numeris: philoſophi aũt in uerborũ congruentia, cum duo proportionẽ ad unũ habent, ut caro piſciũ, cõparatione terreſtriũ animalium: & hominis ſimulacbrũ, cõparatione ueri. poteſt tñ idẽ dici uniuocè, æquiuocè, & analogè: ut canis animal, & cœleſtis, & pictus. Grãmatici itẽ aliter in caſuũ declinationũq; ſimilitudine: ut canis, funis, panis. Paronyma, id eſt denominationes, ut à iuſtitia iuſtus. Finita, ut homo: Infinita, ut non homo. Categorematica, ut equus, homo, animal. nã prædicatiua dicuntur ad eorũ differentiã, quæ nihil ſignificãt, aut ponũt. Syncategorematica nomina, quæ illis adduntur, grãmaticis diſtributiua, dialecticis ſigna appellata: ut omnis, nullus, aliquis. Tertia uerborũ diductio, quã noſtri Dialectici primæ ac ſecundæ intẽtionis adpellãt, Ariſtoteli in Metaphyſicis annotatur. Sub prima nomina re ſubſiſtẽtia, & ad phyſicũ pertinẽtia cõtinentur: ut homo, animal, qualitas, quãtitas, & reliqua prædicamẽta. ſub ſecunda, nomina nõ re ſubſiſtẽtia, ſed ratione cõprehẽſa: ac nominũ re ſubſiſtẽtiũ ſignificãtia, quæ ad dialecticũ pertinẽt, ut genus, ſpecies, differentia, propoſitio, ſyllogiſmus, & reliqua huiuſce modi. Ariſtoteles itaq;, quũ ad ſyllogiſmũ, præſertim demonſtratiuũ (qui neruus eſt logicæ) properaret, neceſſariũ duxit hæc tanquã eius partes prius enarrare: uerba uidelicet, & propoſitiones.* B *Verborũ duos edidit tractatus. primum, Quinq; uoces categoricas: alterum, Decem genera, ſiue Categorias: tertium his addidit, De Interpretatione tractatum, ubi de ratione propoſitionum omniũ agit. Quinq; igitur uoces categoriæ, à noſtris uniuerſales & prædicabiles dictæ, quòd in his uniuerſæ cõprehendãtur uoces, ſunt, genus, ſpecies, differentia, propriũ, & accidẽs. Genus apud grãmaticos, ſexũ ſignificat: apud Oratorẽ, ſobolẽ: apud logicũ, quod plures cõtinet ſpecies. Sub hoc Subſtãtiæ prædicamentũ propriè cõtinetur: ac rurſus genus ſubalternum, ſpecies quidẽ uocata reſpectu ſupremi generis. Eadẽ quoq; ratio ſpeciei, donec ultima ſpecialiſsima dicatur. Species Ariſtoteles, ſubſtãtias fecit ſecundas, ac minimè ſubſiſtẽtes. Plato aũt & primas, & ſubſiſtentes, quas ideas uocauit, quorũ eſſet particeps indiuiduorũ ſubſtantia. Differẽtia cõmunis, propria, & magis propria: hæc ultima addita uidit genus, cõſtituit ſpeciẽ, perficit definitionẽ. Accidens & propriũ, inter accidẽtalia ſunt & cõmunia, tam in uniuerſalibus quã ſingularibus: tantũ inter ſe differunt, quòd omne propriũ accidẽs eſt, nõ cõtrà. Propriũ enim eſt quod in anguſtiore conſiſtit limite, ac tantũ alicui rei uel ſpeciei accidit: ut Socrati ironia, uel riſibile homini. Propria aliqua dici poſſunt, quæ oriũtur ex principijs ſubſtãtialib. ſiue ſpeciei, ſiue indiuiduorũ: quãuis ſint accidẽtia, ad differentiã illorũ quæ dicũtur accidẽtalia. In uniuerſũ uerò quadrifariã dicitur propriũ, quod ineſt ſoli, & non omni, ut homini eſſe medicũ: quod ineſt omni, & non ſoli, ut eſſe lapidi: quod ineſt omni, & ſoli, ſed nõ ſemper. ut homini eſſe cogitantem: quod ineſt omni & ſemper, hoc propriè proprium.*

propriū, ut eſſe riſibilē. Ex quo nō ineptè illud diſtichō extat, Forma, figura, locus, ſtirps, nomē, patria, tempus: Cuilibet eu. uiuut hæc homini propria.

Accidens duplex, aut tanquam extraneum eſt in ſubiecto, & de nouem generibus ac primæ intentionis eſt, de quo dicit Ariſtoteles in Prædicamētis. Quod uerè eſt, nulli accidit. Et accidens inter quinq; uoces: quod ſecundæ intentionis fuerit. quem uidelicet extraneū aliquid non ut in ſubiecto propriè fuerit: ut homini accidit ſeruus, & Socrati ueſtimentū. Decē uerò Categoriæ, quæ à noſtris Prædicamenta dicuntur, non tamen prima, ſed prima genera, ut ait Simplicius: de re ſunt, non de uocibus aut nominib. Quanquā cōtrà uidetur. uā ad logicā pertinet, de Prædicamentis ueſtigare. Logicus quoq; entia rationis, uerbaq; tantum conſiderat. Inſtatur autem, quòd uerba conſiderat non ut abſtracta, ſed rebus concreta: igitur ex accidente res ipſas. quod apertè Ariſtoteles monſtrat in primo Phyſicorum, ubi uult, quòd quicunque urinæ ſalubritatem intelligit, intelligat & urinam, ut eſt obiectum ſalubritatis. In ſecundo item Phyſicorum: Qui in materia formam conſiderat, habet etiam quadam tenus materiā iudicare. Categoriarum igitur prima οὐσία eſt, quam Cicero & Quintilianus eſſentiam conuertunt: poſteriores uerò ſubſtantiam, de qua tantum ſcientia eſt. Reliqua accidētia, Quale, Quantum, à poſteris diuiſum, quàm magnum & quàm multum: Ad aliquid, unde deducitur translatio & comparatio: poſt hæc, Facere, Pati, Vbi, Quādo, Habere (quod eſt quaſi armatum & ueſtitum eſſe) & Situs. Ex his plurima in ſequentibus perſpiciemus.

Quæ uerò his addūtur ab Ariſtotele, indiuidua ſubſtātiarum primarum, de nullo ſubiecto dicuntur, neq; in ſubiecto ſunt, ut Socrates. Accidentium uerò indiuidua, de nullo item ſubiecto, ſed in ſubiecto ſunt: ut quædam grammatica, quoddam album. Subſtantiæ autem ſecundæ, ſiue uniuerſales, ſiue ſpecies, in ſubiecto non ſunt: de ſubiecto autem dicuntur, ut homo. Accidentia item uniuerſalia de ſubiecto, & in ſubiecto dicuntur: ut ſcientia, in anima dicitur: & de ſubiecto, ut grammatica. Item color, in corpore: & de ſubiecto, ut de albo.

ALIVD, PER ANGELVM Politianum.

ECce autem magnus ille Peripateticorum princeps primis nobis rerum genera proponit, quæ Prædicamenta dicimus. Sed æquiuoca prius eſſe docet, quibus idem nomen, ratio non eadem. nam ſi ratio quoq; ſit eadem, dici Vniuoca, ſicuti etiam Denominatiua, qua ab origine ipſa, qua producantur, ſolo differant caſu. Dici quædam iunctim, quædam ſeparatim. Dici aliqua de ſubiecto, quæ in ſubiecto non ſint. Eſſe aliqua in ſubiecto, quæ de ſubiecto nō dicātur. Cōpetere utrūq; alijs, cōpetere neutrū. Diuerſas eſſe diuerſorū generū ſpecies, quæ deinceps in ſerie non ſint. nam in ſerie ſi fuerint, non eſſe interdum diuerſas. Quæ ſeparatim dicantur, ſubſtantiam, quantū, quale, ad aliquid, ubi, quando, iacere, habere, facere, pati, uocat. Subſtantiam primam decernit, quæ de ſubiecto non dicatur: ſecundam, quæ dicatur. Quæ de ſubiecto dicanA tur, ea nomen illi & rationem: quæ in ſubiecto ſint, nunquam rationem, ſæpè nec nomen communicare. cætera uel de primis dici, uel in primis eſſe ſubſtantijs. ergo his ſublatis, omnia tolli. De ſecundis magis eſſe eam ſubſtantiā quæ primæ uicinior. Atque ut prima ſe habeat ad reliqua, ſic ſpecies ad genus. Nec magis unam ſpeciem ſubſtantiam eſſe, quàm alteram: de ijs loquor, quæ tantum ſpecies, non & genera, ſicut nec unam aliquam primam magis altera eſſe ſubſtantiam. Atq; ut prima ſe in dicendo habeat ad reliqua, ſic ad accidentia ſpecies earum & genera. Commune utrinſque ſubſtantiæ id eſſe, ut in ſubiecto non ſit. Tam nomen ſecundæ, quàm rationem de prima dici. Quod idē tamen & differentijs competat, quæ in ſubiecto quoque ſint, ſed ut partes. Atque ab utriſque, hoc eſt, & ſubſtantijs & differentijs, dici uniuocè omnia: ſed primam ſubſtantiam ſignificare hoc aliquid, ſecundam quale quid potius: hoc eſt non quale penitus, ſed quatenus ad ſubſtantiā pertineat. Nihil his eſſe contrariū: ſed nec quanto ipſi, certo præſertim. Quodq; ſubſtātia ſit, id illam nec magis eſſe, nec minus. Proprium tamen illius eſſe, ut eadem numero contraria ſuſcipiat, nequaquā mutationis expers, ne quæſtionem uel oratio moueat, uel opinio. Quantum uerò, eſſe aut diſcretum aut continuū: rurſus, aut habere partium inter ſe poſitū, aut non habere. Diſcretum, quod nullo cōmuni termino iungatur, ut numerus, ut oratio: Continuū, quod huic diuerſum, ut linea, ſuperficies, corpus, tēpus, locus. Nam partiū poſitu conſtare lineam, ſuperficiē, ſolidū: non conſtare numerum, tempus, orationem: quando in his B ordo ſit potius. Quicquid præterea quantum dicatur, horū ſimilitudine dici. Nihil huic eſſe contrarium. nec enim obſtare magnum & paruū. Nam & eſſe ad aliquid, & nacare contrario, niſi ſi quis de loco ambigat. Nec aūt recipere magis, aut minus. Propriū tamen quāti eſſe, quod æquale. Vocamus & inæquale Ad aliquid illa quidē putari, quæ quod ipſa ſunt, eſſe aliorū dicantur, uel alio quouis pacto. Suſcipere cōtrariū, ſuſcipere magis & minus. Quanq̄ nec omnia reciproca eſſe, nec uno tamē caſu. Vt aūt reciproca negētur quædā, reddentiū fieri uitio. Quare interdū fingēda uocabula, nec ad accidens tamen, ſed referendū eſſe ad illa ipſa, ad quæ dicuntur: ubi ſublatis etiā cæteris, recurrere. nam ex ijs pleraq; ſimul eſſe. Nullas reuera ſubſtātias eſſe ad aliquid, ſi rectè uoces. Ad aliquid, hoc eſt, quod hoc ipſo ſit, quoniā aliquo pacto ſe ad aliquid habeat. quare altero ad liquidum cognito, protinus & alterū cognoſci. Qualitatē deinde, qua dicamur quales, in habitu & diſpoſitione cōſiſtere, quarū ſola diſcrimē diuturnitas faciat. itē in naturali quadā facultate, & facultatis eius uacuitate. In affectiuis qualitatib. quas & affectiones quidā uocēt, quæ uel ſenſus afficiunt, uel ex affectionibus oriuntur. At ſi maneant, affectiuæ qualitates: ſi protinus abeant, affectiones potius nominētur, quū ab his quales non dicimur. Poſtremò in forma cuiuſq; & figura, quibus denſum tamē & rarum nō adnumeres, ut quæ magis poſitu cōtineantur. Denominationes hinc produci, niſi ſi uocabula deſint: interdū uerò ne tum quidem, cū præſtò ſunt. Cæterùm contraria non qualitatibus modò, ſed & qualibus eſſe, nec omnibus tamen

tamen,ac ſi alterum quale ſit ex contrarijs,eſſe item & al- A
terum,magiſq; ſuſcipere & minus, nec ubiq; tamen.Qua
litatis eſſe proprium,ſimile ac diſsimile. Et cũ ſingularia
in qualitatibus ſint, unde quales appellamur, genera ipſa
interdũ ad aliquid eſſe:nec abſurdum tamen,ut duabus idẽ
generibus aſcribatur. Reliqua in ũnũ quaſi faſciculũ præ
dicamenta colliguntur.Facere enim & Pati,cõtrarijs offe
runtur,quæ magis etiam,minuſq; ſuſcipiant.Iacere ipſum
denominatur poſitionibus tantum quatuor, alia prorſus
ut manifeſta diſsimulantur. Oppoſitis immoratur Ariſto-
teles, quæ ſint aut ad aliquid,aut contraria,aut quale ha-
bitus & priuatio,aut quale dedicatio & abdicatio. Pluri
mum uerò ut inuicẽ differant.nam Ad aliquid ipſum quod
ſunt,oppoſitorum dici,aut quo alio pacto:Contraria non
item,ſed hoc ipſum contraria, quæ ſi eiuſmodi ſint, ut ne-
ceſſe alterum ſit eſſe,medio carere,alioqui non carere. ſed
medijs eſſe aliquibus nomen,aliquibus fieri,ſi extrema ne
garis. Priuationem circa idem ſuapte natura uerſari,&
habitum.nec enim alibi eſſe priuationem,quàm ubi natu-
raliter habitus. aliudq; priuationem & habitum, quàm
quòd priuatum fuiſſe, aut habere habitum dicitur,quan-
quam utrobique oppoſitio.Sic aliud eſſe dedicationem &
abdicationem, aliud quodcunque his ſubeſt: oppoſitionis
tamen eundem modum. Non eaſdem eſſe priuationis ha-
bituſq; oppoſitiones, quæ ad aliquid ſint: quoniam illæ
nec alterius dicuntur, quod ſunt,nec retro aguntur. Non
item eadem,quæ contrariorum. nam nec neceſſe illa alte-
rum ineſſe,ut contrarijs quibuſdam, & ineſſe omnibus a-
liquando:quod nunquam his euenit contrarijs,quæ medio B
uacent. Addit & illud, non poſſe regredi ad habitum
priuationem. Deinde abeſſe à dedicatione abdicatione-
que,quibus ueri falſiq; neceſsitas inſit. neceſsitas illa in-
quam, quæ nec contraria tangit, nec illa quæ ad aliquid.
quanquam aliter id in contrarijs,ſed iunctim prolatis ap-
paret. Poſtremò contraria circa idem genus uerſari:
quin potius aut eſſe in eodem genere,aut in generibus con
trarijs,aut ipſamet eſſe genera. Docet & illud uocabulũ
Prius, aut tempore dici, aut cum retro ſi agas, eſſe alte-
rum non probetur, aut ordine, aut dignitate, aut quoniã
ſit alteri cauſa. Vocabulum Simul, uel tempore, uel na-
tura, ſed citra cauſam: uel quoniam ſub eodem genere,ſe-
ctione eadem contrà partiaris. Sex eſſe motus ſpecies,
generationem, corruptionem, incrementum, decremen-
tum, uariationem, loci mutationem. Motui quietem con
trariam, corruptioni generationem, decremento incre-
mentum: loci mutationi, mutationem alteram in contra-
rium locum. Variationi uel nihil, uel qualitatis pau-
ſam,uel qualitatis in contrarium mutationem. Quum il-
lud habere, nunc ut ad habitum diſpoſitionemq; referri,
nunc ut ad quantum,nunc ut ad aliquod circa corpus,aut
in corporis particula, nunc ut ad partem, nunc ut ad id
quod in uaſe,nunc ut ad poſſeſsionem,nunc ad ex-
emplum illud,quo uxor uirum, uir habere
uxorem dicatur. Atq; hactenus in
Prædicamentis.

A DE HOMONYMIS, SYNO-
nymis & paronymis.

Oμώνυμα dicuntur, quorum nomẽ
ſolum cõmune eſt: definitio au-
tem naturæ,nomini congruens,
alia atq; alia. ut animal, id quod
homo eſt, & depictum animal.
Hæc enim nominis tantũmodo
ſocietate coniuncta,definitione ea quę naturam
eorũ,nimq; nominis explicat, differũt.Si quis e-
nim quæ ſit utriuſq; eorũ natura, quia animalia
ſint,dicat, utriuſq; propriã cõſtituet definitionẽ.

Synonyma autem dicuntur,quorum & nomẽ *De ſynonymis*
commune eſt, & eadem nomini attributa natu-
ræ definitio: ut animal, id quod homo eſt, & id
quod eſt bos.Nam & animal communi nomine
eorum utrumque appellatur, & eadem eſt quæ
naturam explicat definitio. Etenim ſi quis red-
dat definitionem,quæ quid ſit utrunque,qua ge-
nus animalia ſunt, explicet: certè eandem attri-
buet utriq;.Paronyma autẽ uocantur ea, quę or- *De paronymis*
ta ab uno uariè commutantur:ut à grammatica
grammaticus, fortis à fortitudine.

Eorum quæ dicuntur, partim cõiuncta ſunt, *De ijs quæ di-*
partim ſimplicia. Ac coniuncta quidem, ut ho- *cuntur.*
mo currit, homo uincit: ſimplicia ſunt, homo,
bos,currit,uincit.

Eorum quæ ſunt, alia de ſubiecto aliquo dicũ *De ijs quæ*
tur,nec in ſubiecto inſunt ullo, ut homo: de ſub- *ſunt.*
iecto enim dicitur quopiam homine, in ſubie-
cto autem nullo ineſt. Alia in ſubiecto ſunt illa
quidem,ſed de ſubiecto nullo dicuntur. In ſub-
B iecta autẽ re eſſe dico id, quod in re aliqua ineſt,
non tanquam pars, nec ab eo cui ineſt ſeiungi ſe
parariq; poteſt. ueluti grammatica aliqua in ſub
iecto ineſt animo, ſed de ſubiecto nullo dicitur.
Eodemq; modo hic uel ille candor, eſt ille qui-
dem in ſubiecto corpore (eſt enim in corpore co
lor omnis) attamen de nullo ſubiecto dicitur.
Quædam & de ſubiecto dicuntur, & ſunt in ſub
iecto: ut ſcientia in ſubiecto animo ineſt, ac de
ſubiecta grammatica dicitur. Nonnulla nec in
ſubiecto ſita ſunt,nec de ſubiecto dicuntur ullo:
ut ſinguli homines, ut ſinguli equi. Nihil enim
eius generis neq; in ſubiecto eſt,neque de ſubie-
cto ullo dicitur. Omnino autẽ & indiuidua, &
res ſingulæ,de ſubiecto nullo illa quidem dicun
tur,ſed eorũ nonnulla in ſubiecto eſſe nihil pro-
hibet. Nam grammaticæ ſingulis ſunt in ijs quę
in ſubiecto inſunt, nec de ſubiecto ullo dicũtur.
Cum alterum de altero tanquam de ſubiecto di
citur,quicquid de prędicato dicitur, id omne de
ſubiecto quoque dicetur. ueluti, quia homo de
quopiam homine dicitur,& animal de homine:
ob eam etiam cauſam animal de ſingulis homi-
nibus dicetur. Singuli enim homines,& homi-
nes ſunt,& animalia.Quãdo genera diuerſa ſunt
nec unũ ab altero continetur, eorum etiam diffe
rentiæ ſpecie differunt,ut animalis & ſciẽtiæ. A-
nimalis enim differẽtiæ ſunt,terrenum & bipes,
& uolucre,& aquarile. At uerò harum nulla ſci-
entia eſt: quoniam inter ſcientiam & ſcientiam
hoc ipſo quòd bipes ſit,nihil intereſt. Eorum au
tem generum, quorum unum altero contine-
tur, nihil prohibet eaſdem eſſe differẽtias. Nam
ſuperiora

ſuperiora genera de ijs, quæ ijs ſubiecta ſunt, generibus dicuntur. Ita fit, ut omnes quæ ſunt prædicati, ſubiecti etiã ſint futuræ differentiæ. *Categoriarum enumeratio.* Quę autem ſimplicia ſunt, ea uel ſubſtauriã ſignificat, uel quantiatem, uel qualitatem, uel quæ cum aliqno comparantur, uel locum, uel tempus, uel ſitum, uel habere, uel faeere, uel psti. Eſt autẽ Subſtantia, ut populariter dieam, ut bomo, ut equus. Quantiras, ut quod duorum cubitorũ eſt, quodque trium. Qualitas, ut candor, grãmatica. Quæ eñ aliquo comparãtur, ut duplum, ut ſimplum, ut maius. In loco, ot in foro, in Lycio. In tepore, ur cras, anno ſuperiore. Situm eſſe, ut iacere, ut ſedere. Habere, ut armatum eſſe, ueſtitum eſſe. Faeere, ut ſecare, urere. Pati, ut ſecari, ori. Nihil autein eorum, quæ enumerara ſunt, per ſe affirmationem aut negationem facit: ſed ex eorum mutua quadam coniunctione, omnis & affirmatio & negario naſcitur. Nã & omnis affirmatio & negatio aur uera aſt, aot falſa: & nihil eorum, quę ſimplicia ſunt, non couiuncta, uerum eſt, aue falſum: ut homo, ut candor, ut currit, ut uincit.

Subſtantia — *aſyſtatos* — Accidens

De ſubiecto & non in ſubiecto — *In ſubiecto Non de ſubiecto*

Vniuerſale — *Et de ſubiecto Et in ſubiecto* — *Non in ſubiecto Neq; de ſubiecto* — Singulare

In ſubiecto, ſcientia — *Non in ſubiecto, indiuidua*

aſyſtatos

Vniuerſale — Singolare

DE SVBSTANTIA.

Subſtantiæ diuiſio, & definitio. SVbſtantis aotem, qua & propriè & primùm & maximè appellatur, ea eſt, quæ nec de ſubiecto ullo dicitur, nec io ſubiecto ullo ineſt: ot quidam homo, quidam eqous. Secundo autẽ loco ſubſtantiæ uocaotur ſpecies eæ, in quibus quæ primę nominantur naturę, inſunt: itemque earum formarum genera. uelut quiſpiam bomo ſpecie qoidem hominis conrlnetur, ſpeciei autẽ genus eſt animal. Hæ igitur ſecundę naturę ſubſtantiæq; nominantur: ut homo, ut animal. Perſpicuum eſt autem ex ijs, quę dicta ſunt, eorum quę de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſſe & nomen de ſubiecto dici, & definitionẽ: ut bomo de ſubiecto quopiam homina dicitur, & nomeo etiam dicitur. Siquidem qoempiam hominem, ru hominem rectè appellabis. Atq; etiam bominis de aliquo homine dicetur definitio. Homo enim quiſpiam & homo eſt, & aoimal rationis particeeps, mortale. Ergo & nomen de ſubiecto dicetur, & definitio. At uerò eorum, quæ in ſnbiecto continentur, permulta ſunt, quorum neq; nomẽ neq; definitio de re ſobiecta dicitur: noonullorũ nomen nihil probibeat dici de ſubiecto interdũ, A etiamſi non poſsit definitio. oeloti candidũ eum ſir io ſubiecto corpore, de ſubiecto dicitur. candidum enim corpus dicitur: at candidi definitio nũquã de corpore dicetur. Cætera uerò omnia uel de primis ſubſtãrijs ſubiectis dicuntur, uel in ijs ſubiectis continentur. *Exemplis demonſtrat.* Quod perſpici exemplis poteſt. oeluti animal de bomine dicitur, de quopiam igitur atiam homine dicetur. Si enim de ſingulorum hominũ neinine, ne de homiue quidẽ dicetur omnino. Rurſum ineſt color In corpore, ergo & io aliquo corpore. Nam ſi in nullo eſt ſingulorum corporum, neque in uniuerſo corpore. Ergo hoc iam apparet, reliqua oomia aut de ſubiectis primis ſubſtantijs dici, aut in eis ineſſe ſubiectis. Quoclrca ſublatis primis naturis atq; ſubſtantijs, nibil loci relinquitur cæteris omnibus. Porrò ſecundarum ſubſtãtiarum ſpecies magis ſubſtantia eſt, quàm genus, quoniam ad primam naturam propius accedit. Si enim quid ſit prima eſſentia quiſpiã explicet, planius id & aptius faciat uſus ſpecie, quàm ſi genus adbibuiſſet: ueluti apertius euiuſdam hominis naturam explicabit, qui hominẽ eſſe dicet, quàm qui animal. Eſt enim magis propria ſpecies cuiuſpiam hominis, ar genus communius. Itẽ ſi quis, quid ſit aliqua arborum ſingularum aperiat, apertius docebit, ſi arborem dicat eſſe, quàm ſi plantam. *Primæ ſubſtantiæ unde dictæ.* Iam primę ſubſtanriæ, quia cæteris omnibus ſubiectæ ſunt, reliquaq; omnia de eis dicuntur, aut in eis ſunt, idcirco maximè ſubſtantię naturęq; nominãtur. Quam autem habent rationem ad cęrera omnia primæ eſſentiæ, eandem haber ſpecies ad genus. B Subijcirur enim generi ſpecies, quippe cum de ſpeciebus genera dicãtur, nec ſpecies generibus ex hac parte reſpondeant. Ita ſir etiam ex his, ut ſpecies magis quàm genus nomen obtineat ſubſtantię. At uerò ſpecies nulla earum, quæ genera non ſunt, magis quàm altera ſubſtãtia eſt. Nemo enim cuiquam ſingulorum homioum nomẽ hominis adhibebit aptius, quàm bouis, cuipiã boũ ſingulorum. Similiterque in primis eſſentijs ac naturis nihil magis aliud alio ſubſtantia eſt. neq; enim quiſquam ſingulorum hominũ uerius eſſẽtia eſt, quàm bos aliquis. *Secũdæ ſubſtãtiæ.* Iure autem poſt primas eſſentias, ſpecies ſolæ ac genera eſſentiæ ſecundæ nominautur. Hæc enim ſola eorũ quę dicuntur, quæ uis ſit primæ ſubſtantiæ explicant, atque declarant. Nam ſi quis uelit explicare quę uis ſit & narura cuiuſpiam hominis, isq; uel ſpeciem afferat uel genus, aptè ille quidem fecerit: licet planius, ſi hominem eſſe dicat, quàm ſi animal, feciſſe uideatur. At ſi quid cæterorum omnium afferat, alienum Id futurum eſt, & ad eam rem minimè accommodatum: ut ſi cãdidũ sum dicat, uel currere, aut aliud quiduis geoeris eiuſdem. quapropter ex reliquis rebus omnibus hæ ſolæ meritò ſubſtantiæ uocantur. Prærerea quoniam cæteris omnibus primæ ſubſtantiæ ſubiectæ ſunt, quonlamq; reliqua de eis omoia dicuntur, uel inſuut in ipſis, ob eam cauſam principales dicuntur ſubſtantiæ. Quod autem ſunt ad cętera omnia primæ ſubſtãtiæ, hoc & genera ſunt, & ſpecies primarum ſubſtantiarum ad reliqua omnia. de his enim cætera omnia dicuntur. Vt enim quempiam hominẽ grammaticum dices, ſic

&

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

&hominem grammaticũ & animal: ſimilirerq́; A in cæteris omnibus.

Subſtantiæ omnis communitas I.

Hoc autem omni ſubſtantiæ commune eſt, non ineſſe in ſubiecto. nam nec in ſubiecto prima ſubſtantia aſt, nec de ſubiecto ullo dicirur. De ſecundis etiam id perſpicuum eſt, eas in nullo eſſe ſubiecto. Homo enim, erſi de ſubiecto quopiam homine diciror, tamen in nullo ſubiecto ineſt. oeq; enim in quodam homine homo ineſt. Iremq́; animal de ſubiecto quopiam bomine dicirur, cum interim animal in aliquo homine nõ inſir. Iam uerò eorum quę in ſubiecto inſunr, nibil impedir, quo minus nomẽ illud quidẽ inrerdum de ſubiecto dicarur, ſed ramen nunquam definirio poreſt. At ſecundarum ſubſtantiarum & definirio de ſubiecto, & oomen dicitur. Hominis enim alicui homini cõuenire dicas definitionem, itemq́; animalis. Nõ igirur in ijs quæ in ſubiecto inſunt, eſſe ſubſtantia ullo modo pǒteſt. Sed non eſt ſobſtantię hoc proptium: quin etiam ſunr in ijs, quæ nõ ſunr in ſubiecto, differenriæ. Nam gradiens & bipes de ſubiecto aliquo homine dicũrur, nec ſunt in ſubiecto ullo. neq; enim in homine bipes ineſt, neq; gradiens. Arq; etiam de eo differentiæ definitio, cuius eſt differentia, dicitur: ut ſi gradiens de homine dicatur, dicerur etiam de homine gradientis definitio. eſt enim homo gradiens.

Subſtantiarum partes quò referendæ.

Nec uerò conturbare nos debẽt ſubſtanrlarum partes, quaſi inſinr in totis ut in ſubiectis, ne quãdo eas ſubſtantias negare coganmur. Ea enim in ſubiecto eſſe negauimus, quæ ur parres ineſſent. Hoc aurẽ eſſentijs ipſis & differeurijs ttibutum ęſt, ut de quibus ipſa dicunrur, συνωνύμως dicantur.

Cõmunitas II.

Omnes enim quę ex illis ducuntur dicendl rariones, aur de indiuiduis, aut de formis dicuntur. Ex prima enim ſubſtantia, quoniam de ſobiecto nullo dicitur, nulla dicendi ducirur ratio. Ar ſecundarũ ſubſtantiarum formæ, de indiuiduis dicũrur: genus aurẽ & de ſpeciebus, & de indiuiduis. Ireq́; differentiæ de formis, indiuiduisq́; dicuntur. Aeque etiam primæ ſubſtantiæ, & tormarum ſibi uendicãr & generum definitionem, & ſpecies illam generis. Quæ enim de prædicaro dicuntur, de ſubiecto quoq; dicũtur omnia. Eodemq́; modo differentiarum definirio formis & indiuiduis accommodanda eſt.

Synonyma.

Synonyma autem definita ſunt ea, quorum nomen cõmune aſt, eademq́; definitio. Omnia igirur quæ à ſubſtãtijs & differentijs proficiſcũtur, συνωνύμως dicunrur.

Cõmunitas III.

Omnis eriam ſubſtãria, quiddam hoc uel illud ſignificat. Ac in primis quidem eſſentijs non eſt id dubiũ: ſed uerum eſt eas hoc quiddam ſignificare, oel illud, præſertim cum indiuiduum, quodq́; unum numero eſt, declaretur illis, & exprimarur. Secũdæ aurem uidenrur illæ quidem ſimiliter, figura appellarionis, hoc quippiam ſignificare, cum dicitur homo, uel animal: non ramen id uerum eſt, ſed qualitarem potius ſignificant. Neq; enim res una ſubiecta eſt, ur in prima ſubſtãtia: ſed de multis homo animalq́; dicuntur, quãqnam non omoino qualiratem ſignificat, ſicur album. nomẽ enim albi, niſi qualirarẽ, nihil ſignificar omnino. Ar genus & ſpecles cum ſubſtantia, qualirarem adſignificant: ſignificant enim talem aliquã ſubſtantiam. Sed genere, quàm ſpecie, plura explicã tur: quoniam qui nomen animalis profert, plura quàm is qui hominis complectitur.

Communitas IIII.

Iam hoc etiani ſubſtanrijs inſitum eſt, ur ipſis nibil ſit contrarium. Nam primæ quidem ſubſtantiæ, ut cuipiam homini, uel cuipiam animali, quid contrarium eſſe poſsit? nihil eoim eis repugnar: oe homini quidem, aut animali. Sed hoc proptium nõ eſt ſubſtanriæ, quin etiam in pleriſq; alijs rebus hoc cernitur, ueluti in quantitate. Neq; enim tei duorum cubitorum, aut trium, quicquam coorrarium eſt: neque decem, nec cuiquam rei eiuſdem generis. niſi fortè dicar aliquis, mulra paucis eſſe conrratia, aut magna paruis: ſed illud ꝑfectò uerum eſt, definiris quãtiratibus nil aduerſati.

Cõmunitas V.

Illud præterea ſubſtantijs conuenit, ut nec elationẽ nec ſummiſsionem ſuſcipere poſsint. Quod non ita dictum uelim, quaſi ſubſtãtia alia, alia nec magis nec minus ſubſtantię nomen obtinear: hoc enim conceſſum eſt. Sed hoc uolo, nullam ſubſtantiã, id ipſum quod ſuapte natura eſt, nec magis oec minus ſibi uendicare. ueluri ſi homo ſubſtanria eſt, nec ipſe ſeipſo magis aut minus eſt, nec alrer altero magis eſt aut minus bomo. Neq; enim alter altero nomẽ hominis magis obtiner: ſicuri res alba alia, alia albior eſt, & minus alba: & hooeſtum aliud alio honeſtius eſt, & minus honeſtum. Quineriam idem ſeipſum magnitudine aliqua & exiguitate ſuperare dicitur: ut corpus cum candidum ſit, hoc tẽpore quàm antea albius uocatur: & quod calidum eſt, magis minusq́; calidum. Ar uerò eſſentia nec magis nec minus eſſenria nominarur. neq; enim homo B nunc magis quàm anrea nomen hominis obtiner, nec quicquam eorum quæ ſubſtantiæ appellanrur. Quare non patitur ſubſtãtia illud magis aur minus ſibi ttibui.

Subſtãtiæ proprium, communitas VI.

Sed boc ſubſtãriæ eſt ꝓprium maximè, una eademq́; cum ſit numero, uim babere accipiendi conrraria: ira ur cærerorum omniũ quæ non ſint ſubſtantiæ, nihil quiſquam afferre poſsit, quod unum idemq́; manẽs conrratia poſsit accipere. ut color cum ſit onus & idem numero, niger nõ dicirur, & albus: neq; eadem actio, uicioſa & recta. Eadem eſt cæterorum omnium ratio, quæ ſubſtantiæ non uocantur. At ſubſtantia cum una ſir, eademq́; numero, uim habet accipiendi contratia. ueluti unus idẽque homo aliàs albus, aliàs eſt niger: interdũ calidus, interdum frigidus: nonounqoam bonus, nonnunquam improbus: qood in cæteris omoibus non tepetitur.

Obiectio.

Niſi fortè aliquis occurrat, cõfirmans contratia accipere & orationẽ poſſe, & opinionem: uidetur enim eadem uera & falſa oratio. ut ſi uera eſt oratio, ſedere aliquem: cum is ſurrexetir, bæc ipſa oratio falſa etit. Eademq́; eſt ratio opinionis. ſi quis enim uerè ſedere aliquẽ ſentiat, cum ſurrexit, malè exiſtimabit, ſi eandẽ de eo babeat opinionem.

Solutio I.

Quòd ſi cui hæc probabuntur, at ramẽ ratione quadam magna eſt diſſimilitudo. Nam ſubſtantiæ ipſę mutatæ, uim habent accipiendi contratia: cum enim ex calido quippiã ſit frigidum, ipſum immutari ſolet, quoniam & qood nigrum ſit, ex albo cõmutatur, & bonum ex malo. Itemq́; cætera omnia commotatione accedente conrratia accipiont. Ar uerò oratio & opinio, manent ipſę quidẽ immobiles

omoi

omni ex parte: ſed re ea quæ ſubiecta eſt immutata, in eis contraria naſcuntur. Manet enim hæc eadem oratio, ſedere aliquem: re uerò mutata, interdum uera, interdum falſa eſt. Eadem eſt ratio opinionis. Quapropter hoc quidem pacto proprium erit ſubſtantiæ, immutatione ſui ipſius accipere poſſe contraria. *Solutio II.* Quanquam autem quis orationem & opinionem contraria accipere cõprobet, profectò non ita eſt. Neque enim ex eo quòd aliquid acceperint, contraria ſuſcipere dicuntur oratio & opinio: ſed, quia in re alia, aliqua affectio nata eſt. Nam quia res eſt, aut nõ eſt, idcirco uera eſt aut falſa oratio, non quia poſsit ea accipere in ſe contraria. Omnino enim à nemine nec oratio mutatur, nec opinio. Nunquam igitur contraria accipient, niſi in eis aliqua affectio gignatur. At ſubſtantia, quòd cõtraria in ea ſunt, ex eo uim habere dicitur accipiendi contraria. Nam & morbus in ea eſſe & ualetudo poteſt, & candor & nigror: quæ cum omnia in ſe accepit, uim habere accipiendi contraria dicitur. Quare naturæ ac eſſentiæ hoc proprium eſt, uim habere accipiendi contraria, immutatione ſui, cum unum & idem numero maneat. Ac de ſubſtantia quidem hactenus.

DE QVANTITATE.

Quantitatis diuiſio I. QVantorum autem aliud deiunctum eſt, aliud coniunctum: & partim ex partibus cõſtant, quæ ſitum quendam inter ſe habeant, partim ex iis quæ non habent. Eſt autem deiunctum, ut numerus, ut oratio: cõtinuum, ut linea, extremitas, corpus, & prætereà locus & tempus. Nam numeri partium terminus cõmunis nullus eſt, quo eius partes coniungantur. uelut ſi quinque ſint partes decem, nullo communi termino quinque & quinque coniuncta ſunt, ſed ſeparata: neque tribus & ſeptem ullus communis terminus accommodatur. Nec poſsis omnino in numero communem ullum partium terminum reperire, ſed ſemper ſecretæ ſunt ac ſeparatæ. Ita numerus in eis eſt quæ ſecreta ſunt. Similis eſt ratio orationis. Nam quantam eſſe orationem ex hoc perſpici poteſt, quòd ſyllaba breui lõgaq; ponderatur. Id quod de uocis oratione intellectum uolo. Partes enim eius nullo communi termino & fine coaptantur. quoniam terminus cõmunis nullus eſt, quo ſyllabæ cohæreant, uerùm per ſe quæque ſecreta eſt. Linea autem continua eſt. Licet enim communem ſumere terminũ, punctum uidelicet, quo eius partes coniungantur, & extremitatis lineã. nam extremitatis partes ad certum communẽ terminum omnes pertinent. Item in corpore potes reperire communem terminum, lineam, uel extremitatem, qua coniunctæ ſint partes corporis. Atque etiam locus & tempus ſunt generis eiuſdem. Nam & id tempus quod adeſt, quodq; præſens eſt, cum præterito & futuro copulatur: & locum certum corporis partes occupant, quæ aliquo communi termino coaptantur. Loci ergo partes quæ ſingulas corporis partes continent, eodem termino quo corporis partes copulantur. Ita in continuis eſt locus, quandoquidem ad certum communem terminum eius partes pertinent. *Diuiſio II.* Prætere-

A res alia ex partibus conſtant, quæ habent ſitum inter ſe: alia ex iis quæ non habent: ueluti lineæ partes ſitum certum tenent, quoniam unaquæq; alicubi ſita eſt, poteſq; ubi quæque ſita ſit in plano explicare, quaq; cum parte reliquarum omnium coaptetur. itemq; plani partes ſitum certũ obtinent: æquè enim doceri poteſt, ubi ſingulæ ſitæ ſint, & quæ inter ſe aptæ. Eadem eſt ratio ſolidi corporis & loci partium. At uerò in numero, quem eius partes inter ſe ſitum habeant, aut ubi ſitæ ſint, aut quæ inter ſe uinctæ atque aptæ, docere nemo poteſt: ne temporis quidem. pars enim nulla manet temporis. Quod autem non manet, qui ſitum certum habeat? quin potius ordinem certum id obtinere poſsis dicere, quia tẽporis pars alia prior, alia poſterior eſt. Similiterq; in numero, quòd unum prius quàm duo, & duo antè quàm tria numerantur. ita ordinem quendam certum obtinent, ſitum autem eorum nunquam certè poſsis reperire. Eadem eſt ratio orationis. nulla enim eius pars manet: ſed prolata & miſſa uox, iam reuocari nullo modo poteſt. non igitur ſitus ullus erit eius partium, ſiquidẽ nulla manet. Alia igitur ex partibus conſtant, quæ ipſæ certò quodam ſitu conſtant. alia ex iis quæ non conſtant. Sed propriè quanta nominãtur ea, quę diximus: impropriè & caſu cętera omnia. Hæc enim ſpectantes & intuentes, cætera quanta appellamus: ueluti multum album aliquid dicimus, quòd extremitas magna ſit: actionem & motionem diuturnam, quòd multum interiectum ſit temporis. Neq; enim quicquam eorum per ſe quantũ dicitur: ut ſi quis doceat quãta B ſit actio, eam tempore explicabit, anni unius, aut ſic quodammodo. Et qui res quàm ſit alba exprimet, extremitatis ratione explicabit. nam quàm longa eſt extremitas, tam album aliquid eſſe confirmauerit. Ita fit, ut ſola ea quę enumerata ſunt, propriè quanta dicantur: reliqua omnia non per ſe illa quidem, ſed caſu & fortuitò. Iam quantis nihil contrarium eſt. *Quantis nihil eſt cõtrariũ. I.* nam certis ac definitis perſpicuum eſt nihil repugnare, ut rei triũ aut duorum cubitorum, uel extremitati, neque ulli eorum quę ſunt generis eiuſdem. nihil enim eis contrarium eſt. Niſi fortè dicat aliquis, & multa paucis, & magna paruis eſſe contraria. Atqui non ſunt hæc in quantis, ſed in iis quæ cum aliquo comparantur. Nihil enim per ſe magnum aut paruum dicitur, ſed quod cum alio comparatur. ut mons paruus, milium magnum: quia hoc maius ſit omnibus iis quę ſunt eiuſdem generis: ille, quia minor aliis eiuſdem generis. Fit igitur cum altero collatio. Nam ſi per ſe magna aut parua dicerentur, nunquam certè mons paruus, nec milium magnum uocaretur. Prætereà in uico multos eſſe, Athenis paucos, cum ſint multo plures, dicimus: & domi multos, in theatro paucos, cum ſit multo maior numerus. Iam res duorum & res trium cubitorum, cęteraque eiuſdem generis, quantum ſit aliquid ſignificant: magna autem & parua non quantum ſit ſignificant, ſed potius comparationem. Nam ex altero ſpectatur quod magnum eſt, & quod paruum. Perſpicuum eſt igitur, ea in iis eſſe quæ cum aliquo cõparãtur. Prætereà ſiue quia hæc ponat in quãtis,

ſiue non ponat, tamen nihil eis eſt contrarium. A Quod enim non poreſt per ſe intelligi, cum aliquoque comparatur, qui poreſt ei quicquam eſſe contrarium? Prætereа ſi magna paruis contraria ſunt, in eodem ſimul contraria erunt, & idem ſibi ipſi aduerſum. accidit enim ut res eadem ſit ſimul magna & parua: eſt enim ad hanc parua, eadem magna ad alteram. Eadem igitur res eodem tempore & parua eſt, & magna. ita ſimul cõtraria accipit. Nihil autem ſimul contraria accipit: ut in ſubſtantia perſpici poteſt, in qua cum eſſe contraria poſsint, tamen nulla ſimul in morbo eſt, & ualet: nec alba & nigra ſimul eſt, nec aliud quicquã eſt in quo ſimul contraria eſſe poſſint. Atq; etiam eadem res ſibi ipſa aduerſa erit. Si enim res magna paruę contraria eſt, eadẽ etiã ſimul & magna & parua, certè eadem res ſibi erit contraria. At fieri non poteſt, ut aliquid ſibi ſit contrarium. Non igitur ſunt parua magnis cõtraria, nec multa paucis. Ex quibus efficitur, ut etiam ſi quis hæc non dicat in ijs eſſe quæ cum aliquo comparantur, ſed in quantis, tamen eis nihil ſit contrarium futurum. Sed quantorum repugnantia in loco apparet maximè. Summum enim locum infimo contrarium ponunt, mediam regionem infimum locum appellantes, quòd inter medium & mundi terminos longiſsimum interiectum ſit interuallum. Atque etiam ex his ducta uidetur cæterorum contrariorum definitio. Contraria enim definiuntur, quæ in eodem genere plurimum differunt. Nec uerò illud magis aut minus, in quantis reperitur. ut res duorũ cubitorum non aſciſcit alia magis rei huius naturam atque rationem. Quod eodem modo iudicandum eſt de numero: ueluti tria non magis quàm quinque numeri nomen obtinent, nec quinque potius quàm tria: ne tempus quidem aliud alio magis aut minus temporis appellatur nomine. Quanta igitur nec magis nec minus dicuntur. B

In quantis nec magis nec minus. II.

At quantorum maximè proprium eſt paria & imparia nominari: quanta enim quæ diximus, omnia uel paria uel imparia uocantur, ut corpus par uel impar dicitur. itemq; numerus & tempus, par & impar. Similiterque ſingula quæ dicta ſunt, uel æqua uel non æqua dicuntur. Cætera uerò quæ non ſunt in quantis, non admodum æqualia uel inæqualia nominantur. ut commutatio non admodum dicitur æqua uel non æqua, ſed potius ſimilis uel diſsimilis: & res alba non ferè æqua uel non æqua, ſed ſimilis uel diſsimilis. Eſt igitur hoc quantorum maximè proprium, ut paria uel imparia dicantur.

Quantorũ maximè propriũ. III.

DE IIS QVAE CVM ALI-
quo conferuntur.

Definitio I.

EA autem cum aliquo conferuntur, quæ id quod ſunt aliorum eſſe dicuntur, aut quoquo modo aliter cum alio conferuntur. ueluti maius quicquid ipſum eſt, id omne alteri tribuit: aliquo enim maius dicitur. & duplum, id ipſum quod eſt, ad alterũ refertur, quoniã alicuius rei duplũ eſt: itemq; cætera omnia eiuſdẽ generis. Sunt etiam hęc in ijs quę cum aliquo conferuntur: ut habitus, ut diſpoſitio, ut ſcientia, ut A ſitus. Hæc enim omnia quicquid ſunt, aliorum ſunt, aut quomodocunq; aliter cum altero cõferuntur, ac nihil præterea. Nam & habitus, alicuius habitus dicitur: & ſcientia, alicuius ſcientia: & ſitus, rei cuiuſpiam ſitus. Eadẽ eſt cæterorum omnium ratio. Sunt igitur quæ cũ aliquo conferuntur ea, quæ id quod ſunt, alterius eſſe dicunt, uel quoquo modo ad alterũ referuntur: ut mons ad alterum magnus dicitur, quippe cum ad aliquid mõs magnus nominetur. Quod ſimile eſt, alicui etiã ſimile dicitur: cæteraq; omnia generis eiuſdem, eodem modo cum aliquo conferõtur. Sunt autem quædam ſitus genera, accubatio, ſtatus, ſeſsio: ſitus autem in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. Sed iacere, ſtare, ſedere, non ſunt ipſa quidem ſitus: ab ijs autem generibus ſitus quæ diximus, orta ſunt. Reperitur etiam in ijs quæ cum aliquo conferuntur, repugnãtia. ut uirtus uitio eſt contraria, cum utrunq; in ijs ſit quę cum aliquo comparantur: & ignoratio ſcientia. Nec uerò omnibus data ſunt cõtraria. duplo enim nihil aduerſatur, nihil triplo, nec ulli eiuſdẽ generis. Illud autem magis & minus in ijs reperitur, quæ cum aliquo conferuntur. Nam & quod ſimile ac diſsimile eſt, ſimilius diſsimiliuſque dicitur: & quod par & diſpar eſt, aliud alio magis par & diſpar, cum utrumq; in numerum eorum ueniat, quæ cum aliquo conferũtur. Qđ enim ſimile eſt, cuipiam ſimile: & quod par eſt, alicui par eſſe dicitur. Quanquam non omnia quæ cum aliquo comparantur, illud magis & minus admittunt. Neq; enim duplum magis aut minus duplum, quàm aliud habetur: nec quicquam eiuſdem generis. B

Repugnantia in Relatis reperitur. I.

Magis & minus accipiũt. II.

Omnia uerò quæ in hoc genere ſunt, reciprocantur: ueluti ſeruus, domini ſeruus: uiciſsimque dominus, ſerui dominus eſſe dicitur. Et ut duplum ſimpli, ſic uiciſsim ſimplum dupli ſimplũ habendum eſt. Itemque & maius minore maius, & minus maiore minus dicitur. Eadem eſt ratio cæterorum: niſi quòd interdum caſus diſſimilitudo rationem dicendi commutabit. Quãquam enim ſcientia, rei quæ ſub ſcientiam cadit, dicatur: tamen res quæ ſcientię ſubiecta eſt, ſcientiæ non dicitur, ſed ſub ſcientiam cadere dicitur. Et ſenſus, rei quæ ſub ſenſum cadit, ſenſus eſt: uiciſsimque res ſubiecta ſenſui, non dicitur ſenſus, ſed ſub ſenſum cadere. At enim reciprocari nonnunquam iſta non uidebũtur: quoties non accommodatum ad id quod dicitur, uerbum exprimit is qui rem declarat. ut ſi quis pennam auis eſſe dixerit, non uiciſsim dicat auem pennæ eſſe: cum præſertim primum quod dedit, non eſſet uerbum proprium, cum ſcilicet dixit pennam auis eſſe pennam, non enim hoc ipſo quia auis ſit, penna eius propria eſt, ſed quia pennigera ſit: ſiquidem pleriſque alijs pennæ attributæ ſunt, quæ in numero auium non habentur. Ergo ſi aptè & accommodatè ad rationem dicendi uerbum exprimatur, continuò reciprocantur. uelut, penna penni geri penna, uiciſsimque penniger pennæ penniger. Atque etiam hoc loco interdum ſanè ſi nullum accommodatum ſit rebus nomen impoſitum, nomina facienda ſunt neceſſariò: ut ſi gubernaculum

Relata reciprocari. III.

culum dicatur nauis eſſe gubernaculum, haud A
probè fiat. neqne enim hoc ipſo quòd oauis ſir,
eius gubernaculum eſſe dicitur, cum nsues ſint
quæ nulla gubernacula habeant. Itaque non eſt
hoc loco reciprocario. nauis enim non ſolet di-
ci gubernaculi nauis: aptiorq́ue ratio dicendi fi-
at, ſi gubernaculum rei gubernaculo ioſtructæ
eſſe dicarur: quandoquidem res inſtructa go-
bernaculo ob id dicitur, quòd gubernsculum
habeat. Similis eſt ratio cæterorum. ut caput
aptius capitsti, quàm animslis: quippe cùm
non quia snimal ſir, caput habeat: careut enim
capite multa animalia. Sed ita facillimè nomi-
na imponentur rebus, qusrum nnlla ſunt pro-
pria, ſi à primis, eorum eriam declinatione qus-
dam deducantur nomins, quibus cum ipſa pri-
ma comparanrur. Id quod in ijs perſpici poreſt,
de quibus modò diximus: ut à penna pennige-
rum, à gubernaculo quod gubernsculo regitur.
Quare quæ cum aliquo conferuntur, ſi aptè &
accommodatè dicsntur, reciprocantur omnia.
Nam ſi cum alio aliquo confersntur quàm quod
propriè ac per ſe reſpiciant, non reciptocantur.
Dico autem, ne ea quidem uiciſsim inter ſe re-
ſpondere poſſe, quæ omnium conſenſu recipro-
caotur, etiamſi impoſira eis ſinr oomina: ſiqui-
dem ad aliquid eorum quæ accidunt, oon ad id
ad quod propriè affecta ſunt, accommodabun-
tur. ueluti ſeruus ſi non domini, ſed homiois
aut bipedis, aur cuiuſpiam eius generis ſeruus
dicatur, cerrè nnlls futura eſt inter eos reciproca
tio. neque enim bomo eſſe ſerui homo dici po-
reſt, propterea quòd non eſt ea apta & propria
dicendi ratio. Quòd ſi aprè & accommodatè B
ad id ad qnod refertur, uerbum exprimatur, apra
ad ipſom illud ſemper erit dictio, etiam ſi omnia
quæ aduentitia ſunt, detrahantur: ijs ſolis rema
nenribus, cum quibus illa conferuntur. Vr ſer-
uus ſi cum domino conferatur, profectò ſubla-
tis detractiſq́ue omnibus quæ domino aſcititia
& aduentitia ſunr: uelut eum bipedem eſſe, &
natum ad ſcieotiam & cognitionem, & homi-
nem, relicto illo ſolo, eum herum eſſe, ramẽ ſem
per ad ipſum referetur. Siquidem ſeruns, domi-
ni ſeruus nominatur. Nsm ſi patum accom-
modatum ad id cum qno confertur, nomen red-
datur, ſepararis cæteris omnibus, relicto antem
eo uno cui adiunctum erar, minimè cum eo con
feretur. Accommodetur enim, exempli graria,
ſeruos ad hominem, & penna ad auem, ſeiunga
turq́ue ab homine heri appellatio, iam ſeruus
cum homine non comparabitur: itemq́ue ab a-
ue ſeparetur penngeri rario, non iam penna oe-
niet in numerum eorum quæ cum aliqoo con-
feruntur. Sublato enim pennigero, nullius cer-
tè penna eſt futura. Qnapropter uerbum acci-
piendum eſt, cum quo alterum rirè conferaror.
Quòd ſi nomen ſir impoſitnm, facilis eſt uerbi
accommodstio: ſin nullom ſit, profectò facien-
dum nouum oeceſſatiò eſt. Quæ ſi hoc pacto
omnia tribuantur, perſpicuum eſt, qoæ cum ali-
quo cnnferentur, reciprocarum iri omnia. Ism
Simul ſunt naturæ ordine. IIII. quæ ſunt in hoc genere, ſimnl ſunt naruræ ordi-
ne. ac in pleriſque id uerum eſt, in alijs non itẽ.
Simul enim atque duplum eſt, & ſimplum eſt: &

A ſi ſimplum ſir, duplum quoque eſt: & ſi domi-
nus ſit, ſeruus ſit neceſſe eſt: & ſi ſeruus ſit, & do
minus. Similis eſt ratio cæterorum. Atque e-
tiam tollunt hæc inter ſe omnia. Neque enim
ſublato duplo, eſſe ſimplum ullo pacto poteſt:
aut ſimplo ſublato, duplo loci aliquid relinqui-
tur. Eadem eſt aliorum ratio, quæ ſunt eiuſdem
generis. At non in omnibus ijs quæ cum ali- *Quomodo ſimul.*
quo conſerentur, id uerè dicirur, ea ſimul eſſe
ordine naturæ. Nam res ea quæ ſcieotiæ ſubie-
cta eſt, prior eſt naruræ ordine ſcientia: quòd fe
rè res poſtquam iam ſunt, ſcientia comprehen-
damus. In paucis enim, aut in nullis potius, ſci-
entiam ſimul eſſe cum re quæ ſub ſcientiam il-
lam cadit, perſpici poteſt. Præterea ſublata re
quæ ſub ſcientiam cadit, ſcientia quoque tolli-
tur. At ſublats ſcientia, id quod cadit ſub ſci-
entiam non tollitur. Siquidem ſi nulla ſit res
ſubiecta ſcientiæ, non eſt ſcienria, quooiam nul
lius erit rei ſcientia. Ar uerò ſublata ſcientia, ni-
hil prohibet rem eſſe eam quæ ſub ſcientism ca-
dar. Vt de orbis quadrsrura (ſi ſcientia com-
prehendi poſsir) nec dum ſcientia eſt, cum in-
terim cadere poſsir ſub ſcienrism. Iam uerò ſub
lato animsnte, nullus locus ſcientiæ relinqui-
tur, cum inrerim res multæ comprehendi poſ-
ſint ſcientia. Similis eriam ratio eorum eſt, quę
in ſenſibus cernimus. Res enim ſubiecta ſenſui,
ſenſu antiquior eſt. Sublara enim re quæ cadit
ſub ſenſum, ſenſus rollatur neceſſe eſt: ſenſu ue-
rò ſublato, non tollitur quod ſenſu percipi po-
teſt. Nam ſenſus & in corpore ſunt, & circa cor
pora nerſsntur. Atqui ſublara re quæ ſenſus
B mouet, eriam corpus: quoniam in ijs quæ ſen-
ſus mouentis ſunt habetur, tollitur. Er ſi nul-
lum ſir corpus, nullus ſuturus eſt ſenſus. Re i-
gitur, quæ ſubiecta eſt ſenſui, ſublata, ſenſua
unà tollitur: ſenſus autem ſi ſubtrahantur, ſen-
ſus mouentia, quæ ſunt, minimè tolluntur. Sub
lato enim animali, ſenſus quidem tollitur, cor-
pus autem qnod cadat ſub ſenſum, remanet: ut
calida, dulcia, amara, cæteraq́ue omnia qnæ ſen
ſum mooent. Poſtremò, ſenſus unà cũ eo qood
uim habet ſentiendi exiſtit: quandoquidem u-
nà cum animali ſenſus oritur. Res autem ſub-
iecta ſenſibus, animali & ſenſu antiquior eſt.
Nsm & ignis & aqua, & cætera eius generis ex
qnibus conſtant animantes, animalibus & ſen-
ſibus omnibos antecedũt. Senſu igitur, id quod
ſenſus mouet, eſt antiquius. Sed hoc loco quę- *Queſtio, an ſubſtantia ulla in Relatis. I.*
ſtio quædam exiſtir, nullá ne ſit eſſentis, id qood
uidetur in ijs quæ cum aliquo conſeruntur: an
id fieri poſsit in oonnullis ſecuodis ſubſtantijs.
Nam id quidem uerum eſt de primis ſubſtantijs,
quippe cùm nec rota, oec partes primatum na-
turarum ad aliqus referantur. Neque enim ali-
quis homo, cuiuſpiam homo dicitur: neqoe hic
uel ille bos, alicuios certus bos. Similis eſt ra-
tio partium. Manus enim aliqua, oon appella-
tur alicuius certa manus, ſed alicuius manus: &
caput quoddam, oon cuioſpiam quoddam ca-
put, ſed alicuius caput uocatur. Quod idem in
pleriſque ſecundis eſſentijs contingit. Vt ho-
mo, cuiuſpiam homo non dicitur: nec bos, bos
alicuius: nec lignum, alicuins lignum: ſed ali-
b 2 cuius

cuius poſſeſsio. Atque id quidem perſpicuum A eſt, hæc talia omnia in ijs non eſſe quæ cum aliquo conferuntur. De quibuſdam autem ſecundis eſſentijs quæſtio eſt. Veluti caput, alicuius caput: & manus, cuiuſpiam manus dicitur: itemque cætera generis eiuſdem. Videntur igitur hæc in ijs eſſe, quæ cum aliquo conferuntur. Ac ſi ſatis explicata perfecteque tradita eorum eſt definitio quæ cum aliquo conferuntur, profectò aut magni negotij eſt ſubſtãtiam nullam in hoc genere eſſe docere, aut certè id fieri non poteſt. Sin ſecus, ſuntque ea demum in ijs quæ cum aliquo conferuntur, quorum uis omnis & natura in eo poſita eſt, ut ad aliquid affecta ſint, certè aliquid quod contra hæc ualeat, afferatur. Et quanquam prior definitio in omnia ea ualeat, quæ cum aliquo conferuntur: tamen non idem eſt, rem aliquam id ipſum quod eſt alterius dici, & rem aliquam id modò eſſe quod cum aliquo comparatur. Ex quo perſpicuum eſt, eum qui certò ſciat aliquid eorũ quæ in hoc genere ſunt: etiam illud cum quo confertur, probè intellecturum. quod etiam hinc intelligi poteſt. Nam ſi quis quippiam in ijs eſſe quæ cum aliquo conferuntur ſciat (eſt autem uis & natura eorum quæ ſunt in hoc genere, ad aliquid certo quodam modo affecta eſſe) illud etiam ſciat neceſſe eſt, quam ad rem id ipſum quoquo pacto ſit affectum. Nam ſi quam ad rem illud affectum ſit quoquo modo proſſus ignorat, ne illud quidẽ intelliget, an ad aliquid affectum ſit quoquo modo. Atque id in rebus ſingulis perſpici poteſt. Ut ſi quis hoc uel illud certò ſciat duplum eſſe, is continuò cuius id ſit duplum probè nouerit. Si B enim nullius eorum quæ certa ſunt & definita, duplum ipſum nouerit, ne illud quidem, an ſit duplum, proſſus intelliget. Itemque ſi certò ſciat quiſpiam hoc uel illud eſſe melius, idẽ quo illud ſit melius, ſtatim probè intelligat neceſſe eſt: ob id autem, quo deteriore ſit præſtantius, non incertè cognoſcet: opinio enim hæc non eſt ſcientia. Neque enim adhuc certò ſciet, deteriore melius eſſe: quoniam ſi res ita ferat, nihil eo ſit deterius. Quapropter illud quidem perſpicuum eſt, ſi quis probè norit aliquid eorum quæ cum aliquo conferantur, eum neceſſe eſſe illud etiam probè noſſe, cum quo conferatur. At uerò caput, manum, & cætera eiuſdem generis, quæ ſunt in eſſentijs, ea quidem quicquid ſunt, quiſpiam certò ſciat neceſſe eſt: id uerò cum quo conferantur, non neceſſe eſt. Cuius enim hoc caput ſit, cuiusque hæc manus, cognito capite, cognitaque manu, certò ſciri non poteſt. Non ſunt igitur hæc in ijs quæ cum aliquo conferuntur. Quòd ſi hæc non ſunt in ijs quæ cum aliquo conferuntur, certè uerè dicitur, ſubſtantiam nullam in numerum eorum uenire, quæ cum aliquo conferantur. Quanquam autem difficile eſt, aliquem qui in his non ſic multum diuque uerſatus, de his talibus certum aliquid affirmare: tamen ſingulatim de his quæſtionem ponere, magnæ utilitatis eſt.

Quæſtio II. · *Solutio.* · *Definitio II. & propria.*

A DE QVALITATE.

QValitatem autem uoco, ex qua quales nominamur. Qualitatis autem genera ſunt plura. Vnum, habitus & affectio. Sed habitus hoc differt ab affectione, quòd habitus longinquior eſt, & permanentior: quales ſunt ſcientia, atque uirtutes. Scientia enim in ijs eſt, quæ permanent, diuturnaque ſunt, etiamſi ſcientia aliqua ſit mediocriter inſtructus, niſi ui morbi aut alicuius eiuſdem generis permagna inciderit mutatio. Eadem eſt ratio uirtutis, ut iuſticia, ut temperantia, & cætera eiuſdem generis, non facilè euelli mutarique poſſunt. At uerò affectiones facilè commutari, celeriterque euelli poſſunt, & diſtrahi: ut calor, ut frigus, ut morbus, ut bona ualetudo, omniaque quæ ſunt generis eiuſdem. Nam & his homo quodam modo afficitur, & celeriter ex calore in frigus commutatur, & ex bona ualetudine in morbum. Quod idem in cæteris talibus contingit, niſi aliqua eorum longinquitate temporis in naturæ habitum ſic transferantur, ut uel omnino tolli non poſsint, aut ægrè eijci, quæ tum habitus appellari licet. Illud autem perſpicuum eſt, ex his in habitibus habenda eſſe ea quæ diuturniora ſunt, quæque permanentiora. Nam qui ſcientiæ aliquam particulam tenent non firma memoria, ſed exili, in ijs habitum eſſe non ſolemus dicere, quanquam quodammodo affecti ſunt ſcientia, aut in bonam, aut malam partem. Hoc igitur inter habitum & affectionẽ intereſt, quòd hæc facilè deſiſtere poteſt: ille diuturnior eſt, difficulterque diuellitur. Habitus uerò etiam affe- B ctiones ſunt: affectiones autem non neceſſe eſt uiciſsim eſſe habitus. Nam & ij in quibus habitus inſunt, ijs etiam afficiuntur: & qui affecti ſunt, ij non continuò habitibus ſunt præditi. Alterum genus qualitatis eſt, ex quo aliquos pugilum habitum gerere, & ad curſum ualere: alios ad bonam ualetudinem & ad morbos procliues eſſe dicimus: & omnino ea omnia quæ à ui naturali, aut imbecillitate appellantur. Non enim ex eo hæc dicuntur, quòd affecti ſint quodam certo genere: ſed quia uim quandam aut imbecillitatem eis natura tribuit, qua aptos animos habent ad facilè aliquid faciendum, nihil ue patiendum. ut pugilum & curſorum habitu eſſe dicuntur, non ex eo quòd affecti ſunt quodammodo, ſed quòd natura ualent, aut non ualent, ad aliquid facilè obeundum. Valentes etiam appellantur, quòd uim habeant naturalem, ut non facilè, nec leui de cauſa de ſtatu ſuæ ualetudinis dimoueãtur. Imbecilli autem, quòd tam infirma ſunt ualetudine, ut ſtatim quauis ex cauſa commoueantur. Similis eſt ratio durorum & mollium. Durum enim dicitur ex eo, quòd in eo uis inſit quædam innata, impediens quo minus facilè ſecari queat. Molle autem, quòd in eo uis ea non inſit.

Tertium qualitatis genus conficiunt patibiles qualitates, ac perturbationes: in quo genere ſunt dulcedo, amaror, acrimonia, quæque ſunt eiuſdem generis: itemque calor, frigus, candor, atror. Has autem eſſe qualitates hinc perſpici poteſt, quòd ea in quibus inſunt, qualia ex eis nominan-

Definitio. · *Diuiſio I. Habitus, & Affectio.* · *Diuiſio II. Naturalis uis & imbecillitas.* · *Diuiſio III. Patibilis qualitas & perturbatio.*

nominantur, ut mel, quia dulcedine perfuſum eſt, dulce appellatur: & candidum corpus, quòd candore præſtet. Quod idem in cæteris contingit. Sed patibiles qualitates uocantur, non quòd ea quæ eas receperunt, affecta ſint aliqua ex parte. neque enim mel ex eo dulce dicitur, quòd affectum ſit quippiam, nec quicquam tale. Itemque calor & frigus qualitates uocantur patibiles, non ob eam cauſam quòd ea in quibus inſunt, paſſa ſint aliquid: ſed patibiles qualitates ex eo dicuntur, quòd in ſenſibus omnes hæ qualitates, quas modò nominaui, motum quendam & affectionem efficiant. Nam & dulcedo quendam motum affert guſtatui, & calor tactui, & cæteræ eiuſdem generis. At uerò candor & nigror, alijq́; colores, non eodem modo quo ea quæ diximus, qualitates dicuntur, ſed quòd à perturbationibus motionibusque natæ ſint. Nam commutationes multas colorum ex perturbationib. oriri, hinc intelligi poteſt, quòd quãdo quis pudore afficitur, ruber fit: & qui metuit, pallidus: itemque cætera eiuſdem generis. Quocirca ſi cui natura aliquam talem rationem tribuerit, ueriſimile eſt eum ſimili fore colore. Quæ enim, cum pudore aliquis affectus eſt, in corpore naſcitur affectio, eadem à naturæ inſtitutione exiſtere poteſt, ut naturæ etiam ſimilis color oriatur. At quæ qualitates ortum habent & originem ab affectionibus, quæ uix tolli poſſunt, ac permanent, patibiles nominantur. Siue enim à prima inſtitutione naturę pallor aut ator extitit, qualitas dicitur (quales enim ex eis appellamur) ſiue longo morbo aut ardore eædem comparatæ ſunt qualitates, nec facilè corrigi poſſunt, aut per omne tempus ætatis ualēt, qualitates etiam hæ patibiles nominantur, ſiquidem ex ijs quales appellamur. Quæ autem ab ijs quæ facilè euelli poſſunt oriuntur, motiones dicuntur, patibiles qualitates non item: quãdoquidem non ex ijs homines quales nominantur. Neque enim qui erubuit, ob id ipſum quòd pudore affectus eſt, ruber uocatur: nec qui metu expalluit, pallidus, ſed potius nonnihil perturbatus fuiſſe dicitur. Ita perturbationes ſunt hęc quidem omnia, qualitates non ſunt. Similiter in animo & patibiles qualitates dicuntur, & perturbationes. Quæ enim ſimulac orti ſumus, ex motionibus quæ difficulter euelli poſſunt, oriuntur, eæ etiam qualitates nominantur: ut mentis è ſua ſede amotio, ut ira, & cæterã eiuſdem generis. Nam quales ex ijs nominamur: ut amentes, ut iracundi. Itemque omnes mentis ex ſuo ſtatu depulſiones, quæ non natura, ſed temerè & fortuitò hominibus eueniunt, aut quæ uix euelli poſſunt, & ſi qua ijs ſimilia. quippe cùm ex ijs quales nominemur. At quæ conſtant ex ijs quæ facilè ac citò diſsipari poſſunt, uocãtur perturbationes: ut ſi quis ira commotus, fiat iracundior. Neque enim iracundus appellatur ex eo, quòd in hac perturbatione iracundior exiſtat: ſed potius, quòd aliquid acceperit, & quaſi paſſus ſit, dicimus. Perturbationes igitur hæ, non qualitates uocantur.

Diuiſio IIII. Figura & Forma.

Quartum qualitatis genus eſt figura, & ea quæ in quoque eſt forma, itemque rectitudo & obliquitas, & ſi quid aliud

A his ſimile eſt. nam ex his aliquid quale dicitur. Nam & triangulum & quadratum, & rectum & obliquum eſſe, quale quiddam nominatur. Atque etiam ex forma quale aliquid nominatur. Rara autem & craſſa, aſpera & læuia, quale quiddam illa quidem uidentur ſignificare, ſed aliena ſunt ab ea quæ qualitatis propria eſt, affectione. ſitum enim potius uerbá talia declarant. Craſſum enim quid dicitur, quòd eius partes inter ſe propè cohæreant. Rarum autem id, cuius partes inter ſe diſiunctæ ſunt. Læuia, quòd partes quodammodo in rectum ſitę ſint. Aſpera, quòd partes aliæ emineant, aliæ ſuperentur. Alia etiam fortaſſe ſunt genera qualitatis: ſed hęc ſunt ferè quæ maximè in omnium ore uerſantur. Ac qualitates quidem quid ſint, qualesque diximus.

Qualia, quæ dicantur.

Qualia autem ſunt ea, quæ ab eis ſunt cognominata, aut quoquo alio modo deducta. pleraque enim, ac ferè omnia, ab ijs nomina duxerunt: ut à candore candidus, à grammatica grammaticus, à iuſticia iuſtus: itemque cætera eiuſdem generis. Sunt autem quidam, qui quoniam nomina nulla impoſita ſunt qualitati, nomina ſua ab ea non trahant: uelut curſor & pugil, is qui ex ui innata nominatur, nomen non traxit ab ulla qualitate. neque enim impoſita ſunt rebus ijs nomina, ex quibus quales hi appellantur: perinde atque ſcientijs, à quibus hi pugiles aut palæſtrici nominantur propter affectionem. Ars enim pugilum, & palæſtra, es artes appellantur, à quibus quales ij nominis adiunctione & coniugatione appellantur. Interdum

B impoſitum nomen eſt qualitati, cum interim id quòd quale ex ea dicitur, nomen non mutuatur ab ea: ut à uirtute, uirtute præditus. Virtute enim præditus dicitur aliquis, quòd uirtutem habeat, nec eſt ſimplex à uirtute cognominatum: idque in paucis contingit. Sunt igitur qualia ea, quæ nomina ſua ab ijs qualitatibus de quibus diximus, ſumpſerunt, aut alio quodammodo ab ijs orta ſunt.

Qualitatibus repugnantia ineſt. I.

Eſt autem qualitatibus inter ipſas repugnantia: ut iuſticiæ iniuſticia cõtraria eſt, & candor atrori, itemque cætera eiuſdem generis. Eadem eſt eorum ratio, quæ ex ijs qualia nominantur: uelut iuſta iniuſtis contraria ſunt, & nigra candidis. Nec hoc in omnibus contingit: rubris enim aut fuſco, coloribusue talibus nihil contrarium eſt, cum ſint qualia. Illud etiam intelligendum eſt, ſi unum aduerſorum in qualibus eſt, alterum etiam in ijs fore: quod ſingulatim cæteras categorias intuẽti perſpicere licet. uelut, Si iniuſticiæ contraria ſit iuſticia, iuſticia autem ſit qualitas, qualitas iniuſticia ſit neceſſe eſt. Nulla enim categoria præter qualitatem, iniuſticiæ conuenit & accommodatur. Similis eſt ratio cæterorum omnium quę in qualitate contraria ſunt.

Qualitates magis & minus quomodo recipiunt. II.

Recipiunt etiam intentionem & remiſsionem qualia. nam & albũ aliud alio albius dicitur, & aliud alio magis minusúe iuſtum. Atque etiam incrementum ipſa ad ſe comparata recipiunt: quod enim album eſt, fieri poteſt albius. Sed in pleriſque id fit, non in qualibus omnibus. Nam iuſticiá ne alia, alia magis minúsue iuſticia dicatur, quæſtio eſt. Quod idem in cæteris affectionibus contingit.

nonnullis enim hæc in dubium ueniunt. Iuſticiam enim iuſticia minorem maioremúe, aut ualetudine ualetudinem dici, non putant oportere. Alium quidem alio & magis ualere dicunt, & iuſtiorem: quod idem fit in grammatica, cæteriſque affectionibus omnibus. Sed ea quę ex ipſis nominantur, ſine ulla controuerſia magis & minus ſibi adiungunt. nam & alio alius peritior grammaticus eſt, & ualentior, & iuſtior. At uerò triangulus & quadratum illud magis & minus non probant, neque ulla alia figura. Ea enim in quæ trianguli orbiſque definitio ualet, omnia æquè trianguli orbesq́; ſunt. Eorũ autem quæ trianguli orbisq́; non recipiunt definitionem, nihil aliud alio magis dicetur. Nam nihilo magis quadratum, quàm altera parte longius, eſt circulus: quippe cum in neutrum ualeat circuli definitio. Omnino autem, niſi utraque rationem eius rei de qua agitur, recipiant, nunquam alterum altero magis minúsue dicatur.

Qualitatis proprium, ſimile & diſsimile dici.

Quæſtio, cum ſolutione.

Non igitur in omnibus qualibus, illud magis minusúe dicitur. At eorum quidem quæ adhuc commemorata ſunt, nihil eſt qualitatis proprium. Similia autem aut diſsimilia aliqua in ſolis qualitatibus reperiuntur: præſertim cum nihil ſimile aut diſsimile dicatur alia re ulla, niſi ex qua illud quale appelletur. Eſt igitur qualitatis proprium, ab ea aliquid ſimile aut diſsimile nominari. Sed nihil eſt quòd uerear, ne quis nos dicat, cum de qualitate diſputaremus, multa enumeraſſe eorum quæ in ijs eſſe dixerim, quæ cum aliquo conſerantur. Etſi enim habitus & affectiones ad ea retulimus, quæ cum aliquo conſeruntur, in ijsque ſunt ferè qualitatis genera omnia, tamen res ſingulæ nullæ in ijs reperiuntur. Nam & ſcientia quę genus eſt, quicquid ipſa eſt, alterius eſſe dicitur (alicuius enim ſcientia uocatur) & res ſingulæ nullæ quicquid ipſæ ſunt, ad aliud referunt. Vt grammatica non dicitur alicuius grammatica, nec muſica alicuius muſica: niſi fortè hæc ipſa propter genus, in ijs ſunt, quæ cum aliquo conſerantur. uelut grammatica, alicuius ſcientia dicitur, non alicuius grammatica: & muſica alicuius ſcientia, non alicuius muſica. Non ſunt igitur res ſingulæ in ijs quæ cum aliquo conſeruntur. Quales autem ex ſingulis ſcientijs nominamur, quoniam ea ſunt in nobis, & artifices ex eo dicuntur, quòd nonnulli ſingulis ſcientijs præditi ſint. Quare ſingulæ ſcientiæ etiam qualitates erunt, ex quibus quales appellamur, nec in ijs ſunt quæ cum aliquo conſeruntur. Poſtremò, ſi idem ſit & in qualitatibus, & in ijs quæ cum aliquo conſeruntur, non alienum eſt idipſum in utroque genere collocare.

AGERE ET PATI.

Atque etiam agere patique, & repugnantiam recipiunt, & magis ac minus. Calfacere enim & refrigerare ſunt inter ſe cõtraria, & caleſcere & frigere, & gaudere ac dolere. Reperitur igitur in his repugnantia, item magis & minus. Nam & calfacere magis ac minus licet, & minus caleſcere & magis, & maiorem minoremq́ue percipere dolorem. Illa igitur agere & pati, cum magis minusq́ue copulantur. A Atque de his quidem hactenus. In ijs quæ cum aliquo conſeruntur, ſitum eſſe, à ſitu nomen habere diximus. De cæteris Categorijs, quę ſunt, quãdo, ubi, & habere, quoniam apertæ ſunt, & non obſcuræ, nihil aliud trado niſi id quod initiò dixi: Habere, idem declarare quod ueſtitum eſſe, & armatum eſſe: & Vbi, ut in Lyceo, in foro, cæteraq́ue omnia quæ de ijs dicta ſunt. Ac de generibus quidem quæ nobis propoſuimus, ſatis multa dicta ſunt.

De reliquis Categorijs ſummatim.

DE CONTRARIIS.

Contrariorum genera quatuor.

Nunc de contrarijs, quot modis opponi ſoleant, diſſeramus. Contrariorum autem genera ſunt quatuor. unum, eorum quæ cum aliquo conſeruntur: alterum, eorum quæ aduerſa dicuntur: tertium, eorum quæ priuantia: quartum, eorum quorum alterum ait quid, alterum negat. Hæc autem omnia, ut ſimpliciter rem proponam, contraria ſunt in ijs quæ cũ aliquo conſeruntur: ut duplum, ſimplum. in ijs quæ aduerſa dixi: ut bonum, malum. priuantia: ut cæcitas & aſpectus. aientia & negantia: ut ſedet, non ſedet. Ac ea quidem contraria quæ cum aliquo conſeruntur, quicquid ipſa ſunt, contrarij eſſe dicuntur, aut quoquo modo aliter ad id affecta ſunt. Vt duplum ſimpli, quicquid ipſum eſt, alterius eſſe dicitur: eſt enim alicuius duplum. Scientia etiam, & res quæ ſub ſcientiam cadit, ut ea quæ cum aliquo conſeruntur, inter ſe contrario nomine opponuntur: quippe cum & ſcientia tota in re quæ ei eſt ſub- B iecta uerſetur: & res quæ ſubiecta eſt ſcientiæ, ad ſcientiam tota referatur. Res enim quæ ſcientia comprehenditur, alicui ſcientiæ ſubiecta eſt. Quæ igitur, ut ea quæ cum aliquo conſeruntur, inter ſe contrario nomine opponuntur, quicquid ipſa ſunt, contrarijs tribuunt, aut quoquo pacto inter ſe affecta ſunt.

Quæ cum aliquo conſeruntur. I.

Aduerſa. II.

At uerò quæ ut aduerſa, contraria ſunt, neutiquam inter ſe ita affecta ſunt, ut uim naturamq́ue ſuam inter ſe referant, ſed tamen inter ſe ſunt contraria. Non enim bonum, mali bonum appellatur, ſed contrarium. Differunt igitur hæc inter ſe contrariorum genera. Quæ autem aduerſa ſunt eiuſmodi, ut neceſſe ſit alterum ineſſe in ijs quibus natura inſunt, aut de quibus dicuntur, inter ea nulla media interiecta ſunt. Quorum uerò non eſt neceſſe ineſſe alterum, in medio eorum aliquid eſt collocatum. ut morbus & bona ualetudo in corpore naſci ſolent, & alterum neceſſe eſt uel morbum uel bonam ualetudinem animantis corpori conuenire. Impar etiam & par in numero dicitur, alterutrumq́ue neceſſe eſt in numero reperiri: nec inter ægrotationem & ualetudinem, par & impar, quicquam medium interiectum eſt. Quorum non eſt neceſſe alterutrum ineſſe, in medio eorum aliquid collocatum eſt. ueluti candor & ater in corpore natura naſcuntur, & tamen non neceſſariò alterutrum ineſt in corpore, cum præſertim non omne corpus album ſit, aut nigrum. Item malum & bonum & in homine, & in alijs pleriſque illa quidem dicuntur, ſed tamen alterutrum non eſt neceſſe

Aduerſorũ diuiſio.

ceſſe

ceſſe in ijs inueniri de quibus dicuntur. nō enim uel mala ſunt, uel proba omnia. Itaque his interiectum eſt aliquid: ut inter album colorem, & nigrum, fuſcus & pallidus, & cæteri colores: & inter malum & bonum, quod neque malum eſt, neque bonum. Ac nonnullis quidem medijs rebus impoſita ſunt nomina: ut fuſcus & pallidus inter album & nigrum medij ſunt colores, & cæteri eiuſdē generis. In alijs non eſt facile id quod medium eſt, nomine uno appellare & exprimere: definitur autem utriuſq; extremi negatione. uelut quod nec bonū eſt, nec malum: quod nec iuſtum eſt, nec iniuſtum. Priuantia autem in eodem aliquo reperiuntur: ut in oculo cæcitas & aſpectus. Atque ut rem in pauca cōferam, in quo natura debet ac ſolet eſſe habitus, in eodem utrunque dicitur exiſtere. Priuari uerò tum denique dicitur aliquid eorum quæ apta ſunt ad percipiendam rem, cum in quo debet ineſſe, aut quando debet haberi, nequaquam ineſt. Edentulum enim appellamus quempiam, non quòd dentibus careat: & cæcum, non quòd careat oculis: ſed quòd nō habeat ea tum, cùm natura apta ſunt. Sunt enim quædam quæ à primo ortu oculis careant & dentibus, quæ tamen nec cæca nec edentula dicuntur.

…antia III.

Priuari, & habere quomodo differunt.

Priuari autem re, & habere rem, nō idem eſt quod priuatio, & habitus: quoniam habitus eſt aſpectus, priuatio cæcitas: nec habere oculos eſt ipſe aſpectus, nec cæcum eſſe ipſa cæcitas. Nam & priuatio quædam cæcitas eſt: & cæcum eſſe, eſt priuatum eſſe, non priuatio. Deinde ſi idem eſſet cæcitas, quod cæcum eſſe, profectò de eodem utrunque diceretur: nūc cæcus homo dicitur, cæcitas homo non dicitur. Videnturque inter ſe opponi, priuari re, & habere rem, more eorum quæ priuantia dicimus. Eadem eſt enim ratio repugnantiæ. Vt enim cæcitas aſpectui repugnat: ſic cæcum eſſe etiam, & aſpectum habere, inter ſe repugnant.

Affirmatio & negatio, differt ab eo quod ſub affirmationem & negationē cadit.

Ne id quidē quod ſub affirmationem & negationem cadit, idem quod affirmatio & negatio declarat. Nā & affirmans eſt oratio, affirmatio: & quod ſub affirmationem & negationem cadit, res eſt, non oratio. Hæc autem inter ſe opponi ut aſſertio & negatio dicuntur, quoniam in ijs eadem ratio repugnantiæ ualet. Nam ut aſſertio & negatio inter ſe contrariæ ſunt, ueluti Sedet & Non ſedet: ſic res quæ utroq; eorum continentur, ut ſedere aliquem & non ſedere, contrario opponuntur nomine.

Priuantia non opponūtur, ut relata.

Priuantia uerò non opponi inter ſe more eorum quæ cum aliquo conferuntur, hinc intelligi poteſt: quòd uis eorum non ex mutua cōiunctione intelligitur & pendet. Non enim aſpectus, cæcitatis aſpectus dicitur, neque ullo alio modo ad eam affectus eſt. Similiter ne cæcitas quidem, aſpectus cæcitas appellatur: uerùm oculorum priuatio cæcitas dicitur, oculorum cæcitas non dicitur.

Non opponuntur, ut aduerſa.

Præterea quæ cum aliquo conferuntur, reciprocantur, omnia. Itaq; ſi in ijs cæcitas eſſet quæ cum aliquo conferuntur, certè illud etiam reciprocaretur, quo cum iungeretur. At ei uiciſsim non reſpondet. Neque enim aſpectus, cæcitatis aſpectus nominatur. Atque etiā ne more quidem eorum contrariorum quæ aduerſa dixi, inter ſe contraria eſſe priuantia, hinc

A perſpicitur. Nam contrariorum eorum inter quę non eſt medium, alterutrum neceſſe eſt ſemper ineſſe ijs quibus natura conueniunt, aut de quibus dicuntur. Inter ea enim nihil medium interiectum eſſe poſuimus, quorum alterutrum in eo reperiretur neceſſariò, quod uim ad id accipiendum haberet: ueluti inter morbum & bonam ualetudinem, inter parem numerum & imparem. Inter quæ autem medium eſt, nunquam neceſſe eſt alterutrum in ulla re inueniri. Neq; enim neceſſariò album eſt aut nigrum, neque calidum aut frigidum, id omne quod uim habet hæc recipiendi: quippe cum nihil prohibeat aliquid eorum, quæ inter hæc ipſa media ſunt interiecta conuenire. Iam uerò inter ea etiam medium aliquid eſt, quorum alterutrum in eo non reperitur neceſſariò, quòd id recipere poteſt, niſi quibus natura alterum tributum ſit: ut igni à natura calidus eſt, & nix alba. In his enim neceſſariò alterum reperitur, non alterutrum, utrumuis occurrat. neque enim fieri poteſt ut ignis frigidus ſit, aut nix atra. Ergo non neceſſe eſt, alterum eorum in omni re ineſſe, quæ uim habet ad recipiendum: ſed in ea ſola, cui alterum innatum eſt & inſitum. atque ei alterum definitè conuenit, non alterutrum. At uerò priuantium neutrum uerè dicitur, præſertim cum non ſemper neceſſe ſit in eo quod recipere illa poteſt, ineſſe alterum. Cui enim nondum natura conuenit aſpectus, is neque cæcus eſſe, neque deſpicere dicitur. Ita nunquam hæc in ijs eſſe poſſunt aduerſis & contrarijs, inter quæ non eſt medium.

B Nec in ijs quidem, quibus medium interiectum eſt. Neceſſe eſt enim in omni re quæ uim habeat ad ea recipienda, ineſſe alterum: quoniam quod tempus à natura conſtitutum eſt ad deſpiciendum, in eo animans uel cæcus eſt, uel deſpicit: atque eorum non præfinitè alterum dicitur, ſed alterutrum. At uerò eorum contrariorum inter quæ medium eſt, nunquam alterum in omnibus quæ recipere poſſunt, ſed quibuſdam ſolum, idque præfinitè alterum, non alterutrum, ineſt neceſſariò. Quare perſpicuum eſt, neutro modo priuantia inter ſe contraria eſſe, quo contraria ſunt inter ſe ea quæ aduerſa nominauim*: Poſtremò contrariorum quamdiu res ſubiecta eſt, fieri poteſt inter ipſa commutatio, niſi ſi cui alterum natura ſit tributum: ut igni calidum eſſe. Nam & ualentes in morbum incidere poſſunt, & alba nigra fieri, & frigere quæ caleſcunt: ex bono etiam improbus, & uiciſsim ex malo probus effici poteſt. Prauus enim, ſi ad meliorem uſum rationemque ex mala deducatur, iam habeat ad uirtutem progreſsionis aliquantum. Cum autem ſemel uel parum in uirtute proceſſerit, profectò aut perfectam ſapientiam mutatione morum conſequetur, aut certè magnam in uirtute faciet progreſsionem. Semper enim aptiores animos habet ad uirtutem, quamuis parum initiò in ea præceſſerit: ut uериſimile ſit, eum maiorem progreſſum eſſe facturum. Quòd ſi ſit ſempiternum, tandem certè aliquando, niſi tempus impediat, perfectam ſapientiam conſequetur. At priuantibus nulla inter ſe fieri mutatio poteſt. Etſi enim ex re in priuationem fit

progreſſus & commutatio, tamen regreſſus ex A priuatione in rem quæ amiſſa eſt, fieri nullo modo poteſt. Neque enim qui oculis ſemel captus eſt, unquam poſtea iterum deſpexit: nec caluus comam recepit, nec edentulus dentes. Aientia autem & negantia non eſſe inter ſe contraria, ullo generum quæ commemorauimus, ex hoc intelligi poteſt, quòd in his ſolis neceſſe eſt uerum unum eſſe, falſum alterum. Nam nec contrariorum neceſſe eſt ſemper alterum uerum eſſe, alterum falſum: nec eorum quæ cum aliquo conferuntur, nec priuantium. Vt bona ualetudo, & ægrotatio aduerſa ſunt, neutrumq; nec uerum eſt, neque falſum. Itemque duplum & ſimplum, quæ cum aliquo conferuntur, contraria ſunt inter ſeſe, nec alterũ uerum eſt aut falſum. Ne priuantia quidẽ, ut aſpectus & cæcitas. Omninoque nihil quod in coniunctione non dicitur, uerum eſſe aut falſum ullo modo poteſt. At quæ enumerata ſunt, ſimplicia, non coniuncta ſunt omnia. In ijs etiam contrarijs quę cõiuncta ſunt, id non uidetur contingere. Nam cum ualere Socratem, & Socratem ægrotare, contraria ſint, tamen non eſt ſemper, horum alterum uerum eſſe, falſum alterum. Etenim ſi in uita maneat Socrates, alterum uerum, alterum erit falſum: ſin ex uita exceſſerit, utrumque falſum. Si enim Socrates nullus ſit omnino, nec ægrotare eum uerum eſt, nec ualere. In priuantibus ſi omnino nullus ſit, neutrum uerum eſt: ſin in uita ſit, nõ ſemper alterum uerum, alterum falſum eſt. Cum enim deſpicere Socratem, & cæcum eſſe Socratem, priuantia ſint: tamen non neceſſe B eſt alterum uerum eſſe, uel falſum. Nã quo tempore nondum ei natura aptus eſt aſpectus, ambo falſa ſunt: quo autem tempore in uita non manet Socrates, utrumque etiam falſum eſt, & deſpicere eum, & cæcum eſſe. At aientium & negantium ſiue Socrates in uita ſit, ſiue nullus ſit omnino, ſemper alterum falſum, alterum uerum eſt futurum. Nam ægrotare Socratem, & non ægrotare, ſi is in uita maneat, perſpicuum eſt alterum uerum eſſe, alterum falſum. Itemq; ſi diſceſſerit è uita, nam ægrum eſſe eum, cum nullus ſit omnino, falſum eſt: non ægrum eſſe, uerũ. Quare aientium & negantium propriũ illud eſt, eorum alterum uerum eſſe ſemper, falſumq; alterum. Bono autem malum contrarium eſt neceſſariò, idque ex inductione rerum ſingularum intelligi poteſt: ut bonæ ualetudini morbus repugnat, iuſticiæ iniuſticia, fortitudini ignauia, & cętera eiuſdem generis. Malo uerò aliàs bonum, aliàs malum contrarium eſt. Nam parum & nimium, quæ ſunt in malis, inter ſe ſunt contraria: ſimiliterque mediocritas, quæ utrique contrario nomine opponitur, in bonis eſt. Atque id quidem in paucis perſpici licet: in compluribus ſemper bona malis ſunt contraria. Deinde contrariorum, ſi alterum ſit in rerum natura, non eſt neceſſe eſſe alterum: quandoquidem ſi omnes ualentes ſint, bona ualetudo erit, morbus non erit. Itemq; ſi albi omnes ſint, candor erit, atror non item. Iam ſi Socratem ualere, & Socratem ægrum eſſe, contraria ſint, non poſſunt autem ſimul ambo eidem ineſſe: certè ſi alterum ſit, ſtare alterum nullo modo neceſſe eſt. Nam ſi Socratem ualere uerum ſit, non erit uerum, ægrotare Socratem. Atque etiam illud perſpicuum eſt, in ijs quæ ſunt eiuſdem ſpeciei aut generis, exiſtere ſolere cõtraria ea quæ aduerſa diximus, ut bona ualetudo, & morbus in corpore animãtium: candor & atror omnino in corpore: iuſticia & iniuſticia in animo hominis ſitæ ſunt. Poſtremò omnia contraria quę diximus aduerſa, uel in eodem genere, uel in contrarijs generibus ſita ſunt, uel ipſa genera ſunt neceſſariò. Nam & candor ac atror in eodem genere, quia eorum genus color eſt, ſita ſunt, & iuſticia & iniuſticia in generibus contrarijs: illius enim uirtus genus eſt, huius uitium. & bonum & malum non ſunt ullius generis, ſed ipſa ſunt genera aliquorum.

Aientia & negãtia, nullo generi trium contrariorum oppoſita ſunt.

Aientiũ & negantium proprium.

Aduerſorũ natura. I.

Aduerſa in eodẽ genere aut ſpecie. II.

Aduerſorum proprietas. III.

DE MODIS PRIORIS.

PRius aliud alio quadrifariam dicitur. Primum genus eſt, & aptiſsimum tempore, ex quo aliud alio antiquius appellatur. Antiquius enim quid dicitur ex eo, quòd tempore antecedit. Alterum, à quo non retrò commeat conſecutio: quo in genere unum duobus prius eſt. Nam ſi duo ſint, continuò ſequitur, unum eſſe. Vnum autem ſi ſit, non neceſſe eſt duo eſſe. Ita non uiciſsim retrò commeat, conſequens eſſe ſi unum ſit, ut duo ſint. Prius igitur huius generis dicitur, à quo non commeat retrò uiciſsim conſequentia. Tertiò, quodam ordine prius appellatur, id quod in artibus & orationibus uideri licet. Nam in artibus ijs quæ demõſtrationes B adhibent, aliquid prius ordine & poſterius continetur: initia enim & elementa priora ſunt ordine ijs quæ deſcribuntur: & in grammatica, elementa priora ſunt ſyllabis. eadem eſt ratio orationum: principium enim prius eſt ordine, narratione. Extra ea etiam quæ enumerata ſunt genera, quod melius eſt, & in maiore precio, id prius naturæ ordine uidetur. Solent enim pleriq; eos qui apud ipſos ſunt in nomine & gloria, quosq; pluris faciunt, principes & antiquiores ſibi dicere: quod genus ferè alieniſsimum omnium habetur. Atque hi ſunt ferè prioris modi, qui ferũtur. Eſt etiam præterea aliud eius genus. Eorũ enim quę uiciſsim retrò commeant in argumentatione, quod cauſa eſt quomodocunque cur ſit alterum, id rectè prius naturæ ordine dicitur. Eſſe autem eius generis quædam, hinc intelligi poteſt, quòd eſſe hominem, & uera de eo oratio, ſic reciprocantur, ut ſi homo ſit, uera ſit oratio, eſſe hominem: & ſi eſſe hominem uera ſit oratio, ſit homo. Vera autem oratio minimè cauſa eſt, cur res ſit: resq; potius cauſa eſt quodammodo cur uera ſit oratio. Nam quia res ſit, aut non ſit, idcirco uel uera uel falſa oratio dicitur. Quinq; ergo modis alterum altero prius habetur.

Prius tẽpore. I.

Prius non reciprocum. II.

Prius ordine. III.

Prius naturæ ordine quod alijs præſtat. IIII.

Prius reciprocum. V.

DE MODIS SIMVL.

SImul autẽ ſunt ea omnino & propriè, quorum ortus in eodem tempore eſt. Neutrum enim horum nec prius nec poſterius eſſe poteſt. Hæc autem ſimul in tempore dicuntur. Natura uerò ſimul ſunt ea, quæ reciprocantur illa quidem in argumentatione, qua

Simul tempore. I.

Natura. II.

ſi unum

ſi unum ſit, alterum eſſe concluditur, ſed neutiquam alterum cauſa eſt ortus alteri: quod in duplo & ſimplo cernere licet, quæ ſic reciprocantur, ut ſi duplum ſit, etiam ſimplum ſit: & ſi ſimplum ſit, ſit duplum, & neutrum cauſam alteri ortus afferat. Atque etiam ea quæ ex eodem genere quaſi ex altera parte diuidẽdo reſpondent, ſimul natura eſſe dicuntur. Ea autem ex altera parte cum diuiduntur inter ſe reſpondent, quæ ex eadem ſunt diuiſione: ut pennigerum, terrenum & aquatile, in quæ animal diuiditur. Atque horum neutrum altero prius eſt, ſed ſimul natura ſunt. Quæ eadem in ſpecies ſecari poſſunt: ut dicamus pennigerum aliud gradiens, aliud aquatile. Sunt igitur illa etiam ſimul natura, quæ cum ſint ex eodem genere, eadem diuiſione continentur. Genera autem formis antiquiora ſunt ſemper. Neque enim uiciſsim retrò commeant, cum eſſe unum ſi ſit, alterum conficitur: ut ſi ſit aquatile, ſit animans: at ſi ſit animans, non ſit neceſſariò aquatile. Sunt igitur ſimul natura, & quæ reciprocantur, cum neutrum cauſa ſit ortus & ſtatus alteri: & quæ inter ſe ex eodem genere diuiduntur. Sed ea omnino ſimul ſunt, quorum ortus eodem eſt tempore.

Natura, ſeu diuiſione III.

DE MOTVS GENERIBVS.

MOtus autem ſex ſunt genera, ut ortus, ut interitus, ut acceſsio, deceſsio, commutatio, & loci commutatio. Ac cæteras quidem motiones inter ſe differre, hinc perſpici poteſt, quòd ortus non eſt interitus, nec incrementorum imminutio, nec loci commutatio. Eadem eſt ratio cæterarum. In commutatione autem hoc dubium eſt, ſit ne neceſſe, id quod commutatur, ex aliqua ſuperiori motione mutari. Quod non ita eſt. Accidere enim poteſt, ut omnibus perturbationibus, aut certè permultis agitemur, cum interim nulla cęterarum motionum in huius ueniat societatem. Neque enim aut creſcere, aut imminui neceſſe eſt, id quod ex perturbatione mutatur. Similis eſt ratio cęterarum. Ita neceſſe eſt diuerſam eſſe à cæteris motionibus commutationem. Etenim ſi eadem eſſet, profectò quod commutatur omne uel augeri oporteret, uel diminui, uel aliquem alium motum conſequi. At non eſt neceſſe. Similiterque id quod creſcit, aut alio motu agitatum eſt, commutaretur neceſſariò. Atqui ſunt quædam, quę cum creſcant, eadem tamen nulla conſequitur commutatio. uelut quadratum circũiecto gnomone, creſcit illud quidem, ſed tamen nihil commutatur. Quod idem in cæteris fit eiuſdem generis. Quare differunt inter ſe motiones. Motui autem omnino quies contraria eſt, ſingulisq; ſingulæ. Nam & ortui contrarius eſt interitus, & acceſsioni abſceſsio, & loci commutationi in loco quies. Sed in loci mutatione maxima repugnaria dicitur: ut loci infimi mutationi, ſummi commutatio: & ſummi mutationi, infimi loci mutatio maximè aduerſatur. At uerò reliquę motionis, non eſt facile explicare, quodnam ſit contrarium. Nec contrarium illius ullum eſt, niſi quis etiam in hac quietem, quæ ad qualitatem pertineat, mutationi in contrariam qualitatem

Motus genera quomodo differant.

B

Cõmutatio an ab alijs generibus differat.



Motui contraria quies.

A contrario nomine opponat: ſicut in loci mutatione, quietẽ in loco, aut in contrarium locũ mutationem. Eſt enim commutatio nihil aliud, niſi in qualitatem mutatio. Ita contraria eſt qualitatis mutationi quies, quæ in qualitate ſpectatur, uel certè in contrariam qualitatem mutatio. ut album fieri, & nigrũ fieri, contraria ſunt: quippe cum commutatio ſequatur, quoties in contrarias qualitates fit mutatio.

Commutatiò quid.

Habẽdi etiam genera ſunt plurima. Aut enim habere ut habitum & affectionem dicitur, aut aliam aliquam qualitatem. Scientiam enim & uirtutes habere dicimur. Vel ut quãtitatem: ut qui certa eſt magnitudine, dicitur magnitudinem habere trium quatuorúe cubitorum. Vel ut ea quæ corpus ueſtiunt: ut ueſtem aut tunicam habere dicitur quiſpiam. Vel in parte, ut in digito anulum. Vel tanquam partem, ut manum uel pedẽ. Et tanquam in uaſe: ut modius habet & continet triticum, uel uinum amphora. nam & amphora uinum, & modius triticum continet. Hæc enim omnia, quia ut uas quoddam illa continẽt, illa ipſa habere dicuntur. Habere etiam aliquid ut poſſeſsionem dicimus, ueluti domum & agrum. Atque etiam uir mulierem habere, & uirũ mulier dicitur. Quæ ſignificatio uerbi habendi una ex omnibus alieniſsima eſt: neque enim aliud habere mulierem iudicamus, niſi unà in domo habitare. Sunt alij quoq; fortaſſe habẽdi modi: nos quidem omnes ferè expoſuimus, qui crebris uſurpantur ſermonibus.

De habendi generib. ſeu modis VIII.

B

FINIS.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE LIBER, IOACHIMO PERIONIO interprete: per Nic. Grouchium correctus & emendatus.

IN LIBRVM DE INTERPRETAtione Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.

QVum de propoſitionibus hic uelit diſſerere, neceſſe prius fuit nomẽ & uerbũ tãquã eius partes enarrare, quapropter ἑρμηνείαν uocat, id eſt interpretationem & enarrationem. Nomen igitur & uerbum uoces ſunt, altera ſine tempore, altera cum tempore ſignificantes: quarum partes diuiſæ nihil ſignificant, & in altero rectum tantum, in altero præſens recipitur tempus, ut homo, & ſtudet. Nã hominis, aut ſtudebat, nec nomen nec uerbũ appellat, ſed nominis & uerbi caſus. Præſens enim ſolum tempus ait uel negat, quod fit ex oratione, id eſt ex nomine cõiuncto, uocaturq; ἐπαγγελία, apud nos uerò enunciatio: quaſi præſentis ſit cõſiderationis, uerũ uel falſum enunciare, in caſu non itẽ. Reliquæ uerò orationes uariæ ſunt, exhortatoriæ, protrepticæ, cõſultatiuæ, et ad rhetoricen magis pertinẽt; hæc tantũ ad logicã. Oratio igitur res differẽtes ſignificat, eius uerò partes diuiſæ etiã aliqd. Adfirmatio eſt, alicuius

enunciatiò

enunciatio de aliquo: Negatio, alicuius enunciatio ab aliquo. Has inſuper propoſitiones Capella proloquia uocat, quæ adhibitæ ſyllogiſmis, maiores & minores dicuntur: aut præmiſſæ, aut maius & minus, adſumptum ſiue ſumptiones, ſiue interuallum. Græci & lemmata & prolepſes uocant, teſte Cic. tertiam uerò concluſionem, ſiue ut Capella elationem, ſiue ut Conſultus ſymperaſma. Propoſitionũ rurſus genus & comparatio conſideranda: genus multiplex, categorica, hypothetica. categoricorũ item aut qualis, ut aiens & negans, apud Cic. apud Capellam uerò, dedicatiua & abdicatiua: aut quanta, ut uniuerſalis, particularis, indefinita, ſingularis, exceptiua. Indefinita autẽ pro particulari accipitur, quòd ea neceſſariò ſit: non autẽ neceſſariò uniuerſalis homo, iuſtitia, uirtus. Aut ſecundum modos. modi autem ſex, & hi quidem de ſenſu compoſito, ſeu diuiſo. de ineſſe autem uocat Categoricã citra modos, quando uidelicet ſimpliciter ineſt prædicatum ſubiecto. Nam propoſitiones utræq; ſpecies ſunt ſpecialiſſimæ, ac ſub ſpecie ſubalterna, id eſt ſub categorica comprehenſæ, de quibus tantum in hoc loquitur tractatu. Hypotheticam Capella conditionalem uocat. ut, Socrates, quum ualet, ambulat. Fit etiam ſub disiunctione. ut, Aut ualet, aut ambulat. Inter propoſitiones etiã poſitiones, problemata, axiomata, poſtulata, inſtantiæ. de quibus alibi dixi. Præterea comparãtur inter ſe, aut opponuntur, aut conſequuntur, aut conuertuntur. Oppoſitiones, id eſt ἀντικείμενα deinde quatuor attingit in 3. libri tractatu, contrariam, ſubcontrariam, contradictoriam, ſubalternam. hæc ultima nõ eſt uerè oppoſitio. Eſt enim oppoſitio, repugnantia duarũ propoſitionum in qualitate tantũ, uel quantitate & qualitate ſimul: in ueritate tantum, uel falſitate tantum, uel in utraq; ſimul. Quòd autem propoſitiones categoricæ ſint contrariæ, requiritur ut altera uniuerſalis aiens, altera uniuerſalis negans ſit, eiuſdem ſubiecti & prædicati. ut, Omnis homo currit, Nullus homo currit. Et denique omnes illæ partes concurrunt, quæ narrantur in definitione elenchorum. Præterea nequeunt ſimul eſſe ueræ, at ſimul falſæ poſſunt. Subcontraria non ponitur Ariſtoteli, ſed Boëtio: cuius conditio eſt, ut ſit particularis uel indefinita aiens: altera uerò particularis uel indefinita negans, eiuſdem ſubiecti & prædicati: ut, aliquis homo currit, & aliquis homo non currit: & item homo currit, & homo non currit: poteſtq; utraq; uera eſſe, quum nec ſimul negari neq; adfirmari poſſint. Contrariæ ſingulares, aut uniuerſales. ſingulares ſunt, quum duæ ſingulares propoſitiones diuerſæ ſe opponunt. ut, Socrates eſt doctus, Socrates non eſt doctus: quæ maior eſt omnibus oppoſitio. Alteram eorum oportet eſſe ueram, alteram falſam. Non autẽ ſunt pugnantes, ſi negatio poſtponitur. ut, Socrates eſt doctus, Socrates eſt non doctus: quòd terminus ſit infinitus, nec dicitur negans, ſed aiens, poſſuntq; ſtare ſimul. Contradictoriæ uniuerſales ſunt illæ, Omnis homo doctus, non omnis homo eſt doctus: quidam homo doctus, & nullus homo doctus, quæ nec ſimul ueræ, nec ſimul adfirmari poſſunt. Poſt [illegible] ...um [illegible] propoſitiones ſint neceſſariæ, quædam [illegible]biles, quædam uerò contingentes: neceſſaria dici-

A tur, quæ haud poteſt non eſſe, ſeu falſa eſſe non poteſt: Impoſſibilis, quæ non poteſt eſſe, ſeu non poteſt eſſe uera: Contingens uerò, quæ poteſt eſſe & non eſſe, quæ (ut ait Ariſtoteles) eſt uerè determinata. De contingenti autem, aut neceſſario, eſt aliud genus propoſitionis ſecundum modos. Libro II. de cõſectarijs, quæ ἀκολουθήσεις, ſeu συμπλοκὰς ἀκολούθων, & oppoſitionibus, quas ἀντιθέσεις appellat. Ac prius de conſectarijs, quæ accidunt propoſitionibus de ineſſe, ratione infinitorũ ἀόριστα uocat. Nam dicitur propoſitio de ſubiecto finito aut infinito. ſiue propoſitio de prædicato finito uel infinito, in qua ſubiectum uel prædicatum eſt finitum aut infinitum: ut, lilium eſt album, & non lilium eſt album. Exemplum ſecundi, lilium eſt album, & lilium eſt non album. Negans igitur ad aientem prædicato uariato penes finitum & infinitũ, & contrà rectè cõſequitur. ut, Homo eſt iuſtus, homo non eſt nõ iuſtus: & homo non eſt iuſtus, homo eſt non iuſtus. Item non rectè conſequitur, Hic equus eſt pater & tuus, ergo eſt pater tuus: quòd tuus poſſeſſionem equi ſignificat, pater uerò paternitatem. Similiter, quinq; ſunt tria & duo, ergo quinq; ſunt duo, & quinq; ſunt tria. &, Socrates eſt albus & Muſicus, ergo eſt albus Muſicus. Cõſectariorũ catholica quatuor. Primum, ſi ad aliquod antecedens ſequatur aliquod conſequens, & non contrà, tunc ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. Secundum, ſi antecedens ſequatur aliquod conſequens, & non contrà, non oportebit ad oppoſitum antecedentis conſequi oppoſitum B conſequentis. Tertium, Oppoſitum antecedentis poteſt omnino ſtare cum oppoſito conſequentis. Quartum, Oppoſitum conſequentis ſtare nequit cum antecedente. Deinde de oppoſitionibus, & æquipollentijs, ac conſectarijs propoſitionum modorum tractat: ubi dicit, Ad cognoſcendum contradictionem in ijs quæ ſunt eiuſdem modi, non ſatis eſt negare uerbum, ſed modum: aliter ſequeretur, quòd contradictoriæ eſſent ſimul ueræ, quod fieri non poteſt. ut Contingens eſt Socratem ambulare: contradictorium eſt, Cõtingens non eſt Socratem ambulare. Præterea apud antiquos poſitas has modorum propoſitiones, ſe inuicem haud probè conſequentes & æquipollentes, Ariſtoteles interpollat: primùm antitheſes inter ſe pares, deinde oppoſitas ponendo, hoc modo: Poſſibile eſt eſſe, Contingens eſt eſſe, Non impoſſibile eſt eſſe, Non neceſſe eſt non eſſe. Sequuntur totidem complexus inter ſe item pares: Non poſſibile eſt non eſſe, Non contingens eſt non eſſe, Impoſſibile eſt non eſſe, Neceſſe eſt eſſe. Oppoſita his inter ſe quoq; pares: Poſſibile eſt non eſſe, Contingens eſt non eſſe, Non impoſſibile eſt non eſſe, Non neceſſe eſt eſſe. In alio ordine ſecundis opponitur: Non poſſibile eſt eſſe, Non contingens eſt eſſe, Impoſſibile eſt eſſe, Neceſſe eſt nõ eſſe. Eadem rurſus ratio de propoſitionibus de ineſſe. in his enim negatio propoſita parem contradictorio facit, poſtpoſita contrario. Subalterna uerò quum non ſatis reſpondeant, non eſt neceſſe ponere: Omnis homo miſer, Nullus homo non miſer, Non aliquis homo non miſer. Item particularia: Aliquis homo miſer, Nonnullus homo miſer, Non omnis homo non miſer. Oppoſita his: Nullus

homo

homo miſer, Omnis homo nõ miſer, Non aliquis homo miſer. Particularia: Aliquis homo non miſer, Non omnis homo miſer, Nonnullus homo nõ miſer. Inſuper poßibile & contingens conuertuntur, utrunque autem dupliciter dicitur. Primò lato communi uocabulo, tam ad illud quod eſt neceſſarium, quàm non neceſſarium, modò non impoßibile ſit. Ex quo hæc conſequitur: Neceſſe eſt, ergo poßibile eſt, ſiue contingens eſt, non tamen conuertitur. Secundò capitur utrunq; pro eo quod non eſt neceſſarium, nec eſſe nequeat. Sic igitur diuiditur in tres modos, frequens, rarum, & ad utrunq;. Deinde quæritur, an Plato poteſt philoſophari, ſit modi, an de ineſſe. Ad hoc, ſi uerbum Poteſt reſoluitur in poßibile, modi eſt: ſi minus, de ineſſe. Sequitur ordo modorum, neceſſarij, poßibilis, contingentis, impoßibilis. Dicit itaq;, neceſſarium eſſe primum: quoniam ſempiterna & ea quæ ſemper ſunt, prima ſunt: ſed neceſſariũ eſt ſemper, ergo prius. Ex quo infert huiuſcemodi entiũ diuiſionem: Quædam energia ſunt ſemper, ut primæ ſubſtantiæ, Deus, & intelligentiæ: quædam energia & potentia, in quibus energia non prior eſt, ſed tempore poſterior. alia nuſquam energia, ſed ſolum potentia: ut continuum in infinitum diuidi, ſed nunquam erit energia diuiſum. Poßibile item æquiuocè dicitur: nam aliquid eſt poßibile, quod iam energia eſt: ut, poßibile eſt aliquem ambulare, quando ambulat. aliud poßibile diſtans ab energia, uel poßibile ante energiam, ut quando poteſt ambulare, ſed non ambulat. Hoc ultimo modo dictum in mobilibus & generabilibus: ſed primo modo tã in mobilibus, quàm in immobilibus. Modi propriè accepti ſunt quatuor tantum: hi ſe in tempus quoduis extendunt, ut poßibile Platonem diſputare: ſic neceſſarium, cõtingens, & impoßibile. Non item uerum & falſum. In hoc libro illa dignitas maxima notatur: De quolibet eſt adfirmatio uel negatio uera, & de nullo ambo ſimul.

IN EVNDEM ANGELI POLITIANI Argumentum.

SEd age Librum quoq; περὶ ἑρμηνείας inſpiciamus, in quo iam uerba nectuntur. Quæcunq; igitur uocibus inſunt, notæ illorum ſunt, quæ animo: ſicuti uocũ notæ, ipſa quæ ſcribimus. ſed nec uoces, nec literæ tamen eædem cunctis: cum ſint in animo omnibus eadem, quorũ ſunt hæ ſimilitudines. conceptiones & in animo ſunt ueri expertes & falſi, quibus nomina & uerba reſpondent: nã uerum falſumq; diuiſionis eſt & compoſitionis utrobiq;. Nomẽ dico, uocem ſignificatui habilem expoſito ſine tempore: cuius pars nulla ſeorſum ſignificat, licet affectet. Cui quidem negatio ſi obſtiterit, indefinitum uocabitur nomẽ: ſic aliud à nomine, quemadmodum & nominis caſus. Eadem & uerbi finitio, modò tempore non fraudetur: quod eſt eorum ſignum, quæ de altero dicũtur, à quo itidem indefinitum uerbum, caſusq; uerbi diſcrepant. Hæc autẽ ſeorſum quidem ſignificant, ſed nõn uerum tamen, ac falſum. Quare ad orationem pergamus. quæ uox eſt ſignificatui habilis, cuius etiã ſeorſum partes ipſæ ſignificant. Nec om-

A nis tamen oratio uerum falſumq; recipit, ſed enunciatiua duntaxat, quæ affirmatio primum uel negatio eſt: etiamq; prius, quàm copula uinciatur. Verbum autem ſibi enunciatio poſcit, quod etiam finitionibus adhibetur. Eſtq; una interdũ enunciatio in uocabulis pluribus, eſt & in uno multiplex, ſenſus enim potius ibi reſpicitur. Sed affirmatio de quopiam, negatio à quopiam quid enunciat. Nullaq; omnino eſt affirmatio, cui non aliqua aduerſetur negatio, quod totum Contradictio dicitur. Agatur de eodem oportet, reiecta æquiuocatione, & cauillamentis cæteris. Fit autem ut uniuerſalia nomina, ſicut & ſingularia cõmittantur: ſed uniuerſali nunc uniuerſali nota, nunc particulari, nunc prorſus nulla proferantur. ubi nota non eſt, nihil repugnant: ubi uniuerſales, contraria naſcuntur, quæ ſimul uera nunquam ſunt: cum uera illa eſſe poßint, quæ his opponuntur. At cum ab angulis mutuo reſpiciunt, contradictio fit: cuius pars altera uera ſemper, aut falſa, quod in ſingularibus quoq; deprehenditur, etiam quauis nota carentibus. Idem tamen quod affirmatum fuerat, abdicari ab eodem conuenit, cui fuerat dedicatum. Non enim affirmationis cuiuſquam plures ſingulis negationes, ueraq; ſemper alterutra, niſi cum futurum tempus ſingularia præſertim reſpiciunt. ne fateri illud abſurdum cogamur, fortuitò nihil fieri. Nam neutrum ſimul, nunquam omnino non uerum diſtinctum, quippe uerißimum ſemper. Ex nomine autem, & uerbo, uel ex indefinitis, nunc utroq; nunc altero, affirmationes primæ conſtant, & negationes: quæ ſic
B tamen porriguntur, ut uerbum Eſt tertium quiddam ſit, ac prædicato adnumeretur: aut uerbum certè aliud adſit, quod in hoc ipſum deniq; reſoluatur. Hic uerò enunciationum geminatur numerus. Tum ubi quæ diximus, indefinita ponuntur, multa oritur diuerſitas, prout negatio locum mutat. nam uerba ipſa & nomina quamuis loco priore cedant, minimè intellectum uariant: alioqui negationes plures, affirmationes erunt unius. Verùm nec una Dialectici interrogatio, quæ uel unum quærit de pluribus, uel de uno plura, quare nec una reſponſione excipitur. Nam cum ſint duo interdum ſeparatim uera, falſa eadem ſi iungas deprehendentur. quæcunq; autem ex accidenti, uel de uno eodemq;, uel ipſa inter ſe dicũtur, nequaquam fieri unum poſſunt: nec item ſi quod ipſum dicitur, inerat illi iam, de quo dicitur. Quibus autem prædicationis repugnantiæ nihil adhæreſcit, & ubi uocabulis orationes dicũtur, quæ uidelicet à ſeipſis, non ex accidenti prædicantur, & purè uerum profertur, & quadam tenus. nec tamen illud omnino eſt, quod eſt in opinione. Cæterùm per modos etiam contradictio uariatur, qui uicem prædicati obtinent: ſicuti ſubiecti, quod reliquum. Neceſſarij dehinc illa; & poßibilis, & contingentis atq; impoßibilis multa & uaria, ſed ab omnibus decantata contradictio. In qua tamen impoßibilis æquiuocationem caueas: neceſſariũ propterea quòd actu ſit, in capite conſtituas. Nam diſceptationem præterea ſex illis argumentationibus confectam, qua repugnare magis negatio affirmationi colligitur, quàm duæ inter ſe affirmationes: quoniam eam plerique Ariſtotelis eſſe negant.

DE SIGNIS. CAPVT I.

Interpretationis ſumma I.

PRIMVM conſtituendum eſt, quid ſit nomen, quid uerbum, tum quid negatio & affirmatio, poſtremò quid enunciatio & oratio. Mentis quidem interpres

Oratio & ſcripta.

eſt oratio, ſcripta orationis. At-
II. que ut non iiſdem literis, ſic nec uocibus quidem omnes iiſdem utuntur.' At uerò & ſenſa animi, quorum primum uerba notæ ſunt, & res quarum ſenſus animi ſpeciem gerūt: idem apud omnes ualent. Sed de his in libris de Animo diximus. non enim ad inſtitutum ſermonem per-
III. tinent. Vt autem in animo interdum ueri & falſi noticia expers eſt, interdum neceſſe eſt alterutrum ineſſe: ſic in oratione. uerum enim & falſum coniunctione & diſiunctione rerum omnis cōſiſtit. Quocirca perceptioni animi, ei quæ à uero & falſo abeſt, nomina & uerba reſpondent: ut homo, ut id quod albū eſt, cū nihil additur præterea. neq; enim uerum quicquā, falſumúe enunciatur. Id quod hinc intelligi poteſt, quòd Tragelaphi uerbum aliquid illud quidē ſignificat, ſed nōdum quicquam uerè aut falſo dicitur, niſi aut eſſe aut non eſſe omnino adiungatur, aut ad tempus accommodetur.

DE NOMINE. CAP. II.

Nomen quid.

NOmen igitur, uox eſt ex inſtituto ſignificans, omnis expers temporis, cuius pars nulla quicquam declarat ſeparatim. Nam in reipublicæ uerbo, publica nihil per ſe ſignificat: ut in hac oratione, Res publica. Sed non eſt ſimpliciūm iunctorumq; nominum eadē ratio. propterea quòd in illis pars nullo modo ſignificat: in his pars uidetur illa quidem poſſe ſignificare, ſed tamen ſeparatim in hoc toto ſumpta nihil declarat omnino: uelut in hoc uerbo Pronomen, nomē nihil per ſe ſignificat. Ex inſtituto autem dixi, quòd nullum nomen natura conſtat, ſed cum quaſi nota quædam ad aliquid ſignificādum erit impoſitum. Nam ſoni ij qui nullis literis exprimuntur, quales ſunt beluarum, aliquid illi quidem ſignificant, attamē nullus eorum ad nomen pertinet.

Nullum nomē natura cōſtat.

Non homo etiam nominis uim non obtinet, nec ei nomē ullum impoſitum eſt, quo appelletur: quandoquidem nec oratio eſt, nec negatio. Appelletur ſanè nomen infinitum, quod æquè in quauis re dicatur, tā quę eſt, quàm quæ nulla eſt.

Nomen infinitum.

Hæc uerò, Ciceronis, & Ciceroni, & cætera eiuſdem generis, nō nomina, ſed caſus nominis uocentur. Huius hæc ratio eſt, quòd cū alia omnia eis ſint cum nomine cōmunia, iuncta tamen uerbo Eſt, aut Erit, nec uerum, nec falſum ſignificant: quod in nomine fit ſemper. uelut his orationibus, Philonis eſt, uel non eſt, nondum quicquam uerè, falſoue dicitur.

Nominis caſus

DE VERBO. CAP. III.

Verbum quid.

VErbum autē id eſt, quod tempus adſignificat, cuius pars nulla ſignificat ſeparatim, ſemperq; ea declarat & indicat quæ de altero dicūtur. Tempus autem dico adſignificare: ut ualetudo nomen eſt, curari uerbum, quod inſtans & præſens ſignificat, & ſemper ea quæ de altero dicuntur indicat: qualia ea ſunt quæ de

A ſubiecto dicuntur, uel in ſubiecto inſunt.

Verbum infinitum.

Non curatur autem, & non incidit, non appello uerba, quanquam ſignificatione ſua tempus includunt, & in re aliqua ſemper cohærent. Et quoniam nomen eis nullum impoſitum eſt, uerba infinita appellari licet. quandoquidem tam in eo quod eſt, quàm in eo quod nō eſt, æquè dicūtur. Itemq; curabitur, & curatus eſt, non ſunt habenda uerba, ſed caſus uerbi.

Verbi caſus.

Hoc autem à uerbo differunt, quòd præſens tempus, uerbum ſignificat: illa id omne, in quo interiectum pręſens eſt. Ac uerba ſi ſola dicātur, nomina ſunt, ſignificātq; aliquid. nam & qui ea enunciat, intelligentiam imprimit in animo: & qui audit, quieſcit: ſit autē, nec ne ſit res, nondum exponit. Neq; enim illud, eſſe, aut non eſſe, rem declarat: nec ſi ipſum ens per ſe ſolum dicas nudum, eſt. id enim nihil eſt, ſignificat aut coniunctionem quandam, quæ intelligi ſine ijs quæ copulantur, non poteſt.

Verba ſola, nomina ſunt.

DE ORATIONE. CAP. IIII.

Orationis definitio.

ORatio eſt uox quę ſignificat, cuius pars aliqua ſeiuncta ſeparatimq;, ut nomen, non ut affirmatio aut negatio, ſignificat. uelut homo aliquid ſignificat, nō rem eſſe, aut nō eſſe: cui tamen ſi quid adiunctum ſit, uel affirmatio erit, uel negatio: nō ſignificat autē uocabuli hominis una ſyllaba. Neq; enim in hoc uerbo ſorex, illud rex quicquam declarat, ſed uox eſt ſolum. In iunctis autem ſignificat illud quidem, ut dixi, ſed nō per ſe. Quanquam autem ex inſtituto, quemadmodum dixi, non ut inſtrumentum, omnis ſignificat oratio: non tamen omnis enunciat ac dicit,
B ſed ea ſola quę uel uerum uel falſum complectitur. Neq; enim omnes id complectuntur. uelut precatio, oratio eſt illa quidem, ſed nec uera, nec falſa. Ac cęteræ quidem quoniam artis rhetoricæ uel poëticę propriæ ſunt, ab hac arte omnes expelli ac repudiari debent: quę autem quid de quodam dicit, ea ſola retinenda eſt.

Nō omnis oratio, eſt enunciatio.

Eſt autem primum enunciationis unius genus affirmatio, deinde negatio. cęterę una coniunctione fiunt. Sed omnis ex uerbo, aut caſu uerbi, conſtet enunciatio neceſſe eſt. Etenim hominis definitio, niſi eſt, uel erat, uel erit, uel aliquid tale adiungatur, nōdum quicquam enūciat: propterea quod totum hoc Animal gradiens bipes, unum quiddam eſt, nō multa: neq; enim unam conficiunt orationē, propterea quòd continentur, ac ſine ulla interſpiratione pronunciantur hæc uerba. Verùm id nō eſt inſtitutę diſputationis.

Enunciationis diuiſio.

Vna autem enunciatio eſt, quę aut unum aliquid declarat, aut quę una ſit per coniunctionem.

Vna.

Multę uerò, quę uel multa, & non unum aliquid ſignificant, uel carēt coniunctionibus.

Multæ.

Ac nomen quidem & uerbum uocabula ſunt tantummodo. quandoquidem uerè id dici non poteſt, eum qui ſic aliquid uoce exprimat, enunciare aliquid, ſiue rogetur, ſiue non rogetur: ſed ſi quando quicquam uno uerbo enūciatur, id eo tantum fit, quòd ita uelit qui ita loquitur. Harum autē enunciationum ſimplex alia eſt, ut quę aliquid de quodam dicit, uel aliquid cuidam ineſſe negat.

Simplex.

alia autem quę ex his conſtat, iam quaſi coniuncta oratio eſt.

Coniuncta.

Sed ſimplex pronunciatum, eſt oratio quæ aliquid de quodā dicit, uel negat, pro ratione tēporū. Affirmatio eſt

Affirmatio.

Negatio.

eſt enunciatio, quæ aliquid de quodam dicit. Negatio eſt enunciatio, qua aliquid ineſſe cuipiam negamus. Quando autẽ quod in aliquo ineſt, negari poteſt ineſſe: & quod abeſt alicui, dici poteſt adeſſe: & quod adeſt, adeſſe confirmari poteſt: & quod abeſt, abeſſe: itemq́; in cæteris tẽporibus, quicquid aliquis alteri tribuerit, id omne detrahere poteſt: & quod detraxerit, attribuere: profectò omni affirmationi negatio, omniq́; negationi contraria ſit affirmatio neceſſe eſt.

Contradictio quid.

Sit autẽ contradictio, affirmatio negatioq́; contrarię. Oppoſi autem contradictorio nomine dico, eã quę eiuſdem rei eſt, & de eadem re dicit, de qua altera, nõ ὁμωνύμως, cęteriſq́; omnibus adiunctis, quæ contra Sophiſtarum moleſtas rationes adferre ſolemus.

DE SVBIECTIS ET PRAEDIcatis enunciationum. Cap. V.

Rerũ diuiſio. Vniuerſæ.

QVoniam autem res partim uniuerſæ ſunt, partim ſingulæ (uniuerſas autem appello eas, quæ ſuapte natura dicuntur, in multis:

Singulæ.

ſingulas, quæ non dicũtur: ut homo, in rebus uniuerſis eſt: in ſingulis, Callias) neceſſe eſt effari ineſſe aliquid, aut non ineſſe rerum uniuerſarũ cuipiam, aut ſingularum. Ac ſi quis aliquid uniuerſe ineſſe, aut non ineſſe in quadam re uniuerſa cõſtituet, contrariæ erunt enunciationes. dico autẽ in re uniuerſa uniuerſe dici, uelut in his, Omnis homo albus eſt, Nullus homo albus eſt. Sin autẽ de re uniuerſa, non uniuerſe quid enuncietur, non ſunt enunciationes contrariæ: attamen fieri poteſt, ut quæ declarantur ac ſignificantur, contraria ſint. Appello autem nõ uniuerſe aliquid de re uniuerſa eloqui, quales hæ ſunt enunciationes, Homo eſt albus, homo non eſt albus. Nam cum homo in rebus ſit uniuerſis, ſine uniuerſi generis nota accipitur enunciando. uerbũ enim Omnis, non eſt res quædã uniuerſa, ſed uniuerſa generis tantum nota.

Omnis.

Canon.

In attributo autẽ uniuerſali, ſi notam uniuerſi generis addas, nunquam uerè affirmabis. neq; enim uera eſſe ulla poteſt aſſertio, in qua cum uniuerſale ſit attributum, uniuerſe enunciatur. Ex quo genere illa eſt enunciatio, Omnis homo, omne animal eſt.

Cõtradictoria enũciatio quæ.

Affirmatio igitur negationi cõtradictorio nomine opponitur, quæ rem uniuerſam in eodẽ ineſſe dicit, ſed non omnino. ut, Omnis eſt homo albus: &, Non omnis homo eſt albus. Nullus homo albus eſt, Aliquis homo eſt albus.

Contraria.

Cõtrario uerò nomine opponitur rei uniuerſę affirmatio, rei uniuerſæ negationi: quales hæ ſunt, Omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt.

Oppoſitionũ canon I.

Quocirca eſſe hæ ſimul ueræ nullo modo poſſunt. At his cõtrariæ ſimul in eodem dici uerè poſſunt: ut, Nõ omnis homo albus eſt, & aliquis homo albus eſt. Quapropter quæ ex rebus uniuerſis contradictoriæ conſtãt, idq́; cum uniuerſi generis nota, earũ neceſſe eſt alteram ueram eſſe, uel falſam. Itemq́; earũ quæ ex ſingulis cõſtant: quales hæ ſunt, Albus eſt Socrates, non eſt albus Socrates.

II. Quæ autẽ ex uniuerſis rebus nulla adiecta generis uniuerſi nota conſtant, earum non ſemper una uera eſt, falſa altera. Nam hæ ſimul ueræ dicuntur, Eſt homo albus, Non eſt homo albus. Et hæ, Eſt homo pulcher, Non eſt homo pulcher. Nam & ſi quis turpis ſit, non eſt formoſus: & tum cum ſit aliquid, id nondum eſt.

Quæſtio.

Sed hoc ſtatim alienũ uideri poteſt: propterea quòd hæc enunciatio, Non eſt homo albus, idem etiam quod illa ſimul, Nemo eſt albus, ualere uideatur.

Solutio.

Sed nec idem ualet, nec ſimul etiam illam declarat neceſſariò.

III. Vni autẽ negationi unam affirmationem contradictorio nomine opponi, hinc intelligi poteſt, quòd idẽ negari negatione oporteat, quod affirmatione confirmatum ſit, & de eodem, uel eorum aliquo quę ſunt in rebus ſingulis, uel eorũ quæ ſunt in uniuerſis: idq́; uel adiecta uniuerſi generis nota, uel nulla appoſita: ut, Socrates albus eſt, Socrates albus nõ eſt.

IIII. Sin autem aliquid aliud eidem ineſſe negatur, aut alij cuipiam, non opponetur hæc illi contrario nomine, ſed altera. Huic enim enunciationi, Omnis homo eſt albus, hæc repugnat, Nõ omnis homo eſt albus: & huic, Aliquis homo eſt albus, hæc, Nullus homo albus eſt. Item huic, Eſt homo albus, illa, Non eſt homo albus.

Colligit dictorum ſumma capita.

Ac unam quidem affirmationem uni negationi contradictorio nomine opponi, qualeſq́; eſſent, dixi. Hoc etiam docui, alias eſſe cõtrarias, & quales eſſent: contradictionemq́; non omnem ueram eſſe, aut falſam: quaq́; de cauſa, & quando uera eſſet, aut falſa.

Aſſirmatio, & negatio una.

Eſt autem una affirmatio & negatio, quæ unum aliquid de uno dicit, aut de toto genere, aut citra ullam notã: ut, Omnis homo albus eſt, Non omnis homo albus eſt: Eſt homo albus, Non eſt homo albus: Nemo albus eſt, Aliquis homo albus eſt, ſi modò albi uerbum unum ſignificet. Nam ſi duob. nomen unũ impoſitũ ſit, ex quibus conſtare non poſſit unum: nõ ea una & ſimplex affirmatio aut negatio eſt. Vt ſi quis equo & homini nomen ueſtis imponat, itaq́; enunciet, Veſtis alba eſt, hæc neq; affirmatio ſimplex ſit, neq; negatio. Hæc enim idem ualet ac ſi dicas, Homo eſt, & equus, albus: nil autem hoc aliud eſt, quàm ſi diceres, Eſt homo albus, & eſt equus albus. Quòd ſi hæ plures ſunt, multaq́; declarant, certè prima uel multa declarat, uel nihil: quandoquidem nemo equus eſt. Quare ne in his quidẽ una uera eſt, altera falſa neceſſariò.

Omnis homo albus eſt. Contrariè. Nullus homo albus eſt.

Contra dictoriè.

Contra dictoriè.

Aliq̃s homo albus eſt. Subcõtrariè. Nõ omnis hõ albus eſt.

DE FVTVRIS CONTINgentibus. Cap. VI.

Quo pacto in futuris contingentibus regula cõtradictionum locum habeat.

IN inſtantibus igitur ac præteritis affirmatio aut negatio uera ſit uel falſa neceſſe eſt: in iiſq́;, ut dixi, quæ cum rebus uniuerſis uniuerſi generis notam habent, ſemper altera uera eſt, altera falſa neceſſariò. Itẽq́; in ijs quæ ſunt ex rebus ſingulis. In ijs autẽ quæ ſunt ex rebus uniuerſis, non

nõ tamen de toto genere dicũt, nõ neceſſe eſt, de A quibua etiam diximus. At uerò in enunciationibua quæ de rebus ſingulis & futuris dicunt, non ita eſt. Si enim omnis aut uera aut falſa enunciatio eſt, certè omnia ſint, aut non ſint, neceſſe eſt. Nam ſi hic aliquid fore dicat, ille idem neget fore, profectò neceſſe eſt uerè alterutrum dicere, ſi modò omnis enunciatio uera eſt, aut falſa: quandoquidem in eodem ſimul utrunq; non intelligitur. Etenim ſi uerè dicitur, eſſe album aliquid, aut non eſſe album, neceſſe eſt id eſſe album, aut non eſſe album. Et ſi eſt album, aut non eſt albũ, uerè id dictum fuit, uel negatum. Et ſi non ineſt, id falſum eſt: quòd ſi falſum, nec ineſt. Ita neceſſe eſt ex omni æternitate, uel affirmationẽ uel negationem ueram fuiſſe uel falſam. Nihil igitur euenit, neq; fit fortè, temerè, caſu: nihil in alterutram partem aut cadet, aut non cadet: ſed ex neceſsitate omnia fiunt, quæcunq; fiunt, nilq; eſt quod utranq; in partem habet æquabilem euentum. Nam aut is uerè dixit, qui rem confirmauit fore, aut is qui negauit: ſi autem æquabile eſſet utrãq; in partem, par ratio eſſet, ut aut fieret, aut non fieret. Quod enim utramq; in partem cadit, nõ hoc mo do potins, quàm illo euenit, aut futurum eſt. Præterea ſi quid album ſit hoc tempore, fuit uerum, albũ in futurum eſſe. Ita ex æternitate fuit uerum, quicquid fit, id aut eſſe iam, aut futurum eſſe. Quod ſi ex æternitate fuit uerum aliquid eſſe iam, aut futurum eſſe, certè id non poteſt non fieri, aut fore. Quod autem non poteſt non fieri, fieri non poteſt ut non ſit: quod autem ut nõ ſit, fieri non poteſt, id neceſſe eſt fieri. Quicquid igitur futurum eſt, id fieri neceſſe eſt. Ita nihil in alterutram partem cadit, neq; fortuitò. Si enim fortuitò, nõ ex neceſsitate.

Quæſtio.

Sed ne illud quidem uerè dici poteſt, neutram partẽ eſſe ueram: hoc eſt, neq; futurum quicquam, neq; non futurum eſſe. Primùm enim id eueniet: ſi falſa ſit affirmatio, ueram non eſſe negationem: & ſi hæc falſa ſit, non eſſe ueram affirmationem. Deinde ſi uerum eſt, album aliquid ſimul & magnũ eſſe, duo illa ſint neceſſe eſt. Et ſi cras futurum utrumq; uerũ ſit, cras erit. Si autem nec futurum eſt, nec minus futurum cras, exempli cauſa, bellum nauale, id certè non erit ex eorum numero, quę pariter utranque in partem cadere poſſunt. quoniam nec fieri nauale bellum neceſſe eſt, nec minus fieri. Atque hæc ſunt incommoda, & alia eiuſdem generis, quæ ſuſcipere cogimur, ſi neceſſe ſit ex omni affirmatione & negatione, quæ contradictorio nomine opponantur, ſiue in ijs quæ rebus uniuerſis conſtant, ſiue quæ ex ſingulis, alteram ueram eſſe, alteram falſam: nihil ſcilicet in alterutrã partem caſurũ eſſe in ijs quę ſunt, ſed omnia eſſe, aut futura eſſe, ex neceſsitate. Qua ratione omnis è uita tolletur & deliberatio, & actio, quoniã ſi hoc faciamus, illud eueniet: & ſi hoc minimè faciamus, nõ eueniet. Nihil enim prohibet, ad decem millia annorum hunc confirmare, hoc uel illud fore, alterum negare, ut ex neceſsitate eueniat, quod in alterutrã partem tum ei licebat uerè dicere. neq; uerò intereſt utrũ pronunciarint aliqui contradictionem, necne pronunciarint: quippe cum perſpicuũ ſit, hoc uel illo modo res A euenire ſolere, etiam ſi nihil nec hic cõfirmet, nec ille neget futurum. neq; enim quia cõfirmatum eſt, aut negatum fore aliquid, idcirco id futurum eſt, aut nõ futurum, uel ad decem millia annorũ, uel quouis tempore.

Solutio.

Quare ſi ex omni æternitate ea uis & natura rerũ fuit, ut una uera eſſet, neceſſe fuit eam fieri. Ita omnium rerum ea uis fuit ex æternitate, ut ex neceſsitate fierent. ſi quis enim uerè dixerit fore aliquid, id non poteſt non fieri. Et quod factum eſt, id ex æternitate fuit uerum, futurũ eſſe. Atqui ſi hæc ſint, multa ſequuntur incõmoda. Videmus enim rerum futurarum initiũ & conſilio indagari, & actione: omninoq; in ijs quæ non ſemper agunt aliquid, cernimus illa duo, æquè agere ea poſſe, & non poſſe: in quorum quidem poteſtate utrũq; ſitum ſit, & ut res ſit, & ut ne ſit. quare etiam ut fiat, & ut non fiat.

Exẽplis demõſtrat.

Multaq; adeò nobis nota ſunt, quorum uis eſt talis. uelut ueſtis hæc frangi poteſt, & diſcindi, nec frangetur, ſed prius attereretur. Similiterq; fieri poteſt ut nõ diſcindatur. Non enim prius atteri poſſet, niſi fieri poſſet, ut ne diſcinderetur. Similis eſt ratio eorum omniũ in quib. eadẽ uis reperitur. ex quo perſpicuũ eſt, nec eſſe nec fieri ex neceſsitate quæcunq; fiant, ſed alia in utramq; partem cadere poſſe: nec affirmationem in ijs ueram aut falſam potius quàm negationem eſſe. alia eſſe in quibus alterum magis & plerunq; fiat, ita tamẽ ut alterum euenire poſsit, alterum minimè. Ac quicquid eſt in rerum natura, id ſit quandiu ſtat: & quod non eſt quandiu nõ ſtat, id non ſit, neceſſe eſt. Attamen nec quod eſt, id omne eſſe neceſ- B ſe eſt: nec quod non eſt, non eſſe. Neque enim ex neceſsitate eſſe quicquid eſt quia ſit, idem ualet quod omnino eſſe ex neceſsitate. Quod idem dicendum eſt in ijs quæ non ſunt. Eadem eſt etiam ratio cõtradictionis, in qua omne neceſſe eſt uel eſſe uel non eſſe, fore uel nõ fore.

Contradictio quomodo neque uera neq; falſa, in ſingularibus futuris

Quanquã non eſt neceſſe eum qui ſeparatim accipiat uerè alterum dicere, ut neceſſe eſt nauale bellum cras geri uel non geri, non tamen geri cras bellum nauale neceſſe eſt, aut non geri, etiam ſi illud, geri aut nõ geri ſit neceſſe.

Concluſio.

Quoniam igitur eadem ratio eſt ueritatis orationũ & rerum, certè neceſſe eſt ea omnia, quorum ea uis & natura eſt, ut utranq; in partem inclinent, contrariaq; recipiãt, eadem ratione etiam contradictione cõtineri. Quod in ijs etiam rebus fit, quæ non ſemper ſunt, quæq; non ſemper non ſunt. Ex his enim neceſſe eſt alteram contradictionis partem ueram eſſe, alterã falſam: non quidem hãc uel illam, ſed alterutrã. Et quanquam ad ueritatem altera propius accedit, tamen non iam uera eſt, uel falſa. Ex quo efficitur, nõ neceſſe eſſe in enunciationibus contradictorijs alteram ueram eſſe, alteram falſam. Nõ enim eadem ratio eſt eorum quæ ſunt in rerum natura, & eorum quæ non ſunt, eſſe autẽ uel non eſſe poſſunt: ſed ſicut diximus, ita res habet.

DE ENVNCIATIONIBVS *infinitis.* Cap. VII.

Repetit enunciationum elementa.

QVoniam autem affirmatio omnis quiddã de quodam dicit, idq; uel nomen eſt, uel uacat nomine: quod autẽ in affirmatione continetur, id & unum eſſe, & de una re dici debet: quod

quod autem de nomine,& de eo quod nacat nomine modò dixi,ad id referendom eſt,quoniam non homo,non nomen,ſed infinitum nomen appello. nam unum quiddam ſignificat quodammodo nomen infinitum: quemadmodum nó ualet non uerbum dico,ſed infinitum: profectò omne effatum sut ex nomine & uerbo, aut ex infinito nomina nerboq; conſtet neceſſe eſt. Eſſe auté effatum ſine uerbo nullum poteſt. Nam ueiba illa, Eſt,ſuit,etit,ſit, & cætera eiuſdé generis, quoniam tempus adſignificant, in ijs ſunt quę uerba eſſe ſuprà poſuimus. Ptima igitur etit affirmatio & negatio, Homo eſt, Homo nó eſt. Deiode hę, Non homo eſt, Non homo non eſt. Tum hæ, Omnis homo eſt, Nó omnis homo eſt. Poſtremò hę, Omnis non bomo eſt, non omnis nó homo eſt. Eadem eſt ratio temporum, quæ præſens utraq; ex parte claudunt. Cum uerò uerbum eſt, in otarione tertium dicitur, rum duo contrario nomine oppoſitarum pronunciationum genera naſcuntut: quod autem dixi, hoc exemplo intelligi poteſt. Homo iuſtus eſt: hic enim tetiiũ, ſiue nomen, ſiue uerbum eſt, uerbum eſt. Ob eamq; cauſam hęc quatuor erunt, quorum duo affecta erũt eodem modo ad affirmationem & negationem, quo ptiuationes: alia duo nó erunt. Quatuor autem fieri dixi, quoniam eſt, uel nomini iuſti coniungi poteſt, uel non iuſti. Quod idem fit io negatione. Sunt igitut quatuor. Sed quod dixi, ex hac deſcriptione intelligi licet.

Omne effatũ ex nomine & uerbo.

Eſt uerbũ, tertium prædicatum quid efficiat.

A. Homo iuſtus eſt.	*Huius negatio*	*C. Homo non eſt iuſtus.*
C. Non iuſtus non eſt bomo.		*A. Non iuſtus eſt homo.*

In his enim Eſt,& non eſt, nominibus iuſti,& nõ iuſti adiunguntut. Atq; hæc quidem eo ordine diſpoſita ſunt, quem in Analyticis oſtendimus. Nec diuerſa erit ratio, ſi nominis fiat affirmatio, adiecta generis uniuerſi nots.

A. Omnis bomo iuſtus eſt.	*Cuius negatio eſt.*	*C. Non omnis homo iuſtus eſt.*
C. Non omnis homo non iuſtus eſt.		*A. Omnis bomo eſt non iuſtus.*

Niſi quòd non poſſunt æquè neræ ſimul eſſe enunciationes eę, quæ rectis lineis ex diametro inter ſe reſpondent. Sed tamen oeræ ſunt interdum eodam tempote. Atq; hæ quidem duæ cõtradictiones ſunt. Aliæ autem duæ, cum hoc, Nõ homo, ſubiectum eſt, eiq; aliquid attribuitut.

Non homo iuſtus eſt.	*Non homo non eſt iuſtus.*
Non bomo eſt non iuſtus.	*Non bomo non eſt nõ iuſtus.*

Hia auté plutes eſſe contradicentes nullo modo poſſunt: hæq; ab illis hoc ipſo diuerſæ erunt, quòd illud Non homo, tanquam nomen, ſibi adiungant. Atque in ijs etiam omnibus in quibus Eſt uetbum non accipitut, ut in illis uerbis ualere & ambulare, id idem efficit, ſi ita ponatut, ac ſi, eſt, coniungeretur. nelut, Omnis homo ualet, Non omnis homo ualet. Et, Omnis non homo ualet, Non ualet omnis non homo. Non enim non omnis homo, dicendum eſt, ſed negatio ad

A hominis uetbum addi debet, quoniam Omnis non tes uniueria eſt, ſed in toto genete tem accipi declarat. Qood ex his enunciatis omnib. perſpici poteſt: Valet homo, Non ualet bomo, Valet non homo, Non ualet non homo. Inter has enim & illas hoc intereſt, quòd in his nihil protſus uniuerſe & in totum dicitur: in illis dicitur. Ergo ſignificat Omnia & Nullus aliud nihil niſi nomé uniuerſe, & in toto genere accipi in affirmatione aut negatione. Ita cætera eadem omnia conuenit adhiberi. Quando autem huic enunciationi, Omnis animans iuſtus eſt, illa cõtraria eſt quę dicit, nullum eſſe iuſtum animantem, perſpicuũ eſt eas nunquam ſimul in eodem uetas futuras eſſe: quæ autem his tepugnant, poſſunt interdũ: uelut, Non omnis animans iuſtus eſt: &, Eſt aliquis animans iuſtus. mutuò autem ſe hæ enunciationes conſequuntur: hæc quidem, Nemo eſt iuſtus, huic, Omnis homo eſt non iuſtus: & hæc, Eſt aliquis homo iuſtus, huic, Non omnis homo eſt non iuſtus. quandoquidem ſit aliquis iuſtus neceſſe eſt, ſi hoc ſit. Illud etiam perſpicuum eſt, ſi uerè licet negare in ſingulis enunciationibus ei qui togatus ſit, uerè etiam eundem poſſe affirmare: ut, Eſtne ſapiens Socrates? Non: eſt igitur non ſapiens Socrates. In uniuerſis autem non eſt uera huic ſimilis affitmatio, ſed tantum negatio: ut, Nõ omnis homo ſapiens eſt? Non, Omnis igitur homo non ſapiens eſt. Hoc enim falſum eſt. at illud uerum: Non omnis igitut homo eſt ſapiens. Atque hæc quidem illi tepugnans & contradicens eſt, illa contraris. Quæ uerò ex nominibus & uetbis infinitis inter ſe tepugnantes & contradicentes ſunt, qualia ſunt hæc, Non homo, & non iuſtus, eæ ſine nomine & uerbo negationes uideri poſſunt, ſed tamen non ita eſt. Nam cum neceſſe ſit ſemper uerum aliquid uel falſum negationem declarare, qui hoc totum, Non homo dixerit, nihilo magis atque adeò minus, quàm qui ſolum hominis uerbum pronunciauerit, uerè aliquid aut falſo dixerit, niſi quid adiungat. Nec uerò pronunciatum boc, Eſt omnis non homo iuſtus, idem quod ſuperiorum ullum declarat: nec illud quod huic tepugnans eſt & contradicens, Non eſt omnia non homo iuſtus. Atque hæc, Omnis non homo eſt non iuſtus, par illi eſt, Nullus eſt iuſtus non homo. At uerò nomina & uerba ſi tranſponantur aut traijciantur, idem ſemper ſignificant. uelut, Eſt albus homo, Eſt homo albus. Si enim ſecus ſit, certè eidem affitmationi multæ ſunt futuræ oppoſitæ negationes. At unam uni eſſe oporteie demonſtrauimus. huius enim, Eſt albus homo, negatio eſt; Non eſt albus homo. Huius autem, Eſt homo albus, ſi idem quod illa, Eſt albus homo, non declaret, negatio erit uel hæc, Non eſt non homo albus: uel illa, Non eſt homo albus. Atqui hæc, Non eſt non homo albus, buius eſt negatio, Eſt non homo albus. Altera autem huius, Eſt albus bomo. Duæ igitur ſint unius neceſſe eſt. Ex quo intelligitur, ſi nomen & uerbũ tranſponantur, traijcianturque in oratione, eandem omnino affitmationem & negationem futuram. Dicendo autem aut negando unum aliquid de multis, aut multa de uno, nonquam una

Omnis & nullus.

Canon ſiue regula I.

Regula II.

Dubitatio.

B

Regula III.

Concluſio.

Vnum de multis, aut multa

& ſimplex affirmatio & negatio ſit, niſi unũ quippiam ex multis illis declaretur. Vnum autem appello, non ſi nomen unum ſit illi impoſitum, nec ex his unum aliquid efficiatur: uelut homo certè & animal eſt, & bipes, & cicur, ſed unum quiddam ex his conſtat: ex homine autem, & albo, & ambulatione, non unum efficitur. Quare ſi quis unum quippiam de ijs enonciet, non una pronunciatio ſit, ſed multæ, etiamſi uox una eſſe uideatur. Itemq́ue multæ ſunt, ſi de uno quodam hæc dicantur omnia.

Dialectica interrogatio, quid.

Quocirca ſi dialectica interrogatio reſponſionis petitio eſt, ut uel ipſa propoſitio accipiatur, uel pars altera repugnantiæ & cõtradictionis: propoſitio autem unius eſt pars repugnantiæ & contradictionis, profectò nunquam ad hęc unum reſponſum adhiberi poteſt: quandoquidem ne ſi uera ſit quidem, una interrogatio eſt. Sed de his in Topicis diximus.

Τί ἐστι, Quid eſt, non eſt dialectica interrogatio.

Ex quo id etiam perſpicuum eſt, Quid eſt, non eſſe dialecticam interrogationem. Nam & optio danda eſt, ut ex interrogatione utram uelit partem contradictionis & repugnantiæ, alter eligat: & qui interrogat antè, conſtituere definitionem debet: ac tum quærere, ſit, necne ſit, hoc, homo.

Quæſtio.

Sed quoniam alia coniuncta & copulata ſic dicuntur, ut unum fiat attributum ex his quæ ſeparatim dicuntur, alia non: quæ hoc loco diſtinctio & diſsimilitudo eſt, quærat aliquis. Nam & animal de homine ſeparatim uerè dicitur, & bipes ſeparatim: atque ea coniuncta unum faciunt attributum. Item homo & albus, quæ eadem unum ſunt. At uerò nõ ſi quis ſutor ſit, & bonus, continuò ſutor bonus eſſe dicatur. Si enim, quia utrunque ſeparatim uerum ſit, etiam coniuncta ambo uera ſemper eſſe debere credat quiſpiam, permulta incommoda ſuſcipere cogetur. Nam hominis albiq́ue nomen de homine uerè dicitur, ergo etiam totum: rurſus autẽ albi nomen ſeparatim dici poteſt, quare etiam coniunctim. Ita erit homo albus albus, atque ad exitũ nũquam perueniet oratio. Itemq́; erit muſicus albus ambulans: eademq́ue ſæpe connexa & repetita, nihil in quo conſiſtant habebunt. Præterea ſi Socrates Socrates ſit, & homo: etiam Socrates Socrates homo ſit neceſſe eſt. Et ſi homo ac bipes, ſequitur ut ſit etiam homo homo bipes. Illud igitur perſpicuum eſt, abſurda multa conſecutura neceſſariò, ſi quis coniunctiones omnino contendat fieri oportere.

Solutio, & uni, Regula I.

Nunc quemadmodum hæc cõſtituenda ſint omnia, uideamus. Eorum igitur quæ dicũtur, & eorum de quibus alia dicuntur, quæcunque per accidens ita dicuntur, ut aut de eodem aliquo ſubiecto dicantur, utraque aut alterum de altero, ea omnia non unum efficiunt. ueluti in hoc, Homo eſt albus & muſicus: nec unum ex albo fit & muſico, ſiquidem utrunque accidens eſt. nec ſi quis albus idem & muſicus ſit, idcirco ex albo muſico fit unum. Fortè enim temerè aliquis muſicus & albus dicitur. Ita nõ unum quiddam ex muſico & albo efficitur. Quocirca ne ſutor quidem bonus omnino dicendus eſt, ſed tantũmodo animal bipes. hęc enim non per accidens, ſed per ſe unum efficiunt. Atque etiam unum quiddam non conſtat ex ijs omnibus, quę in al-

A tero poſita rurſus repetuntur. Itaq; nec id quod album eſt, album eſt: nec homo, homo animal uel bipes: quod in homine & bipes & animal cõtinentur. Verè autem de eo quod cum ſigno particulari accipitur, idem ipſum nomẽ citra ullum ſignum ſumptum dicitur. ut, dicitur aliquis homo eſſe homo: aut quidam homo albus, albus homo eſſe. nec id uerum eſt ſemper. Tumq́ue id falſum eſt denique, cum id quod adiunctum eſt, aliquid repugnans continet, ex quo etiam repugnantia conſequantur. Vt ſi mortuus homo, homo eſſe dicatur. At ſi nihil tale copulatum reperiatur, totũ uerè dicitur. An ſi adſit tale aliquid, ſemper id uerum non eſt? ſi non adſit, ne tum quidem ſemper uerè dicitur? Velut Homerus aliquid eſt, ut, poëta. Eſtne ille tamen, an potius non eſt? Nam caſu & fortuitò de Homero illud, Eſt, in hac enunciatione, Poëta eſt Homerus, dicitur, non ſua ui atque natura.

Regula II.

Quam ob rem in quibus dicendi rationibus repugnantia eſt nulla, ſi pro nominibus definitiones adhibeantur, in quibusq́ue non caſu & fortuitò, ſed per ſe ſuaq́; ui uerba enunciantur, in ijs omnibus quod tale eſt aliquid, uerè dicetur eſſe omnino, & citra ullam adiectionem tale.

III.

Nam quæ nulla ſunt, quia opinabilia ſunt, non uerè aliquid eſſe dicuntur: quippe cum ea non opinemur eſſe omnino, ſed non eſſe in rerum natura.

DE ENVNCIATIONIBVS *modorum.* Cap. VIII.

Enunciationes quæ modi habent notã, quomodo inter ſe affectæ ſint, Quæſtio I.

B His autem expoſitis, nunc quemadmodum inter ſe affectæ ſint enunciationes, quæ de eo dicunt quod poſsit fieri, aut non poſſit, deq́ue eo quod euenit, aut non euenit, de eo denique quod impoſsibile, quodq́ue neceſſarium eſt, diſſeramus. Quam enim uim habeant, magna quæſtio eſt. Si enim ex ijs quæ inter ſe comparantur, eæ inter ſe pugnant, & contradicunt quæ ex uerbis eſt, & nõ eſt, conſtant: uelut huius, Eſt homo, negatio eſt, Non eſt homo: non illa, Eſt nõ homo: & huius, Eſt homo albus: hęc, Non eſt homo albus: non illa, Eſt homo non albus. (Nam ſi de omni re, uel quod ait, uel quod negat dicitur, certè uerum erit, lignum hominem non album eſſe. Quod ſi ita eſt, in omnibus ijs, etiam in quibus, Eſt, uerbum non adiungitur, quod pro illo, Eſt, dictum erit, idem ualebit. ut huius effati, Homo ambulat: non hæc, Ambulat non homo, ſed illa, Non ambulat homo, futura negatio eſt. quoniam utrum hominem dicamus ambulare, an ambulantem eſſe, nihil intereſt) ſi inquam ita ſe res habeat in omnibus: profectò huius, Fieri poteſt, hæc, Poteſt non fieri: non illa, Non poteſt fieri, negatio ſit neceſſe eſt. Atqui res & fieri & non fieri eadem poteſt. Quicquid enim diuidi & ambulare poteſt, id & non diuidi poteſt, & non ambulare. Cuius ratio eſt, quòd non ſemper id omne re ipſa eſt, quod hoc pacto fieri poteſt. Ita ei etiam conuenit negatio. Nam poteſt non ambulare quod uim ad ambulandum habet: & non cerni, quod ſub aſpectum poteſt cadere. At fieri non poteſt, in eodem uerè enunciationes repugnantes contra-

dicentesq́;

dicenteſque dicantur. Non igitur huius pronunciati, Poteſt fieri, illa, Poteſt non fieri, repugnans contradicenſque eſt. nam ex his quæ dicta ſunt, horum alterum efficitur: ut aut idem de eodem dicamus ſimul, & negemus: aut certè, ut non ex uerbis eſt, & non eſt, quæ adiunguntur omnibus, affirmationes naſcantur & negationes. A

Reſponſio. Negationē nō uerbo, ſed modo adijci oportere.

Quòd ſi fieri illud non poteſt, hoc profectò ſequendum eſt. Ergo huius enunciationis, Poteſt fieri, negatio eſt non hæc, Poteſt non fieri: ſed illa, Non poteſt fieri. Eadem ratio eſt eius quod contingit. Etenim eius negatio eſt illud, Non contingit. Quod idem fit in cæteris: cuiuſmodi ſunt, impoſsibile, neceſſarium. Vt enim in illis Eſt, & non eſt, uerba, additamenta ſunt: illa autem, albus & homo, res ſubiectę: ſic in his, eſt & nō eſt pro ſubiectis habentur: hæc autē, poteſt & contingit, acceſsiones ſunt, quæ quidem in his enunciatis, Poteſt fieri, & Non poteſt fieri, ita quid uerum ſit, quidue falſum, ut in illis eſt & non eſt, definiunt & explicant.

Qui modi quibus, & quo pacto opponantur.

Huius autem, Poteſt non fieri, negatio non eſt quæ ſequitur, Non poteſt fieri: ſed hæc, Non poteſt non fieri: Et huius, Poteſt fieri, non illud, Poteſt non fieri, ſed hoc, Non poteſt fieri. Quocirca quod fieri poteſt, & quod poteſt non fieri, alterum alteri conſequitur, quòd idem & fieri, & non fieri poteſt. Non enim pugnant ſecum & cōtradicunt, quod fieri poteſt, & quod poteſt non fieri: ſed, quod fieri poteſt, & quod fieri nō poteſt: quoniam diſſident à ſeſe & contradicunt, nunquam in eodē uerè dicuntur. Eodemque modo de his, Quod poteſt non fieri, & Quod non poteſt non fieri, iudicandum. Similiterque huius, Neceſſarium eſt, negatio eſt, non illud, Neceſſarium non eſt: ſed illud, Non neceſſarium eſt. Huius autem, Neceſſarium non eſt, illud, Non eſt non neceſſarium. Itemque huius, Impoſsibile eſt fieri, non illud, Impoſsibile eſt non fieri: ſed illud, Non impoſsibile eſt fieri. Huius uerò, Impoſsibile eſt non fieri, illud, Non impoſsibile eſt non fieri. In ſumma, Eſt & non eſt poni, ut dixi, pro rebus ſubiectis debent: hæc autem quę negationem & affirmationem efficiunt, ad illa ipſa uerba Eſt & non eſt, addenda ſunt. Atque eædemum repugnantes & contradicentes exiſtimandę ſunt enunciationes, in quibus Poteſt, & non poteſt, contingit, & non contingit, impoſsibile eſt, & non impoſsibile eſt, neceſſarium & non neceſſarium, uerum & non uerum collocantur.

Conſequentia quo pacto diſponenda.

Atque conſequentia quæ hinc naſcuntur, diſponenda ſunt hoc modo. Ei enim quod fieri poteſt, illud quod contingit ut ſit, cōſequitur, retroq; id cōmeat uiciſsim. Hæc etiam conſequuntur, quod non impoſsibile eſt fieri, & quod non neceſſe eſt fieri. Ex eo uerò quod poteſt non fieri, & quod accidit ut non fiat, id quod non neceſſe eſt non fieri, & quod nō impoſsibile eſt non fieri, conſequentia ſunt. Ex eo etiam quod fieri non poteſt ut ſit, & quod nō accidit ut ſit, id quod neceſſe eſt nō eſſe, & quod impoſsibile eſt eſſe, ſequitur. Conſequentia etiā ſunt, & id quod neceſſe eſt eſſe, & quod impoſſibile eſt non eſſe, ex eo quod non poteſt non eſſe, & quod non accidit ut non ſit. Id quod ex hac deſcriptione intelligi poteſt.

Fieri poteſt ut ſit	*Quod fieri non poteſt*
Accidit ut ſit.	*Quod nō accidit ut ſit.*
Non impoſsibile eſſe	*Quod impoſs.bile*
Non neceſſarium eſſe.	*Quod neceſſe eſt nō eſſe*
Fieri poteſt ut non ſit	*Quod non poteſt fieri quin ſit*
Accidit ut non ſit.	*Quod non accidit ut nō ſit.*
Non impoſsibile non eſſe	*Quod impoſsibile eſt quin ſit*
Nō neceſſariū nō eſſe.	*Quod neceſſe eſt eſſe.*

Quod igitur impoſsbile eſt ut ſit, & quod nō impoſsibile eſt eſſe, ex repugnantibus & cōtradicentibus eius quod accidit ut ſit, & quod fieri poteſt ut ſit: & quod non accidit ut ſit, & quod non poteſt fieri ut ſit, ita conſequentia ſunt, ut cōuerſo ordine affirmationes negationibus, non affirmationes affirmationibus conueniant. Ex eo enim quod poteſt fieri, eius quod impoſsibile eſt, conſequens eſt negatio hæc, Non impoſsibile eſt eſſe. Ex eo autem quod negat, id quod ait: quoniam ex eo quod non poteſt fieri ut ſit, id quod impoſsibile eſt eſſe, efficitur. Hoc enim totum, Impoſsibile eſt eſſe, affirmatio eſt: illud negatio, Non impoſsibile eſt eſſe. Sed quam affectionem ad illa habeat id quod neceſſe eſt, uideamus. Atque illud quidem perſpicuum eſt in his non ita eſſe ut in illis, contrariaſq; hic conſequi, repugnantes autem quę eædem contradicentes dicuntur, ſeorſum eſſe ab ijs quæ conſequuntur. Neque enim huius, Neceſſe eſt non eſſe, illa, Non
B neceſſe eſt eſſe, negatio eſt: quādoquidem utraq; de eodē uera eſſe poteſt. Quod enim neceſſe eſt non eſſe, id eſt non neceſſe eſſe. Cur autem enunciationes quæ de eo quòd neceſſe eſt dicunt, nō eodem modo, quo ſuperiores, ex illis conſequūtur, hoc cauſæ eſt, quòd ei quod neceſſarium eſt, id quod impoſsibile eſt eſſe, idem ualet, contrario nomine oppoſitum. Quod enim impoſsibile eſt ut ſit, idem neceſſe eſt non eſſe quidem, ſed non eſſe. Quod autem impoſsibile eſt quin ſit, id fit neceſſe eſt. Ita ſi illa eodem modo ex eo quòd poteſt eſſe, & non poteſt eſſe concluduntur: certè in his contrà fiat neceſſe eſt. quandoquidem non idem ualent quod neceſſe eſt eſſe, & quòd impoſsibile eſt ut ſit: ſed contrario modo alterū cum altero conſentit, ut dictum eſt.

Queſtio II.

An autē fieri non poſsit, ut hoc modo cōſtituantur repugnantiæ & cōtradictiones eius quod neceſſe eſt, quęſtio eſt. Huic enim quod neceſſe eſt eſſe, conſequitur id quod fieri poteſt ut ſit. Sin minus, negatio erit conſequens, quoniam neceſſe eſt de quacunq; re uerè aut affirmari, aut negari. Ergo ſi nō poſsit eſſe, impoſsibile eſt eſſe. Quod igitur impoſsibile eſt ut ſit, id neceſſe erit eſſe: quo nihil abſurdius. Atqui ex eo quod poteſt eſſe, conſequens id eſt, quod nō impoſsibile eſt eſſe, ex quo id quod non neceſſe eſt eſſe. Ita fit ut quod neceſſarium eſt, id nō ſit neceſſe eſſe. quod fieri nō poteſt. Ne ex eo quidem quod poteſt eſſe id, quod neceſſe eſt eſſe, aut non eſſe concluditur. Nam illud utramq; in partem poteſt cadere: horum autem utrumlibet uerum ſit, non iam illa uera ſunt futura. Simul enim aliquid & eſſe, & nō eſſe po-

teſt. Si uerò neceſſe ſit eſſe, aut non eſſe, iam am-
plius utranq; in partem cadere non poterit. Re-
linquitur ergo ut id quod non neceſſe eſt non eſ
ſe, eius ſit conſequens, quod poteſt eſſe. Nam de
eo etiam quod neceſſariũ eſt, id uerè dicitur: atq;
etiam hæc ipſa repugnat, & cõtradicit ei quæ ex
eo cõcluditur, quod fieri nõ poteſt. Ex illo enim
efficitur id quod impoſsibile eſt eſſe, & quod ne
ceſſe eſt non eſſe: cuius hoc, Non neceſſe eſt non
eſſe, negatio eſt. Conſequuntur ergo hæ contra-
dicentes altera alteri, quemadmodum dixi: qui-
Quæſtio III. bus ita poſitis, nihil repugnãs concluditur. Vtrũ
autem ex eo quod neceſſe eſt eſſe, id quod fieri
poteſt ut ſit, ſit conſequens, quæſtio eſt. Nam ſi
non ſit conſequens, contrarium & contradicens
erit conſequens id, quod fieri non poteſt. Quòd
ſi quis hoc contrarium aut contradicens eſſe ne-
get, is neceſſe eſt fateatur id eſſe quod fieri poteſt
ut nõ ſit, ſed & hoc & illud falſum eſt in eo quod
neceſſarium eſt. At contrà idẽ uidetur ſecari poſ-
ſe, & non ſecari, eſſe & non eſſe. Ita quod neceſſa
Canon I. rium eſt, id poterit nõ eſſe: quod falſum eſt. Illud
igitur perſpicuum eſt, non quicquid poteſt aut
eſſe, aut ambulare, poſſe etiam non eſſe, aut am-
bulare: ſed ſunt de quibus id uerè nõ dicatur, pri
mumq; in ijs quæ rationis expertia aliquid effi-
cere poſſunt. ut ignis uim habet ille quidem calo
Canon II. ris, ſed quæ rationis ſit expers. Quæ igitur facul
tates ratione ad agendum impelluntur, eæ mul-
ta etiam contraria efficere poſſunt: rationis autẽ
expertes, non omnes, cum præſertim ignis calo-
rem ſua ui gignere, & non gignere nõ poſsit, nec
Exceptio. ea omnia quæ ſemper agunt. Sunt tamen quędã
facultatibus rationis expertibus prædita, quæ
ſimul cõtraria recipere poſsint. Quod dixi, pro-
pterea quòd non omnis uis ad cõtraria accipien
da apta eſt: ne eæ quidem, quæ ſunt eiuſdem ge-
neris. Sunt uerò ipſæ facultates homonymæ.
Quod enim poſsibile eſt, id non uno modo dici-
tur: aliudq; eo dicitur poſſe, quia iam reuera agat
ſic: ut poſſe aliquem ambulare, quia iam ambu-
let, & (ut ſemel dicam) poſſe eſſe, quod iam in
actu ipſo ſit, id quod poſſe eſſe dicitur. aliud, q,
futurum ſit ut agat aliquãdo: uelut cum aliquem
poſſe ambulare dicimus, quòd futurum ſit ut am
Canon III. bulet. Atq; hæc quidem uis in iis tantummodo
reperitur, quæ mutabilia ſunt: illa etiã in ijs quæ
immutabilia ſunt. Et utrumq; uerè dicitur poſſe
ambulare, aut eſſe, & quod ambulat iam, atq; in
actu eſt, & quod uim habet ad ambulandum. Er
go quod hoc modo poteſt, non uerè omnino de
Canon IIII. re neceſſaria dici poteſt, alterum poteſt. Ita quo-
niam ex parte genus conſequens eſt, certè ex eo
quod neceſſarium eſt, id quod fieri poteſt, etiam
V. ſi non omne, concludetur. Ac fortaſſe quod ne-
ceſſarium eſt, aut non neceſſarium, quaſi fons eſt
& cauſa, cur ſint aut nõ ſint omnia: ut cætera om
nia ex eo ſpectari debeant, quomodo ſint conſe-
VI. quentia. Quapropter ex his quæ dicta ſunt appa
ret, in actu & reuera eſſe, quæcunque ſunt neceſ
VII. ſariò. Si igitur priora ſunt æterna, etiam actus ui
VIII. & facultate prior eſt. Atq; alia cum uim nullam
habeant, actus modò ſunt: ueluti hæ ſubſtantiæ
IX. quas primas dicimus. Alia ſimul uim habẽt cum
actu; eaq; naturæ ordine priora ſunt, poſteriora

A temporis. Alia nunquam in rerũ natura ſunt, ſed X.
ſolum eſſe poſſunt. Vtrũ autẽ affirmatio nega- *Quæſtio* IIII.
tioni, an affirmatio affirmationi, & oratio ora-
tioni contraria ſit ea, quę Omnẽ hominem iuſtũ
eſſe dicit, illi, Nemo iuſtus eſt: an hæc, Omnis ho
mo iuſtus eſt, illi, Omnis homo iniuſtus eſt: ue-
lut, Callias iuſtus eſt, Callias iuſtus non eſt, Cal-
lias iniuſtus eſt: quæ inquam ex his inter ſe ſint
contrariæ, magna quæſtio eſt. Si enim ſenſa ani- *Oratio animi*
mi imitatur oratio, illic autem contraria ſenten- *ſenſa imitatur.*
tia de contrario eſt, ut hæc, Omnis homo iuſtus
eſt, illi, Omnis homo iniuſtus eſt: certè in ijs etiã
enunciationibus quæ uoce exprimuntur. ita res
habeat neceſſe eſt. Sin minus illic opinio & ſen-
tentia de contrario contraria eſt, ne hic quidem
affirmatio affirmationi contraria erit: uerùm ne-
gatio, ut dixi. Quæ igitur opinio & ſententia fal- *Quæ opinio*
ſa, ueræ contraria ſit, uideamus. utrumne ea quæ *& ſententia fal-*
negat, an quæ ait. Atque hinc noſtra omnis ma- *ſa, ueræ cõtra-*
nabit oratio. Eſt de bono ſententia uera quæ id *ria.*
dicit bonum eſſe: alia falſa, id non eſſe bonum:
tertia, id malum eſſe. Harũ utra ueræ illi ſenten-
tiæ contraria ſit: & ſi una ſit, utra ſit contraria,
quæſtio eſt. Atq; illud quidem falſum eſt, ex eo
iudicari cõtrarias ſententias eſſe, quia uerbis cõ-
ſtent contrarijs. Nam illa de bono ſententia, id
bonum eſſe, & de malo, id eſſe malum, eadẽ for-
taſsis atque adeò uera eſt, ſiue multæ ſint, ſiue
una: ſunt autem hæc contraria. At uerò non q, *Regula.*
contrariorum ſint, contraria ſunt proloquia, ſed
potius quòd contrario nomine opponantur.
Quòd ſi una ſententia de bono eſt, id eſſe bonũ:
B alia non eſſe bonum, & ſi eſt etiam quæ aliquid
dicat, quod nec in bonum cadat, nec cadere poſ-
ſit, profectò nulla ex illis alijs ſtatuenda contra-
ria eſt. quæ cadere dicunt, quod non cadit in bo-
num, & cadere negant quod cadit. (Vtręq; enim
hæ incertæ infinitæq; ſunt, & quibus ineſſe ali-
quid confirmamus, quod abeſt, & abeſſe quod
adeſt negamus) ſed eæ demum ſtatuendæ ſunt *Contrariæ ſen-*
contrariæ, in quibus animo concipiendis, prima *tentiæ quæ.*
ineſt erroris ac deceptionis cauſa. Errores autem
ac deceptiones ijſdẽ continentur extremis, qui-
bus rerum ortus. Arqui inter diſparata extrema,
omnes continentur rerum generationes. Ergo
etiam fallacię. Si igitur bonum bonum eſt, & nõ
malum: illudq; ſua ui ac per ſe dicatur, hoc caſu *Bonũ ſua ui di-*
& fortuitò (accidit enim ut ſit non malum) ue- *citur, malũ for*
rior autem ea eſt de quaq; re enunciatio, quæ ſua *tuitò.*
ui ex ſe, & per ſe uera eſt: & pari ratione falſa ma
gis, quæ ſuapte ſponte, & per ſe falſa: fallax au-
tem hęc opinio bonum non eſſe bonum, eam re
ſpicit quæ per ſe uera erat: altera autem fallax
etiam, bonum eſſe malum eam reſpicit, quæ per
accidens uera erat. Ex quo efficitur, ut magis
falſa ſit in bono ea ſententia, quæ ex negatione
eſt, quàm quæ eſt ex contrario. At is demum *Errare quis di-*
errat in quaque re uehementer, qui in diuerſa & *catur.*
contraria ſententia eſt. Siquidem contraria di- *Cõtrariorũ de-*
cuntur ea, quæ in eodem genere plurimum dif- *finitio.*
ferunt. Quòd ſi harum altera contraria eſt, ma-
gis autem ea eſt contraria quæ negat, certè hæc
ipſa ſit contraria neceſſe eſt. Illa autem altera,
qua bonum in malis eſſe defenditur, cum ea
coniuncta implicataque eſt; propterea quòd
eundem

eundem neceſſe eſt, bonum non eſſe in bonis, putare. Iam uerò ſi in cæteris omnibus hoc modo ſumi repugnantia debeat, etiam hic illud uerè dictum eſt à nobis. Aut enim in omnibus ea quę repugnat & contradicit, contraria eſt, aut in nullis. Vbi autem uerba contraria ſunt nulla, in ijs falſa ea ſententia ueræ opponitur, quæ ut diſparatum quippiam alteri repugnat: ut is qui hominem non eſſe hominem putat, fallitur. Si igitur hic contrariæ ſunt negationes, etiam in ijs eæ demum erunt contrariæ, quæ contradicentes erunt. Præterea eadem eſt ratio eius quæ bonum in bonis ponit, & eius quæ non bonum in

Quæſtio. non bonis: & prætereà eius quę bona in non bonis, & eius quæ non bona in bonis collocat. Ei ergo ſententiæ ueræ, quæ non bona in non bonis putat, quæ tandem contraria erit? Non ea quidem quæ in malis non bona ducit, quandoquidem ſimul uera eſt interdum: & uera ueræ eſſe contraria nullo modo certè poteſt. Aliquid enim quod eſt non bonum, eſt in malis. Ita ueræ ſimul eſſe poſſunt. Nec uerò ea cõtraria erit, quæ non bona in non malis numerat. ſiquidem hæc

Regula. quoque uera eſt, & ſimul eſſe poſſunt. Relinquitur ergo, ut eius qua non bona in non bonis numerantur, illa contraria ſit ſententia, quæ non bona in bonis eſſe dicit, quoniam falſa eſt. Quare etiam huius, Bonum non eſt bonum, hæc, Bonum eſt bonum, contraria eſt. Perſpicuum autem eſt, nihil intereſſe, utrum uerbum hoc Omnis, in affirmatione, néc ne, collocemus. nam contraria erit uniuerſa negatio. Vt illi opinioni, Omne quod bonum eſt, eſt in bonis, hæc repugnat, Nihil quod bonum eſt, eſt in bonis. Et certe ſententia ea qua ipſum bonum eſſe bonum putatur, ſi bonum uniuerſale uerbum ſit, idem ualet quod hæc, Quod bonum eſt, id eſt in bonis. Inter hanc autem & illam, Quicquid bonum eſt, id eſt in bonis, nihil intereſt. Quod idem in eo

Concluſio libri de interpretatione. quoque quod non eſt bonum, dicendum eſt. Quapropter ſi ita in ijs quę animo concipiuntur, uti diximus, res habet, & ſi intelligentiarum & notionum quæ in animis imprimũtur, interpres

Affirmationi quæ negatio contraria. eſt oratio, qua aut affirmamus aut negamus: certè affirmationi contraria ſit neceſſe eſt ea demũ negatio, qua idem aliquid quod affirmabatur, de toto genere negatur. ueluti huic, Omne quod bonum eſt, in bonis eſt: uel, Omnis homo bonus eſt: ea, in qua nullum uel nemo contrario

Cõtradictoriæ quæ. nomine opponitur. Contradictorio autem nomine ea opponitur, in qua non omne, uel non omnis, adhibetur. Illud etiam perſpicuum eſt, ueram enunciationem uel ſententiam, ueræ contrariam eſſe non poſſe. Nam & ex oppoſitis & contrarijs, contrariæ ſeu aduerſę conſtãt, de quibus homo idem uerè poteſt dicere: at contraria eidem ſimul conuenire non poſſunt.

PERI HERMENIAS, SIVE *de interpretatione libri, finis.*

A

ARISTOTELIS PRIORVM ANALYTICORVM, SIVE *de prima reſolutione, Lib. I.*

FIRMINO DVRIO INTER*prete, & N. Grouchio correctore.*

IN ANALYTICA SIVE RESO*lutoria priora Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.*

TRia genera ſyllogiſmorum ex totidem proueniunt cauſis: ex cognoſcente, cognitione, & cognito. Ex primo, hoc modo. Cognoſcens enim aut mẽs eſt, aut dianœa, aut opinio, aut phantaſia: ſed neq; mens, neq; ſenſus ſyllogizat quod mens præſtat ſyllogiſmo, & ut Plotinus ait, primus ſimpliciter incurſibus res omnes percipit, uel citra principia, minimeq; fallitur. Phantaſia item non ſyllogizat, quòd ſenſuum ſit conſtrutrix, & propior ſit ſtatui quàm motui. nam & ſyllogiſmus motus quidam eſt, & ex alio in aliud diſcurſus. Sed neq; opinio, quòd ea ſit dianœæ concluſio. Reſtat, ut dianœa ſit: hæc ex propoſitis aliquibus nobis notis & conceſſis, oportet ut colligat accepta ſiue à mente, ſiue ab opinione, ſiue à phantaſia. Si ex mẽte, tunc uera fuerint principia ex his quas ἐννοίας, id eſt notiones communes, ſeu dignitates, ſeu maximas propoſitiones uocant, uerus erit ſyllogiſmus ac demonſtratiuus. Si ex opinione, uerus ac falſus poterit eſſe, ex quo dia

B

lecticus in hominum diſputatione fuerit. Si ex phantaſia, falſus omnino erit, uocatus ſophiſticus, quòd phantaſiæ ſemper falſum ſubeſt. Nam quum dico, Omne ſuperſtans eo quod ſuperſtat maius, phãtaſia imaginatur ex corporis magnitudine, neq; æquiuoca diſtinguit, ſicuti mens: ubi cõſiſtit deceptio. Nam ſuperſtans æquiuocũ eſt, quod & magnitudine, & tumore aut eminentia ſuperſtãs dici poteſt. Ex cognito ſimiliter hæc eadem tria inueniuntur. nam res de quibus eſt ſyllogiſmus, uel ſemper ſimiliter ſe habẽt & ſit circa ea demonſtratiuus: uel nunquam ſimiliter ſe habent, & ſit ſophiſticus: aut quandoq; ſic habent, & quãdoque non, & ſit dialecticus. Ex cognitione item ſimiliter: ut aut notitia minimè fallitur, aut ſemper falſa, aut quandoq; falſa, quandoq; uera. Igitur in hoc Priorum libro nullus horum tractatur, ſed de ſimplici & uniuerſali. Nam de demonſtratiuo tractaturus, oportuit ut de ſimplicibus uocibus, deinde decem generibus, poſtea de interpretatione, poſtremò de ſimplici ſyllogiſmo diceret. Nunc dicendum, cur Analytica dicantur, deinde cur Priora. Eſt enim Analyſis, reſolutio compoſitionis ad partes, & cõpoſiti ad ſimplicia elementa. Quum autem hic res componãtur & propoſitiones, cur non potius ſynthetica, id eſt compoſitiua, quàm reſolutiua dicũtur? Ratio in parte tertij huius libri tractatus, qui de reſolutione narrat, affertur: quoniã magis inuenitur ex reſolutione ſyllogiſmus, habens propriã figuram. Cognito enim quomodo reſoluitur, cognoſcitur quomodo componitur: non itẽ contrà. Nam idiota nõ ignorat nominum & uerborum compoſitionem in ordinem

finire ac dicere, uidelicet, Socrates ambulat: ſoluere autem non idem ſcit, dicendo qnod eſt nomen, quod uerbum. Prima aũt Analytica dicuntur, quòd de ſimplici tractans ſyllogiſmo, uidetur ad materiã ſine forma propoſitionẽ habere. Et quoniam prius eſt genus quàm ſpecies propria, ſimplex autem & uniuerſalis ſyllogiſmus genus eſt tam demõſtratiui, quàm reliquorum ſyllogiſmorum ſpeciebus. Ex qno congruũ uidebatur, primò hæc quaſi de genere Priora, ſecundò de demouſtratiuo quaſi de ſpecie poſteriora nocare. Aiunt præterea, X L. Reſolutionũ libros in antiquis bibliothecis promiſcuè fuiſſe inuentos, & hos quatuor tãtum Ariſtotelis ex genere dicendi & ſtyli naſo indicatos. In primo uanq; libro docet de forma ſyllogiſmorũ, in ſecũdo de materia. Formam enim dicimus ſyllogiſmorũ concluſionem, materiam uerò propoſitiones. Sicut enim cõcluſio cuius gratia eſt, dicitur forma: ſic & propoſitiones cauſa concluſionis. Primus item diuiditur in partes treis. in prima, de generatione ſyllogiſmi: in ſecunda, de inuentione propoſitionum: in tertia, de reſolutione ſyllogiſmorũ. Primò definit, quot propoſitionum ſpecies, qnid ſit terminus, quid ſit ſyllogiſmus, dici de omni, de nullo prima normalia ſyllogiſmorũ: quoniã per illa duo probari ritè poſſunt ſyllogiſmi primæ figuræ, ad eãq; reliquas figuras duas reduci. Hæc ex Philopono. DE CONVERSIONIBVS *deinde diſſerit, qnas* ἀντιστροφὰς *uocat. eſt enim conuerſio conſectariũ quoddã ab argumento diſtinctũ, inter duas propoſitiones categoricas conſiſtens. Fit enim trifariã: ſimpliciter, ex accidente, & per contrapoſitionẽ. Simplex conuerſio eſt mutatio prædicati in ſubiectum, & contrà, manente eadẽ qualitate & qñtitate, ut uniuerſale abdicatiuũ. Si enim omnis uoluptas bonũ non eſt, Omne bonũ nõ eſt uoluptas. Vniuerſale aũt dedicatiuũ non neceſſariò ſequitur conuerſio: non enim ſi omnis uoluptas eſt malum, omne malũ eſt uoluptas. niſi fortè addatur differentia, ſeu propriũ aliquid: ut, Omnis uoluptas eſt malũ iucundũ, omne malũ iucundũ eſt uoluptas; Omnis homo eſt animal rationale, omne animal rationale eſt homo. At in particularẽ probè conuertitur: ut, Si omnis uoluptas eſt malũ, aliquod malũ eſt uoluptas. eadẽ quoq; ratio de uniuerſali abdicatiua in particularẽ abdicatiuam. Quibus fermè duobus modis, mutata quantitate, ex accidente fit conuerſio. Rurſus igitur particularis dedicatiua habet neceſſariam conuerſionẽ: ut, Si quædã uoluptas eſt malũ, quoddã malũ eſt uoluptas. Particularis uerò abdicatiua nõ habet neceſſariã conuerſionẽ. non enim ſi quoddã animal nõ eſt riſibile, quoddã riſibile non eſt animal. Vniuerſalis aũt abdicatiua, & particularis dedicatiua, neceſſariò ac ſimpliciter cõuertuntur. ut, Nulla uoluptas eſt bonũ, aliquod bonũ non eſt uoluptas. Vniuerſalis dedicatiua & particularis abdicatiua non neceſſariò cõuertuntur, niſi per particulas indefinitas: ut, Si omnis uoluptas eſt malũ, aliquod non malũ non eſt uoluptas. qua conuerſione utitur Cicero in Rhetoricis. Particularis abdicatiua ſimiliter: ut, Si quoddam animal nõ eſt riſibile, quoddã non riſibile nõ eſt animal. In his igitur ultimis duobus cõuerſionẽ noſtri Dialectici appellant per contrapoſitionẽ, de qua Ariſtoteles mentionem*

A *non fecit: quia qñ agat de conuerſione tanquã cauſa & origine perficiendi ſyllogiſmi, ac ad integritatẽ abſolutam reducendi, non neceſſarium duxit nouas, aut indefinitas ſiue particulas. Adfertur etiam methodus ferè eadem, per quam propoſitiones de contingente & neceſſario ineſſe conuertantur. De poſſibili non ponitur, quòd contingens ſequatur, & impoſſibile neceſſarium. Deinceps de ſyllogiſmi creandi ratione, qui ex duabus propoſitionibus, & tribus terminis continetur, maiori minoriq; extremo, ac medio: figuris inſuper tribus, & modis X IIII. qui ſub his uerbis Græcis apud Ariſtotelem continetur,* γράμματα ἔγραψε γραφίδι, τεχνικὸς ἔγραψε. κάτεχε μέτρον ἄχολον. ἅπασι συναρὸς ἰσάκις ἀσνίδι μαλὸς φερισος. *Quãdo igitur in prima figura tres termini ſic ſe habent, ut poſtremus, id eſt, minor extremitas ſit in toto medio, id eſt, illi ſubijciatur uniuerſaliter, & dedicatiuè: & mediũ ſit in toto primo ſic, uel non ſic, id eſt, dedicatiuè, maiori extremitati ſubijciatur, erit illatio perfecta. Medium igitur ideo dictũ, quòd alterũ extremorum, uidelicet minus ſit in eo, & ipſum in altero, hoc eſt maiore, conſiſtat. Hæc in prima per has literas adnotauit Philoſophus A B C. per A maius intelligit extremum, per B mediũ, per C minus. uerbi gratia, in primo modo ſi A de omni B, & B de omni C prædicatur, neceſſe fuerit A de omni C prædicari. In ſecundo modo, ſi A de nullo B, & B de omni C prædicetur, neceſſe fuerit A de nullo C prædicari. In tertio, ſi A inſit omni B, & B alicui C, neceſſe eſt A alicui C ineſſe.*
B *In quarto, ſi A nulli B inſit, & B alicui C, tunc neceſſe eſt A alicui C non ineſſe. Secunda figura totidem literis conſcribitur, M N X. per M mediũ, per N maius extremum, per X minus adnotatur. Medium autem hic extremorum extimum eſt, ac ordine primum, eo qnòd de utriſq; prædicatur extremis: maius autem extremum in medio ſitũ, quia de minori & ipſum prædicatur. uerbi gratia, ſi M de nullo N prædicatur, de X autem omne, ergo N de nulla quidem X prædicatur. Conuerſa enim maiore ſimpliciter, habebitur ſecundus modus primæ. In ſecundo modo ſi M prædicatur de omni N, & de nullo X, neceſſe eſt N de nullo X prædicari. Nam minore conuerſa ſimpliciter, & præmiſſis tranſpoſitis, erit ſyllogiſmus in ſecundo primæ. Tertia figura tribus item literis notatur, P R S, per P maius extremum, per R minus, per S medium. mediũ enim hic item extimum, ac ultimum in ordine: extrema uerò præcedunt, quia de medio prædicantur, ut in Darapti. Omne S eſt P, omne S eſt R, ergo quoddam R eſt P. quod probatur conuertendo minorẽ per accidens, ex quo fit ſyllogiſmus in tertio primæ: deinde per impoſſibile, capiendo oppoſitum illationis pro maiore, & minorem pro minore, ad inferendum oppoſitum contrarium in Celarent. Secundo modo in Felapton, Nullũ S eſt P, omne S eſt R, ergo quoddam R non eſt P. probatur autem reducendo ad Ferio, minore conuerſa per accidens: deinde reducendo per impoſſibile ad Barbara, capiendo oppoſitum contradictorium illationis cum minore, ad inferẽdum contrarium maioris. Tertio modo in Bocardo, Quoddam S non eſt P, omne S eſt R, ergo qnoddam R non eſt P. Quod probat*

Ariſtoteles

Ariſtoteles bifariam, primò reducendo per impoßibile: quia ex oppoſito contradictorio illationis cum minore, infert oppoſitum contradictoriũ maioris in Barbara. Deinde per expoſitionem, ſumendo aliquod particulare ſub S N, hoc modo: Hoc S N nõ eſt P, hoc S N eſt R, ergo quoddam R non eſt P. Communia uerò figuris omnibus unam propoſitionem dedicatiuam ipſarũ quamlibet habere, & unam uniuerſalem neceſſariò: in nulla figura conſtare ſyllogiſmum uel ex duabus abdicatiuis, uel ex duabus particularibus præmißis. Propria uerò ipſarũ ſunt, primæ quidem figuræ minorem propoſitionem habere ſemper dedicatiuam, ſiue uniuerſalis ſiue particularis ea fuerit: & maiorem uniuerſalem ſemper dedicatiuam, ſiue abdicatiuã, illationem uerò indifferentem. Præterea in prima figura mediũ ſubiectum quidẽ maioris erit, & prædicatũ minoris: ut, Voluptas uitiũ, luxuria uoluptas, luxuria uitium. in hac enim quãdoq; maior propoſitio minori poſtponitur. cognoſcitur autem, quòd ipſius prædicatum in illatione repetitur: ut, Homo animal rationale, animal rationale eſt mortale, homo eſt mortale: mortale namq; repetitur. In ſecunda prædicatum ponitur utriuſq; extremi: ut, Homo animal, lapis non animal, homo non lapis. In tertia utriuſque ſubiectum: ut, Homo animal, homo rationale, animal rationale eſt. Quapropter uerſus qui ſubijci ſolet, per notas ſatis uſum memoriæ ſuppeditat: Sub præ prima, ſecunda bis eſt præ, tertia bis ſub. Præter aũt hos alij traduntur modi indirectè inferendi. ex maiore enim dedicatiua quãtacũq; ſit, & minore uniuerſali abdicatiua, ſyllogiſmus in quacunq; figura cõſtat, ad indirectè inferendũ minorẽ extremitatẽ de maiore. Quapropter duos modos omni figuræ cõmunes ponit Ariſtoteles, uidelicet Fabeſmo & Priſeſomorũ: de quibus exempla adducit, eosq; per ſimplicẽ cõuerſionẽ cõmutationemq; præmiſſarum adſumptionũ perficit. Sed omniũ facilè perfectißima prima figura, unde & demonſtrationes & problemata ſumuntur, & ad quã cæteræ reducuntur per conuerſionem, aut per impoßibile. Nam uniuerſales ſecundæ figuræ ad modos primæ per cõuerſionem abdicatiuæ uniuerſalis rediguntur, particulares uerò ſecundæ per impoßibile. Eadem ratione & modi particulares primæ ad uniuerſales ſecundæ. nam Ariſtoteles Darij ad Cameſtres reducendo capit contradictorium illationis pro maiore, ac minoris contradictorium infert. Ferio autem ad Ceſare, contradictorium illationis pro maiore, & maiorem pro minore capiendo, ac minoris contradictorium inferendo. Item ſyllogiſmi uniuerſales tertiæ reducuntur continuò per impoßibile ad modos uniuerſales primæ: & modi particulares, in quibus altera præmiſſarum eſt particularis, rediguntur item continuò ad modos particulares primæ per conuerſionem, & modi particulares primæ ad uniuerſales eiuſdẽ figuræ. MEDII deinceps reperiendi artem oſtendit, in qua primùm antecedentia, conſequentia, & extranea prædicati & ſubiecti illationis inſpicere oportebit. extranea namq; abdicatiua ſunt, reliqua uerò duo dedicatiua: ac quanto uniuerſaliora & ueriora, tanto efficaciora. Igitur in Barbara mediũ conſequens ſubiecto illationis, ac antecedens eiuſdem præ-

A dicato eſſe oportet. In Darapti medium antecedens tam ſubiecto, quàm prædicato illationis fuerit. In uniuerſali autem abdicatiua ſecundi modi primæ, uel primo ſecundæ, medium conſequens ſubiecto erit, & extraneum prædicato. In uniuerſali abdicatiua ſecundi modi ſecundæ mediũ conſequens prædicato, & extraneum ſubiecto. In particulari abdicatiua ſecundi modi tertiæ, medium antecedens ſubiecto, aut extraneum prædicato. Has itaq; quinq; coniugationes Ariſtoteles per notas hoc modo demõſtrat. Sit A prædicatum illationis, B uerò conſequens illi, C antecedens, D extraneum prædicato, E autem illationis ſubiectũ, F illi conſequens, G antecedens, & H ſubiecto extraneum. His igitur poſitis, ſi quis primam probare uelit illationem, ut omne E ſit A, pro medio ſumat E F. ſic in primo primæ arguendo: Omne E F eſt A, omne C eſt E F, ergo omne C eſt A. In ſecunda autem coniugatione ſi quis inferat quoddam E eſſe A, pro medio ſumat C G, in primo tertiæ arguendo: Omne C G eſt A, omne C G eſt E, ergo quoddam E eſt A. Tertiò, ſi quis inferat nullum E eſſe A, pro medio ſumat D F, in ſecundo primæ arguẽdo: Nullum D F eſt A, omne E eſt D F, ergo nullum E eſt A. Quartò, ſi inferat nullum E eſſe A, pro medio B H ſumat, ſic in primo ſecundæ arguendo: Omne A eſt B H, nullum E eſt B H, ergo nullum E eſt A. Poſtremò, in ſecundo tertiæ, ſi quis particularem abdicatiuã probãdo inferat, quoddã B non eſſe A, pro medio ſumat D G, arguendo: Nullum D G eſt A, omne D G eſt B, ergo quoddam B non eſt A. Treis ad hæc inutiles ponit item coniugationes. primam, quando tam B ſubiecto quàm prædicato illationis medium conſequẽs fuerit: quia ſyllogiſmus aut ex omnibus dedicatiuis in ſecunda figura argueretur, aut omnibus abdicatiuis. Secundã, quando medium prædicato fuerit antecedens, & extraneũ ſubiecto, quia argueretur ex minore abdicatiua in prima figura. Tertiã, quando medium utriq; fuerit extraneum, quia ex omnib. abdicatiuis argueretur. Poſt hæc octo ponit canones, quibus ex obliquis ſyllogizare poßimus: ut, Cõtrariorũ eſt eadẽ diſciplina. Deinde mõſtrat, quomodo omnia cõſectaria nõ ſyllogiſtica, & reduplicatiuè ad ſyllogiſmũ reducãtur. nã nõ omne quod neceſſariò cõcludit, ſyllogiſmus erit. Eſt enim conſectariũ argumẽtatio, cuius antecedẽs eſt loco aſſumptorũ, conſequens loco concluſionis. Debemus igitur id in duas diducere partes, & deinde concluſionem inferre. uerbi gratia, Si homo eſt, animal eſt: &, Si animal eſt, ſubſtantia eſt. ergo homo eſt ſubſtantia. Reſoluere itẽ terminos infinitos, ubi oſtendit, quòd abdicatiua de prædicato finito non æquiparatur dedicatiuè de prædicato infinito: ut, Non eſt bonũ: &, eſt non bonum. Verbũ enim infinitum, ut dicitur primo Peri hermenias, nihil ponit. Igitur dedicatiua de prædicato infinito, abdicatiuam de prædicato finito rectè conſequitur. Nam bene ſequitur, Eſt non album, ergo non eſt album. ſed non contrà. Abdicatiua de prædicato finito, dedicatiuam de prædicato infinito nõ ualet conſequi: non enim ſequitur, Hoc nõ eſt lignum album; ergo hoc eſt lignum non album. Dedicatiua de prædicato finito abdicatiuam de prædicato infinito rectè conſequitãtur: ut, Hoc eſt album, ergo hoc non eſt non albũ. Abdica-

tiua de prædicato infinito, dedicatiuam de prædicato fi-
nito non conſequitur. non enim rectè dicitur, Non eſt li-
gnum non albū, ergo eſt lignū album. Ex his duo catholi-
ca, dedicatiua de prædicato finito, & dedicatiua de prædi
cato infinito. ut, Eſt album, & eſt nō albū, nequeunt ſimul
eſſe. alterum, Abdicatiua de prædicato finito, & abdicati-
ua de prædicato infinito non ſe inuicē conſequuntur, ta-
men poſſunt ſimul eſſe: quia quod non eſt lignum album,
non eſt etiam lignum non album.



Poſt hæc de poteſtatibus, ſiue proprietatibus ſyllogiſ-
mi ſimplicis, quid ualeat ex forma ad uerum ſeu falſum oſtē
dendum. Sunt enim ſex in hoc uerſu per notas conſcriptæ:
Plus, falſo, circū, conuertitur, impos, & oppos. Prima e-
nim eſt poteſtas, eundē ſyllogiſmū plura inferre poſſe ſym
peraſmata. quod contingit primò per illationis conuerſio
nem, quando uidelicet ex duabus præmiſſis alterā conclu
dit, aut quando colligit ſub uno diſtributo plura ſub eo cō
tenta. Secunda poteſtas, quando ex falſis uera cōcludit. in
quo catholicū illud eſt, Quòd ſi concluſio ſit falſa, neceſſe
eſt ambas, uel alteram præmiſſarum eſſe falſam. Secundò,
ſi cōcluſio ſit uera, nō neceſſe eſt utranq;, uel alteram præ-
miſſarū eſſe uerā. Tertiò, quòd uerū ex falſis non infertur
propter quid, ſed quoniam: deinde quòd in omnibus figu-
ris ac modis poteſt ex falſis uerè concludi. Verbi gratia,
Animal in omni ligno, lignum in omni homine, animal in
omni homine. Et rurſus ex una falſa, Inanimū in omni li-
gno, lignū in omni lapide, inanimū in omni lapide. Et itē,
Albū in omni animali, animal in omni niue, album in om-
ni niue. Similiter in ſecūda figura, & in tertia: ut, Animal
in omni lapide, animal in nullo homine, lapis in nullo ho-
mine. Item, Inanimum in omni lapide, inanimū in omni li-
gno, lapis in omni ligno. Tertia poteſtas, quando ſyllogiſ-
mus eſt Reciprocus ab oratoribus uocatus, à noſtris autē
dialecticis Circularis. fit enim ex altero adſumpto cū con-
cluſione conuerſo, alterū inferendo adſumptū: uidelicet,
Omne riſibile eſt homo, omnis homo eſt riſibilis, omne ri-
ſibile eſt homo. Vtilis eſt quandoq; demonſtrationi. utitur
eo Ariſtoteles in VIII. Phyſicorū, ubi per æternitatē mo-
A tus monſtrat primū motorem eſſe immobilem, deinde re-
uertendo per immobilitatē demonſtrat primū motorē eſ-
ſe æternum. Fit aūt in prima figura, in modis dedicatiuis:
in tertia uerò, in modis abdicatiuis, ſemperq; particulare
cōcluditur. Quarta poteſtas, ſyllogiſmus conuerſiuus. eſt
enim ex oppoſitione illationis cū altero adſumptorum in-
ferre oppoſitū alterius adſumpti, capiendo contrariū ſiue
cōtradictoriū illationis. ut, Omni a ineſt c, & nulli a ineſt
e, uel, Omni a ineſt c, & nō alicui a ineſt c. Quinta poteſtas
ad impoſsibile, qui ab Ariſtotele comparatur ſyllogiſmo
conuerſiuo. Conueniunt tripliciter, primò quòd ſunt ex
eiſdem terminis & figura: deinde quòd ſyllogiſmus hic eſt
cōuerſiuus, & ad impoſsibile: tertiò, quòd procedit ex op-
poſito alicuius propoſitionis. Differunt autem, quòd ad
impoſsibile non ſupponit aliquam illationem ſyllogiſticā,
ſed ſolum aliquam propoſitionem abdicatiuam à reſpon-
dente: conuerſiuus uerò ſemper ſupponit aliquam ſyllogi
ſticam illationem. Deinde conuerſiuus ualet ad oſtenden
dam conſequentis congruitatem, ſed ad impoſsibile ualet
ad oſtendēdam alicuius propoſitionis ueritatem. Tertiò,
ad impoſsibile ſemper procedit ex altera falſa, ſed cōuerſi
uus poteſt ex utraq; uera procedere. Quartò, ad impoſsi
bile procedit tantū ex oppoſito contradictorio, conuerſi-
uus autē tam ex contradictorio, quàm cōtrario. Sexta po
teſtas ex oppoſitis: oppoſitorum autem quædam ſunt ſe-
cundum ueritatem, quædā ſecundum locū. Sunt autē ſecun
dum locum ex abdicatiua & dedicatiua dandi & ſubiecti
& prædicati. Et ſunt quadrupliciter, ex quibus tantū de-
B dicatiua particularis & abdicatiua particularis non ſunt
ſecundum ueritatem. In prima figura non fit ex oppoſi-
tis, in quo loco Ariſtoteles ſeptem catholica narrat. Poſt
hæc de tribus peccantibus, quæ accidunt contra poteſta-
tem ſyllogiſmorum. Primùm petitio principij circa ſyllo-
giſmum reciprocum, deinde peccans contra ſyllogiſmum
per impoſsibile, quod eſt non propter hoc accidere falſum
quod intelligitur. nam propter hypotheſim datam accidit
falſum, id eſt, ſequitur falſa concluſio, differtq; à nō cauſa,
ut cauſa, cōuenitq; aliqua ex parte. Duo ſunt omnino mo-
di, quibus fit nō propter hoc accidere falſum. prior ma-
nifeſtius, quando hypotheſis cōuenit in aliquo termino cū
concluſione illata impoſsibili: poſterior peccans cōtra op
poſita eſt, uocaturq; fallacia cōtrariæ deceptionis, quo ali
quis ſimul opinatur cōtraria: ubi Ariſtoteles cōcludit, quod
non poſſumus de eodē habere opiniones cōtrarias. facileq;
probatur, quoniā nō poſſunt cōtraria eidem ſimul ineſſe.
Deinde tria de eligēdo præcepta tradit, quæ ſunt in libris
Topicorum repetita. Poſtremò de inſtantia, inductione,
exemplo, enthymemate. eſt enim inſtantia, propoſitio pro
poſitioni cōtraria: habetq; hæc catholica, ut poſsit eſſe u-
niuerſalis, & particularis. Sed propoſitio, contra quā fer
tur, ſemper uniuerſalis. Præterea fit in duabus tantum fi-
guris, prima & tertia. uerbi gratia, probatur quòd con-
trariorum eadē eſt diſciplina. contrà inſtatur in prima fi-
gura, Nullorum oppoſitorum eadem diſciplina, ſed omnia
contraria ſunt oppoſita, ergo nullorum contrariorum ea-
dem eſt diſciplina. In tertia figura contra uniuerſalem
abdicatiuam

abdicatiuam per particularē dedicatiuam ſic, Cuiuslibet ſanantis, & morbum inducentis eſt eadē diſciplina: ſed ſanans, & morbum inducens ſunt contraria, ergo aliquorum contrariorum eadem eſt diſciplina. Ratio cur non fiant in ſecunda, quòd in ea ſemper inferatur abdicatiuè. at inſtantia fit in illa, ubi poßit oppoſita concludi. Inductio procedit ex omnibus ſingularibus, exemplum uerò ex aliquibus tantum ſingularibus. Quod ſic deduci poteſt, Thebanos aduerſus Athenienſes pugnare incommodum: ſed Thebanos pugnare aduerſus Athenienſes, eſt uicinos aduerſus uicinos pugnare: ergo uicinos aduerſus uicinos pugnare incommodum. In ſyllogiſmo autem per inductionem totum ex ſingularibus congeſtum pro medio capi debet, & ſubiectū paßionis pro minore extremitate, paßio uerò pro maiore. ut ſic arguendo in tertia figura: Omne quod eſt homo, equus, mulus, & reliquum in animalium genere non carēs morbis affligitur: ſed omne quod eſt homo, equus, mulus, & reliquū in animaliū genere nō caret morbis: ergo omne animal non carens morbis affligitur. Deductio eſt ſyllogiſmus, cuius aſſumptio maior per ſe nota eſt, & minor dubia, ſed æquè ac magis credibilis concluſione: ut, Omnis diſciplina eſt docilis, uirtus eſt diſciplina, ergo uirtus eſt docilis. Enthymema ſignū pro medio habet, quod prodigiū uocant & Inſolutū, quum altera retinetur in mente: Solutū uerò, quum ad ſyllogiſmū reducitur perfectū: ut, Mulier quæ lac habet, peperit: hæc mulier, & reliqua. Quapropter ad ſigna deprehendenda de Phyſiognomia loquitur. ut, Habēs ſumma corporis craßiora magno eſt animo: leo habet, & reliqua. Ad hæc Albertus inquit, latam habere frontem, ſignum eſſe liberalitatis.

IN EADEM, ANGELI POLITIANI Argumentum.

PEr priores iam Reſolutorios decurramus. Præcepta igitur de demonſtratione daturus Ariſtoteles, ipſam Prioribus libris ratiocinationē, quoniam communior, edocet: propoſitionem finiens, quæ aliquid aut confirmat, aut neget de aliquo. Sed uel uniuerſalem eſſe ait, uel particularem, uel indefinitam. tum aliud demonſtratiuam propoſitionem, atq; aliud dialecticam, quoniam ſumat illa propoſitionem contradictionis alteram. Hæc ipſius contradictionis interrogationem, ſi quæras illius optionem, quod ueriſimile uideatur: ſi reſpondeas, terminū quo propoſitio reſoluatur. Sed cum uel ſubijci, uel prædicari, uel affirmari, uel negari, in qua oratione quæpiā ſtatuantur, unde aliud neceſſariò efficiatur, propterea quòd illa ſint, eam propriè ratiocinationem dici. quæ ſi neceſſaria protinus appareat, eſſe perfectā: ſin ad id uno aut pluribus indigeat, quæ neceſſaria quidē terminis fiant, licet ex propoſitionibus non ſumātur, imperfectā. Quòd ſi nihil accipere de ſubiecto poßis, de quo non alterū dicatur, eſſe illud in altero toto, diciq; alterū de omni. Sed & de nullo eadē ratio eſt. Retrò agi propoſitiones, incolumi ſenſu, ſiue abſolutæ, ſiue neceſſariæ ſint, quoties uel uniuerſales negent, uel particulares affirment: ad affirmantis uerò uniuerſales recurrere eiuſdem tantū ordinis particulares. Nā quæ A particulares negent, minimè eſſe retrogradas, niſi cum propriæ contingunt: ubi particulatim magis, quàm in uniuerſum remeant. Perfecta ratiocinatio in prima duntaxat è figuris tribus deprehenditur, quoties in toto medio ſit ultimus terminus, in primo uel toto uel nullo ſit medium, ſed in medio ultimus, affirmās ubiq;: nec in uniuerſum modò; ſed & per partes. ita modi quatuor emergūt omnib. problematis idonei. Mediū uerò illud appello, quod ipſum in altero cum ſit, in ipſo alterū medio quoq; loco recipitur. Extrema, cū quod ipſum eſt in altero, tum illud in quo eſt alterū. In figura ſecunda medium illud eſt, quod de utroq; dicitur: extrema, de quibus medium. ſed maius, quod propius: ipſum minus, quod longius: nec in medio mediū, ſed in capite, nec perfecta ibi ratiocinatio. Siue aūt bis uniuerſale, ſiue ſemel ſit, hoc eſt, in maiore tantū propoſitione, negare alterā conuenit. Vnde modi exiſtūt quatuor, reiectis cæteris: quorū duo priores ad primæ ſecundum, tertius ad tertiū retroacta propoſitione altera, ſed non utralibet reuocantur. quartus impoßibili perficitur, nec unquā quod colligitur, aſſeuerat. At quoties eidē uel utrunq; omne, uel maius nullū minus omne, uel maius aliquod minus omne, uel itē cōtrà, uel maius non omne minus omne, uel maius nullū minus aliquod. figura hæc poſtrema: modiq; ſex imperfecti, particulatim colligentes: primus, tertius, quartus, ad primæ tertiū: ſecundus ac ſextus ad eiuſdē quartū, propoſitione altera ceßim redeunte perducēdi. nā quintus impoßibili ſe perficit. Hic mediū poſtremo quaſi gradu ſubſidit, ac de illo tam maius, quod longius abeſt, quàm etiam B minus extremū prædicatur, quod adhæreſcit. Reliqua omnia coniugata reijcito, niſi ſi maior ait, minor negat, ſed utraq; in uniuerſum. nam ſi ambæ in figura prima retròeunt, in ſecunda minor, in tertia maior, ritè quidē, ſed non quod uoles ratiocinabere. Abſolutis neceſſaria congruūt, licet hic expoſitione perficiātur, quæ illic impoßibili. Quòd ſi neceſſaria miſceas abſolutis, neceſſariū colliges, quoties maior neceſſaria fuerit. At in ſecunda, quoties uniuerſalis neceſſariò deneget: in tertia uerò, quoties in affirmātibus utriſq; uniuerſalibus utrauis neceſſaria proponatur: aut ſi altera neget, ipſaque neget: aut ſi particularis altera ſit, ipſa quæ particularis nō ſit ſed & cōtingens hoc loco excutitur, quòd neceſſariū nō ſit. at ſi eſſe tamē cōcedatur, nihil impoßibile cōſequatur. Quare omneis propoſitiones recurrere, quæ figurā habeāt in cōtrapoſitis affirmātē. Sed cōtingēs modò in his uerſari, quæ ſæpius uſuueniāt neceßitate repulſa, modò in ijs, quæ ſurſq; deq; habeāt. Cōuerti oppoſitas utrobiq; propoſitiones, ſed illic quod ſuapte natura ſit, ad illud quod neceſſariò nō ſit. Hic autē, quod ſurſq; deq; uocamus, à quo demōſtratio excluditur. utriſq; igitur cōtingētib. ſemper in figura prima cōtingēter colliges, ubi iugationes quas diximus, obtinueris. ſed & cū neget utraque, cū neget & minor tantū (quod licet) ad affirmādū cōpellas, cōtingenter efficies, quod uoles. Ita ſi cōtingentibus abſoluta permiſceas, maiorq; cōtingēs, minor abſoluta ſit; & cōtingēter colligas, & perfectè. nam minor cōtingēs nō imperfectè modò, ſed impropriè contingens efficiet. Hic illud tractatur, ſi neceſſe eſt hoc eſſe, cum illud eſt: & cum

poßibile

poßibile hoc eſt, neceſſariò & illud fore poßibile, quod ab hoc emanat: poſito falſo, quòd impoßibile non ſit, etiam quod inde ſit nō eſſe impoßibile, ſed falſum. Quòd ſi maius interuallū contingat, & uniuerſale ſit, minus abſolutū ponas, & particulare colliges quidē, modò particulare affirmet. ſin aūt particulari cōtingat, imperfectè cōcludes. ac ſi neget, cōuerſione: ſin uerò affirmet, impoßibili perficitur. Neceſſariū uerò cōtingenti perinde ſe miſcet, ut abſolutū tantū ille uariat. quod ubi propoſitio negatur abſoluta, cōtingēs euenit cōcluſio. neceſſaria uerò, quæ negat, & cōtingens colligit, & quod nō abſolutè ſit. Porrò in ſecunda nihil euenit ex cōtingētibus. quo loco illud acerrimè tuetur Ariſtoteles, uniuerſalē contingentē, quæ neget, nuſquā recurrere. At ſi neget cōtingens, affirmet abſoluta, nimirum colligi aūt: quemadmodū & ſi neget utraq;, ſed trāſmutāda cōtingens lex eadē eſt neceſſariò. ſitq; cōcluſio ſemper late accepti cōtingentis, quoties uniuerſalis neceſſariò per neget. In tertia cōtingētes duæ colligūt, ſi terminos ritè adiungēt. Nā uel ubi ipſæ cōſtant, uel cōuertendo reſtituuntur. uerùm ſi altera abſoluta ſit, altera cōtingat, nimirū cōtinget & quod efficitur. Quòd ſi neceſſaria & cōtingens cōmittantur, ubi termini aſſerunt, cōtingit quod efficitur. At ſi tantū neceſſaria propoſitio affirmet, cōtinget ut nō ſit: ſin uerò neget, nō modò ut non ſit cōtinget, ſed & prorſus non erit. Et quoniā ex impoßibili argumentatio pars conditionalis eſt, iure illud oſtēditur, ad has omnino formas & eā redigi, quoniam robur ipſius ratiocinādo tuetur. Deniq; illud quoq; facilius expugnari, quæ rarius colliguntur, ægrius defendi: ſed & expugnare ſe inuicē, quæ particularia, quæq; uniuerſalia ſunt: defendi ab uniuerſalibus tantūmodo particularia: prorſusq; eſſe facilius oppugnare, quàm tueri. Agamus & de propoſitionū copia. De nullo ſingularis dicūtur, niſi ex accidēti. De ſummis generibus opinione reiecta nihil dicitur. Cōſtet oportet quid ſit, de quo agitur, quæ finitio, quod eius propriū, quid ſequatur, quidúe præcedat, quid inde abhorreat, quæ ut q́d ſint, quæ propria, quæ accidētia, quæ opinione, quæ uero. ſumendū quod rē, non quod hanc rem ſequatur: ſed adijciēda particularis nota, ne fallat indefinitū. Totū ſumēdū, q́ præit, nō ſequitur ſumptis quibus cōprehēditur ſubiectū ſuperuacuò ſumpſeris, quæ in uniuerſum ſequātur. Sume aūt, quæ ſpeciē propriè conſequantur, quæq; ſint ut plurimū, nec autē quæ ſuccedunt omnibus. Sume quæ cōmuniora. ſed & mediū inſpice, ſiue demonſtras, ſiue colligis impoßibili, uenari potes ex diagrāmate ſex illos quaſi limites, quibus aut affirmes, aut neges. Nonnihil ſibi & diuiſio colligit, ea eſt imbecilla ratiocinatio. Sed noſcenda omniū diſciplinarū principia, ut ubi quaq; ratio: inertis. Vt aūt reſoluas, propoſitiones captandæ, uidendumq; utra in toto, utra in parte. ſartiendū quod deſit, reijciendū quod inane ſit. Neceſſe ſtatim ratiocinationē credendū, quod neceſſarium ſit. Propoſitiones ad terminos redigendæ: nā figuras inde ſingulas odorabere. Diſcernenda terminorū ſimilitudo, notæ addendæ, ne diſcrimen exiguū fallat. Cauendum à terminis perperā expoſitis, ſpectādus & habitus, & quod ex habitu. Non ſemper terminis imponenda nomina. Termini ſic ſtatuendi, ut primi nominū ſitus. propoſitiones caſibus uariandæ. Quod duplicatur, iuxta maiorē ponendū uariādi termini. Cùm quid in plenū colligis, & aliquatenus: nomen pro nomine, ſermoni pro ſermone, alterum capiendū pro altero, dummodo idē ualeant. Cæterùm pro ſermone in terminis nomina capienda. Diſcrimē articuli, notæq; uniuerſalis peruidendū, nec extimeſcendū cōtinuò ſi quid ex terminis efficiatur. ſic nos illis utimur, ut Geometra literis, ut ſenſibus diſcipulus. Reſoluendū quidq; ad ratiocinationem ſuā, non ad aliā pariter cōcludentē. Finitionis partes in terminis. non integra finitio ſumenda. Ad hypotheticas quod reſoluantur, non eſt, ex alijs figuris redigere ad alias licuerit. Non eſt hoc, & eſt non hoc, diuerſum ſignificant. quare illud uidendum, ne in contradictionibus offendas. In ſecundo Priorū libro quædā quaſi adulterina tractantur, quæ ueritatē plerunq; ementiuntur, quocirca dicenda breuibus. Plura ſimul colligi, ut particularia uniuerſalibus. ex ueris falſa nā cōtrà uideri quàm eſſe potius, præſertim ſi non prorſus falſa maior: id in figuris omnib. Recurrere demonſtrationē recurrentibus terminis, uerſa in propoſitionē concluſione: ſed recurrente cōcluſione manere alteram propoſitionē, cū tollatur altera. Poſita concluſionis contradictione, atq; altera adſumpta propoſitione, tolli alterā impoßibili. quod ijſdē peragi terminis, quibus & iuſta demonſtratio. Ex contradicentibus quoq; ratiocinationē cludi. Iā illa, quid principij petitio, quid non, ex hoc ſequens, quod falſæ rationis diſcerniculū, quo pacto nec ratiocinando capiamur, nec refellamur: nec falſo conuictos credamus, recurſusq; illi etiā alterni extremorū ac medij, tam inductio, exemplū, euocatio, obiectio, ſignū, uériſimile, cōmentum, ſignorumq; in Phyſiognomico problemate exercitatio, reliquū ſibi huius uoluminis aſciſcunt.

A

B

DE PRINCIPIIS RATIOCInationis. Cap. I.

INitiò dicēdum uidetur quid ſit, in quo poſita eſt inſtituta diſputatio, quaque de re ſit ſuſcepta. Verſatur aūt in demonſtratione, ac de demonſtrandi arte eſt inſtituta. Tum explicandū nobis eſt, quid ſit propoſitio, quid extremū, quid ratiocinatio, cuiuſmodi ſit tū quę perfecta, tū quę imperfecta dicitur. Demū quidnā ſit quidpiā in toto aliquo eſſe, aut nō eſſe: quidq; appellemus, aliquid de aliquo omni, aut nullo dici. Eſt igitur propoſitio, oratio quę aliquid de aliquo affirmat aut negat: idque aut in toto, aut in parte, aut indefinitè. In toto autē dico, cū quid aut omni, aut nulli ineſſe dicitur: cū uerò alicui, uel non alicui, uel non omni, id particulare appello. Quod ſi ineſſe aut non ineſſe dicitur abſq; uniuerſali aut particulari nota, Indefinitū id uoco. cuiuſmodi hæc ſunt, Aduerſa eadē arte continentur, Voluptas nō eſt bona. Eo aūt differt demonſtratiua propoſitio à dialectica, quòd illa eſt ex aientibus & negantibus unius partis aſſumptio: quippe ut conceſſū ſumit qui demonſtrat, nihil rogat. Dialectica propoſitio, quæſtio eſt utrāq; contradictionis partē complexa. At quod attinet ad ratiocinationem

Demonſtratio Analyticis propoſita eſt tanquam finis.

Propoſitionis definitio ac diuiſio.

Demonſtratiuæ & dialecticæ propoſitionis diſtinctio.

ex

ex utrauis ſtruendam, nullum inter eas eſt diſcrimen. Nam & qui demonſtrat, & qui rogat ita ratiocinatur uterq;, ut quid cuiq; ineſſe, uel non ineſſe prius ſumpſerit. Ita propoſitio ratiocinationis, affirmatio eſt, uel negatio cuiuſdam de alio: eo, quo diximus, modo. Demonſtratiua autē tū demum eſt, cum uera fuerit, & per prima initia cōfirmata & ſumpta. Dialectica uerò propoſitio, quod ad eum attinet qui rogat, quæſtio eſt contradictionis: quod autem ad eum qui ratiocinatur, eſt aſſumptum quid apparens aut probabile, quemadmodum in Topicis expoſuimus. Sint igitur hęc, quod ad rem præſentē attinet, de propoſitione ſatis: quid in quā illa ſit, quo differat ea quæ ratiocinationi adhibetur, à demonſtratiua & dialectica, hæ itē inter ſe. Diligentius enim de his in progreſſu diſſeremus.

Extremū ſiue terminus, quid. Extremū uerò id appello, in quod reſoluitur propoſitio: cuiuſmodi eſt, id quod de alio dicitur, idq; de quo illud dicitur, ſeu adijciatur, ſeu tollatur illud eſſe, uel non eſſe.

Syllogiſmus quid. Ratiocinatio uerò eſt oratio, in qua nōnulla ita ponuntur, ut diuerſum quid ab ijs neceſſariò efficiatur, quia ea ita ſint: quod poſtremū indicat nullo extremo egere externo, ut neceſſaria ſit conſequutio.

Perfectus. Perfectā uerò ratiocinationē eam appello, quę nulla alia re eget, pręter ea quę in ea ſumpta ſunt, quo colligēdi neceſsitas ſit euidens ac perſpicua.

Imperfectus. Imperfectam, quę una re aut pluribus eget: quæ etiamſi ad extrema conceſſa & ſubſtrata conſequātur neceſſariò, non ſunt tamen illæ in propoſitionibus expreſſę. Eſt aūt res eadem, quidpiā in aliquo toto eſſe, & quidpiā de alio omni dici: nēpe cum nullā ſubiecti partē reperias, in qua prædicatū nō uerè dicatur. Eodem pacto intelligendum eſt, de nullo aliquo dici.

DE PRONVNCIATORVM
reciprocatione. Cap. II.

Propoſitionū diuiſio. At uerò cū effatorū alia rem eſſe dicāt, alia neceſſariò eam eſſe, alia eam accidere: horumq; alia aiant, negēt alia, idq; in quauis enunciandi ratione: aientiū rurſus & negātium, alia in toto ſint, alia in parte, alia indiſtincta: hæc inquā cum ita ſint, in effato eo quod quidpiā uniuerſim eſſe negat, neceſſariò extrema reciprocantur. exēpli cauſa. Si nulla uoluptas eſt bona, nihil quod bonū ſit, eſt uoluptas. In eo autem pronunciato quod ait quid, extrema retrò cōmeant illa quidem: ſed in parte tantū, non uniuerſim: ut, Si uoluptas omnis eſt bona, quoddam bonū uoluptas ſit neceſſe eſt. Ex particularibus uerò affirmans in parte retrò cōmeat neceſſariò: nā ſi quędam uoluptas eſt bona: quoddam bonum eſt uoluptas. In negantibus id nō ita eſt. ut enim quoddam animans non ſit homo, non ex eo efficitur, quendā hominem non eſſe animans. Principiò igitur cōſtituamus propoſitionem, in qua quidpiam uniuerſim negetur: ſitq; hæc, a, b: tū ſi nullum b eſt a, ne ullū quidē a erit b. Quòd ſi quis reluctetur, quoddā a eſſe b: deſignetur illud, ſitq; c: nō erit igitur tum uſquequaq; uerū, quod dicebamus nullū b eſſe a. cum c pars ſit aliqua ipſius b, eoq; contineatur. Quòd ſi dicas, omne b eſſe a, hinc conſequetur, quoddā a eſſe b. quòd ſi nullū eſſe dicas, ne ullū quidem b erit a: cum antea pro

A confeſſo id haberetur, omne b eſſe a: Eſt aūt eadē ratio, ſi in parte fuerit pronunciatū. nam ſi quoddā b eſt a, neceſſariò efficitur, ut quoddā a ſit b. Quòd ſi nullum a eſſe b dicas, hinc conſequetur, ne ullum quidē b eſſe a. Quòd ſi dicas, quoddā b non eſſe a, non cōtinuò efficitur, ut quoddā a non ſit b. uerbi cauſa, ſi b pro animāte intelligatur, a uerò pro homine: neq; enim omne animans eſt homo, cū omnis homo ſit animans.

De propoſitionū, quæ modi notā habent, reciprocatione. Eadē erit reciprocationis uia in pronunciatis neceſſarijs: uniuerſale enim negans in totum reciprocatur, affirmantiū utrunq; in parte tantum. Si enim nullum b eſt a, idq; neceſſariò: nullū quoq; a eſt b, eodem modo. Nam ſi ipſum b alicui a accidere contendas: a quoq; cuidam b acciderit. At ſi omne uel aliquod b neceſſariò ſit a: ſanè & quoddā a neceſſariò eſt b. ſi enim id nō ſit neceſſariū, neq; etiam quoddā b neceſſariò eſt a. Negatio uerò in parte ob eam ipſam, quā antea expoſui, cauſam, nō reciprocatur.

Contingentiū modi tres. At quod attinet ad accidentia, quia accidendi uocabulū uariū eſt ac multiplex: quippe quo tum neceſſarium commeatur, tū non neceſſarium, deniq; & poſsibile: ſanè in affirmantibus omnibus eadem eſt quæ prius reciprocandi ratio. Nam ſi a ipſi b uel in totum uel cuidā accidat, & b quoq; ipſi a acciderit: nam ſi ut nulli conueniat neceſſe eſt, a quoq; nulli b cōuenire oportet: id quod paulo antè confirmauimus. In negātibus uerò diuerſa eſt ratio: quia quę accidere dicuntur, aut quia neceſſariò non inſunt, aut quia citra neceſsitatem abſunt, eodem modo cōmeant. ut ſi quis dicat homini accidere, ut nō ſit equus,

B aut albedinē nulli ueſtimento, quorū unū nō ineſt, idq; neceſſariò: alterū citra neceſsitatem. Et eodem prorſus modo retrò cōmeat utraq; propoſitio, quo ſuperiores: ſi enim accidat, ut nullus homo ſit equus: accidet quoq;, ut nullus equus ſit homo. Et ſi in nullo ueſtimento albedo accidat, in nulla quoq; albedine ueſtimentō accidit. Quòd ſi in aliqua neceſſariò ſit, in quodā etiam indumēto albedo reperietur neceſſariò: id quod paulo antè confirmauimus. Illud idem de negante particulari iudicandū eſt. At priuantes illę propoſitiones, in quibus quid accidere dicitur, quia plurimū fiat, & natura ita ſit comparatū (quomodo accidentis uocabulo peculiariter utimur) iā nō eadem lege reciprocationis utuntur: quin negatio uniuerſalis retrò non cōmeat, particularis autem maximè. Id quod perſpicuū erit, ubi de accidente diſſeremus. In præſens id tantum nobis, pręter ea quæ dicta ſunt, confeſſum ſit, quòd accidere nulli, aut cuidā non ineſſe, ſpeciem habet affirmationis: nam illud, accidit, conſimilē locū atq; ordinem ſeruat, atq; ipſum, eſt. Hoc autem quibuſcunq; prædicatis adijciatur, affirmationē quoquo modo efficit, ac perpetuò. cuiuſmodi hæc ſunt, Eſt non bonū, non album: & in uniuerſum eſt, non hoc, aut non illud. Id autem in progreſſu confirmabimus. Hæ uerò reciprocandi legem eandē ſequuntur, quam & aliæ. His ita conſtitutis, dicendum nobis eſt, quæ ſint ea ex quibus ſtruatur ratiocinatio quæuis: quando ratiocinatio proba ſit futura, quaq; uia ac ratione ſit cōponenda: poſterius de demonſtratione dicendū nobis erit.

Cur de ratiocinatione prius, quā de demonſtratione tractandum. Eſt enim ante demonſtrationē de

ratiocinatione diſſerendum, eo quòd hæc latius patet. huius enim illa pars quædam eſt, hæc uerò totum atq; in pluribus.


PRIMA FIGVRA. A.B.C.

Cap. III.

QVandocũq; ergo tria extrema ita inter ſe affecta fuerint, ut poſtremũ in medio toto contineatur, hoc aũt in toto primo uel nõ ſit, uel nõ ſit, neceſſariò hinc efficitur extremorũ perfecta cõplexio. Mediũ id appello, quod cũ in alio ſit, aliud quoque in hoc continetur, & ſitũ quoq; mediũ ſeruat. Extrema uerò ea dico, quorum alterum in alio eſt, in altero autem aliud continetur. profectò ſi a de omni b affirmetur, & b de c quouis: neceſſe eſt, ut a de quouis c affirmetur. præſertim cum paulo antè explicatum ſit, quid ſit de aliquo toto dici. Eadem eſt ratio, ſi a de nullo b dicatur: b uerò in c toto ſit. nam a in nullo c reperietur. Quòd ſi primũ extremum cuiuis medio ſit conſequens, & hoc nulli poſtremo inſit, nulla erit extremorũ complexio. nihil enim quicquam neceſſariò hinc efficitur, quia ea ita ſe habeant: cum fieri poſsit, ut primum poſtremo, tum omni inſit, tum nulli: unde nec in parte nec in toto neceſſarium quicquã efficitur. Quotieſcũque autem nihil neceſſariò colligitur, ex iis ſanè ratiocinatio non fuerit. Extrema, in quibus alterum alteri toti inſit, ſint hæc, animans, homo, equus: in quibus nulli inſit, illa, animãs, homo, lapis. Ne ratiocinatio quidem fuerit, ubi primum in medio nullo reperietur: ſimul & hoc in poſtremo nullo. Extrema affirmandi ſint hæc, ſcientia, linea, medicina: negandi uerò hæc, ſciẽtia, linea, unitas. Hinc perſpicuum eſt, quando futura ſit ratiocinatio: quando nõ item, ubi extrema uniuerſalia fuerint. Illud etiam conſtat, quandocunque fuerit ratiocinatio, extrema eo, quo diximus, modo affecta eſſe oportere: quòd ſi ita digeſta ſint, ratiocinationem ex iis effici. At ubi extremorum alterum ad aliud ſit affectum in totũ, alterum in parte, cum uniuerſalis ſeu affirmatio, ſeu negatio maiori extremo coniuncta fuerit, minori uerò affirmatio in parte, neceſſe eſt hinc naſci ratiocinationem abſolutam: ubi autem minori extremo additum fuerit uniuerſale illud, aut quoquo alio modo extrema fuerint digeſta, ratiocinatio fieri nullo modo poteſt. Maius extremũ id dico, in quo medium cõtinetur: minus uerò id, quod medio ſubſternitur. Sit enim hoc cõceſſũ, quoduis b eſſe a, quoddam item c eſſe b. hinc ſanè efficitur neceſſariò, ut quoddam c ſit a: ſi de aliquo toto dici id ſit, quod initiò explicauimus. Quod ſi nullũ b ſit a, quoddã uerò c ſit b, neceſſe eſt ut quoddam c non ſit a. Cum antea interpretati ſimus quid ſit, quoq; modo audiendum, de nullo aliquo dici. Erit igitur ad hunc modũ ratiocinatio ſuis numeris abſoluta: quod idem fiet, ſi b c affirmatio fuerit indiſtincta: quippe cum eadẽ ſtruatur ratiocinatio, ſeu particulare ſumas pronunciatum, ſeu indefinitum. quòd ſi minori extremo iungatur uniuerſalis affirmatio, uel negatio, nulla hinc erit ratiocinatio, cum propoſitio aut in parte fuerit, aut indefinita: ſeu affirmet illa, ſeu neget. uerbi gratia, ſi quoddam b ſit a, uel non ſit, c uerò quouis ſit a: extrema conſentanea

Medium, quid.

Extremũ quid.



Maius extremũ & minus.

A nea ſint hæc, bonum, habitus, prudentia: diſparata, bonum, habitus, inſcitia. Rurſus ſi nullum c ſit b: quoddam uerò b, uel etiam non omne, ſit a, uel non ſit: ne ſic quidem erit ratiocinatio. Extrema omnino conſentanea ſunt, album, equus, cygnus: repugnãtia planè, album, equus, coruus: quæ eadem uſurpanda ſunt, ſi b a propoſitio indiſtincta fuerit. Neque item ratiocinatio fuerit, ubi priori extremo addita uniuerſalis, affirmatio fuerit, uel negatio: poſteriori uerò negatio in parte, uel etiam indefinita: ceu ſi omne b ſit a, quoddam uerò c non ſit b. Cum ei, cui in parte medium non cohæret, prius extremum uniuerſim modò conſentaneum ſit ac conſequens, modò alienum ac repugnans. ut ſi proponantur hi tres fines, animans, homo, album: tum ex iis albis, de quibus homo aſſeuerari non poſsit, ſecernantur, olor, & nix: ſanè de altero horum animans uniuerſim affirmatur, negatur planè de altero: ita ratiocinatio nullo modo fuerit. Rurſus a in nullo b reperiatur, nec item b in aliquo c: extrema uerò ſint inanimatum, homo, album: atque tum aſſumantur ea alba, de quibus homo non dicitur, olor & nix: nam inanimum de altero quidem omni affirmabitur, de altero nullo dicetur. Ad hæc, cum incerta ſit huius pronunciati ueritas, quoddam c non eſt b (quod quidem uerum eſt, ſeu nullum planè ſit, ſeu non omne) cum autem eo modo ſumpta fuerint extrema, ut alterum in altero nullo reperiatur, inde non ſtruetur ratiocinatio. id quod paulo antè confirmauimus: perſpicuum eſt, ex hac extremorum ſtructura ac diſpoſitione ratiocinationem non B effici: alioqui ex illa quoque efficeretur. Eadem autem probandi ratio erit, ubi negatio in toto fuerit. Quòd ſi ambæ intercapedines in parte aiant quid, aut negent, ſeu altera aiat, neget altera, ſeu ambæ indefinitæ ſint, ſeu altera indefinita, altera certa ac definita, ne tum quidem ratiocinatio ulla erit. His autem compoſitionibus omnibus extrema hæc communem præbebunt uſum, animans, album, equus: animans, album, lapis. Ex iis quæ hucuſque expoſuimus, hoc cõſtat, ad ratiocinationem in parte per hanc figuram connectendam neceſſariam eſſe eam extremorum collocationẽ: quæ ſi obſeruetur, neceſſariò inde ratiocinationem effici: alioqui nulla planè effici poſsit. Ex iis etiam hoc intelligimus, quæ in hac figura ſtruantur ratiocinationes, omnes ſuis numeris abſolutas eſſe ac perfectas: quippe quæ ex iis abſoluantur, quæ initiò ſumpta ſunt ac conceſſa. Hinc etiam id conſtat, quæſtiones cuiuſuis generis in hac figura probari, tũ quę in toto ait aut negat, tum quæ in parte. Ac figuram eam primam appellandam cenſeo.

Demonſtratio prima.

II.

Regula I.

II.

Ratiocinatiões primæ figuræ, omnes perfectæ. III.

FIGVRA SECVNDA. M.N.X.

Cap. IIII.

VBi uerò aliquid unum & idem, in aliquo quidẽ toto, in alio uerò nullo reperiatur, ſeu in utroque toto uel nullo, figuram eã ſecũdam appello. In qua medium uoco id, quod de ambobus extremis dicitur: Extrema uerò ac fines, ea in quibus id dicitur: Maius quidem, id quod proxime medium ſitum eſt: Minus, quod ab

Medij colloca tio. ab eo longius diſtat. Collocatur autem medium extra fines ac extrema, ſitu uerò primum eſt omnium: quapropter nullo pacto integra ac perfecta futura eſt ratiocinatio per hanc figuram: neceſſaria tamen cõcluſio hic fieri poteſt, ſeu extrema in toto ſumpta ſint, ſeu non ſint. Sanè ubi extrema uniuerſa fuerint, ſtruetur tum legitima ratiocinatio, ubi medium in altero nullo, in altero omni reperiatur, utrauis negatione adiecta: ſin ſecus fiat, nihil omnino colligetur. Faciamus enim, ut m in nullo n reperiatur, in x uerò omni: tum quia negatio in toto reciprocatur ac cõmeat, nullum m eſt n. iam autem confeſſum eſt, omne x eſſe m: ita nullum x eſt n. hoc enim antea cõfirmauimus. Rurſus, ſi m in toto n, & in x nullo reperiatur, ſanè & n in nullo x erit: nam ſi nullũ m in nullo x cohæreat, ne x quoque in ullo m inſit. inerat autem m omni x, nullum igitur x, n erit. eo enim modo iterum effecta eſt primæ figuræ ſtructura: & quia negatio inuertitur, n quoq; in nullo x reperiatur, ita eadem complexio efficietur. Licet autem & idipſum ab abſurdo confirmare. Ex his igitur hoc conſtat, ubi ita collocata atque digeſta fuerint extrema, inde ratiocinationem quidem effici, non tamen abſolutam ac integram, ut in qua colligendi neceſsitas non ab his modò ſit, quæ initio ſumpta ſunt, ſed aliunde quoque abſoluatur. Quòd ſi omne n ſit m, item & omne x, nullum hinc efficitur ratiocinium. Extrema autem conſentanea hæc proponantur, eſſentia, animans, homo: diſſentanea uerò ac repugnantia, eſſentia, animans, numerus. eſſentia autem medium eſt, & pro argumento. Neq; item complexio ulla erit, ubi m in nullo n, in nullo item x dicatur. Extrema conſequentia ſint, linea, animans, homo. repugnantia hæc, linea, animans, lapis. Vnde planè conſtat, ubi ex uniuerſis extremis conſtituetur concluſio, diſpoſitionem eam extremorum, quam initiò expoſui, neceſſariò eſſe obſeruandam: alioqui nõ neceſſariò conſequetur concluſio. At uerò ubi medium in altero tantum extremo toto fuerit, tum demum concluſio eſt futura, quæ aliquid in parte neget, ſi maiori extremo adijciatur illud totũ, ſeu affirmes, ſeu neges: minori autem addatur illud in parte, quod illi toti aduerſetur ex diametro. Quod fieri intelligo, ſi alterum totum neget, alterum in parte affirmet: & ſi totum illud affirmetur, illud in parte negetur. Nam ſi m in nullo n, & in aliquo x reperiatur, neceſſe eſt n in aliquo x non reperiri. cum enim negatio retrò cõmeet, in nullo m reperitur n. At uerò pro certo ſumptum eſt, m in aliquo x reperiri: ita n in aliquo x non erit, quandoquidem in prima figura efficitur concluſio. Rurſum ſi m ſit in toto n, in x autem aliquo non ſit, neceſſariò efficitur, ut n in aliquo x non ſit: alioqui omni ineſſet. m uerò de toto n dicitur: ita neceſſe eſt, ut m ſit in toto x, cum antea pro certo & confeſſo ſumeretur, in aliquo non eſſe. Quod ſi m in toto n intelligatur, in x autem non toto, inde efficitur, ut n in x non toto reperiatur: cuius rei eadem eſt quæ prius, probatio. At ubi m in toto x dicitur, in n uerò non toto, nulla tum erit concluſio. Extrema conſentanea ſint hæc, animans, ſubſtantia, coruus:



Probãdi regula.

Probãdi ratio.

A diſſentanea uerò, animans, album, coruus. Neq; itẽ erit ratiocinatio, ubi in nullo x dicetur illud m, in n uerò aliquo. Coniuncta extrema ſumantur, animans, eſſentia, unitas: repugnantia, animans, eſſentia, ſcientia. Atque ita huiuſque nobis expoſitum eſt, quando futura ſit & non ſit concluſio, ubi uniuerſale pronunciatum particulari contrarium fuerit. Vbi uerò ſimilia ambo fuerint, nempe ſi negent ambo, uel aiant, iacebit planè concluſio. Quod ut intelligatur, proponamus primùm priuantia, ut illud uniuerſale adijciatur extremo priori ad hunc modum, ut nullum n ſit m, quoddam uerò x non ſit m: ſanè fieri poteſt, ut in ipſo x & omni & nullo reperiatur ipſum n. Extrema planè repugnantia ſint hæc, nigrum, nix, animans: omnino conſentanea nunquam reperias, ſi m in aliquo x inſit, in alio non inſit. Nam ſi in omni x reperiatur illud n: m uerò in nullo n, ſanè m in nullo x erit: cum antea pro conceſſo ſumptum ſit, in aliquo eſſe. Hoc igitur modo extrema reperire non poſsis. Quapropter infirmanda eſt ea ratiocinatio per pronunciati particularis incertam naturam. Nã quia uerum illud eſt, aliquod x nõ eſſe m, etiamſi nullum ſit: cum autem nullum eſſet, antea iacebat concluſio: perſpicuum eſt, ne hoc quidem modo ſtare poſſe. Conſtituantur rurſus propoſitiones affirmatiuæ ambæ, ut illud uniuerſale eodem modo collocetur. Verbi cauſa, ut omne n ſit m, aliquod item x ſit m: tum accidit, ut omne x ſit n, & nullum. Extrema in quibus cernatur nullum x eſſe n, ſunt album, cygnus, lapis. Extrema uerò, in quibus omne x ſit n, reperire non B poſsis ea ipſa de cauſa, quam antea expoſuimus. Quare ex incerta propoſitionis de parte natura ducendum eſt ad eam rem probandam argumẽtum. Quòd ſi illud uniuerſum minori extremo iunctum ſit ita, ut nullum x ſit m, quoddam uero n non ſit, fieri poteſt ut n in x & toto & nullo reperiatur. In toto quidem reperitur, ut in his, albo, animante, coruo: in nullo autem cernitur, ut in illis, albo, lapide, coruo. Quòd ſi affirment propoſitiones ambæ, extrema diſsidentia ſint, album, animans, nix: conſentanea, album, animans, olor. Ex quibus planè intelligitur, nullam fore ratiocinationẽ, ubi ſimiles fuerint propoſitiones ambæ, & altera in toto, altera in parte: quin ne ſi medium in utroque aliquo ſit, uel non ſit, aut in hoc quidem aliquo, in illo non item: aut in neutro toto, aut indiſtinctè, extrema omnibus communia ſunt, album, animans, homo: album animans, inanimum. Ex ijs igitur quæ expoſuimus, perſpicuum eſt, ratiocinationem neceſſariam fore, ubi extrema ita inter ſe fuerint affecta ac collocata, ut diximus. Quòd ſi ratiocinatio ſit, neceſſe eſt extrema ita eſſe collocata, atque affecta. Hoc etiam intelligitur, omnes imperfectas eſſe, quæ in hac figura ſtruuntur ratiocinationes: quippe quæ perficiantur omnes quibuſdam aſſumptis, quæ uel in extremis neceſſariò erant poſita, uel certò conceduntur quaſi ex pacto & fictione: ut fit, cum abſurdo aliquid confirmamus. Conſtat & hoc, nullam in hac figura affirmantem effici concluſionem: ſed omnes negantes, tum quæ

Probatio.

Probatio.

Regula I.

Regula II.

Regula III.

Regula IIII.

in toto ſunt, tum quæ in parte.

DE FIGVRA TERTIA. P.R.S. Cap. V.

At uerò ubi hoc in aliquo toto fuerit, illud autem in eodem nullo, ſeu ambo in eo toto, aut nullo ſint, figuram eam tertiam appello: in qua Medium id uoco, de quo ambo illa enunciamus: Extrema uerò ea ipſa, quæ de alio enunciantur: Maius quidem, quod à medio longius diſtat: Minus uerò id, quod propius accedit. Medium autem extra ipſa extrema collocatum eſt illud quidem, ac ſitu & diſpoſitione eſt poſtremum. Itane in hac quidem figura ulla efficitur perfecta ratiocinatio: effici tamen poſſit, ſeu extrema uniuerſaliter medio iunganrur, ſeu non omnino. Vbi igitur extrema uniuerſim ſumanrur, ſi & p & r in toto s reperianrur, neceſſariò efficietur concluſio, ut p in aliquo r intelligatur. Cum enim reciprocetur affirmatio, ſanè in aliquo r erit ipſum s. Itaque, quia ipſum p eſt in toto s, s uerò in aliquo r, conſequitur, ut p in aliquo r inſit. ita enim ſtruitur ratiocinatio in prima figura. Licet autem id ipſum confirmare, tum ab abſurdo, tum expoſitione. Si enim ambo extrema in toto inſint, & aſſumatur pars quædam ipſius s: uerbi gratia, ipſum n: ſanè ei inerit & p & r: ita cuidam r, p quoque inerit. Quòd ſi r in toto s, in eodem uerò nullo ipſum p reperiatur, efficietur concluſio, qua p in aliquo r non inerit: idque neceſſariò, quippe eadem eſt, quæ prius, eius rei probandæ ratio, ſi pronunciatum hoc r s retrocedat ac commeet. Confirmabitur & id ipſum ex incommodo, ut fit in ſuperioribus. Vbi uerò ipſum r in nullo ſit s, in hoc uerò toto ipſum p, iacebit planè concluſio. Extrema conſentanea ſunt, animans, equus, homo: diſsidentia, animans, inanimum, homo. Ne tum quidem ratiocinatio erit, ubi in nullo s ambo dicantur. Extrema coniuncta ſumantur, animans, equus, inanimum: repugnantia uerò, homo, equus, inanimum. ex ijs inanimum eſt medium. Hinc igitur manifeſtum, quando ſit, uel non ſit futura in hac figura ratiocinatio, ubi extrema omnino ſumpta ſunt: quippe ubi affirmant, colligetur extremum alterum in aliquo altero eſſe: ubi uerò negant, nihil efficietur. At ubi alterum ait, alterum negat: ſi maius quidem neget, alterum autem affirmet, hinc cõſequetur, extremum alterum in altero aliquo non eſſe. ſin contrà ſit, nulla futura eſt concluſio. Quòd ſi extremum alterum medio iungatur uniuerſim, alterum uerò in parte: ſi ambo affirment, neceſſariò efficitur concluſio, etiam ſi utrumuis eorum in toto dicatur. Nam ſi r ſit in toto s, p uerò in eo aliquo, neceſſe eſt p in aliquo r ineſſe. Nam, quia commeat affirmatio, ipſum ſanè s in aliquo p erit: atque ita, cum ipſum r in toto s intelligatur, ipſum uerò s in aliquo p, ſanè r in aliquo p erit: quare & p in aliquo r. rurſum ſi ipſum r in aliquo s intelligatur, in eo uerò toto ipſum p, neceſſe eſt ut p in aliquo r inſit. Huius enim concluſionis adſtruendæ eadem eſt atque ſuperiorum uia, quã etiam confirmare poſsis, quemadmodum ante-

Demonſtratio.



Demonſtratio.

Regula, quando ſit uel non ſit in hac figura ratiocinatio

Demonſtratio.

A cedentes, tum abſurdo, tum expoſitione. Quòd ſi extremorum alterum aiat, alterum neget, atque illud uniuerſim dicatur: ſanè ubi minus extremum ita affirmet, ſtabit concluſio. Nam ſi r in toto s ſit poſitum: p uerò in eo ipſo aliquo non inſit, neceſſe eſt ut p in aliquo r quoque non inſit. Nam ſi in eo toto eſſet, r autem in toto s, profectò ipſum p in toto s quoque reperiretur. At pro conceſſo ſumptum eſt, non ineſſe. Poteſt autem adſtrui hic modus abſque eo ductu, ſi aliqua pars ipſius s ſumatur in qua p non ſit. Quòd ſi maius extremum affirmet, minus autem neget in parte, nulla erit concluſio: ut ſi p in toto s inſit, in eo uerò aliquo ipſum r non inſit. Sumantur pro extremis omnino conſentientibus, animatum, homo, animans: pro diſsidentibus uerò ac planè repugnantibus nulla accipi poſſunt, ſi r in s alia ex parte inſit, alia non item. Si enim p in toto s reperiatur, r uerò in s aliquo, & p quoque in aliquo r erit. at, ut conceſſum eſt, in nullo erat: quin, quemadmodum antea eodem modo hic faciendum eſt. Cum enim aliquid in alio aliquo non eſſe indefinitum ſit ac incertum, ſanè quod in nullo eſt, uerè dicitur in aliquo non eſſe: cum autem in nullo eſſet, nulla erat ratiocinatio. Quòd ſi extremum negans uniuerſim dicatur, affirmans uerò in parte, ubi negans prius fuerit, affirmans autem poſterius, ſtabit ratiocinatio. Nam ſi p in nullo s, in hoc uerò aliquo ſit ipſum r: ſanè p in quodam r non erit. Nam ſi pronunciatum hoc r s permutetur, uiſetur prima figura. Quando uerò minus extremum negauerit quid, iacebit planè ratioci-
B natio. Fines conſentientes ſunt, animãs, homo, fera: repugnantes uerò, animans, ſapientia, fera: in quibus illud Fera, medium inſeritur. Ne ſyllogiſmus quidem erit, ſi ambo extrema negent, ut alterum in toto ſit, alterum in parte. Fines diſsidentes ſunt, ubi minus in medio toto dicitur, animans, ſapientia, efferatum: coniuncti ac conſentientes, animans, homo, fera. In quibus autem maius extremum omnino dicitur, minus uerò in parte, exempla repugnãtia ſunt, coruus, nix, album: conſentanea uerò reperiri non poſſunt, ſi r in ipſo s partim ſit, partim non ſit. Nã ſi omni r ipſum p ſit conſequens, ipſum uerò r alicui s, ſanè & p ipſum alicui s conſequens eſt. At pro certo ac conceſſo habebatur, nullum conſequi: uerùm ex incerta ueritate propoſitionis de parte hoc confirmari debet. Quòd ſi ambo fines in medio aliquo ſint, uel non ſint: ſeu hic inſit, ille non item: ſeu alter in aliquo, alter uerò in eo non omni, ſeu indefinita ſint ac incerta, ne tum quidem firma eſt ullo pacto futura ratiocinatio. Fines autem omnibus modis in commune utiles, animans, homo, album: animans, inanimum, album. Hinc igitur conſtat, quando ſit in hac figura futura firma concluſio, quando ſecus. Ac ſi ita fines diſponantur, ut præcepimus, neceſſariò concluſionem effici: quòd ſi ſtet ratiocinatio, fines neceſſariò ita eſſe collocandos. Illud quoque conſtat, imperfectas eas eſſe, quæ in hac figura ſtruuntur ratiocinationes: quippe quæ abſoluantur omnes, ubi nonnulla aſſumas. Adde quòd in hac figura nihil uniuerſim efficere poſ-

De ſyllogiſmis triũ figurarũ conuerſim, & non directò cludentibus.

re poſsis, ſeu affirmes, ſen neges. Id etiam ex his perſpicuum eſt, quando in quauis figura iaceat concluſio: ſanè ubi extrems ambo in parte siant quid aut negent, nihil planè inde efficitur. Quòd ſi affirmatio cum negatione uniuerſali ſumatur, perpetuò ſequitur cõcloſio negans minus extremum de maiori. Verbi cauſa, ſi a in toto b, aur aliquo ſir, b uerò in nullo c, cum retrò commeent propoſitionea, neceſſsriò efficitur, ur c in aliquo a non ſit: quod in alija figuria eodem modo fit. nam in quauia efficitur ratiocinatio ex conuerſione. Conſtat & hoc, ſi indefinira propoſitio pro affirmanre particulsri ſumatur, eundem atque illam ſyllogiſmum efficere in quauia figura.

Quæ uia imperfectæ ratiocinationes in prima figura omnes perficiãtur.

Illud quoque maoifeſtum apparet, imperfectaa tatiocinationes in prima figura omnes perfici atque abſolui: quippe aut demonſtratione finiuntur omnes, aut per abſurdum. Ar utrouis horum modorum efficitur ptima figurs. Nam ubi demonſtratione perficiuntur, reciprocarione ab ſoluuntur omnes: hæc autem primam figuram conſtituebar. In his sutem quæ ab abſurdo con firmantur, rsriocinatio in prima figura ſtruitur, propoſita atque conſtituta aliqua re falſa: ut ſi in ulrima figura a & b in toro c reperiuntur, ipſum a in aliquo b erit: alioquj in nullo b fuerit a, b uerò in toto c. a igitur in nullo c ineſt: at antea in roto eſſe conceſſum eſt. eodem modo in cæteris fieri ſolet. At uerò reduci poſsũt ratiocinationea oẽa in eaa, quę uniuerſim colligunr in prima figura. Eſt enim in ſecunda figura id perſpicuum, omnes perfici per illas, præterquam quòd non eadem uia omnes: quin uuiuerſales perficiuntur B quidem, ſi priuana retrò commeet: ar quæ in parte ſunt, ambę ab incommodo confirmantut, quę aotem in parre ſunr in ptima figuta, ut ex ſeipſia perfectæ ſint, arqoe abſolutæ, eas tamen par ſecundam figuram confirmare licet ductu ad incommodum. uerbi cauſa, Si a eſt in roro b, hoc uerò in aliquo c, a quoque in aliquo c erir. Nam ſi in nullo ſir, ſir uerò in toto b, b ſanè in uollo c erit: id quod ex ſecunda figura inrelligirur. Eadam eſt in priuante concluſione confitmatio. Nam ſi a in nullo b cernitur, b uerò in aliquo c maximè, a ſanè in aliquo c uou reperitur: alioqoi ſi in roto eo eſſet, & in uullo b reperirerur, profectò ipſum b in nullo c eſſet: eo autem modo ſtruebatur media figura. Vnde quia ratiocinationea figuræ mediæ, ad eas quæ in ptima figura uniuerſales fiunt, redocuntur omnea: parricu lares autem ex prima ad eas referuntut, quæ in media fiunt: perſpicuum eſt, quæ in parte efficiuntut, referendas eas eſſe, ad eaa quæ in prima figura uniuerſim fiunt. Quæ uerò in tertia figura ſtruuutur, ſi extrema unioerſa ſint, conrinuò per ratiocinationes illas primæ figuræ perficiuntur. Quòd ſi in parte ſint exttema, ad ſyllogiſmos eos referuntur, qui in parte colligunt per primam figuram. Hos uerò ad illos referri docuimus: quara referentur quoque qui iu parre ſtruuntur per tertiam figuram. Hinc igitur planè conſtat, ratiocinationes omues ad eaa referri debere, quæ uniuerſim fiuot in prima figura. Arque ita hucuſque uobis expoſitum eſt, quę ſir diſpoſirio, oia & natura earum ratiocinationum, quæ aliquid

Epilogus ſuperiorum omniũ

A eſſe uel non eſſe colligunt, ſeu per ſe in ſua quæque figura cernantur, ſeu ex diuerſis figutis ſimul compsrentur.

DE VARIA PRONVNCIATOrum coniunctione. *Cap. VI.*

AT uerò quia diuerſa ſunr hæc, Ineſt, neceſſariò ineſt, accidir ineſſe (permulra enim inſunt illa quidem, non tamen neceſſariò: alia nec neceſſariò inſunr, nec re ipſa omnino inſunt, ineſſe tamen poſſunt) perſpicuum eſt, inde ratiocinationes ex ija ſingulis cõfectas, diuerſas eſſe, extremaque in ijs non eodem modo ſe habere: quin alis ex neceſſatijs couſtar, alia ex abſoluris, alia ex contingentibus. In neceſſatija igitur eodem fermè modo res ſe habet, ac in abſolutis: ſi enim eodem modo collocenrur extrema, tum in ijs quæ ineſſe, rum in ijs quæ neceſſariò ineſſe quid aiunr uel uegant, modò conficietur rsriocinatio, modò uoo conficierut. Hoc tantum differunt, quòd extremia adijcitur neceſſariò ineſſe, uel non ineſſe: ptiuans enim propoſitio eodem modo reciprocatur, ac in toto aliquo eſſe, ac de roro aliquo dici, eodem hic modo locum habent, quo in abſolutis. Quo fir, ut quéadmodum in ijs quæ inſunt, its in neceſſarija cõcluſio pet reciptocarionem oſtendatur: idque in omnlbus, præterquam quòd in media figura, cũ altera propoſirio fuerit affirmatiua uniuerſalis, altera particularis priuans. Itemque in tertia, cũ altera uniuerſalis affitmatio erir, alrera negario in parre, non ita oſtendi poſsir: quin neceſſe eſt, B ubi ſingulare aliquod propoſueris, cui neutrum inſit, in eo rariocinarionem efficere: in eo enim neceſſariò efficietur. Quòd ſi in re ſingulari propoſita neceſſariò efficitur, in illiua generia, cuius para eſt illa res, ſingula parte etiam efficietur. Harum autem ratiocinationum uttaque in ſua figura efficitut.

De ſyllogiſmis ex utraq; neceſſaria in tribus figuris.

QVOMODO NECESSARIVM *& abſolutum pronunciatum committantur in prima figura.* *Cap. VII.*

FIt autem nonnunquam, ut neceſſaria efficiatur concluſio, ubi altera propoſitio neceſſaria ſit: uerùm uon urrauis, ſed quæ maiori extremo coniuncta eſt. uerbi cauſa, ſi ſumptum ſit, a neceſſariò eſſe, uel non eſſe iu b: b uerò in c eſſe modò: ſanè ſi eo modo ſumpræ ſinr propoſitiones, a in c neceſſariò erit, uel non erit: quippe quòd ſit in b neceſſariò, uel non ſit. c uerò pars eſt ipſius b: uode perſpicuum eſt, c neceſſariò alterum eorum fututum. Quòd ſi b eſſe a neceſſe non ſit, c uerò eſſe b maximè, inde non efficietur neceſſaria concloſio: alioqui accidet, quoddam b neceſſariò eſſe a tum in ptima, rum in tertia figura, quod planè eſt falſum. fieri anim poteſt, ut b eiuſmodi ſit, ur illi nulla in parte a aliquãdo inſit. Iam uerò concluſionem non ſequi neceſſariam extremia propoſitis, facilè intelligitur. exempli cauſa, ſi a ſir motus, b animans, loco c locetut homo: tum homo neceſſariò eſt animans: animans autem mouetur, neque id neceſſariò, neqoe itidem homo. Eadem eſt tatio, ſi priuans fuerit propoſitio a b: eſt enim demonſtrandi ratio eadem. In ratiocinationibua autem particu-

Demonſtratio.

laribus, cũ propoſitio uniuerſalis neceſſaria fuerit, connexio efficietur neceſſariò: ſin particularis neceſſaria ſit, non inde ſequetur concluſio neceſſaria, ſiue priuans ſit uniuerſalis propoſitio, ſiue affirmatiua. Conſtituamus primùm uniuerſalẽ neceſſariã, ſitq; omne b neceſſariò a: quoddam uerò c ſit b, tantum neceſſariò inde conſequitur, quoddam c neceſſariò eſſe a: c enim ſub b continetur. omni autem b, a neceſſariò inerat. ita fiet, ubi concluſio priuans fuerit. eſt enim eadem probandi uia. Quòd ſi particularis propoſitio neceſſaria ſit, non conſequetur concluſio neceſſaria. quemadmodum enim in uniuerſalibus ratiocinationibus, ita neque in his quicquam abſurdum accidit: quod & in priuantibus æquè eſt intelligendum. ſint extrema hæc, motus, animans, album.

CONIVNCTIONES QVAE *in ſecunda figura.* Cap. VIII.

Ex neceſſaria & abſoluta in II. figura.

CVm autẽ in ſecunda figura propoſitio priuans neceſſaria fuerit, neceſſaria efficietur connexio: ſin affirmatiua, non item. Conſtituatur enim primùm priuans neceſſaria, ita ut a nulli b ineſſe poſsit, inſit autem ipſi c tantum. Nam cum negatio reciprocetur, & b nulli a ineſſe poterit: a uerò omni c ineſt: igitur in nullo c b eſſe poteſt, eſt enim c ſub a comprehenſum. Ita fiet, ſi negatio ipſi c adijciatur. Nam ſi nulli c ineſſe poteſt, & c nulli a, a uerò omni b ineſt: ita fit, ut nulli b poſsit ineſſe c. conſtituitur enim rurſum prima figura. ita fit, ut & ipſum b nulli c ineſſe poſsit: eodem enim modo retroeunt. Quòd ſi affirmatio neceſſaria ſit, non efficietur neceſſaria concluſio. Faciamus enim, ut omne b neceſſa- B
riò ſit a, nullum uerò c ſit a tantum: ſi retrocedat negatio, conſtituitur prima figura, in qua antea probatum eſt, niſi maior propoſitio negatiua neceſſaria ſit, connexionem non fore neceſſariam: unde nec in his neceſſe eſt fore. Præterea. ſi neceſſaria ſit concluſio, fit ut c alicui a non inſit neceſſariò: ſi enim b nulli c ineſt, idque neceſſariò, & c nulli b æquè neceſſariò ineſt. c autem alicui a neceſſe eſt ineſſe: nam a omni b neceſſariò inerat. ita fit, ut ſit neceſſe c alicui a non ineſſe. At nihil uetat, quin eiuſmodi acceptum ſit, cui uniuerſim ipſum c ineſſe poſsit. Iam uerò extremis

Demonſtratio.

propoſitis probari poſsit, concluſionem non eſſe abſolutè neceſſariam, ſed tantum quamdiu illa ſunt. Verbi gratia, pro a ſumatur animans, loco b homo, in locum c ſuccedat album, ſintque eodem modo ſumptæ propoſitiones: accidit, nullum album eſſe animans. nullum item albũ eſt homo, non tamen neceſſariò: fieri enim poteſt, ut homo ſit albus, non tamen quandiu nullum album eſt animans. Ita concluſio neceſſaria eſt quandiu illa ſunt: abſolutè neceſſaria non item. Ita fit in ratiocinationibus particularibus. cum enim propoſitio priuans uniuerſa fuerit, & neceſſaria, connexio quoq; neceſſaria erit. Quòd ſi affirmatiua uniuerſa ſit, & neceſſaria: negatio autem particularis ſit, nec neceſſaria: non ſequetur connexio neceſſaria. Primùm itaque conſtituamus negationem uniuerſalem neceſſariã, nullum b poteſt eſſe a, quoddam autem c eſt a. Nam quia reciprocatur negatio, neceſſe eſt nul- A

Demonſtratio.

lum a eſſe b. quoddam autem c eſt a: ita ſit, ut neceſſariò quoddam c non ſit b. Ruſum proponatur uniuerſalis affirmatio neceſſaria, ut affirmatio adijciatur ipſi b: tum ſi omne b neceſſariò eſt a, quoddam autem c non eſt a, perſpicuum eſt inde, quoddam c non eſſe b, ſed non neceſſariò. Eadem enim extrema afferunt ad id probandũ, quæ antea in uniuerſalib. ſyllogiſmis. Quòd ſi negatio neceſſaria ſit in parte, nihilo magis cõcluſio neceſſaria eſt: id enim per ipſa extrema probari poteſt.

QVO PACTO IN TERTIA *figura committantur.* Cap. IX.

Ex neceſſaria & abſoluta in III. figura.

CVm autem extrema de medio in totum dicentur in ultima figura, fuerintque ambæ propoſitiones affirmantes, utrauis neceſſaria, concluſio quoque neceſſaria conſequitur. Quòd ſi propoſitionum altera aiat, altera neget, cum negans neceſſaria fuerit, connexio neceſſaria eſt futura: ubi uerò aiens neceſſaria fuerit, non erit neceſſaria concluſio. Conſtituantur ambę primùm affirmantes, ut & a & b omni c inſit, ſitque neceſſe a ineſſe ipſi c: iam cum b omni c inſit, c alicui b ineſt (commutatur enim uniuerſalis in particularem.) Ita ſi a neceſſariò inſit omni c, & c alicui b inſit, neceſſe eſt a alicui b ineſſe: quippe cum b comprehendatur ſub c. Ita rurſus prima figura. Eadem ratione probabitur, ſi neceſſe ſit omni c ineſſe b: commutatur enim altera, & c alicui a ineſt. Itaque ſi omne c neceſſariò eſt b, quoddam autem a eſt c, quoddã a neceſſariò eſt b. E conuerſo ſit priuans propoſitio c a, &
B c b affirmans, ſitq; priuans neceſſaria: iam quia reciprocatur affirmatio, quoddam b eſt c, nullũ autem c eſt a, idq; neceſſariò: igitur quoddam b neceſſariò non eſt a, cum b ſub c comprehendatur. Quòd ſi affirmatio neceſſaria ſit, non ſequetur neceſſaria connexio. Conſtituamus enim ex c b neceſſariam affirmationem, ex c a negationẽ non neceſſariam: quia commutatur affirmatio, quoddam b neceſſariò eſt c: igitur cum nullum c ſit a, quoddã uerò b ſit c, quoddã b non eſt a, non tamen ex neceſſitate: docuimus enim, cum negatio in prima figura neceſſaria non fuerit, neq; cõclusionem neceſſariã fore: quod & ab extremis intelligi poteſt. Conſtituamus enim loco a bonum, pro b animal, loco c equum: tum nullus equus eſt bonus: (id enim fieri poteſt) omnis autem equus neceſſariò eſt animal: neque tamen neceſſe eſt quoddam animans non eſſe bonum, cum fieri poſsit ut omne ſit bonum. quòd ſi fortè id fieri non poſsit, aliud extremum conſtituamus, uigilare, uel dormire: nam omne animans utrunque horum recipere poteſt. Cum igitur ambo extrema de medio uniuerſim dicentur, expoſuimus, quando concluſio neceſſaria fuerit: ſi uerò alterum uniuerſim, alterum in parte dicatur, idque affirmanda in ambobus, cũ idẽ uniuerſim & neceſſariò dicetur, concluſio efficietur neceſſaria: cuius rei probatio eadem eſt quæ prius. affirmatio enim in parte cõmeat, ac reciprocatur. Igitur cum omne c neceſſariò ſit b, a uerò ſub c contineatur, neceſſe eſt quoddam a eſſe b: quòd ſi quoddam a eſt b, neceſſariò uiciſſim

Demõſtratio.

ſim

ſim etiam quoddam b eſt a, idq; de neceſsitate: hæc enim retrocedunt. Eadem eſt ratio, cum ex c & a neceſſaria fuerit, & uniuerſalis propoſitio, quia b ipſi c ſubijcitur: ſin particularis neceſſaria ſit, non efficitur neceſſaria cõcluſio. Sit enim, uerbi cauſa, ex c b particularis propoſitio, ac neceſſaria: ſitq; omne c a, nec id neceſſariò: commutata igitur propoſitione c b, prima figura efficitur. uniuerſalis autem propoſitio non eſt neceſſaria: at particularis maximè. Cum autem ita conſtitutæ ſunt propoſitiones, docuimus non effici neceſſariam complexionem. igitur neq; ex his etiam cõſequetur, quod uel maximè ab extremis intelligitur. Sit itaq; a uigilia, b uerò bipes, ipſi c ſuccedat animans: tum b cuidam c neceſſariò ineſt. a uerò omni c ineſt: nec tamen a ipſi b neceſſariò ineſt. neque enim neceſſe eſt, id quod bipes eſt, dormire, aut uigilare. Hoc idem ex iiſdem extremis probabitur, ubi a c propoſitio fuerit particularis ac neceſſaria, concluſionem non fore neceſſariam. Quòd ſi extremorum alterũ affirmetur, negetur alterũ, cum id quod negatur, & uniuerſim & neceſſariò negabitur, complexio tum neceſſaria erit. Nam ſi nullum c eſt a, idque neceſſariò, quoddam autem c eſt b, quoddam b neceſſariò non eſt a. At uerò cum affirmatio neceſſaria fuerit, ſiue ea in toto dicatur, ſiue in parte, uel negatio fuerit particularis, non erit concluſio neceſſaria: cætera enim eadem, quæ prius, afferemus. ubi autem affirmatiua uniuerſalis neceſſaria fuerit, extrema ſint, uigilia, animans, homo: ſitq; homo medium. Cũ uerò affirmatio in parte fuerit ac neceſſaria, ſumentur hæc, uigilia, animans, album. nam quoddam albũ neceſſariò eſt animans: fieriq; poteſt, ut nullum animans uigilet: nec tamen efficitur, ut quoddam animans nõ uigilet neceſſariò. Cum uerò negatio particularis fuerit ac neceſſaria, extrema hæc proponãtur, bipes, motus, animal: ſitq; in his mediũ animal. Hinc igitur intelligi poteſt, concluſionem nõ fore abſolutam, niſi propoſitiones ambæ abſolutæ ſint. At neceſſaria eſt, ubi altera tantum propoſitio neceſſaria fuerit: in ambobus autem, ſiue affirmantes ſint ſyllogiſmi, ſiue negantes, oportet alterum effatum complexioni reſpondere: nempe ut abſolutum ſit, ſi illa ſit abſoluta: neceſſarium, ſi neceſſaria. Ita id quoq; perſpicuum eſt, neq; neceſſariam, neq; abſolutam fore cõnexionem, niſi antecedat pronunciatum neceſſarium, uel abſolutum. Ac de neceſſario abundè ſatis, qua in quã ratione colligatur, quoque diſcrimine diſtinguatur ab eo quod abſolutè ineſt.

Demonſtratio.

DE CONIVNGENDIS AC COMponendis effatis: de contingenti, ac ratiocinationibus ex eo conficiendis, quoq; pacto reciprocetur in ſeipſum. Cap. X.

DE contingenti uerò deinceps nobis eſt dicendum, quando, quaq; uia, quibus item propoſitionibus conficietur ſyllogiſmus. Contingere autem ac cõtingens in præſentia intelligo id, quod cum non ſit neceſſariò, ſi tamen ponatur, nullum inde ſequitur incõmodum. cũ enim neceſſarium dicimus eſſe contingens, nominis tantum ſimilitudine id facimus, & agno-

Cõtingẽs et cõtingere, quid. Neceſſarium.

A minatione. quòd autem contingens id ſit, quod diximus, abundè argumento ſunt affirmationes & negationes inter ſe contrariæ: nam non cõtingens eſſe, & impoſsibile eſſe, ac neceſſe non eſſe, uel eadem ſunt, uel certè ſeſe mutuò conſequuntur. Quod ſi ita eſt, eorum quoq, contraria ſeſe mutuò conſequentur. Hæc enim, accidit eſſe, nõ impoſsibile eſt eſſe, non neceſſe eſt non eſſe, uel eadem ſunt planè, uel ſibi inuicem adiuncta: de re enim quauis affirmatio dicitur, uel negatio. Ita fit, ut contingens ſit non neceſſarium, & non neceſſarium contingens. At uerò hoc in contingenti reperitur, ut omnes de eo propoſitiones in ſe mutuò cõmeent ac reciprocẽtur. quod nõ ita intelligo, quaſi affirmationes in negationes cõmutentur: ſed quia ſpeciem affirmandi habent, in oppoſitas cõmutari. uerbi cauſa, contingit eſſe, in hanc cõmutari poteſt, cõtingit non eſſe: itẽ, in omni contingit, in hanc cõmeat, in nullo contingit, aut non omni. Item, in aliquo contingit, in hanc uertitur, nõ omni accidit. quod idem fit in cæteris. Nam quia contingens non eſt neceſſarium, quod autem huiuſmodi eſt, poteſt nõ eſſe: hinc conſtat, ſi contingit b eſſe a, contingit & nõ eſſe: quod ſi accidit in omni reperiri, accidit & in nullo reperiri. Eadem eſt affirmationum in partẽ ratio: eadem enim eſt in his demonſtrandi uia. At uerò propoſitiones huiuſmodi affirmant, nõ negant. Nam uerbum accidendi (quod & prius diximus) eodẽ fungitur munere, quo ipſum eſſe. His igitur ita conſtitutis, rem ab initio repetamus. Vocabulum accidendi duobus modis uſurB pamus: altero, pro eo quod frequentiua fit, & à neceſſario deficit: cuiuſmodi hæc ſunt, hominem caneſcere, augeri, tabeſcere, & (ut ſemel dicam) quicquid aptum eſt ut inſit. Id enim non habet perpetuã neceſsitatem, quia non ſemper eſt homo. hic tamen cũ eſt, aut neceſſariò illud eſt, aut certè plurimũ. Altero modo accidere id dicimus, quod incertũ eſt & indefinitum, quodq; ita & ſecus euenire poteſt. cuiuſmodi hæc ſunt, animans incedere: aut dũ incedit, terrã cõcuti, & (ut uno uerbo dicã) quicquid fit fortè fortuna. eorũ enim omniũ nihil in hanc partẽ natura magis eſt propenſum, quàm in contrariã. Quocirca utraq; contingentis acceptio in cõtrarias propoſitiones reciprocatur, ſed non eodem planè modo. Quin quod natura propenſius eſt, conuertitur in non neceſſariũ. eo modo dicimus, contingens eſt hominem nõ caneſcere: quod autem indefinitum, & ſuſque deque eſt, in id mutatur quod in utrãque partem ex æquo uergit. Ac de his ita incertis, neque ſcientia conſtitui poteſt, nec ratiocinatio euidens, quia medium inconſtans eſt. De his autem quæ natura propenſa ſunt in partem alteram, poteſt quidem conſtitui: quin diſciplinæ fermè omnes, ac inquiſitiones de his fiunt, quæ ita accidunt. de illis autem ut ratiocinatio fieri poſsit, nõ ſolent tamen quæſtiones inſtitui: ſed de ea poſterius explicabimus fuſius. Iã uerò dicamus, quando, quaq; uia, ac cuiuſmodi futura ſit ex contingentibus propoſitionibus ratiocinatio. At uerò cum hæc dicendi forma, accidit hoc illi ineſſe, duobus modis intelligi poſsit, tum de eo cui inſit, tum de eo cui ineſſe poſsit: hæc enim

Cõtingens quò modo dicatur.

Cõtingens quò modo in ſe reciprocetur.

Vocabulum accidendi, ſiue contingendi, duobus modis uſurpatur.

Contingit ineſſe, duobus modis capitur.

loqoendi ratio, de quocunque b cõtingit, & a di A ci, horum utrunq; deſignat, uel de quo dicitur b, aut de quo dici poteſt: hæc autem inter ſe nihil differunt, in quocunq; b, & a quoque eidem accidere, & omni b ineſse poſse a. Planũ igitur, duobus modis accipi poſse illud, contingit a iu omni b ineſse. Initiò igitur dicamus, quis ſit futurus ſyllogiſmus, cum b accidit ipſi c, a uerò ipſi b: ita enim ambæ propoſitiones contingentes ſumuntur. cum autem a ei accidit, cui b ineſt, altera abſoluta eſt propoſitio, altera coutingens. Ducendum igitur nobis eſt iuitium ab ijs quæ ſimilia ſunt, ac eiuſdem formæ, quod & aliàs fecimus.

De ſyllogiſmis ex utraq; contingente in prima figura.

Quum a accidit omni b, b uerò omni c, ſyllogiſmus erit perfectus, quo colligetur, a accidere omni c: quod ex finitione perſpicuũ eſt. ita enim antea explicuimus, accidere omni. Haud ſecus, ſi a nulli b accidit, b autẽ omni c, a nulli c accidet. Diximus enim, cui b accidit, a non accidere, id ſibi uelle, ut ne unum quidem omittatur ex ijs quibus b accidit. At uerò quũ a omni b accidit, b uerò nulli c, ex proloquijs ita acceptis nulla naſcitur ratiocinatio: quòd ſi effatum ex b c cõmutetur pro natura accidentis, is ipſe erit ſyllogiſmus, qui paulo antè expoſitus eſt. Nam quia accidit, ut b nulli c inſit, poteſt & ineſse omni: id enim antea docuimus. Ita ſi b omni c accidit, a uerò omni b, idem iterum oritur ſyllogiſmus. Hoc idem fit, ſi ambabus propoſitionibus contingentibus adijciatur negatio: uerbi cauſa, ſi a nulli b accidit, b uerò nulli c. Vt enim ex pronunciatis ita ſumptis nulla conſtituatur ratiocinatio, ſi tamen ea commutentur, eadem erit B quæ ſuperior. Ex quo perſpicuum eſt, nullum planè fieri ſyllogiſmum: aut fieri quidẽ, ſed imperfectum, ubi negatio uel minori extremo adijciatur, uel etiam ambabus propoſitionibus. Neceſsariò enim ita demum colligitur complexio, ſi primùm reciprocatio fiat. At ubi pronunciatum alterum uniuerſale fuerit, alterum in parte: ſi uniuerſale maiori extremo coniungatur, perfectus erit ſyllogiſmus. Nam ſi a omni b accidit: b uerò alicui c, a quoque alicui c accidit: quod facilè intelligitur ex interpretatione eius quod omni accidit.

Probãdi ratio.

Iam ſi a nulli b accidit, b uerò cuidam c, neceſsariò conſequitur, ut a cuidam c poſſit nõ ineſse: cuius rei probandæ eadem eſt, quę ſuperius, ratio. Quòd ſi particularis propoſitio negatiua ſumatur, uniuerſalis autẽ affirmatiua, & eundem retineant ſitum, ut a omni b accidit, b cuidã c accidit non ineſse: ſyllogiſmus ex propoſitionibus ita acceptis non habet uim apertã. Quòd ſi reciprocetur particularis, ac ſumatur, b alicui c accidere, eadem quæ prius ſequetur complexio, quemadmodũ initiò fecimus. Sin maior in parte fuerit, minor uerò in toto, nullo pacto hinc fiet ſyllogiſmus, ſiue affirment ambæ, ſiue negent, ſiue qualitate euarient: ſi etiam ambæ indefinitæ ſint, aut particulares. Nihil enim uetat, quo minus b excedat ipſum a, nec æqualiter dicatur. Sumatur igitur c pro eo, quo b excedit ipſum a: ſanè huic nec omni, nec nulli, nec alicui, necnon alicui accidit ipſum a: etiam ſi reciprocentur contingentes propoſitiones, modò b pluribus accidat, quàm a. Quod autem ita conſtitu-A tis propoſitionibus primũ poſtremo, modò omni, modò nulli, accidere ſit neceſſe, extrema planè oſtendunt. Sintq; hæc extrema omnibus cõmunia, in quibus neceſſariò inſit primum poſtremo, animans, candidum, homo: in quibus non ineſt, animans, candidum, ueſtimẽtum. Nullum autem fieri ſyllogiſmum cõſtitutis ita extremis, hinc manifeſtum euadit: quia ſyllogiſmus omnis, aut colligit ineſſe, aut neceſſariò ineſſe, aut quid cuiquam accidere.

Demõſtratio.

Quòd autem is ſyllogiſm⁹ nec ineſſe colligat, nec neceſſariò ineſſe, hinc intelligitur: affirmatiua enim concluſio tollitur negatiua, negatiua uerò per affirmatiuam euertitur. Reſtat, ut primum poſtremo accidat: quod fieri non poteſt. Oſtendimus enim, ſi ita ſtatuantur extrema, primum poſtremo omni ineſſe neceſſariò in nonnullis, in alijs nulli ineſſe: idque neceſſariò. Non igitur contingens fuerit concluſio: quippe quod neceſſarium eſt, id ab eo quod accidit, diuerſum eſſe diximus. Conſtat igitur, ubi extrema uniuerſaliter accepta fuerint in cõtingentibus propoſitionibus, ſemper fieri ſyllogiſmum in prima figura, ſiue affirment, ſiue negent: præterquam quòd ſi affirment, perfectus eſt futurus: ſin negent, imperfectus. Contingens autem & accidens id ſumendum eſt, quod a neceſſario diſtinguitur, quo modo diximus: non quod cum eo conuenit, id quod nonnunquam ægrius diſcernitur.

CONIVNCTIO CONTINGENTIS, *& abſoluti in prima figura.* Cap XI.

B QVòd ſi altera propoſitio abſoluta ſit, altera uerò contingens, cum accidere ſignificabit, ea quę maiori extremo cohærebit, perfecti erunt qui hinc orientur ſyllogiſmi, & de contingenti, ut antea explicuimus. Quòd ſi minori extremo coniungatur, imperfecti erunt omnes ſyllogiſmi, ac priuantes, nec ſecundum contingentis acceptionem antè expoſitam, ſed quòd aut nulli, aut non omni neceſſariò inſit. Si enim nulli, aut non omni ex neceſsitate inſit, accidere dicimus, ut id nulli, aut nõ omni inſit. Fac igitur, ut a omni b accidat, b uerò omni c inſit, tum quia c ſub b comprehenſum eſt, a autẽ accidit omni b, perſpicuum eſt, illud idem ipſi c accidere, fitq; perfectus ſyllogiſmus. Eodem modo ſuis numeris abſolutus fuerit ſyllogiſmus, quo colligetur accidere, ut a nulli c inſit, ſi priuans fuerit propoſitio a b, affirmatiua autẽ b c, ſitq; de contingenti ſumpta a b, pura uerò b c. Conſtat igitur, perfectos conſtitui ſyllogiſmos, ubi minor propoſitio abſoluta fuerit: quòd ſi oppoſito modo res habeat, ſyllogiſmi quoq; erunt: quod ab abſurdo oſtendi debet.

Demõſtratio.

Vnde quoq; perſpicuum fiet, imperfectos eos fore: quippe qui ex propoſitionibus acceptis probari nequeant. Eſt autem primũ exponendum, ſi cum a ſit, neceſſariò b erit: ſi a eſſe poſsit, poſſe eſſe b, idq; neceſſariò. Faciamus enim, dum res ita habeat, ut loco a, poſsibile collocetur: pro b, impoſsibile, tum poſsibile, dum fieri poteſt, fiat: impoſsibile uerò, quia fieri nequit, ne fiat. Iam cum a poſsibile ſit, b impoſsibile, tum fieri poteſt, ut a fiat ſine b: quod ſi fieri, eſſe quoque poteſt: quod enim factum eſt, ubi demũ

fuerit

Poſsibile et impoſsibile quomodo accipiendum.

fuerit factum, tum eſt. Poſsibile autem, & impoſſibile, non in faciendo modò accipiãda ſunt, ſed & in uero, abſoluto, & quotcunq; alijs modis in uniuerſum poſsibile accipitur: in omnibus enim eadem erit ratio. Præterea ſi a ſit, b quoq; eſſe: nõ eſt ita accipiendum, neq; protinus exiſtimandũ, quaſi ex eo quod unum quid, ut a ſit, b fore. Nihil anim quicquam ex uno tantum neceſſariò cõſequitur: ſed ex duobus minimũ. idq;, ubi propoſitiones ita fuerint in ratiocinationis formam expoſita, ut antea præceptum eſt. Nam ſi c dicitur de d, ipſum uerò d de f, neceſſe eſt ut c de f dicatur.

Ex uno neceſſario nihil conſequitur.

Quòd ſi propoſitiones ambæ poſsibiles ſint, cõcluſio quoq; poſsibilis erit. Quemadmodum igitur, ſi a pro propoſitionib. accipiatur, b uerò ut cõplexio: hinc fiet, ubi a neceſſariũ fuerit, b quoque neceſſarium eſſe: neq; id modò, ſed ſi illud poſsibile fuerit, hoc quoque poſsibile fore. Qua re ita conſtituta, conſtat, ubi falſum quidem poſitum fuerit, non tamen impoſsibile, id quod inde accidit, falſum quidem eſſe ex fictione: impoſsibile non item. uerbi cauſa, ſi a falſum quidẽ ſit, non tamen impoſsibile: cum autem a eſt, b quoq; cõſequitur: ſanè b falſum erit, nõ item impoſsibile. Cum enim monſtratum ſit, ex a conſequi b, hoc autẽ poſsibile eſſe, ſi illud quoq; poſsibile ſit: fingamus aũt a eſſe poſsibile, b igitur poſsibile erit: ſi enim impoſsibile eſſe dicas, accidet, ut idẽ poſſibile ſit, & impoſsibile. His igitur reb. ita expoſitis, faciamus ut omne b ſit a, & omne c poſsit eſſe b. hinc neceſſe eſt, ut omne c poſsit eſſe a. Quod ſi lubet, fingamus non poſſe, & hoc nobis cõcedatur, ut omne c ſit b. quod ut falſum ſit, nõ eſt tamen impoſsibile. tum ſi omne c non poteſt eſſe a, cum omne c ſit b: nõ omne b poteſt eſſe a. fit enim in figura tertia ſyllogiſmus. At uerò antea poſitum erat fieri poſſe ut omne b eſſet a: colligitur itaque neceſſariò, ut omne c poſsit eſſe a. Cum enim res falſa, non tamen impoſsibilis ex fictione poſita fuiſſet, quod ex ea cõſequitur, impoſsibile eſt. Illud ipſum ductu ad incõmodum in prima figura oſtendere etiam licet, ſi concedamus, ut c ſit b. nam ſi omne c eſt b, omne autem b poteſt eſſe a, c quoq; omne poteſt eſſe a: cum tamen poſitum ſit, non omne poſſe. Quod autẽ dicimus omni ineſſe, non eſt accipiendũ, tempore quodam præfinito, quaſi nunc ſit, aut hoc uel illo tempore, ſed omnino. ex eiuſmodi enim propoſitionibus ſyllogiſmos cõſtituimus. Quòd ſi propoſitio in ipſo articulo, & tempore præſenti accipiatur, nullus inde fiet ſyllogiſmus: nihil enim fortaſſe prohibuerit, omne quod moueatur, hominem eſſe aliquando, nempe ſi præter hominẽ nihil moueatur: omnis tamen equus poteſt moueri, at nullus equus poteſt eſſe homo. Præterea loco ipſius a, ſumatur animal, ſitq; argumentum id quod mouetur, poſtremus autem limes ſit homo: tum propoſitiones eodem modo ſe habene ut antea, complexio tamen neceſſaria eſt, non cõtingens: quippe neceſſe eſt hominem animal eſſe. Hinc planum eſt, uniuerſale illud ſimpliciter accipiendum eſſe, non tempore præfinito. Rurſus a b proloquiũ uniuerſale capiatur, & priuãs, ut nullum b ſit a: omne autem c poſsit eſſe b. his ita conſtitutis, efficitur, ut nullum c poſsit eſſe a.

Demõſtratio.

Ineſſe omni, quomodo accipiendum.

A ſin minus, faciamus ut c ſit b, eo modo quo prius neceſſariò efficitur, ut quoddam b ſit a: conſtituitur enim in tertia figura ſyllogiſmus. hoc autem eſt abſurdum. Contingit igitur, ut nullum c ſit a. cum enim res falſa ponatur, non tamen impoſsibilis, ex ea impoſsibile quid ſequitur. Hic autem ſyllogiſmus non eſt de contingenti, ut definitũ eſt, ſed quòd nulli neceſſariò inſit: hoc enim eſt contrarium fictionis iam conſtitutæ. eſt enim poſitum, ut quoddã c neceſſariò ſit a. Syllogiſmus autem ad incommodum de contraria & aduerſa cõficitur. Quòd autem complexio contingens non ſit, termini id planè indicant. accipiamus enim loco a coruum, pro b intelligens, loco c hominem: ſanè nullum b eſt a, nulla enim res intelligens eſt coruus. at omne c poteſt eſſe b, quippe cum omnis homo intelligere poſsit: at neceſſariò nullum c eſt a: non eſt igitur complexio contingens, quin nec perpetuò neceſſaria. Conſtituamus enim ut a ſit quod mouetur, b uerò ſcientia, & c homo: tum nullum b eſt c, b autem omni c ineſſe poteſt: complexio inde conſequens neceſſaria non erit. neque enim eſt neceſſe nullum hominem moueri, imò uerò quempiam non eſt neceſſe. Hinc perſpicuum eſt, complexionem ſequi ut nulli inſit neceſſariò. Sunt autem cõmodius ſumenda extrema. Quòd ſi aſſumptio negatiua ſit, & contingens, ex his propoſitionibus ita acceptis nullus fit ſyllogiſmus: quòd ſi cõtingens retroeat, fiet ſyllogiſmus ut antea. Faciamus omne b ſit a, fieriq; poſſe ut nullum c ſit b, dum extrema ita ſe habent, nihil efficitur neceſſariò. quòd

Demõſtratio.

B ſi permutetur b c, & accipiatur omne c poſſe eſſe b, eo modo fit ſyllogiſmus quo antea: quippe cũ eũdem habeant ſitũ extrema. Eadẽ eſt ratio, ubi priuãtia fuerint ambo interualla: dum a, b ſignificet nõ ineſſe, b c accidere nulli. Vt enim per propoſitiones acceptas non efficiatur neceſſaria argumẽtatio, ſi tamen permutetur cõtingens propoſitio, illico fiet ſyllogiſmus. Sit enim ſumptũ, nullum b eſſe a: item fieri poſſe, ut nullum c ſit b:, ex his nihil efficitur neceſſariò. Quòd ſi ſumas omne c poſſe eſſe b, ut res habet: propoſitio autẽ a b eadem ſeruetur, idem rurſus efficietur ſyllogiſmus. Quòd ſi ſumptum ſit, omne c non eſſe b: non item non accidere, non ineſſe: nulla inde fiet quouis pacto ratiocinatio, ſiue a b propoſitio affirmet, ſiue neget. Sint autem omnium cõmunia extrema, quibus oſtendatur neceſſariò ineſſe, album, animans, nix: extrema alia, quibus oſtendatur non poſſe ineſſe, album, animans, nix. cõſtat, ſi extrema uniuerſaliter ſumantur, & altera propoſitio abſoluta ſit, altera contingens, dũ minori extremo coniuncta fuerit propoſitio cõtingens, perpetuò fieri ſyllogiſmum: præterquam quòd nõnunquã ex ipſis propoſitionibus fiet, aliquando propoſitione una cõmutata. Quando autẽ utrũq; horũ fiat, & qua de cauſa, ſuperius expoſuimus. Quòd ſi altera uniuerſalis intercapedo fuerit, altera in parte tãtum, ſyllogiſmus ſemper erit perfectus, dũ maiori extremo uniuerſalis contingens iungatur, ſiue affirmet, ſiue neget: particularis autẽ affirmatiua ſit abſoluta, non aliter ac cũ extrema uniuerſaliter accipiãtur. Huius rei probatio eadẽ eſt quę ſuperius. Vbi uerò propoſitio

Demõſtratio.

maiori

maiori extremo iuncta in toto fuerit, & abſoluta, nec contingens: altera uerò in parte, ac contingens, ſiue negent ambæ, ſiue affirment: ſeu altera neget, aiat altera, ſyllogiſmus erit omnino imperfectus. Hoc intereſt, quòd alij ductu ad incommodum oſtendentur, alij per reciprocationem contingentis, quemadmodum in ſuperioribus fieri diximus. Adde quòd ſyllogiſmus erit ex permutatione, ubi propoſitio maiori extremo iuncta uniuerſalis fuerit, quæ eſſe uel non eſſe ſignificet: altera uerò particularis priuans, & contingens: ut ſi omne b ſit a, aut non ſit, & fieri poſsit ut quoddam c nō ſit b: ſi b c commutetur ſecundum naturam contingentis, conſtituitur ſyllogiſmua: ubi uerò particularis propoſitio ſignificet non eſſe, nullus fiet ſyllogiſmus. Extrema ad docendum ineſſe, ſint hæc, albū, animans, nix: quibus autem docetur nō ineſſe, album, animans, pix. Eſt enim probario oſtendenda ex indefinito.

Probatio ſiue demōſtratio.

Quòd ſi uniuerſalis ſit propoſitio, quæ minori extremo cohæret, quæ autem ad maiua extremum poſita eſt, ſit particularis, aiens, negans, contingens, an abſoluta, nihil refert. Quocunq; enim modo habeat, nullo pacto ſyllogiſmus cōſtituitur. Nihilo item magis ſyllogiſmus futurus eſt, cum in parte uel indefinitæ propoſitiones fuerint, ſiue contingentes fuerint, ſiue abſolutæ, ſeu etiam ordine inuerſo.

Probādi ratio.

Eadem eſt huiuſce rei oſtendenda ratio quæ prius, & extrema cōmunia ad oſtendendum ineſſe neceſſariò, animans, album, homo: at quibua oſtenditur poſſe ineſſe, animans, album, ueſtis. Hinc perſpicuum eſt, cum maiori extremo uniuerſalis propoſitio B appoſita fuerit, perpetuò firmam eſſe ratiocinationem: quòd ſi minori extremo adiungatur, nihil ullo pacto inde colligi.

CONIVNCTIO NECESSARII & contingentis. Cap. XII.

In prima figura.

At uerò, ubi proloquiorum alterum neceſſariò eſſe, oel non eſſe ſignificauerit, alterū autem accidere, modò extrema eodē pacto ac antea ſe habeāt, efficietur ſyllogiſmus, isq; perfectus, cum minori extremo neceſſarium iunctum fuerit. Complexio uerò contingens erit, nō abſoluta, ſi ambæ propoſitiōes affirmatiuæ ſint, ſiue uniuerſales ſint ambæ, ſiue non ſint. Quòd ſi altera affirmet, altera neget, cum affirmans neceſſaria fuerit, concluſio erit contingens: nec ſignificabit, nō ineſſe quid. ſin neceſſaria ſit ea quæ negat, colligetur, & accidere non ineſſe, item non ineſſe, ſeu in toto ſint extrema, ſeu nō ſint. Eſt autem contingens in complexione & eo modo intelligendum, quo accipi ſuperius diximus: neq; autē colligetur, neceſſariò non ineſſe. Hæc enim maximè diuerſa ſunt, nō neceſſariò eſſe, & neceſſariò non eſſe.

Nō neceſſariò eſſe, & neceſſariò non, differunt.

Sanè complexionem neceſſariam nō effici, ubi extrema affirmātur, hinc perſpicuū eſt. Faciamus enim, ut omne b neceſſariò ſit a, & omne c accidat eſſe b: ſyllogiſmus ſanè imperfectus erit, quo colligetur, omne c accidere eſſe a.

Probatio.

Hunc autem imperfectum eſſe, ex ipſa probatione conſtat: eodem enim modo oſtendetur colligere, quo ſuperiores. Rurſum accidat, ut omne b ſit a, ſit uerò omne c neceſſariò b: hinc ſanè colli- A getur, omne c poſſe eſſe a: eſſe uerò, nō item. atq; hic perfectus eſt, & nulla ex parte imminutus: ilico enim abſoluitur ex propoſitionibus ab initio ſumptis. Quòd ſi uatię ac diſsimiles fuerint propoſitiones, fingamua negātem eſſe neceſſariam, ut nullum b ſit a, nec eſſe poſsit, idq; neceſſariò: omne autē c poſsit eſſe b: neceſſariò efficitur, ut nullum c ſit a. concedamua enim, uel omne c eſſe a, uel aliquod: conſenſum autem fuit, nullum b poſſe eſſe a. Quia igitur reciprocatur negatiua, & nullum a poteſt eſſe b: admittitur autem, omne c eſſe a, uel certè quoddā: nullum igitur c poteſt eſſe b, aut quoddam eſſe nequit: cū ab initio omne c eſſe b conceſſum ſit. Conſtat autē poſſe colligi, accidere ineſſe, quando quidem colligitur nō eſſe. Rurſum ſit affirmatiua propoſitio neceſſaria, ſitq; contingens, ut nullum b ſit a, omne autē c ſit b neceſſariò: ſyllogiſmus ſanè perfectus erit, quo colligetur non eſſe, ſed poſſe non eſſe: quippe ita accipitur maior propoſitio. Nec licet hinc in abſurda deducere: ſi enim admittatur, nullum c eſſe a: eſt autem confeſſum, fieri poſſe ut nullū b ſit a, nullum hinc efficitur incōmodum.

Ex hac coniunctione nihil abſurdum ſequi.

Quòd ſi negatio minori extremo iuncta ſit, & ſignificauerit accidere, ſyllogiſmus erit per reciprocationem, quemadmodū antea fieri diximua. Quòd ſi ſignificet nō poſſe eſſe, nullua erit ſyllogiſmus: ne ſi ambæ quidem priuantes ſint, minor autem non fuerit contingens. Sunt autem extrema eadem, in quibus alterum alteri inſit, album, animans, nix: in quibus non inſit, album, animans, pix. Eodem pacto res habebit in particularibua B ſyllogiſmis. cum enim priuans neceſſarium fuerit, efficietur non eſſe: ut ſi nullum b poſsit eſſe a, quoddam c poſsit eſſe b, hinc neceſſe eſt conſequi, quoddam c non eſſe a. nam ſi omne c ſit a, nullum autem b poteſt eſſe a, ſanè nullum quoque a poteſt eſſe b. Itaq; ſi omne c eſt a, nullum c poteſt eſſe b. At modò concedebatur, quoddam c poſſe eſſe b. Quando uerò affirmatiua particularis neceſſaria fuerit, ea inquam quæ in ſyllogiſmo priuante, ut b c, uel etiam uniuerſalis in affirmāte ſyllogiſmo: uerbi cauſa, a b: non colligetur aliquid eſſe. cuius rei eadem eſt probatio, quæ ſuperioribus adhibita eſt. Quòd ſi uniuerſalis minori extremo iuncta ſit cōtingens, ſiue affirmet ſiue neget, maior autem ſit particularis & neceſſaria, nulla eſt ratiocinatio. Extrema in quibus alterum alteri inſit neceſsariò, animans, album, homo: in quibua ineſse oeqnear, animans, album, ueſtis. Vbi uerò uniuaſalis neceſsaria fuerit, particularis autem contingens, ſi uniuerſalis priuatiua ſit, extrema affirmantia, animans, album, cornus: negantia, animana, album, pix. Quòd ſi uniuerſale affirmet extrema affirmandi hæc ſint, animal, album, cygnus: negandi uerò, animal, albū, nix. Neq; item ſyllogiſmus erit, ubi ambæ indefinitæ fuerint propoſitiones, aut particulares. Extrema cōmunia aiendi, animans, albū, homo: negādi, animans, album, inanimū. Quoddam enim albū animans eſt, quoddam etiam inanimū eſt album, & id neceſse eſt eſse, nec unquam eſse poteſt. In contingenti itidem fit: extrema igitur hęc ad omnes modos ualēt. Ex his quę expoſuimus, perſpicuum eſt, ſi extrema eodem modo collo-

Epilogus ſuperiorum.

cata

cata fuerint in abſolutis & neceſſarijs fieri ſyllogiſmum, & non fieri eodem modo in ambobus: præterqoam quòd in abſolutis, ubi priuans fuerit propoſitio, complexio erit contingens: in neceſſarijs autem complexio tum contingens, tum abſoluta erit. Id etiã intelligitur, omnes eſſe imperfectos ſyllogiſmos, eosque per figuras antè expoſitaa perfici.

DE RATIOCINATIONIBVS *ex ambobus pronunciatis contingentibus in ſecunda figura.* Cap. XIII.

Ex ambobus contingentibus nihil colligitur.

NVlla erit in ſecunda figura ratiocinatio, cum ambo ex contingeoti fuerint, ſeu affirment, ſeu negent, ſeu in toto ſint, ſeu in parte. Quòd ſi alterum eſſe, alterum accidere ſignificet, ſitq; abſolutum affirmans, ne tum quidem ſyllogiſmus erit: ubi autem negans fuerit uniuerſale, ſyllogiſmus ſemper erit. Eadem erit ratio, ubi alterum fuerir neceſſarium, alterum cõtingens. Contingens autem in his intelligendũ eſt, quod in complexionibus locum habet, ut & antea intelligebatur. Principiò uerò oſtendendum eſt, cootingens negatiuum non reciprocari: nempe ſi a nulli b ineſſe poſsit, non neceſſariò reciprocatur, ut b nulli a accidat. ſit enim hoc admiſſum, ut b nulli a ineſſe poſsit: iam cum commeent affirmationes ex contingenti in negationes, aduerſæ in aduerſaa, contrariæ in cõtrarias, b autem contingit ineſſe nulli, conſtat & omni ineſſe poſſe: id quod ſanè falſum eſt. Vt enim hoc illi omni accidat, non continuò neceſſe eſt, illud huic omni accidere: ita non commeat negatio. B Iam quid uetat, quo minua a nulli b accidat, b uerò alicui a non inſit, idque neceſſariò: uetbi cauſa, fieri poteſt, ut omni homini album non inſit, cum omni ineſſe poſsit. At falſum eſt, hominem accidere nulli albo, quaodoquidẽ io multis non ineſt, idque neceſſariò: neceſſarium autem à contingeoti diuerſum eſſe diximus. Quin ne ab abſurdo qoidem commeare probabitur: nempe ſi quis, qoia mendacium ſit nulli a accidere ipſum b, roget quaſi uerum ſibi concedi, non nulli accidere (hæc enim aiunt & negant) quod ſi uerum ſit, ex eo effici putet, ut aliquod a neceſſariò ſit b, atque ita quoddam b eſſe a, quod fieri non poſsit: non enim ſi nulli a ipſum b non accidat, continuò quoddam a neceſſariò eſt b: cum illud, nulli rei non accidere, duobus modis intelligatur: uno, ſi alicui neceſſariò inſit: altero, ſi alicui neceſſariò non inſit. Nam quemadmodum id quod in aliquo neceſſariò ineſt, falſo dixeria, in toto poſſe reperiri: ita quod in aliquo a neceſſariò non eſt, non uerè aſſeuerabis in toto eo non poſſe eſſe. Quapropter ſi quis ex eo quòd c in toto b non accidat, poſtulet ſibi concedi, in illo aliquo ipſum ex neceſsitate non eſſe, falſum profectò is ſumat, quandoquidem in toto fortaſſe reperitur. At in toto non accidere, ideo dicimus, quia in nonnullis eſt neceſſariò. Quo fit, ut in aliquo ex neceſsitate eſſe, in aliquo item non eſſe, ambo illi aduerſentur: in toto, inquam, poſſe eſſe, huic item in nullo accidere. Hinc igitur conſtat, ex eo accidenti & non accidenti, quod initiò expoſuimus, non modò ſumi oportere in ali-

Demõſtratio.

A qoo eſſe neceſſariò, ſed etiam in aliquo ex neceſſitate non eſſe. quod ſi ſumatur, nullum ex eo ſequitur incommodum: ita nulla efficitur ratiocinatio. Ex ijs quę hucuſque diximus, perſpicuum eſt, negationem nõ reciprocari. quod cum abundè probatum ſit, pooamus in nullo b accidere ipſum a, in illo autem toto ipſum c. ſanè ratiocinatio nulla efficitur per reciprocationem: quandoquidem paulo antè docuimua, enunciationẽ huiuſmodi retrò non commeare. Nec item ab abſurdo effici poſsit: ut enim in toto c accidere id concedatur, nihil inde falſum efficiatur: quippe cum in toto c, & in eo ipſo nullo, ipſum a eſſe poſsit. Hoc autem conſtat, ſi quæ futura ſit concluſio, de cõtingẽti eam perpetuò fore, eo quòd nullum ſumptum ſit pronunciatum abſolutum, eamq; aut affirmantem, aut negantem: at neutro modo fieri poteſt. Nam ſi affirmet, per extrema docebimus non poſſe ineſſe: ſin neget, concluſio probabitur illa quidem neceſſaria eſſe, oon item contingens. Quod ut intelligamus, ponamus pro a, album: loco ipſius b, hominem: in ipſo c, equum: ſanè ipſum a, quod pro albo intelligitur, in altero toto eſſe poteſt, in altero uerò nullo: b uerò in ipſo c nec eſſe poteſt, nec item oon eſſe: ex eo enim non poſſe eſſe conſtat, quòd nullus equus homo eſt. At quòd ne nõ eſſe quidem poſsit, ex eo iotelligitur, quòd neceſſe ſit, nullũ eqoum hominem eſſe: neceſſarium autem à poſſibili diuerſum eſſe diximus. nulla igitur eo modo efficitur concluſio. Eadem erit probandi ratio, ſi priuatio diuerſam habeat diſpoſitionem: B ubi item ambę enunciationes affirment, uel negent: quippe ex ijs ipſis finibus res ipſa cõfirmabitur. item ſi altera in toto ſit, altera in parte: aut ambæ in parte, aut indefinitæ: ſeo quo alio modo permutati illæ poſſunt. nam ad ea omnia demooſtranda, eadem adhibebũtur extrema. Hinc igitur hoc eſt manifeſtum, ſi ambo pronunciata de accidenti ſumantur, nullam fore concluſionẽ.

Probatio.

Probãdi ratio.

DE CONIVNCTIONE EARVM *enunciationum, quæ quid eſſe dicunt, & quid accidere, in ſecunda figura.* Cap. XIIII.

QVod ſi unom quid eſſe dicat, alterum autem quid accidere, hoc autem affirmet, illud uerò neget, ne tum quidem ſyllogiſmus erit, ſeu in toto, ſeu in parte ſumaotur extrema: cuius rei coofirmandæ eadem eſt quæ prius ratio, & per eos ipſos fines efficitur. At ubi affirmans accidere dixerit, negans uerò ineſſe, tum ſtabit ratiocinatio. Quod ut intelligatur, ponamus a in oullo b eſſe, in toto uerò c idem poſſe eſſe: commeante negatione, ipſum b in nullo a reperietur, a uerò in toto c accidit. hinc ſanè efficitur conclosio in prima figura, nulli c accidere b. Quod idem fiet, ſi negatio ipſi c adijciatur. Quòd ſi ambo pronunciata negent, ut alterum neget eſſe, alterum poſſe non eſſe dicat, ex enũciationibus ita propoſitis nihil ex neceſsitate efficitur. Quòd ſi ea quæ eſt ex accidenti reciprocetur, efficitur concluſio, ut nulli c accidat ipſum b, eodem atque antea modo. ita enim prima figura repetetur. Quòd ſi ambo effata affirment,

firment, iacebit concluſio. Extrema conſentanea A ſint hęc, ualetudo, animans, homo: repugnantia, ualetudo, equus, homo. Eodem modo res habet in ſyllogiſmis ijs qui ſunt in parte. ubi enim affirmatio quiddam eſſe dixerit, ſeu in toto, ſeu in parte, nulla tum erit complexio: id quod eadem uia, ac ijs ipſis finibus oſtenditur, quibus antecedentes. *Probandi ratio.* At ubi priuans fuerit, ex reciprocatione efficietur, ut & antea. Rurſus ſi intercapedines ambæ priuantes ita ſumantur, ut in toto ſit, quæ non eſſe aliquid dicit, ſanè ex pronunciatis ita digeſtis nihil efficitur neceſſariò: efficietur autem complexio, ſi reciprocetur illud ex accidente. Quòd ſi priuans eſſe quippiam dicat, idq; in parte, cõcluſio nulla erit, ſeu affirmet, ſeu neget pronunciatum alterum: ne ſi ambo quidem indefinita ſint affirmantia, aut negantia, aut in parte. *Probatio.* Cuius rei eadẽ eſt quæ prius confirmatio, ac per eos ipſos fines.

DISPOSITIO NECESSARII *& accidentis in ſecunda figura.* Cap. XV.

At uerò ubi pronunciatorum alterum ex neceſsitate eſt, alterum uerò quidpiam accidere dixerit, ſi negatio neceſſaria ſit, efficietur concluſio, non modò quòd poſsit non eſſe, ſed & quòd non ſit: quòd ſi affirmatio ea ſit, iacebit concluſio. Sic enim hoc conceſſum, nullum inquam b eſſe a ex neceſsitate, omne uerò c poſſe eſſe a: tum commutata negatione, ne ullum quidem a eſt b: omne autem c poterat eſſe a: atque ita rurſum efficitur in prima figura complexio, nullum c poſſe eſſe b. Hoc etiam con- B ſtat, nullum c eſſe b. nam faciamus eſſe: tum ſi a nulli b accidit, b uerò in aliquo c eſt, ſanè a in aliquo c non accidit, cum omni accidere antea ſit conceſſum. *Probandi modus.* Idem erit probationis modus, ſi negatio ipſi c adijciatur. Rurſus proponatur affirmatio neceſſaria, negatio uerò accidens, ut a nulli b accidat, omni uerò c neceſſariò inſit: in ea finium diſpoſitione nulla efficitur cõcluſio. quandoquidem fieri poteſt, ut b in c ex neceſsitate nõ ſit. ut ſi pro a ſtatuas album, in b uerò hominem, in c olorem: ſanè album in olore neceſſariò ineſt, in homine uerò nullo accidit: homo tamen in nullo eſt olore, idque neceſſariò. Vnde perſpicuũ eſt, complexionem contingentem nõ effici, cum neceſſarium à cõtingente maximè ſit diuerſum. Quinetiam ne neceſſaria quidem complexio inde ſequitur: quandoquidem effici eam diximus, aut ex neceſſarijs ambobus, aut ex priuante altero. Adde quòd, ut ea concidantur, poteſt tamẽ b in c reperiri. Quid enim uetat, c ſub b comprehẽdi, a uerò ipſi b toti accidere, ipſi uerò c ex neceſsitate ineſſe: ueluti cauſa, ſi in c intelligatur uigilia, in b animans, loco uerò ipſius a motus: in uigilante enim motus eſt neceſſariò, animãti autem toti accidit: cum tamen omne quod uigilat, ſit animans. Vnde conſtat, ne cõcluſionem quidem fore, quæ non eſſe dicat: quippe cum in ea diſpoſitione neceſſe eſt quippiam eſſe: nec item contrarias enunciationes colligi, ita nulla planè efficitur concluſio. *Probationis uia.* Eadem erit probationis uia, ſi permutetur affirmatio. At ubi ſimiles & cognatæ propoſitiones fuerint, ſi ambæ negent, ſemper ſequitur complexio, reciprocante ea quæ eſt de contingenti, eo quo diximus modo. Sit enim ſumptum, a in b neceſſariò non eſſe, in c uerò poſſe non eſſe: tum ſi commutentur propoſitiones, & b in nullo a erit, a uerò in toto c poterit eſſe, ſanè eo modo ſtruitur prima figura: hoc idem fiet, ſi ipſi c negatio adijciatur. Quòd ſi affirmantes ambæ ſint, nulla eſt futura concluſio. Conſtat enim eam non fore, quæ quippiam nõ eſſe dicat, aut ex neceſsitate non eſſe, eo quòd priuans propoſitio nulla ſumpta ſit, quę uel eſſe, uel neceſſariò eſſe diceret. quin ne colligetur quidem poſſe non eſſe, cum b in c nõ inſit neceſſariò, extremis ita collocatis: nempe ſi a intelligamus album, b cygnum, c uerò hominẽ. nec item concluſio erit affirmationum aut negationum contrariarum, cum probatum ſit b in c neceſſariò non eſſe. nullo igitur pacto ſyllogiſmus efficitur. Eodem modo res habet in ſyllogiſmis, qui ſunt in parte: cũ enim priuans in toto fuerit, & neceſſaria, perpetuò efficietur concluſio, tum quæ accidere dicat, tum quæ non eſſe. *Probatio.* Cuius rei confirmatio per reciprocationem facienda eſt. Vbi uerò affirmatio ea fuerit, nulla planè ratiocinatio erit. Id enim eadem uia, ijſdẽ item finibus monſtrabitur, quibus in uniuerſalibus modò uſi ſumus. Ne tum quidem erit, cum ambæ affirmantes ſumentur: eius enim rei eadem eſt, quæ antea, confirmatio. Vbi uerò ambæ quidem negent, in toto autem ſit, ac neceſſaria ea quę non eſſe ſignificat, ſanè ex ijs quę ſumpta ſunt, nihil neceſſe eſt effici. Quod ſi contingens illa propoſitio reciprocetur, ſtabit B ratiocinatio eo modo, quo antea. Sin ambo proloquia indefinita proponantur, aut in parte, nulla erit ratiocinatio: id quod eadem ratione, ijſdẽ item extremis confirmatur. *Probãdi ratio.* Ex ijs igitur quæ expoſuimus, perſpicuum eſt, ubi priuans uniuerſa fuerit & neceſſaria, concluſionem effici: non modò quòd poſsit quippiã nõ eſſe, imò uerò quòd non ſit: quòd ſi affirmans ea ſit, nullam concluſionem ſequi. Hoc etiam conſtat, ubi in neceſſarijs & abſolutis eadem ſeruetur finium diſpoſitio, eodem modo fieri, & nõ fieri ratiocinationẽ. Eſt & hoc manifeſtũ, omnes eas ratiocinationes imperfectas quidem eſſe, perfici autem & abſolui in figuris ijs quas commemorauimus.

DE RATIOCINATIONIBVS *quæ ex ambobus contingentibus in tertia figura ſtruuntur.* Cap. XVI.

At uerò in tertia figura efficietur cõcluſio, ſeu ambo pronunciata accidentia ſint, ſeu alterum tantum. Sanè cum ambo accidere ſignificauerint, cõplexio quoq; accidens erit. Idem fiet, ſi alterum accidere, alterum eſſe quid dixerit. Quòd ſi alterum neceſſarium fuerit, ubi affirmauerit illud quidem, complexio conſequetur, neq; neceſſaria, neq; abſoluta. At quum neceſſarium illud fuerit priuans, colligetur quidpiam non eſſe, ut in ſuperioribus fieri diximus. Eſt autem in his contingentibus illud intelligendum eodẽ modo, quo in complexione. Sint igitur ambo cõtingentia primùm, ut & a & b ipſi c omni accidant. Iam cum affirmans in parte reciprocetur, b autem omni c accidat, & c quoq; cuidam b acciderit:

ciderit: ita ſi a omni c accidat, c uerò alicui b, neceſſe eſt profectò, ipſum a alicui b accidere. Nam ita ſtruitur prima figura. Quòd ſi a nulli c accidat, b uerò in toto c ineſſe poſsit, neceſſe eſt, ut a in aliquo b poſsit non eſſe: quippe cum iterum fiat prima figura per reciprocationem. Quòd ſi ambo priuantia proponantur, ex rebus ſanè conceſſis nihil efficietur neceſſariò. Quòd ſi rettò commeent pronunciata, efficietur concluſio, eo modo quo antea. Si enim & a & b poſsint non eſſe in c, ex reciprocatione rurſus fiet prima figura. Vbi uerò finium alter in toto fuerit, alter in parte, ubi eadem fuerit eorum diſpoſitio quæ in abſolutis, eodem quoque modo erit, uel non erit ratiocinatio. Faciamus enim, ut a omni c accidat, b uerò alicui c, profectò ſi inuertatur ea propoſitio, quæ eſt in parte, iterum efficietur prima figura. Nam ſi a in toto c ineſſe poteſt, c uerò in aliquo b, a ſanè in aliquo b ineſſe poteſt. Eadem eſt ratio, ſi ipſi c adijciatur uniuerſalis nota. Item ubi a c priuans fuerit, b c affirmans: ex inuerſione enim rurſus fiet prima figura. At ubi ambæ enūciationes negant, altera in toto, altera in parte, ex ijs eo modo ſumptis nulla efficietur complexio. quòd ſi reciprocentur illæ, efficietur ſanè eo, quo antea, modo. Quòd ſi ambæ indefinitæ ſumātur, aut in parte, nullus erit ſyllogiſmus: quippe cum neceſſe ſit, a in b & toto & nullo reperiri. Extrema conſentanea ſunt hæc, animans, homo, album: diſsidentia uerò, equus, homo, album, in quibus ipſum album medium eſt.

B

CONIVNCTIO ACCIDENTIS *& abſoluti in tertia figura.* Cap. XVII.

VBi autem effatum alterum quid eſſe dixerit, alterū quid accidere, colligetur quidpiam accidere, eſſe non item. Conſtabit autem ratiocinatio in eadem extremorum diſpoſitione, qua prius. Faciamus enim primum, ut affirment illa, ut a ſit in toto c, b uerò toti c accidat: rettò commeante ipſo b c, prima figura efficitur, colligeturq́; a in aliquo b poſſe ineſſe: hoc enim diximus, ubi in prima figura pronunciatum alterum ſignificet quid accidere, complexionem effici accidentem. Hoc idem fiet, ubi ipſum b c dixerit eſſe, a c uerò accidere: item ubi a c neget, b c affirmet, & utrumuis eſſe ſignificet, utroque modo contingens erit complexio. Fit enim iterum prima figura, in qua ſi pronunciatū alterum ſit contingens, concluſionem quoque contingentem fore docuimus. Quòd ſi minori extremo iungatur negatio contingens, uel ambo pronunciata negent, in poſitis pronunciatis nulla eſt ratiocinatio: erit autem, ſi hæc reciprocentur, quemadmodum fit in ſuperioribus. Vbi uerò pronunciatorum alterum in toto ſit, alterum in parte, affirmentq́ue ambo, uel certè quod in toto eſt, neget: quod autem in parte, affirmet, idem erit ratiocinationum modus. omnes enim per primam figuram perficiuntur. Vnde perſpicuum eſt, collectum iri, non quidem eſſe, ſed accidere. Si autem affirmet uniuerſale proloquiū,

A particulare uerò neget, confirmatio ducetur ab abſurdo: ut ſi b ſit in toto c, a uerò alicui poſsit non ineſſe, neceſſariò efficitur, ut a in aliquo b poſsit non eſſe. Nam ſi a in toto b neceſſariò reperiatur, eſt iam conceſſum, ipſum b in toto c ineſſe: ita ipſum a in toto c neceſſariò erit. id enim antea probauimus. At pro certo habebatur, in aliquo poſſe non eſſe. Vbi uerò ambæ indefinitæ, aut in parte ſumuntur propoſitiones, nulla erit concluſio. Cuius rei eadem eſt, quæ in uniuerſalibus fuit, probatio, ac per eos ipſos fines. *Demōſtratio.*

CONNEXIO NECESSARII *ac contingentis in tertia figura.* Cap. XVIII.

QVando uerò pronunciatum alterum neceſſarium eſt, alterum contingens, & affirmant ambo, concluſio perpetuò contingens erit. Vbi autem alterum ait, alterum negat, ſi aiens ſit neceſſarium, colligetur poſſe non eſſe: ſin negans id fuerit, concludetur tū poſſe nō eſſe, tum non eſſe, neceſſariò non eſſe, nequaquam, ut nec in alijs figuris. Faciamus primum, ut ambo extrema affirment, ut a in toto c neceſſariò inſit, b uerò in toto c eſſe poſsit: tum quia a in toto c neceſſariò ineſt, c uerò alicui b accidit, a quoque alicui b accidet, non inerit: eo enim modo in prima figura colligebatur. Eadem erit probandi uia, ſi illud b c ſit neceſſarium, a c contingens. Ruſus alterum aiat, neget alterum, ſitq́ue aiens neceſſarium, ut a in nullo c eſſe poſsit, b uerò in toto c neceſſariò inſit, iterum ſanè fiet in prima figura. Concluſio autem contingens erit, nō abſoluta: quippe cum pronunciatum priuans dicat accidere. Ex quo perſpicuum eſt, concluſionem fore contingentem: cum enim eo modo digeſtæ eſſent propoſitiones in prima figura, ſequebatur contingens complexio. Quòd ſi priuans ſit neceſſariò, complexione colligetur, poſſe in aliquo non eſſe, item & nō eſſe. Ponamus enim, a in c non eſſe ex neceſsitate, in eodem autem toto ipſum b poſſe eſſe, ſi affirmatio illa b c commutetur, fiet prima figura, in qua priuans propoſitio ſit neceſſaria: ex qua diſpoſitione diximus effici, ut a in quodam c poſsit non eſſe, & non ſit. Neceſſe eſt igitur, a in aliquo b non eſſe. Cum autem negatio minori extremo iuncta ſit, eaq́; contingens, ratiocinatio erit, ſi pronunciatum illud permutetur, ut & antea fiebat: ſin neceſſaria ſit, nulla erit concluſio, quippe cum alterum in altero toto ſit neceſſariò, in nullo item eſſe poſsit. Alterum in altero toto eſt, ut in his, ſomno, equo, homine dormiente. In nullo uerò, ut in his, ſomno, equo, homine uigilante. Eadem ratione ſi extremū alterum in toto medio ſit, alterum in parte tantum, aiantq́ue ambo, efficietur. alterum alteri accidere, illi ineſſe non item. Colligetur item contingens concluſio, ſi negetur unum, affirmetur alterum, & hoc ſit neceſſarium. nam ſi quod negatur neceſſarium ſit, colligetur quidpiam nō eſſe. Eſt enim eadem probandi ratio, ſeu in toto ſint extrema, ſeu nō ſint. cum in prima figura inſtaurentur ſyllogiſmi. In his igitur, ut illis, eueni- *Probādi uia.* *Probādi ratio.*

re eſt neceſſe. Quando uerò negatio in toto minori extremo iuncta fuerit, eaq; contingens, ratiocinatio per reciprocationem efficietur. ſin neceſſaria ea fuerit, nulla erit concluſio: id quod eadem uia, iiſdem item extremis confirmabitur, ac in uniuerſalibus. Hinc igitur planè intelligi poteſt, quando, quoque modo, in hac quoque figura futura ſit ratiocinatio, quando accidere quid, quando item quidpiam eſſe colligetur. Manifeſtum eſt etiam, omnes ſyllogiſmos imperfectos quidem eſſe, inſtaurari autem eos ac perfici in prima figura.

QVOD OMNIS RATIOCINAtio ad illas tres figuras referatur, extra quas nulla planè reperiatur. Cap. XIX.

EX ijs quæ hucuſque expoſuimus, conſtat, qui in his figuris fiunt ſyllogiſmi, per eos uniuerſales perfici, qui in prima figura ſtruũtur, ad eosque referri: ubi uerò oſtenderimus, ratiocinationem omnem in aliqua earum figurarum ſtrui, perſpicuum erit, eandem eſſe omnium

Prima ratio ab enumeratione. ſyllogiſmorum rationem. Neceſſe eſt igitur, demonſtrationem omnem ac ratiocinationem efficere, ut quidpiam ſit, uel non ſit: idque aut in toto, aut in parte, & recta probatione, uel ex fictione. Huius autem fictæ probationis pars ea eſt, quæ fit ab abſurdo. Primùm igitur de ratiocinatione ea recta probante diſſeramus, in qua ſi res ſemel eſt probata, in reliquis facilè perſpicietur: in ea inquam, quæ eſt per incommodum, &

Ratio II. omnibus quæ ſunt ex hypotheſi. Si igitur colli- B gendum ſit, ipſum a in illo b eſſe, uel non eſſe, neceſſe eſt ut aliquid de aliquo conſeſſum ſit præſumptum. Quòd ſi ſumatur, a de b dici, in argumentum ſumetur quæſtio propoſita initiò: ſi autem ipſum a de c dici ſumatur, c uerò de nullo alio, nec de illo aliud, nec de a quicquam aliud, nulla erit ratiocinatio, quippe cum nihil efficiatur neceſſariò ex eo, quòd unũ de uno ſit ſumptum: eſt igitur pronunciatum alterum aſſumẽdum. Itaque ſi a in alio dici ſumatur, aut aliud in ipſo a, aut aliquid aliud in ipſo c, nihil uetat ratiocinationem eo modo ſtrui. Concluſio autem ex ijs ita ſumptis nihil pertinebit ad ipſum b, ne ſi ipſum c in alio, hoc item in alio, rurſus hoc aliud in alio, ut nunquam quicquam cum b coniungatur, ne tum quidem colligetur ipſum b in a: cum à nobis hoc antea dictum ſit, nunquam quicquam de alio ratiocinatione collectum iri, niſi medium quoddam ſumptum ſit, quod ad utrunque illorum recta quadã dicendi lege ſe ha-

Ratio III. beat. Nam cũ omnis in uniuerſum ratiocinatio ex propoſitionib. cõſtet, profectò quæ ad quiddam certum pertinet, ex ijs conficitur propoſitionibus, quæ ad illud affectæ ſunt: & quæ hoc in illo concludit, ex ijs ſtruitur, quæ hoc cum illo coniungant. fieri autem nequit, ut pronunciatum quoddam ſumatur ad concludendũ ipſum b, cum de eo nihil affirmetur aut negetur: nec itẽ ad colligendum a in b, ſi nihil ambobus commune ſumatur, ſed de utroque ſeorſum propria nõ-

Ratio IIII. nulla affirmentur, aut negentur. Vbi igitur hoc A de illo ratiocinatione eſt concludendum, medium quid in ijs eſt ſumendum, quod ea quæ dicuntur copulet ac uinciat. Quando ergo quidpiam ambobus cõmune ſumi oportet, id tribus modis fieri poteſt. Nam aut a de c, & c de b dicetur, aut c de ambobus, aut ambo de illo. hæ autẽ ſunt figuræ & nobis expoſitæ: perſpicuum eſt, ſyllogiſmum omnem in aliqua ex ijs figuris neceſſariò ſtrui. Eadem enim eſt ratio, ubi per plura media ipſi b coniungetur a: in pluribus enim eadem quæ in paucioribus erit figura. Ex his igitur conſtat, ratiocinationes omnes rectà probantes per figuras expoſitas effici. *Concluſio.*


Quòd autem in ijs quæ ſunt ex hypotheſi, eodem modo res habeat, hinc intelligetur. Nam omnes quæ per incommodum quidpiam efficiunt, falſum quid concludunt: propoſitum autem ex hypotheſi probant, quandoquidem ex contrario poſito aliquid eueniat, quod fieri non poſsit: uerbi cauſa, concludimus dimetientem nullam cum latere rationem habere, ex eo quòd ſi aliquam habere poſueris, ſequetur, imparia paribus eſſe æqua: ſanè concluditur, numeros impares paribus eſſe æquos. At dimetientem irrationabilem eſſe, ex hypotheſi monſtratur: nempe quia ex illius contrario quidpiam falſum euenit. Illud enim eſt, quod dicimus concludere per impoſsibile, quidpiam ex hypotheſi initiò propoſita concludere, quod fieri nequeat. Cum igitur in ratiocinationibus ijs quæ ad incommodũ deducunt, recta oſtẽdatur, ac concludatur quidpiam falſum, quæſtio autem propoſita probetur B ex hypotheſi: & paulo antè docuimus, quæ aliquid recta oſtenderet, omnem per aliquam ex tribus illis figuris effici: manifeſtum eſt ratiocinationes ex incommodo per eas quoque fieri: nec eas modò, ſed & quæ ſunt ex hypotheſi pari ratione omnes. tranſſumptum enim omnes quidem concludunt, propoſitum autem ex conſenſu ac conuentione probatur, aut ex alia aliqua hypotheſi. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt demonſtrationem ac ratiocinationem omnem per tres illas figuras, quas expoſuimus, effici. Cum autem hoc planè probatum ſit, manifeſtum inde eſt, ſyllogiſmum omnem per primam figuram perfici, & quemlibet ad eos referri, qui in ea ſunt uniuerſales.

De ſyllogiſmo ex hypotheſi.

Cõcludere per impoſsibile, quid.

Iá uerò in omni ratiocinatione neceſſe eſt extremom alterum affirmari, unum item in toto ſumi: quippe cum ſine illo toto nullus planè ſit ſyllogiſmus. uel certè ad propoſitum non pertinebit, aut propoſitam initiò quæſtionem poſtulabit. Ponamus ſanè, uoluptatem ex muſica eſſe honeſtam. Si quis igitur poſtulet, uoluptatem eſſe honeſtam. abſque eo quòd dicat omnem, ratiocinatio nulla erit: quòd ſi quandam honeſtam eſſe poſtulet, eamq; aliam, hoc nihil ad rem propoſitam: ſin eam ipſam roget, poſitam quæſtionem ſumit. Hoc autem clarius cernetur in demonſtrationibus mathematicis: uerbi gratia, ſi probandum ſit, qui in æquicruro ad baſin ſunt anguli, inuicem eſſe æquos. Ducantur ad centrum lineæ a b: iam ſi pro certo ſumat, angulum a c æquum eſſe angulo b d, non omnino id poſtulans

De qualitate & quantitate extremorũ ſyllogiſmi.



poſtulans de ſemicirculorum angulis. Ruſus ſi aſſumat, angulum c angulo d æquum eſſe, nec id in omni angulo ſectionis ſumat, tum ſi quærat, à totis æqualibus angulis ſi æquales tollantur, qui reſtant æquales eſſe, propoſitum is poſtulabit: niſi ſumat, ſi ab æqualibus æqualia auferantur, reliqua eſſe æqualia. Hinc igitur perſpicuum eſt, in omni ratiocinatione quidpiam uniuerſale eſſe oportere, concluſionemque uniuerſalem ex ambobus finibus in toto probari: eam uerò quæ ſit in parte, tum hoc, tum illo modo. Vbi igitur concluſio in toto eſt, fines quoque in toto ſumi neceſſe eſt. Vbi uerò hi in toto ſumuntur, fieri poteſt, ut concluſio non ſit in toto. Planum eſt autem, in omni ratiocinatione, aut pronunciata ambo complexioni ſimilia eſſe neceſſariò, uel certè alterum: non modò inquam, qua aiat, aut neget, quin & qua neceſſariũ ſit, uel abſolutum, uel accidens. Quod in alijs quoque dicendi rationibus obſeruandum eſt. Conſtat autem omnino, quando futura ſit, uel non ſit ratiocinatio: quando itẽ perfici poſsit, quando perfecta ſit: & ubicunque ratiocinatio fuerit, fines eo modo neceſſariò eſſe collocandos, quo antea expoſuimus.

Syllogiſmũ tribus tantum terminis cõſtrui.

Hoc etiam conſtat, demonſtrationem omnẽ ex tribus finibus modò, non pluribus ſtrui. Niſi fortè per diuerſa argumenta complexio eadem colligatur: ut ſi e complexio per a b, & c d, aut per a b, & a c, & b c probetur. Quid enim cauſæ eſt, quo minus eiuſdẽ complexionis probandæ plura ſint & diuerſa argumenta? Vbi autem plura fuerint, plures quoq; ratiocinationes erunt, non una. Vel etiam ubi pronũciatum utrunque, a inquam, & b, ſyllogiſmo effectũ fuerit, ut ſit a per d e, b uerò per f g: uel alterum inductione, ratiocinatione alterum confirmetur: eo quoq; modo plures erũt ratiocinationes, cum complexiones ſint plures: nempe tum a, tum b, tum c. Quòd ſi una ratiocinatio fiat, non plures, illo quidem modo licebit eandem concluſionem uarijs argumẽtis effici: ad c autem per a b, ut plura ſint media, fieri nullo modo poteſt. Ponamus enim concluſionem e, quæ ex a, b, c, d colligatur: profectò neceſſe eſt, ex ijs quædam ad alia rationem totius habere, alia uerò partium. Id enim dudum oſtendimus, ubi ratiocinatio ſit, quædam extrema inter ſe ita affecta eſſe oportere: faciamus igitur, ut a ad b ita affectum ſit, profectò ex ijs complexio quędam ſequitur, eaq; aut e, aut c, aut d, aut quępiam diuerſa ab ijs. Quòd ſi ipſum e inde concludatur, ex ſolis a b ratiocinatio conſtabit. Quòd ſi c d rationem inter ſe totius & partis habeant, quidpiã quoq; ex his efficietur: nempe uel e, uel alterũ ex illis a b, uel etiam quidpiam diuerſum. Quòd ſi ſequatur ipſum e, uel a etiam, uel b, profectò plures fuerint ratiocinationes: aut eãdem concluſionem per fines diuerſos probari accidet eodem modo, atq; antea fiebat. Si uerò quidpiã ab ijs diuerſum ſequatur, plures erunt ratiocinationes, eæq; à ſe inuicem diſcretæ. Quod ſi illud c ad d non ſit ita affectum ut ratiocinationem cõponere poſsint, fruſtra ſanè ſumpta ſint: niſi fortè aut ad inductionem, aut ad diſceptationẽ occultandam, aut ob aliquam aliam cauſam huiuſcemodi id fiat. Quòd ſi ex ipſis a b diuerſa quæ-

A dam ſequatur concluſio, non ipſum e: ex c d uerò, aut alterum illorum, aut quidpiam ab illis diuerſum, plures ſanè ratiocinationes fient, non tamen ad quæſtionẽ propoſitam: quippe cũ ꝓpoſitũ eſſet, ipſum e ſyllogiſmo concludere. Quod ſi ex ipſis c d nulla concluſio efficiatur, fruſtra ſanè ea ſumpta ſint, nec concluſione colligetur initiò propoſita quæſtio. Conſtat igitur, omnem in uniuerſum demonſtrationem, omnem item ratiocinationem, ex tribus tantum finibus ſtrui.

Syllogiſmum duobus pronũciatis, non pluribus conſtare.

Quod cum planè intelligatur, perſpicuũ quoque eſt, duobus tantum pronunciatis eam conſtare, non pluribus: quippe cum tres fines duo tantum pronunciata efficiant, niſi quidpiam extrinſecus accedat ad perficiendum ratiocinationem, ut initiò à nobis dictum eſt: unde luce clarius apparet, in qua ratiocinatione pronunciata ea non ſunt paria, ex quibus principalis concluſio efficitur (oportet enim nonnullas ex complexionibus antecedentibus pro enunciatis accipi) eam inquam argumentationem aut nihil collegiſſe, aut plura poſtulaſſe quàm quæ ad quęſtionẽ neceſſaria eſſent. Itaq; ſi ratiocinatiões in potioribus tantum pronunciatis cernantur, ex his paribus omnes ſtruentur, finib. uerò imparibus. Cum hi pronũciata uno uincant: complexiones autem dimidia pars pronunciatorũ erunt. At ubi probabitur concluſio per ratiocinationes antecedentes, uel per media plura non coniuncta, ut ſi a b per c & d probetur: numerus finiũ eodẽ modo uincet numerũ pronunciatorũ: finis enim ille inſertus aut extra collocabitur, aut medius inſere-

De proſyllogiſmis.

B tur. Quòd utrouis modo fiat, pauciora erunt interualla extremis: pronunciata autẽ ęqualia ſunt interuallis. Nec uerò hæc perpetuò paria erunt, illi uerò impares, ſed uicibus permutatis, cũ pronunciationes pares fuerint, fines erunt impares: ubi uerò hi ſint pares, pronunciationes erunt impares: quippe cum adiuncto extremo uno, ſimul accedat pronunciatum unum, undecunq; extremum illud accedat. Quia igitur pares erant propoſitiones, fines uerò impares, ubi fit ea acceſsio, neceſſe eſt id permutari: complexiones uerò eundem locum ac rationem non ſeruant ad fines & proloquia. Vbi enim extremum unum accedit, adijcientur ſimul complexiones una tantũ pauciores extremis antegreſsis. finib. enim alijs ſua cuiq; efficitur concluſio, ultimo tantum non fit. ut ſi ipſis a, b, c, adijciatur ipſum d, continuò accedunt concluſiones duæ: altera quidem ipſi a, altera uerò illi b. Quod idem fit & in alijs. Quod ſi finis ille medius inſeratur, eadem erit ratio. tãtum enim ad unum non concludet. Plures igitur erũt complexiones & extremis & pronunciatis.

Quæ nã quæſtiones difficiles ſint, item faciles ad probãdũ, in quauis figura.

Quando uerò ex noſtra diſputatione intelligitur, quæ ſunt ea de quibus ſtruuntur ſyllogiſmi, qualia item in quaque figura, quotq; modis probari poſsint: facilè quoque intelligere poſsimus, quænam quæſtiones ad probandum difficiles ſint, quæ item paratæ & faciles. Sunt enim eæ faciles ac expeditæ, quæ per plures figuras, modos item ac caſus concluduntur: quę uerò in paucioribus probantur, & per caſus non item multos, eæ magis ſunt difficiles & perplexæ. Sanè affirmatio uniuerſalis per primam tantum figuram

concluditur, idq; uno tantum modo. Negatio uero per primam & mediam: ac per illam una tantum ratione, per hanc uerò duobus modis. Affirmatio autem, quæ eſt in parte, in prima & poſtrema figura concluditur: ac in prima uno tantum modo, in poſtrema tribus. Negatio uerò in parte in omnibus figuris probatur, præterquam quòd in prima unico tantū modo, in media uerò duobus, in poſtrema tribus. Vnde planè liquet, uniuerſalem affirmationem ægrè admodum aſtrui, euerti autem facilè. Eſt autem omnino facilius multo, quæ in toto ſunt quæſtiones euertere, quàm quæ in parte. Nam ſeu in nullo, ſeu in aliquo non inſit, euertuntur: quorum hoc in omnibus figuris efficitur, illud autem in duabus. Eadē eſt ratio priuantiū. Nam ſeu in toto ſit, ſeu in aliquo, tollitur quæſtio propoſita: id autem in duabus figuris fieri poſſe diximus. In ijs autem quæ in parte ſunt quæſtiones, unico modo fit refutatio: nempe ſi aut in toto, aut in nullo rē eſſe probes. Ad confirmandum autem magis ſunt expeditæ quæſtiones in parte: quippe cum & in pluribus figuris, & per plures modos concludantur.

Refellendi & confirmādi canon.

Et ut ſemel finiam, neminem ignorare oportet, quæ ſunt in toto quæſtiones, per eas quæ ſunt in parte, has uerò per illas uiciſsim refelli. In confirmatione autē uniuerſales quæſtiones per particulares aſtrui minimè poſſunt: hæ uerò per illas maximè. Illud etiam cōſtat, refutandi negotium facilius eſſe multo, quàm confirmandi.

Refutare facilius quam confirmare.

Ex ijs igitur, quæ expoſuimus, perſpicuū eſt, qua uia ſtruatur omnis ratiocinatio, quot ex terminis ac pronūciatis ea conſtet, quamq; hæc rationem inter ſe B habeant: quæ item quæſtiones in quibus figuris concludantur, quæ item in pluribus, quæque in paucioribus probentur.

DE COPIA PRONVNCIATOrum parandā, pars altera. Cap. XX.

IAm uerò exponēdum nobis eſt hoc loco, quo pacto ratiocinationum copia nobis ſuppetat ad quæſtionem, quaq; uia ac ratione initia in unaquaq; ſumamus. Neq; enim ſatis eſt, ſyllogiſmorum ſtruēdi rationem noſſe, niſi eorum componendorum facultatem habeamus.

Rerū diuiſio.

Rerum igitur quædam tales ſunt, quæ in nullo alio uerè & in toto dicātur: ut Cleon, & Callias, & quicquid ſingulare eſt, & ſub ſenſum cadit. In ijs uerò aliæ dicuntur: eorum enim uterq;, & homo eſt, & animans: aliæ uerò de alijs quidē dicuntur: aliæ uerò priores de his non item. Nonnullæ de alijs dicuntur, & de ijs aliæ: ut homo de Callia dicitur, de homine animans. Cōſtat igitur, res quaſdam eſſe quæ de nullo alio ſuapte natura dicātur: quę enim ſub ſenſum cadūt, omnia fermè talia ſunt, ut in nullo dicantur, niſi fortuitò: dicimus enim nonnunquam, hoc album eſſe Socratem, illud quod accedit eſſe Calliam. Quod autem ſurſum uerſus procedendo aliquando ſit ſtatus, alio loco iterum dicemus ac confirmabimus, id hoc loco quaſi conceſſum ponamus. In his igitur concludi nō poteſt aliud dici, niſi fortè quorundam opinione id fiat, quin ea ipſa in alijs dicentur. Nec item ſingularia in alijs, ſed alia in illis dicuntur.

Quæ res in di-

Quæ autem in ijs media ſunt, utranq; ratio-A nem admittere poſſunt. Nam & ipſa de alijs, & alia de ipſis dicentur: ac omnis fermè diſputatio, ac commentatio de ijs potiſsimum inſtituitur:

ſputationē cadant.

in ijs autem omnibus propoſitiones hoc modo ſumendæ ſunt. principiò proponendum eſt, de quo agitur, eius finitionē, ac omnes rei proprietates: tum rei conſequentia, & antecedentia, ac repugnātia ea quę in re eſſe nullo modo poſſunt. nec enim ea ſunt ſumenda, in quibus res eſſe nequit, cum tertò commeet negatio: in conſequentibus diſtinctione eſt utendum, quæ ſint, quæ in rei eſſentia ſint poſita, quæ uerò illius proprietates: quæ item ut accidentia dicantur, in ijsque quænam opinione ſint in re, quæ re uera. Nam quò maior fuerit eorum omnium uis ac copia, eo expeditius propoſitum concludemus: quò autem ueriora fuerint, melius rem demonſtrabimus. Sunt autem ea deligenda, non quæ rem aliquam, ſed quæ totum conſequantur: uerbi cauſa, non ſunt ſumenda quæ homini alicui, ſed quę omni ſint conſequentia. Conſtat enim ratiocinatio uniuerſalibus pronunciatis: ubi autem ſumitur indefinitum effatum, ambiguum eſt uniuerſale ſit nécne: cum definitum eſt, facilè intelligitur. Eodem modo ſumēda ſunt antecedentia ea, quæ omnino res ipſas conſequatur, idq; ob eam ipſam cauſam. Nec uerò ſumendum eſt, conſequens totum ſequi, nempe ad hominem omne animans, aut ad muſicam omnē ſcientiam: ſed ſequi tātum, quemadmodū etiam proponimus illud ipſum. Illud enim præterquam quòd inutile eſt, fieri ſanè nullo pacto poteſt: uerbi cauſa, B ut omnis homo ſit omne animans, aut iuſticia omne bonum: antecedenti uerò illi quidem iungi ſolet illud Omne. Cum autem aliquo contineatur propoſitum, eius conſequentia ſunt ſumenda, tum non ſunt ea deligenda quæ totum ſequantur, uel non ſequantur, quippe cum in illis iam ſumpta ſint. Quæ enim animans conſequuntur, ea quoq; omnia hominem ſequuntur: quæ uerò in illo non inſunt, ne in hoc quidē reperiuntur. At proprietates uniuſcuiuſq; rei ſumi debent: quippe cum quædam ſunt ſpeciei peculiares, non communes generi: in formis enim diuerſis neceſſe eſt quaſdam proprietates reperiri. Nec uerò illud uniuerſale in ijs requirendum eſt, quæ antecedunt id quod cōtinetur, ut ſe habent ad animans hominis antecedentia. nam ſi animans hominem conſequitur, illa quoq; conſequatur neceſſe eſt. Hæc autem ad hominis ipſius delectum propriè pertinent: ſumi quoq; debēt, quę plurimū conſequuntur, uel antecedunt. Nā ad quæſtiones eas quæ plurimum eueniunt, ratiocinationes ſtruuntur ex pronunciatis, aut omnibus, aut nonnullis, quæ plurimū ita ſint: quippe cum complexio rei cuiuſuis ſuorum initiorū ſimilitudinem quandam referat. Nec uerò ea deligenda ſunt, quæ aliquid omnino conſequantur, ut ex quibus ratiocinatio componi nequeat, cuius rei cauſa in progreſſu aperietur.

Ei igitur qui aliquid de aliquo toto confirmare uelit, in ea inſpiciendum eſt, quæ illi ſubijciuntur, quod ſit aſtruendū, de quibus illud dicatur. Item in conſequentia omnia eius, de quo id dici debeat. Nam ſi in ijs unum & idem reperiatur, neceſſe

De medij ſyllogiſmorum inuentione.

neceſſe eſt alterum in altero eſſe. Si uerò ſit propoſitum, non in toto, ſed in aliquo tantum eſſe, ſoméda ſunt utriuſq; antecedentia. Si enim in ijs aliquid unũ ſit, neceſſe eſt alterum in altero eſſe: quando uerò concludẽdum erit, quippiã in alio nullo eſſe, tum ratio habenda eſt cõſequentium eius, in quo aliud eſſe probandum eſt: expendenda ſunt & repugnantia, quæ ineſſe nequeunt ei, quod probãdum eſt non ineſſe. Aut uerò cõtrà, ſubiecti repugnantia, & attributi conſequentia accipienda erunt. Nam ſi hæc, quæcunq; illa ſint, eadem reperiantur, alterũ in altero nullo eſſe poterit. ita enim fit ratiocinatio modò in prima figura, modò in media. Quòd ſi in aliquo aliud nõ eſſe concludendũ ſit, eius antecedentia accipienda ſunt, cui ineſſe oporteat: & ea repugnantia, quæ ei ineſſe nequeant, eius quod in altero non eſſe probandum eſt. Nam ſi ex ijs aliquid unum & idem reperiatur, neceſſe eſt ut alterum in altero aliquo non reperiatur: uerùm quæ à nobis dicuntur, ſingula hoc modo fortaſſe magis erũt perſpicua. Conſtituamus enim conſequentia ipſius a in b, eius uerò antecedentia in c, repugnantia uerò, & quæ illi ineſſe nequeant in d: rurſum in f, intelligantur ea quæ ipſi e inſunt: antecedẽtia uerò, & quæ ipſum conſequitur, in g: ea autẽ quæ ipſi ineſſe nequeant, in h. Sanè ſi quoddam c cũ aliquo f cõueniat & idem ſit, neceſſe eſt a in toto e eſſe. ipſum enim f in toto c ineſt, a uerò in toto c: ita fit, ut a ſit in toto e. Quòd ſi c & g idem ſint, neceſſe eſt a in aliquo e reperiri: quippe cum a cõſequatur e totũ: e uerò ipſum g quoq; ſequatur omnino. Quòd ſi fortè f & d cõueniant, in nullo e inerit a, idq; per proſyllogiſmũ. Cũ enim negatio reciprocetur, & f & d idem ſint, in nullo f erit a: e uerò in toto f ineſt. Rurſus ſi b & h cõcurrãt, in nullo e ipſum a inerit: nam b in toto a ineſt, in e uerò nullo: cum ipſum b cum h idem ſit, & h in nullo e ineſſe diximus. Si uerò d & g in idem redeant, a in aliquo e non erit. Nam in ipſo g non erit a: quandoquidem ne in d quidẽ ineſt: g uerò ſub e continetur. ita ipſum a in aliquo e non erit. Quòd ſi g & b eadem ſint, inuerſa erit concluſio. Nam g in toto a erit, quippe cũ b ſit in toto a: e uerò in toto b, cum idem ſit atq; g: hinc non efficitur neceſſariò, ut a ſit in toto e: at in aliquo eſſe eſt neceſſe, quia reciprocatur affirmatio in toto in eã quæ ſit ex parte. Conſtat igitur, in utraque cuiuſuis quæſtionis parte ea eſſe ſpectanda quæ diximus, cũ ex his ſtruãtur ratiocinationes omnes. Ac in conſequẽtibus quidẽ, aut cuiuſuis rei antecedentibus inueſtigandis, priorum ac cõmuniorum ratio eſt habẽda potiſsimũ: ubi cauſa, in ipſo e potius quærẽda ſunt l f, quàm f tantum: in a etiam ſunt prius ſumenda l c, quàm c tãtum. Nam ſi a in c f reperitur, tum in f, tum in e ineſt. Quòd ſi illa non ſequetur, fieri poteſt ut ipſi f ſit conſequens. Eadem eſt ratio habenda in antecedentibus illius. Nam ſi cõmunioribus ſit conſequens, a quoq; ſequetur, quæ illis continentur: quòd ſi illa non ſequatur, hæc tamen ſequi poſſit. Apertum eſt autẽ ac perſpicuum in tribus extremis, ac pronunciatis duobus rationem illam eſſe poſitam, omnes item concluſiones in tribus

A figuris ſuperioribus effici: tum enim probamus ipſum a in toto e reperiri, cum c & f eadem ſint, ex his autem medium efficitur: extrema autem ſumpta ſunt a e, ita fit prima figura: illud autem in ipſo aliquo oſtenditur, cum c & g pro eodem ſumuntur, quo modo efficitur figura poſtrema: ipſum enim g pro medio habetur, in nullo uerò eſſe concluditur, cum d & f eadem ſint. at tum & prima & media figura efficitur: prima quidẽ, qa a in nullo f ineſt, quandoquidem retrocedit negatio: f autem in toto e ineſt. Media uerò efficitur, quia d in nullo a reperitur, in e uerò toto ineſt. Colligitur autem, in aliquo non eſſe, cum d & g eadem ſint: quo modo poſtrema figura ſtruitur. Nam a in nullo g ineſt, e uerò in eo toto eſt. Hinc igitur luce clarius apparet, omnem ratiocinationem in figuris illis ſtrui, quas expoſuimus, nec in delectu ſumenda eſſe utriuſq; conſequẽtia, ut ex quibus nulla ſtruatur ratiocinatio. ex conſequentibus enim nulla planè fuit confirmatio: nec itẽ quidpiam negare licet ex utriuſq; conſequentibus. Nam ad hoc efficiendum oportet aliquid in uno eſſe, in alio non item. Hoc autẽ per ſe eſt manifeſtum, alias omnes rationes ac uias delectus habendi, ad ſtruendum ſyllogiſmũ, eſſe planè inutiles: nempe ſi conueniant utriuſq; conſequentia, aut antecedentia ipſius a, & repugnantia, quę ipſi e ineſſe nequeunt, uel quæ neutri ineſſe poſſunt: ex ijs enim nulla eſt ratiocinatio. Nam ſi cõſequentia eodem conueniant, ut b & f, efficitur media figura ex ambobus pronũciatis affirmantibus: ſi uerò eadem ſint antecedentia ipſius a, & B quæ in e eſſe non poſſunt, ut c & h, fit prima figura ex poſteriore pronunciato priuante. quòd ſi eadem ſumantur, quæ neutri ineſſe queant, ut d & h, priuantia ſunt ambo pronunciata in prima aut media figura, quo modo nulla efficitur cõcluſio. Quòd autem certa quædã eadem ſumi oporteat, non alia aut aduerſa ea, quæ hac arte continentur, hinc erit apertum: primùm, quòd cura ac cogitatio tota medij inueſtigandi cauſa ſuſcipitur: medium autem unum eſt ſumendum, & idẽ, non uarium: deinde aduerſa omnia ac repugnantia, quæ eidem ineſſe nequeant, ex quibus fortè ſyllogiſmus ſtrui poſsit, omnia ad ſuperiores modos referentur: ut ſi b & f ſint contraria, aut quæ in eodem eſſe non poſsint. Nam ſi hæc ita ſumantur, concludetur, a in nullo e eſſe: quod ex ijs ſumptionib. non efficitur, ſed ex ratione ſuperiori. cum enim b ſit in toto a, & in nullo e, neceſſe eſt, ut b cũ aliquo h conueniat: præterea ſi b & g in eodem eſſe non poſſunt, cõcluditur a in quodam e non eſſe: nam eo modo fiet media figura. Nã b in toto a inerit, & in nullo g. ita g cõueniet cum aliquo d: nihil enim refert, an b & g eidẽ repugnẽt, & ineſſe nequeant: an g cum quodã d ſit idem. Nam in d cõprehenſa ſunt omnia, quæ repugnãt ipſi a: liquet itaq;, ex obſeruatione huiuſmodi nullam effici ratiocinationẽ. Quòd ſi b & f ſint aduerſa, profectò b cum aliquo h conuenit. atq; ita ex ijs efficitur cõcluſio. Profectò qui res eo modo obſeruant, ijs accidit, ut uiam quãdam ac rationem aliam inueſtigent ab ea quæ neceſſaria ſit: idq;, quia non intelligunt b & h eadẽ eſſe.



IN TYPVM PRAECEDENTEM annotatiuncula.

Schema hoc de propoſitionum copia, eſt inuentum mirandum, & quod ueteres ueluti umbilicum totius philoſophiæ nocarunt. Hic enim omnis futuro Dialectico exercitatio peragitur, ac uelut arena philoſophaturo propoſita eſt. In hoc igitur ſchemate, A & E propoſitionem inuit, & E quidem ſubiectum terminum, A uerò prædicatum, hoc modo: Voluptas eſt bonum. Cætera, ut uides, uel antecedunt, uel repugnant, uel conſequuntur: è quorum aff: ctione & commiſtione exiſtunt con ugationes nouem: è quibus ſex conſiſtunt, ratiocinationemq; conficiunt: tres autem non conſiſtunt, nec efficiunt quicquam. Sic autem habent b f, c g, d h, e f, b h, d f, e h, d g, h g.

De ſyllogiſmis ad impoſsibile, et reliquis, qui ex hypotheſi dicuntur.

Vt autem fit in ratiocinationibus ijs quæ inſtitutum probant, eodem planè modo & in ijs quæ ad incommodum ducunt. Sunt enim hæ ex conſequentibus & antecedentibus amborum, eademq; in ambabus adhibenda eſt obſeruatio. Nam quod probando concluditur, ab abſurdo quoq; colligi poteſt, idque per eos ipſos fines. Quod item ab abſurdo colligitur, id etiam probatione colligitur. uerbi cauſa, nullum e eſſe a, ita probatur: faciamus quoddam e eſſe a: tum quia omne a eſt b, quoddam item e eſt a: ſanè aliquod e eſſe b neceſſe eſt. at cōfeſſum erat, nullum planè eſſe. Rurſus ita colligetur in aliquo eſſe: nam ſi a eſt in nullo e, e uerò in toto g, ipſum a in nullo g reperietur, cū antea in eo toto fuerit. Hoc idem fit in alijs quæſtionum generibus: ſemper enim & in quouis concluditur propoſitum ab incommodo, per utriuſq; antecedentia & conſequentia. In quauis etiam quæſtione eadem eſt ſequenda ratio, ſeu propoſitum concludere uelis, ſeu aduerſarium ad incommodum deducere: quippe cum ex ijſdem ſint extremis ambo modi concludendi. ut ſi concluſum ſit, in nullo e eſſe a, colligetur ipſum

ipſum b in aliquo e ineſſe: quod fieri nequit. Si ſumatur ipſum b, in e quidem nullo, in a uerò toto ineſſe, perſpicuum eſt ipſum a in nullo e fore. Rurſus ſi rectè concluſum ſit, ipſum a in nullo e ineſſe, hoc ipſum ex incommodo monſtrabitur, ſi faciamus in aliquo eſſe. Quod eodem modo fit in alijs quæſtionibus: in quauis enim extremum quoddam commune ſumendum eſt, aliud ab ijs quæ ſubiecta ſunt, in quo falſum colligetur: atque ita inuerſo eo pronunciato, altero autem eodem manente per ea ipſa extrema, efficietur ratiocinatio probãs. Hæc enim ab ea differt, quæ eſt ad incommodum, quòd in hac pronunciatum alterum falſum accipitur, in illa ambo re uera ponuntur. Hæc autem in progreſſu magis explicabuntur, ubi de incommodo diſſeremus. Id tantum in præſentia perſpicuum erit, ad illa præcepta aduertendum eſſe, ſeu rectà concludere uelis, ſeu ad incõmodũ deducere. In alijs quoque ratiocinationibus, quæ ſunt ex hypotheſi, cuiuſmodi ſunt quę ex tranſſumpto fiunt, & quę ex qualitate ducuntur, ad ea quoq; aduertendũ eſt, quæ ſubiecta ſunt non in quæſtione propoſita, ſed in translatitia. Eſt autem eadem planè animaduerſionis ratio: intelligendũ uerò nobiſ eſt, ac diuiſione explicandum, quot ſint modi ratiocinationũ ex hypotheſi. Hac igitur ratione unaquæq; quæſtio concluditur: nonnulla tamen alia quoq; uia concludi poſſunt, ut uniuerſales ex particularium inſpectione, idq; per hypotheſin. Nam ſi c & g eadem ſint, & ſumatur, ipſum e in ſolo g reperiri, ipſum a in toto e reperietur. Qđ ſi rurſus d & g eadem ſint, e uerò in g ſolo dicatur, concludetur, a in nullo e ineſſe. Cõſtat itaq;, eam eſſe animaduerſionem adhibẽdam. Eadem eſt in neceſſarijs & contingẽtibus ratio: eſt enim in ijs eadem obſeruatio. & in contingenti ratiocinatio erit per eadem extrema, ac eodem ordine poſita, atq; in abſolutis. Contingentia autem nomine ea quoq; intelligenda ſunt, quæ cum nõ ſint, eſſe tamen poſſunt: oſtendimus enim, contingens per ea quoq; concludi. Eadem quoq; eſt ratio in alijs dicendi modis.

Omniũ quæſtionum ſyllogiſmos ſuperiorib. præceptis conſtrui, & præterea nullis

Ex ijs quæ adhuc expoſuimus, id conſtat, non modò hac uia ratiocinationes omnes ſtrui poſſe, ſed & alia nullo pacto poſſe. Cũ enim antea probatum ſit, ratiocinationes omnes in figuris antea expoſitis ſtrui, illę uerò ex alijs ac conſequentibus & antecedentibus rei cuiuſuis componi nequeunt, quippe cum ex ijs pronunciata fiant, & medium ſumatur, profectò nulla ratiocinatio ex alijs poteſt effici. Omnium igitur quæſtionũ concludendarum, tum quæ in philoſophia ſunt, tum quæ in quauis arte ac diſciplina tractantur, una eſt & eadem uia & ratio. in re enim quauis cogenda ſunt ſimul, quæ in ea inſunt, & in quibus ipſa ineſt: earumq; maximam copiam parare, atq; ita illa in tribus extremis contemplari, ſi euertas, hoc modo: ſin confirmes, illo. idq; ſi ad ueritatem agas, in ueris pronunciatis, & quæ re ipſa ita ſint: ſin de dialectica ratiocinatione cogites, in probabilibus & uериſimilibus. Ac ratiocinationum initia in totum expoſuimus, tum quo modo inter ſe affecta eſſe debeant, tũ quæ ſit eorum conquirendorum ratio, ne præcepta omnia,

A quæ expoſuimus, in ſingulis inſpiciamus, néue in confirmando & refutando eadem ſequamur: in toto item ac in parte aſtruendis, aut in ijs euertendis: ſed pauca quędam, ac certa nobis ſint ad obſeruandum propoſita. In ſingulis autem rebus ſic ſunt deligenda principia, ut aut ipſius rei quę propoſita ſit, principia quæras, ut boni: aut ſcientiæ principia. Sunt autem propria cuiq; arti permulta: unde & initia illa in quaq; re afferre, hominis eſt in ea maximè uerſati & periti. uerbi cauſa, ex peritia, quæ in rebus eſt aſtrologicis, aſtrologiæ petita ſunt principia. quippe ubi aſtrorum ratio longa obſeruatione comperta eſt, tum inuentæ ſunt & inſtitutæ de aſtrologia demonſtrationes: id quod in cæteris tum artibus, tum ſcientijs, eodem modo habet, quæcunq; ſunt illæ tandem. Vbi igitur inuenta fuerint, quæ in unaquaque re inſunt: noſtrum tum erit, demõſtrationes continuò ex ijs edere. Nam ſi in inueſtigãda rei natura nihil ſit prætermiſſum, quod illi re uera & planè inſit: licebit ſanè rerum omniũ, quę oſtendi poſſint, demonſtrationem inſtituere & adferre. Explicare etiam facile erit, ſi quid ita ſit natura cõparatum, ut demõſtrari nequeat. Quo igitur pacto pronunciata deligẽda ſint ad opus, in totum fermè expoſuimus: de qua ratione diligentius ac ſubtilius in commentario de Arte dialectica diſſeruimus.

Sua eſſe cuiq; arti principia oſtendit.

De Topicorũ libris, quidã intelligunt.

De diuiſione, & ex ea colligendi ratione.

Huius autem uiæ ac rationis particulam quandam eſſe eam quæ per genera fit diuiſionem, facilè intelligi poteſt, cum diuiſio ſit quaſi imbecilla quædam ratiocinatio: poſtulat enim id, quod probare oportuit. ſemper autem quidpiam ſuperius concludit, id quod ignorarunt, quicunq; ea
B ſunt uſi, atque inde rei naturam probare conati ſunt: quaſi uerò natura rei ac eſſentia demonſtratione concludi poſsit. ita nec intellexerunt, quid diuiſione concludi poſsit: nec hoc item eo, quo diximus, modo concludi potuiſſe. Ac cum demonſtratione concludẽdum eſt, quidpiam eſſe, medium id, quo ſtruenda eſt ratiocinatio, ſemper ſumi oportet minus ac anguſtius priori extremo, non de eo toto dici. At contrà fert diuiſio: ſumit enim uniuerſum medium. Nam ponamus pro a, animans, pro b, mortale, in c uerò immortale: homo uerò, cuius definitio ſumi debet, loco ipſius d locetur: ſanè ſumit, qui diuidit, omne animans mortale eſſe, aut immortale: perinde ac ſi dicas, omne a aut eſſe b, aut c: tum ponit, hominem eſſe animans. ſumit igitur, ipſum a in d ineſſe: concluditur itaque, omne d aut eſſe b, aut c: atque ita hominem neceſſariò mortalem eſſe, uel immortalem. At animans eſſe mortale ſolum, non efficitur neceſſariò, ſed poſtulatur, cum tamen concludendum id fuiſſet. Rurſus ſi quis conſtituat, a eſſe animans mortale, b uerò pedeſtre, loco ipſius c expes, in d uerò hominem intelligat: eodem pacto ſumit a aut in b eſſe, aut in c. nam omne animal mortale, aut pedeſtre eſt, aut expes. a item in d eſſe: ſumpſit enim, hominem animal eſſe mortale. ita neceſſariò efficitur, ut homo ſit animal pedeſtre, uel expes: non autem, ut ſit pedeſtre. ſed hoc ſumit, cum id rurſus illa argumentatione concludendũ eſſet. Ita in omni diuiſione hoc modo accidit, me

Demonſtrationis ac diuiſionis in cõcludendo, differentia.

In omni diuiſione medium uniuerſale ſumi

dium uniuerſale ſumi: extrema uerò, id de quo ſit concludendum, & differentis. demum nil plauè afferunt, quo efficiant neceſſariò ac doceant, quidnam homo ſit, uel aliud quiduis, de quo agatur. hęc enim illis una ratio eſt pro omnibus: nec interim quæ huius probationis uis eſſe poſsit, ſuſpicantur. Perſpicuum eſt autem, nihil hac uia nec in accidentibus, nec proprietatibus aut genere euerti poſſe, aut concludi. denique in quibus omnibus quæſtio eſt, itáne an ſecus res habeat: cuiuſmodi hoc eſt, ſitné dimetiens rationalis, an irrationalis. Nam ſi ſumat, qui diuidit, lineã omnem rationalem eſſe, aut irrationalem, ac dimetientem eſſe lineam: inde efficitur, dimetientem rationalem eſſe, aut irrationalem. Quòd ſi ſumat eam eſſe irrationalem, idipſum ponit, quod concludi oportuit, atque ita propoſitum probari nequit. cum enim hæc ſit diuiſionis rationis ratio, & per eam probari non poſsit aut rationale, aut irrationale (ſit loco a, linea: in b uerò, rationale, aut irrationale: in c, dimetiens) conſtat, non ad omnem modò diſputationem, non conferre illam inueſtigandi rationem: ſed ne ad eam quidem, cui maximè accomodata uideretur. Eſt igitur ex ijs quæ adhuc expoſuimus, dilucidũ, quibus ex rebus, quaque ratione ac modo demonſtrationes componantur, quæ item ſint in quouis genere quæſtionis obſeruanda.

DE RATIOCINATIONVM RESOLUTIONE, *pars tertia.* *Cap.* XX.

Dicendum autem deinceps fuerit, quomodo ratiociuationes referamus ad figuras eas, quas antea expoſuimus. Nam hoc u- B num ex propoſita diſputatione reſtat: tum demum enim ad finem perductum erit propoſitũ, cum & ſyllogiſmorum ſtructuram intellexerimus, & eorum inueniendi facultatem habuerimus, & ſtructos iam & compoſitos in figuras ſuperiores reſoluendi. In quo hoc etiam conſequemur, ut ex ijs quæ poſtea explicabuntur, confirmentur quæ antea expoſuimus, eorumque clarior ſit & apertior ueritas: quippe cum uera omnia neceſſariò conſentiant. At principiò enitendum eſt, ut duo pronunciata ratiocinationis ſecernas. quandoquidẽ facilior eſt diuiſio illa, quæ in maiores partes fit, quàm quæ in minutiores: tota autem ſuis partibus ſunt maiora. Tum animaduertendum, utrum in toto ſit, utrum in parte. Quòd ſi ambo ſumpta nõ ſint, & expreſſa, alterum ſumendũ eſt, & ſupponendũ. Nam & qui ſcribunt, & qui diſſerunt, ubi pronunciatum uniuerſale propoſuerint, quod eſt in eo comprehenſum omittunt: aut hæc quidem ponunt, ea autẽ prætermittunt: ex quibus hæc concluduntur, quippe quæ fruſtra poſtularentur. Eſt autem diligenter hoc obſeruandum, ſitne ſumptum quidpiam ſupernacaneum, an prætermiſſum quicquam, quod neceſſarium eſſet: atq; hoc adiungẽdum eſt, illud abijciendum, quouſq; ad duo tandem pronunciata peruentum ſit. niſi enim hæc ita fiant, reſolui ac reduci non poſſunt ratiocinationes rogatæ. Ac in nõnullis ſtatim perſpici poteſt, ſi quid deſit: in alijs res eſt obſcurior. ratiocinari enim uidentur, quia ex prouũciatis ſemel

[illegible], ἀνάλυσις, tria ſyllogiſmorũ principia repetuntur.

A poſitis ac conceſsis quidpiam efficitur neceſſariò: uerbi cauſa, ſi ſumptum ſit, niſi eſſentiæ aliqua tollatur, eſſentiam non tolli: quòd ſi partes tollantur, illud quoq; perire, quod illis conſtat. Nam ſi ſemel ea ſint poſita, neceſſariò inde efficitur, partem eſſentiæ eſſentiam eſſe. ex pronunciatis tamen aſſumptis id non eſt ratiocinatione cõclusum: imò pronunciata deſunt, quibus id efficiatur. Rurſum, ſi ubi homo ſit, neceſſe eſt animans eſſe: quando uerò animatus ſit, eſſentiá eſſe: neceſſariò quidem efficitur, ſi homo ſit, eſſentiá quoque eſſe. necdum tamen ratiocinatione id effectum eſt: quippe cum non eo modo collocata ſint pronunciata, quo præcepimus. In his autem ideo decipimur, quia quemadmodum ſyllogiſmus argumentatio eſt neceſſaria, ita hic ex pronunciatis conceſsis efficitur aliquid neceſſariò. at argumentatio neceſſaria in pluribus dicitur, quàm ſyllogiſmus: quippe cum ratiocinatio omnis neceſſaria eſt, non quicquid neceſſariò concludit, ratiocinatio eſt. Itaque non ſi quid ex pronunciatis propoſitis neceſſariò efficitur, continuò eſt enitendum, ut ad ſuam figuram referatur ea argumentatio: ſed ſumenda ſunt primùm duo pronunciata, atque ita in ſua extrema diſſoluenda, ac pro medio id habendum, quod in utroque pronunciato ſumitur. Nam in quauis figura medium in utroque pronunciato reperiri eſt neceſſe. ubi igitur de alio dicatur medium, & aliud de eo, aut de alio illud quidem enuncietur, de eo autem negetur aliud, tum prima erit figura: ſi de alio illud dicatur, & negetur de alio, media erit figura: ſin de illo alia dicantur, ſeu u- B num negetur, affirmetur alterum, poſtrema erit: ita enim medium diſponi docuimus in ſingulis figuris. Eadem autem erit ratio, etiam ſi pronunciata uniuerſa non ſint: eſt enim tum eadem medij collocandi ratio. Hinc igitur perſpicuum eſt, argumentationem eam ſyllogiſmum nõ eſſe, in qua res eadem ſæpius dicta non ſit: neque enim in ea medium aliquod ſumptum eſt. At uerò quando iam intelligimus quęnám quæſtio in quaq; figura concludatur, in qua uniuerſalis colligatur, qua item particularis, conſtat non eſſe omnium figurarum rationem ſemper habendã, ſed eius quæ cuique quęſtioni accommodata erit: in ijs autem quæſtionibus quę per multas figuras concluduntur, ex medij collocatione figuram deprehendemus. At enim ferè fit, ut in ſyllogiſmis decipiamur ob concludendi neceſsitatem, id quod paulo antè diximus: nonnunquã ex ſimilitudine extremorum collocandorum, id quod profectò ignorare nõ debemus: uerbi cauſa, ſi a dicatur in b, & hoc in c, uideri poſsit conſtitui ratiocinatio extremis ita collocatis, cum tamen nulla ſit argumẽtatio neceſſaria, nedũ ſyllogiſmus. Nam agnoſcemus in a perpetuũ, in b uerò Ariſtomenem intelligibilem, in c Ariſtomenem. ſanè a in b reuera ineſt: nam Ariſtomenes intelligibilis eſt perpetuus. b item in ipſo c eſt: nã Ariſtomenes intelligibilis eſt Ariſtomenes. a uerò non eſt in c, cum Ariſtomenes ſit caducus & mortalis. ex ea igitur extremorum diſpoſitione ſyllogiſmus non efficiebatur, ſed pronunciatum a b in toto ſumi oportuit. at falſum eſt, ſi quis poſtulet

Propoſitionis in ſua extrema reſolutio.

De neceſſario & theſi extremorum.

ſtulet omnem intelligibilem Ariſtomenem eſſe perpetuum, cum Ariſtomenes ſit mortalis. Rurſus loco ipſius c, Miccalus: pro b uerò, Miccalus muſicus: ubi eſt ipſum a, ponatur ipſum perire cras: ſanè b de c uerè affirmatur. nã Miccalus eſt Miccalus muſicus: a item in b uerè dicatur, nam craſtino die perierit muſicus Miccalus. cum tamen falſum ſit, a in c eſſe, id quod ſuperiori exẽplo eſt ſimile. mendacium eſt enim, ſi dicas, omnem Miccalum muſicum cras periturum: id q; ſi præmittatur, nihil planè concluderet. ac is error ob rem exiguam admittitur: nam quaſi nihil referat hoc in illo dicere, aut hoc in illo toto eſſe, ita concedimus.

De ecthesi, ſiue expoſitione extremorum.

Sæpenumero etiam errare ac falli ex eo ſolemus quòd fines ij non rectè explicantur, qui in pronunciatis adhibentur. uerbi cauſa, ſi a ſit ſanitas, morbꝰ uerò loco ipſius b, in c uerò ſit homo: ſanè uerè dixeris, nullum b poſſe eſſe a, quippe cum nullus morbus poſsit eſſe ſanitas. b item in toto c eſſe: nam homo quiuis morbo eſt obnoxius. hinc profectò conſequi uideatur, ut in nullo homine morbus eſſe poſsit: quod ideo fit, quia fines non ſunt aptè digeſti in uoce. Neq; enim ratiocinatio efficietur, ſi pro habitu ſumas res eas, quæ ab habitu appellationem habent: ut ſi pro ſanitate ſanum collocetur, pro morbo ægrum. neq; enim uerè dixeris, qui ægrotat, eum ualere non poſſe. quod ſi non ſumas, nihil concludas, niſi fortè quidpiam accidere, id quod fieri ſanè poteſt: accidit enim, ut in nullo homine ſit ſanitas. In media etiam figura, falſa concluſio eadem ratione colligitur. Accidit enim in nullo morbo ſanitatem eſſe, in quouis autem homine eſſe, atq; ita in nullo homine morbum reperiri. At in tertia figura falſa concluſio efficietur ex ipſo contingente. Fieri enim poteſt, ut in re eadem tota ſit ſanitas, ac morbus: ſcientia item, ac ignoratio, contraria item quæuis: cum tamen in ſe mutuò ineſſe non poſsint. Id autem cum ijs quæ ſuprà dicta ſunt, minimè conſentit: nam quandocunque plura in eodem eſſe poſſunt, illa quoq; in ſe mutuò eſſe poterant. Conſtat igitur, deceptionẽ in ijs ex finium collocatione oriri. Nam ſi res affectas, & quæ ab habitu appellationem habent, cõmutes, nihil cõcluditur falſum. Liquet igitur in pronunciatis huiuſcemodi rem affectam cõmutandam eſſe in affectionem, ac pro extremo eſſe collocandam.

De expoſitione coniunctorũ extremorũ, & caſuũ in ſyllogiſmis.

Nec uerò in omnibus conandũ eſt, ut extrema una dictione explicentur: quippe cum in multis ipſæ orationes ſint, in quibus nomen unum poſitum non eſt: unde paulo difficilius eſt ratiocinationes huiuſcemodi in ſuas figuras referre. At in nonnullis ob eam inueſtigationem falli ac errare accidet: uerbi cauſa, immediatorum uidebitur eſſe concluſio. Faciamus enim, ut in a ſint duo recti, in b triangulus, in c uerò æquicrurus: ſanè a eſt in c per b medium, in b uerò per aliud medium non item: quippe cum triangulus duos rectos ſuapte natura habeat, & per ſe ita ipſius a b nullum erit medium, cum tamẽ demonſtrari poſsit. Perſpicuum eſt igitur, medium non eſſe in omnibus ſumendum, quaſi quidpiã unum, ſed ut orationem nonnunquam. Id quod in exemplo propoſito accidit. Cum autem pri- A mum in medio, & hoc in poſtremo dicitur, non eſt ita accipiendum, quaſi extrema de ſe mutuò eadem ratione dicantur: aut primum de medio, eo modo quo medium de ultimo. ſed quot modis quidpiam eſſe dicitur, & uerè enunciatur: totidem ſanè modis arbitrandum eſt, intelligi aliquid in alio eſſe. uerbi cauſa, aduerſorum ſcientia eſt una. ponamus enim, in a unam eſſe ſcientiam, in b uerò inuicem aduerſa: ſanè a in ipſo b ineſt, non quaſi aduerſa ſint una ſcientia, ſed idcirco, quia uerè in his dicitur, unam eſſe eorum ſcientiam. Accidit autem nõnunquam primum in medio dici, medium in tertio non item. Verbi cauſa, ſi ſapientia eſt ſcientia, eſt autem ſapientia rerum bonarum: concluditur, rerum bonarum eſſe ſcientiam. hic non aſſumptum eſt in recto, ſcientia eſt bonum: at propoſitio in recto fuit, ſapientia eſt ſcientia. In nonnullis medium in tertia quidem dicitur, primũ in medio minimè: exempli gratia, omnium qualitatum uel etiã aduerſorum eſt ſcientia, bonum autẽ & aduerſum eſt & qualitas: atq; inde efficitur, quòd boni eſt ſcientia, non quòd bonum ſcientia ſit. Neq; hic propoſitio in recto fuit, quòd ſcientia eſſet, aut qualitas, aut contrarium: at aſſumptio in recto fuit, quòd bonum hæc ipſa eſſet. Aliquando nec primum in medio dicitur, nec medium in tertio: ubi primum in tertio aliquando quidem dicitur, aliquando non dicitur. ut quia quarum rerum ſcientia eſt, earũ eſt genus aliquod: at boni eſt ſcientia: concluditur inde, boni eſſe genus aliquod: nihil autẽ de alio dicitur in recto. Si uerò B illud eſt genus, cuius habetur ſcientia, boni autẽ ſcientia quædam eſt: concluditur, bonum eſſe genus: profectò primũ in poſtremo dicitur, de ſe mutò non item. Quod eodem modo in negatione eſt intelligendum. cum enim hoc in illo non eſſe dicimus, non ſemper intelligimus, hoc non eſſe illud: ſed nonnunquam, hoc non eſſe illius, aut illi.

Voluptas non eſt generatio.

Vt mutationis non eſt mutatio, nec generationis generatio eſt: at uoluptatis eſt generatio, non eſt igitur ipſa uoluptas generatio. Rurſus, ipſius riſus aliquod eſt ſignum: ſigni autem non eſt aliud ſignum: riſus igitur non eſt ſignum. hoc idem fit in cæteris alijs, in quibus euertitur quæſtio, ex eo quòd genus ad rem quodam modo referatur.

Occaſio nõ eſt tempus opportunum.

Rurſus, quòd occaſio nõ ſit tempus opportunum, ita concluditur: Nam Deo ſua eſt occaſio, at nullum illi tempus eſt opportunum, quippe cum Deo nihil utilitatem afferre poſsit: extrema enim collocanda ſunt, occaſio, tempus opportunum, deus: pronunciatũ autem in caſu nominis ſumi debet. Hoc enim omnino ac in omnibus præcipimus, quòd fines & extrema in recta appellatione accipi debent: ut homo, bonum, contraria: non autẽ hominis boni, contrariorũ. Pronunciata autem accipi debẽt ex uarijs ſingulorũ caſibus, nempe aut huic, quẽadmodum æquale: aut huius, ut duplũ: aut hunc, ut pulſans, uidens: aut hic, ut homo eſt animans: aut ſi quo alio modo nomen in pronunciato inflecti poteſt. Illud autẽ, eſſe quippiam in alio, ac de eo uerè dici, tot modis intelligi oportet, quot ſunt genera ſumma: eaq; aut certò quodam modo, aut omnino: ſimplicia item, aut coniuncta,

quod

quod in negatione eodem modo accidit. Sunt autem ea obſeruanda, ac quàm optimè fieri poſsit diſtinguenda.

De anadiploſi & theſi, hoc eſt iteratione & collocatione, in reſoluendo ſyllogiſmo.

Id autem quod in pronunciatis iteratur, extremo priori coniungendum eſt, non medio. quod dico tale eſt: ſi concludatur iuſticiæ eſſe ſcientiã, quòd bona ſit, illud bonum, quà bonum, extremo iungendum eſt. conſtituamus enim in a ſcientiam, quòd bonum: in b uerò, illud quod bonum: in c, iuſticia: ſanè a de b uerè dixeris. nam boni quod ſit bonum, ſcientia eſt. & b quoq; in c uerè dicitur: eſt enim iuſtitia id quod bonum. Ad hũc igitur modum reſolutio efficitur. Quòd ſi ipſi b coniungatur illud, quod bonum, iam nõ erit uerum: nam a de b uerè dicetur, b de c non item. nam ſi in iuſticia dicas, eam bonam eſſe, quà bonum: id & falſum eſt, & intelligi nequit. Eadem erit ratio, ſi ſalubre oſtendatur eſſe cognobile quà bonum, aut hircoceruus quà non eſt, aut homo caducus quà ſenſibilis: eſt enim in omnibus ijs quæ adprædicantur, extremo apponenda geminatio. Nec uerò eadem eſt extremorum diſpoſitio, ubi quid omnino concludatur, & quando hoc uel illud, uel quodam tenus, uel alio quodam modo: uerbi gratia, cum bonum probabitur eſſe cognobile, & cum quid concludetur cognobile quà bonum. Quin ſi cognobile omnino concludatur, medium collocandum eſt, id quod eſt: ſin quà bonum ſit, aliquod ens. Cõſtituamus enim in a ſcientiam, quà eſt quoddam ens, in b uerò aliquod ens, in c bonum: profectò a in b uerè dicitur: quippe cum ſcientia ſit alicuius entis, quà ens eſt. b item in c: nam quod loco ipſius c conſtitutum eſt, quodpiam ens eſt: ita & a in c uerè dicitur. erit igitur boni ſcientia, quà bonum quoddam eſt: nam quoddam ens certam quandam naturam modo deſignabat. Quòd ſi ens medium locetur, & extremo ens omnino, non quoddam ens adiectum ſit, diximus nõ effici ſcientiam eſſe boni, quà bonum eſt, ſed quà ens: ut loco a eſt ſcientia, quà ens: in b uerò ens, in c bonum. Ac conſtat, extrema eo modo eſſe ſumenda in ijs qui in parte ſunt ſyllogiſmi.

De nominũ & orationis commutatiõe, quo facilior ſit reſolutio.

Nomina etiam nominibus, quæ idem ualent, commutare oportet, orationem item oratione: nomen etiam ac orationem, ita ut orationẽ ſemper nomine commutes. Nam facilius eo modo extrema digeruntur: exempli gratia, ſi nihil referat, dicas ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, an opinabile non eſſe id quod ſuſpicabile: nã idem ſignificat, id quod pro oratione ſumptum eſt, tum ſuſpicabile & opinabile pro extremis ſunt collocanda. At uerò quia hæc diuerſa ſunt, uoluptas eſt bonum, & uoluptas eſt ipſum bonum, non ſunt eodem modo extrema conſtituẽda. Sed ſi concludatur uoluptatem eſſe ipſum bonum, extremum eſt collocãdum ipſum bonum: ſin eſſe bonum, bonũ modò id quod in alijs eodem modo ſit. Nec uerò hæc aut in re, aut in ſermone idem ualent, cui ipſum b ineſt, eidem toti ineſt a: & in quo toto reperitur b, in eo ipſo toto ineſt ipſum a. nihil enim prohibeat, b in c quidẽ eſſe, ſed non omni: nempe ſi b ſit quippiam pulchrum, c uerò album: profectò ſi in re quadam alba quippiam pulchri inſit, uerè dixeris, albũ eſſe

A pulchrum, non omne fortaſſe. Itaque ſi a eſt in b, nec tamen in ijs omnibus eſt, de quibus ipſum b dicitur, ſeu ipſum b in toto c reperiatur, ſeu in aliquo: non eſt neceſſe, a in c, non modò toto, ſed ne ullo quidem ineſſe. Quòd ſi in quacunque re ipſum b uerè dicatur, ipſum a inſit in ea omni, inde efficietur, in quo toto ipſum b dicitur, in eo quoque omnino dici ipſum a: ſi uerò de quo b dicitur, in eo toto dicitur ipſum a, nihil prohibet, b in c quidem eſſe, in eo uerò non toto a eſſe, uel etiam omnino non eſſe. Vbi igitur tria ſunt extrema, perſpicuum eſt illud, de quocunque b dicitur, ipſum quoque a dici, idem ualere, ac, de quibuſcunque dicitur b, de ijs quoque omnibus ipſum a dici. quòd ſi b de aliquo omnino dicatur, a quoque eodem pacto dici: ſin in aliquo non omnino dicatur, non eſt neceſſe ipſum a in eo toto eſſe.

Occupatio cũ ſolutione.

Nec uerò exiſtimandum eſt, ob diſpoſitionis exempla alienum quid, aut abſurdum euenire: neq; enim in exemplum adducimus, hoc eſſe illud: ſed ut geometra lineam iſtam pedalem eſſe dicit, ac rectam & illatabilẽ, cum ea non ſit: nec ijs utitur, quaſi inde aliquid concludat. Qui enim quippiam demonſtrat, id nullo pacto ex eo efficiet, quòd totius rationem ad partem ſuam nõ habeat: aliud autem ad hoc, ut pars ſit toti comparata: cum ne ratiocinatio quidẽ iſto modo fiat. ſed ea expoſitione utimur eodem modo, ac qui dicunt rem percipere ſenſu eum qui inſtituitur. neque enim hæc ita ſunt, quaſi ſine his res ipſa demonſtrari nequeat: ut ſunt ea, ex quibus ratiocinatio ſtruitur. Nec uerò ignorare id debemus, non omnes concluſio-

B nes, quæ una & eadem ratiocinatione efficiuntur, ad eandem figuram pertinere: ſed alias per hanc, alias per illam colligi. Vnde conſtat, reſolutionem eo quoque modo eſſe faciendam. Cum autem quæſtio non omnis in quauis figura, ſed in ſingulis certè probetur, ex complexione facilè intelligitur, in qua figura res inueſtigari debeat. Ac in definitionibus probandis, ubi definitionis particulam unam probaueris, ea ad quã probatio pertinet, pro extremo collocanda eſt, non tota oratio. Ita enim accidet, ut prolixitate minus turbemur. Exempli gratia, ſi quis probauit aquam eſſe humorem potabilem, potabile & aqua pro extremis ſunt collocanda.

De reſolutione ſyllogiſmorũ, qui ſunt ex hypotheſi, & impoſſibili.

Iam enitendum non eſt; eos ſyllogiſmos referre in figuras, qui ſunt ex hypotheſi. Nec enim referre eos poſsis ex ijs quę propoſita ſunt: quia ſyllogiſmo non probant, ſed ex conuentione & pacto admittuntur. Verbi cauſa, ſi quis id ponat, ſi una contrariorum non ſit facultas, nec ſcientiam quidem eorum unam eſſe: tum probet contrariorum non eſſe unam facultatem, nẽpe quia ſalubris & inſalubris non eſt eadem: ita enim fieret, ut res eadem ſalubris eſſet, & inſalubris. profectò probatum eſt eo modo, non unam eſſe contrariorũ omnium facultatem. at eorum ſcientiã non eſſe unam, probatum quidẽ id non eſt, quamuis neceſſariò fateri id oporteat: non ratiocinatione quidem, ſed ex pacto ac conſenſu. Non poteſt igitur hic ſyllogiſmus ad figuram referri: ſed ille poteſt, quo concluditur non unam eſſe contrariorum facultatem: is enim fortaſſe

taſſe ratiocinatio fuit, ille hypotheſis tantum. A Eodem pacto res habet in ijs qui per incommodum concludunt. nec enim reſoluere eos poſsis; ductum autem ad incommodum, maximè. nam is ratiocinatione probatur. Illum quidem facere non poſsis, quia ex hypotheſi concluditur. Eſt autē inter hos ſyllogiſmos, & ſuperiores, diſcrimen: quòd in illis præconceſsione eſt opus, ut rem confiteatur aduerſarius. ut ſi probatur unā eſſe contrariorum facultatem, ac eorum eandem eſſe ſcientiam: in his autem ſine ulla præconceſſione, rem confitebuntur ob perſpicuam falſitatem: uerbi cauſa, ſi ponas dimetientem eſſe rationabilem, conſequitur, ut numeri impares paribus ſint æquales. Sunt autem permulti quoq; alij, qui ex hypotheſi concludunt, ſyllogiſmi, qui diligenter & aptè obſeruandi ſunt & annotandi. Ac quot ſint ſyllogiſmorum ex hypotheſi genera, quotque modis illi fiant, poſterius explicabimus. Quod ad rem præſentem attinet, hoc tantum intelligi debet, ſyllogiſmos eiuſmodi in figuras referri non poſſe, ob eam, quam expoſui, cauſam.

De reciproca reductione ſyllogiſmorū unius figuræ in aliam.

In quæſtionibus autem omnibus, quę per plures figuras probantur, ſi quæ in una concluſa ſit, ipſam argumentationem in alteram figuram referre poſsis, ut quæ priuans in prima concluditur, in ſecundam, quæ in hac, in primam referatur, non omnes, ſed aliquæ: id quod in progreſſu perſpicuum erit. Nam ſi a in nullo b reperitur, & b eſt in toto c, a ſanè in nullo c repetitur: nam hoc pacto prima figura efficitur. Quòd ſi inuertas pronunciatum priuans, media erit figura. Ita enim b in nullo a erit, & in c toto. Hoc idem fiet, ubi in parte tantum, non omnino concludet ratiocinatio. Vt ſi a in nullo b, & hoc in aliquo c inſit. nam efficietur figura media, ſi reciprocetur pronunciatum priuans. Ex ijs autem ratiocinationibus, quę in ſecunda figura ſtruuntur, uniuerſales quidem in primam figuram referentur: ex ijs, quæ in parte concludunt, altera tantum. Faciamus enim, ut nullum b ſit a, omne uerò c ſit a: ſanè ſi retrò commeet negatio, prima figura dicetur. nam eo modo nullū a eſt b, & omne c eſt a. Quòd ſi ipſi b affirmatio iungatur, ipſi uerò c negatio, illud c in maiori extremo collocandum eſt. ita enim fiet, ut nullum a ſit c, & omne b ſit a. atque ita nullum b erit c, nec ullum quidem c erit b. reciprocatur enim priuans pronunciatum. Quòd ſi ratiocinatio in parte concludat, ubi maiori extremo negatio fuerit iuncta, in primam figuram reducetur: ut ſi a in nullo b inſit, & in c aliquo. efficietur enim prima figura, ſi retrò commeet negatio. nam b in nullo eſt a, & hoc in aliquo c ineſt. Vbi uerò affirmatio ita fuerit, reſolui non poſsit. ut ſi omne b ſit a, non omne uerò c ſit a: nam illud a b reciprocationem non admittit. Quòd ſi fortè illa fiat, non ſtabit concluſio. Nec item quæ in tertia figura ſtruuntur ratiocinationes, in primam omnes referri poſſunt: contrà quæ in hac fiunt, ad tertiam omnes referantur. Faciamus enim, exempli cauſa, ut omne b ſit a, & aliquod c ſit b: cum igitur affirmatio in parte reciprocetur, c quoq; in aliquo b inerit: a autem in toto b erat: fit igitur figura tertia. Eadem erit ratio, ſi priuans ſit ratiocinatio. Nam quia affirmatio in parte inuertitur, ac retrò commeat, efficitur, ut a in nullo c inſit, & c in aliquo. Ex ratiocinationibus autem, quæ in poſtrema figura ſtruuntur, una modò in primam figuram reſolui nequit: nempe ubi negatio in toto non fuerit, reliquæ referri poſſunt omnes. Ponamus enim, ut & a & b in toto c dicantur, profectò ipſum c in utrumuis retrò commeabit in parte: atque ita ipſum a in aliquo b inerit, & efficietur prima figura, dum a in toto c ineſt, & hoc in aliquo b. Eadem erit ratio, ubi a in toto c inerit, b uerò in c aliquo. nam ipſa b c inuertuntur ac reciprocantur. Quòd ſi b in toto c, & in hoc aliquo ipſum a inſit, collocandū eſt ipſum b in primo limite. nam eo modo ipſum b in toto c erit, & hoc c in aliquo a: atque ita ipſum b in aliquo a: & quia pronunciatum in parte retrò commeat, ipſum b in aliquo a inerit. Ac ubi ratiocinatio priuans fuerit, & extrema omnia in toto ſint, eodem modo omnia ſumi debent. Sit enim, exempli gratia, b in toto c, & in hoc nullō ipſum a: profectò ipſum c in aliquo b non erit. a uerò in nullo eſt c: ita medium erit ipſum c. Hoc idem fit, ubi negatio eſt in toto, affirmatio in parte. nam a in nullo c ineſt: c uerò in b aliquo. quod ſi negatio in parte ſumpta ſit, reſolutio nulla erit: nempe ſi omne c eſt b, quoddam autem c nō ſit a. Si enim illud b c inuertatur pronunciata ambo illa quidem in parte erunt. Conſtat autem in mutua illa reductione in figuras, pronunciatum, quod minori extremo iunctum eſt, in utraque fi- B gura eſſe inuertendum: hoc enim commutato, egreſsio efficitur. Ex his autem quæ in figura media fiunt ratiocinationes, una in figuram quidem tertiam reſoluitur: altera nō item. Referetur enim ea, in qua negatio eſt uniuerſalis. nam ſi a in nullo b ineſt, & in c aliquo, utrumuis cum ipſo a æquè inuertitur: atque ita nullum a erit b, & quoddam a erit c. erit igitur ipſum a medium. Quòd ſi a in toto b ineſt, in aliquo c non item, nulla fit reſolutio, cum neutrum ex pronunciatis poſt reciprocationem ſit uniuerſale. Reſoluētur etiam in mediam figuram, quæ in tertia ſunt ratiocinationes: quandocunque negatio in toto fuerit. ut ſi a in nullo c ineſt, & in b aut aliquo, aut omni: nam c in nullo a inerit, & in b aliquo. Quòd ſi priuatio ſit in parte, nulla erit reſolutio. neque enim reciprocationem admittit negatio ea quæ eſt in parte. Hinc igitur conſtat, eos ipſos ſyllogiſmos in his figuris non reſolui, qui in primam referri non potuerunt. Ac cum alij ſyllogiſmi in primam figuram referantur, ij ex incommodo tantum probantur. Ita ex ijs quæ hucuſque expoſuimus, perſpicuum eſt, quo pacto ratiocinationes reduci oporteat: quòd etiam figuræ in ſe mutuò commeant & reſoluuntur.

De ſyllogiſmis infinitis, & mutua conſequendi ratione.

Nec uerò parum refert ad confirmandum, uel refutandum, arbitreris ne hæc idem ualere, an diuerſa eſſe. non eſt inquam hoc, & eſt non hoc. uerbi cauſa, non eſt album, & eſt nō album: neque enim idem ualent. nec huius, eſſe inquam album, negatio eſt illud, eſſe non album, ſed non eſſe album.

Affirma-



Cuius rei ea eſt ratio. nam eodem modo ſe habet illud, poteſt ambulare, ad alterum, poteſt nõ ambulare: quo modo illud, eſt album, ad alterũ, eſt non album: & hoc, nouit bonum, ad illud, nouit non bonum. Nihil enim refert dicas, hic bonum cognoſcit, an, eſt peritus boni: nec item refert dicas, poteſt incedere, an eſt potens incedere. itaque illorum contraria eadem ſunt, non poteſt ambulare, non eſt potens ambulare. Quòd ſi idem ualent, illud, non eſt potens ambulare, &, eſt potens non ambulare, uel etiam nec ambulare, profectò hæc eadem in eadem re ſimul reperientur: quippe cum homo idem facultatẽ habeat ut ambulet, & non ambulet, & eſt peritus boni & non boni. At affirmatio & negatio contrariæ, in eadem re ſimul nunquam inſunt. Atque ita, quemadmodum hæc non idem ualent, non noſſe inquam bonum, & noſſe non bonum: ita nec illa, eſſe non bonum, & non eſſe bonum, rem eandem ſignificant. Nam in his quæ ſimilitudine inuicem comparantur, ſi unum ſit alterum, aliud quoque neceſſariò eſt: nec idem ualent, eſſe non æquale, & non eſſe æquale. Ei enim quod eſt, eſſe non æquale, aliquid ſubiicitur, quod eſt inæquale: alteri planè nihil. quo fit, ut non quæuis res æqualis ſit, aut inæqualis: ęqualis, uel nõ æqualis maximè. Iam hæc non ſimul perpetuò reperiuntur, eſt non album lignum, & non eſt album lignum. Nam ſi quid eſt lignum non albũ, illud eſt lignum: ſi quid uerò nõ ſit lignum albũ, non eſt neceſſe ut ſit lignum: unde conſtat, ipſius pronunciati, eſt bonum, illud, eſt non bonum, negationem non eſſe contrariã. Quòd ſi de re quauis una, uel affirmatio uerè dicitur, uel negatio oppoſita, profectò ubi negatio non uerè dicetur, affirmatio quodam modo uerè enunciabitur. At cuiuſuis affirmatiõis ſua eſt negatio: illius igitur iſta erit contraria, non eſt non bonũ. Porò hunc ordine hæc omnia ſeruant inter ſe. ponamus

A loco ipſius a eſſe bonum, in b non eſſe bonum, in c uerò eſſe non bonum, idque ſub ipſo b: demum non eſſe nõ bonum in d, ac ſubijciatur ipſi a: ſanè in re quauis aut ipſum a inerit, aut b ipſũ item c uel d, & in nulla re eadem ineſſe ſimul poſſint: ac in quacunq; re c reperitur, neceſſe eſt ipſum b in quauis reperiri.



Nam ſi uerè dicitur, aliquid eſſe non albũ, uerum quoq; eſt, illud non eſſe album: quippe cum fieri nequeat, ut quid ſimul ſit album, & non album: nec item ſit lignum non album, & ſit lignũ album: quòd ſi affirmatio ipſa nõ inſit, inerit negatio. ipſum autem c non perpetuò in toto b reperitur. nam quod planè non eſt lignum, nec lignum quidem eſt non album. Contrà fit in his, in quocunq; reperitur ipſum a, in eo reperitur ipſum d: quandoquidem neceſſe eſt uel c uel d in eo reperiri. At uerò quoniam fieri nequit, ut res eadem ſimul ſit non alba, & ſit alba, ipſum d ſemper inerit. Nam de ea re quæ alba ſit, uerè dixeris, eam non eſſe non albam: at ipſum a nõ dicitur in toto d. nam de ea re quæ lignum planè non ſit, nõ uerè dixeris ipſum a, nempe quod ea ſit lignum album, atque ita in ipſa ipſum d uerè dicitur: at ipſum a, nempe quòd ea ſit lignum album, non ita. Conſtat etiam, in nulla re eadem ineſſe poſſe a & c, quamuis b & d in nonnullis iiſdem reperiri poſſint. Eandem rationem ſeruant priuationes ad enunciationes, modò is obſeruetur ſitus. collocemus in a æquale, loco ipſius b non æquale: ubi eſt c ponatur inæquale, in locum d ſuccedat non inæquale. ac in rebus per multis, quibus aliquid idem partim inſit, partim nõ inſit, æquè uera negatio fuerit: nempe quòd non omnia illa ſunt alba, uel etiam quòd nõ eſt album unumquodque ex illis: cũ tamen falſum ſit,

ſit,nnmquodq; eſſe non album, uel omnia eſſe non alba.Eodem modo illiua pronũciari, omne animans eſt candidum, non eſt hæc negario contratia,omne animans eſt non album (hæc enim ambo falſa ſunr) ſcd illud, non omne animal eſt candidum. Iam uerò, ex quo conſtat, hæc pronunciara res diuerſas ſignificare, eſt non album, inquam,& non eſt album:cumque alrerum aiat, alterum neget: perſpicuum eſt, non eandem eſſe utriuſque probandi rationem. uerbi cauſa, omne animana non eſſe candidum, aut poſſe nõ eſſe candidum, & uerè dici non album: quod idem eſt, atque eſſe non album. At uerò horum omnium,nempe quod uerè dicatur, eſſe album, uel non album,eadem eſt concludendi rario:ambo enim hæc per ratiooes concludendæ affirmationis concludũtur in prima figura. Nam ipſum uerum eandem uim & ſitum habet,ac ipſum eſt: nam ipſius pronũciati, uerum eſt aſſeuerare hoc album,non eſt hæc oegatio contraria, uerum eſt aſſeuerare hoc non album : quin potius illi contraria eſt,non uerum eſt aſſeuerare album.Quòd ſi uerè dicatut,quiſquis homo fuerit,eum muſicum eſſe, uel non muſicum: ſumendũ eſt, omne aolmana muſicum eſſe,uel non muſicum: atque ita res eſt confecta.At uerò illud, omnem hominem non eſſe muſicum, in modum refutationis concluditur:idque in tribua modis, quoa ſuperius expoſuimua. Ar ut ſemel dicam, quodocunque a & b ita ſuot inter ſe affecta, ut in nulla re eadẽ ambo ineſſe poſsint,& in re quauis neceſſe ſit alretum eſſe:c item & d eandem inter ſe rationem ſeruant:ac ipſiua c illud a ſir cooſequẽs, nec B retrò commeet:profectò ipſum d conſequens erir ad b,nec reciprocabitur. atq; a & d in re eadẽ eſſe poſſunt,b & c non poſſunt: ac primum hinc planè intelligitur,ipſum d conſequi ad b.

Hypotheſis prima.

B *Oppoſita de nullo ſimul, de omni alterum* A

Bonum Non honum

Hypotheſis tertia

a conſequens b, nõ re

Quartũ monſtrandũ

& non recurrens

Secundum monſtrandum ſimul ſtant.

Non ſimul ſtant Tertium monſtrandum

Primũ monſtrandũ

D conſequens b,

currens.

Hypotheſis ſecunda.

D *Oppoſita de nullo, de omni alterum* E

Noo Iuſtum Iuſtum

Nam cum alterum horum, c inquam uel d ne-

A ceſſe ſit eſſe:in qua autem re b ineſt, ipſum c eſſe nequit,quia ad ipſum ſtatim conſequitur a: hæc autem,a inquam & b, in re eadem ſimul eſſe nequeunr:manifeſtum eſt igitur, quòd ipſum d cõſequitur. Iam uerò cum c ooo reciprocetur cum ipſo a, & in re quauis uel c dicitur,uel d,ita accidit,ut a & d in eadem re inſint:b uerò & c eſſe ſimul nequeuot, eo quòd ipſum a ſit conſequens ad c. Inde enim res quædam abſurda conſequitur,& quæ fieri non poſsit. Conſtat igitur, ne ipſum quidem b cum c reciprocari:quandoquidem ipſum a cum d ſtare poteſt. Ar uerò in nonnullia accidit,ut decipiamur in huiuſcemodi finium diſpoſitione: idq; ex eo, quòd oon bene ſumantur contraria ea,quotum alterum in re quauia ineſſe ſit neceſſe.uerbi cauſa, ſi a & b in re eadem ſimul eſſe non poſſunt,& neceſſe eſt in qua re alterum non ſit,in ea alterum eſſe: c irem & d eodem modo inter ſe ſunr affecta, ac ipſum a in totum conſequitur ad c: ita enim concludetur, in qua re ſit d,in ea neceſſariò eſſe b: id quod falſum eſt. Sumamua enim negationem ipſorum a b, quæ ſir in loco f:illorum item c d, quæ ſufficiatur in locum ipſiua g: profectò neceſſe eſt, in re quauia aur a uerè dici,aut f,nempe affirmationẽ, aut negarionem:c item,uel g,cum hæc ſinr aientia & oeganria. ac in quacunque re c ineſt, in ea quoque a ponitur:atque ita in quacunque re ioeſt ipſum f,in ea quoque ineſt & g. Rurſua quando in re quauis uel f uel b dicitur, g item, uel d: g autem conſequitur ad f, atque ita ipſum b conſequena etir ad d,id quod iam intelligimus. Itaque ſi a conſequitur ad c, b quoque ex d conſe-
B quẽs erit:id quod planè falſum eſt.Nã in his quæ ita ſunt inrer ſe affecta, conſecurionẽ contrà ualere docuimus: nec enim fortaſſe eſt neceſſe, ut in re quauis aut a dicatur, aur f: f irem, aut b: nec enim ipſum f negatio eſt illius a. nam boni, non bonum, negatio eſt: ar non idem ualet, hoc non eſt bonum,ac illud,non eſt nec honum, nec non bonum. Eadem eſt ratio ipſorum c d: nam duæ negationea in hia ſumptæ ſunt.

ARISTOTELIS DE
PRIMA RESOLVTIONE
Liber II. Caput I.

HVcuſque igitur id à nobis expoſitum eſt, quot figuris, quot item quibusq; pronunciatis, quando, quaq; ratione ſtruatur ratiocinatio: quæ etiam inſpectanda ſinr ac obſeruanda ei,qui aliquid refutare, uel confirmare uelit:quæ etiam ſit inueſtigandi propoſiti ratio in arte quauis,qua item uia ac rarione uniuſcuiuſq; quæſtionia principia reperiamus. At uerò cum ex ſyllogiſmis alij in toto ſint,alij in parre:qui in toto ſunr,mulra ſemper concludunr: qui uerò in parte ſunt,ſi affirmenr, plura quidẽ conclodunt: ſin negent, uoam rantum concluſionem colliguor. quod Ideo fit, quia pronunciata alia retrò commeant,at negatio in parte non item. Cõcluſio aurem aliquid de aliquo ſignificat: ita fit, ut ratiocinationes aliæ mulra concludant. uerbi cauſa, ſi concluſum ſit, a in toto b ineſſe,uel etiam in aliquo, neceſſariò inde efficitur,ut h in ali *Qui ſyllogiſmi plura concludant.*

f quo

quo a reciprocetur: ut quòd ſi a in nullo c inſit, ne in ullo quidem a ipſum b inerit. Hoc autem pronunciatum à ſuperiori diuerſum eſt. Quòd ſi a in aliquo b non inſit, non ideo efficitur, ipſum b in aliquo a non reperiri: quippe cum fieri poſſit, ut in eo toto inſit. Atque ea eſt una omnium ſyllogiſmorum ratio, tam qui in toto, quàm qui in parte colligunt. In uniuerſalibus autem alia quoque ratio afferri poteſt. Eorum enim omniũ quæ uel medio continentur, uel concluſione, una eſt & eadem ratiocinatio, ſi hæc in concluſione ponantur, illa in medio. uerbi cauſa, ſi concluſio a b colligatur per c, neceſſe eſt, ut a de omnibus ijs dicatur, quæ ipſo b aut c continentur. Nam ſi d in toto b eſt, hoc uerò in toto a, profectò d in toto a continebitur. Ruſus ſi e in c toto contineatur, c uerò in a, profectò & e in ipſo a toto continebitur. Eadem eſt ratio, ubi priuans fuerit concluſio. In ſecunda autem figura concludere tantum licet, quod complexione continetur: ut ſi a in nullo b inſit, & in c toto, efficietur ipſum b in nullo c ineſſe. Quòd ſi d ſub c contineatur, conſtat in eo non eſſe ipſum b: ex ea autem ratiocinatione non conſtat, ipſum b non ineſſe ijs quæ ſub a continentur: tametſi e ipſa in ipſo e non inſit, ſi ſub a ipſum contineatur. At ratiocinatione eſt effectum, b in nullo c ineſſe: in a uerò non eſſe, citra probationem, & ut confeſſum eſt ſumptum. Itaque ratiocinatione non efficitur, b in e non eſſe. In ijs autem qui in parte colligunt ſyllogiſmi, quod ad ea attinet quæ cõplexione continentur, nulla eſt eorum neceſſitas. neque enim efficitur ratiocinatio, ubi illa in parte ſumpta ſit propoſitio. Eorum autem quæ B medio continentur, omnium quidem concluſio erit, non tamen ex ratiocinatione: ut ſi a in toto b, & hoc in aliquo c inſit, profectò id quod ſub c collocatum eſt, non concludetur: quod autem ſub ipſo b eſt, maximè, non tamen ob ratiocinationem antecedentem. Hoc idem fit in alijs quoque figuris. neque enim concludetur id, quod complexione comprehenſum eſt. Alterum autem, concludetur illud quidem, ſed non per ratiocinationem: quomodo in uniuerſalibus probabantur, quæ ſub medio erant, per pronunciatum nondum probatum, atque ita in his concludetur: alioqui ne in illis quidem concluſio erit.

Ex ueris falſum concludi non poſſe: ex falſis uerũ interdũ poſſe in prima figura.

Poteſt autem fieri, ut pronunciata uera ſint ea quibus conſtat ratiocinatio, nonnunquam etiam falſa: aliquando, ut alterum uerum ſit, alterum falſum. Complexio autem neceſſariò uera eſt, uel falſa: ac ex pronunciatis ueris cõplexio falſa concludi nequit: ex falſis uera quidem colligi poteſt, non tamen per cauſam colligetur, ſed quòd ſit modò. Neque enim ex falſis ratiocinatio unquam eſt, eaque per cauſam: cuius rei ratio in progreſſu explicabitur. Principiò igitur ex ueris falſum concludi non poſſe, ex ijs erit perſpicuum. nam ſi ubi a ſit, neceſſe eſt b eſſe: ubi hoc non ſit, neceſſe eſt a non eſſe. ubi igitur uerum ſit ipſum a, neceſſe eſt quoque ipſum b uerum eſſe. Alioqui accidet, ut res eadem ſimul ſit, & non ſit: id quod fieri nequit. Neque uerò ſuſpicetur aliquis, ex eo quod ipſum a extremũ unicum poſitum ſit, ex uno poſito quidpiam A neceſſariò effici. Neque enim hoc fieri poteſt. nam id quod efficitur neceſſariò, concluſio appellatur: ex quibus autem ea efficitur, illa minimum tria ſunt extrema, interualla autem ac pronunciata duo. Vbi igitur uerum ſit, in quo b inſit, in eo toto ipſum a ineſſe: in quo uerò ſit c, ipſum b quoque inſit: neceſſe eſt, in quo ſit c, in eo quoque a ineſſe. Nec falſum id ullo modo eſſe poteſt. Illud igitur a, quod quaſi unum acceptum eſt, pro pronunciatis duobus coniunctis eſt intelligendum. Eadem quoque eſt priuantium ratio. Neque enim ex ueris falſum probari ullo modo poteſt: ex falſis autem uerum concludi, illud quidem poteſt, ſeu falſa ſint ambo pronunciata, ſeu alterum: nec tamen utrumuis, ſed ſecũdum, ſi pronunciatum in totũ falſum ſumamus, alioqui utrumuis indiſcriminatim. Faciamus enim, ut a in toto c inſit, & in b nullo, profectò ne b quidem in c erit. Quòd autem dicimus, accidere poteſt: uerbi cauſa, nullus lapis eſt animans, nullus item homo eſt lapis. Vbi igitur ſumptum ſit, a in toto b ineſſe, & hoc in toto c, a in omni c inerit: atque ita ex pronunciatis ambobus falſis uera efficitur concluſio: omnis enim homo eſt animans. idem eſt exiſtimandum de complexione priuante. Nam ponamus, a in nullo c ineſſe, item & b, a uerò in toto b ineſſe: ut ſi ea ipſa extrema ſumantur, & in ijs homo medium collocetur. Nam & animans, & homo in nullo lapide inſunt, animal autem omni homini ineſt: atque ita ſi ſumamus in eo nullo ineſſe, cui toti ineſt, contrà in quo non ineſt, in eo toto eſſe, ex ambobus pronunciatis falſis uera efficietur concluſio. B Hoc idem probabitur, ubi utrunque in parte falſum ſumatur. Quòd ſi alterum modò falſum ponatur, ubi primũ in toto falſum fuerit, ut ipſum a b, non efficietur uera concluſio: uera autem erit, ſi b c ſumatur falſum. Appello autem pronunciatum in totum falſum, quod contrarium eſt uero: ut ſi in toto eſſe ſumptum ſit, quod in nullo ineſt: aut contrà, quod in toto ineſt, in nullo ineſſe. Ponamus enim, ut a in nullo b inſit, b uerò in c omni: profectò ſi pronunciatum b c uerũ ſumptum ſit, a b uerò planè falſum, ac ipſum a in b omni ineſſe ſit poſitum, fieri non poteſt ut uera ſit concluſio: ipſum enim a in nullo c inerat: quandoquidem cuicunque inſit b, in eo nullo inerat ipſum a: at illud b in c quouis erat. Nec concluſio quidem uera eſſe poſsit, ſi a in b quouis inſit, b uerò in omni c: ac pronunciatum b c uerum ſumptum ſit, a b uerò in totũ falſum, hoc modo, nullum b eſt a, concluſio ſanè falſa erit: nam ipſum a in toto c reipſa ineſt: in quocunq; enim ipſum b ineſt, in eo quoque ineſt a. at b eſt in omni c. conſtat itaque concluſionem ueram non fore, ubi pronunciatum prius omnino falſum ſit ſumptum, ſeu affirmet illud, ſeu neget: alterum autem uerum ſit. quòd ſi falſum quidem illud ponatur, non omnino tamen, uera tum erit cõcluſio. Nam ſi a in omni c ineſt, & in b aliquo, b item in omni c: quemadmodum animans in omni cygno ineſt, & in albo aliquo, album uerò in toto cygno ineſt, profectò ſi ſumptum ſit, a in omni b ineſſe, b uerò in omni c, a in omni c reuera inerit: eſt enim omnis cygnus animans. Eadẽ

erit

erit ratio, ubi pronũciatum a b priuans fuerit: fieri enim poteſt, ut a in aliquo b inſit, in c uerò nullo, b autem in c toto. uerbi gratia, animans eſt in aliquo albo, & in nulla niue, candor autẽ in omni niue repetitur: ſi ergo ponatur, a in nullo b ineſſe, & hoc in omni c, ipſum a in nullo c inerit. At uerò ſi proloquium a b in totum uerum ſumatur, & b c omnino falſum, efficietur uera concluſio: nihil enim cauſæ eſt, quo minus ipſum a in b & c totis inſit, b autem in nullo c reperiatur. Huius rei indicio ſunt omnes eiuſdem generis formæ, quæ non ſe inuicem contineant: animans enim in equo & homine repetitur, equus autẽ in nullo homine uiſitur: erit igitur falſa concluſio, ubi a in toto b ſumatur, & hoc in toto c inerit, ut omnino ſit falſum proloquium b c. Hoc idẽ fiet, ubi propoſitio a b priuans fuerit: quippe cum fieri poſsit, ut a in nullo b, in c item nullo inſit, b itẽ in nullo c, ut ſe habet alterum genus ad formas alterius. nam animal nec muſicæ, nec medicinæ ineſt, nec muſica etiam medicinæ: ita ſi ſumatur, a in nullo b eſſe, b uerò in c toto, uera erit cõplexio. Quòd ſi pronunciatum b c non omnino, ſed in parte falſum ſit, ita quoq; uera erit concluſio: nihil enim quicquam prohibet, quo minus a in b & c toto inſit: b uero in c quodam, ut genus in ſpecie eſt, & differente. animans enim in omni homine ineſt, & in omni terreſtri: homo uerò in aliquo terreſtri ineſt, non omni. Si igitur ſumatur, a in omni b ineſſe, & hoc in omni c: efficietur a in omni c ineſſe: id quod uerum erat. Idem fieri exiſtimandum eſt, ubi proloquium a b priuãs ſit: accidit enim, ut a in b ac c nullo inſit, b uerò in aliquo c, quomodo ſe habet genus unum ad formam, & differentiam generis diuerſam. animans enim nulli prudentiæ ineſt, nulli item cognitioni, prudentia autem alicui cognitioni ineſt. atque ita ſi ſumatur, a in nullo b, & hoc in omni c, a in nullo c inerit: id quod antea uerum erat. In ratiocinationibus item in parte accidit, concluſionem ueram eſſe, ubi prius pronunciatum in totum ſit falſum, alterum uerum: uel illud in parte falſum, hoc omnino uerum. Item cum a b uerum ſit, particulare autem pronunciatum falſum: quando item ambo falſa ſint. nihil enim uetat, a in nullo b eſſe, & in c aliquo, ut b in c aliquo ſit. exempli gratia, animãs in nulla niue eſt, & in aliquo albo, & in albo aliquo eſt nix. ita ſi nix medium collocetur, animans uerò primum, & ſumatur a in toto b eſſe, & hoc in aliquo c, effatum illud a b in totũ falſum eſt: alterũ autẽ b c inquam uerum, & concluſio inde uera efficitur. tantundem fiet, ſi propoſitio a b neget: quippe cum fieri poſsit, ut a in toto b inſit, in aliquo autem c non inſit, b uerò alicui c inſit. uerbi cauſa, animans in toto homine ineſt, & alicui albo nõ eſt conſequens, cum tamen homo alicui albo inſit. Atque ita uera erit concluſio, ſi homo medius ponatur, ac ſumatur, a in nullo b eſſe, & hoc in aliquo c, cum tamen pronunciatum a b omnino ſit falſum. Concluſio item uera erit, ſi proloquiũ a b in parte ſit falſum, & b c uerum: neque enim quicquam uetat, a in b & c aliquo ineſſe, & b in aliquo c: ut animans in aliquo pulchro reperitur, in aliquo item magno, & pulchrũ in aliquo ma-

A gno eſt. ſi igitur ſumas, a in omni b eſſe, & hoc in aliquo c, propoſitio illa a b quadantenus eſt falſa, illa autem b c uera, & concluſio ex his eſt uera. Eodem modo res habebit, ubi pronunciatum a b negetur: nam ad huius rei probationem ijdẽ ſumentur fines, ac eodẽ modo diſponentur. Rurſus ſi a b uerum ſit, b c falſum, uera erit complexio. Quid enim cauſæ eſt, quo minus a in toto b inſit, & in aliquo c, b autem in nullo c inſit? uerbi cauſa, animans in omni cygno ineſt, & in aliquo nigro, cum cygnus in nullo nigro inſit. Si igitur a in toto b ſumatur, & hoc in c quodam, uera erit concluſio, cum pronunciatum b c ſit falſum. Idem fiet, ſi pronunciatum a b priuans ſumatur: fieri enim poteſt, ut a in nullo b inſit, & in c aliquo non inſit, b autẽ in nullo ſit c, quo modo ſe habet genus ad formã generis alterius & diuerſi, & ad accidentia ea quæ illius formis inſunt: animans enim in nullo numero ineſt, & in quodã albo: numerus autem in nullo eſt albo. Ita ſi numerus medius ponatur, & ſumatur, a in nullo b, & b in aliquo c, a in quodã c nõ erit, id quod modò uerũ erat: ac pronunciatum a b uerũ eſt, b c falſum. Vera etiam erit concluſio, ſi a b in parte ſit falſum, b c item falſum: neque enim quicquã uetat, quo minus a in b, & c quibuſdam inſit: b uerò in nullo c, ut ſi b c ſint aduerſa, eaq; eiuſdẽ generis accidentia ambo: animans enim in quodã albo eſt, quodam item nigro, & album in nullo nigro ineſt: ſi igitur ſumas a in toto b ineſſe, & hoc in aliquo c, uera efficietur inde cõcluſio. Quòd ſi a b priuans ſumatur, itidẽ fiet: ad id enim monſtrandum ijdẽ fines eadem diſpoſitione ſumentur.

B Quòd ſi pronunciata ambo falſa ſint, uera quoq; eſſe poſsit concluſio: fieri enim poteſt, ut a in nullo b inſit, in c uerò quodã ſit, cum b in nullo c inſit: ut genus aliquod formę generis diuerſi omnino non ineſt, & in accidente quodam ſuarũ formarũ ineſt. Animans enim in nullo eſt numero, & in aliquo eſt albo, cum numerus in nullo ſit albo: ſi igitur a in toto b ponatur, & hoc in quodam c, uera efficietur cõcluſio, cum falſa ſint ambo pronunciata. Hoc idem fiet, ſi pronunciatũ a b negetur. nihil enim prohibet, a in toto b eſſe, in c quodam non eſſe: b item in nullo c, ut animans in omni cygno eſt, in aliquo nigro non eſt, cygnus autem in nullo nigro. ubi igitur ſumptũ ſit, a in nullo b ineſſe, & hoc in quodam c: efficietur, a in quodam c non eſſe: atq; ita uera erit concluſio, cum ambo pronunciata ſint falſa.

SECVNDA FIGVRA.
Cap. II.

Verum ex falſis in ſecunda figura, quomodo colligatur.

IN medis uerò figura ex falſis uerum planè cõcludere licet, ſeu pronunciata ambo in totum falſa ſumantur, ſeu in parte: ſeu alterum ſit uerum, mẽtiatur planè alterum, idq; utrumuis. ubi etiam ambo in parte mentiantur, ubi item alterum ſit planè uerum, alterum in parte falſum: & contrà, ſi alterum ſit planè falſum, alterum uerũ in parte, idq; tum in uniuerſalibus ſyllogiſmis, tum in particularibus. Nam ſi a in nullo b ineſt, & in c omni, quomodo animãs in nullo lapide ineſt, & in omni homine: atq; tũ propoſitiones contrario modo ponantur, ut ſumatur a in omni b ineſſe,

b ineſſe,& in c nullo,ex pronunciatis planè falſis uera efficietur complexio.Hoc idē fiet, ſi a in toto quidem b ineſt,& in c nullo. idē enim efficietur ſyllogiſmus. Rurſus ſi propoſirio altera tota falſa ſit,altera tota uera:nihil enim uetat,quo minua a in b & c in totum ioſit , & b in nullo c inſit, quomodo ſe babet genus ad formas non continentes inuicem.animāns enim in equo & homine in totum ineſt,cum tamen nullua bomo ſit equus. Ita ſi ſumatur,animans in altero toto ineſſe,& io altero nullo,pronunciatum alterō in totum falſum erit,alterum planè uerum:& uera erit concluſio,utriuia negarione adiecta.Item ſi alterum in parte ſit falſum,alterū ſit omnino uerū: fieri enim poteſt,ut a in b aliquo inſit,& in c omni,& b in nullo c inſit.eo modo animans eſt in albo aliquo,& in toto coruo,cum candor in nullo coruo inſit. Igitur ſi ſumatur, a in b nullo, & in c toto ineſſe,pronūciatum a b in parte erit falſum, a c omnino uerum, ac uera erit concluſio . hoc idem fiet,ſi commutetur negatio.ex ijſdem enim finibus id mōſtrabitur , ſi affirmatio ſit in aliquo falſa,negatio planè uera . Quid enim uetat, quo minus a in quodam b inſit,& in c toto non inſit, b ſit in nullo c? uerbi gratia,animal eſt in quodā albo,& in nulla pice,&album in nulla pice ineſt. Itaq; ſi ſumatur,a in toto b ineſſe,& in c nullo, ꝓpoſitio a b in quadam parte erit falſa,a c uera omnino,& concluſio erit uera. Vera item erit cōcluſio,ubi ambo pronūciata in parte falſa ſint:quippe cum a in b,& c quibuſdam ineſſe poſſit, cum b in nullo c inſit.exempli gratia,animans in quodam albo,quodam item nigro ineſt,cum album in nullo nigro reperiatur. Itaq; ſi a in toto b ſumatur, & in c nullo,propoſitiones ambæ in aliquo erunt falſæ,& uera concluſio:hoc idem fiet, ſi commutetur negatio in finibus ijſdem: hoc etiam fieri perſpicuum eſt in ijs qui in parte cōcludunt ſyllogiſmi. Neque enim quicquam prohibet a in toto b ineſſe,& in c aliquo, cum b in c aliquo non inſit: ut animans in toto homine ineſt,& in quodam candido, cum homo in quodā candido non ſit.Si igitur a in nullo b ponatur ineſſe,& in quodam c eſſe,pronunciatum illud uniuerſum in totum falſum eſt:quod autem in parte eſt uerum, & concluſio uera.Eadem erit ratio, ſi a b ſumatur affirmatio. nam fieri poteſt, ut a in nullo b inſit,& in quodam c nō ſit,& b in aliquo c non ſit:ut animans in nullo inanimato ineſt, & in quodam albo non eſt,cum inanimatum in quodam albo non ſit.Ita ſi ponatur a in toto b ineſſe, & in quodam c non eſſe, proloquium illud uniuerſum a b omnino eſt falſum , a c uerum, & concluſio uera. Itidem fiet,ſi uniuerſalia propoſitio uera ponatur,particularis falſa. Quid enim prohibet,quæſo,ipſum a nulli b,nulli item c eſſe conſequens,cum b in quodam c non ſit? Exempli gratia,animans nulli numero, nulli item inanimato eſt conſequens,& numerus cuidam inanimato non ineſt . Si igitur ponatur a in nullo b, & in quodam c,uera erit cōcluſio: propoſitio autem uniuerſalis quidem uera,particularis autem falſa.Idem fiet,ſi affirmatio ſit uniuerſalis.poteſt enim a in b & c totis ineſſe,cum b alicui c non ſit conſeqoēs: quo modo ſe habet genus ad formā,

A & differens.animans enim totum hominem, totum item terrenum conſequitur:homo uerò nō omne terrenum.Itaque ſi ſumatur a in toto b ineſſe,& in c aliquo non eſſe, pronunciatum uniuerſale uerum erit, particulare falſum, uera autē complexio. Conſtat etiam ex ambobus falſis ueram effici complexionem,ſiquidem poteſt a in b & c totis ineſſe, cum b alicui c non inſit. Si enim ſumatur,a in nullo b,& in quodam c ineſſe, pronunciata ambo falſa erunt,cōcluſio uera.Idē fiet, ſi affirmet pronunciatū uniuerſale, quod in parte eſt neget; poteſt enim a toti c, & nulli b eſſe conſequens,cū b alicui c non inſit.uerbi cauſa,animans nullam ſcientiā conſequitur,& totū hominē,& ſcientia nō omnem hominē.Ita ſi ponatur a in toto b ineſſe,& cuidam c non eſſe conſequens,pronunciata falſa erunt,cōplexio uera.

FIGVRA TERTIA.

Cap. III.

Ratio ex falſis uerū concludēdi in tertia figura.

IN poſtrema quoque figura ex falſis efficietur uerum,tum ex ambobus in totum falſis,tum ex utroq; in parte falſo, & ex altero omnino uero,altero falſo:ex uno itē in parte falſo,altero omnino uero,& contrà.Demum quibuſcunque alijs rationibus pronunciata immutari poſſunt. Neq; enim quicquā uetat , & a & b in nullo c ineſſe,cum a in aliquo b inſit.uerbi gratia,homo& pedeſtre nulli inanimo ſunt conſequentia, & homo alicui pedeſtri ineſt. Itaq; ſi ponatur a & b in toto c ineſſe,pronunciata in totū falſa erunt,connexio uera. eadem eſt ratio, ubi alterum ait, negat alterum.Fieri enim poteſt,ut b in nullo c inſit, & in eo toto inſit a , cum a alicui b non inſit. uerbi cauſa,nigrū in nullo eſt cygno,& in hoc toto eſt animal,animal autem non omni nigro ineſt. Ita ſi ſumatur b in omni c, & in hoc nullo ipſum a,a in quodā b nō erit, & concluſio erit uera,propoſitiones falſæ.Vera item efficietur complexio,ubi utraq; in parte falſa ſit propoſitio:neque enim quicquā uetat a & b in quodā c ineſſe: a uerò in aliquo b:uerbi cauſa, albū & pulchrum in aliquo animante inſunt, & album in re quadā pulchra ineſt. Si igitur ponatur, tum a, tum b in toto c ineſſe, pronunciata ambo in parte falſa erunt,complexio autem uera:hoc idem fiet,ſi pronunciatum a c ponatur priuans . Quid enim uetat,quo minus a in quodam c non ſit,b uerò in c aliquo ſit,cum a in b non toto inſit?Exempli gratia, album in quodam animante nō eſt , & in eo aliquo eſt pulchrum,album autē non omni pulchro ineſt: ita ſi ſumatur a in nullo c, & b in eo ipſo toto,propoſitiones ambę in parte falſæ erūt, cōplexio uera. Eadem erit ratio,ſi propoſitio altera in totum falſa ſumatur, altera omnino uera: quippe cum fieri poſſit,ut & a & b ipſi c omnino ſint conſequentia,cum a in quodam b non ſit:ut animans & candidū omnino loci conſequentia ſunt,cum animans nō omni candido inſit. Poſitis igitur huiuſcemodi extremis , ſi b in toto c ſumatur, a uerò in eodem nullo, profectò pronunciatum b c omnino uerū erit:illud autem a c planè falſum,cum ipſa concluſio ſit uera.hoc idē fiet,ſi illud b c falſum ſit,a c uerū: ad id enim confirmandū ij aſſumentur fines,nigrum,cygnus,inanimū.Quinetiā ubi ambo affirmātia ſint pronū

ciata,

ciat a, tátundé fiet. Nihil enim uetat, ut b toti c ſit conſequens, & in eodé toto ipſum a non ſit, cum a in quodá b inſit. Hoc modo animans in omnı cygno reperitur, & in eodé toto ipſum a non ſit, cũ a in quodá b inſit. Hoc modo animás in omni cygno reperitur, & in eodé nullo nigrum, cũ nigrũ alicui animanti inſit. Si igitur ponátur a & b in toto e ineſſe, pronũciatio b c uera planè fuerit, a c uerò planè falſa, cõcluſio aũt uera. Illud idem fiet, ſi a c ponatur falſa: quod per eoſdem fines ac exempla confirmabitur. Rurſua uera erit concluſio ex pronunciato planè uero, & altero in parte falſo: fit enim nõnunquá, ut b in toto c inſit: a aũt in c aliquo, & a in quodam b inſit. ut bipes omni homini ineſt, pulcbrũ nõ omni, & tamé pulchrũ alicui bipedi ineſt. Itaq; ſi ponatur a & b in toto c eſſe, propoſitio b c uera planè erit, a c in parte falſa, concluſio aũt uera. Idem fiet, ſi pronunciatũ a c uerũ ſumatur, b c in parte falſum: ijſdé enim finibua commutatis id oſtêdetur. Item ſi propoſitio altera neget, altera aiat. quandoq; enim accidit, ut b in toto c inſit, & a in eo aliquo. at dũ hęc ita ſe habeant, a non omni b ineſt. Itaq; ſi ſumatur, b in toto c ineſſe, a uerò in c nullo, negatio erit in parte falſa, altera propoſitio planè uera, concluſio item uera. Præterea quandoquidem probatũ eſt, ubi a in nullo c inſit, b uerò in eo aliquo, fieri poſſe, ut a in aliquo b non ſit: perſpicuũ, ubi a e planè uerum ſit, b c in parte ſalſum, concluſionem poſſe eſſe ueram. Nam ſi ſumatur a in nullo c ineſſe, b uerò in c omni, pronunciatum a c planè uerum erit, b c autem in parte falſum. Conſtat item in ratiocinationibus quæ in parte ſunt, ex falſis uerum omnino concludi. Eadem enim extrema ſumi debent, quæ ſumpta ſunt, dum uniuerſalia eſſent pronunciata, in aientibus aientia, negantia in negantibus. Nam quod ad extremorum expoſitioné pertinet, nihil refert, quod nulli ineſt, ſumere, quaſi omnino inſit: & quod alicui inſit, omni non ineſſe. Idem de priuantib. eſt exiſtimandum. Hinc igitur perſpicuum eſt, ubi concluſio eſt falſa, ea ex quibus argumentario conſtat, aut omnia, aut aliqua neceſſariò eſſe falſa. Quòd ſi uera ſit, nec omnia, nec aliqua uera eſſe, neceſſe eſt: quin nonnunquam ſit, ut cum neutra ſyllogiſmi propoſitio uera ſit, concluſio ſit æquè uera, non tamen ex neceſsitate. Cuius rei hæc eſt ratio. nam quando duę res ita ſunt inter ſe affectę, ut ſi una ſit, altera quoque ſit ex neceſsitate: hæc ſi non ſit, ne illa quidam erit: quòd ſi ea ſit, non eſt neceſſe ut illa ſit. Ex eo auté quòd aliquid ſit, & non ſit, fieri non poteſt ut res eadé ſit neceſſariò. Quod dico tale eſt, cum a albũ eſt, ipſum b ex neceſsitate eſſe. Rurſus cum a album non ſit, ipſum b neceſſariò eſſe. Nam quia ex eo quòd hæc res, nempe a, eſt alba, neceſſe aſt illam, b inquam, eſſe magnam: at cum b eſt magnum, c non eſt album, profectò neceſſe eſt, ſi a ſit albũ, ut c non ſit album. Et cum ex duobus propoſitis, ſi unum ſit, alterum eſſe neceſſe eſt: ubi hoc non ſit, neceſſe eſt illud non eſſe: profectò cum b non eſt magnum, a nequit eſſe album. Quòd ſi dum a nõ eſt album, ex neceſsitate b eſt magnũ: accidit, ut cum b non ſit magnũ, illud ipſum b ſit magnũ, idq; neceſſariò: id quod fieri nequit. Ná ſi A b non eſt magnum, a non eſt candidũ ex neceſsitate. ſi igitur b erit magnum, dum a non eſt albũ, efficitur quaſi per tres fines, ſi b nõ eſt magnum, ut illud ipſum ſit magnum.

DE PROBATIONE CIRCVLari. Cap. IIII.

In prima figura.

PRobatio autem in orbem & ex alternis tũc ſit, cum ſumpta concluſione, & propoſitione altera ratione dicendi inuerſa, concluditur altera propoſitio, quę in ſuperiori ſyllogiſmo ſumpta fuit. exempli gratia, ſi probádum fuerit, omne c eſſe a, idq; probatum ſit per ipſum b. Rurſus ſi probetur b eſſe a, ex eo quòd c ſit a, & b ſit c, atq; ita b ſit a: principiò autem contrà ſumpſit, qui ratiocinatur, nempe c eſſe b. Vel etiamſi probandum ſit, b eſſe in c, ac ſumat a in c dici, quę fuit concluſio, & b in a ineſſe. At antea cõtrario modo ſumptum erat, nempe a eſſe in b aliquo, nulla fit ex alternis probatio. Nam ſi medium quoddá diuerſum ſumatur, non fit in orbem probatio: nihil enim idem ſumitur. Quòd ſi quippiam ex illis ſumatur: alterum tantum accipi neceſſe eſt. Si enim ambo ſumerentur, eadem efficeretur concluſio, cum diuerſam effici oporteat. In his igitur quæ non retrò ſimul cõmeant, ratiocinario efficitur ex altero pronunciato non confirmato: neq; enim in his extremis concludere poſsis tertium in medio ineſſe, aut medium in primo. in his autem quæ uiciſsim commeãt extremis, omnia ex ſe inuicem probari poſſunt, ut ſi a b c commeent inter ſe, & ſint æqua. Faciamus enim, ut a c probatum ſit per b, rurſus a b per concluſioné, & pro B poſitionem b c conuerſam: ita & b c per concluſionem, & propoſitionem a b inuerſam: ſunt autem pronunciata c b, & b a probáda. Ea enim ſola citra probationem uſurpauimus: ſanè ſi b ſumatur in toto c ineſſe, & c in omni a, efficietur ut b ſit in a. Rurſus ſi ponatur c in omni a ineſſe, hoc uerò in toto b, neceſſe eſt ut c in toto b inſit. Ac in ambabus illis ratiocinationibus pronunciatum illud c a citra confirmationem ſumptum eſt: reliqua uerò probata ſunt. itaq; ſi illud confirmauerimus, omnia ex ſe inuicem cõfirmata fuerint. Itaque ſi ſumatur c in omni b ineſſe, hoc item in omni a, ſumuntur duo pronunciata iam probata, & ex his efficitur neceſſariò, ut c in ipſo a inſit. Perſpicuum eſt igitur, in his modò quæ uiciſsim commeãt, orbicularem probationé fieri, ac uiciſsitudinariam: in alijs uerò, eo quo diximus modo. Probatur enim c de b, hoc item de a, ſi ſumas c dici in a. at c in a dici, ex pronunciatis illis probatur. utimur itaque concluſione ad id probandum. In priuantibus autem ratiocinationib. hoc modo fit mutua confirmatio. Ponamus b in omni c ineſſe, a uerò in nullo b: efficitur concluſio, nullum c inquam eſſe a. Quòd ſi rurſus concludédum ſit, a in nullo b ineſſe, quod dudum ſumptũ eſt, ſumetur a in nullo c, & hoc in omni b: atq; ita inuertetur pronunciatum. Quòd ſi concludé oporteat, b in c ineſſe, non ita conuertédum erit illud a b, cum pronunciatum idem ſit, b in nullo a ineſſe, & a in nullo b: ſed ſumendum eſt, in quo nullo ipſum a ineſt, ipſum b in eo toto ineſſe. ponamus a in nullo c ineſſe, quæ concluſio fuit, &

in quo nullo eſt a, ſumamus ipſum b io eo toto eſſe. neceſſe eſt igitur ipſum b in toto c ineſſe. Atque ita cum tria ſint pronunciata, unumquodq; effectum eſt concluſio. atq; illud eſt in orbem demonſtrare, nempe cum concluſionem ſumis cũ altero pronunciato inuerſo, unde concludis alterum pronunciatum. At in ijs quę in parte ſunt ratiocinarionibus, uniuerſale pronunciatũ ex alijs probari nequit, particulare poteſt. Ac uniuerſale concludi non poſſe perſpicuum eſt, quandoquidem uniuerſum ex uniuerſis efficitur: concluſio autem in his nou eſt uniuerſa, & probatio efficienda eſt ex concluſione & altero pronunciato. Adde, quòd retrò cõmeante pronunciato, nullus efficitur ſyllogiſmus, cum in parte ſint ambo pronunciata. Poteſt aũt, quæ in parte eſt propoſitio, probari. ſit enim iam probatum a de quodam c per medium b: iam ſi ſumatur b in omni a inaſſe, ac cõcluſio eadem maneat, profectò b in aliquo c inerit: efficitur enim prima figura, ac madium eſt ipſum a. Quòd ſi priuans ſit ratiocinatio, pronunciatum uniuerſum coocludi nequit, ob eam quam paulo antè dixi, rationem. Quod in parte eſt nequit, ſi illud a b eodem modo retrò cõmeet, atque in uniuerſalibus. Poteſt autem concludi per aſſumptionem, nempe ſi ſumamus in qua re in parte ineſt a, in ea ipſum b in parte quoq; in eſſe: quòd ſi res aliter habeat, non efficitur ſyllogiſmus, quia negat quæ in parte propoſitio.

De probatione circulari in ſecunda figura

At uerò in ſecunda figura affirmatio hac uia probari nequit, negatio maximè: ac non probatur affirmatio, qua non ſunt ambo affirmantia pronunciata. complexio enim eſt priuans, affirmatio autem ex ambabus affirmationibus efficiebatur. B Priuans autem pronuociatum hoc modo probatur. faciamus ut a ſit in b toto, in c nullo: concluſio eſt, b in nullo c ineſſe. Quòd ſi ponatur, b in omni a ineſſe, & in c nullo, efficietur neceſſariò, ut a in nullo c inſit. efficitur enim in ſecunda figura, ac medium eſt ipſum b. Quòd ſi a b ſumatur priuans, alterum autem affirmans, efficietur prima figura, ſiquidẽ in toto a eſt c, b uerò in nullo c: ita b in nullo a erit, ne a quidem in b: c autẽ eſt medium. Noo igirur efficitur ratiocinatio ex complexione, & propoſitione una: quòd ſi aſſumatur altera, fiet. Quòd ſi uniuerſa non ſit ratiocinatio, quod in toto eſt pronunciatum probari nequit, ob quam antea expoſui cauſam, quod in parte eſt: maximè, ubi affirmatio uniuerſalis fuerit. ſit enim a in omni b, & in c non omni, coocluſio eſt b c. Igitur ſi ſumator b io omni a ineſſe, & in c non omni, concludetur a in aliquo c noo eſſe, ac mediom eſt b. Quòd ſi uniuerſalis propoſitio neget, pronunciatio a c non probabitur, etiamſi retrò cõmeet illud a b. accidit enim ut uel ambo pronunciata negent, uel certè alterum. Itaque non efficietur ſyllogiſmue, ſed eadem uia ac ratione probabitur ac in uniuerſalibus: nempe ſi ſumatur, cui ipſum b in parte non ineſt, in illius parte illud a ineſſe.

De probatiõe circulari in tertia figura.

In tertia autẽ figura, ubi uniuerſa ambo pronunciata ſumpta ſint, oõ poſſunt ea ex ſe inuicem probari. Nam pronunciatũ in toto ex ijs probatur quę in toto ſunt: ac in hac figura concluſio perpetuò eſt in parte. Conſtat igitur, in hac figura uniuerſale proouociatum cõ A cludi nullo modo poſſe: ubi uerò alterum ſit in toto, alterum io parte, aliquando ſanè licebit, aliquando non item. licebit quidem, ubi ambæ affirmẽt, & illud totum minori extremo iunctum ſit: quòd ſi alteri iungatur, non licebit. Ponamus enim, ut a in toto c inſit, b uerò in eo aliquo, concluſio eſt a b: quòd ſi ſumatur, c in toto a ineſſe, propoſitione uniuerſa retrò commeante, a rurſus in b, quæ coocluſio antea fuit, effectum eſt, c io aliquo b ineſſe, non contrà b in aliquo c: etiãſi oeceſſe ſit, ſi c eſt in aliquo b, b quoq; in aliqoo c ineſſe. Non tamen res eſt eadem, illud in hoc ineſſe, & hoc in illo: ſed aſſumendũ eſt, ſi hoc in illo aliquo ſit, alterum quoq; in eo aliquo eſſe. quòd ſi ſumatur, non iam efficitur ſyllogiſmus ex concluſione, & altero pronunciato. At ſi b in toto c inſit, a item in aliquo c, illud a c probari poteſt, ſi ſumatur c in toto b ineſſe, a uerò in eo aliquo. nã ſi c omni b ineſt, a item alicui b, neceſſe eſt ut a alicui c inſit, ac b eſt mediũ. Probabitur itẽ alterũ pronũciatum, ſi unũ adfirmet, alterũ neget, & in toto ſit id quod affirmat. Ponamus enim b in toto c ineſſe, a uerò in quodam c non eſſe in concluſione, efficitur, a in aliquo b non eſſe. quòd ſi aſſumatur c in omni b eſſe, a autẽ nõ omni b ineſſe, neceſſe eſt ut alicui c non inſit: mediũ autem eſt b. Vbi uerò pronunciatũ priuans in toto ſit, non probatur alterũ, niſi ſumantur pronunciata eadem ratione atq; in ſuperioribus: oempe in quo illud in parte non eſt, in eodem aliquo alterum inſit. uerbi gratia, ſi a in nullo c ineſt, & in hoc aliquo inſit ipſum b, concluditur a in quodam b nõ eſſe. ſi igitur ſumptum ſit, ipſum c in eo quodam B eſſe, cui aliqua ex parte oon ineſt a, neceſſe eſt ut b in aliquo c inſit: alioqui pronunciatum alterũ probari nequit, etiam ſi retrò commeet, quod in toto eſt: nulla enim efficietur ratiocinatio. Hinc igitur perſpicuum eſt, probationem uiciſsitudinariam in prima figura effici, tum per primam, tũ per tertiam figuram: ſi enim affirmans ſit concluſio, in prima efficitur: ſin neget, in poſtrema. nam ſumitur alterum in eo toto ineſſe, in quo nullo alterum inerat. At io figura media, ſi uniuerſa ſit ratiocinatio, tum in ea ipſa, tum in prima figura, ac in poſtrema efficitur concluſio. ubi autem in parte ſit ſyllogiſmus, tum in ipſa, tom in poſtrema figura id efficitur: in poſtrema autem figura, omnia in ea ipſa probantur. Conſtat etiam, quum in media figura, & in tertia per eas ipſas oon efficiuntur ſyllogiſmi, eos aut probationem orbicularem non efficere, aut certè imperfectos eſſe.

DE RATIOCINATIONVM *reciprocatione.* Cap. V.

In prima figura.

REtrò uertere, eſt concluſione commutata coocludere, uel maius extremum in medio non eſſe, uel etiam hoc in poſtremo. nã ſi inuertatur concluſio, & alterum pronunciatũ ſeruetur, neceſſe eſt alterum euerti. ſi enim illud ſit, cõcloſio quoq; erit. Refert autem plurimum, an in contradicens, an in contrarium cõcluſionẽ inuertas. nec enim idem efficitur ſyllogiſmus, ſi utroq; modo illa inuertatur: id quod ex progreſſu intelligetur. Contradicentia hæc appello, omne, nõ omne: aliquod, nullum. aduerſa uerò per contraria,

cōtteria, omni ineſſe, & nulli: alicui ineſſe,& nō alicui ineſſe.Sit enim probatum a de c per mediū b: profectò ſi ſumptum ſit, e io nullo c ineſſe, & in b toto, efficietui,ut b in nullo c inſit. Quòd ſi a in nullo c inſit, b uerò in toto c,a nō omni b inerit. at nulli planè, non item:quippe cum in tertia figuration concludi totum diximus. Eam autem propoſitionem quæ maiori extremo cōiun cta eſt,omnino ac in totum euertere per reciprocationem non licet, quippe cum in tertia figura ſemper euertatur.neceſſe eſt eoim,ut ambo pronunciata ad minus extremum ſumantur. Eadē eſt ratio,ubi ſyllogiſmus priuās ſit.ſit enim probatum,a io nullo c ineſſe per medium b: ſi igitur ſumatur a in toto c ineſſe, & in b nullo, ipſum b in nullo c inerit: itē ſi a & b io toto c inſint, a alicui b ioerit,cum nulli antea ineſſet. Quòd ſi uertatur concluſio in contradicens,diuerſi fient ſyllogiſmi,& contradicentes, nec unioerſi: tiam alterum pronunciatum in parte eſt.ita ſit, ut & cōcluſio in parte qooq; ſit.faciamus enim,ut ſyllogiſmus proponatur affirmās,ac eo modo cōmutetur:profectò ſi a non omni c ineſt, & ipſi b omni, ipſum b non omni c inerit. Rurſue ſi a non omni ineſt & huic omni ineſt c, ipſum a non omni b inerit. Idem fiet, ſi priuans ſit ratiocinatio.nam ſi a in aliquo c ineſt,& in b nullo, ipſum b alicui c non inerit,at non omnino nulli.Item ſi a io c aliquo inſit, & huic toti inſit b, quo modo initiò ſumptum eſt,a in aliquo b inerit. In his autem qui in parte ſunt ſyllogiſmis, uertuntur ambo pronunciata, dum concluſio in contradicene cōmutatur. quòd ſi in contrarium uertatur, neutrum euenitur.nec enim in his ſit,ut in uniuerſalibus, oempe ut euertantur pronunciata, ſi concluſio in conuerſione deficiat: nec enim euertere ullo pacto licet. Sit enim oſtenſum a de aliqoo c, tum ſi ſumatur a in nullo c eſſe, b itē in aliquo c,a in aliquo b noo erit. Quòd ſi a in nullo c inſit, & in b omni, ipſum b in nullo c erit,atq; ita ambo pronunciata euertuntur. Sin contrario modo cōmeet concluſio, neutrum tollitur. nam ſi a in quodam c non eſt: & in b toto, b io quodam c non erit. Necdum tamen euerſum eſt pronunciatum initiò propoſitum: quippe cum fieri poſsit, ut in aliqoo ſit,in aliquo non ſit:ipſum autē uniuerſale a b nullo pacto cōcluditur.nā ſi a in quodam c non ineſt, b uerò in quodam eſt,neutrum pronunciatum in toto eſt. Idem fieri exiſtimandum eſt, ubi priuans fuerit ratiocinatio. Si enim ſumptū ſit, a eſſe in toto c,euertuntur ambę propoſitiones: ſin in aliquo, neutra. Huius rei eadē eſt,quæ prius,demonſtratio.

FIGVRA SECVNDA. CAP. VI.

De ſyllogiſmi reciprocatione in 2. figura.

At in ſecunda figura euerti nequit pronunciatum maiori extremo iunctum ex contrario, quocunq; modo reciprocatio fiat: quippe cum in tertia figura ſemper concludatur, in qua uniuerſa concluſio non efficitur. alterum autem pronunciatum eodem modo euertemus, quo reciprocatio facta fuerit: eodem modo inquam, nempe ſi cōmutatio fiat in contrariū contrario modo: ſin in cōtradicens, contradictorio. Ponamus enim, ut a in toto b inſit, & in c nullo, cōcluſio eſt b c.Si igitur ſumptum ſit, b in toto c ineſſe,dum a b idem ſeruetur, profectò a in toto c inerit: efficitur enim prima figura. quòd ſi b in toto c,& a io nullo c ineſt, ipſum a nō omni c ineſt: ſit enim poſtrema figura. Quòd ſi b c in contradiceos cōmutetur, illud a b eodē modo probabitur, a c uerò contradictorio modo.nam ſi b alicui c ineſt, a uerò nulli c, ipſum a alicui b non inerit.Rurſus ſi b io c aliquo reperitur,& a in toto b,a in aliquo c ineſt: atq; ita contradicens efficitur concluſio. eadem ratione id probabitur, ſi pronūciata cōtraria ordine ſint diſpoſita. Quòd ſi ratiocinatio ſit in parte,& concluſio in contrarium uertatur, neutrum pronunciatum euertetur,quemadmodum neq; in prima figura:ſin cōmeet in contradicens,utrunq; tolletur. Sit enim poſitum a in nullo b ineſſe,& in c aliquo eſſe,cōcluditur inde b c: tum ſi ponatur b in quodam c ineſſe,& maneat illud a b, concludetur a in aliquo c non eſſe.nec ideo euerſum eſt, quod initiò poſitum fuit, quippe cum fieri poſsit,ut quidpiā in alio aliquo inſit, aliquo item non ſit. Rurſus ſi b eſt in aliquo c, a item in aliquo c, nulla efficitur ratiocinatio:neutrum enim pronunciatum ſumptum eſt in toto, atque ita non ſubuertitur illud a b. quòd ſi in contradicens commeet concluſio, euertuntur ambo pronunciata. nam ſi b eſt in omni c, & a in nullo b, profectò a in nullo c erit: at alicui inerat. Rurſus ſi b in toto c, & a in aliquo c inſit, efficietur, ot a in aliquo b ſit. Eadem eſt demonſtrandi ratio, ubi uoiuerſale illud affirmauerit.

FIGVRA TERTIA. CAP. VII.

De ſyllogiſmo reciproco in 3. figura.

Neutrum item pronunciatum euertetur in ſyllogiſmo quouis in tertia figura,ubi cōcluſio in contrariū uertatur:ubi uerò mutatur in contradicens,tolletur ambo in ratiocinatione quauis. ſit enim probatum, a in aliquo b ineſſe, ac medium ſumptum ſit c,& pronunciata ſint uniuerſa: tum ſi ſumatur a in quodam b non eſſe, b uerò in omni c, non concluditur a de c:nec item b, nec c concluduntur, ſi a in aliqoo b ioeſt,& in c omni. Eadem uia id monſtrabitur, ſi in toto non ſint pronunciata. aut enim ambo in parte ſint oportet, ob conuerſionem: aut illud to tū minori extremo iungi, quo modo nec in prima figura,nec in media efficiebatur ratiocinatio. Quòd ſi contradictorio modo cōmeent, pronunciata euertuntur ambo. nam ſi a in oullo b, & in toto c ineſt, a in nullo c ineſt. Rurſus ſi a in b nullo, & in c toto reperitur, b in nullo c ineſt. Idē fiet, ſi in toto alterum non ſit. nam ſi a in quodam b, & hoc in aliquo c ineſt, a in quodam c non erit. Si uerò a in nullo b, & in toto c ioeſt, ipſum b in oullo c erit. Eadem eſt ratio, ſi priuans ſit ratiocinatio. Sit enim effectum, a in quodam b non eſſe, ac illud b c affirmet, a c uerò neget: hoc enim modo efficiebatur ratiocinatio. non erit igitur ſyllogiſmus,dum ſumatur contrarium complexionis, nam ſi a in aliquo b, & hoc in omni c inſit,diximus non concludi a & c,ne concludebantur quidem, ſi a in quodā b ſit, & in nullo c. quare non euertuntur pronunciata. ubi uerò contradicens concluſionis ſumitur, maximè. Nam ſi a

 In

in omni b,& hoc in omni c ineſt, a in omni c erit, cum antea nulli ineſſet. ruſus ſi a in toto b,& in c nullo eſt, b in nullo c eſt: at antea omni inerat. Eadem ratione id probabitur, ſi pronunciata in toto non ſint. nam illud a c efficitur uniuerſale, & priuans, alterum in parte affirmans. Si igitur a ſit in omni b, & hoc in quodam c, efficitur ut a in quodam c inſit. at uerò nulli ineſſe, poſitum erat. Rurſus ſi a in toto b ineſt, & in c nullo, b in nullo c ineſt. Quòd ſi a eſt in quodam b, & hoc in quodam c, nihil concluditur. & ſi a in b quodam inſit, & in c nullo, ne ſic quidē ſyllogiſmus fiet: quapropter illo modo euertuntur pronunciata, hoc uerò nequaquam. Ex his igitur quæ expoſuimus, dilucidum eſt, quo pacto in ſingulis figuris efficiatur ratiocinatio, dum commutatur concluſio, quando pronunciati contrarium colligitur, quando contradicens. Conſtat etiam ex his, ſyllogiſmos in prima figura fieri tum per figuram mediam, tum per poſtremam. pronunciatum item minori extremo iūctum, ſemper in media figura tolli: quod uerò ad maius eſt, per poſtremam. At in ſecunda figura, tum per primam, tum per poſtremā: per hanc pronunciatū maius, per illam minus pronunciatum ſemper euerti. In tertia autem per primam, ac mediam: maius quidem per primā ſemper, minus uerò per mediam perpetuò. Atq; ita planè conſtat, quid ſit illud cōmeare, quoque pacto in ſingulis figuris, & quis efficiatur ſyllogiſmus.

DE PROBATIONE PER INcommodum. Cap. VIII.

De ſyllogiſmo per impoſsibile, in prima figura.

Ratiocinario autē per incōmodum tum demū fit, cum concluſionis contradicens ponitur, & pronunciatū aliud aſſumitur, idq; in omni figura efficitur. accedit enim ad reciprocationem: à qua eo differt, quòd reciprocatione quidē utimur, ubi iam ſtructus eſt ſyllogiſmus, & poſita ſunt ambo pronunciata: deducimus autem in incōmodum citra præconceſsionem contradicentis, ſed quia dilucidè uerum eſt. fines autem in ambobus eandem ſeruāt collocationem, & eſt eadem in ambobus propoſitionum ſumendarum ratio. uerbi cauſa, Si a eſt in toto b, & medium eſt c, ſi ponatur a non omni aut nulli b ineſſe, & ipſi c omni, quod antea uerum concedebatur, neceſſe eſt ut c in b aut nullo, aut non omni inſit. hoc autem fieri nequit. falſum eſt igitur id quod poſitum eſt, ac illius contradicens uerum. Eodem modo fit in alijs etiam figuris. quæ enim reciprocationem admittunt, ſyllogiſmū quoq; ad incōmodum recipiūt. Ac quæſtiones omnes aliæ in omnibus figuris per incōmodum probantur: ea autem quæ in toto affirmat, per mediam quidem ac tertiam figuram probatur, per primā nequaquā. Ponamus enim a in b, aut non omni, aut nulli ineſſe: ac undecunq; aſſumatur pronunciatum aliud, ſeu quòd c inſit omni a, ſeu quòd b in toto d inſit: eo enim modo fuerit prima figura. Si igitur ponatur a non omni b ineſſe, ſyllogiſmus non efficitur, undecunq; pronunciatum alterum petatur: ſin in eo nullo eſt, cum ſumetur pronunciatum b d, concludetur quidē falſo, non efficietur propoſitum. nam ſi a in nullo b, & hoc

A in omni d ineſt, a in nollo d inerit. ſit autem hoc ex numero eorū quæ fieri nequeunt: falſum igitur eſt, a in nullo b eſſe. quòd ſi hoc falſum ſit, nō continuò uerum eſt, in eo toto eſſe. Quòd ſi propoſitio c a aſſumatur, nulla fit ratiocinatio: ne tū quidem fit, cum ponitur a nō omni b ineſſe. perſpicuum eſt igitur, uniuerſalem affirmationē in prima figura per incōmodum probari non poſſe. probatur autem ea quæſtio, quę quidpiam in aliquo, tum quæ in nullo, tum quæ in nō omni ineſſe dicitur. Fingamus enim a in nullo b eſſe, & ſumatur b in c, uel toto uel aliquo, neceſſe eſt igitur a non omni c aut nulli ineſſe: hoc autem eſt impoſsibile. Faciamus enim ſit uerum ac perſpicuum, a in omni c ineſſe: ſi igitur hoc falſum eſt, neceſſe eſt ut a in aliquo b inſit: quòd ſi alterum pronunciatum aſſumatur, nullus efficietur ſyllogiſmus: ne tum quidem, cum contrariū concluſionis ponetur, nempe in aliquo non eſſe. unde conſtat, contradicens eſſe ponendum. Rurſus fingamus a in quodam b eſſe: ſumatur itē c in toto a, neceſſe eſt igitur c in quodam b eſſe. ſit autem hoc impoſsibile. falſum igitur eſt, quod eſt poſitum: atq; ita uerum eſt, in nullo eſſe. Eadē eſt ratio, ſi c a ſūmatur priuās. quòd ſi ea ſumatur, quæ ipſi b iuncta eſt, non efficietur ſyllogiſmus. Si uerò contrariū ponatur, ſyllogiſmus quidem efficietur, ac concludetur quid abſurdum: inſtitutū autem non probatur. ponamus enim a in toto b ineſſe, & ſumatur c in toto a: ſanè efficitur, ut c in toto b inſit: id autem eſt impoſsibile. falſum igitur eſt, a in omni b ineſſe. at ſi non omni ineſt, nō
B continuò neceſſe eſt ut nulli inſit. Idem fieri ſtbitrandum eſt, ſi alterum pronunciatum ad ipſum b ſumatur. concludetur enim aliquid, idq; abſurdū: at hypotheſis non tollitur: contradicens igitur ponendum eſt. Vt autem probemus, a non omni b ineſſe, ponendum eſt omni ineſſe. nam ſi a omni b ineſt, & c omni a, c omni b inerit: quòd ſi hoc fieri nequeat, falſom eſt quod poſuimus. Itidem fiet, ſi pronunciatum alterum ad b ſumatur. Item ſi illud c a ſit priuans, eodem modo res habebit: ita enim ſyllogiſmus efficitur. quòd ſi negatio ad ipſum b poſita ſit, nihil probatur: q; ſi ponatur nō inſſe in omni, ſed in aliquo, non efficitur, non omni ineſſe, ſed nulli. nam ſi a in aliquo b, & c omni a ineſt, c alicui b inerit. quòd ſi id fieri nequit, falſum fuit, a alicui b ineſſe: uerum igitur erat, nulli ineſſe. cum autem id oſtenditur uerum, rurſus euertitur. nam a in quodam b erat, in quodam non erat. Præterea abſurdum non eſt ſequutum ex illa hypotheſi: falſa enim fuiſſet, quandoquidem ex ueris falſum concludi nequit: at modò eſt uera. a enim alicui b ineſt: nō fuit igitur fingendum, alicui ineſſe, ſed omni. Idē quoq; fit, ſi probemus a in quodam b non eſſe. ſi enim idem ualet, alicui non ineſſe, & non omni ineſſe, eadem erit in ambobus probandi ratio. Conſtat igitur, in omni ratiocinatione contradicens ex fictione ponendum eſſe, non cōtrarium. Eo enim modo & probandi neceſsitas erit, & locum habebit poſtulatum illud præclarum. Nā ſi in re quauis affirmatio uera eſt, aut negatio, & probetur negatio non eſſe uera, neceſſe eſt affirmationē eſſe ueram: cōtrà ſi affirmationē ueram

non admittit, pat eſt & nериſimile, poſtulare negationem: contrarium autem neutro modo poſtulare decet, nec enim neceſſe eſt, ſi falſum eſt, nulli ineſſe, ut uerum ſit, ineſſe in toto: nec eſt uerіſimile, ſi unum falſum ſit, alterum uerum eſſe. Conſtat igitur, uniuerſalem queſtionem affirmatam in prima figura, non probari per incommodum, alias autem omnes concludi.

DE SECVNDA FIGVRA.
Caput IX.

De ſyllogiſmo per impoßibile, in 2. figura.

IN media autem & poſtrema figura illa quoq; probatur. Fingamus enim a non omni b ineſſe, & ſumatur a in omni c eſſe: tum ſi a non omni b ineſt, & ipſi c omni, c non omni b ineſt: hoc autem eſt impoſsibile. Sit enim manifeſtum, c in omni b ineſſe: eſt igitur falſum id, quod ex fictione poſitum eſt: eſt igitur uerum, quòd omni inſit. Quòd ſi fingatur contrariū, ſyllogiſmus quidem efficietur, & concludetur quid abſurdum, non tamen efficitur quæſtio propoſita. nam ſi a in nullo b, in toto c inſit, c in nullo b erit: id autē abſurdum eſt. falſum eſt igitur, nulli ineſſe. ut autem hoc falſum ſit, non continuò uerū eſt, ut omni inſit. Cum autem a alicui b ineſt, ponatur a in nullo b eſſe, & ſit in omni c: neceſſariò efficitur, ut c in nullo b inſit. quod ſi fieri nequit, ex neceſſitate conſequitur, ut a alicui b inſit. quòd ſi ponatur alicui non ineſſe, ea ipſa efficientur, quæ in prima figura fieri diximus. Rurſus fingamus a alicui b ineſſe, ac ipſi c nulli inſit, neceſſe eſt ut c in b non ſit: at inerat omni. falſum eſt igitur, quod poſitum eſt, nulli igitur b ipſum a inerit. Quando uerò concludendum eſt, a non omni b ineſſe, fingatur quaſi omni inſit, ipſi uerò c nulli: neceſſariò efficitur, ut c nulli b inſit. id autem eſt abſurdum. uerum eſt igitur, quòd non omni ineſt. Atque ita conſtat, concluſiones omnes in media figura effici.

DE TERTIA FIGVRA.
Caput X.

De ratiocinatiõe per impoſſibile in 3. figura.

EAdem ratione concludetur in poſtrema figura. Ponamus enim a, ut in aliquo b non ſit, c uerò in omni b inſit: hinc efficietur, ut a cuidam c non inſit. Quòd ſi hoc fieri nequeat, falſum eſt, cuidam non ineſſe: uerum eſt igitur, omni ineſſe. Quòd ſi ponatur, nulli ineſſe: abſurdum quidem ea ratiocinatione concludetur, ſed non tamen efficietur propoſitum. Nam ſi ponatur contrarium, ea ipſa efficientur, quæ prius. At ut alicui inſit, id poni oportet: nam ſi a in nullo b ineſt, & c in b quodam, a non omni c ineſt. quod ſi falſum ſit: uerum eſt, a alicui b ineſſe. Vbi uerò nulli b ineſt a, ponamus quaſi alicui inſit, ac ſumatur c in toto b ineſſe: inde efficitur neceſſariò, ut a alicui c inſit. at nulli ineſſe diximus: falſum eſt igitur, quòd a alicui b inſit. Quòd ſi ponatur a in toto b, non probatur propoſitum. Sumi autē debet ea hypotheſis ad concludendum nõ omni ineſſe. Nam ſi a in omni b ineſt, & c in quodā b, a in quodam c ineſt: at nõ ita erat. falſum eſt igitur, quòd omni inſit: atq; ita uerum, nõ omni ineſſe. Quòd ſi ponatur, alicui ineſſe, idipſum accidet, quod & in ijs quæ ſuperius expoſita ſunt.

A Conſtat igitur, in omni ſyllogiſmo, qui per incõmodum probat, contradicens eſſe ponendum, ac in figura media affirmationem quodam modo cõcludi, in tertia etiam queſtionē uniuerſam.

Perfectæ, & eius quæ per incõmodum, ſiue impoßibile ſit, argumentationis diſtinctio.

Inter eam autem probationem quæ fit per incommodum, & eam quæ propoſitum cõcludit, eò intereſt, quòd illa ponit id quod euertere uult, deducendo hominem in mendacium confeſſum. ea autem quæ propoſitum concludit, initium ſumit ex quæſtionibus ueris ac conceſsis. Sumunt igitur ambæ pronunciata conceſſa: ſed altera ea ſumit, ex quibus efficitur ſyllogiſmus: altera uerò unum quidem ex his ſumit, alterum autem ſumit concluſionis contradicens. & illic cõcluſionem notam eſſe nihil oportet, nec prius ſumi ita eſſe, uel non eſſe: hic uerò neceſſariò ſumi debet, non eſſe ita. Neq; uerò quicquam refert, affirmet an neget concluſio, nam utrobiq; eadem eſt ratio. ac quicquid recta probatione concluditur, ex incommodo quoq; probabitur. Itidem quod ex incommodo efficitur, recta probatione efficietur, ac per eoſdem fines, non tamen in iiſdem figuris. nam ubi ſyllogiſmus in prima figura efficitur, uerum colligetur aut in media, aut in poſtrema figura. In media quidem, ſi ſit priuans: in poſtrema uerò, ſi affirmet. at quando in media figura efficietur ſyllogiſmus, uera concluſio efficietur in prima figura, idque in quouis genere quæſtionū. Quòd ſi in poſtrema figura ſyllogiſmus fiat, efficientur concluſiones ueræ tum in prima, tum in media figura: in illa quidem affirmantes, in hac negãtes. ponamus enim, ut in prima figura

B effectum ſit, a in nullo b ineſſe, aut non omni: tū hypotheſis erat, quòd ipſum a alicui b ineſſet. c uerò ſumptum eſt omni a ineſſe, & in b nullo. ita enim ſyllogiſmum effici diximus, & incõmodum concludi: mediam item eſſe figuram, ſi c in a quidem omni & nullo b inſit: ex quibus effici cõſtat, ipſum a in nullo b eſſe. Eodem modo fiet, ſi probatum ſit, a non omni b ineſſe. ponitur enim, quòd omni inſit. c uerò ſumebatur in toto a eſſe, in ipſo uerò b non omni: hoc idem fiet, ſi illud c a priuãs ſumatur, hac enim uia efficitur media figura. Rurſum probetur a in quodam b eſſe: profectò fingendum eſt, nulli ineſſe. b uerò in toto c ineſſe ſumebatur: a uerò in ipſo c, aut omni, aut quodam: ita enim incommodum efficietur, ac tum fit poſtrema figura, cū a & b in toto c inſunt. inde concludi conſtat, a in quodam b ineſſe, idq; neceſſariò. Itidem fiet, ſi b uel a in quodam c ineſſe ſumantur. Rurſus probetur in media figura, a in omni b ineſſe: profectò fingēdum eſt, quaſi non omni inſit. ſumptum eſt autem, a in omni c ineſſe, b uerò in omni c. hoc enim modo incommodum concludetur, ac prima figura eſt, cum a in omni c, & hoc in omni b ineſt. Tantūdem fiet, ſi in aliquo ineſſe probatum ſit: nam hypotheſis eſt, a in nullo b ineſſe. ſumptū eſt autem, a in omni c, & c in quodam b. quòd ſi priuans ſit ſyllogiſmus, poni quidem debet, a in aliquo b eſſe: at ſumptū eſt, a in nullo c, & c in omni b: efficitur igitur prima figura. Eadē erit ratio, ſi non in toto ſit cõcluſio: ſed effectū ſit modò, a in quodā b nõ eſſe. ponitur enim a in omni b. iā uerò poſitū eſt, a in nullo c, & hoc in omni b: hac enim

uia

uia efficitur prima figura. Rurſus faciamus, ut probatum ſit in tertia figura, a omni b ineſſe, ponitur ex hypotheſi, a nõ omni b ineſſe. eſt autem iam ſumptum, eſſe in omni b, & a in omni c. ita enim concludetur incommodum, & fiet prima figura. eadem ratione fiet, ſi probatũ ſit in aliquo eſſe. nam ponitur ex hypotheſi, a in nullo eſſe b: & ſumptũ eſt c in aliquo b, & a in omni c. Quòd ſi concluſio ſit priuans ex fictione, ponendum eſt a in quodam b eſſe: poſitum eſt autem c in nullo a, & in omni b, ae media eſt ea figura. Itidem fiet, ſi in toto non ſit probatio. Sumetur enim ex poſito, a in omni b ineſſe: & ſumptum eſt c in nullo a, & in quodam b, atq; ea eſt media figura. Perſpicuum eſt igitur, unamquamq; quæſtionem per eadem extrema, tum probatione recta, tum per incommodum concludi poſſe. Eadem quoq; ratione licebit, ubi ratiocinationes rectã probates fuerint, eas in incommodum conuertere, in his quę ſumpta fuerint extrema, dum contradicens propoſitio in cõcluſione ſumatur. efficiuntur enim iidẽ ſyllogiſmi atq; ſunt, qui per conuerſionem fiunt. unde & continuò figuras ipſas habemus, per quas unaquęque quæſtio concludatur. Conſtat igitur, omnẽ quæſtionẽ utraq; uia probari, tum per incõmodum, tum recto ductu, nec poſſe alteram uiam ab altera ſeiungi.

DE RATIONE CONCLVDENdi ex contrarijs. Cap. XI.

In prima figura. Perſpicietur autem hac uia, in qua nam figura ex pronunciatis contrarijs concludere liceat, in qua non liceat. Contraria autẽ pronunciata in uoce quatuor eſſe dico: nempe, omne nullum, omne non omne, aliquod nullum, aliquod non aliquod: ueruia tria tantum ſunt contraria. nam quoddam, & non quoddã, uoce modò pugnant. Ex his autem aduerſa ea dico, quæ in toto ſunt: ut omne & nullum. uerbi cauſa, omnis ſcientia eſt ſtudioſa, & nulla ſcientia eſt ſtudioſa. Alia uerò cõtraria appello. Ac in prima figura ex pronunciatis contrarijs non efficitur ſyllogiſmus, nec affirmans, nec negans: affirmans quidem, quia oportet ambo pronunciata affirmantia eſſe. contraria autem ſunt affirmatio & negatio: negans autem effici nequit, quia contraria idem de eodem affirmant & negant. At medium in prima figura de ambobus non dicitur, ſed aliud de eo negatur, ipſum autem de alio af-

In ſecũda figura. firmatur: hæc autem contraria non ſunt. At uerò in media figura ſyllogiſmus effici poteſt tum ex contradicentibus, tum ex aduerſis. ponatur enim bonum in a, ſcientiam autem in b & c: profectò ſi ſumpſit omnem ſcĩetiam eſſe ſtudioſam, itẽ & nullam: a in toto b ineſt, & in c nullo, atq; ita b in nullo c inerit, nulla igitur ſcientia eſt ſciẽtia. Eadem eſt ratio, ſi primũ ſumpſerit omnem ſciẽtiam eſſe ſtudioſam, dein ſumat medicinam non eſſe ſtudioſam. Nam a in omni b ineſt, & in c nullo, atque ita quædam ſcientia non eſt ſcientia, itẽ ſi a in toto c, & nullo b ineſt: a c b eſt ſcientia, c uerò medicina, a opinio. cum enim ſumpſiſſet, nullam ſcientiam eſſe opinionem, poſtea accepit, quandam ſcientiam eſſe opinionem. Inter hunc autem ſyllogiſmum & ſuperiorem hoc intereſt, quòd extrema cõmutentur: nam antea aſ-

A ficmatio ipſi b iungebatur, nũc autem ipſi c. Eodem modo fiet, ſi alterum pronunciatum in toto altero non ſit. perpetuò enim medium manet, quod de uno affirmatur, de altero negatur: atq; ita poſſint hic contraria concludi, uerum nõ ſemper, nec ratione quauis: ſed ſi ea ſint inter ſe, quæ ſub medio continentur, ut uel eadem ſint, uel unum ad alterum ratione totius ad partem habeat: alioqui id effici nequit. neq; enim pronunciata, aut cõtraria, aut contradicentia ullo pacto

In tertia figura. erunt. At in tertia figura nunquam ex contrarijs pronunciatis efficietur ſyllogiſmus affirmans, ob eam quam ſuperius expoſui rationem, in prima figura: efficietur autem negans ſyllogiſmus, ſeu in toto ſint extrema, ſeu non ſint. Faciamus enim, ut loco b & c ſit ſcientia, & in locum a ſuccedat medicina: tum ſi quis ſumat omnem medicinam eſſe ſcientiam, ac nullam medicinam eſſe ſcientiam, is ſumpſit b in toto a, c autem in eodẽ nullo: unde efficietur, quandam ſcientiam nõ eſſe ſcientiam. Idem fiet, ſi pronunciatum a b in toto ſumptum non ſit: nam ſi quædam medicina eſt ſcientia, rurſus nulla medicina ſcientia ſit, efficitur, ſcientiam quãdam non eſſe ſcientiam. ac ubi extrema in toto ſumuntur, efficiuntur pronũciata contraria: quòd ſi alterum in parte accipiatur, ſunt contradicentia. Eſt autem aduertendũ, contraria nonnunquam ita accipi poſſe, ut diximus: nempe omnem ſcientiam eſſe ſtudioſam. Rurſus aut nullam, aut certè quandam eſſe ſtudioſam: id quod non ſolet eſſe obſcurum. Licet

B & alterum concludere, uel etiam ſumere ex uarijs interrogationibus, quemadmodum in Topicis dictum eſt. Cum autem affirmationum tres ſint oppoſitiones, accidit cõtraria ſex modis accipi: ut totum & nullum, totum non totũ, quoddam & nullum, idq; in extremis commutare. uerbi cauſa, a in omni c, & nullo b: aut in c toto, in b uerò nullo: aut in altero quidem omni, in altero uerò non omni. Rurſus id in extremis cõmutare licet. eadem eſt ratio & in tertia figura. Perſpicuum eſt igitur, quot modis, ac in quibus figuris ex contrarijs pronunciatis ſyllogiſmus efficiatur. Conſtat etiam, ex falſis uerum concludi poſſe, quemadmodum antea expoſuimus, ex contrarijs non poſſe: concluſio enim ſemper eſt rei aduerſa, ut ſi ſit ea bona, concluditur eam non eſſe bonam: aut ſi animal ſit, efficitur non eſſe animal, idq; quia ſyllogiſmus ex contradictione conſtat: extrema autem propoſita aut eadẽ ſunt, aut alterum eſt totum, alterũ uerò pars. Liquet etiam, nihil uetare in ratiocinationibus uitioſis, quo minus concludatur quæſtionis poſitæ contrarium. ut ſi quid ſit impar, id non eſſe impar. nam ex pronunciatis contrarijs efficiebatur ſyllogiſmus contrarius. ubi igitur talia pronunciata ſumpſeris, efficietur contradicens quæſtionis poſitæ. Hoc autem intelligi debet, ex uno ſyllogiſmo contraria non poſſe ita concludi, ut complexio dicat, quod non eſt bonum, eſſe bonum, aut aliquid huiuſcemodi: niſi tale pronũciatum ſtatim initiò ſumptum ſit, ut omne animal eſſe album, & non album, hominem autem eſſe animans: quin uel contradictio aſſumi debet, ut q. a

ſcientia

ſcientia omnis ſit opinio, & non ſit opinio: deinde ſumendum eſt, medicinam ſciẽtiam quidem eſſe, opinionem tamen nullam, quomodo repreheſiones fieri ſolent: aut duplici ratiocinatione illud efficiendum eſt. ut autem contraria ſint reuera, quæ ſumuntur, pronunciata, alia ratione quàm hac fieri nequit, quemadmodum antè expoſitum eſt.

DE RATIONE POSTVLANDI *propoſiti.* *Cap.* XII.

Petere principium quid, & quot modis dicatur.

POteſt autem eius quod in quæſtione eſt, petitio ac ſumptio, ut pars quædam comprehẽdi in uniuerſo genere eorum modorum, quibus non bene id quod propoſitum eſt, demonſtratur. Id quod multis modis fieri accidit: nempe ſeu nihil omnino concludatur, ſeu ex his quæ minus nota ſunt, aut æquè ignota, & ſi ex poſterioribus probetur id quod prius eſt: demõſtratio enim efficitur ex uerisſimilioribus, & prioribus. ac in nulla iſtarum poſtulatur propoſitũ, ſed cum alia per ſe cognoſci comparata ſint, nõnulla ex alijs (initia enim per ſeipſa cognobilia ſunt, quæ initijs continentur aliunde) cum id quod per ſe notum non eſt, conatur quis per ſe idipſum probare, poſtulatur tum initiò propoſita quæſtio. id quod ita fieri poteſt, ut continuò propoſita quæſtio poſtuletur. Poteſt etiam accidere, ut ad res nonnullas egrediamur, quæ per alias natura probari erant comparatę, & ex his prima quæſtio probetur. uerbi cauſa, ſi a probetur per b, & hoc per c, c uerò ſuapte natura probari poſſit per a. ita enim fit, ut illud ipſum ex ſeipſo probent, qui ita ratiocinantur: id quod faciunt, qui lineas æquè diſtantes deſcribere ſe arbitrantur. neq; enim intelligunt homines illi, ſe ea ſumere, quæ probari non poſſunt, niſi lineæ ſint æquè diſtantes. ijs itaque qui ſic ratiocinantur, euenit, ut dicant res ſingulas eſſe, ſi ipſæmet ſint, quomodo res omnes per ſe cognobiles erunt. id quod fieri nequit. Si quis igitur poſtulet a eſſe in c, cum ignotum ſit b eſſe in c, item & a in b, nondum conſtat, an principium poſtulet: ſed manifeſtum eſt, eum non demonſtrare. nam quod æquè eſt ignotum, principium demonſtrationis eſſe nequit. Quòd ſi b & c ita ſint inter ſe affecta, ut uel in idem conueniant, uel conſtet ea reciprocari, aut alterum in altero eſſe, poſtulatur quæſtio prima. ſi enim ea reciprocentur, per illa quoque probauerit a eſſe in b. nunc autem id uetat, non modus: ſin id faciat, fecerit quidem id quod dictum eſt, & in tribus reciprocationem efficit. Eadem erit ratio, ſi ſumat b in c ineſſe, cum æquè ſit ignotum, & a in ipſo c: nec dum poſtulatur prima quæſtio, non tamen demonſtrat. Quòd ſi a & b idem ſint, aut ea retrò commeent, aut a ſit conſequens ipſi b, poſtulatur quæſtio ea ipſa de cauſa. expoſuimus enim antea, quã uim habeat illud initiò propoſitum: nempe quòd ſit per ſe monſtrare, quod per ſe manifeſtum nõ eſt. Quòd ſi propoſitum poſtulare, eſt per ſe confirmare id quod per ſe non eſt notum: id autem eſt propoſitum non demonſtrare, cum demonſtratio ſit, & æquè ſint ignota, quod demonſtratur, & ex quo id demonſtratur: aut quia eadẽ in aliA quo eodem inſint, aut quia re eadem ijs inſit: ſanè in media figura, & in tertia utroq; modo ęquè poſtulari poteſt propoſitum. In ſyllogiſmo autẽ affirmante, tum in tertia, tum in prima: in negante uerò, ubi eadem ab aliquo eodem abſunt, nec eodem modo ſe habent ambo pronũciata: item in media figura, quia extrema nõ retrò cõmeent in ſyllogiſmis negantibus: ac in demonſtrationibus poſtulatur principium, cũ reuera ita ſe habet: in diſputationibus autem dialecticis, nõ ita ſit opinione hominum.

Non propter hoc falſum accidere, quibus in ratiocinationibus dicatur.

Illud autem, quod in diſputationibus ſæpè dicere ſolemus, falſum inquam eam ob cauſam nõ accidere, in ijs primùm ratiocinationibus accidit, quæ in incommodum deducunt, cum ad cõtradictionem eius rei pertinebit, quæ per incommodum probata ſit. Neq; enim quiſquam dixerit illud non propter hoc, niſi qui contradicens dederit, ſed quidpiam falſum eſſe contendet ex ijs quæ antea ſunt poſita, nec in ea probatione, quæ propoſitum concludit, ut in qua non ponitur contradicens. Præterea cum quidpiam recta probatione euerſum fuerit, ut per a b c, tum dici non poteſt, ſyllogiſmum ex pronunciato poſito non fieri. Tum enim eam ob cauſam non fieri dicimus, cum ea ſublata nihilominus concluditur ſyllogiſmus. Id quod in probantibus non accidit: quippe ſi propoſitio euertatur, nulla ad eam erit ratiocinatio. Conſtat igitur ob eam cauſam in ijs ſyllogiſmis dici, qui ad incommodum ducunt, cum hypotheſis initiò propoſita ita ſe habuerit ad incommodum, ut ſit ea, uel non ſit, ni-B hilominus ſequatur illud. Ac unus eſt modus maximè conſpicuus, quo falſum propter hypotheſim non efficitur, cum ſyllogiſmus ex medijs ad incommodum factus ab ipſa hypotheſi abſolutus ſit, nullo modo cõiunctus: quemadmodum in Topicis dictum eſt. Illud enim eſt ponere cauſam, quòd cauſa non ſit. uerbi cauſa, ſi quis probare uolens dimetientem eſſe irrationabilem, conetur Zenonis rationem probare, nihil inquam moueri poſſe, & in id incommodum rem deducat. nulla enim ratione coniuncta eſt hæc falſa cõcluſio cum eo quod initiò dictum eſt. Alius eſt modus, cum concluſio abſurda hypotheſi quidẽ continens eſt & coniuncta, ob eam tamen nõ ſequitur: id enim fieri poteſt, ſeu ſurſum, ſeu deorſum uerſus ſumas continens. ut ſi ponatur a eſſe in b, b in c, c rurſus in d: ſit autem falſum, b eſſe in d: ſanè ſi ubi a tolletur, nihilominus b ipſi c inſit, c item ipſi b, concluſio falſa ex hypotheſi initiò poſita non ſequebatur. Rurſus ſi quis ſurſum uerſus continens & coniunctum ſumat, ut ſi a ſit in b: e uerò in a, & f in e, cum falſum ſit, f eſſe in a. nam hac ratione nihilominus efficietur incõmodum, ubi tollatur hypotheſis poſita: abſurdum autem coniungi debet cum extremis initiò poſitis: ita enim ex hypotheſi concludetur. Vt ſi coniunctũ & continens ſumas deorſum uerſus, prędicato coniungas. nam ſi impoſsibile ſit a eſſe in b, ipſo a ſublato non ſequetur falſa concluſio: ſin ſurſum pergas, ſubiectum accipi debet. nam ſi fieri nequit, ut f ſit in b, ipſo b ſublato non manebit incommodum. Eadẽ erit ratio, ubi priuantes fuerint ratiocinationes. Conſtat igitur, concluſionẽ falſam

falſam expoſitione non ſequi, ſi incommodum A cum extremis in initio poſitis oon ſit iuoctum: ac ne ſic quidē falſum perpetuò ob hypotheſim concludetur. nam ſi ponatur a, non quidem in b, ſed in g ineſſe, g uerò in c, & hoc in d, hoc etiam modo manet abſurdum. Idem fiet, ſi ſurſum uerſus extrema ſumas. Cum igitur ſeu illud ſit, ſeo non ſit, ſemper ſequatur incommodum, expoſitione non eſt conſequutum: oel certè, quod dicitur, eo ſublato nihilominus falſum effici, non eſt ita accipiendum, quaſi ſi aliud ponatur, ſequatur incommodum: ſed cum eo ſublato idem incommodum ex pronunciatis, quæ reſtant efficitur. qoandoquidem nihil eſt abſurdum, eandē concloſionem falſam per multas hypotheſes effici. uerbi cauſa, quod æquè diſtantes concurrāt, ſeu interiot angolus exteriore ſit maior, ſeu triāgulus plures duobus rectos habeat.

DE FALSA RATIONE. Cap. XIII.

EFficitur autem ratio falſa ex eo, quod prius falſum fuit: quippe cum ſyllogiſmus omnis duobus pronunciatis aut pluribus conſtet. Quòd ſi ex duobus conſtet, neceſſe eſt, auc alrerum, aut utrunq; falſum eſſe, quandoquidē ex ueris falſa concluſio effici non potuerit. ſin ex pluribus conſtet, ut ſi c per a b probetur, & hæc per d e ſ g. nam io his eſt aliquid ex ſuperioribus falſum graria cuius collecta eſt concluſio: nam a & b ex illis concluduntur: ex illis igitur efficitur concluſio, eaq; falſa. Vt autem ratione non decipiamur, & uincamur, obſeruandum eſt diligēter, B dum aduerſarius rationes poſtulat ſine concluſionibus, ne in pronunciatis eadem res bis coocedatur: quandoquidem intelligimus, ſine medio ſyllogiſmum nullum effici. Medium autem appellatur id, quod ſæpius dicitur. quòd ſi nouerimus, quid in quaq; figura concludatur, perſpicuum inde fuerit, qua ratione medium ſit obſeruandū in unaquaq; concluſione. Illud autem nō poteſt tibi eſſe obſcurū, ſiquidē intelligis quale ſit propoſitum, quod defendis. Quod autem reſpondentibus obſeruandum præcipimus, id occultare debent qui argumentantur, uel certè id conari. id quod fiet primùm, ſi cooclusiones antea non confirment, ac concludant, ſed poſt propoſitiones neceſſarias aſſumptas illæ obſcuræ maneant, ac prætermittantur. Præterea ſi quis ea quę propinqua ſunt, nō roget, ſed ea inter quę, plurima ſint media. uerbi cauſa, ſaciamus, ut concludi oporteat a d e ſ, ac media ſint b c d e: peri igitur debet, an a ſit in b. Rurſus non quidem ao b ſit in c, ſed utrum d ſit in e, deinde an b ſit io c: eademq; ratione cætera ſumi debēt. quin & à medio incipiendum eſt, ſi per medium unicum efficitur ſyllogiſmus: eo enim modo reſpondeotem maximè fefellerit. At uerò quoniā intelligimus, quando, quaq; ratione diſpoſitis extremis efficiatur ſyllogiſmus: perſpicuum eſt, quando ſit futura reprehenſio, quando non ſit. fieri enim poteſt reprehenſio, ubi omnia conceduntur, aut ordine mutato ponuntur reſponſa: nempe ſi alterum neget, aiat alterum. Syllogiſmum enim fore diximus, ſeu hoc, ſeu illo modu diſpoſita ſint

Artem occultare debent, qui argumentātur, & qua ratione.

Elēchus ſiue reprehēſio quādo fiat.

extrema. Itaq; ſi quid concedatur concluſioni cōtrarium, neceſſe eſt reprehēſionem fieri. eſt enim reprehenſio, ſyllogiſmus contradictionis. Quòd ſi nihil conceſſum ſit, fieri nequit reprehēſio. nec enim efficiebatur ratiocinatio, ubi omnia pronūciata negantia eſſent: quare nec reprehenſio. Nā ſi ſit reprehenſio, ſyllogiſmum quoq; eſſe oportet: non tamen ſi ſit ſyllogiſmus, continuò reprehenſionem eſſe neceſſe eſt. Eadem erit ratio, ſi in reſpondendo nihil ponatur uniuerſum, cum reprehenſionis ac ſyllogiſmi eadem ſit ratio.

DE DECEPTIONE, QVAE IN *opinione oritur.* Cap. XIIII.

QVemadmodum autē in extremorum diſpoſitione decipimur, ita in opinione deceptio quoque accidit. ut ſi quid, duobus primum ineſſe poſsit, & alterū quis ignoret, puterq; nulli ineſſe, alterū uerò nouerit. Faciamus enim ut a in b, & in c per ſe inſit, ea item in toto d eodem modo: profectò ſi putet a in toto b eſſe, & hoc in c: a uerò in nullo c, hoc autem in toto d, rem eandem ſimul cognoſcet, & ignorabit. Rurſus ſi quis fallatur in ijs quæ ſuot ex eadem coojugatione: ut ſi a ſit in b, & hoc in c, c rurſus in d: & opinatur a in toto b ineſſe, & in nullo c. ſimul enim nouerit, & non opinabitur ineſſe. aliúdne igitur hinc ſibi uolt, quàm quod nouit, id ſe oon opinari? Nouit enim quadantenus a eſſe in c per b, quo modo pars in toto cognoſcitur: atque ita quod quis quadantenus nouit, id ſe planè opinari putat: id quod fieri nequit. In eo autem quod B prius eſt dictū, nemo opinari poteſt, ambas propoſitiones ſecundum media ambo, ſi non ex eodem ordine medium ſumptum ſit: ut ſi a ſit in toto b, & in nullo c, & hęc ambo in toto d. ita enim euenit, ut prima propoſitio ſumatur, uel in totū, uel certè quadantenus contraria. Nam ſi arbitretur, cuicunq; inſit b, illi omni ineſſe a, ac nouerit b eſſe in d, profectò is nouit d eſſe a. Si igitur ecōtrariò putet, cuicūq; inſit c, in eo nullo eſſe ipſum a, is oon putat a eſſe in aliquo cui inſit b: hæc autem aut omnino, aut aliqua ex parte contraria ſunt, arbitrari inquam, cui b inſit, illi omni ineſſe a: & rurſus, cui b inſit, ipſi alicui non exiſtimare a ineſſe. Ac eo modo opinio concipi oequit. At nihil uetat ex utroque pronunciatum alterum opinari, uel ex altero utrunq;, ut a in toto b eſſe, & b in d, rurſus a in nullo c. eſt enim is error ei ſimilis, quo in particularibus hallucinamur: ut ſi a ſit in toto b, & hoc in toto c, a in toto c inerit. Si quis igitur nouerit, cuicunq; b inſit, ei toti ineſſe a, profectò nouit ineſſe ipſi c: at nihil prohibet, quo minus ignoret ipſum c eſſe. Vt ſi a ſit duo recti, in b uerò triangulus, in c triāgulus ſenſibilia. poſsit enim quis arbitrari c non eſſe, etiam ſi nouerit omnem triangulum habere duos rectos: ſimul igitur rem eandē nouerit, & ignorabit. noſſe enim triangulum omnem habere duos rectos, uarium eſt ac multiplex. eſt enim tum in toto id ſcire, tum ſigillatim. ac nouit quidē ſcientia uniuerſa, c habere duos rectos: ſingulari uerò non item: ita fit, ut nō habeant contrarias opiniones. Idem exiſtimandum eſt de ratione illa ſcripta in Menone, ſcientiam inquam eſſe reminiſcentiam. *Contra Platonem.*

nunquam

nẽ, qui dicit ſciẽtiam eſſe reminiſcentiam.

nunquã enim fit, ut res ſingularis anticipata cognitione ſciatur: ſed dum inductione utimur, ſimul rei particularis ſcientiam ſumamus, quaſi eã in memoriam reuocemus. Quædam enim ſunt, quæ ſtatim ubi uidemus, cognoſcimus: ut duobus rectis, ſi nouerimus triãgulum eſſe: id quod eodem modo fit in alijs. Cognitione igitur uniuerſa particularia cognoſcimus: propria ac peculiari neſcimus. Quo fit, ut in ijs hallucinemur, nõ tamen opinione contraria: ſed dum cognitioné uniuerſalem habemus, decipimur particulari. Eadem eſt ratio eorũ quæ ſuperius expoſuimus. Error enim ex medio non eſt ei ſcientiæ contrarius, quæ ſyllogiſmo parta eſt: nec opinio ea quę ex uno medio naſcitur, contraria eſt ei quæ ex altero comparatur. Nihil autem prohibet, qui nouerit a in toto b eſſe, & hoc in c, eum arbitrari, nõ eſſe a in c. uerbi cauſa, omnem mulam ſterilem eſſe, opinari poteſt: & hanc eſſe mulam, cum tamen eam uterum ferre putet. nec enim is ſcit a eſſe in c, niſi qui utrunq; ſimul cognoſcit. Conſtat igitur, ſi alterum nouerit, & alterum ignoret, eum falſum iri: quo modo ſe habent uniuerſales ſcientiæ ad particulares: neq; enim ſenſibilium quicquam ſcimus, ſi à ſenſu abſit, ne ſi illud quidé etiam ſenſerimus, niſi fortè eo modo, quo rem uniuerſam ſcimus, & quatenus propriam cognitionem illius habemus, non quaſi actu illam exerceamus. Scire enim trib. modis dicitur, nempe aut cognitione uniuerſali, aut particulari, aut actu & operatione: quare totidem etiam modis intelligitur hallucinari. Nihil igitur uetat, quempiam in re eadem tum ſcire, tum decipi: non tamen contrario modo ei accidit, qui ex utraque propoſitione rem nouit, neque has prius expendit. qui enim putat mulam uterum geſtare, is nõ habet actu ueram ſcientiam, nec item erroré ſciétiæ contrarium, ob huiuſcemodi opinionem: error enim uniuerſali contrarius, eſt ſyllogiſmus.

Scire, trib. modis dicitur.

At uerò qui bonum malum eſſe arbitratur, is idé eſſe putat, bonũ eſſe, ac malum. ponamus enim, bonum eſſe in a, malum uerò in b: item bonum eſſe in c, tum quia idem eſſe putat b & c, profectò arbitrabitur c eſſe b, item & b eſſe a, eadé ratione, atq; ita c eſſe. ut enim ſi uerum ſit, de quo c dicatur, b dici, item de quo b, ipſum a, profectò a de c uerũ fuerit. nõ aliter in opinione res habet. Idem exiſtimãdum, in quo rea ſit. cum enim c & b eadem ſint, b item & a, profectò c & a eadem fuerint. Ac in opinione eodem modo res habet. an uerò ſi quis primũ admiſerit, id protinus neceſſarium eſt? at illud fortaſſe falſum eſt, quempiam inquam arbitrari, bonum eſſe malum: niſi fortè accidentario: nam id uarijs modis arbitrari licet: id autem diligentius eſt perſpiciendum.

DE IIS QVAE IN PRIMA FIGURA *fiunt reciprocationibus.* Caput XV.

VBi extrema retrò cõmeent, neceſſe eſt medium quoque cum utroq; reciprocari. nã ſi a eſt in c per medium b, ſi illa cõmeent, ut cuicunq; ei inſit a, c quoque omni inſit, profectò b cum a reciprocatur: & cuicunque ineſt a, ei omni ineſt b per medium c, ac c cum b reciprocatur

A per medium a. In negatione tantundem fit, ut ſi b ſit in c, a uerò in b non ſit, ne a quidem in c erit: profectò ſi b cum a cõmeat, c quoque cum a cõmeabit. faciamus enim b non eſſe in a, nec c igitur erit: quandoquidem b omni c inerat: quòd ſi cum b cõmeet, c quoq; cum a cõmeabit. in quocunque enim dicitur b, c quoq; dicitur. Item ſi c cum a conuertatur, b quoq; conuertetur. nam in quo eſt b, in eo quoq; eſt c: in quo autem eſt c, a non ineſt, & id ſolum à concluſione initium ducit. aliorum non eſt eadem ratio, quemadmodũ & in affirmante ſyllogiſmo. Rurſus ſi a & b conuertentur, c item & d, ſit autem neceſſe in re quauis a uel c ineſſe, profectò b & d eiuſmodi erunt, quorum alterum in re quauis inſit. nam quia in quocunque eſt a, ineſt b, in quo item eſt c, ineſt quoque d: at in re quauis aut a aut c ineſt, non in eadem ſimul. liquet igitur in omni re aut b dici, aut d, & nõ ambo ſimul. uerbi cauſa, ſi quod ingenerabile eſt, incorruptibile quoq; eſt: ité quod eſt incorruptibile, eſt ingenerabile: neceſſe eſt, quicquid generatum eſt, caducum eſſe: & quicquid caducum eſt, genitum eſſe: componuntur enim duę ratiocinationes. Rurſus ſi in re quauis a ineſt, aut b, item c uel d, nec in eadem ſimul, ſi a & c reciprocantur, b quoq; & d retrò cõmeent. nam ſi cui rei d ineſt, in ea non ſit b, conſtat a in ea eſſe: quòd ſi ſit, c quoq; ineſt, quippe cũ retrò cõmeent. ſimul igitur c & d in eadem re erunt: id autem fieri nequit. Quando uerò a in toto b, in c item toto ineſt, & de nulla re alia dicitur, b item in toto c ineſt, neceſſe eſt a & b retrouerti. cum

B enim a de b & c tantum dicatur, dicetur autem b tum de ſeipſo, tum de c: perſpicuũ eſt, de quibus dicitur a, de ijs quoq; omnibus b dictum iri, præterquam de ipſo a. Quando item c & b in toto c inſunt, & c retrouertitur cum b, neceſſe eſt a in toto b ineſſe. cum enim a in omni c inſit, c ité in b, quia cõmeent illa, a quoq; in omni b inerit. quando uerò ex duabus rebus propoſitis altera fuerit magis quàm altera expetenda, ut a quàm b, cum illæ contrariæ ſint. Eadem ratione b magis expetendum quàm c: ſi a c magis ſunt expeté da quàm b d, ipſum a magis expetédũ eſt quàm d. æquè enim a perſequẽdum eſt, ac b fugiendũ, cum hæc ſint contraria: c item æquè ac d, quippe cum illa quoque cõtraria ſint. ſi igitur a æquè expetendum eſt ac d, profectò b æquè fugiendũ eſt ac c: utrunq; enim ęquè fugiendum eſt, atque alterum expetédum. quo fit, ut ambo, a inquam & c, æquè atq; illa b d fugienda ſint, aut proſequenda. nam quod maius eſt, par eſſe nequit. nã b d æqualia erant. Sin d ſit ipſo a magis expetendum, ſanè b minus fugiendum erit quàm c: minori enim minus opponitur. at maius bonum, et minus malum, magis expetenda ſunt, quàm bonum minus, & maius malum: totum igitur b a magis perſequendum eſt, quàm a c: at nõ ita eſt: a igitur magis expetédum eſt quàm d, & c quoque minus fugiendum quàm b. Ac ſi id ſibi proponit in amore. quicunque amat, ipſum inquã a nempe ita eſſe affectum, ut gratificetur, & nõ gratificari ſit in c, uel certè gratificari in d, in b uerò eum non eſſe qui gratificetur: cõſtat a, talem inquam eſſe, magis eſſe expetendum, quàm grati-

A ficari, atq; ita in amore amor congreſſui eſt præponẽdus: amor igitur in affectu eſt porius, quàm in congreſſu: quòd ſi in eo potius collocarut, ut is ſit illius finis, profectò congreſſus aut nullo pacto eſt, aut dilectionis cauſa: eo enim modo ſũt deſideria alia, & artes. Perſpicuũ eſt igitur, quánã ratione ſe habeár extrema in reciprocatione, in comparatione item perſequendorum & fugiendorum.

De inductione.


Hoc loco nobis exponendum eſt, non dialecticas modò ratiocinationes ac demonſtrationes per ſuperiores figuras effici, ſed & oratorias, ac omnem omnino probarionem in quauis ratione docendi. Res enim omnes probamus aut ratiocinarione, aut inductione. Ac inductio & ratiocinatio ex ea tum ſit, cum alterum extremum de medio concluditur per alterum: ut ſi in his a c, medium ſit b, & probetur a eſſe in b per c: hac enim uia inductiones facere ſolemus. uerbi cauſa, ſit a longæuum, b uerò uacans bile: in c ſingula longæua, ut homo, equus, mulus: ſanè a eſt in roto b. quicquid enim bile uacat, eſt longæuum: quinetiam b, nempe uacans bile, eſt in toto c: q; ſi c rerrouertatur cum b, nec mediũ excedat, neceſſe eſt a eſſe in b: quippe cũ antes à nobis probatum ſit, ubi duo eidem rei inſint, & extremum cum altero eorum reciprocetur, alterum eorum quæ dicuntur ei ineſſe, quod reciprocatur: eſt autem c intelligendum, quaſi quid ex uniuerſis ſingulis compoſitum. nam inductio ex omnibus efficirur: ea autem ratiocinatio primá propoſitionem concludit, & quæ medio caret. in his enim quæ medium habent, efficitur ſyllogiſmus ex B medio. in his uerò quæ medio carent, ſit per inductionem. Ac inductio ratiocinationi contraria eſt aliquo pacto: hæc enim ex medio ptobat extremum in tertio, illa uerò ab extremo confirmat tertium in medio. Natura igitur antecedit, & eſt notior eo ratiocinario, quæ per medium efficitur: ratione noſtri magis eſt perſpicua, quę ſit per inductionem.

DE EXEMPLO. CAP. XVI.

EXemplum autem tum eſt, quum extremũ in medio ineſſe probatur, ex eo quòd ſit ſimile tertio. debet autem notius eſſe, & magis perſpicuum, quòd mediũ ſit in tertio: & primum in illo ſinguli. uerbi cauſa, conſtiruamus in a malum: in b, ſuſcitare bellum in finitimos: in c uerò, Athenienſes aduerſus Thebanos: in d, Thebanos in Phocẽſes. iam ſi probare uelimus, pernicioſum eſſe, committere bellum cum Thebanis, primum ſumendum eſt, pernicioſum eſſe in finitimos bellum gerere: id quod probatur ex ſimili, nẽpe quòd Thebanis aduerſus Phocenſes pernicioſum fuerit. Cum igitur in finitimos bellum gerere pernicioſum ſit: in Thebanos autem bellare, eſt bellum gerere in finitimos: conſtat igitur, in Thebanos bellare pernicioſum eſſe. Ac conſtat b in c & d ineſſe: utrunq; enim eſt, in finitimos bellum committere. Conſtat item, a eſſe in b. nam Thebanis nullam utiliratem attulit bellum in Phocenſes. probabitur autem a eſſe in b per ipſum d. Eodem modo fiet, ſi ex multis ſimilibus probetur, medium in extremo eſſe. Hinc igitur manifeſtum eſt, exemplum non habere eam rationem, quam totum ad partem, aut pars ad totum: ſed quam pars una ad alteram habet, quum ambæ in eodem toto continentur, altera autem eſt notior. ab inductione autem eo differt, quòd ea ex uniuerſis ſingulis extremum in medio eſſe confirmabat, nec connectebat ſyllogiſmum ad extrema. Exemplum autem coniungit quidem, ex omnibus autem non probat.

DE ABDVCTIONE. CAP. XVII.

ABductio uerò eſt, quando conſtat primũ in medio eſſe: an uerò medium ſit in poſtremo, ignotum quidem eſt: æquè tamẽ credibile eſt, uel certè magis quàm ipſa concluſio. Iã uerò ſi pauca media intercedant inter poſtremũ & medium: ita enim ſit, ut ad cognitionẽ propius omnino accedat. uerbi cauſa, ſit a res cognobilis, in b uerò locetur ſcientia, in c intelligatur iuſticia: ſanè conſtat, ſcientiam eſſe cognobilem. An uerò iuſticia ſit ſcientia, obſcurũ eſt, & non compertum. Quòd ſi æquè, uel magis credibile ſit, b eſſe in c, ac a in c, tum eſt abductio. cum enim rei ſcientiá antes non haberemus, propius ad eam acceſsimus, in aſſumendo pronunciato a c. Rurſus ſi pauca ſint media inter b & c: nã eo quoq; modo propius cognitionẽ res eſt. exempli gratia, ſi d ſit quadrati, & in e rectilinea ſigura, in f circulus: tũ ſi inter e & f unicũ ſit mediũ, nempe ut per umbellas circulus efficiatur par ſiguræ rectilineæ, ſanè res eſt prope cognitionem:



B quando uerò b c magis credibile non ſit quàm a c, nec pauca eorum ſunt media, abductionem tũ non appello: nec item cum b c medio uacat, id enim eſt ſcientia.

DE REFVTATIONE.
Caput XVIII.

De inſtãtia, & quid à propoſitione differat.

REfutatio uerò eſt pronunciatum alteri contrarium. Inter hanc autem & pronunciatũ hoc intereſt, quòd hæc in parte eſſe poteſt, pronunciatum omnino nequit, uel certè in ſyllogiſmis uniuerſalibus non poteſt. Obijcirur autẽ refutatio duplici ratione, & in duabus figuris. bifariam quidem: aut enim in toto eſt, aut in parte omnis, in duabus figuris: omnes enim afferũtur contrariæ pronunciato, contrariæ autem in prima & tertia figura concluduntur tantum. nam cum quis poſtulat quidpiam in aliquo toto eſſe, occurrimus, uel quòd nulli inſit, uel quòd in aliquo non ſit: ex quibus illud in prima figura colligitur, hoc in poſtrema figura. uerbi gratia, intelligamus in a unam eſſe ſcientiam: in b uerò collocetur, aduerſa: ſanè ſi quis propoſuerit, unam eſſe aduerſorum ſcientiam, occurrit alter, uel q; contrariorum eadem non ſit omnino ſcientia: aduerſa autem ſunt cõtraria, atq; ita efficitur prima figura: uel q; rei notæ & ignotæ non ſit una ſcientia, ea autem eſt figura tertia. nam in eo tertio, cognito inquã & incognito, uerè dicitur ea aduerſa eſſe: cum tamen falſum ſit, una ſcientia illa contineti. Eadem eſt quoq; ratio in pronunciato priuante. ſi quis enim petet, contrariorum non eſſe unam ſcientiam, continuò ei occurrimus, aut omnium contrariorum eſſe eandem, aut certè quorundam

quorundam aduerſorum, ut ſani & ægri. ac omnium unam eſſe probamus in prima, quorũdam uerò in tertia. Nam in omnibus omnino pronũciatis uniuerſalibus, quæ quis pro exceptiõe adfert, id uidendum eſt, ut illud quod contrà adfertur, ſit uniuerſale aliquid ad rem propoſitam: ut ſi petat non eandem eſſe aduerſorum omnium ſcientiam, dicat ille, contrariorum unam eſſe: eo autem modo neceſſe eſt primam figuram effici. Eſt enim medium uniuerſale quid ad quæſtionem initiò propoſitam. In parte autem ſi quid opponere uelis, aliquid afferendum eſt, ad quod ſubiectum propoſitionis ſit uniuerſale, ut cogniti & incogniti non eſſe eandem ſcientiam: aduerſa enim totum ſunt ad illa, & ita ſit tertia figura. Nam quod in parte ſumitur, medium eſt, ut cognitum & incognitum: nam ex his refutationes afferre conamur, unde contrarium concludere poſſumus. quapropter per eas figuras ſolas aſſerimus: nam in his tantum contrariæ concluſiones efficiuntur. nam in media figura nulla affirmatio colligebatur. Iam uerò ut in ea fieri poſſet, certè prolixiori ratione opus eſſet ad refutationem in media figura colligendam. ut ſi non conceſſerit, a eſſe in b, quia c non ſit ipſi conſequens: id enim per alias propoſitiones facilè intelligitur. at refutationem alio diuerti non oportet, ſed continuò propoſitionem perſpicuam habere: quamobrem in una hac figura non eſt ſignum. Sunt autem aliæ quoque refutationes expendendæ, cuiuſmodi ſunt quæ de contrario feruntur cum ſimili, tum etiam opinabili. Item, poſsitne ſumi particularis in prima figura, aut priuans in media.

DE CONSENTANEO ET *ſigno*. *Cap.* XIX.

Non eſt autem res eadem, conſentaneum & ſignum: ſed conſentaneum & uериſimile, eſt probabile quoddam pronũciatum. quod enim plurimum uulgò norunt ita fieri, uel non fieri, eſſe item, uel non eſſe, id eſt uеriſimile, ac conſentaneum: ut oderint qui inuident, diligant qui amãt. At ſignum ſuapte natura eſt pronunciatum, uel demonſtrabile, uel neceſſarium, uel probabile: id enim eſt ſignũ, quòd res ſit uel fuerit: quod dum eſt, uel ſit, uel prius, uel poſterius res ipſa facta eſt.

DE ENTHYMEMATE. *Caput* XX.

Signum tribus modis dicitur.

Eſt igitur Enthymema, ratiocinatio imperfecta ex ueriſimilibus uel ſignis. Intelligitur autem ſignum tribus modis, quot & mediũ in figuris. aut enim ita ſe habet ut in prima, aut ut in media, aut ut in tertia figura. uerbi cauſa, probare mulierem uterum ferre, quia lac habet, ex prima figura eſt. nam medium eſt, lac habere: ac in a ponatur uterum ferre, b uerò ſit lac habere, mulier uerò in c ponatur. Illud autẽ, ſapientes inquam uiros eſſe probos, quia Pittacus ſit probus, per ultimam figuram efficitur. ponamus in a probum, in b ſapientes, in c Pittacũ: profectò uerè dicuntur a & b de c. cæterùm alterum præmittunt, quia illud norunt: alterum autem aſſumunt. illud autem, mulierem inquam

A uterum geſtare, quia palleat, per ſecundam figuram effici ſolet: nã quia uterum geſtantibus pallor eſt conſequens, & huic quoque conſequens eſt, effectum inde putant, eam uterum geſtare. Sit pallidum in a, in b uterum ferre, in c mulier. ubi igitur una tantum propoſitio dicitur, ſignũ eſt modò: ſin altera aſſumatur, tum eſt ſyllogiſmus. uerbi cauſa, Pittacus eſt liberalis, nam ambitioſi ſunt liberales, & Pittacus eſt ambitioſus: uel contrà, ſapientes eſſe uiros probos, quia Pittacus eſt uir probus, & idem eſt ſapiens. Fiunt igitur ad hunc modum ſyllogiſmi. Cæterùm qui in prima figura efficitur, dilui nequit, ſi uerus ſit, cum ſit uniuerſalis: qui uerò in poſtrema figura efficitur, diſſolui poteſt, etiamſi uera ſit concluſio, quia nec uniuerſalis eſt ſyllogiſmus, nec ad rem. ut enim Pittacus ſit uir probus, non continuò neceſſe eſt, alios ſapientes eſſe probos. Qui uerò in media figura efficitur, is ſemper & ratione quauis ſolui poteſt. neque enim efficitur ſyllogiſmus unquam, dum extrema ita ſunt collocata. ut enim mulier uterum geſtans ſit pallida, hæc etiam mulier palleat, non ideo neceſſe eſt hanc uterum ferre. In omnibus igitur figuris uerum efficietur. differunt autem eo, quo dixi, diſcrimine. Sanè uel hac ratione diuidi debet ſignum, & medium in illis conſtituendum eſt indicium, ac propria rei nota. aiunt enim indicium eſſe id, quod rem cognoſcendam præbet: mediũ autem maximè eſt iſtiuſmodi. uel certè appellatione ſigni intelligenda ſunt ea quæ ſunt in extremis. indicia autem appellanda ſunt, quæ in

Alia ſigni diuiſio. Indiciũ quid.

B media figura ponuntur. Nam quod in prima figura collocatur, admodum credibile eſt, & maximè uerum.

DE RATIONE NATVRAE *coniectandæ*. *Cap.* XXI.

De ſyllogiſmo phyſiognomico.

Poteſt autem fieri, ut conijciatur natura & ingenium, ſi quis concedat, naturales affectiones corpus ſimul cum anima immutare. nam qui muſicam edoctus eſt, animo fortè eſt immutatus: at ea affectio non eſt ex earum numero quæ nobis naturales ſunt, ſed aliæ potius, cuiuſmodi ſunt iracundia, concupiſcentia naturalium mutationum: profectò ſi quis hoc conceſſerit, & unius rei unum eſſe ſignum, & accipere poſsimus ſuam cuiuſq; generis affectionem ac ſignum, naturam coniectare poterimus. Nam ſi alicui generi uni ſua eſt & propria affectio, ut in leonibus fortitudo, neceſſe eſt quoddam eſſe ſignum: quippe cum ſit confeſſum, ea ſeſe mutuò afficere. Sit igitur illud, quod ingentes habent membrorum extremitates, id quod in alijs quidem generibus reperitur, ſed non totis. nam ita demum ſignum eſt proprium, quia affectio totius generis propria eſt, non unius tantum, quomodo loqui ſolemus. Sanè id in alio genere inerit, eritque homo fortis, item & quodpiã aliud animans, habebit igitur ſignũ illud: unius enim rei unum eſſe ſignum diximus. Si igitur hæc ita habent, & in animantibus huiuſmodi, quæ affectionem unam propriam habent, ea ſigna colligere poterimus: unaquæque autem affectio ſuũ habet ſignum: quãdoquidem unum habeat ne-

ceſſe eſt,profectò naturam ac ingenium coniecta
re poterimus. Sin totum genus duas habeat affe
ctiones proprias , quemadmodum leo & fortis
eſt, & ſauciabilis, quo pacto cognoſcemus ex ſi-
gnis illis propriè conſequentibus , utrum utrius
ſit ſignum? an ſi in alio quodam,non toto,ambo
ſint , & in quibus non totis utrunque inſit,cum
unum habeat,alterum non item.nam ſi fortis ſit,
nec liberalis , & ex duobus hoc habeat , conſtat
id in leone ſignum eſſe fortitudinis.Coniectatur
autem natura & ingenium in prima figura, cum
medium cũ priori extremo reciprocatur, & exce
dit tertium, nec cum eo cõmeat.uerbi cauſa,ſit a
fortitudo,extremitates magnę in b,leo in c:pro-
fectò in quo eſt c,in eo toto eſt b,item & in alijs.
in quo autem eſt b, in eo toto eſt a . nec in pluri-
bus dicitur, ſed reciprocatur : alioqui non eſſet
unius rei unicum ſignum.

F I N I S.

NICOLAVS GROVCHIVS
diſcipulis ſuis S.

EGO in ea ſemper fui ſententia (opti-
mæ ſpei adoleſcentes) nullũ eſſe Ari-
ſtotelis librum, cuius non eſſet cùm
propter rerum optimarum cognitio-
nem, tum propter ſingularem exquiſitamq; do-
cẽdi rationem,ſumma utilitas. Sed inter omnes
mihi multis nominibus , primas partes ſemper
obtinere uiſus eſt liber de Demonſtratione: in
quo omnis docendi,diſcendi,ac tractandi, quic-
quid ſub ſcientiam cadere poſsit , ratio contine-
tur. Ego uerò illud etiam in omnibus quas ad-
huc uidi, philoſophiæ ſcholis animaduerti, nul-
lum eſſe Ariſtotelis librum,qui negligentius le-
gatur , cuiusq; utilitas minus percipiatur. Vnde
autem illud malum omnes ſcholas inuaſerit,ex-
cogitare aliud non poſſum , quàm quòd nimia
pertinaciter aliorum conſuetudinem obſerua-
mus : ita ut ſæpè non tam quid uerum ſit , quàm
quid in more poſitum,exquiramus.Neminé hac
in re doctorem accuſo: tantum conſuetudinem,
penes quam culpa eſt, non poſſum nõ damnare:
per quam factum eſt,ut in omnibus philoſophię
ſcholis liber iſte potius legeretur , ne quid quod
in more eſſet,omiſſum uideretur,quàm ut immé
ſus fructus perciperetur.Eum librum ego ueſtro
nomine adoleſcentes mihi chariſsimi, horis ſuc-
ciſiuis , quibus mihi à prælectionibus erat ociũ,
de Gręco uerti:ut in ea potiſsimũ re in quã ſum-
ma eſſet utilitas,etiam ocij noſtri,quod non ma-
gnum eſſe ſcitis, fructum aliquem, non illũ qui-
dem indebitum (nam quid præceptor talibus
præſertim diſcipulis non debet ?) ſed uobis cer-
tè inexpectatum,perciperetis. Id autem eo uehe
mentiore ſtudio feci,quòd eum librum tam ma-
lè,ne dicam barbarè,uerſum eſſe ſciebam, ut non
dubitarem quin ex uitioſa & barbara interpreta
tione nata obſcuritas,ſtudia ueſtra eſſet retarda-
tura, & expectatã inde utilitaté maxima ex par-
te impeditura. Verti itaq; hunc librum:atque ita
uerti,ut Ciceronis ego conſilium ſecutus,nõ ſin-
gula uerba pro ſingulis ſuperſtitioſe redderem:
A ſed quia hoc tantum mihi propoſitum eſſe exiſti
marem , ut quod optimè Græcè Ariſtoteles ſcri-
pſerat, nõ malè latinè uerterem: illud autem etiã
non ignorarem , linguam Latinam multis dicen
di formulis uti nõ poſſe,quibus Græca rectè ute
retur . icirco rebus quàm potui diligentiſsimè
expenſis,Latina uerba ad eas explicandas ita ac-
commodaui,ut non uerba uerbis, ſed ſententijs
modò ſententiæ reſpõderent. Hoc genus inter-
pretandi ſi quis non probet , uelit autem potius
ſingula uerba curioſius eſſe perſequenda:eius iu
dicium eo minus reformidabo,quòd neceſſe eſt,
ut mecum Ciceronem (non modò dicendi, ſed
etiam interpretandi principem) in eo accuſet,in
quo à uiris doctiſsimis maximã laudem & admi
rationem eſt conſecutus.Hunc ego authoré non
in ratione tantum interpretandi , ſed etiam in
uerbis,ubicũq; potui, ſecutus ſum:in quibus au
tem locis nil apud eum reperi quod pro Græcis
uerbis reddere poſſem , partim ex alijs receptæ
fidei authoribus, quod ad rem noſtram pertine-
ret, deſumpſi : partim uſitato in ſcholis uerbo u-
ſus ſum. Hinc ſunt illa uerba, mediatum,imme-
diatum,ſuppoſitio,& alia nonnulla:quæ quoniã
à forma Latinorum uerborũ mihi non uidentur
longè remota , uſurpare illa non ualde dubitaui.
Ego enim ut ſemper nimiam In ſeligẽdis uerbis
negligentiam uituperaui , ita nunquam religio-
nem nimiam probandam eſſe exiſtimaui. Acci-
pite igitur , adoleſcentes optimi , ſingularis mei
erga uos amoris non obſcuram ſignificationem:
& qui in ueſtram omniũ gratiam liber ſcriptus
B eſt,uobis dicatus,ſub ueſtro omnium nomine ap
pareat. Valete. Conimbricę.Ex regio gymna-
ſio,Idibus Februarij, M. D. XLIX.

IN ANALYTICA POSTERIO-
ra, Nic. Grouchij Argumentum.

*MAgna eſt & latè patẽs huius libri utilitas, ſed ma
gno doctrinarum omnium incommodo paucis co
gnita. Id quod ij apertè indicant , qui nuper libris editis,
tùm omnes Ariſtotelis libros,tum uerò hunc maximè in-
fectati ſunt. Nam ſi ullam partem ingenij Ariſtotelis atti-
giſſent,aut ſi ſuauitatem ipſius doctrinæ uel minimum de-
guſtaſſent, aliud profectò ſcribendi argumentum quæſiſ-
ſent,quàm in Ariſtotelis libros animaduerſiones : ſed po-
tius tãti ingenij ſubtilitatem admirati , aut tarditatem ſuã
accuſarent,ſi quicquam minus intelligerent:aut quæ ſcri-
pta in Ariſtotelem ediderunt, uel ad eum illuſtrandum,uel
in ipſius aduerſarios conuertiſſent. Ne quis igitur his deci
piatur impoſturis, & ut omnes intelligant quàm ualde fal
lantur, qui parum aut nihil fructus in ijs libris eſſe exiſti-
marunt, conabor, quid, ad quem uſum, & quomodo,hoc
nos libro Ariſtoteles docuerit , paulo quidem latius quàm
argumenti fortaſſe breuitas poſtulat, ſed tamen quàm bre
uiſsimè potero,explanare.*

*Quódnam ſit Ariſtotelis inſtitutum in iis quatuor li-
bris, quos inſcriptione ἀναλυτικῶν legimus , ipſe Ari-
ſtoteles docet tum initio primi libri de Ratiocinatione,tũ
ad finem 17.cap.ſecundi de Demonſtratione. Ex ijs enim
locis*

locis intelligimus, nil aliud ijs libris uoluiſſe Ariſtotelem docere, quàm quid, qualisq́; ſit ſcientia demonſtratiua, Nihil autem eſt ſcientia demonſtratiua, quàm omnis qna per demonſtrationem acquiritur ſcientia. Itaque qui demonſtrationem nouerit, quid, qualis, & quomodo conficienda ſit, demonſtratiuam ſcientiam cognouerit. Iam autem quia omnis demonſtratio eſt ratiocinatio quædam, in eoq́; maximè ſita eſt omnis demonſtrationis uis, nt uim tuæ concluſionis nunquam celes (in quo à Dialecticis rationibus diſtinguitur) ſed quàm apertiſſimè fieri poteſt, ex ſumptionibus id neceſſariò efficias, quod demonſtrandum propoſueras: propterea fuit neceſſe, nt non modò de Demonſtratione ageret, ſed etiam uim uniuerſam, partes ac proprietates ratiocinationis explicaret. Continetur igitur duabus partibus uniuerſa doctrina ἀναλυτικῶν.

Vna eſt de Syllogiſmo, duobus libris abſoluta: altera eſt de Demonſtratione, duobus item libris comprehenſa. Idem enim eſt (ut ſcribit Ariſtoteles cap. 17. lib. 2. de Demonſtratione) noſſe demonſtratiuam ſcientiam, quod ratiocinationis atque demonſtrationis naturam intelligere. Illa autem diſciplina cuius finis eſt demonſtratiua ſcientia, ſubiectum ipſa demonſtratio, ab Ariſtotele Analytice appellatur, & primo Rhetoricorum, & primo libro de Demonſtratione cap. 18. Itaque non incommodè Analyticen à fine hoc modo definies: Analytice eſt, ſcientia quæ ad cognitionem omnis ſcientiæ demonſtratiuæ pertinet. A ſubiecto autem hoc modo: Analytice eſt, ſcientia quæ in explicanda natura, partibus, ac proprietatibus demonſtrationis uerſatur. A partibus uerò hoc modo: Eſt ſcientia quæ tota ratiocinationis & demonſtrationis cognitione continetur. Porrò autem huius appellationis cauſam intelligemus, ſi modò uſum ac ntilitatem huius doctrinæ cognoſcamus. Ac primùm illud certum eſt, omnem certam ac firmam rei cognitionem, aut intelligentia concipiente impreſſas ſenſibus ſpecies contineri, aut argumenti neceſſaria concluſione. Dnobus autem illis perficitur omnis ſcientia. Nam priore modo principia cognoſcuntur, poſteriore concluſiones. Sed quoniam in priore illo cognoſcendi genere parum eſt artis: perficitur enim ſolis propemodum naturæ inſtrumentis, ſenſu, cogitatione, experientia: alterum autem totum genus uia & ratione continetur: propterea de priori illo cognoſcendi modo, aut nil, aut parum tractandum eſt: alterum genus, quia arte quadam abſoluitur, explicandum eſt. Non enim quæuis ratio ad probandum aliquid adhibita, ſcientiam parit: ſed ea demum, quæ tibi rem ita facit perſpectam, ut quin ita res habeat, dubitare non poſſis. Nihil enim ſcientia eſt, quàm certa ac firma rei quæ tibi dubia eſſe potuit, cognitio. Ergo quia omnes ſcire deſiderant, nec hominis unquam animus conquieſcit, niſi cū quàm certiſſimè fieri poteſt, quantumq́; rei fert natura, cognoſcit: certò autem cognoſci non poteſt, niſi adhibita ad fidem faciendam ratio ſit neceſſaria: propterea neceſſe eſt, ut quænam & qualis ſit illa ratio cognoſcamus: ut quum res propoſita erit quam ſcire cupimus, accommodare hanc rationem ad eam poſſimus. Illa autem ratio ἀπόδειξις appellata eſt à Græcis,

A à Latinis autē demonſtratio: uel ut Quintilianus uocat, euidens probatio. Eſt igitur Analytices ſumma utilitas, quæ huius demonſtrationis uim uniuerſam, omnes partes, omnes proprietates explicat: ſiquidem hac adiuti ſcientia, omnem docendi, diſcendi, explicandi, quicquid nobis ſit propoſitum ad ſciendum, rationem tenemus. Hanc ſi ſciamus, propoſita qnacunqne re, de qua poſſit eſſe ſcientia, eam ita tractabimus, ut nulla ratione poſſit melius doceri. Hæc ſcientia eſt quæ ab Ariſtotele ſecundo Metaphyſic. modus ſciendi appellatur. Hac enim arte inſtructi, pro rerum, ſubiectarum natura, rationes aut magis aut minus accuratas poſtulabimus: nec ſemper in omni re probationes mathematicis demonſtrationibus ſimiles requiremus, ſed ſemper principia cum re ſubiecta, ſocietate quadam naturæ coniuncta eſſe debere intelligemus. Nam hominum imperitiam, qui omnibus in rebus pariter accuratas demonſtrationes poſtulant, proficiſci ab ignoratione Analytices, ipſe Ariſtoteles 3. cap. libri quarti Metaphyſic. oſtendit his uerbis: δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. hoc eſt, quia imperiti ſunt analyticarum præceptionum, idcirco id faciunt. Continet igitur hæc ſciētia omnem rationem tractandarum omnium ſcientiarum: continet rationem bene docendi, & diſcendi quicquid ſub ſcientiam cadere poſſit: continet illam quæ παιδεία ab Ariſtotele uocatur in principio libri de Partibus animalium, quæ nil eſt quàm eruditio & modus bene tractandæ ac diſtribuendæ ſcientiæ cuiuſuis: ex qua πεπαιδευμένοι, hoc eſt eruditi ac doctrina politi homines appellan

B tur: quorū munus eſt, ut ait illo loco Ariſtoteles, uia quadam et ratione poſſe citra nllum errorem diſcernere quid in qnaque re bene, quid malè dicatur. Huius παιδείας contrarium eſt ἀπαιδευσία, quæ tam ſæpè obijcitur ab Ariſtotele ueteribus philoſophis tum in Phyſicis, tum in Metaphyſicis: quæ profectò nil eſt, quàm analytices ignoratio. Poſtremò hæc ſcientia eſt, quam Ariſtoteles cap. 1. libri undecimi Metaphyſicorum, circa demonſtrationem ac ſcientiam uerſari, quaſi circa proprium ac certum ſubiectum, dicit. Atque illa quidem de utilitate ſufficiant: nunc huius appellationis cauſam uideamus. Ac primùm Analyticen ab analyſi appellatam eſſe, nemo nō uidet: ſignificat autem analyſis, in ea ex quibus quæque res conſtant, diſſolutionem. Quoniam igitur mathematicæ ſcientiæ, nt ſunt certiſſimæ, & maximè accuratæ, ita omnibus alijs quaſi exemplar propoſitæ ſunt, ut quàm maximè fieri poteſt earum docendi ac probandi rationem ſequantur. Continentur autem omnes mathematicæ hac ratione docendi, ut propoſitis primùm principijs quibuſdā, tum deinde ad theorematum ac problematum ueniant demonſtrationes: atque ita rei cuiuſque ſcientiam efficiant, ſi alia ex alijs perſequendo, ac ueluti retexendo, ad prima principia perueniatur, quæ ſunt in quaque ſcientia ſimpliciſſima. Quid autem eſt reuocare hoc modo unamquanque rem ad ſua principia, quàm diſſoluere? Hac profectò ratione factum eſt, ut illa mathematicarum docendi ratio, analyſis meritò appellaretur: nec modò mathematicarū, ſed etiam aliarum ſcientiarum, quæ (ut ſuprà diximus)

omnis quoad eius fieri poteſt, mathematicarum perfectionem imitantur: ob idq; eandem illam docendi rationem ſequuntur. Quinetiam ipſæ artes & facultates quæ plurimum à ueris ſcientijs differunt, id docendi genus, quantum rerum in quibus uerſantur natura patitur, non omittunt: ſed ſuas probationes, quandocunque aliquid docere probando uolunt, hoc modo conficiunt. Quo fit, ut quatenus cognitione quadam cõtinentur, ſcientiæ nomine interdum appellentur. Vt enim omnis quæ ad docẽdum adhibetur, ex proprijs quibuſdã conſtans ratio (διδασκαλικὸν λόγον appellat Ariſtoteles in libro de Reprehenſionibus Sophiſtarum) appellatur non incommodè demonſtratio: ita omnes artes & facultates, quatenus ueri cognitione aliqua continentur, eatenus ſcientiæ non malè uocantur. non quòd ueræ illæ ac perfectæ ſint ſcientiæ, quarum uis in ſola rerum cognitione certa cernitur: ſed quoniam in ijs etiam eſt cauſarum quædam cognitio, per quas, licet non omnino neceſſarias, quid tamen uerum ſit in actione, aut effectione, mens noſtra intelligit. ob eã cauſam ſæpè nomen ἐπιστήμης, id eſt ſcientiæ, à Platone & Ariſtotele in ijs appellandis uſurpatur. Quia igitur hæc una eſt omnium ſcientiarum uia, quam in docendo ipſæ ſequuntur, ut principia quædam initiò proponantur, ex quibus omnium quæ in quacunque ſcientia traduntur, tũ oriatur cognitio, cum ad illa initia reuocantur: nil eſt autem hæc docendi ratio quàm analyſis: profectò non incõmodè illa ars quæ explicat omnium ſcientiarum docendi modum, Analytice appellata eſt. Analyſin autem ex Ariſtot. 3. Ethic. cap. 3. hoc modo definire poſſumus, cauſarum ex cauſis continuatam uſq; perſecutionem, donec ad prima illius rei, de qua quæritur, principia perueniamus. Sed quoniam aliæ etiam docendi rationes non minus accommodatæ ad ſciendum uidentur, quàm analyſis, conſilium Ariſtot hoc loco nobis uidetur eſſe explicandum, cur hanc unam rationem potiſſimum ſecutus ſit. Plato, quemadmodum ex multis eius locis intelligimus, duas maximè docendi rationes probauit, διαίρεσιν & συναγωγὴν, id eſt diuiſionem & compoſitionem. Appellatur autem compoſitio, multorum in unam aliquam ideam, ac rurſus huius et aliarum generis eiuſdem, in aliam communem ideam collectio, uſq; continuata, dum ad ſummum aliquod, unumq; genus perueniamus. Diuiſio uerò huic contraria, eſt diſtributio, quæ ducto à ſummo aliquo primoq; genere initio, uſq; perducitur per omnia media genera, dum ad ſpecies ultimas perueniatur. Ariſtotelis uerò aliud fuit conſilium. illam enim quam Plato uocat compoſitionem, uix, ac ne uix quidem, admiſit in tractãda ſcientia. Oſtendit enim Ariſtoteles ſtatim initio primi de Partibus animaliũ, hanc à rebus ſingulis ad uniuerſas progreſſionẽ in docendo ineptam eſſe, ac inutilem: quandoquidem neceſſe ſit, eum qui hac uia perſequetur rerũ ſubiectarum proprietates, eadem ſæpè repetere: quemadmodum illo loco exemplis apertiſſimè demonſtrat. Ergo in explicanda aliqua ſcientia, hanc rationem Ariſtoteles non admiſit, ſed haſtenus tantum utilem eſſe uoluit, ut ad inuentionem, itemq; ad cognitionem principiorum ualeret: quemadmodum ſatis in-

A *dicant uerba illius, ultimo capite 2. lib. de Demonſtratione. Alteram autem rationem, quam diuiſionem appellari diximus, ſuam quidem habere utilitatẽ in tractandis ſcientijs exiſtimauit Ariſtoteles: ſed eam tamen ut minimã particulam Analytices cenſeri debere, ipſe ſcribit cap. 32. lib. 1. de Ratiocinatione. Quam uerò utilitatem habeat hæc diuidendi ratio, tum illo eodem cap. breuiter oſtendit, tum uerò ampliſſimè 2. libro de Demonſtratione cap. 5. 14. & 16. Quanquam igitur ſit utilis ad tradendas ſcientias ratio diuidendi, non putauit tamen Ariſtoteles tantum in ea eſſe momenti, ut hanc faceret unam quandam explicandæ ſcientiæ rationem, ſed eam quaſi particulam analyſeos tractauit in Analyticis. Quinetiam definiendi rationem, cui tantum nõ modò Plato, ſed etiam ipſe Ariſtoteles tribuit, ut alterum omnino ſciendi modum 2. cap. primi de Demonſtratione, itemq; 3. cap. ſecundi libri appellaret, ad Analyſin ut partem quandam reuocauit. Quanquam enim ex quatuor quæſtionum generibus tres, an ſit, quale ſit, & quamobrem ſit, demonſtratione abſoluantur: quæſtio autem quid ſit, tantum definitione: ob idq; ſit ipſa per ſe quædam ſcientia, noſſe quid res ſit: non tamen id ſtatim exiſtimandum eſt, definiendi rationem non eſſe analytices partem. Eſt enim omnis definitio (ut inquit Ariſtot. capite 7. primi de Demonſtratione, & cap. 10. ſecundi) aut principium demonſtrationis, aut ipſa hoc dempto demonſtratio, quòd paulo diuerſus magis eſt uerborum in demonſtratione quàm in definitione contextus, aut demõſtrationis concluſio. Cum igitur omnis cuiuſque modi de-*

B *finitio, ut illis uerbis indicat Ariſtoteles, aliquo modo pertineat ad demonſtrationem: ſubiectum autem analytices ſit demonſtratio: profectò negari non poteſt, ad ſubiectum analytices, ideoq; ad ipſam analyticen pertinere definitionem. Vnam igitur Ariſtotelis exiſtimauit eſſe uiam tradendarum omnium ſcientiarum, analyſin: in qua una omnes reliquæ rationes ab alijs inuentæ cõtinentur. ſcientia autem quæ illius analyſeos naturam, partes, ac proprietates explicat, Analytice uocatur. Neque enim mihi placet, omnium quos adhuc uidi Ariſtotelis interpretum ratio, quam reddunt, cur Analytica inſcripſerit libros illos quatuor, quorum duo ſunt de ſyllogiſmo, et duo de demonſtratione. In eam enim ſententiam ferè omnes Græci ueniunt, Analytica appellata eſſe ab ea parte, in qua de analyſi ſyllogiſmorum docet. Quod quàm uerum ſit, ipſi uiderint, mihi certè non ſit uериſimile, à minima parte quæ in quatuor libris tractatur, librorum quatuor inſcriptionem eſſe deſumptam: maximè cum analyſis ſyllogiſmorum illo loco tractetur, ut una quædam proprietas ratiocinationis inter alias, quas duobus libris de Syllogiſmo tractat. Adde, quòd illi mihi non uidentur intellexiſſe, quatuor quidem librorum inſcriptionem fuiſſe analytica, quemadmodum ex Ariſtotele intelligimus, citãte ſub hoc nomine tum priores, tum poſteriores libros. Nam loquens Ariſtoteles de aliqua re quæ in libris de Syllogiſmo à ſe tractata ſit, quàm ſæpè analytica citat? ut capite primo ſecundi de Interpretatione, item 4. et 5. cap. octaui libri Topicorum, item primo Rhetoricorum & ſe-*

cundo

cando, multis in locis. Et cum loquitur de aliquo à ſe explicato in libris de Demonſtratione, nunquid ſub hac eadem inſcriptione ſepè citat? ut ſexto & hic capite tertio, duobus in locis. item ſeptimo Metaphyſic. capite duodecimo, item 2. capite de Reprehenſionibus ſophiſtarum: quo ſanè in loco apertè indicat, horum quatuor librorum inſcriptionem fuiſſe Analytica: Mihi, inquam, hoc uidentur noſtri interpretes ignoraſſe, hanc fuiſſe communem horum quatuor librorum inſcriptionem, ἀναλυτικά. propriam autẽ Priorum inſcriptionẽ fuiſſe, de ſyllogiſmo: Poſteriorũ, de Demonſtratione. Quod ne fingere uideamur, Galenũ teſtem laudabimus. Scribit enim in libello quodã, ubi libros ſuos enumerat, de ſuis in libros Ariſtotelis de Syllogiſmo commentarijs in hanc ferè ſententiam: Inſcribunt autem illos libros hoc tempore ferè omnes ἀναλυτικῶν προτέρων, ſicut eos qui de Demõſtratione ſunt ἀναλυτικῶν δευτέρων. ipſe autem Ariſtoteles illorum, ſub inſcriptione de Syllogiſmo: horũ, ſub inſcriptione de Demonſtratione, meminit. Itẽ in libro 4. de Differentijs pulſuum, ad finem ſcribit ijs uerbis: Sed iam libros etiam de definitionibus duos conſcripſi, tertium & quartũ cõmentariũ in ſecundum librum Ariſtotelis de Demonſtratione, cui libro titulum multi indiderunt, ἀναλυτικῶν δευτέρων, ſicut & libris de Syllogiſmo ἀναλυτικῶν προτέρων. Ex ijs opinor Galeni uerbis ſatis perſpicuum eſt, ueram inſcriptionem Priorum librorum eſſe de Syllogiſmo, Poſteriorum de Demonſtratione: fuiſſe autem mutatam ſua ferè ætate inſcriptionem, in eam quæ etiamnum extat in omnibus libris. niſi quòd in noua inſcriptione librorũ de Demonſtratione, ubi erat δευτέρων, ſcriptum eſt ὑστέρων: quæ licet idem ualeant, illud tamen non eſt cognitu indignum, ueterem titulum poſt Galeni tempora, fuiſſe ἀναλυτικῶν δευτέρων, non autem ἀναλυτικῶν ὑστέρων. Semper enim Galen. ſub titulo ἀναλυτικῶν δευτέρων citat, nunquam ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ut ex duobus illis locis paulo antè citatis apparet: itemq; ex libro quarto de Differentijs pulſuum, non longè ab initio: & ex libro ſecundo de Placitis Hippocratis & Platonis. Quæ cauſa eſt, ut ueterem ſecuti inſcriptionem, appellauerimus hunc librũ de Demonſtratione, ſiue de ſecunda parte ἀναλυτικῶν. Sed quoniam hæc aliquanto longius progreſſa ſunt, redeamus unde diuertimus. Si igitur eſt uera Priorum inſcriptio, de Ratiocinatione: Poſteriorum, de Demonſtratione, quemadmodum oſtendimus, ridicula hæc profectò cauſa eſt, cur quatuor ſimul libri Analytica inſcripti ſint, quòd uno quodam in loco de analyſi ſyllogiſmorum agatur. Scio adduci rationes quaſdam, cur licet uno tantum loco de analyſi agatur, analytica tamen potius quàm ſyſtatica, hoc eſt quaſi compoſitoria appellentur. Sed mihi illæ non ſatisfaciunt: nec cuiquam puto placerent, accuratè illa exquirenti. Itaq; eas ego ſuis authoribus relinquo. Aliorum fuit alia ſententia, ob id ſcilicet appellata fuiſſe analytica, quòd eam docendi rationem quæ analyſis uocatur, in explicando ſyllogiſmo & demonſtratione ſecutus ſit Ariſtot. Quod quanquã uerum ſit, nõ tamẽ hanc inſcriptionis rationem exiſtimo. Ego enim eos

A rogarem, cur illos potius libros, quàm alios quoſuis, Analytica inſcripſerit Ariſtot. Siquidem id perſpicuũ ſit, omnibus ferè ſuis libris hãc ſecutum fuiſſe docendi rationẽ. niſi ſi quis ſe uelit fateri doctrinæ Ariſtot. planè ignarum. Ergo reiectis aliorũ ſententijs, in noſtra maneamus, analytica ob id inſcribi, quòd ijs quatuor libris explicatur uniuerſa illa tradendarũ ſcientiarum omniũ ratio, quæ Analyſis appellatur, quam uiã & probauit Ariſtoteles, & in omnibus ſuis libris, quã maximè fieri potuit, ſecutus eſt. Poſtquam igitur ſuperioribus duobus libris quæ eſt prior pars analytices, ſyllogiſmi naturam uniuerſam, partes & proprietates expoſuit: nunc aggreditur ad explicationem demonſtrationis, quæ duobus etiam libris comprehẽſa eſt. Ac primo quidẽ libro, primũ quædã ueluti principia, ad eorũ quæ poſtea ſequuntur demonſtrationẽ neceſſaria, ponit, ſimul naturã demonſtrationis definitione explicãs: id quod ad quartũ uſq; caput facit. Illo loco incipit partes ac proprietates demonſtrationis exquirere. Ac proprietates quidẽ ſunt, conſtare ex neceſſarijs, cõſtare ex ijs quæ per ſe inſunt, ex æternis, ex ijs quæ propria ſunt illius rei quæ demonſtratur: itẽ in prima figura maximè cõcludi: itẽ contrariã habere ignorationẽ: itẽ certo rerũ numero, nõ infinito cõtineri, & huius generis multa, quæ illo libro docentur. Partes autẽ explicantur, cũ aliã quòd res ſit, aliã cur ita ſit, probare oſtẽdit: item cũ aliã uniuerſam, aliã de parte, unam affirmantẽ, alterã negantẽ, deniq; unã directo, alteram per incõmoda rem de qua quæritur confirmantem
B facit. Vbi ſimul partes explicando, partiũ explicat aut potius demonſtrat proprietates. Nam cõparatio partiũ inter ſe, quòd una ſit melior, altera deterior, & cur ita ſit, quid eſt quàm rei proprietas? Atq; in ijs ferè liber primus cõtinetur. In ſecundo aũt nil ferè tractatur quàm de definitione, id quod eo (mea quidem ſententia) factũ eſt, quòd ſecũdo cap. primi libri dixerat, exquiſiturum ſe poſtea an eſſet alius ſciendi modus, quàm per demonſtrationem. Vt igitur alterum illum ſciendi modum exquireret Ariſtoteles, quia uidebat id dubium eſſe, an eſſet: propterea an quid eſt, poſſit demonſtratione probari, primùm exquirit. Nam ſi, quid res ſit, non demonſtretur, ſciatur autem per definitionem quid res ſit: profectò dubitari iam non poteſt, quin aliud ſit per definitionem ſcire, aliud per demonſtrationẽ. Priuſquam autem ueniat ad illam quæſtionem, an quid eſt demonſtrari poſſit, ſtatim initiò quatuor quæſtionum genera ponit, ut ex quatuor quæſtionum generibus, quibus omnia quæ ſub ſcientiam cadunt continentur, intelligeremus tria per demonſtrationem cognoſci: quæſtionem autẽ quid eſt relinqueret, de qua quæreret, an etiã demonſtratione cognoſceretur. Et quoniã per definitionẽ ſciri quid eſt, non per demonſtrationem, ex longa utramq; in partẽ diſputatione relinquitur, rationem definiendi uniuerſam abſoluta illa diſputatione exquirit. Quanquam autem ille per definitionem ſciendi modus, diuerſus eſt reuera à ſcientia, quæ per demonſtrationem acquiritur: eſt tamen ita affectus ad demonſtrationem, quemadmodum ſuprà oſtendimus, ut pars quædam ſcientiæ demonſtratiuæ non immeritò cenſeatur, uel hoc nomine, quòd licet de-

monſtratione non probentur definitiones: in demonſtratione tamen, ac per affectionem quā habent ad demonſtrationem, ferè omnes cognoſcuntur, ac per demonſtrationē (ut oſtendit Ariſtoteles) illuſtrantur, maximeq́; illæ quas Ariſtoteles λὸγυς δ'ιὰ τι ἐςι δηλῦντας, appellat, hoc eſt definitiones cauſam cur res ſit explanantes: quæ ut ſolæ ſunt perfectiſsimæ, ita non ſine ratione Galenus eas ſolas ὐσιώδεις appellandas eſſe exiſtimat. Quia igitur non parum momenti eſt in definitione, ſed ille etiam eſt unus quidem per ſe ſciendi modus, propterea ampliſsimè de ea agendum fuit. Sed etiam quia ad demonſtratiuam ſcientiā pertinet, ob id in iſs libris, ubi de demonſtratione agitur, fuit tractanda: id quod Ariſtoteles fecit. Poſtquam autem uniuerſam illam diſputationem definitione abſoluit, ad extremum communes uniuerſæ ſcientiæ demonſtratiuæ quæſtiones proponuntur & diſſoluuntur: de utilitate diuiſionis, ad cognoſcendas rerum de quibus quæritur cauſas: & quæ ſint eadem, quæq́; diuerſa problemata: & an reciprocentur ſemper cauſæ cū effectis: deniq; principiorū ſcientiæ demonſtratiuæ, quæ & qualis ſit cognitio.

RAPHAELIS VOLATERRANI IN ANALYTICA POſteriora Eiſagoge.

QVomodo fiat demonſtratio, & ex quibus, & quid ab aliis differat, oſtendit in hoc primo libro. nā in aliis ſyllogiſmis mediū cauſa concluſionis eſt, non autem rei: in demōſtratione aūt medium illationis, & rei. B *Omnis igitur doctrina ex præexiſtēti cognitione fit. quod probat per inductionem ex diuerſis diſciplinis, per quas acquiritur ſcientia. Primū quidem ex mathematicis, quæ per dignitates monſtrantur per ſe notas. Deinde ex dialecticis, quæ fiunt per ſyllogiſmum ex præcognitione uniuerſalis. ipſa quoq; uniuerſalia in infinitum non procedunt, alioquin ſcientia non eſſet. Inſuper è ſenſu, & ſingularib. deprehenduntur: ut de ignis caliditate facto periculo colligimus uniuerſalem cauſam & propoſitionem, quòd ignis ſit calidus. Tertiò, præexiſtentem cognitionem ex rhetorica oſtendit, quæ per inductionem & exēpla procedit. Dicitur igitur ex primis ueris neceſſariis immediatis & notis cauſis concluſionis demonſtrationem eſſe, in qua definitione pluribus inſiſtit uerbis. Ponit nanq; ex neceſſariis, ex quibus fit quandoq; uera concluſio, ſicuti diximus ſuperius in ſyllogiſmo ſimplici, ſed dicit non propter quid. Ex immediatis, id eſt propriis, quoniam unaquæq; ſcientia habet propria, & cōmunia principia. Communia, ut ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ reſtant æqualia ſunt: hoc eſt cōmune arithmeticæ, & geometricæ. Propria ſunt, de quibus ſupponitur quod ſint, & de quibus in unaquaq; ſcientia demonſtrantur proprietates, ut unitates in arithmetica, & notæ & lineæ in geometria. Supponitur etiam quo ad ꝓprietates, quid ſignificat par & impar & triāgulus. Quapropter tria ſunt, quæ dicit Ariſtoteles non oportere demonſtrari, ſed tātum ſupponi, uidelicet ſubiectum, quid eſt, & quod eſt. Proprietas enim rei ſeu definitio dicitur*

A *quid eſt, & dignitas quod eſt. nam per hæc tria iam ſuppoſita ſunt demonſtrationes. Deinde dicit ex primis, quod priora ſunt aliis alia: ut natura priora uniuerſalia, ſicut homo: nobis uerò particularia, ut Socrates. Itē cauſa cauſato prior, præter quædā quæ ſimul ſunt, ut ſol & ſplēdor eius. Simul enim prænoſcitur ſol, & cauſa ſplendoris. Igitur demonſtrationem è primis cauſis non nobis, ſed naturæ fieri iubet. uerbi gratia, luna deficit, quoniam opponitur umbræ terræ: cauſa oppoſitio eſt, eclipſis uerò cauſatum. & uocatur ſyllogiſmus propter quid, qui ſecundum demonſtrationē & cauſam, natura prima cauſa eſt. At cōtrà cum dicimus, luna opponitur terræ, quoniam deficit cauſatum, & nobis prius notum loco cauſæ ponimus, quod minimè demonſtrat, uocaturq́; ſyllogiſmus quod eſt. Et rurſus, planetæ non coruſcant, quoniam propè ſunt, propter quid demonſtrat. At contrà planetæ propè ſunt, quoniam coruſcant, dicitur ſyllogiſmus quod eſt, ac minimè demonſtrat. Sed ut hæc ratio latius pateat, ſcire per quod, aut propter quid, multipliciter differt. Primò quidem in eadem ſciētia dupliciter. Vno modo, ſi per cauſas propinquas propoſitiones fiant, ſyllogiſmus propter quid eſt. ſi autē mediū aliquod interuenire queat, quod erit (uerbi gratia) non reſpirat lapis, quoniā non animal, ſyllogiſmus quod eſt. Nā cauſam ueram, & abſq; medio nō affert. multa enim ſunt animalia, quæ non reſpirant Sed quod pulmonē non habet, dicere debuit. Altero modo, cum ex cauſa cauſatū cōcludit, propter quid eſt. Si uerò ex cauſato cauſam, quod erit, ut ſuprà de lunæ eclipſi diximus. Secundū uerò aliam atq; aliam ſcientiā, quod & propter quid differunt: in ſubalternis uidelicet ſcientiis, ut harmoniaca ad arithmeticā, optice ad geometriā, machinatura ad ſymmetriā, phænomena ad aſtrologiā. In his igitur ſi optice per principiū optices demonſtratur, & harmoniaca per harmoniacā, & ſic reliqua, ſyllogiſmus quod fuerit. ſi uerò illud per arithmeticā, hoc uerò per geometriā, propter quid. Ratio, quòd ſubalternæ ſciētiæ ſciuntur, per quod eſt, & nō propter quid eſt: ſubalternantes propter quid. Quædam uerò non ſubalternæ ſciētiæ ſe inuicē ſic habent, ut altera probet per ꝙ, altera propter quid: uidelicet medicina ad geometriā hoc modo, quòd rotunda uulnera tardius ſanantur, medici eſt tantū uidere. propter quid uerò, geometræ: Circulus uidelicet eſt, præter alia plana cōplectens plus & loci & angulorū. In cunctis igitur ea demū propoſitio circa mediū fuerit, qua res uera, ac eadē non æquiuoca uel alia demonſtratur: ut triangulus quia triangulus, & non figura tres habet angulos duobus rectis æquales. Reciproca demonſtratio pluriſariā fit. uno modo fit, uariando genus demōſtrationis, uidelicet quod eſt, in propter quid eſt, uel contrà. Quādo uerò cauſa ignoratur, per effectū, non tamen conuertibilem demonſtratur, uidelicet quod eſt. Si uerò effectu cauſa notior, tunc per cauſam, uidelicet propter quid proceditur. Secundò, uariando unum genus cauſæ in aliud genus cauſæ: ut demonſtrando cauſam finalē per efficientē & cōtrà. Tertio modo, quando notitia alicuius illationis per plures accipitur demōſtrationes, tūc illatio poteſt eſſe notior qualibet præmiſſarum ſeparatim ſumpta. Quarto*

modo,

modo, quando illatio ſolum demonſtratur per unā demon
ſtrationem, & ipſa adſumitur ad probandam aliquā præ-
miſſam, non uariando genus demōſtrationis, nec genus cau
ſæ: & hoc inuſitatū, nec ferè poſſibile. Poſt hæc reliqua de
finitionis exequitur, quoniā demonſtrationē ex neceſſarijs
& uniuerſalibus conſtare dixit. Vniuerſale oſtendit eſſe il
lud prædicatum, quod ineſt alicui ſubiecto tribus modis:
in omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum. In omni dicitur,
quod nihil extra relinquit ex his quæ ſubijciuntur ei: ut a-
nimal omne eſt eſſentia, & in cœlo ſidera. nam cœlum, ſol,
luna, pro uniuerſalibus demonſtrant. Per ſe autem, tripli-
citer. Primò, cū de eſſentia dicitur prima, ut Socrates per
ſe eſt ens: ambulās uerò, ſiue albus, eſt accidens, & aliud
quoddā ens. Secundò, cū proprietates ſubiecti dicuntur, ut
par & impar in numero, lōgitudo & latitudo in ſuperfi-
cie, ſimitas in naſo. Tertiò, dicitur in duabus illis cauſis, for
mali uidelicet, ut corpus per animam uiuit: & efficiente,
ut aqua per ignem caleſcit. Per ſe autē, & ſecundū quod i-
pſum idē penitus eſſe dicit. uerbi gratia, nota ineſt lineæ ſe
cundū quod ipſum, id eſt ſecundū quod triangulus, & per
ſe etiā ineſt. E tribus his modis, ſecundo modo ſciētia demō
ſtratur. Definitio igitur demōſtrationis initiū eſt, & abſq;
medio propoſitio, uerū non omnis. Eſt enim quædā defini
tio lato uocabulo, quæ deſcriptio eſt, quū ex accidētibus rē
deſcribimus. hic aūt ex rei eſſentia ponitur. Dependet au-
tem aut ex materia, aut ex forma, aut ex utraq;: uerbi gra
tia, ars omnis ſubiectum habet, quod eſt materia: & finem,
qui eſt forma. ars igitur naualis cum dicitur nauium facti
ua, definitio ex forma fuerit: & rurſus naualis ars, quæ cir
ca ligna uerſatur, & nauiū factiua ex materia & forma de
finitio perfecta fuerit, nam alterum ſolū nequaquā proba
definitio, igitur materialis per mediū formalis eſt conclu-
ſio. Formalis autē principiū proximū demonſtrationis: ut
ars naualis circa materiā uerſatur, quoniā nauigiorū acti
ua. At contrà, nullus per materiam mōſtrat. non enim ars
naualis nauigiorū factiua, quoniā circa materiā uerſatur.
Item, ira eſt feruor ſanguinis circa cor, materialis eſt defi-
nitio. Si addatur, appetitus triſtitiæ, formalis eſt, ſed in defi
nitione atq; demonſtratione diuerſa poſitio. In prima ma
terialem præponimus, ac ita dicimus: ira feruor eſt ſangui
nis circa cor, quoniā uindicta triſtitiam appetit. In demō
ſtratione uerò contrà formalis præponitur hoc modo: ira
tus appetit triſtitiā, appetenti uerò triſtitiam feruet circa
cor ſanguis, irato ergo feruet circa cor ſanguis. Si enim di
cemus, Irato feruet circa cor ſanguis, feruens aūt circa cor
ſanguis appetit triſtitiā, mentiemur. nō enim omnis circa
cor ſanguine feruens triſtitiā appetit: ſunt nanq; aliæ cau
ſæ, propter quas ſanguis feruet circa cor, ut febris. Non re
fert, ut in enunciatione ſit rectum, ut iratus: in illatione ue
rò uariet caſum, ut irato. Differit præterea de ſciētijs ſub
alternis, quæ ſunt illæ, quæ partē ab altera ſciētia ſubiecti
uel medij recipiunt. Quatuor ſibi cōditiones expetūt. Pri
mò, ut ſubiectum eorū ſub ſuperiorū ſcientiarū ſubiecto,
ſicuti pars in toto, cōtineatur. Secūdò, ut ſubiectū ſcientiæ
ſuperioris ad ſciētiæ inferioris ſubiectū per differētiā acci
dentalē contrahatur: quod ſi per eſſentialē cōtrahatur, tū

A ipſorum eadem erit ſcientia. Tertiò, quòd talis differentia
cōtrahens, nō cauſam ducat ab illo ſuperiore. Quartò, q.
ſubiectū ſcientiæ inferioris ſit aliquid conſtitutū ex ſubie-
cto ſciētiæ ſuperioris cū aliquo addito, quod quidē additū
conſtituat unū ex accidēte cū illo ſuperiore: illud uerò fa-
ciat unum ex accidente cū altero, quod prædicatur de alte
ro contingenter. In quarto huius Libri tractatu de differē
tia ponit, monſtrādo per quod eſt, & propter quid eſt in
eadē ſcientia, quod ſuprà attigit. Per effectū uerò cōuerſa
tibilē poſſumus quadrifariā demonſtrare. Primò, quando
mediū excedit minorem extremitatē, & conuertitur cum
maiore. ut quicquid non coruſcat, propè eſt: luna non co-
ruſcat, ergo luna propè eſt. Secundò, quando mediū excedi
tur à minore extremitate, rectè fiet demonſtratio particu
laris. ut quicquid non coruſcat, eſt propè. ſtella non coruſ
cat, ergo ſtella eſt propè. Tertiò, quādo mediū exceditur
à maiore extremitate ut quicquid mouetur motu progreſ
ſiuo, habet animā ſenſibilē: ſed animal mouetur ſic, ergo.
Quartò, cū mediū excedit maiorē extremitatē, tunc nō po
teſt fieri demonſtratio, quia effectus procedēs à pluribus
cauſis, nō poteſt alterā illarū concludere. E tribus aūt fi-
guris prima, & in primo modo, demōſtrationi magis con
uenit, quòd in ea partes definitionis magis innoteſcant. nā
definitio demonſtrationis initiū eſt. Deinde quod affirma
tio negationi præſtet, quia per ſe probat. Negatio uerò
adfirmatione indiget: non enim ex omnibus abdicatiuis fit
demonſtratio. Inſuper categorica, ſiue poſitiua utilior hy
pothetica, quòd in hac propoſitionis cōditio perfectæ pro-
B bationi officiat. In ſexto Tractatu differit de ſyllogiſmo i-
gnorationis, & deceptiuo, qui dupliciter fit. Primò ſimpli
citer, quando ex falſis in materia peccat. quod accidit, cum
quis opinatur oppoſitū alicuius principij uel cōcluſionis
ſine aliquo ductu rationis: uel quādo adſentitur oppoſitis
principiorū, uel cōcluſionis, ob aliquā rationē, quā neſci-
at diſſoluere. Alio modo, quum in forma peccat, hoc eſt in
modo, & figura. quapropter nō ſyllogiſmus, ſed paralo-
giſmus appellatur. Præterea docet, quomodo ſenſus pote-
ſtate occupata, mētis cognitio etiā tollitur, cū ex illa depē
deat. dein, quòd in demonſtratione nō eſt proceſſus in infi
nitū: eſtq; in definitionibus quidā ſtatus, ultra quē ſurſum
in prædicatis nō altius, neq; deorſum in ſubiectis ulterius
itur: dein, quòd unitas habitus ſcientiæ ſumitur ab unitate
ſubiectorū, diſtinctio à diſtinctione principiorū. Dein, u-
trū principia ſcientiarū ſint eadē. Reſpondet, quòd princi
pia ſcientiarū duplicia ſunt, communia & propria, com-
plexa & incomplexa. Communia uocantur, ex quibus: ex
his enim demonſtrantur proprietates ſubiectorū. propria
uerò, circa quæ dicūtur. Et hæc ſunt ſubiecta ſciētiarū, cir
ca quæ ſciētia uerſatur. ſicut in arithmetica numerus eſt ſub
iectū, & in geometria magnitudo. Itē, non poteſt ab eodē
intellectu de eodem obiecto ſimul & ſemel haberi ſcientia
& opinio. In quo differit, quid ſcientia ab opinione, & ſci
bile ab opinabili differt. altera de uniuerſali, & neceſſa-
rio, altera de cōtingente & non neceſſario, & aliter ſe ha
bere poſſibili. Libro ſecundo de ſcibilibus differit, cū Li-
bro ſuperiore de demōſtratione, quæ ſcientiā gignit, tra-
ctaſſet,

uia efficitur prima figura. Rurſus faciamus, ut
probatum ſit in tertia figura, a omni b ineſſe, po-
nitur ex hypotheſi, a nó omni b ineſſe. eſt autem
iam ſumptum, eſſe in omni b, & a in omni c. ita
enim concludetur incommodum, & fiet prima
figura. eadem ratione fiet, ſi probatú ſit in aliquo
eſſe. nam ponitur ex hypotheſi, a in nullo eſſe b:
& ſumptú eſt c in aliquo b, & a in omni c. Quòd
ſi concluſio ſit priuans ex fictione, ponendum eſt
a in quodam b eſſe: poſitum eſt autem c in nullo
a, & io omni b, ac media eſt ea figura. Itidem fiet,
ſi in toto non ſit probatio. Sumetur enim ex pa-
cto, a in omni b ineſſe: & ſumptum eſt c in nullo
a, & in quodam b, atq; ea eſt media figura. Perſpi
cuum eſt igitur, unamquamq; quæſtionem per
eadem extrema, tum probatione recta, tum per
incommodum concludi poſſe. Eadem quoq; ra-
tione licebit, ubi ratiocinationes rectà probates
fuerint, eas in incommodum conuertere, in his
quę ſumpta fuerint extrema, dum contradicens
propoſitio in cóclusione ſumatur. efficiuntur e-
nim ijdé ſyllogiſmi atq; ſunt, qui per conoerſio-
oem fiunt. onde & contmoò figuras ipſas habe-
mus, per quas unaquęque quæſtio concludatur.
Conſtat igitur, omné quæſtioné utraq; uia pro-
bati, tum per incómodum, tum recto ductu, nec
poſſe alteram uiam ab altera ſeiungi.

DE RATIONE CONCLVDEN- *di ex contrarijs.* Cap. XI.

In prima figu-ra.

PErſpicietur aotem hac uia, in qua nam figu-
ra ex pronunciatis contrarijs concludere li
ceat, in qua non liceat. Contraria auté pro- B
nunciata in uoce quatuor eſſe dico: nempe, om-
ne nullum, omne non omne, aliquod nullum, ali
quod non aliquod: reuera tria tantum ſunt coo-
traria. nam quoddam, & non quoddá, uoce mo-
dò pugnant. Ex his autem aduerſa ea dico, quæ
in toto ſunt: ut omne & nullum. uerbi cauſa, om
nis ſcientia eſt ſtudioſa, & nulla ſcientia eſt ſtu-
dioſa. Alia uerò cõtraria appello. Ac in prima fi-
gura ex pronunciatis contrarijs noo efficitur ſyl
logiſmus, nec affirmans, nec negans: affirmans
quidem, quia oportet ambo pronunciata affir-
mantia eſſe. contraria autem ſunt affirmatio &
negatio: negans autem effici nequit, qua contra-
ria idem de eodem affitmant & negant. At me-
dium in prima figura de ambobus non dicitur,
ſed aliud de eo negatur, ipſum autem de alio af-
firmatur: hæc aotem contraria non ſunt. At uerò

In ſecũda figu-ra.

in media figura ſyllogiſmus effici poteſt tum ex
contradicentibus, tum ex aduerſis. ponamus e-
nim bonum in a, ſcientiam autem in b & c: pro-
fectò ſi ſumpſit omnem ſciẽtiam eſſe ſtudioſam,
ité & nullam: a in toto b ineſt, & in c nullo, atq;
ita b in nullo c inerit, nulla igitur ſcientia eſt ſcié-
tia. Eadem eſt ratio, ſi primú ſumpſerit omnem
ſciẽtiam eſſe ſtudioſam, dein ſumat medicinam
non eſſe ſtudioſam. Nam a in omni b ineſt, & in
c nullo, atque ita quædam ſcieotia non eſt ſcien
tia, ité ſi a in toto c, & nullo b ineſt: ac b eſt ſcien-
tia, c uerò medicina, a opinio. cum enim ſumpſiſ-
ſet, nullam ſcientiam eſſe upinionem, poſtea ac-
cepit, quandam ſcientiam eſſe opinionem. Inter
hunc autem ſyllogiſmum & ſuperiorem hoc in-

A tereſt, quòd extrema cõmutentur: nam antea af
firmatio ipſi b iungebatur, oúc autem ipſi c. Eo-
dem modo fiet, ſi alterum pronunciatum in toto
altero non ſit. perpetuò enim medium manet,
quod de uno affirmatur, de altero negatur: atq;
ita poſsint hic contratia concludi, uerùm nõ ſem
per, nec ratione qoauis: ſed ſi ea ſiot inter ſe, quæ
ſub medio continentur, ut uel eadem ſint, uel
noum ad alterum rationé totius ad partem ha-
beat: alioqui id effici nequit. oeq; enim pronun-
ciata, aut cõtraria, aut contradicentia ullo pacto
erunt. At in tertia figura nunquam ex contrarija
pronunciatis efficietur ſyllogiſmus affirmans,

In tertia figu-ra.

ob eam quam ſuperius expoſui rationem, in pri
ma figura: efficietur autem negans ſyllogiſmus,
ſeu in toto ſint extrema, ſeu non ſiot. Faciamus
enim, ut loco b & c ſit ſcientia, & in locum a ſuc-
cedat medicina: tum ſi quis ſumat omnem medi
cinam eſſe ſcientiam, ac nullam medicinam eſſe
ſcientiam, is ſumpſit b in toto a, c autem in eodé
nullo: unde efficietur, quandam ſcientiam nõ eſ-
ſe ſcientiam. Idem fiet, ſi pronunciatum a b in to
to ſumptum non ſit: nam ſi quædam medicina
eſt ſcientia, rurſus nulla medicina ſcientia ſit, ef-
ficitur, ſcientiam quádam non eſſe ſcientiam. ac
ubi extrema in toto ſumuntur, efficiuntur prooũ
ciata contraria: quòd ſi alterum in parte accipia-
tur, ſunt contradicentia. Eſt autem aduertendú,
contraria nonnunquam ita accipi poſſe, ut dixi-
mus: oempe omnem ſcientiam eſſe ſtudioſam.
Rurſus aut nullam, aut certè quandam eſſe ſtu-
dioſam: id quod non ſolet eſſe obſcurum. Licet
B & alterum concludere, uel etiam ſumere ex ua-
rijs interrogationibus, quemadmodum in To-
picis dictum eſt. Cum autem affirmationum trea
ſint oppoſitiones, accidit cõtraria ſex modis ac-
cipi: ut totum & nullum, totum noo totú, quod-
dam & nullum, idque in extremia commutare.
uerbi cauſa, a in omni c, & nullo b: aut in c toto,
in b uerò nullo: aut in altero quidem omni, in
altero uerò non omni. Rurſus id in extremis cõ-
mutare licet. eadem eſt ratio & in tertia figura.
Perſpicuum eſt igitur, quot modis, ac in quibus
figuris ex contrarijs proounciatis ſyllogiſmus ef
fici poſsit. Conſtat etiam, ex falſis uerum conclu
di poſſe, quemadmodum antea expoſuimos, ex
contrarijs noo poſſe: concluſio enim ſemper eſt
rei aduerſa, ut ſi ſit ea bona, concluditur eam non
eſſe bonam: aut ſi animal ſit, efficitur non eſſe ani
mal, idque quia ſyllogiſmus ex contradictione
conſtat: extrema autem propoſita aut eadẽ ſunt,
aut alterum eſt totum, alterú uerò pars. Liquet
etiam, nihil uetare in ratiocinationibus uitioſa,
quo minus concludatur quæſtionis poſitæ con-
trarium. ut ſi quid ſit impar, id oon eſſe impar.
nam ex pronunciatis contrarijs efficiebatur ſyl-
logiſmus contrarius. ubi igitur talia pronuncia-
ta ſumpſeris, efficietur contradicens quæſtionia
poſitæ. Hoc autem intelligi debet, ex uno ſyllo-
giſmo contraria non poſſe ita concludi, ut com-
plexio dicat, quod non eſt bonum, eſſe bonum,
aut aliquid huiuſcemodi: niſi tale pronúciatum
ſtatim initiò ſumptum ſit, ut omne animans eſſe
album, & non album, hominem autem eſſe ani-
mans: quio uel contradictio aſſumi debet, ut q.

ſcientia

ſcientia omnis ſit opinio, & non ſit opinio: deinde ſomendum eſt; medicinam ſciētiam quidem eſſe, opinionem tamen onllam, quomodo reprehenſiones fieri ſolent: aut duplici ratiocinstione illud efficiendum eſt. ut autem contraria ſint reuera, quæ ſumuntur, pronunciata, alia ratione quàm hac fieri nequit, quemadmodum antè expoſitum eſt.

DE RATIONE POSTVLANDI *propoſiti.* Cap. XII.

Petere principium quid, & quot modis dicatur.

POteſt autem eius quod in quæſtione eſt, petitio ac ſumprio, ut pars quædam comprehēdi in uniuerſo genere eorum modorum, quibus noo bene id quod propoſitum eſt, demonſtratur. Id quod multis modis fieri accidit: nempe ſeu nibil omnino concludatur, ſeu ex his quæ minus nota ſunt, sut æquè ignota, & ſi ex poſterioribus probetur id quod prius eſt: demõſtratio enim efficitur ex uetiſimiliotibus, & prioribus. ac in nulla iſtarum poſtulatur propoſitũ, ſed cum alia per ſe cognoſci comparata ſint, nõnulla ex alijs (initia enim per ſeipſa cognobilia ſunt, qoæ inirijs cootinentur aliunde) cum id quod per ſe notum non eſt, conatut quis per ſe idipſum probare, poſtulatut tum initiò propoſita quæſtio. id quod ita fieri poteſt, ut continuò propoſita quæſtio poſtuletur. Poteſt etiam accidere, ot ad res nonnullas egrediamur, quæ per alias natura probati erant comparatę, & ex his prima qoæſtio probetut. uerbi cauſa, ſi a probetor per b, & boc per c, c uerò ſuapte natura probari poſsit per a. ita enim fit, ot illud ipſum ex ſeipſo probent, qui ita ratiocinantur: id quod faciunt, qui lineas æquè diſtantes deſcribere ſe arbitrantut. neq; enim intelligunt homines illi, ſe ea ſumere, quæ probari non poſſunt, oiſi lineæ ſint æquè diſtantes. ijs itsque qoi ſic ratiocinantut, euenit, ut dicant res ſingulas eſſe, ſi ipſæmet ſint, qoomodo res omnes per ſe cognobiles erunt. id quod fieri oeqoit. Si quis igitur poſtulet a eſſe in c, cum ignotum ſit b eſſe in c, item & a in b, nondum conſtat, an principium poſtulet: ſed manifeſtum eſt, eum non demonſtrate. nam quod æquè eſt ignotum, principium demonſtrationia eſſe nequit. Quòd ſi b & c ita ſint inter ſe affecta, ut uel in idem conueniant, uel conſter ea reciprocari, aut alterum in altero eſſe, poſtulatur quæſtio prima. ſi enim ea reciprocentur, per illa quoque probauerit a eſſe io b. nunc autem id uetat, non modus: ſin id faciat, fecerit quidem id quod dictum eſt, & in tribus reciprocationem efficit. Esdem erit ratio, ſi ſumat b in c ineſſe, cum æquè ſit ignotum, & a in ipſo c: nec dum poſtulatut prima quæſtio, non tamen demooſtrat. Quòd ſi a & b idem ſiot, aut ea retrò commeent, aut a ſit cooſequens ipſi b, poſtulatut quæſtio ea ipſa de caoſa. expoſuimus enim antea, quã uim habeat illud initiò propoſitum: nempe quòd ſit per ſe monſtrare, quod per ſe manifeſtum nõ eſt. Quòd ſi propoſitum poſtulare, eſt per ſe confirmare id quod per ſe non eſt notum: id autem eſt propoſitum non demonſtrare, cum demonſtratio ſit, & æquè ſint ignota, quod demonſtratur, & ex quo id demonſtratur: aut quia eadē in ali- A quo eodem inſint, aut quia re eadem ijs inſint: ſanè in media figura, & in tertia utroq; modo ęquè poſtulari poteſt propoſitum. In ſyllogiſmo autē affirmante, tum in tertia, tum in prima: in negante uerò, ubi eadem ab aliquo eodem abſunt, nec eodem modo ſe babent ambo pronũciata: item in media figura, quia extrema oõ retrò cõmeent in ſyllogiſmis negantibus: ac in demonſtrationibus poſtularnt principium, cũ reuera ita ſe habet: in diſputationibus autem dialecticis, nõ ita ſit opinione hominum.

Non propter hoc falſum accidere, quibus in ratiocinationibus dicatur.

Illud autem, quod in diſputationibus ſæpè dicere ſolemus, falſum inquam eam ob cauſam nõ accidere, in ijs primùm ratiocinationibus accidit, quæ in incommodum deducunt, cum ad cõtradictionem eius rei pertinebit, quæ per incommodum probata ſit. Neq; enim quiſquam dixérit illud non propter hoc, niſi qui contradicens dederit, ſed quidpiam ſalſum eſſe contendet ex ijs quæ antea ſunt poſita, nec in ea probatione, quæ propoſitum concludit, ot io qua non ponitur contradicens. Præterea cum quidpiam recta probatione euerſum fuerit, ut per a b c, tum dici non poteſt, ſyllogiſmum ex pronunciato poſito non fieri. Tum enim eam ob cauſam non fieri dicimus, cum ea ſublata nihilominus concluditur ſyllogiſmus. Id quod in probantibus oon accidit: quippe ſi propoſitio euertatur, nulla ad eam erit ratiocinatio. Conſtat igitur ob eam cauſam in ijs ſyllogiſmis dici, qui ad incommodum ducunt, cum hypotheſis initiò propoſita ita ſe habuerit ad incommodum, ut ſit ea, uel non ſit, ni- B hilominus ſequatur illud. Ac unus eſt modus maximè conſpicuus, qoo falſum propter hypotheſim non efficitur, cum ſyllogiſmus ex medijs ad incommodum factus ab ipſa hypotheſi abſolutus ſit, oullo modo cõiunctus: quemadmodum in Topicis dictum eſt. Illud enim eſt ponere cauſam, quòd cauſa non ſit. uerbi cauſa, ſi quis probare uolens dimetientem eſſe irrationabilem, cõoetur Zenonis rationem probare, nihil inquam moueri poſſe, & in id incommodum rem deducat. nulla enim ratione coniuncta eſt hæc falſa cõcluſio cum eo quod initiò dictum eſt. Alius eſt modus, cum concluſio abſurda hypotheſi quidē continens eſt & coniuncta, ob eam tamen nõ ſeqoitur: id enim fieri poteſt, ſeu ſurſum, ſeu deorſum uerſus ſumas continens. ut ſi ponatur a eſſe in b, b in c, c rurſus in d: ſit autem falſum, b eſſe in d: ſanè ſi ubi a tolletur, nihilominus b ipſi c inſit, c item ipſi b, concluſio falſa ex hypotbeſi initiò poſita non ſequebatur. Rurſus ſi quis ſurſum uerſus continens & coniunctum ſumat, ut ſi a ſit in b: e uerò in a, & f in e, cum falſum ſit, f eſſe in a. nam hac ratione nihilomious efficietur incõmodum, ubi tollatur hypotheſis poſita: abſurdum autem coniungi debet cum extremis initiò poſitis: ita enim ex hypotbeſi conclodetur. Vt ſi coniunctũ & continens ſumas deorſum uerſus, pręedicato coniungas. nam ſi impoſsibile ſit a eſſe in b, ipſo a ſublato non ſequetur falſa concluſio: ſin ſurſum pergas, ſubiectum accipi debet. oam ſi fieri nequit, ot f ſit in b, ipſo b ſublato non manebit incommodum. Eadē erit ratio, ubi priuantes fuerint ratiocinationes. Conſtat igitur, concluſionē

falſam

falſam expoſirione non ſequi, ſi incommodum A cum extremis in initio poſitis non ſit iunctum: ac ne ſic quidé falſum perpetuò ob hypotheſim concludetur. nam ſi ponatur a, non quidem in b, ſed in g ineſſe, g uerò in c, & hoc in id, hoc etiam modo manet abſurdum. Idem fiet, ſi ſurſum uerſus extrema ſumas. Cum igitur ſeu illud ſit, ſeu non ſit, ſemper ſequatur incommodum, expoſitione non eſt conſequutum: oel certè, quod dicitur, eo ſublaro nihilominus falſum effici, non eſt ita accipiendum, quaſi ſi aliud ponatut, ſequatur incommodum: ſed cum eo ſublato idem incommodum ex pronunciatis, quæ reſtaot efficitur. quandoquidem nihil eſt abſurdum, eandé concluſionem falſam per multas hypotheſes effici. uerbi cauſa, quod æquè diſtantes concurrát, ſeu interiot angulus exteriore ſit maior, ſeu triágulus plures duobus rectos habeat.

DE FALSA RATIONE. Cap. XIII.

Efficitur aotem ratio falſa ex eo, quod prius falſum fuit: quippe cum ſyllogiſmus omnis duobus pronunciatis aut pluribus conſtet. Quòd ſi ex duobus cooſtet, neceſſe eſt, aut alterum, aut utrunq; falſum eſſe, quandoquidé ex ueris falſa concluſio effici non potuerit. ſin ex pluribus conſtet, ut ſi c per a b probetur, & hæc per d e f g. nam in his eſt aliquid ex ſuperioribus falſum gratia cuius collecta eſt concluſio: nam a & b ex illis concluduntur: ex illis igitur efficitur concluſio, eaq; falſa. Vt autem ratione non decipiamur, & uincamur, obſeruandum eſt diligétet, B dum aduerſarius rationes poſtulat ſine concluſionibus, ne in pronunciatis eadem res bis concedatur: quandoquidem intelligimus, ſine medio ſyllogiſmum nullum effici. Medium autem appellatur id, quod ſæpius dicitur. quòd ſi nouerimus, quid in quaq; figura concludatur, perſpicuum inde fuerit, qua ratione medium ſit obſeruandű in unaquaq; concluſione. Illud autem nő poteſt tibi eſſe obſcurű, ſiquidé intelligis quale ſit propoſitum, quod defendis. Quod autem reſpondentibus obſeruandum præcipimus, id occulrare debent qui argumentantut, uel certè id conari. id quod fiet primùm, ſi concluſiones antea non confirment, ac concludant, ſed poſt propoſitiones neceſſarias aſſumptas illæ obſcuræ maneant, ac prætermittantur. Præterea ſi quis ea quę propinqua ſunt, nő roget, ſed ea inter quę, plurima ſint media. uerbi cauſa, faciamus, ut concludi oporteat a d e f, ac media ſint b c d e: peti igitur debet, an a ſit in b. Ruſus non quidem an b ſit in c, ſed utrum d ſit in e, deinde an b ſit in c: eademq; ratione cætera ſumi debét. quin & à medio incipiendum eſt, ſi per medium unicum efficitur ſyllogiſmus: eo enim modo reſpondentem maximè fefellerit. At uerò quoniã intelligimus, quando, quaq; ratione diſpoſitis extremis efficiatur ſyllogiſmus: perſpicuum eſt, quando ſit futura reprehenſio, quando non ſit. fieri enim poteſt reprehenſio, ubi omnia conceduntur, aut ordine mutato ponuntur reſponſa: nempe ſi alterum neget, aiat alterum. Syllogiſmum enim fore diximus, ſeu hoc, ſeu illo modu diſpoſita ſint A extrema. Itaq; ſi quid concedatur concluſioni cõtrarium, neceſſe eſt reprehéſionem fieri. eſt enim reprehenſio, ſyllogiſmus contradictionis. Quòd ſi nihil conceſſum ſit, fieri nequit reprehéſio. nec enim efficiebatur ratiocinatio, ubi omnia pronűciata negatiua eſſent: quare nec reprehenſio. Nã ſi ſit reprehenſio, ſyllogiſmum quoq; eſſe oportet: non tamen ſi ſit ſyllogiſmus, continuò reprehenſionem eſſe neceſſe eſt. Eadem erit ratio, ſi in reſpondendo nihil ponatut uniuerſum, cum reprehenſionis ac ſyllogiſmi eadem ſit ratio.

Artem occultare debent, qui argumentãtur, & qua ratione.

Elenchus ſiue reprehenſio quã-do fiat.

DE DECEPTIONE, QVAE IN *opinione oritur.* Cap. XIIII.

Quemadmodum auté in extremorum diſpoſitione decipimur, ita in opinione deceptio quoque accidit. ut ſi quid, duobus primum ineſſe poſsit, & alterű quis ignoret, puretq; nulli ineſſe, alterű uerò nouerit. Faciamus enim ut a in b, & in c per ſe inſit, ea item in toto d eodem modo: profectò ſi putet a in toto b eſſe, & hoc in c: a uerò in nullo c, hoc autem in toto d, rem eandem ſimul cognoſcet, & ignorabit. Rurſus ſi quis fallatur in ijs quæ ſunt ex eadem coniugatione: ut ſi a ſit in b, & hoc in c, c rurſos in d: & opinatur a in toto b ineſſe, & in nullo c. ſimul enim nouerit, & non opinabitur ineſſe. aliúdne igitur hinc ſibi uult, quàm quod nouit, id ſe non opinari? Nouit enim quadantenus a eſſe in c per b, quo modo pars in toto cognoſcitur: atque ita quod quis quadantenus nouit, id ſe planè opinari putat: id quod fieri nequit. In eo autem quod B prius eſt dictű, nemo opinari poteſt, ambas propoſitiones ſecundum media ambo, ſi non ex eodem ordine medium ſumptum ſit: ut ſi a ſit in toto b, & in nullo c, & hęc ambo in toto d. ita enim euenit, ut prima propoſitio ſumatur, uel in totű, uel certè quadantenus contraria. Nam ſi arbitretur, cuicunq; inſit b, illi omni ineſſe a, ac nouerit b eſſe in d, profectò is nouit d eſſe a. Si igitur ecõtrariò putet, cuicűq; inſit c, in eo nullo eſſe ipſum a, is non putat a eſſe in aliquo cui inſit b: hæc autem aut omnino, aut aliqua ex parte contraria ſunt, arbitrari inquam, cui b inſit, illi omni ineſſe a: & rurſus, cui b inſit, ipſi alicui non exiſtimare a ineſſe. Ac eo modo opinio concipi nequit. At nihil uetat ex utroque pronunciatum alterum opinari, uel ex altero utrunq;, ut a in toto b eſſe, & b in d, rurſus a in nullo c. eſt enim is error ei ſimilis, quo in particularibus hallucinamur: ut ſi a ſit in toto b, & hoc in toto c, a in toto c inerit. Si quis igitur nouerit, cuicunq; b inſit, ei toti ineſſe a, profectò nouit ineſſe ipſi c: at nihil prohibet, quo minus ignoret ipſum c eſſe. Vt ſi a ſit duo recti, in b uerò triangulus, in c triágulus ſenſibilis. poſsit enim quis arbitrari c non eſſe, etiam ſi nouerit omnem triangulum habere duos rectos: ſimul igitur rem eandé nouerit, & ignorabit. noſſe enim triangulum omnem habere duos rectos, uarium eſt ac multiplex. eſt enim tum in toto id ſcire, tum ſigillatim. ac nouit quidé ſcientia uniuerſa, c habere duos rectos: ſingulari uerò non item: ita fit, ut nõ habeant contrarias opiniones. Idem exiſtimandum eſt de ratione illa ſcripta in Menone, ſcientiam inquam eſſe reminiſcentiam.

Contra Plato-

nunquam

nẽ, qui dicit ſciẽtiam eſſe reminiſcentiam.

nunquã enim fit, ut res ſingularis anticipata cognitione ſciatur: ſed dum inductione utimur, ſimul rei particularis ſcientiam ſumamus, quaſi eã in memoriam reuocemus. Quædam enim ſunt, quæ ſtatim ubi uidemus, cognoſcimus: ut duobus rectis, ſi nouerimus triãgulum eſſe: id quod eodem modo fit in alijs. Cognitione igitur uniuerſa particularia cognoſcimus: propria ac peculiari neſcimus. Quo fit, ut in ijs hallucinemur, nõ tamen opinione contraria: ſed dum cognitionẽ uniuerſalem habemus, decipimur particulari. Eadem eſt ratio eorũ quæ ſuperius expoſuimus. Error enim ex medio non eſt ei ſcientiæ contrarius, quæ ſyllogiſmo parta eſt: nec opinio ea quę ex uno medio naſcitur, contraria eſt ei quæ ex altero comparatur. Nihil autem prohibet, qui nouerit a in toto b eſſe, & hoc in c, eum arbitrari, nõ eſſe a in c. uerbi cauſa, omnem mulam ſterilem eſſe, opinari poteſt: & hanc eſſe mulam, cum tamen eam uterum ferre putet. nec enim is ſcit a eſſe in c, niſi qui utrunq; ſimul cognoſcit. Conſtat igitur, ſi alterum nouerit, & alterum ignoret, eum falſum iri: quo modo ſe habent uniuerſales ſcientiæ ad particulares: neq; enim ſenſibilium quicquam ſcimus, ſi à ſenſu abſit, ne ſi illud quidẽ etiam ſenſerimus, niſi fortè eo modo, quo rem uniuerſam ſcimus, & quatenus propriam cognitionem illius habemus, non quaſi actu illam exerceamus. Scire enim trib. modis dicitur, nempe aut cognitione uniuerſali, aut particulari, aut actu & operatione: quare totidem etiam modis intelligitur hallucinari. Nihil igitur uetat, quempiam in re eadem tum ſcire, tum decipi: non tamen contrario modo ei accidit, qui ex utraque propoſitione rem nouit, neque has prius expendit. qui enim putat mulam uterum geſtare, is nõ habet actu ueram ſcientiam, nec item errorẽ ſciẽtiæ contrarium, ob huiuſcemodi opinionem: error enim uniuerſali contrarius, eſt ſyllogiſmus. At uerò qui bonum malum eſſe arbitratur, is idẽ eſſe putat, bonũ eſſe, ac malum. ponamus enim, bonum eſſe in a, malum uerò in b: item bonum eſſe in c, tum quia idem eſſe putat b & c, profectò arbitrabitur c eſſe b, item & b eſſe a, eadẽ ratione, atq; ita c eſſe. ut enim ſi uerum ſit, de quo c dicatur, b dici, item de quo b, ipſum a, profectò a de c uerũ fuerit. nõ aliter in opinione res habet. Idem exiſtimãdum, in quo res ſit. cum enim c & b eadem ſint, b item & a, profectò c & a eadem fuerint. Ac in opinione eodem modo res habet. an uerò ſi quis primũ admiſerit, id protinus neceſſarium eſt? at illud fortaſſe falſum eſt, quempiam inquam arbitrari, bonum eſſe malum: niſi fortè accidentario: nam id uarijs modis arbitrari licet: id autem diligentius eſt perſpiciendum.

Scire, trib. modis dicitur.

DE IIS QVAE IN PRIMA FIgura fiunt reciprocationibus.

Caput XV.

VBi extrema retrò cõmeent, neceſſe eſt medium quoque cum utroq; reciprocari. nã ſi a eſt in c per medium b, ſi illa cõmeent, ut cuicunq; ei inſit a, c quoque omni inſit, profectò b cum a reciprocatur: & cuicunque ineſt a, ei omni ineſt b per medium c, ac c cum b reciproca-

A tur per medium a. In negatione tantundem fit, ut ſi b ſit in c, a uerò in b non ſit, ne a quidem in c erit: profectò ſi b cum a cõmeat, c quoque cum a cõmeabit. faciamus enim b ineſſe in a, nec c igitur erit: quandoquidem b omni c inerat: quòd ſi cum b cõmeet, c quoq; cum a cõmeabit. in quocunque enim dicitur b, c quoq; dicitur. Item ſi c cum a conuertatur, b quoq; conuertetur. nam in quo eſt b, in eo quoq; eſt c: in quo autem eſt c, a non ineſt, & id ſolum à concluſione initium ducit. aliorum non eſt eadem ratio, quemadmodũ & in affirmante ſyllogiſmo. Rurſus ſi a & b conuertantur, c item & d, ſit autem neceſſe in re quauis a uel c ineſſe, profectò b & d eiuſmodi erunt, quorum alterum in re quauis inſit. nam quia in quocunque eſt a, ineſt b, in quo item eſt c, ineſt quoque d: at in re quauis aut a aut c ineſt, non in eadem ſimul. liquet igitur in omni re aut b dici, aut d, & nõ ambo ſimul. uerbi cauſa, ſi quod ingenerabile eſt, incorruptibile quoq; eſt: itẽ quod eſt incorruptibile, eſt ingenerabile: neceſſe eſt, quicquid generatum eſt, caducum eſſe: & quicquid caducum eſt, genitum eſſe: componuntur enim duę ratiocinationes. Rurſus ſi in re quauis a ineſt, aut b, item c uel d, nec in eadem ſimul, ſi a & c reciprocantur, b quoq; & d retrò cõmeent. nam ſi cui rei d ineſt, in ea non ſit b, conſtat a in ea eſſe: quòd ſi ſit, c quoq; ineſt, quippe cũ retrò cõmeent. ſimul igitur c & d in eadem re erunt: id autem fieri nequit. Quando uerò a in toto b, in c item toto ineſt, & de nulla re alia dicitur, b item in toto c ineſt, neceſſe eſt a & b retrouerti. cum
B enim a de b & c tantum dicatur, dicetur autem b tum de ſeipſo, tum de c: perſpicuũ eſt, de quibus dicitur a, de ijs quoq; omnibus b dictum iri, præterquam de ipſo a. Quando item c & b in toto c inſunt, & c retrouertitur cum b, neceſſe eſt a in toto b ineſſe. cum enim a in omni c inſit, c itẽ in b, quia cõmeent illa, a quoq; in omni b inerit. quando uerò ex duabus rebus propoſitis altera fuerit magis quàm altera expetenda, ut a quàm b, cum illæ contrariæ ſint. Eadem ratione b magis expetendum quàm c: ſi a c magis ſunt expetẽda quàm b d, ipſum a magis expetẽdũ eſt quàm d. æquè enim a perſequẽdum eſt, ac b fugiendũ, cum hæc ſint contraria: c item æquè ac d, quippe cum illa quoque cõtraria ſint. ſi igitur a æquè expetendum eſt ac d, profectò b æquè fugiendũ eſt ac c: utrunq; enim ęquè fugiendũ eſt, atque alterum expetẽdum. quo fit, ut ambo, a inquam & c, æquè atq; illa b d fugienda ſint, aut proſequenda. nam quod maius eſt, par eſſe nequit. nã b d æqualia erant. Sin d ſit ipſo a magis expetendum, ſanè b minus fugiendum erit quàm c: minori enim minus opponitur. at maius bonum, et minus malum, magis expetenda ſunt, quàm bonum minus, & maius malum: totum igitur b a magis perſequendum eſt, quàm a c: at nõ ita eſt: a igitur magis expetẽdum eſt quàm d, & c quoque minus fugiendum quàm b. Ac ſi id ſibi proponit in amore. quicunque amat, ipſum inquã a nempe ita eſſe affectum, ut gratificetur, & nõ gratificari ſit in c, uel certè gratificari in d, in b uerò eum non eſſe qui gratificetur: cõſtat a, talem inquam eſſe, magis eſſe expetendum, quàm gratificari,

ficari, atq; ita in amore amor congreſſui eſt præponẽdus: amor igitur in affectu eſt potius, quàm in congreſſu: quod ſi in eo potius collocatur, ut ia ſit illius finis, profectò congreſſus aut nullo pacto eſt, aut dilectionis cauſa: eo enim modo ſiõt deſideria alia, & artes. Perſpicuũ eſt igitur, quãná ratione ſe habeãt extrema in reciprocatione, in comparatione item perſequendorum & fugiendorum.

De inductione.

Hoc loco nobis exponendum eſt, non dialecticas modò ratiocinationes ac demonſtrationea per ſoperiores figuras effici, ſed & oratorias, ac omnem omnino probationem in quauis ratione docendi. Res enim omnes probamus aut ratiocinatione, aur inductione. Ac inductio & ratiocinatio ex ea tum fit, cum alterum extremum de medio concluditur per alterum: ut ſi in his a c, medium ſit b, & proberur a eſſe in b per c: hac enim uia inductiones ſacere ſolemus. uerbi cauſa, ſit a longæuum, b uerò uacans bile: in c ſingula longæua, ut homo, equus, mulna: ſanè a eſt in toto b. quicquid enim bile uacat, eſt longæuum: quinetiam b, nempe uacans bile, eſt in toto c: q; ſi c retrouertatur cum b, nec mediũ excedat, neceſſe eſt a eſſe in b: quippe cũ antea à nobis probatum ſit, ubi duo eidem rei ioſint, & extremum cum altero eorum reciprocetur, alterum eorum quæ dicuntur ei ineſſe, quod reciprocatur: eſt autem c intelligendum, quaſi quid ex uniuerſis ſingulis compoſitum. nam inductio ex omnibua efficitur: ea autem ratiocinatio primá propoſitionem concludit, & quæ medio caret. in his enim quæ medium habent, efficitur ſyllogiſmus ex medio. in bis uerò quæ medio carenr, fit per ioductionem. Ac ioductio ratiocinationi contraria eſt aliquo pacto: hæc enim ex medio probat extremum in tertio, illa uerò ab extremo confirmat tertium in medio. Natura igitur aorecedit, & eſt notior eo ratiocinatio, quæ per medium efficitur: ratione noſtri magis eſt perſpicua, quę fit per inductionem.

DE EXEMPLO. CAP. XVI.

EXemplum autem tum eſt, quum extremõ in medio ineſſe probatur, ex eo quòd ſit ſimile tartio. deber autem notiua eſſe, & magis perſpicuum, quòd mediũ ſit in tertio: & primum in illo ſinguli. uerbi cauſa, conſtituamua in a malum: in b, ſuſcirate bellum in finitimos: in c uerò, Athenienſes aduerſus Thebanos: in d, Thebanos in Phocẽſes. iam ſi probare uelimus, perniciosum eſſe, committere bellum cum Thebanis, primum ſumendum eſt, perniciosum eſſe in finitimos bellum gerere: id quod probatur ex ſimili, nẽpe quòd Thebania aduerſus Phocenſea perniciosum fuerit. Cum igitur in finitimos bellum gerere perniciolum ſit: in Thebanos autem bellare, eſt bellum gerere in finitimos: conſtat igitur, in Thebanos bellare pemicioſum eſſe. Ac conſtat b in c & d ineſſe: utrunq; enim eſt, in finitimos bellum committere. Conſtat item, a eſſe in b. nam Thebanis nullam utilitatem attulit bellum in Phocenſes. probabitur autem a eſſe in b per ipſum d. Eodem modo fiet, ſi ex multis ſimilibos probetur, medium in extremo eſ-

A ſe. Hinc igitur manifeſtum eſt, exemplum non habere eam rationem, quam totum ad partem, aut pars ad totum: ſed quam pars uoa ad alteram habet, quum ambæ in eodem toto continentur, altera autem eſt notior. ab inductione autem eo differt, quòd ea ex uniuerſis ſingulia extremum in medio eſſe confirmabat, nec connectebat ſyllogiſmum ad extrema. Exemplum autem coniungit quidem, ex omnibus autem non probat.

DE ABDVCTIONE. CAP. XVII.

ABductio uerò eſt, quando conſtat primũ in medio eſſe: an uerò medium ſit in poſtremo, ignotum quidem eſt: æquè tamẽ credibile eſt, uel certè magis quàm ipſa concluſio. Iã oerò ſi pauca media intercedant inter poſtremũ & medium: ita enim fit, ut ad cognitionẽ propius omnino accedat. uerbi cauſa, ſit a res cognobilis, in b uerò locetur ſcientia, in c intelligatur iuſticia: ſanè conſtat, ſcientiam eſſe cognobilem. An uerò luſticia ſit ſcientia, obſcurũ eſt, & non compertum. Quòd ſi æquè, uel magis credibile ſit, b eſſe in c, ac a in c, tum eſt abductio. cum enim rei ſcientiá antea non haberemus, propiua ad eam acceſſimus, in aſſumendo pronunciato a c. Rurſus ſi pauca ſint media inter b & c: nã eo quoq; modo propius cognitionẽ res eſt. exempli gratia, ſi d ſit quadrari, & io e rectilinea figura, in f circulus: tũ ſi ioter e & f unicũ ſit mediũ, nempe ut per umbellas circulus efficiatur par figuræ rectilineæ, ſaoè rea eſt prope cognitionem:



B quando uerò b c magis credibile oon ſit quàm a c, nec pauca eorum ſuot media, abductionem rũ non appello: nec item cum b c medio uacat, id enim eſt ſcientia.

DE REFVTATIONE.
Caput XVIII.

De inſtãtia, & quid à propoſitione differat.

REfutatio uerò eſt prononciatum alreri contrarium. Inter hanc autem & pronunciatũ hoc intereſt, quòd hæc in parte eſſe poteſt, pronunciatum omnino nequit, uel certè in ſyllogiſmis uniuerſalibus non poteſt. Obijcitur autẽ refutatio duplici ratione, & in duabus figuris. bifatiam quidem: aut enim in toto eſt, aot in parte omnis, in duabus figuris: omnea enim afferũtur contrariæ pronunciato, contrariæ aotem in prima & tertia figora concluduntur tantum. nam cum quis poſtulat quidpiam in aliquo toto eſſe, occurrimus, uel quòd nulli inſit, uel quòd in aliquo non ſit: ex quibus illud in prima figura colligitur, hoc io poſtrema figura. oerbi gratia, inrelligamus in a unam eſſe ſcientiam: in b uerò collocetur, aduerſa: ſanè ſi quis propoſuerit, onam eſſe aduerſorum ſcientiam, occurrit alter, uel q, contrariorum eadem non ſit omnino ſcientia: aduerſa autem ſunt cõtraria, atq; ita efficitur prima figura: uel q, rei notæ & ignotæ non ſit una ſcientia, ea autem eſt figura tertia. nam in eo tertio, cognito inquã & incognito, uerè dicitur ea aduerſa eſſe: cum ramen falſum ſit, una ſcientia illa contineri. Eadem eſt quoq; ratio in pronunciato priuante. ſi quis enim peret, contrariorum non eſſe unam ſcientiam, continuò ei occurrimus, aut omnium contrariorum eſſe eandem, aut certè

quorundam

quorundam aduerſorum, ut ſani & ægri. ac omnium unam eſſe probamus in prima, quorũdam uerò in tertia. Nam in omnibus omnino pronũciatis uniuerſalibus, quæ quis pro exceptiõe adfert, id uidendum eſt, ut illud quod contrà adfertur, ſit uniuerſale aliquid ad rem propoſitam: ut ſi petat non eandem eſſe aduerſorum omnium ſcientiam, dicat ille, contrariorum unam eſſe: eo autem modo neceſſe eſt primam figuram effici. Eſt enim medium uniuerſale quid ad quæſtionem initiò propoſitam. In parte autem ſi quid opponere uelis, aliquid afferendum eſt, ad quod ſubiectum propoſitionis ſit uniuerſale, ut cogniti & incogniti non eſſe eandem ſcientiam: aduerſa enim eorum ſunt ad illa, & ita fit tertia figura. Nam quod in parte ſumitur, medium eſt, ut cognitum & incognitum: nam ex his refutationes afferre conamur, unde contrarium concludere poſſumus. quapropter per eas figuras ſolas aſſerimus: nam in his tantum contrariæ concluſiones efficiuntur. nam in media figura nulla affirmatio colligebatur. Iam uerò ut in ea fieri poſſet, certè prolixiori ratione opus eſſet ad refutationem in media figura colligendam. ut ſi non conceſſerit, a eſſe in b, quia c non ſit ipſi conſequens: id enim per alias propoſitiones facilè intelligitur. at refutationem aliò diuerti non oportet, ſed continuò propoſitionem perſpicuam habere: quamobrem in una hac figura non eſt ſignum. Sunt autem aliæ quoque refutationes expendendæ, cuiuſmodi ſunt quæ de contrario feruntur cum ſimili, tum etiam opinabili. Item, poſsitne ſumi particularis in prima figura, aut priuans in media.

DE CONSENTANEO ET *ſigno.* *Cap.* XIX.

NOn eſt autem res eadem, conſentaneum & ſignum: ſed conſentaneum & ueriſimile, eſt probabile quoddam pronũciatum. quod enim plurimum uulgò norunt ita fieri, uel non fieri, eſſe item, uel non eſſe, id eſt ueriſimile, ac conſentaneum: ut oderint qui inuident, diligant qui amãt. At ſignum ſuapte natura eſt pronunciatum, uel demonſtrabile, uel neceſſarium, uel probabile: id enim eſt ſignũ, quòd res ſit uel fuerit: quod dum eſt, uel ſit, uel prius, uel poſterius res ipſa facta eſt.

DE ENTHYMEMATE. *Caput* XX.

Signum tribus modis dicitur.

EST igitur Enthymema, ratiocinatio imperfecta ex ueriſimilibus uel ſignis. Intelligitur autem ſignum tribus modis, quot & mediũ in figuris. aut enim ita ſe habet ut in prima, aut ut in media, aut ut in tertia figura. uerbi cauſa, probare mulierem uterum ferre, quia lac habet, ex prima figura eſt. nam medium eſt, lac habere: ac in a ponatur uterum ferre, b uerò ſit lac habere, mulier uerò in c ponatur. Illud autẽ, ſapientes inquam uiros eſſe probos, quia Pittacus ſit probus, per ultimam figuram efficitur. ponamus in a probum, in b ſapientes, in c Pittacũ: profectò uerè dicuntur a & b de c. cæterùm alterum præmittunt, quia illud norunt: alterum autem aſſumunt. illud autem, mulierem inquam

A uterùm geſtare, quia palleat, per ſecundam figuram effici ſolet: nã quia uterum geſtantibus pallor eſt conſequens, & huic quoque conſequens eſt, effectum inde putant, eam uterum geſtare. Sit pallidum in a, in b uterum ferre, in c mulier. ubi igitur una tantum propoſitio dicitur, ſignũ eſt modò: ſin altera aſſumatur, tum eſt ſyllogiſmus. uerbi cauſa, Pittacus eſt liberalis, nam ambitioſi ſunt liberales, & Pittacus eſt ambitioſus: uel contrà, ſapientes eſſe uiros probos, quia Pittacus eſt uir probus, & idem eſt ſapiens. Fiunt igitur ad hunc modum ſyllogiſmi. Cæterùm qui in prima figura efficitur, dilui nequit, ſi uerus ſit, cum ſit uniuerſalis: qui uerò in poſtrema figura efficitur, diſſolui poteſt, etiamſi uera ſit concluſio, quia nec uniuerſalis eſt ſyllogiſmus, nec ad rem. ut enim Pittacus ſit uir probus, non continuò neceſſe eſt, alios ſapientes eſſe probos. Qui uerò in media figura efficitur, is ſemper & ratione quauis ſolui poteſt. neque enim efficitur ſyllogiſmus unquam, dum extrema ita ſunt collocata. ut enim mulier uterum geſtans ſit pallida, hæc etiam mulier palleat, non ideo neceſſe eſt hanc uterum ferre. In omnibus igitur figuris uerum efficietur. differunt autem eo, quo dixi, diſcrimine. Sanè uel hac ratione diuidi debet ſignum, & medium in illis conſtituendum eſt indicium, ac propria rei nota. aiunt enim indicium eſſe id, quod rem cognoſcendam præbet: mediũ autem maximè eſt iſtiuſmodi. uel certè appellatione ſigni intelligenda ſunt ea quæ ſunt in extremis. indicia autem appellanda ſunt, quæ in
B media figura ponuntur. Nam quod in prima figura collocatur, admodum credibile eſt, & maximè uerum.

Alia ſigni diuiſio.

Indiciũ quid.

DE RATIONE NATVRAE *coniectande.* *Cap.* XXI.

De ſyllogiſmo phyſiognomico.

POteſt autem fieri, ut coniiciatur natura & ingenium, ſi quis concedat, naturales affectiones corpus ſimul cum anima immutare. nam qui muſicam edoctus eſt, animo fortè eſt immutatus: at ea affectio non eſt ex earum numero quæ nobis naturales ſunt, ſed aliæ potius, cuiuſmodi ſunt iracundia, concupiſcentia naturalium mutationum: profectò ſi quis hoc conceſſerit, & unius rei unum eſſe ſignum, & accipere poſsimus ſuam cuiuſq; generis affectionem ac ſignum, naturam coniectare poterimus. Nam ſi alicui generi uni ſua eſt & propria affectio, ut in leonibus fortitudo, neceſſe eſt quoddam eſſe ſignum: quippe cum ſit confeſſum, ea ſeſe mutuò afficere. Sit igitur illud, quod ingentes habent membrorum extremitates, id quod in alijs quidem generibus reperitur, ſed non totis. nam ita demum ſignum eſt proprium, quia affectio totius generis propria eſt, non unius tantum, quomodo loqui ſolemus. Sanè id in alio genere inerit, eritque homo fortis, item & quodpiã aliud animans, habebit igitur ſignũ illud: unius enim rei unum eſſe ſignum diximus. Si igitur hæc ita habent, & in animantibus huiuſmodi, quæ affectionem unam propriam habent, ea ſigna colligere poterimus: unaquæque autem affectio ſuũ habet ſignum: quãdoquidem unum habeat ne-

ceſſe eſt, profectò naturam ac ingenium coniectare poteſſimus. Sin torum genus duas habeat affectiones proprias, quemadmodum leo & fortis eſt, & ſauciabilis, quopacto cognoſcemus ex ſignis illis propriè conſequentibus, utrum utrios ſit ſignum? an ſi in alio quodam, non roto, ambo ſint, & in quibus noo rotis utrunque inſit, cum unum habeat, alterum noo item. nam ſi fortis ſit, nec liberalis, & ex duobus hoc habeat, conſtat id in leone ſignum eſſe fortitudinis. Coniectatur autem natura & ingenium in prima figura, cum medium cū priori extremo reciprocatur, & excedit tertium, nec cum eo cōmeat. uerbi cauſa, ſit a fortitudo, extremitates magnę in b, leo in c: profectò in quo eſt c, in eo toto eſt b, item & in alijs. in quo autem eſt b, in eo toto eſt a. nec in pluribus dicitur, ſed retrouertitur: alioqui noo eſſet unius rei unicum ſignum.

FINIS.

NICOLAVS GROVCHIVS *diſcipulis ſuis S.*

EGO in ea ſemper fui ſententia (optimæ ſpei adoleſcentes) nullū eſſe Ariſtotelis librum, cuius noo eſſet cùm propter rerum optimarum cognitionem, tum propter ſingularem exquiſitamq́; docēdi ratiooem, ſumma utilitas. Sed inter omnes mihi multis nominibus, primas partes ſemper obtinere uiſus eſt liber de Demonſtratiooe: in quo omnia docendi, diſcendi, ac tractandi, quicquid ſub ſcientiam cadere poſsit, ratio continetur. Ego uerò illud etiam in omnibus quas adhuc uidi, philoſophiæ ſcholis animaduerti, nullum eſſe Ariſtotelis librum, qui negligentius legatur, cuiusq́; utilitas minus percipiatur. Vnde autem illud malum omnes ſcholas inuaſerit, excogitare aliud non poſſum, quàm quòd nimis pertinaciter aliorum conſuetudinem obſeruamus: ita ut ſæpè noo tam quid uerum ſit, quàm quid in more poſitum, exquiramus. Neminē hac in re doctorem accuſo: tantum conſuetudinem, penes quam culpa eſt, oon poſſum nō damnare: per quam factum eſt, ut in omnibus philoſophię ſcholis liber iſte potius lęgeretur, ne quid quod in more eſſet, omiſſum uideretur, quàm ut immēſus fructus perciperetur. Eum librum ego ueſtro nomine adoleſcentes mihi chariſsimi, horis ſucciſiuis, quibus mihi à prælectionibus erat ociū, de Gręco uerti: ut in ea potiſsimū re in quā ſumma eſſet utilitas, etiam ocij noſtri, quod non magnum eſſe ſcitis, fructum aliquem, non illū quidem indebitum (nam quid præceptor talibus præſertim diſcipulis non debet?) ſed uobis certè inexpectatum, perciperetis. Id autem eo uehementiore ſtudio feci, quòd eum librum tam malè, ne dicam barbarè, uerſum eſſe ſciebam, ut non dubitarem quin ex uitioſa & barbara interpretatione nata obſcuritas, ſtudia ueſtra eſſet retardatura, & expectatā inde utilitatē maxima ex parte impeditura. Verti itaq; hunc librum: atque ita uerti, ut Ciceronis ego conſilium ſecutus, nō ſingula uerba pro ſingulis ſuperſtitioſe redderem:

A ſed quia hoc tantum mihi propoſitum eſſe exiſtimarem, ut quod optimè Græcè Ariſtoteles ſcripſerat, nō malè latinè uerterem: illud autem etiā non ignorarem, linguam Latinam multis dicendi formolis uti nō poſſe, quibus Græca rectè uterentur. iccirco rebus quàm potui diligentiſsimè expenſis, Latina uerba ad eas explicandas ita accommodaui, ut non uerba uerbis, ſed ſententijs modò ſententiæ reſpōderent. Hoc genus interpretandi ſi quis non probet, uelit autem potius ſingula uerba curioſius eſſe perſequenda: eius iudicium eo minus reformidabo, quòd neceſſe eſt, ut mecum Ciceronem (non modò dicendi, ſed etiam interpretandi principem) in eo accuſet, in quo à uiris doctiſsimis maximā laudem & admirationem eſt conſecutus. Hunc ego authorē non in ratione tantum interpretandi, ſed etiam in uerbis, ubicūq; potui, ſecutus ſum: in quibus autem locis nil apud eum reperi quod pro Græcis uerbis reddere poſſem, partim ex alijs receptæ fidei authoribus, quod ad rem noſtram pertineret, deſumpſi: partim uſitato in ſcholis uerbo uſus ſum. Hinc ſunt illa uerba, mediatum, immediatum, ſuppoſitio, & alia nonnulla: quæ quoniā à forma Latinorum uerborū mihi non uidentur longè remota, uſurpare illa non ualde dubitaui. Ego enim ut ſemper nimiam in ſeligēdis uerbis negligentiam uituperaui, ita nunquam religionem nimiam probandam eſſe exiſtimaui. Accipite igitur, adoleſcentes optimi, ſingularis mei erga uos amoris non obſcuram ſignificationem: & qui in ueſtram omniū gratiam liber ſcriptus
B eſt, uobis dicatis, ſub ueſtro omnium nomine appareat. Valete. Conimbricę. Ex regio gymnaſio, Idibus Februarij, M. D. XLIX.

IN ANALYTICA POSTERIORA, Nic. Grouchij Argumentum.

Magna eſt & latè patēs huius libri utilitas, ſed magno doctrinarum omnium incommodo paucis cognita. Id quod ij apertè indicant, qui nuper libris editis, cùm omnes Ariſtotelis libros, tum uerò hunc maximè inſectati ſunt. Nam ſi ullam partem ingenij Ariſtotelis attigiſſent, aut ſi ſuauitatem ipſius doctrinæ uel minimum deguſtaſſent, aliud profectò ſcribendi argumentum quæſiſſent, quàm in Ariſtotelis libros animaduerſiones: ſed potius tāti ingenij ſubtilitatem admirati, aut tarditatem ſuā accuſarent, ſi quicquam minus intelligerent: aut quæ ſcripta in Ariſtotelem ediderunt, uel ad eum illuſtrandum, uel in ipſius aduerſarios conuertiſſent. Ne quis igitur his decipiatur impoſturis, & ut omnes intelligant quàm ualde fallantur, qui parum aut nihil fructus in ijs libris eſſe exiſtimarunt, conabor, quid, ad quem uſum, & quomodo, hoc nos libro Ariſtoteles docuerit, paulo quidem latius quàm argumenti fortaſſe breuitas poſtulat, ſed tamen quàm breuiſsimè potero, explanare.

Quódnam ſit Ariſtotelis inſtitutum in iſs quatuor libris, quos inſcriptione ἀναλυτικῶν *legimus, ipſe Ariſtoteles docet tum initio primi libri de Ratiocinatione, tū ad finem 17. cap. ſecundi de Demonſtratione. Ex ijs enim*

locis

locis intelligimus, nil aliud ijs libris uoluiſſe Ariſtotelem docere, quàm quid, qualiſq; ſit ſcientia demonſtratiua. Nihil autem eſt ſcientia demonſtratiua, quàm omnis qua per demonſtrationem acquiritur ſcientia. Itaque qui demonſtrationem nouerit, quid, qualis, & quomodo conficienda ſit, demonſtratiuam ſcientiam cognouerit. Iam autem quia omnis demonſtratio eſt ratiocinatio quædam, in eoq; maximè ſita eſt omnis demonſtrationis uis, ut uim tuæ concluſionis nunquam celes (in quo à Dialecticis rationibus diſtinguitur) ſed quàm apertiſſimè fieri poteſt, ex ſumptionibus id neceſſariò efficias, quod demonſtrandum propoſueras: propterea fuit neceſſe, ut non modò de Demonſtratione ageret, ſed etiam uim uniuerſam, partes ac proprietates ratiocinationis explicaret. Continetur igitur duabus partibus uniuerſa doctrina ἀναλυτικῶν. Vna eſt de Syllogiſmo, duobus libris abſoluta: altera eſt de Demonſtratione, duobus item libris comprehenſa. Idem enim eſt (ut ſcribit Ariſtoteles cap. 17. lib. 2. de Demonſtratione) noſſe demonſtratiuam ſcientiam, quod ratiocinationis atque demonſtrationis naturam intelligere. Illa autem diſciplina cuius finis eſt demonſtratiua ſcientia, ſubiectum ipſa demonſtratio, ab Ariſtotele Analytice appellatur, & primo Rhetoricorum, & primo libro de Demonſtratione cap. 18. Itaque non incommodè Analyticen à fine hoc modo definies: Analytice eſt, ſcientia quæ ad cognitionem omnis ſcientiæ demonſtratiuæ pertinet. A ſubiecto autem hoc modo: Analytice eſt, ſcientia quæ in explicanda natura, partibus, ac proprietatibus demonſtrationis uerſatur. A partibus uerò hoc modo: Eſt ſcientia quæ tota ratiocinationis & demonſtrationis cognitione continetur. Porrò autem huius appellationis cauſam intelligemus, ſi modò uſum ac utilitatem huius doctrinæ cognoſcamus. Ac primùm illud certum eſt, omnem certam ac firmam rei cognitionem, aut intelligentia concipiente impreſſas ſenſibus ſpecies contineri, aut argumenti neceſſaria concluſione. Duobus autem illis perficitur omnis ſcientia. Nam priore modo principia cognoſcuntur, poſteriore concluſiones. Sed quoniam in priore illo cognoſcendi genere parum eſt artis: perficitur enim ſolis propemodum naturæ inſtrumentis, ſenſu, cogitatione, experientia: alterum autem totum genus uia & ratione continetur: propterea de priori illo cognoſcendi modo, aut nil, aut parum tractandum eſt: alterum genus, quia arte quadam abſoluitur, explicandum eſt. Non enim quæuis ratio ad probandum aliquid adhibita, ſcientiam parit: ſed ea demum, quæ tibi rem ita facit perſpectam, ut quin ita res habeat, dubitare non poſſis. Nihil enim ſcientia eſt, quàm certa ac firma rei quæ tibi dubia eſſe potuit, cognitio. Ergo quia omnes ſcire deſiderant, nec hominis unquam animus conquieſcit, niſi cũ quàm certiſſimè fieri poteſt, quantumq; rei fert natura, cognoſcit: certò autem cognoſci non poteſt, niſi adhibita ad fidem faciendam ratio ſit neceſſaria: propterea neceſſe eſt, ut quænam & qualis ſit illa ratio cognoſcamus: ut quum res propoſita erit quam ſcire cupimus, accommodare hanc rationem ad eam poſſimus. Illa autem ratio ἀπόδειξις appellata eſt à Græcis,

A *à Latinis autẽ demonſtratio: uel ut Quintilianus uocat, euidens probatio. Eſt igitur Analytices ſumma utilitas, quæ huius demonſtrationis uim uniuerſam, omnes partes, omnes proprietates explicat: ſiquidem hac adiuti ſcientia, omnem docendi, diſcendi, explicandi, quicquid nobis ſit propoſitum ad ſciendum, rationem tenemus. Hanc ſi ſciamus, propoſita quacunque re, de qua poſſit eſſe ſcientia, eam ita tractabimus, ut nulla ratione poſſit melius doceri. Hæc ſcientia eſt quæ ab Ariſtotele ſecundo Metaphyſic. modus ſciendi appellatur. Hac enim arte inſtructi, pro rerum, ſubiectarum natura, rationes aut magis aut minus accuratas poſtulabimus: nec ſemper in omni re probationes mathematicis demonſtrationibus ſimiles requiremus, ſed ſemper principia cum re ſubiecta, ſocietate quadam naturæ coniuncta eſſe debere intelligemus. Nam hominum imperitiam, qui omnibus in rebus pariter accuratas demonſtrationes poſtulant, proficiſci ab ignoratione Analytices, ipſe Ariſtoteles 3. cap. libri quarti Metaphyſic. oſtendit his uerbis: δι' ἀπαιδευσίαν τῶν ἀναλυτικῶν τοῦτο δρῶσι. hoc eſt, quia imperiti ſunt analyticarum præceptionum, idcirco id faciunt. Continet igitur hæc ſciẽtia omnem rationem tractandarum omnium ſcientiarum: continet rationem bene docendi, & diſcendi quicquid ſub ſcientiam cadere poſſit: continet illam quæ παιδεία ab Ariſtotele uocatur in principio libri de Partibus animalium, quæ nil eſt quàm eruditio & modus bene tractandæ ac diſtribuendæ ſcientiæ cuiuſuis: ex qua πεπαιδευμένοι, hoc eſt eruditi ac doctrina politi homines appellantur: quorũ munus eſt, ut ait illo loco Ariſtoteles, uia quadam et ratione poſſe citra ullum errorem diſcernere quid*
B *in quaque re bene, quid malè dicatur. Huius παιδείας contrarium eſt ἀπαιδευσία, quæ tam ſæpè obijcitur ab Ariſtotele ueteribus philoſophis tum in Phyſicis, tum in Metaphyſicis: quæ profectò nil eſt, quàm analytices ignoratio. Poſtremò hæc ſcientia eſt, quam Ariſtoteles cap. 1. libri undecimi Metaphyſicorum, circa demonſtrationem ac ſcientiam uerſari, quaſi circa proprium ac certum ſubiectum, dicit. Atque illa quidem de utilitate ſufficiant: nunc huius appellationis cauſam uideamus. Ac primùm Analyticen ab analyſi appellatam eſſe, nemo nõ uidet: ſignificat autem analyſis, in ea ex quibus quæque res conſtant, diſſolutionem. Quoniam igitur mathematicæ ſcientiæ, ut ſunt certiſſimæ, & maximè accuratæ, ita omnibus alijs quaſi exemplar propoſitæ ſunt, ut quàm maximè fieri poteſt earum docendi ac probandi rationem ſequantur. Continentur autem omnes mathematicæ hac ratione docendi, ut propoſitis primùm principijs quibuſdã, tum deinde ad theorematum ac problematum ueniant demonſtrationes: atque ita rei cuiuſque ſcientiam efficiant, ſi alia ex alijs perſequendo, ac ueluti retexendo, ad prima principia perueniatur, quæ ſunt in quaque ſcientia ſimpliciſſima. Quid autem eſt reuocare hoc modo unamquanque rem ad ſua principia, quàm diſſoluere? Hac profectò ratione factum eſt, ut illa mathematicarum docendi ratio, analyſis meritò appellaretur: nec modò mathematicarũ, ſed etiam aliarum ſcientiarum, quæ (ut ſuprà diximus)*

eando, multis in locis. Et cum loquitur de aliquo à ſe explicato in libris de Demonſtratione, nunquid ſub hac eadem inſcriptione ſæpè citat? ut ſexto & hic capite tertio, duobus in locis. item ſeptimo Metaphyſic. capite duo decimo, item 2. capite de Reprehenſionibus ſophiſtarum: quo ſanè in loco apertè indicat, horum quatuor librorum inſcriptionem fuiſſe Analytica: Mihi, inquam, hoc uidentur noſtri interpretes ignoraſſe, hanc fuiſſe communem horum quatuor librorum inſcriptionem, ἀναλυτικά. propriam autē Priorum inſcriptionē fuiſſe, de ſyllogiſmo: Poſteriorū, de Demonſtratione. Quod ne fingere uideamur, Galenū teſtem laudabimus. Scribit enim in libello quodā, ubi libros ſuos enumerat, de ſuis in libros Ariſtotelis de Syllogiſmo commentarijs in hanc ferè ſententiam: Inſcribunt autem illos libros hoc tempore ferè omnes ἀναλυτικῶν προτέρων, ſicut eos qui de Demōſtratione ſunt ἀναλυτικῶν δευτέρων. ipſe autem Ariſtoteles illorum, ſub inſcriptione de Syllogiſmo: horū, ſub inſcriptione de Demonſtratione, meminit. Itē in libro 4. de Differentijs pulſuum, ad finem ſcribit ijs uerbis: Sed iam libros etiam de definitionibus duos conſcripſi, tertium & quartū cōmentariū in ſecundum librum Ariſtotelis de Demonſtratione, cui libro titulum multi indiderunt, ἀναλυτικῶν δευτέρων, ſicut & libris de Syllogiſmo ἀναλυτικῶν προτέρων. Ex ijs opinor Galeni uerbis ſatis perſpicuum eſt, ueram inſcriptionem Priorum librorum eſſe de Syllogiſmo, Poſteriorum de Demonſtratione: fuiſſe autem mutatam ſua ferè ætate inſcriptionem, in eam quæ etiamnum extat in omnibus libris. niſi quòd in noua inſcriptione librorū de Demonſtratione, ubi erat δευτέρων, ſcriptum eſt ὑστέρων: quæ licet idem ualeant, illud tamen non eſt cognitu indignum, ueterem titulum poſt Galeni tempora, fuiſſe ἀναλυτικῶν δευτέρων, non autem ἀναλυτικῶν ὑστέρων. Semper enim Galen. ſub titulo ἀναλυτικῶν δευτέρων citat, nunquam ἀναλυτικῶν ὑστέρων, ut ex duobus illis locis paulo antè citatis apparet: itemq́; ex libro quarto de Differentijs pulſuum, non longè ab initio: & ex libro ſecundo de Placitis Hippocratis & Platonis. Quæ cauſa eſt, ut ueterem ſecuti inſcriptionem, appellauerimus hunc librū de Demonſtratione, ſiue de ſecunda parte ἀναλυτικῶν. Sed quoniam hæc aliquanto longius progreſſa ſunt, redeamus unde diuertimus. Si igitur eſt uera Priorum inſcriptio, de Ratiocinatione: Poſteriorum, de Demonſtratione, quemadmodum oſtendimus, ridicula hæc profectò cauſa eſt, cur quatuor ſimul libri Analytica inſcripti ſint, quòd uno quodam in loco de analyſi ſyllogiſmorum agatur. Scio adduci rationes quaſdam, cur licet uno tantum loco de analyſi agatur, analytica tamen potius quàm ſyſtatica, hoc eſt quaſi compoſitoria appellentur. Sed mihi illæ non ſatisfaciunt: nec cuiquam puto placerent, accuratè illa exquirenti. Itaq; eas ego ſuis authoribus relinquo. Aliorum fuit alia ſententia, ob id ſcilicet appellata fuiſſe analytica, quòd eam docendi rationem quæ analyſis uocatur, in explicando ſyllogiſmo & demonſtratione ſecutus ſit Ariſtot. Quod quanquā uerum ſit, nō tamē hanc inſcriptionis rationem exiſtimo. Ego enim eos

A rogarem, cur illos potius libros, quàm alios quoſuis, Analytica inſcripſerit Ariſtot. Siquidem id perſpicuū ſit, omnibus ferè ſuis libris hāc ſecutum fuiſſe docendi rationē. niſi ſi quis ſe uelit fateri doctrinæ Ariſtot. planè ignarum. Ergo reiectis aliorū ſententijs, in noſtra maneamus, analytica ob id inſcribi, quòd ijs quatuor libris explicatur uniuerſa illa tradendarū ſcientiarum omniū ratio, quæ Analyſis appellatur, quam uiā & probauit Ariſtoteles, & in omnibus ſuis libris, quā maximè fieri potuit, ſecutus eſt.

Poſtquam igitur ſuperioribus duobus libris quæ eſt prior pars analytices, ſyllogiſmi naturam uniuerſam, partes & proprietates expoſuit: nunc aggreditur ad explicationem demonſtrationis, quæ duobus etiam libris comprehēſa eſt. Ac primo quidē libro, primū quædā ueluti principia, ad eorū quæ poſtea ſequuntur demonſtrationē neceſſaria, ponit, ſimul naturā demonſtrationis definitione explicās: id quod ad quartū uſq; caput facit. Illo loco incipit partes ac proprietates demonſtrationis exquirere. Ac proprietates quidē ſunt, conſtare ex neceſſarijs, cōſtare ex ijs quæ per ſe inſunt, ex æternis, ex ijs quæ propria ſunt illius rei quæ demonſtratur: itē in prima figura maximè cōcludi: itē contrariā habere ignorationē: itē certo rerū numero, nō infinito cōtineri, & huius generis multa, quæ illo libro docentur. Partes autē explicantur, cū aliā quòd res ſit, aliā cur ita ſit, probare oſtēdit: item cū aliā uniuerſam, aliā de parte, unam affirmantē, alterā negantē, denq; unā directo, alteram per incōmoda rem de qua quæritur confirmantem

B facit. Vbi ſimul partes explicando, partiū explicat aut potius demonſtrat proprietates. Nam cōparatio partiū inter ſe, quòd una ſit melior, altera deterior, & cur ita ſit, quid eſt quàm rei proprietas? Atq; in ijs ferè liber primus cōtinetur. In ſecundo aūt nil ferè tractatur quàm de definitione, id quod eo (mea quidem ſententia) factū eſt, quòd ſecūdo cap. primi libri dixerat, exquiſiturum ſe poſtea an eſſet alius ſciendi modus, quàm per demonſtrationem. Vt igitur alterum illum ſciendi modum exquireret Ariſtoteles, quia uidebat id dubium eſſe, an eſſet: propterea an quid eſt, poſſit demonſtratione probari, primùm exquirit. Nam ſi, quid res ſit, non demonſtretur, ſciatur autem per definitionem quid res ſit: profectò dubitari iam non poteſt, quin aliud ſit per definitionem ſcire, aliud per demonſtrationē. Priuſquam autem ueniat ad illam quæſtionem, an quid eſt demonſtrari poſſit, ſtatim initiò quatuor quæſtionum genera ponit, ut ex quatuor quæſtionum generibus, quibus omnia quæ ſub ſcientiam cadunt continentur, intelligeremus tria per demonſtrationem cognoſci: quæſtionem autē quid eſt relinqueret, de qua quæreret, an etiā demonſtratione cognoſceretur. Et quoniā per definitionē ſciri quid eſt, non per demonſtrationem, ex longa utramq; in partē diſputatione relinquitur, rationem definiendi uniuerſam abſoluta illa diſputatione exquirit. Quanquam autem ille per definitionem ſciendi modus, diuerſus eſt reuera à ſcientia, quæ per demonſtrationem acquiritur: eſt tamen ita affectus ad demonſtrationem, quemadmodum ſuprà oſtendimus, ut pars quædam ſcientiæ demonſtratiuæ non immeritò cenſeatur, uel hoc nomine, quòd licet de-

monſtratione non probentur definitiones: in demonſtratione tamen, ac per affectionem quã habent ad demonſtrationem, ferè omnes cognoſcuntur, ac per demonſtrationẽ (ut oſtendit Ariſtoteles) illuſtrantur, maximeq́; illæ quas Ariſtoteles λόγȣς διὰ τί ἐςι δηλȣ̃ντας, appellat, hoc eſt definitiones cauſam cur res ſit explanantes: quæ ut ſolæ ſunt perfectiſſimæ, ita non ſine ratione Galenus eas ſolas ὀυσιώδεις appellandas eſſe exiſtimat. Quia igitur non parum momenti eſt in definitione, ſed illę etiam eſt unus quidem per ſe ſciendi modus, propterea ampliſſimè de ea agendum fuit. Sed etiam quia ad demonſtratiuam ſcientiã pertinet, ob id in ijs libris, ubi de demonſtratione agitur, fuit tractanda: id quod Ariſtoteles fecit. Poſtquam autem uniuerſam illam diſputationem definitione abſoluit, ad extremum communes uniuerſæ ſcientiæ demonſtratiuæ quæſtiones proponuntur & diſſoluuntur: de utilitate diuiſionis, ad cognoſcendas rerum de quibus quæritur cauſas: & quæ ſint eadem, quæq́; diuerſa problemata: & an reciprocentur ſemper cauſæ cũ effectis: deniq; principiorũ ſcientiæ demonſtratiuæ, quæ & qualis ſit cognitio.

RAPHAELIS VOLATERRANI IN ANALYTICA POſteriora Eiſagoge.

QVomodo fiat demonſtratio, & ex quibus, & quid ab alijs differat, oſtendit in hoc primo libro. nã in alijs ſyllogiſmis mediũ cauſa concluſionis eſt, non autem rei: in demõſtratione aũt medium illationis, & rei. Omnis igitur doctrina ex præexiſtẽti cognitione fit. quod probat per inductionem ex diuerſis diſciplinis, per quas acquiritur ſcientia. Primũ quidem ex mathematicis, quæ per dignitates monſtrantur per ſe notas. Deinde ex dialecticis, quæ fiunt per ſyllogiſmum ex præcognitione uniuerſalis. ipſa quoq; uniuerſalia in infinitum non procedunt, alioquin ſcientia non eſſet. Inſuper è ſenſu, & ſingularib. deprehenduntur: ut de ignis caliditate facto periculo colligimus uniuerſalem cauſam & propoſitionem, quòd ignis ſit calidus. Tertiò, præexiſtentem cognitionem ex rhetorica oſtendit, quæ per inductionem & exẽpla procedit. Dicitur igitur ex primis ueris neceſſarijs immediatis & notis cauſis concluſionis demonſtrationem eſſe, in qua definitione pluribus inſiſtit uerbis. Ponit nanq; ex neceſſarijs, ex quibus fit quandoq; uera concluſio, ſicuti diximus ſuperius in ſyllogiſmo ſimplici, ſed dicit non propter quid. Ex immediatis, id eſt proprijs, quoniam unaquæq; ſcientia habet propria, & cõmunia principia. Communia, ut ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ reſtant æqualia ſunt: hoc eſt cõmune arithmeticæ, & geometricæ. Propria ſunt, de quibus ſupponitur quod ſint, & de quibus in unaquaq; ſcientia demonſtrantur proprietates, ut unitates in arithmetica, & notæ & lineæ in geometria. Supponitur etiam quo ad ꝓprietates, quid ſignificat par & impar & triãgulus. Quapropter tria ſunt, quæ dicit Ariſtoteles non oportere demonſtrari, ſed tãtum ſupponi, uidelicet ſubiectum, quid eſt, & quod eſt. Proprietas enim rei ſeu definitio dicitur

A quid eſt, & dignitas quod eſt. nam per hæc tria iam ſuppoſita fiunt demonſtrationes. Deinde dicit ex primis, quod priora ſunt alijs alia. ut natura priora uniuerſalia, ſicut homo: nobis uerò particularia, ut Socrates. Itẽ cauſa cauſato prior, præter quædã quæ ſimul ſunt, ut ſol & ſplẽdor eius. Simul enim prænoſcitur ſol, & cauſa ſplendoris. Igitur demonſtrationem è primis cauſis non nobis, ſed naturæ fieri iubet. uerbi gratia, luna deficit, quoniam opponitur umbræ terræ: cauſa oppoſitio eſt, eclipſis uerò cauſatum. & uocatur ſyllogiſmus propter quid, qui ſecundum demonſtrationẽ & cauſam, natura prima cauſa eſt. At cõtrà cum dicimus, luna opponitur terræ, quoniam deficit cauſatum, & nobis prius notum loco cauſæ ponimus, quod minimè demonſtrat, uocaturq́; ſyllogiſmus quod eſt. Et rurſus, planetæ non coruſcant, quoniam propè ſunt, propter quid demonſtrat. At contrà planetæ propè ſunt, quoniam coruſcant, dicitur ſyllogiſmus quod eſt, ac minimè demonſtrat. Sed ut hæc ratio latius pateat, ſcire per quod, aut propter quid, multipliciter differt. Primò quidem in eadem ſciẽtia dupliciter. Vno modo, ſi per cauſas propinquas propoſitiones fiant, ſyllogiſmus propter quid eſt. ſi autẽ mediũ aliquod interuenire queat, quod erit (uerbi gratia) non reſpirat lapis, quoniã non animal, ſyllogiſmus quod eſt. Nã cauſam ueram, & abſq; medio nõ affert. multa enim ſunt animalia, quæ non reſpirant Sed quod pulmonẽ non habet, dicere debuit. Altero modo, cum ex cauſa cauſatũ cõcludit, propter quid eſt. Si uerò ex cauſato cauſam, quod erit, ut ſuprà de lunæ eclipſi diximus. Secundũ uerò aliam atq;

B aliam ſcientiã, quod & propter quid differunt: in ſubalternis uidelicet ſcientijs, ut harmoniaca ad arithmeticã, optice ad geometriã, machinatura ad ſymmetriã, phænomena ad aſtrologiã. In his igitur ſi optice per principiũ optices demonſtratur, & harmoniaca per harmoniacã, & ſic reliqua, ſyllogiſmus quod fuerit. ſi uerò illud per arithmeticã, hoc uerò per geometriã, propter quid. Ratio, quòd ſubalternæ ſciẽtiæ ſciuntur, per quod eſt, & nõ propter quid eſt: ſubalternantes propter quid. Quædam uerò non ſubalternæ ſciẽtiæ ſe inuicẽ ſic habent, ut altera probet per ꝙ altera propter quid: uidelicet medicina ad geometriã hoc modo, quòd rotunda uulnera tardius ſanantur, medici eſt tantũ uidere. propter quid uerò, geometræ: Circulus uidelicet eſt, præter alia plana cõplectens plus & loci & angulorũ. In cunctis igitur ea demũ propoſitio circa mediũ fuerit, qua res uera, ac eadẽ non æquiuoca uel alia demonſtratur: ut triangulus quia triangulus, & non figura tres habet angulos duobus rectis æquales. Reciproca demonſtratio pluriſariã fit. uno modo fit, uariando genus demõſtrationis, uidelicet quod eſt, in propter quid eſt, uel contrà. Quãdo uerò cauſa ignoratur, per effectũ, non tamen conuertibilem demonſtratur, uidelicet quod eſt. Si uerò effectu cauſa notior, tunc per cauſam, uidelicet propter quid proceditur. Secundò, uariando unum genus cauſæ in aliud genus cauſæ: ut demonſtrando cauſam finalẽ per efficientẽ & cõtrà. Tertio modo, quando notitia alicuius illationis per plures accipitur demõſtrationes, tũc illatio poteſt eſſe notior qualibet præmiſſarum ſeparatim ſumpta. Quarto modo,

modo, quando illatio ſolum demonſtratur per unā demon
ſtrationem, & ipſa adſumitur ad probandam aliquā præ-
miſſam, non uariando genus demōſtrationis, nec genus cau
ſæ: & hoc inuſitatū, nec ferè poßibile. Poſt hæc reliqua de
finitionis exequitur, quoniā demonſtrationē ex neceſſarijs
& uniuerſalibus conſtare dixit. Vniuerſale oſtendit eſſe il
lud prædicatum, quod ineſt alicui ſubiecto tribus modis:
in omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum. In omni dicitur,
quod nihil extra relinquit ex his quæ ſubijciuntur ei: ut a-
nimal omne eſt eſſentia, & in cœlo ſidera. nam cœlum, ſol,
luna, pro uniuerſalibus demonſtrant. Per ſe autem, tripli-
citer. Primò, cū de eſſentia dicitur prima, ut Socrates per
ſe eſt ens: ambulās uerò, ſiue albus, eſt accidens, & aliud
quoddā ens. Secundò, cū proprietates ſubiecti dicuntur, ut
par & impar in numero, lōgitudo & latitudo in ſuperfi-
cie, ſimitas in naſo. Tertiò, dicitur in duabus illis cauſis, for
mali uidelicet, ut corpus per animam uiuit: & efficiente,
ut aqua per ignem caleſcit. Per ſe autē, & ſecundū quod i-
pſum idē penitus eſſe dicit. uerbi gratia, nota ineſt lineæ ſe
cundū quod ipſum, id eſt ſecundū quod triangulus, & per
ſe etiā ineſt. E tribus his modis, ſecundo modo ſciētia demō
ſtratur. Definitio igitur demōſtrationis initiū eſt, & abſq;
medio propoſitio, uerū non omnis. Eſt enim quædā defini
tio lato uocabulo, quæ deſcriptio eſt, quū ex accidētibus rē
deſcribimus. hic aūt ex rei eſſentia ponitur. Dependet au-
tem aut ex materia, aut ex forma, aut ex utraq;: uerbi gra
tia, ars omnis ſubiectum habet, quod eſt materia: & finem,
qui eſt forma. ars igitur naualis cum dicitur nauium facti
ua, definitio ex forma fuerit: & rurſus naualis ars, quæ cir
ca ligna uerſatur, & nauiū factiua ex materia & forma de
finitio perfecta fuerit. nam alterum ſolū nequaquā proba
definitio, igitur materialis per mediū formalis eſt conclu-
ſio. Formalis autē principiū proximū demonſtrationis: ut
ars naualis circa materiā uerſatur, quoniā nauigiorū acti
ua. At contrà, nullus per materiam mōſtrat. non enim ars
naualis nauigiorū factiua, quoniā circa materiā uerſatur.
Item, ira eſt feruor ſanguinis circa cor, materialis eſt defi-
nitio. Si addatur: appetitus triſtitiæ, formalis eſt, ſed in defi
nitione atq; demonſtratione diuerſa poſitio. In prima ma
terialem præponimus, ac ita dicimus: Ira feruor eſt ſangui
nis circa cor, quoniā uindicta triſtitiam appetit. In demō
ſtratione uerò contrà formalis præponitur hoc modo: ira
tus appetit triſtitiā, appetenti uerò triſtitiam feruet circa
cor ſanguis, irato ergo feruet circa cor ſanguis. Si enim di
cemus, Irato feruet circa cor ſanguis, feruens aūt circa cor
ſanguis appetit triſtitiā, mentiemur. nō enim omnis circa
cor ſanguine feruens triſtitiā appetit: ſunt nanq; aliæ cau
ſæ, propter quas ſanguis feruet circa cor, ut febris. Non re
fert, ut in enunciatione ſit rectum, ut iratus: in illatione ue
rò uariet caſum, ut irato. Differit præterea de ſciētijs ſub
alternis, quæ ſunt illæ, quæ partē ab altera ſciētia ſubiecti
uel medij recipiunt. Quatuor ſibi cōditiones expetūt. Pri
mò, ut ſubiectum eorū ſub ſuperiorū ſcientiarū ſubiecto,
ſicuti pars in toto, cōtineatur. Secūdò, ut ſubiectū ſcientiæ
ſuperioris ad ſciētiæ inferioris ſubiectū per differētiā acci
dentalē contrahatur: quod ſi per eſſentialē cōtrahatur, tū

A ipſorum eadem erit ſcientia. Tertiò, quòd talis differentia
cōtrahens, nō cauſam ducat ab illo ſuperiore. Quartò, q
ſubiectū ſcientiæ inferioris ſit aliquid conſtitutū ex ſubie-
cto ſciētiæ ſuperioris cū aliquo addito, quod quidē additū
conſtituat unū ex accidēte cū illo ſuperiore: illud uerò fa-
ciat unum ex accidente cū altero, quod prædicatur de alte
ro contingenter. In quarto huius Libri tractatu de differē
tia ponit, monſtrādo per quod eſt, & propter quid eſt in
eadē ſcientia, quod ſuprà attigit. Per effectū uerò cōuer-
tibilē poſſumus quadrifariā demonſtrare. Primò, quando
mediū excedit minorem extremitatē, & conuertitur cum
maiore. ut quicquid non coruſcat, propè eſt: luna non co-
ruſcat, ergo luna propè eſt. Secundò, quando mediū excedi
tur à minore extremitate, rectè fiet demonſtratio particu
laris. ut quicquid non coruſcat, eſt propè. ſtella non coruſ
cat, ergo ſtella eſt propè. Tertiò, quādo mediū exceditur
à maiore extremitate ut quicquid mouetur motu progreſ
ſiuo, habet animā ſenſibilē: ſed animal mouetur ſic, ergo.
Quartò, cū mediū excedit maiorē extremitatē, tunc nō po
teſt fieri demonſtratio, quia effectus procedēs à pluribus
cauſis, nō poteſt alterā illarū concludere. E tribus aūt fi-
guris prima, & in primo modo, demōſtrationi magis con
uenit, quòd in eā partes definitionis magis innoteſcant. nā
definitio demonſtrationis initiū eſt. Deinde quod affirma
tio negationi præſtet, quia per ſe probat. Negatio uerò
adfirmatione indiget: non enim ex omnibus abdicatiuis fit
demonſtratio. Inſuper categorica, ſiue poſitiua utilior hy
pothetica, quòd in hac propoſitiōis cōditio perfectæ pro-
B bationi officiat. In ſexto Tractatu differit de ſyllogiſmo i-
gnorationis, & deceptiuo, qui dupliciter fit. Primò ſimpli
citer, quando ex falſis in materia peccat. quod accidit, cum
quis opinatur oppoſitū alicuius principij uel cōcluſionis
ſine aliquo ductu rationis: uel quādo adſentitur oppoſitis
principiorū, uel cōcluſionis, ob aliquā rationē, quā neſci-
at diſſoluere. Alio modo, quum in forma peccat, hoc eſt in
modo, & figura. quapropter nō ſyllogiſmus, ſed paralo-
giſmus appellatur. Præterea docet, quomodo ſenſus pote-
ſtate occupata, mētis cognitio etiā tollitur, cū ex illa depē
deat. dein, quòd in demonſtratione nō eſt proceſſus in infi
nitū: eſtq; in definitionibus quidā ſtatus, ultra quē ſurſum
in prædicatis nō altius, neq; deorſum in ſubiectis ulterius
itur: dein, quòd unitas habitus ſcientiæ ſumitur ab unitate
ſubiectorū, diſtinctio à diſtinctione principiorū. Dein, u-
trū principia ſcientiarū ſint eadē. Reſpondet, quòd princi
pia ſcientiarū duplicia ſunt, communia & propria, com-
plexa & incomplexa. Communia uocantur, ex quibus: ex
his enim demonſtrantur proprietates ſubiectorū, propria
uerò, circa quæ dicūtur. Et hæc ſunt ſubiecta ſciētiarū, cir
ca quæ ſciētia uerſatur. ſicut in arithmetica numerus eſt ſub
iectū, & in geometris magnitudo. Itē, non poteſt ab eodē
intellectu de eodem obiecto ſimul & ſemel haberi ſcientia
& opinio. In quo differit, quid ſcientia ab opinione, & ſci
bile ab opinabili differt. altera de uniuerſali, & neceſſa-
rio, altera de cōtingente & non neceſſario, & aliter ſe ha
bere poßibili. Libro ſecundo de ſcibilibus differit, cū Li-
bro ſuperiore de demōſtratione, quæ ſcientiā gignit, tra-
ctaſſet,

*claſſet. dicit enim, quæ uerè ſciuntur, ſunt totidem, quot
quæruntur. Quæruntur autem duo: ſi eſt, & quid eſt. Co
gnoſcuntur autem totidem: uidelicet quid eſt, & propter
quid eſt. Quot (inquit) quæſita problemata, tot ſunt mo-
di ſecundum quos ſcimus. Problema & concluſio eadem
ſunt ſubiecto, ratione autem diuerſa. cum enim per interro
gationem fit, dicitur problema: cum per demonſtrationē,
concluſio. Similiter & quæſita & cognita eadem ſunt ſub
iecto, ratione uerò altera. Si enim ignoro quid eſt eclipſis,
quæro ſi eſt aliqua ratio eclipſis: quando autē didici quod
eſt, deſino quærere: et rurſus quid eſt, quo cognito deſiſto.
Igitur duo ex his prima ſimplicia, reliqua compoſita. qua
propter ſi eſt, & quod eſt, unū facit ſecū, uidelicet quæſi-
tū & cognitū. Et rurſus quid eſt, & propter quid eſt, idē
conſtituit. Nam cognito quod eſt aliqua cauſa eclipſis lu-
næ, interrogat definitionē quid eſt cauſa eclipſis, propter
quid autem accipit hanc definitionē. Poſt hæc docet, quo-
modo omnes hæ de ſciētia quæſtiones de medio ſunt, id eſt
de cauſa. eſt enim medium, cauſa qua demonſtratur. Dein
de probat, quod nulla ſit eiuſdem definitio ac demonſtra-
tio: deinde quod quid eſt, non poteſt demonſtrari de eo cu
ius eſt, in eo quod quid eſt. Quod uti clarius oſtēdat, treis
ponit definitiones, modis ad demonſtrationē ſe uariè habē
tibus. Prima quidē propter quid, quū res explicatur, quæ
medium ſine cauſa ipſa eſt, ac alio medio ſeu cauſa caret:
eſtq́; omnino indemonſtrabilis, ſed principium tantum de
monſtrationis: ut ſolis eclipſis eſt oppoſitio lunæ in capi-
te uel cauda draconis exiſtētis. Alia eſt definitio, quid tan-
tum, & illa demōſtrabilis, ac cōcluſio demōſtrationis: ut
eclipſis eſt ſolis obſcuratio ſupra terrā, nam quid nominis
oſtendit. Tertia dicit quid, & propter quid. illa eſt tota de
monſtratio differens ſolū poſitione & ordine terminorū:
ut eclipſis eſt ſolis obſcuratio, quū luna opponitur. Ex his
concludit, quomodo quid eſt, fit demonſtratio, & quomo-
do non. Item, quorū poteſt eſſe demonſtratio: illorū autem
quæ non habent cauſam, non poteſt eſſe. Præterea explica
tū eſt, quomodo quod quid eſt demōſtratur, uidelicet qua-
tenus ſignificatur per demonſtrationem ſolū ſignificantē
propter quid. Poſtremò, quomodo definitio ſe diuerſis mo
dis habeat ad demonſtrationē, & quomodo cōtingat eiuſ-
dem eſſe demonſtrationē & definitionē, & quomodo rur
ſus nōn cōtingat. Poſtea dicit, definitionem ultimi termini,
id eſt minoris extremitatis, hoc eſt ſubiecti, eſſe mediū de-
monſtrationis. partes definitionis plus eſſe debere, quàm
definitū: ex quo tradit tria præcepta. Primò namque ut de
finitionis partes, hoc eſt eius prædicata, plus habeant nar
rationis, quàm definitum. Secundò, ſint cum definito con-
uertibilia. Tertiò, ſint neceſſaria, hoc eſt uniuerſalia. nam
uniuerſalia neceſſaria ſunt. Inter hæc de numero ternario
mentionem habet, dicitq́; primū imparem eſſe, nec ex alijs
compoſitum, nec cum alijs menſurā habere. Et quando me
diū cauſam eſſe dixit, de cauſis diſſerit. Primò, cauſa & cau
ſatum, & ſimul & conuertibilia ſunt, quando cauſati una
tantum fuerit cauſa: ut lunæ interpoſitio, cauſa eclipſis. &
latum folium, cauſam eſſe decidui folij. Deinde, cauſa prior
eſt cauſato. Tertiò, ſi unius cauſati diuerſæ ſunt cauſæ, etſi
A ſequitur effectus, non tamen conuertitur. ut uituperabile
ex audace & timido procedere poteſt. Sed quanquā eiuſ-
dem plures poſſunt eſſe cauſſæ, una tantum per ſe fuerit, re
liquæ ex accidente. Longæ itē uitæ alijs alia cauſa, auibus
ſiccū, quadrupedibus defectus. His addi poteſt, quod ex ea
dem cauſa diuerſa quoq; cauſata: ut, Hic ut limus dureſcit,
& hæc ut cera liqueſcit, uno eodemq́; igni. Oſtendit inſu-
per, quod per quodlibet cauſæ genus demonſtratio rectè
fiat. primū per materialē, exemplo mathematico, quū par
tes toti comparatæ habeant materiæ rationē. eſt aut Phy-
ſicorum: Omnis angulus qui continet duas medietates duo
rum rectorum angulorum, eſt rectus. ſed angulus d cadēs,
in ſemicirculo a b c eſt huiuſmodi: ergo angulus d in ſemi
circulo cadēs eſt rectus. idē & in tertio Euclidis probatur.
Formalem, quod quid eſt eſſe, iam ſuprà oſtendit immedia
tā & neceſſariam cauſam exiſtere. De efficienti ſic demon
ſtrat: omnes qui Medos laceſſiuerunt, ab eis fuere debella-
ti: ſed Athenienſes Medos laceſſiuere, ergo. De finali, exē
plo ab eo poſito ſic argui poteſt: Omnis qui cōcoquere cu
pit, ualere uult: ſed qui poſt cœnam ambulat, cupit con-
coquere: ergo. Ait inſuper, finalem in his quæ à natu-
ra & arte ſint, tantū reperiri: quæ autem à fortuna, mini-
mè, quòd hæc temerè contingat. Deinde oſtēdit, quod idē
pluribus cauſis demōſtrari poteſt, exēplo luminis quod la-
ternam pertranſit: ex materiali, quod lumen ſit diuiſibile
in parua corpora: ex finali, ut noctu monſtret iter. Alterū
quoq; exemplū, cur tonat, totidē cauſis oſtendit. finē enim
dicit ex Pythagoreorum ſententia, ut hi qui ſunt in infer-
B no, timeant. Poſt hæc cauſas dicit eſſe aut ſimul, aut non ſi-
mul cū ſuis effectibus. ſi ſimul, conuertibiles erunt inter ſe:
ſed cauſa propter quid, ab effectibus, quia demōſtrabitur.
Itaq; cauſam præſentem per effectū præſentē rectè proba
mus, & per præteritū præteritū, per futurā futurū. quod
duobus probat exēplis, ſi quæratur, propter quid lunæ fu
it defectus, quia tellus in medio fuit: & propter quid facta
cryſtallus, quia lympha concreuit. Eodēq; modo ſimul pro
cedunt, eſt & erit. At contrà in his quæ ſimul non ſunt, ab
effectu ad cauſam prius factam, ſeu à futuro ad prius futu
rā probè monſtratur: à cauſa uerò priori ad effectū poſte
riorē, nequaquā. quia inter cauſam factā eſſe, fieri, ſeu fa-
ctum, effectū ad hunc mediū ſit: in quo tēpore medio pro-
bè dicitur cauſam eſſe, falſum uerò effectū eſſe. Antecedens
patet, quia duo puncta non ſunt inuicem coniuncta, ergo
neq; duo facta eſſe. Conſequēs manifeſtū, quia utraq; ſunt
indiuiſibilia. nam ſicuti ſe habet punctum ad lineam, ita fa
ctum eſſe ad fieri. Quod aūt in huiuſcemodi ab effectu ad
cauſam prius factū rectè procedatur, duobus itē monſtrat
exēplis. Probè enim ſequitur, domus eſt facta, ergo funda-
menta iacta. Itē fundamenta iacta, ergo neceſſe lapides eſſe
exciſos. Sed & ex eodē quoq; genere cauſa, diuerſa tamen
ſpecie, plures demōſtrari poſſūt quæſtiones: ut Echo, Iris,
& Idolum, omnia ex repercuſſionis genere creata, ſed di-
uerſa, ex ſonitu, è ſole, è ſpeculo. Poſſunt itē nonnulla hoc
modo per analogiam: ut ad probandā manus utilitatē quæ
homini eſt, elephanti proboſcis, ſimiæ pedes anteriores, os
item, ſepion & ſpina. In his etiā quæ reciprocè fiunt, reci-
proce*

proco utendũ argumẽto, modò à poſteriori procedatur ad prius. ut ex terræ pluuia fit uapor, ex uapore nubes, ex nube pluuia: pluuia iterũ in terrã deſcendit. Eſt quoq; cauſa, ſub cauſa, ut ꝓpter quid Nilus exuberat, quũ finis adeſt mẽſis? quia is hyem alior extat: cur autẽ hyemalior? quia luna tunc deficit. Deinde ad effectus ſemper frequenter & rarò, cauſas item illis reſpondentes tẽporibus adducere oportebit. Singulare definire, ſeu demõſtrare facilius, quã uniuerſale. ex ſingularibus enim ad uniuerſalia aſcẽdimus, in quibus æquiuocationes magis quàm in differentib. latent.

IN EADEM ANALYTICA Poſteriora Angeli Politiani Argumentum.

AD poſteriora tranſeamus. iuſta hic demonſtratiò tractatur, cuius nobis inſita animo quaſi ſemina, ut iam quod diſcimus, non in plenũ, ſed quadantenus ſciamus. Prænoſcimus aut eſſe aliquid, aut hoc ſignificare: ſed & utrunq;. quædamq; prius & poſterius, quædã ſimul intelligimus. Rite quid ex cauſa ſcimus, & demõſtratione. ducitur ea ex ueris primis, medio carentibus prioribus, cauſis neceſſarijs: prioribus naturæ potius, quàm nobis. Principijs credendũ potius, quã concluſionibus. Prædicatũ dici per ſe de ſubiecto debet, priuſquã de omni. Per ſe nunc accipe, uel eſſentia uel propria, ſed & uniuerſaliter. Vniuerſale hic intellige, quod & de omni, & per ſe, & qua ipſum eſt, nec in alio prius, nec ideas demõſtraueris. Caue aũt, ne demonſtraſſe uniuerſale falſo te credas, aut nõ A demonſtraſſe. Fallimur, cũ de indiuiduo agimus ſolitario. Cum uacat nomine illud quod ſpecie diſsidentia deuincit, cũ diſcrimen inter uniuerſale nõ cernimus, & quod de omni. Nec ueritas modò, ſed & neceſsitas exigitur: eaq; nõ cõcluſionũ modò, ſed & principiorũ, non modò eſſe indicãs, ſed & cur ſit: non modò ex neceſſarijs, ſed & è ſuis, hoc eſt ex ijs quæ uel unius, uel cognati generis, tum ex uniuerſalibus, nec enim corruptibiliũ. Nec aũt ſcientia ulla ſua tuetur principia, ſed ad unã rediguntur omnes, quæ ſapientia uocatur, quæq; primas, & eaſdem maximè cauſas cõſiderat, ſubiectũ ſtatuimus eſſe. Propriũ quærimus, quid ſignificet, axiomatis utrũq; debemus, quorũ interdũ ui utimur potius. ſed & quædã ſunt axiomata, quæ ſcientijs congruunt omnibus. Duæ ſcientiam facultates cõſtituunt, ſapientia & dialectica. Nunc eadẽ ſciẽtia & eſſe aliquid ſcimus, & cur ſit: nunc diuerſis. Cauſæ mutuò, & ſigna interdũ recurrunt, altera alteri ſcientia ſubeſt. Prima demonſtrationi figura debetur. aut rẽ ſic ignoramus, ut eſſe neſciamus, aut ut aliter eſſe putemus: quæ diſpoſitionis inſcitia uocatur. fit autẽ, uel ubi præſto eſt mediũ, uel ubi deſit. utrobiq; autẽ aut notione ſimplici, aut adulterina ratiocinatione. Debellandæ contrarijs potius, quàm cõtradictorijs minus ueræ propoſitiones. Si ſenſus defuerint, etiã demonſtratio deerit. nã illorum ope inducimus, atq; abſtrahimus. Noſce quod ex accidenti dicitur, uariè dici. Cæterũ accidẽs quoq; de accidentiũ ſed & de accidenti eodem. rurſum ſubſtãtia, quaſi præter naturã prædicatur, nec ſubiecta in infinitũ, nec prædicata procedunt. Particulari præſtat uniuerſale, affirmatio negationi: iuſta demonſtratio illi, quæ fit ex impoſsibili. Potior illa & prior facultas, quæ cauſam docet alterius, quæ circa intelligibile, circa uniuerſale uertitur, quæ ſuperior, quæ ſimpliciora habet principia: nam quarum diuerſa principia ſunt, hæ diuerſæ ſcientiæ. Res eadẽ uarijs demõſtratur medijs. nulla fortuiti ſcientia, nihil ſenſibile demonſtratur. demonſtrationis origo in ſenſibus, diuerſarum ſcientiarum nec eadẽ propria principia, nec cõmunia. Etiam utra opinio, & ſubiecto differt à ſciẽtia, & æſtimationis modo. nec eiuſdẽ omnino rei opinio & ſcientia. Solers ille, qui mediũ quaſi de improuiſo corripit. Ergo in Libro ſecundo demõſtrationis mediũ excutitur: quoniamq; formalis cauſa medium potiſsimũ demonſtrationis eſt, ea porrò definitio de definitione agit. ſed & de cæteris cauſis ſiue quæ factionẽ, ſiue quæ materiã, ſiue quæ finem ſpectent. Quæruntur & illa, num finitionis demonſtratio, num finitionis finitio, quibus finitio cõpetat, atq; unde abhorreat. Aguntur & quæſtiones, an eſt, quid eſt: eæ uerò ſimplices, ac prior magis eadẽ: an illi illud cõpetat, & cur cõpetat. eæ compoſitæ: magis tamen poſterior. Conueniunt illæ terminis, hæ propoſitionibus. Cuius demonſtratio eſt, non eius omnino definitio. nec idẽ omnino definitione ſcitur, & demonſtratione. Conſtituit definitio quid eſt, ipſam demonſtratio accipit. demonſtratio prædicata, rerũ naturas definitio exhibet. Neq; diuiſione finitio, neq; ſuppoſitione demonſtratur: utrobiq; principiũ petitur. eadẽ nec inductione probatur, nec ſenſibus. Definitio quidẽ, ratio B dicitur eius quod eſt, quod tamen aut nominis eſt, aut naturæ. ratio aũt una, loco tantũ differens à demonſtratione. diuerſæ cauſſæ medij locum ſubeunt, diuerſæ inquã & tẽpore, quarum uel ordo, uel recurſus inſpiciendus: quoq; pacto finitionis finitio ſit, aut non ſit. Cõmuniora definitis accipienda, non tamen & definitorũ genere, quæ definitum iuncta ſimul exæquent. Indiuiduarũ partiũ definitiones, generũ quoq; definitionibus indagandis adhibentur. ubi eorũ ſpectatur ordo, quæ ſumũtur. illud cauetur, ne quid utile prætereatur, Ipſum quoq; definitur arte, quæritur, ne res aut nomen inuicẽ perturbent. ubi duplex inſpicitur ſubiectorum ſeries. Nihil idem cauſa eiuſdem ex pluribus, nec idem concluſionis & rei. Poſtremò ſemen carentis medio propoſitionis in animo habemus, quando uniuerſale illud, quod unum præter multa ſit, ſenſibus, imaginatione, memoria, intellectu, formiſq; & notis quibuſdam paritur. Principium ſcientiæ intellectus, hoc eſt cognitiò principiorum ſcibilis rei.

DE DEMONSTRATIONE SIVE DE SECVNda partẽ ἀναλυτικῶν, Liber I. Nic. Gronchio interprete. Caput I.

OMnis doctrina, omniſque diſciplina, quę ratione & intelligẽtia perficitur, ex antecedente cõſtat cognitione. Id quod perſpicuum erit, ſi ſingulas perſequamur diſciplinas. Primùm enim mathematicæ ſciẽntiæ, atque adeò cæteræ omnes artes, hae

Demonſtratiõnem aliquam eſſe docet, etiãſi quæ diſcimus

partim ſcimus, partim ignoramus.

hac ratione continẽtur. Deinde & dialectici hoc A modo aut ratiocinatione, aut inductione diſſerunt. utraque enim argumentatione, ex ijs quæ antè cognita ſunt, id quod quæritur, docetur. Illa quidem, acceptis quibuſdam quaſi perceptia & cognitis ab ijs quibus cum diſputatur. hac uerò, ob id quòd res uniuerſa efficitur per ſingularia, quæ ſunt unicuiq; manifeſta. Poſtremò & oratores hanc in probando rationem ſequuntur. aut enim exemplis, quæ inductiones: aut enthymematibus, quæ ratiocinationea ſunt, probant. Prænotionum autem duo ſunt genera. quædam enim ſunt, in quibus neceſſe eſt quòd ſunt antè cognoſcere: alia, in quibus uis uerbi ac ſignificatio intelligenda eſt: in alijs quibuſdam utrunq;. ueluti illud, in quacunque re uera eſt affirmatio aut negatio, quòd ſit, intelligendum eſt. Triãguli autem hanc eſſe ſignificationem, noſſe ſatis eſt. unitatis autem & ſignificatio intelligenda eſt, & quòd ipſa ſit, ſtatim initiò accipiendum. neq; enim eodem modo unumquodque horũ nobis cognitum ac perſpectum eſt. Sunt autem eorum quæ cognoſcuntur, quædam quę ob id poſtea à nobis cognoſcuntur, quoniam anteceſsit aliarum rerum cognitio. Alia uerò ſunt, quorum ſimul cum altero acquiritur cognitio: cuius generis ſunt ſingulæ partes, quæ ſub uno genere uniuerſo, quod tibi cognitũ ſit, cõprehenduntur. Nã quòd omne triangulum tres habeat angulos pares duobus rectis, prænoueras: quòd uerò etiam illud quod in ſemicirculo deſcriptũ eſt, tale ſit, ſtatim ubi animũ aduertiſti ad illud, agnouiſti. Sũt igitur res quædã, quæ hoc modo in alijs cognoſcuntur, nec medio adhibito extrema intelligun- B tur. cuiuſmodi ſunt omnis generis uniuerſi ſingulæ partes, omniaq; quę de nullo ſubiecto dicuntur. Ac fatendũ eſt quidẽ, priuſquã aut inductione aut ratiocinatione illa concludamus, modo quodã illa iam ſciri, & modo quodã alio neſciri. Nam quòd omnino neſcit quiſquã an ſit, quo modo illud tres habere angulos pares duob⁹ rectis, planè ſcire poterit? Attamẽ illud perſpicuum eſt, quòd ea ex parte id ſcit, qua in toto genere illud cognitũ ac perſpectũ habet: per ſe autem ac diſtinctè adhuc neſcit. alioqui in laqueos illius quæſtionis, quæ eſt apud Platonẽ in Menone, incidemus, ut aut omnino nihil diſcamus, aut id q; iam antè ſciebamus. neq; enim cũ ijs conſentio, qui hoc modo ſoluere iſta conantur: Sciſne omnẽ binariũ parẽ eſſe? illo autẽ ſe ſcire dicẽte, tum proferebatur binarius aliquis, quẽ ille ne eſſe quidẽ ſuſpicabatur, ob idq; nec parẽ eſſe ſciebat. Ita enim diſſoluunt, ut ſe dicant neſcire quidẽ omnem binariũ eſſe parẽ, ſed omnẽ quem ſciebant eſſe binariũ. Atqui id dubium non eſt, quin id ſciant quod demõſtratione cõcluſum eſt, & eo modo quo ijs probatum eſt. probatũ aũt eis eſt non de omni triãgulo aut numero quẽ eſſe ſcirẽt, ſed omnino ac ſimpliciter de omni triangulo aut numero. Nam nec ſumptionũ ulla in demonſtratione cũ hac adiectione ſumitur: quẽ ſcis eſſe numerũ: aut, quod ſcis eſſe euthygrãmum, id eſt quaſi rectilinium, ſed ſimpliciter in omni accipitur. Nihil igitur, mea ſententia, uetat quo minus quod diſcas partim ſcias, partim neſcias: neque enim A incommodũ eſt, id nos aliquo modo ſcire quod diſcimus: ſed nos hoc modo ſcire: hoc eſt qua ratione & quomodo diſcimus, id iam ſcire, id uerò eſt incommodum.

CAPUT II.

Quid ſit demõſtratio, & quibus ex rebus conſtet.

PLanè autẽ ac perfectè rem ſcire quiſq; cenſetur, ac non ſophiſtarũ modo (qui incertis ac fortuitis continetur) quãdo cauſam, per quã res eſt, ita ipſius rei cauſam eſſe cognoſcit, ut non poſſe omnino rem aliter habere credat. nam quòd rem ſcire, ſit tale quidpiam quale dicimus, hoc argumento perſpici poteſt: quod omnes qui aut reuera ſciunt, aut ſe ſcire putant, ob id aut ſciunt, aut ſcire ſe exiſtimant, quòd rem ita ſe habere uti diximus, aut reuera, aut ſua opinione cognoſcunt. Itaque res quæ ſub ſcientiam cadit, ita eſt certa, ut omnino aliter eſſe non poſsit. Ac ſitné aliud quidem genus ſciendi, poſtea dicemus: illud nunc certum eſt, ſcire illũ, qui per demonſtrationem rem cognouerit. Demonſtrationem autem uoco, ratiocinationem: quæ ſcientiam gignere ob id dicitur, quòd illa animo comprehenſa ſtatim rem ſcimus. Si igitur id eſt ſcire quod diximus, neceſſe eſt demonſtratiuam ſciẽtiam ex ijs ſumptionibus conſtare, quæ & ueræ ſint, & primæ, & (ut ſic dicam) immediatæ, & notiores, & priores deniq;, & cauſæ concluſionis. nam ſi hæc ſint omnia, fiet ut accommodata ſint ad id quod demonſtratur, principia. Quanquam enim poſsit eſſe ratiocinatio, ut ſimul hæc non ſint omnia, in demonſtratione tamen ſunt neceſſaria: alioqui ut rem ſciamus, nunquam efficiet. Ac ueras quidem eſſe propoſitiones pro- B pterea oportet, quoniam id ſcire non poſsimus, quod aliter habet atq; putamus: ueluti quòd diagonus quadrati cum aliquo ex lateribus cõuenire poſsit, cadere ſub ſcientiã non poteſt. Primas uerò ac indemõſtrabiles eaſdẽ illas eſſe oportet, quoniã illas quidẽ perſpectas & cognitas habere ſine demõſtratione poſſemus, ſi etiã illę demõſtratione probari poſſent. Nam ea quæ demonſtratione concludi poſſunt, tum demum certè, ac nõ fortuitò ſciuntur, cum eſt animo cõprehenſa eorum demonſtratio. Sed etiã ut cauſę ſint cõcluſionis & notiores prioresq;, neceſſe eſt. Nam tũ demum rem ſcimus, cum cauſam cognoſcimus. Atqui ſi cauſæ ſint, neceſſariò efficitur, ut priores ſint, & notiores: ac notiores quidem, non hoc tãtum modo, ut uerborum uis ac ſignificatio intelligatur: ſed etiam, ut quod ita res habeat, cognoſcamus. Dicuntur autem priora & notiora duobus modis. ut enim ſunt alia quę ſunt naturæ ordine priora, alia quæ nobis: ita plurimum inter ſe differũt, quæ omnino ac per ſe notiora, & quę nobis magis nota ſunt. Ac nobis quidẽ illa priora & notiora appello, quæ noſtris ſenſibus magis obiecta ſunt: omnino autem ac per ſe, ea quę ſunt ab ijs remotiora. Huius generis ſunt res uniuerſæ illius res ſingulæ, quæ inter ſe res contrariæ ſunt. Quod autem ſuprà diximus, ex primis cõſtare demonſtrationem: id ita accipiẽdum eſt, ut ex proprijs principijs conſtare eam intelligamus. Prima enim & principia pro eodem ſumo. Eſt autem principium demonſtrationis propoſitio, quæ ob id immediata dicitur, quoniã nulla eſt

Demonſtrationis principia.

Priora & notiora, quæ ſint.

eſt alia prior, per quam ipſa cõfirmari poſsit. Propoſitio eſt enunciationis pars altera, in qua unũ de uno enunciatur. Ac dialectica quidem propoſitio eſt, utrauis ſine ullo diſcrimine pars contradictionis, ad probandum aliquid ſumpta. Demõſtratiua autem, altera tantũ, atq; ea demum quæ eſt uera. Enunciatio eſt, omnis contradictionis pars utrauis. Contradictio autem eſt, contrariorum illa oppoſitio, in qua nihil quod uerè mediũ ſit, reperiri poteſt. Huius pars una affirmatio eſt, in qua unum alteri attribuitur: altera negatio, in qua unũ alteri detrahitur.

Principia immediata, quæ.

Principia immediata, quæ in demonſtrationibus accipiuntur, in duo genera diſtribui poſſunt. unũ eorũ quę quanquã demonſtrari non poſsint, nõ tamen ita aperta & per ſe manifeſta ſunt, ut neceſſe ſit iã antè cognita eſſe ei qui artem aliquã diſcere uelit: quas nos poſitiones appellamus. altero genere continentur ea quę ita ſunt per ſe ipſa perſpicua, ut nõ poſſint non eſſe omnibus multo antè cognita ac perſpecta, quàm quicquam doceatur: quæ pronunciata dicuntur. Nam cum huius generis res quædam ſint, tum uerò in illis appellandis hoc nomine pronunciatorum uti ſolemus.

Poſitionum genera duo.

Sed & poſitiones rurſus in duo genera diuiduntur: in hypotheſes, quas ſuppoſitiones appellemus, & in definitiones. Ac ſuppoſitiones quidem ſunt, cum alter utra pars enunciationis, ueluti aut eſſe aliquid, aut non eſſe ſumitur. Definitiones uerò ſunt, in quibus neutrum accipitur. Quanquã enim definitiones ſunt poſitiones (id enim ab Arithmeticis initio poni ſolet, unitatẽ, uerbi gratia, id eſſe qđ per quantitatẽ diuidi non poteſt) ſuppoſitiones tamẽ eſſe nõ poſſunt. Neq; enim idẽ eſt quid B ſit unitas accipere, & eſſe in rerum natura unitatem ponere. Quoniam autẽ ob id certò rem ſcimus, ac credimus, quia perceptam animo habemus ratiocinationem illã, quæ demõſtratio à nobis paulo antè dicta eſt: omnis autẽ ratiocinationis uis poſita eſt in ijs, ex quibus cõſtat ſumptionibus: illud certè neceſſariò efficitur, huiuſmodi principia, aut omnia, aut aliqua, nõ modò eſſe antè cognoſcenda: ſed etiam multo magis, quàm ea quæ ex ijs cõcluduntur, ſciẽda. Semper enim id magis tale eſt, quod cauſa eſt ut tale ſit alterũ: ueluti, is nobis ſemper charior eſt, cuius cauſa alterum amamus. Si igitur hoc principia efficiunt, ut & ſciamus, & quin ita res habeat non dubitemus: illa neceſſe eſt multo à nobis melius intelligi, quàm quæ per ipſa concluduntur. Atqui nemo alijs rebus maiorẽ fidẽ habet, quàm ijs quæ certò ſcit: ſi illas aut per demonſtrationẽ, aut certiore aliqua ratione nõ ſciat. Quod tamẽ fatẽdũ erit, ſi ea nõ ſunt nobis antè cognita, quę faciunt nobis fidẽ rei quę demõſtratione cõcluditur. Planè enim neceſſe eſt credibiliora eſſe principia aut omnia, aut quędam, ipſa concluſione.

Cõcluſio dictorum.

Qui igitur per demonſtrationẽ alicuius rei ſcientiam conſecuturus eſt, eũ neceſſe eſt nõ modò magis noſſe principia, eiſq; maiorem fidem habere, quàm rei quæ demonſtratur: ſed etiam omnino illi nil debet eſſe credibilius principijs, atque adeò nil certius ſcire debet, quàm horum principiorum contraria talia eſſe, ut ſi quid ex ijs concludatur, ſummam inſcientiã atque ignorationem rei efficiat.

A Alioqui id uerè dicere non poterimus, ſcientem hominem ita eſſe immutabilem, ut omnino labi atque errare non poſsit.

CAPVT III.

Refellit eos, qui aut nullam aut omnium rerum eſſe ſcientiam uolunt.

SEd quoniam principia antè ſunt ſciẽda, quã id quod concluditur: ob id quibuſdam uiſum eſt, nullam omnino poſſe eſſe ſciẽtiam. Aliorum contraria fuit ſententia, omnium rerũ eſſe demonſtrationem. Sed neq; hi, neq; illi uerũ dicunt, neq; id neceſſario efficiunt quod uolũt. Primò enim, qui omnem ſcientiam è medio tollunt, ex eo nil non poſſe ſcire confirmãt, quòd in infinitum regrediendum ſit: ſemper autẽ, ut ſciamus poſteriora, neceſſe eſt ut priora cognoſcantur, quorum ſunt aliqua tandem prima. Ac illi quidem hactenus bene dicunt: infinita enim animo percurrere non poſſumus. Quòd uerò in infinitum ſit regrediendum, ſic confirmant: quoniã ſi exitus tandem aliquis reperiatur, ac principia quædam dari poſsint, in quibus mens tandem cõſiſtat, illa neceſſe erit nobis eſſe incognita: quãdoquidem illorum ſententia, omnis cognitio ac ſcientia per demonſtrationem acquiritur: illa autem ſi prima ſunt, demonſtrari non poſſunt. At uerò ſi principia ſciri nõ poſsint, ne illa quidem quæ ex ijs conficiuntur, planè & abſolutè intelligi poterunt, ſed tantum quaſi ex conditione, ſi illa ſunt, iſta eſſe ſcientur quę per illa probantur. Alij autem in hoc quidem cum ſuperioribus cõſentiunt, quòd non aliam putant eſſe ſcientiam, quàm quæ per demonſtrationem comparatur: ſed fieri poſſe ut omnium rerum ſint demonſtrationes, ipſi exiſtimant: quando id fieri poſsit ut B omnes res uiciſsim per ſe mutuò probentur, ac ueluti in orbem redeant omnes omnium rerum demonſtrationes. At uerò noſtra lõgè alia eſt ſententia. Primùm enim, nõ omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed principia quia immediata ſunt, ſine ulla demõſtratione ſciri poſſe exiſtimamus. Id quod hac ratione perſpici poteſt. Nã ſi neceſſe ſit ſcire ea quæ antecedunt, & ex quibus demõſtratio cõſtat: reperiamus autẽ aliqua tandem immediata, in quibus ſit nobis conſiſtẽdum: illa certè neceſſe erit ſine ulla demonſtratione cognoſci. Itaq; de hac re ſic cẽſeo, aliquam eſſe non modò ſcientiam, ſed & principiũ quoddam ſcientiæ, quo nos extrema ipſa cognoſcamus. Deinde uerò illud fieri nõ poſſe putamus, ut bene ac perfectè res demõſtrentur, ſi uiciſsim ita in orbem probentur. ex prioribus enim & notioribus conſtat omnis demonſtratio. Fieri autẽ non poteſt ut res eadem, una eademq; re prior ſit & poſterior: niſi fortè id alio atq; alio modo intelligatur. ueluti ſi uno modo quæ ſimpliciter & naturæ ordine priora ſunt acciperẽtur, altera autem quę nobis. quod poſterius genus accommodatum eſt inductionibus: quæ ex ijs quę hoc modo ſunt priora, rem de qua quęritur faciunt manifeſtam. Quòd ſi ita res habet, alterum horũ dicendũ eſt, aut propterea non rectè à nobis ſuprà definitum eſſe, quid ſit planè ac perfectè rem ſcire, quia huius duo genera non fecimus: aut pro demonſtrationibus accuratis eas non eſſe habendas, quę ex notioribus nobis conſtituuntur. Iam uerò illos qui ita ſentiunt, in orbem res bene de-

monſtrari,

monſtrari,non modò illo quod nũc diximus incommodo urgere poſſumus:ſed hoc etiã, quòd qui ita probãt,nil aliud dicant,quàm id quod ridiculum eſt,ſi res aliqua ſit,illam ipſam eſſe:quo certè modo facile erit omnia demonſtrare.Illud autem ſequi incommodũ, quod dico, perſpicuũ erit,ſi tria extrema accipiamus.Nam id nil intereſt,an multis, an paucis interpoſitis, retrò cõmeent probationes:modò ne in paucioribus quàm duobus, mutuã illam ac reciprocã demonſtrãdi rationẽ fieri intelligamus. Quando igitur ſi ſit a, neceſſariò eſt b : & ſi b ſit, neceſſariò eſt c: id etiã ad extremũ concluditur,ſi a ſit,c eſſe.Itaq; ſi a poſito ſequitur b,& contrà ex antecedẽte b cõſequitur a,cuius generis erat reciproca demonſtratio, loco cõſequentis a ſumamus c: tũ profectò ex b antecedente a concludere , idem erit ac ſi ex eodem ipſo b cõcluderes c.Atqui ex antecedente a cõficere c,nil erat aliud quàm ipſum a ex ſe ipſo efficere.Illud igitur aduerſus illos qui hoc genus probandi reciprocũ induxerunt,rectè effectũ eſt, nil hoc cũ dicũt aliud eos dicere,quàm huiuſmodi cõcluſionem ualere,ſi a eſt,a eſt:quo profectò modo facile erit omnia demõſtrare.Prȩtereȩ reciprocum hoc genus probãdi in ijs tantũ uerbis locũ habere poteſt, quæ uiciſsim retrò cõmeãt, cuiuſmodi ſunt propria. Atqui uno poſito ſimplici uerbo,aut una propoſitione,iã antea demõſtratum eſt nil neceſſariò cõcludi poſſe:ſed minimum duas primũ accipi ſumptiones oportere,ut ratiocinatione aliquid concludatur.Si igitur mediũ uerbum a ſit cõſequens extremorũ b c, atq; iſta extrema inter ſe reciprocẽtur, etiã neceſſe erit ut uiciſsim retrò cõmeent cũ a medio. Ac fieri **B** quidẽ poſſe ut quæ uiciſsim hoc modo retrò cõmeant,in prima figura cõcludãtur omnia,iã antè à nobis demonſtratũ eſt in libris de ratiocinatione. Sed etiã illud ſimul probatũ eſt,in alijs figuris aut omnino hoc genus concluſionũ locũ non habere,aut ex ijs quæ ſumpta ſunt rẽ nõ poſſe cõcludi. Omnino autem in ijs uerbis quȩ nõ reciprocãtur,huiuſmodi in orbẽ reciproca demõſtratio fieri nõ poteſt. Quare ſi in demõſtrationibus pauca ſunt huius generis uerba,quẽadmodũ pauca eſſe certũ eſt: illud certè perſpicuũ eſt,ridiculũ eſſe,uel potius omnino fieri nõ poſſe, ut propterea omnium rerum ſint demonſtrationes,quoniam uiciſsim in orbem res concludi poſsint.

CAPVT IIII.

Ex neceſſarijs & ueris cõſtare demonſtratiõe: & quæ illa ſint.

QVoniam autẽ id quod certò ſcimus, nõ poteſt ſe aliter habere:illud profectò ſequitur rem eſſe neceſſariam,quȩ ſub ſcientiã cadit demonſtratiuam. Atqui ſcientia demonſtratiua eſt,quam tum habemus, cum mẽte percepimus alicuius rei demonſtrationem.Quare demõſtratio erit ratiocinatio, quæ ex neceſſarijs conſtat. Dicendum igitur,quæ & quales ſunt res illæ ex quibus demonſtrationes conficiuntur.Ac primũ explicandum,quid eſt quod in omni ineſſe dicimus: tum, quæ ſint ea quæ per ſe cõueniunt:poſtremò,quid eſt, in uniuerſo genere ſpectari. In omni id dicitur,quod ita in alterum cadit,ut nec ſub illo genere partem ullã accipere poſsis, cui non conueniat: nec ullum tempus inuenire, in quo de illo non dicatur.

In omni, ſiue de omni.

Vt ſi in omni homine di- **A** citur animal,neceſſe eſt ut quacunq; in re uerè enũciabitur homo,etiã animal enũcietur:& quocunq; tẽpore illud uerũ erit,& hoc uerũ eſſe.Itẽ, ſi in omnẽ lineam cadit punctũ,idem illud quod in ſuperiori exemplo dicendũ . Quod uerò id ſit in omni ineſſe, quod dixi , argumento eſt, quòd omnes qui rogati fuerint , nũquid in omni quippiam inſit,ita occurrere interrogationi ſolent,ut aut aliquid ſubijciant cui illud non inſit, aut certo quodam tempore non conuenire oſtendant.

Per ſe.

Per ſe autem illa primũ conueniunt, quæ in explicanda rei natura atq; eſſentia adhibentur . Vt triangulo per ſe ineſt linea,lineæ punctũ. Nã & in natura trianguli & lineȩ,hæc inſunt:& in definitione qua declaratur quid illa ſint, ponuntur. Deinde illa etiam per ſe inſunt,quȩcunq; rem aliquã ita conſequuntur,ut cùm quid illa ſunt definitione explicatur, neceſſe ſit rem ipſam in definitione accipi : quomodo lineæ conueniunt rectum & circunductũ,& numero par & impar,itẽ primum & cõpoſitum,deniq; quod paribus cõſtat lateribus, & quod productioribus altera ex parte oris conſtat. Nam ſi iſta uelis quid ſint definitione declarare,in his quidẽ numerũ,in illis autem lineã neceſſe erit adhibere. Atq; ut omnia ſimilia ſemel complectar,ea omnia per ſe ineſſe dicenda ſunt,quæcunq; aut hoc poſteriore modo, aut illo priore, alteri conueniunt:quæ uerò neutro modo inſunt,accidentia appellabuntur . cuiuſmodi ſunt,albũ & muſicũ,quæ animalis ſunt accidentia. Eſt uerò & alia ſignificatio huius uerbi,cùm ea per ſe eſſe dicuntur quæ cum appellãtur,in nullo ſubiecto eſſe intelliguntur . Nam cũ **B** ambulare dicimus,aliud quiddam intelligamus oportet , in quo illud ipſum ambulare inſit : & cum album appellamus, aliud quoddam eſſe oportet quod album ſit.Subſtãtia autẽ , & omnia quæ hoc aliud ſignificant , aliud nihil ſunt quàm id ipſum quod ſunt . Quapropter quæ in nullo ſubiecto inſunt, ea per ſe eſſe dico : quæ uerò in ſubiecto inſunt, ea accidentia appello.Eſt etiam aliud quoddã genus,quo ea per ſe eſſe dicuntur, quæ ſuapte natura ac propter ſe alteri cõueniũt: quæ uerò non propter ſe conueniunt,accidentia dicuntur,ut ſi ambulante aliquo fulſerit,accidẽs eſt:propterea quòd fulguris cauſa non eſt ambulatio,ſed ita fortè accidiſſe dicimus. Quæ uerò propter ſe cũ altero ſunt cõiuncta, ea per ſe ſunt. ueluti,ut quis iugulatus intereat,id per ſe fieri dicimus,quando interitus cauſa eſt ipſa iugulatio. neq; id fortè ita cõtigiſſe dicimus,ſed quia iugulatus erat,ob id mortẽ obijſſe . Itaq; in ijs rebus quæ ſub certam ac perfectam ſcientiam cadunt, omnia illa quæ duobus illis priorib. modis per ſe ineſſe dicuntur,aut quoniam inſunt in attributorũ definitionibus ſubiecta,aut contrà in ſubiectorum attributa:omnia inquã illa neceſſe eſt cũ propter ſe ſequi ſua cõuenire , tũ uerò neceſſariò ijs ineſſe quibus attribuuntur. Neq; enim poteſt aliter eſſe, quin aut ipſa (ſi nil habent contrariũ) conueniant: aut in quibus contraria reperiũtur, ex ipſis alterũ inſit . ut lineæ neceſſe eſt aut rectũ aut inflexum ineſſe: numero, aut par aut impar. Nam ſi omne quod alteri aduerſatur, eſt quaſi alterius priuatio aut negatio, ad idem genus pertinens:

tinens: ut par nil eſt quàm quod in genere numerorum non eſt impar: neceſſe autem eſt in omni re aut affirmationem aut negationem dici: illud profectò ijs conſequens eſt, ea quæ per ſe inſunt, neceſſariò ijs conuenire quibus attribuuntur. Atque hæc de ijs quæ in omni, & de ijs quæ per ſe dicuntur, ſufficiant. Ad uniuerſum autē genus ea pertinere dico, quæ & in omni inſunt, & per ſe rei conueniunt, & hoc ipſo quòd res talis eſt. Ex quo perſpicuū eſt, ea quæ in uniuerſo genere cernuntur, neceſſariò ijs conuenire quibus attribuuntur. Per ſe autē, & hoc ipſo quòd tale eſt cōuenire, idem ſignificant. ut per ſe ineſt lineę punctū, & rectū eſſe: ea uerò etiā lineę, quia linea eſt, conueniunt. Et triangulo, hoc ipſo quòd triangulū eſt, conuenit habere tres angulos pares duobus rectis: ſed & per ſe triangulo illud ipſum conuenit. At uerò uniuerſum genus ut demonſtretur, neceſſe eſt non modò ut in ea re ineſſe demōſtretur cui omni cōuenire poſsit: ſed etiam ut de eo cōcludatur, in quo primū omniū cernitur. ut tres habere angulos pares duobus rectis, neq; in uniuerſum genus figurarū cadit (etiā ſi figurā nō eā quidem quāuis, ſed incertè figuram, probare poſſumus habere tres angulos pares duobus rectis) neq; illud qui demōſtratione concludūt, in quauis figura ſine ullo diſcrimine id rectè conficere poſſunt: quadrangulum enim figura eſt, neq; tamen tres habet angulos pares duobus rectis. iſoſceles autem habet quidem, quodcunq; illud tādem ſit, tres angulos pares duobus rectis: ſed nō id primum eſt in quo illud cernitur, cum ad triāgulum id prius pertineat. Quicquid igitur illud tandem ſit, quod primum aut habere tres angulos duobus rectis pares, aut aliud quiduis demōſtrabitur, id erit, in quo primum omnium genus uniuerſum ſpectabitur. Ac demonſtratio quidē propriè ac per ſe erit, qua uniuerſum illud genus probabitur: in alijs autem omnibus, nō propriè ac per ſe, ſed alio quodam non accurato genere demonſtrandi, illud idem concludetur. Quinetiam in iſoſcele, ſi illud demonſtretur quod diximus, non oſtēderetur uniuerſum genus, cū id multo latius pateat quàm iſoſceles.

Vniuerſalia, quæ.

CAPVT V.

Quo pacto cõtingat error in accipiendo genere uniuerſo, & qua ratione uitari queat.

Illud autem hoc loco ignorare nō debemus, ſæpè id uſuuenire, ut in accipiendo genere uniuerſo peccemus, putantes ipſum genus uniuerſum à nobis in eo eſſe probatum in quo primò ineſt, cùm reuera in eo ſubiecto primum nō cernatur. Oritur autē huiuſmodi error, aut quando in uno genere una eſt res ſingula, ob idq; ſuperius ea aliquid accipi non poteſt: aut cùm rebus ſingulis multis eſt una quidem communis ratio, ſed tamen nullum nomen impoſitum eſt, quo illud genus appelletur, diuerſis ſpecie rebus conueniens: aut ſi res illa in qua ineſſe quippiam demonſtratur, quaſi pars tantum eius ſit, in quo primo ineſſe conſpicitur. In ſingulis enim partibus ita demonſtrari poteſt, ut etiam concluſio ſit de toto genere affirmatio. Attamen non erit ea generis uniuerſi de eo in quo primum ineſt demonſtratio: quandoquidē eam demū demōſtrationē genus uniuerſum in quo primò ineſt, concluſiſſe puto, quæ in ea re ſubiecta probauit, in

A qua ineſt, hoc ipſo quod talis eſt. Si quis igitur rectas lineas non poſſe concurrere oſtēdat, illa quidem uidebitur eſſe demonſtratio, propterea q; in omnes rectas lineas id cadere poteſt, & tamen non eſt demonſtratio: ſiquidem illud non conuenit lineis pari ſemper interuallo diſtantib. quia ſunt rectæ: ſed id omnibus pariter diſtantibus, qualeſcunq; illæ ſint, cōuenire poſſe cernitur. Et ſi nullum eſſet triangulum præter iſoſceles, conuenire uiderētur trianguli proprietates iſoſceli, quia iſoſceles ſit. Et proportio cōmutata ineſt in numeris, quia numeri ſunt: & lineis, quia lineæ: & in ſolidis & tēporibus, hoc ipſo quòd aut ſolida aut tēpora ſunt, cùm ita demonſtratur quemadmodū aliquando ſeparatim de ijs ſingulis demonſtratum eſt. Nihilominus tamen fieri poteſt ut una demonſtratione cōmuni, illud ipſum de ijs omnibus concludatur. Sed quoniā non eſt nomen impoſitū quo illud appellemus, in quo iſta, numerus, linea, ſolidum, tēpus conueniunt, communiq; una ratione cōtinētur: & quoniā ſunt hę res ſpecie inter ſe differentes, idcirco ſingulatim illa accipiuntur. Atqui nunc demū quum natura cōmunis accipitur, ipſum genus uniuerſum demonſtratur. Neq; enim ineſt aut numeris aut lineis hoc ipſo, quòd aut numeri aut lineæ ſunt: ſed qua ratione, cōmuni illa ratione participant. Quare ſi quis una aut altera demonſtratione cōcludat, ſingulas trianguli ſpecies, ut iſopleuron, ſcalenon, & iſoſceles, habere tres angulos pares duobus rectis: is nondum nouerit (niſi quomodo cognoſcere ſolent ſophiſtæ) triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. Ac ne ſi

B præter illas quidē tres ſpecies nullus alius ſit triāgulus, ob id credēdum eſt eum ſcire uniuerſum genus trianguli. Neque enim triangulum nouit hoc ipſo, quòd triangulum eſt: neque nouit omne triangulum, niſi ſecundum numerum. ſecundum ſpeciem autem, & qua ratione unum quippiā eſt triangulum, nō nouit: etiamſi ex ſingulis nullum ſit quod non cognoſcat. Quòd ſi id ſcire uelis, quando genus uniuerſum non cognoſcimus, & quando generaliter atq; abſolutè rem aliquā intelligimus, id ego hunc in modum faciam manifeſtum. Nam ſi non alia uis atque natura triāguli eſſet, quàm huius aut illius iſopleuri, aut uerò omnium ſimul iſopleurorum, ſemper in uniuerſo genere rem intelligeremus. At ſi eſt huius atque illius diuerſa ratio, inſit autem aliquid triangulo hoc ipſo quòd triangulum eſt, niſi hoc modo ſciamus, genus uniuerſum non intelligemus. An autem inſit aliquid triāgulo quia triangulum eſt, an uerò iſoſceli quia eſt iſoſceles: deinde, quando aliquid alteri primum conuenire dicendum ſit: poſtremò, quodnam illud tandem ſit genus uniuerſum, quod demonſtratione concludendum eſt, una hac ratione cognoſcemus. Quando tale erit aliquid, quod detractis alijs in re aliqua ineſt, atq; adeò illi rei primùm omniū conuenit: ueluti iſoſceli æneo triangulo conuenit habere tres angulos pares duobus rectis. ſed etſi illa tollas, æneum & iſoſceles, adhuc reſtat cui conueniet. At ſi aut figuram, aut quod extrema habet, tollas, nil tum quidē erit, cui illud conuenire poſsit: ſed tamen non ſunt illa, quibus pri

mùm ſublatis,hçc ſublata eſt proprietas. Qoo igitur primùm ſublaro hoc eſſe deſijt? triangulo ſcilicet. Quare & alijs per hoc cõueniet:& io boc ſolo erit uniuerſi generis demonſtratio.

CAPVT VI.

Omnem demõſtrationem cõſtare ex ijs quæ per ſe ſunt, & neceſſaria, demonſtrat.

ATqui ſi demonſtratiua ſcientia ex certis quibuſdam ac neceſſarijs initijs oriatur (omne enim quod ſub ſcientiã cadit,non poteſt aliter habere. ſunt aũt ea quæ per ſe rebus conueniunt, neceſſaria:ex his enim alia in definitione rei ſubiectæ adhibentur,aliorum autem natura cum definitione explicanda eſt) adbibito ipſo ſubiecto in quo inſunt declaratur:io quo genere,ſemper alterũ ex cõtrarijs in re ſubiecta ineſſe neceſſe eſt. Ex ijs illud perſpicuum eſt,demõſtrationẽ ex huiuſmodi quæ per ſe ioſunt,conſtare. Omne enim quod alteri cõuenit,aut hoc modo,aut per accidens attribu..tur. Conſtat autem, accidentia non eſſe neceſſaria. Aut igitur ita certè ſtatueodum eſt:aut uerò nobis hoc loco quaſi principium quoddam accipiendum, demonſtrationem rem eſſe certiſsimam & neceſſariam: & ſi quid eſt quod demonſtratione concluſum eſt, illud omnino non poſſe aliter ſe habere. Ex quo illud neceſſariò efficietur, eam ratiocinationem, qua huiuſmodi res concluditur, eſſe ex neceſſarijs ſumptionibus conſtituendam. Nam ex ueris quidem propoſitionibus alius concludit quã demõſtrator: ex neceſſarijs uerò,quia id iam demonſtrationis eſt proprium, nõ poteſt alius prꝫter demonſtratorem concludere. Quòd autem fiat ex neceſſarijs demonſtratio, hoc quaſi ſigno intelligi poteſt: quòd cum uolumus occurrere & obſiſtere ei qui ſe aliquid demonſtratione probaſſe putat, boc nos ferè modo obſiſtere ſolemus, ut non eſſe id neceſſarium quod accidit dicamus, ſi aut reuera poſſe rem ſecus habare exiſtimemus:aut ueriſimiliter infirmari poſſe quod adferr,hoc modo puremus.

Contra ſophiſtas.

Qoaptoprer ridendi ſunt,qui ſe putant accommodata ad demonſtrationem principia habere, cum probabiles ac ueras acceperint propoſitiones. Qualis eſt illa Sophiſtarum propoſitio,Scire nihil eſt quàm ſcientiam babere. non enim quod probabile eſt, aut minus probabile, principium eſt: ſed quod in eo genere, in quo demonſtrationes uerſantur, primum eſt: nec omne quod uerum eſt, unicuique rei demonſtrandæ ſtatim eſt accommodatum. Iam uerò quòd neceſſarias eſſe demonſtrationis ſumptiones oporteat, ita confirmari poteſt: Qui cauſam quamobrem res ſit igoorat,is per demõſtrationem non eſt rei ſcientiam aſſecurus. Atqui ſi ita ponamus,eſſe cõcluſionem, omne c eſt a,neceſſariam: medium autem b, per quod illud confirmatur,nõ neceſſarium:fieri non poterit ut quamobrem res ſit intelligamus, quandoquidẽ talis concluſionis tale medium cauſa eſſe nõ poſſit. Poteſt enim euenire ut hoc non ſir,cùm interim neceſſe ſit illam concluſionem ſemper eſſe. Inſuper ſi quis nunc rem aliquam neſciat,cum et res quã ſciebar, eadem manet, & incolumis ipſe eſt,& adhuc animo retinet probationem eandẽ quã prius, nec memoria aliquid quod ad eam rẽ pertinet excidir:ſi quis inquã ita affectus,neſciat tamen, an non id certum eſt, ne prius quidẽ illa
A pſobariooe rẽ ſcire potuiſſe? Atqui ſi mediũ non eſt neceſſarium, iotenire poteſt. Cõ igitur nõ erit mediũ,illud neceſſariò eueniet qood dixi: ut incolumis ego, re nulla ex parte mutata, eandem animo retinens probatiooem,oeſciã tamen. quare illud neceſſe eſt,ut ne prius quidem ſciuerim. Nam quòd fortaſſe non interijt reuera medium, nil refert: id enim ſatis eſt quod poſsit. illud autem quod poſsibile ac contingens eſt, iam eueniſſe ſine ullo incommodo poni poteſt. Atqui fieri nõ poteſt ut rẽ ſciamus, cum hoc modo affecti ſumus. Ac ſiquidem neceſſaria eſt concluſio,non eſt neceſſe ut & medium ex quo efficitur illa concluſio, ſit neceſſariũ. Quẽadmodum enim ex falſis uerũ interdũ cõcluditur,ſic etiã ex noo neceſſarijs interdum conficitur neceſſarium. At ſi neceſſariæ ſuot ſumptiones, & concloſionem aſſe neceſſariã oportet:ſicuri ex ueris nil unquam niſi uerum efficitur. ueluti ſi neceſſe eſt omne b eſſe a,itemque omne c eſſe b, ex bis efficitur neceſſariò,omne c eſſe a. At uerò ſi non eſt neceſſaria cõcluſio, fieri non poteſt ut medium ſit neceſſarium. Sit enim hæc concluſio non neceſſaria, Omne c eſt a:tum ſi medium ita accipiatur,ut neceſſe ſit omne b eſſe a,& omne c eſſe b:ex ijs ſumptionibus efficitur hæc concluſio,omne c neceſſariò eſſe a,quã nos tamen poſueramus eſſe non neceſſariã. Quoniam igitur quod per demonſtrationem ſcimus, certum ſemper eſt ac neceſſariũ: ex eo illud facilè colligitur,medinm demonſtrationis neceſſariũ etiam eſſe oportere:alioqui fatendum erit,nos non modò non poſſe, quamobrem res eſt,ſcire:ſed nec quòd res ſit,poſſe certò
B cognoſcere. ſed alterum ſemper horum uſuuenire oeceſſe eſt,ut aut falſam tantùm habeamus ſciẽtiæ perſuaſionem,ſi id neceſſarium eſſe putemus,quod minimè eſt oeceſſariũ: aut ne falſam quidem opinionem ſcientiæ habeamus. Atq; id dico pariter euenturum, ſiue adhibeatur tale medium ad probandum quòd res ſit,quaſi per mediatas propoſitiones: ſiue ad oſtendendum quã obrẽ res ſit, quaſi per ſumptiones immediatas. Accidentia autem quæ non ita inſunt per ſe,quẽ admodum ſuprà definiuimus, oon poſſunt ſub ſcientiam demõſtratiuam cadere, eo quòd in ijs concluſio neceſſaria eſſe non poteſt. Nam quod accidens eſt,poteſt non ineſſe: ego enim ſic accipio hoc loco nomen accidentis. At quæret fortaſſe quiſpiam, Quorſum igitur de his accidentibus fiunt ioterrogationes, niſi aliquid tandem neceſſariò concludi poteſt? Nam quid refert qualia ſint quæ interrogaotur, ut ex illis aliquid neceſſariò efficiatur? Dicendum igitur,non ob id illa interrogari,ut res ipſa quę eoncluditur, neceſſaria per ea quæ inrerrogara ſunt efficiatur: ſed ut tantum, ſi illa poſita ſunt, hæc etiam neceſſariò admittenda eſſe concludamus:& ſi uera ſunt quæ antecedunt, ueram etiam eſſe conſecutionem efficiamus.



CAPVT VII.

Principia demonſtrationis ex alio genere non eſſe ſumenda,ſed ex proprijs & ſuis.

SEd quoniam in unoquoq; genere ea neceſſariò inſunt,quę per ſe alicui rei,& qnia res huiuſmodi eſt,conuaniunt: perſpicuum eſt,nõ modò de ijs fieri qoæ per ſe ſunt, ſed etiam ex ijs conſtare debere omnes demonſtrationes, quæ parere

parere ſcientiam poſſunt. Accidentia enim non ſunt neceſſaria. ob idq; ex ijs quamobrem ſit res, quæ coocluditur, non poſſumus certò ſcire: nec ſi illa quidem accidentia ſemper ſiot, qualia ferè ſunt ex quibus cooſtant ratiocinationes, quæ ex proprijs rerum notis ducuntur. Nam quod per ſe eſt, hoc modo, nou per ſe ſcier: quare nec quámobrem res ſit intelliget. Porrò ſcire quamobrem res eſt, nil eſt quàm rei cauſam noſſe. Quapropter oeceſſe eſt, ut & medium minori extremo propter ſe conueniat, & maius item extremum medio. Ex quo illud efficitur, uitioſum eſſe in demõſtrando, ex uno genere in aliud migrare. ueluti ſi ex ijs in quibus uerſatur geometria, aliquid probetur per ea quæ ad arithmeticam pertioent.

Demonſtratio omnis tribus continetur.

Tria enim ſunt iu quibus omois continetur demonſtratio. Prima eſt, ea quę demonſtratione cõficitur concluſio: concluſionem autem intelligo, illud quod de certo quodam genere, per ſe enunciari oſtenditur. Suot deinde & pronunciata, ex quibus illud ipſum colligitur. Tertiũ eſt, ipſum genus ſubiectum, cuius affectiones, & quæ per ſe conueoiunt accidentia, demonſtrantur. Ac diuerſis quidem ſcientijs eadẽ pronunciara interdum accommodantur. Quando uerò ſubiectum eſt diuerſum, quẽadmodum arithmeticæ & geometrię, tum ſemper eſt uitioſum, uelle arithmeticas demonſtrationes accommodare ad concludendas magnitudinis affectiones: niſi fortè magnitudines, numeros quoſdã eſſe putemus. Porrò quemadmodum illud in quibuſdam non incõmodè fiat, paulo pòſt dicemus. Nunc illud cõſtat, arithmeticis demonſtrationibus unũ quod-

B dam eſſe ſubiectũ, circa qood omnes uerſentur: id quod in alijs etiã ſit ſcietijs. Itaq; neceſſe eſt genus ſubiectũ aut idem omoino eſſe, aut certè ex parte aliqua coniunctum: ut, quæ demonſtrationes onius loci propriæ ſunt, accõmodatè alium etiam in locum transferantur. Nã quòd, niſi horum alterum ſit, fieri illud non poſsit, uel hac ratione intelligi poteſt: quòd neceſse eſt ut & medium & extrema ad idẽ genus pertineant: quę ſi non per ſe conueniunt, accidentia eſse fatendũ eſt. Quare ad geometriam oon pertinet, oſtendere, in rebus aduerſis unam uerſari ſcientiam: ſed nec, quòd duo cubi unũ cubom facere poſsunt. omoinoq; quod unius ſcientiæ eſt, conuenire alteri non poteſt: niſi fortè cùm una ſic erit ad alteram affecta, ut in una altera contineatur: quomodo ad geometriam optice, & ad arithmeticam muſica affecta eſt. Imò uerò ne id quidem ad geometriam pertinet, quod lineis nõ conuenit, quia lineæ ſunt. aut ſi quid aliud eſt, quod ex proprijs ſuis principijs confirmari non poteſt: qualia ſunt iſta, quòd recta linea ſit omoium pulcherrima: quòd circunductæ lineę aduerſetur recta. neque enim hæc lineis conueniuot hoc ipſo quòd proprio quodam genere continentur, ſed qua ratione communi aliqua natura participant. Cæterùm ſi demonſtrationis propoſitiones ſint de toto genere, illud perſpicuum eſt, oportere etiam ut concluſiones huiuſmodi demonſtratiooia, imò uerò (ut generaliter dicam) omnis demonſtrationis, ſint ſempiternæ: ob idq; eorum quæ fluxa & caduca ſunt, nullam neq; demonſtratio-

A nem, neq; ſcientiam, niſi fortè incertam quandã & quaſi fortuitam, eſſe poſſe. nam quę talia ſunt, in omni dici non poſſunt, ſed aut tempore modo aliquo inſunt, aut quadam ex parte cooueniunt. Cum uerò eſt huius generis ipſa res quæ concluditur, neceſſe eſt ut minimùm altera ſumptionum & de toto geoere non ſit, & caduca atque incerta ſit. Ac illa quidem incerta mutabiliſque futura eſt, eo quòd talis eſt concluſio: de toto autem genere nõ erit, qooniam neceſſe eſt ut quædam ſint in quibus dicatur, quędam in quibus non dicatur. Quo fit, ut de toto genere concludi non poſsit: ſed hoc tãtum effici poteſt, hoc uel illo tempore ita eſſe. Quod autem in demonſtrationibus dixi, idem io definitionibus dico.

Omnis definitio aut eſt demonſtrationis principiũ, aut ipſa demõſtratio.

Omnis enim definitio aut eſt demonſtrationis principium, aut ipſa demonſtratio, niſi quòd deſideratur collocatio: aut demonſtrationis eſt cõcluſio. Quanquam autem quædam ſint, quæ plerunque, ſtatiſque tantum fiuot temporibus (qualis eſt lunæ defectio) perſpicuum tamẽ eſt, cum in ijs uniuerſum genus accipitur, non minus certas & perpetuas eſſe tum demonſtrationes tum ſcientias, quàm in alijs. Cum uerò non ſemper eſſe conſpiciuntur, tum io parte accipi. Quod autem in defectione dico, idem in alijs eiuſdem generis intellectum uolo. Sed quoniam id iam ſatis conſtat, nunquã aptè aliquid demõſtrari, oiſi propria cuiuſq; rei adhibeantur principia: illud profectò non erit ſatis ad rem ſciendã, quæ propter ſe alteri conuenit adhibuiſſe in probando ueras, indemonſtrabiles, immediataſque

B propoſitiones. Illud enim euenire poteſt, ut cũ tales erunt ſumptiones, nihilominus tamen talis ſit demonſtratio, qualis erat Bryſonis, qua circulum quadrare conabatur, probatio. Nam ſunt huiuſmodi aliquæ rationes, quæ cõmunia quędam, & alteri etiam non minus conuenientia, ad aliquid oſtendendum accipiunt: ob idque ad res nullam omnino inter ſe ſocietatem, naturæq; cõiunctiooem habentes, accommodari poſſe tales rationes conſpiciuntur. Quo fit, ut ex illis non poſsimus rem per ſe, & quia huius generis eſt, ſcire: ſed tantum per accidens. Alioqui non potuiſſent in aliud quoddam genus transferri. Hoc enim eſt per ſe, & non per accidens ſcire: quando aliquid eo modo alteri conuenire intelligimos, quo illi conuenit: idque per principia quæ ſunt illi, quia illud ipſum eſt, propria. ueluti, habere tres angulos pares duobus rectis, tum ſcimus, quando illud cui propter ſe conuenit intelligimus: atque adeò per principia, quę ad illam rem propriè pertinent. Itaque ſi quid eſt quod per ſe alteri conueniat, & qoia eſt illud ipſum quod eſt: ad illud demonſtrandum, neceſſe erit uerbũ medium accipere ex earum rerum genere, quæ eandem habent cum illo naturæ ſocietatem: aut certè quæ ſic inter ſe affectę ſint, qoomodo arithmeticam muſica reſpicit. Quanquam enim io ijs quæ ad huoc modom inter ſe affecta ſunt, illam etiam in demonſtrando rationem ſequamur: illud tamen intereſt, quòd alterius ſcientiæ eſt, quę res ſit oſtendere, eo quòd eſt illius aliod quoddã ſubiectum: ſuperioris autem ſcientiæ (ut quę in ijs rebus uerſatur, quarũ hæ ſuot propriæ, ac per

ſe affectiones) eſt, quamobrem res ſit demonſtra A
re. Quare & illud ex his perſpicuũ eſt, nil unquã
bene ac perfectè demõſtrari, niſi ex proptijs ptio
cipijs: ſed tantũ principia inferioris ſcientiæ, ad
alia quæ aliquanto latius patent, pertinere. At-
qui ſi illud certum eſt, & hoc quoq; minimo ne-
gotio perſpici poteſt, quòd cuiuſq; ſcientiæ priti
cipia propria, non poſſunt quaſi ex alijs turſus
principijs demõſtrati: alioqui illa ex quibus hęc
confirmabũtur, omnium rerum principia eſſe fa-
tendum etit: & ſcientiam quæ in ijs uerſabitur,
omnium eſſe certiſsimam, facileq; inter omnes
ptincipatum obtinere. Quo enim quiſq; ex ſupe
rioribus cauſis cognoſcit, eo tem multo certius
intelligit: ſiquidem ea ſemper ptiora ſuot, quæ
ita ſunt cauſæ, ut oullas præterea cauſas habeant
quarum effecta ſint. Itaq; ſi ut quiſq; ex ptiorib.
cognoſcit, certius cognoſcit: is certè qui ex pri-
mis omuium rem nouetir, certiſsimè nouerit. Et
ſi eſt illa ſemper magis ac magis ſcientia, hæc om
nium maximè ſcientia erit. Atqui non poteſt uni
us genetis demonſtratio in aliud genus transfer
ri: niſi (quod paulo antè dictum eſt) perinde ſint
affectæ, atque geometricæ demonſtrationes ad
opticæ aut ſabricę demonſtrationes, & arithme
ticæ ad muſicas.

CAPVT VIII.

Principiorũ a-lia plurib. diſciplinis eſſe communia, alia propria ſingularũ: ac qua ratione ea internoſcantur.

Difficile autem eſt internoſcere quando rei
ſcientiam aſſecuti ſumus, & quando mini
mè: eo quòd noo eſt facile intelligere, ati
cognoſcamus per propria cuiuſq; rei ptincipia,
an ſecus: cum tamẽ illud demũ ſit tem ſcire. Sed
nos id ſæpè ad rẽ ſciendã ſatis eſſe exiſtimamus, B
ſi modò ex ueris ac primis quibuſdam ſumptio
nibus conſtet ratiocinatio: cũ tamẽ multo ſecus
res habeat. Neceſſe enim eſt, ut illa præterea cũ
ijs quæ in eo genere prima ſunt, naturæ quadã
coniunctione ſint conſociata. Ego uerò proptia
cuiuſq; generis principia appello, quę quòd ſint,
demonſtratione probaii non poſſunt. Nã quę ſit
uerbotum uis, ac ſignificatio tũ ptincipiotũ, tum
eotum quæ ex principijs efficiuntur, intelligen-
dum eſt. Quòd uerò ipſa ſint ptincipia, citra de-
monſtratiouẽ ponitur: teliqua aũt demonſtratio
ne cõcludũtur. ueluti quid unitas, itẽ quid rectũ
& triangulũ ſignificent, ſtatim inltiò accipiendũ
eſt. Sed & unitatẽ & magnitudioẽ eſſe, initiò po
nendum eſt: reliqua autẽ, eſſe demonſtrãtur. Sũt
porrò ex ijs quæ in demonſtratiuis ſcientijs uſui
eſſe poſſuot, alia ſingularum ſcientiarũ propria,
alia cõmunia. Appello aũt hoc loco communia
propter ſimilitudinem, per quã pati ratione mul
tis couuenire poſſe cernuntur. nam illa cum ad
demonſtrandum adhibentur, tum iam ad naturã
ſubiectam traducta ſunr. Ac proptia quidẽ ſunt,
Communia. ueluti lineæ aut recti defioitio. Cõmunia autem
ſunt, ut illud uerbi gratia: Si ab æqualibus æqua
lia auferas, quæ reliuquentur erunt ęqualia: quo
rum unumquodq; tum eſt ad demonſtrandũ ac-
commodatum, cum ad certum quoddam genus
traducitur: eandem enim uim ad concludẽdum
aliquid habebunt, licet uõ generaliter, ſed in ma
Propria principia. gnitudinibus tantum accipiantur: aut uerò ut a-
rithmetico conueniant, in numeris. Ex ijs uerò
quæ ſunt propria cuiuſque ſcientiæ, ea ſunt quæ
ſtatim initiò eſſe ponuntur, quorum in explicati
dis proptietatibus ipſa tota ſcientia cernitur. ut,
onitates eſſe atithmetici, lineas & puncta geo-
metræ, ſtatim iuitiò conſtituunt. Nam hæc noo
modò quam uim habeant, multo antè ſtatuen-
dum eſt, ſed etiam in retum eſſe natura pro certò
accipiendum. Horum autem ptoptiæ affectio-
nes ipſæ quidem quid ſignificent, ſtatim initiò
explicatur, ueluti in arithmetica, quid par appel-
letur, aut impar: aut quadratũ, aut cubus, in geo-
metria, quid hæc oerba ſignificent, ratione carẽs,
confractum eſſe, concurrere. At quòd ſint, ſub-
iectisq; rebus conueniant, demonſtratione oſtẽ-
ditur, adhibitis tum commuoibus pronuncia-
tis, tum demonſtratis iam antè concluſionibus.
Nec minus in aſtrologia idem illud ſit, quàm in
geometria aut atitbmetica. Omnis enim ſcientia
demonſtratiua, tribus quaſi momentis contine-
tur. Horum duo ſunt, quæ iam inde ab initio eſ-
ſe accipiuntur: Genus ſcilicet ſubiectum, cuius
proptietates ipſa ſcientia exquitit & contempla
tur: & cõmunia, ut appellantur, pronunciata, ex
quibus ptimis demõſtrationes conficiũtur. Ter-
tium autem eſt, quo ipſæ proptietates continen
tur: quarum uis & ſignificatio à principio propo
nitur. Ac in quibuſdã quidẽ ſcientijs non eſt ui-
tioſum, horũ aliquid prætermittere. oeluti ſi a-
pertum ac manifeſtum eſt genus ipſum ſubiectũ
eſſe, non etit opus ab initio eius facere mentio-
nem, ut quod ipſum in retum oatura ſit, ſubijcia
mus. neq; enim ſunt omnia ex æquo manifeſta:
ut, quòd numerus ſit, non tam clarũ eſt, quàm ꝙ
calidum & frigidũ. Item ſi ſignificatio proptieta
tum ipſa per ſe intelligatur, illa à ptincipio ſine
oitio prætermittetur. Nam ne cõmunium quidẽ
pronunciatorum ſignificatio explicatur, quando
ſatis eſt per ſe manifeſta. ut illud, uerbi gratia qd
ſignificet æqualia ex æqualibus detrahere. Sunt
tamen tria illa natura in omni ſcientia neceſſa-
ria: res de qua aliquid concluditur, illud ipſum
quod ineſſe alteri oſtenditur, & ipſa ptincipia ex
quibus elicitur concluſio. Differunt autem pluri
mum ſuppoſitio & poſtulatum, ab ijs ptiocipijs
quæ ipſa per ſe tantam habent fidem, ut ſit neceſ
ſe omnes ijs aſſentire. neq; enim demouſtratio,
ut nec ipſa ratiocinatio, ad id pertinet quod uer-
bo aut affirmatur, aut negatur: ſed ab interiore
ſenſu uim habet, eumque ſemper reſpicit. Nam
quid eſt quod uerbo labefactari refellique non
queat? At ſi ſuam quiſq; menrem conſulat, mul-
ta ſunt quibus obſiſtere ooo poſsit. Eſt igitur eo-
rum quæ demõſtratione quidem concludi poſ-
ſunt, attamen citra demonſtrationem quaſi cer-
ta accipiuntur, duplex cauſa. Nam aut ſumuntur
quæ à diſcipulo approbãtur quòd illa uera exiſti
met: tumq; ſuppoſitio eſt, non ea quidẽ quę ſim-
plici nomine Suppoſitio appellari poſsit, ſed quę
ex adiunctione ad docendũ illũ ſuppoſitio dici-
tur. Aut uerò ea accipiuntur, de quibus nihil cer
tum habet quod ſentiat diſcipulus, uel etiã con-
trà putat quàm accipitur, tumq; fit poſtulatum.
nam hoc inter poſtulatum & ſuppoſitionem in-
tereſt. Nihil enim aliud eſt poſtulatum, quàm
quod aut repugnat ſententiæ eius qui docetur:
aut

Demõſtratiua ſcientia tribus continetur.

Tria in omni ſciẽtia natura neceſſaria.

Poſtulatũ quid

aot quum demonſtratione confirmari poſait, citta ullam probationem accipitur. Defioitiones igitut non ſunt ſuppoſitiones: eſſe enim, aut non eiſe quippiam, nõ ſignificant: omnes autem ſuppoſitiones propoſitiones ſunt. Deinde definitiones tantum ot ſimplices quædã notionea animi concipiuntur. illud oerò nemo appellauerit ſuppoſitionem: niſi idem uélit, cum ſingulaa res ſingulis uetbia auditu percipimua, tum ſemper eſſe luppoſitionem. Sed illæ ſunt luppoſitiones, quibua poſitis elicitur concluſio, quia illæ ſunt antè poſitæ. neqtie uerò credẽdum eſt, falſas eſſe geometrarum ſuppoſitiones, quemadmodum quibuſdam uiderur. dicunt enim uitioſum eſſe, in probando falſis uti: geometrã autem falſum accipere, cum pedalem lioeam ponit, quæ minimè pedalia eſt, aut rectam quæ non eſt recta. At oerò geometræ concluſio no n ex eo uim habet, quòd talis ſit, aot ſecus, quàm profett linea: ſed ois tota efficiendæ concluſionis eſt io ijs poſita, quæ ijs quaſi ſignia, nobia inrelligẽda relioquuntur. Iam uerò omnia ſuppoſirio aut de toto genere, aut io patte anunciar, neutrum autem in definitiotie cernitor. Arq; ideas quidem eſſe, aut communem aliquam natutam à rebua ſingulia ſeparatam, ut demooſtratio ſit, non eſt neceſſe: ſed illud tantum uerum eſt, neceſaitatem aiſe, ut communis aliqua ratio ſit, quæ in rebua ſingulis cohæreat. Nam ſi id non ſit, ne ullum qoidem ganua uniuetſum eſſe poterit: quo ſublato, nullum medium ad ſciẽdum accommodatum conſtare poterit. Quare nec demõſtratio ulla relinquitur. Ex qoo efficitur, ut ſit neceſſe communem quandam, ac miolmè ambiguam eſſe natutam, quę ita in multia cernatur, ut ab ijs ſeiunċta eſſe nõ poſſit. Hoc uerò pronunciatum, affirmatio & negatio non poſſunt in eadẽ re ſimul eſſe ueræ: in nulla unquam adhibetut demonſtratione, niſi talis ſit cooclofio, in qua illud ipſum nominatim oſtẽdendum ſit. Atque in hunc modum erit illa demonſttatio conficienda, ut de medio dici affirmationem maiotia extremi, nõ etiam negationem, io propoſitiooe accipiatur. Nec moltũ intereſt, an medij affirmatio & negatio accipiatur, an nõ: quemadmodum nec minotis extremi. Nam ſi illa poſita ſit propoſitio, omnẽ hominem eſſe animal, ooo autem non animal: etiamſi illud fortaſſe in non homine uerũ eſſe poſsit, atq; adeò maneat uera propoſitio, accepta ſimul affirmatione & negatione hominis: ſemper tamẽ ex illa propoſitione, illud quod eſt concludendum, efficietut, Calliam ſcilicet eſſe animal, non autem non animal: licet poſait non mioua fortaſſe uera eſſe concluſio, ſi negatio Calliæ ſimul eum affitmationa acciperetur. Huius autem rei hæc eſt cauſa, quia maios extremum eſt illud ſolum, quod bis attribuitur: ſemel medio, iterum minoti extremo, quooiam omnium patet latiſsimè. Quocirca quod attinet ad concluſionem, nil refert ſumatúrne mediom affirmatum tantum, an uerò ſimul affirmatum & negatum. Eſt & aliud pronunciatum, In quacunque re uera eſt affirmatio aut negatio: quo nulla uritur demonſtratio, niſi quæ aduerſarium urget incõmodo. Neq; uerò illud ſemper, ſicut genetale eſt, ita uoioerſe acci- A piendum eſt: ſed qua ratione aptũ eſt ad aliqoid, demooſtrandum. Aptum autem eſt, cum ad certum quoddam genus, id inquam, in quo ſingulæ uerſantur demonſtrationea (quod atiam paulo anrè dictum eſt) traducitut. Habent autem omnes ſcientiæ cõmunia quædam, quibus ipſæ inter ſe cõmutiicant. Non quòd aut ſubiectum io quo uerſantur, aut ptoprietatea qoæ demõſtrantur, nõ ſemper ſint ſingularom ptopria: ſed pronunciata ipſa qoibua ad aliquid concludendum utuntur, ea ſunt quæ cõmunia eſſe poſſuot. Dialectica etiam cum omnibus ſcietitija cõmunicat, & ſi qua eſt alia ſcientia generalia, quæ cõmunia proloquia demonſtrare contendat, qualia ſutit hæc. De quacunqoe re oera eſt aut affirmatio aut negatio: ſi patia ex patibus auferas, quæ reſtabũt paria etunt, & huius generis alia. Dialectica porrò nõ habet certas quaſdam res quas probet, nec in ono quodã geneta ſubiecto uerſatur, alioqui non interrogaret. Nam qui demonſtrare oolunt, ijs non eſt pendendum ab inrerrogatione: quandoquidem ex rebua cootrarija nunquam poteſt una eademq; tea demonſtrari, quemadmodum in libris de Ratiocinatione oſtendimus.

Suppoſitio.

Geometræ cõcluſio, unde uim habeat.

Axioma, ſiue pronũciatũ.

Omnium ſcientiarũ eſſe quod dam commune uinculum.

CAPVT IX.

ATqui ſi interrogatio apta ad ratiocinationem cõficienda, idem eſt cñ propoſitione, qoę eſt pata alrera cõtradictionis: propoſitionea autem in ſingulis ſciẽtija appellẽtut, ex quibua conſtat onicuique ſcientiæ accõmodata B ratiocinatio: erunt profectò ſuæ cuique ſcientiæ interrogationea, ad rea, in quibua uerſantut, concludendaa idoneæ. Vnde etiam perſpicuum eſt, non temerè omnem interrogationem geometræ, aut medico, aut alteti cuiuis conuenire. Sed ſunt illæ demum geometricæ interrogationes, ex quibus demonſttantur ea quæ aot proptiè ad geomettiam pertinent, aut uetò à rebus geometticia fidem accipere poſſunt: cuiuſmodi ſunt ea in quibus uetſatur Optice. quod idam in alija ſcientijs intelligendum. Ac de ijs quidem rebus, in quibua ipſa uetſatut, ratio teddenda eſt ex geometticia ptincipijs, & concluſionibus: de principijs uerò nullã poteſt geometra, hoc ipſo quòd geometra eſt, rationem reddere. Atqoe in alija ſcientijs eadem eſt ratio. Neque igitur petenda eſt cuiuslibet rei ratio à quouia ſciente, neque par eſt ut ad quaſuia intetrogationea unuſquiſque qui aliquam artem profitetur, reſpondeat: ſed de ija tantum ratio reddenda eſt, qoæ propriè ad eam quam qoiſqua tenet ſcientiam, pertitient. Atque ſi ad hunc modum, cum geometra, quia geometra eſt, quiſquam diſſerat, & ex huiuſmodi intetrogationibus aliquid concludat, rectè concludere uidebitur: ſin minus, non rectè. Quin neque alia ratione redargui, neq; conuinci poteſt geometra, niſi fortè pet accidens. Itaqne apud geomettiæ imperitos de geometria non eſt diſſerendum, eo quòd rectéoe an perperam diſputetur, intelligi nõ poſsit. quod idem in alija ſcientijs obſeruandum. Exiſtit autem hoc loco quæſtio, an non ſicuti ſunt aliquæ geometricę interrogatiooes, ita ſint aliquæ noo geometricę:

An interrogatio aliqua ſit demonſtrationis, cũ unicuique diſciplinæ ſuæ ſint propriæ interrogationes.

Quæſtio I.

A ita ut illæ potius geometricæ ſint, quæ à certa quadam ignoratione naſcuntur, ea inquam ignoratione quæ oritur ex deprauata intelligẽtia, eorum quæ propriè ad aliquam ſciẽtiam pertinẽt? *Quæſtio ſecunda.* Alia etiam quæſtio eſt, utra ratiocinatio inſcientiam potiſsimũ efficiat: eáne, cuius ſumptiones contrariæ ſunt ijs ex quibus rei cõparatur ſcientia: an quæ uitioſa eſt & fallax ratiocinatio, de re tamen geometrica? Eſt igitur ea interrogatio nõ geometrica, quæ ad aliam pertinet ſcientiam (cuius generis eſt muſica, uerbi gratia, interrogatio) atq; adeò omni ex parte eſt à geometria aliena: illa autem, parallelas poſſe concurrere, eſt ex parte aliqua geometrica, ex altera autem parte non geometrica. *Solutio.* Hoc enim uerbum, non geometricum, dupliciter accipitur: ſicuti & illud, nõ numeroſum. Vna quidem ſignificatione dicitur nõ geometricũ, quod nil planè à geometria habet: ut nõ numeroſum, quod omnino aliud eſt à numero. Altera autẽ ſignificatione dicitur utrunq;, quod habet quidem à ſuo genere aliquid, ſed uitioſum ac corruptum. Atq; etiam illa uerè inſciẽtia exiſtimanda eſt, quæ orta ex contrarijs principijs, ſcientiæ aduerſatur. nam in doctrinis ac diſciplinis non perinde atq; in diſputationibus, locum habere ſolent uitioſæ illę & fallaces ratiocinationes. cauſa autem eſt, quòd uerbum mediũ ita ferè bis accipi ſolet, ut de illo maius extremũ uniuerſe enũcietur: ipſum autem de minori, etiã uniuerſe: nec unquam attributo, uniuerſi generis nota præponitur. Hæc autem uerba, prætet id quòd ſic diſponuntur, etiam minimo negotio B quaſi oculis mentis perſpiciuntur quomodo accipiantur: quod ferè inter diſputandum incertũ obſcurumque eſſe ſolet. ueluti ſi quis roget, ſitne omnis circulus forma quædam? Id nullam ambiguitatem habebit, ſi iam antè de picto aliquo circulo id quæratur. Tum uerò ſi illud ſubijciatur, an non uerſus ſunt, qui circuli nomine appellãtur? Id iam apertiſsimum erit, omnino falſum eſſe. Nã ſic eſt huic aſſumptioni, alijsq; huius generis mathematicis propoſitionibus occurrendum, ut uniuerſa ſit propoſitio quã opponimus, non autem ſingularis, & ad inductionem faciendam apta. Vt enim propoſitio non eſt habenda, quæ non in multis dicitur, imò uerò in toto genere (nam ex uniuerſis propoſitionibus conſtat ratiocinatio) ita nec oppoſitio. Eadẽ enim ſunt propoſitiones & oppoſitiones: quandoquidem nil opponi poſsit, quod propoſitio aut dialectica aut demonſtratiua ſtatim nõ fiat. Accidit autem interdũ uitioſa & fallaci ratiocinatione aliquid concludi, quando mediũ accipitur, quod eſt conſequens utriuſq; extremi: qualis eſt illa Cænei captio, qua oſtendebat ignem gigni per proportionem multiplicatam: ignis enim (inquit) ſubitò gignitur: quod autem per multiplicatã proportionem fit, ſubitò gignitur. Atqui hoc modo nil neceſſariò efficitur: ſed ſunt ita accipiendæ ſumptiones, ut omne id quod citiſsima quadam ratione oritur, in multiplicata proportione gigni proponatur: tum deinde aſſumatur, ignem citiſſima quadam ratione naſci. Interdum enim nil ex ijs quæ illo modo ſumpta ſunt, concludi poteſt: interdum uerò poteſt, ſed id non apparet.

A Quòd ſi non poſſet ex falſis uerum concludi, facilè eſſet in ſuas cauſas concluſionem quamque diſſoluere: quandoquidem retrò commeare ac reciprocari illa inter ſe neceſſe eſſet. Eſto enim a uerum: & hoc uero poſito, ſint uera ea, quæ ego certò ſcio eſſe uera, quę ſint b: cui quæſo tum dubiũ erit, quin hæc talia ſint, ex quibus illud a demonſtrandum ſit? Atqui in diſciplinis quidem uix, ac ne uix quidem, euenire poteſt, ut non ea reciprocentur, quę aſſumuntur: propterea quòd non accidentia (qua etiam in re ab ijs ſermonibus, qui in diſputatione ac dialogo continentur, ipſæ diſciplinæ differunt) ſed definitiones ad docendum unumquodq; adhibentur. Solent autẽ diſciplinę ſingulæ progredientes, incrementum hoc modo capere, & quaſi in longius produci, ut non multa congerant ad unam rem demonſtrandam argumenta: ſed aut in directum excurrentes, alia ex alijs docent, ueluti ex a ipſum b, tum ex b ipſum c, deinde ex c ipſum d: eodemq; modo ex ſuperioribus inferiora, uel in infinitũ uſq;, demonſtrando. Aut in obliquum procedentes, quæ ex eodem ſunt ordine, demonſtrant: ueluti a de c & de e. Ac ſit quidẽ a numerus tantus, aut infinitus, b autem numerus impar tantus: c uerò numerus ipſe impar: ex ijs igitur conſtat, a de c demonſtrari. Item ſit numerus par tantus d, par ipſe numerus e: concludi igitur etiam a de e manifeſtum eſt.

CAPVT X.

B Differunt multis modis inter ſe, ſcire quòd res ſit, & quamobrem ſit. ac primùm in eadem ſcientia, idq; bifariam. Vnus modus eſt, ſi ad concludendum non adhibeantur immediatæ propoſitiones, neq; enim tum prima cauſa accipitur. Scire autem cur res ſit, nil eſt quàm primam cuiuſq; rei cauſam noſſe. Alius modus eſt, cùm immediatæ quidem ſumuntur propoſitiones. at non ex cauſa oſtenditur effectus, ſed cõtrà hic, quia ot inter ea quæ retrò commeant eſt notius, pro medio accipitur. Nã inter ea quæ reciprocãtur, fieri interdum poteſt ut id notius ſit quod non eſt cauſa: quare & ad demõſtrandum non incommodè illud aſſumetur. ut ſi probetur, uerbi cauſa, planetas propius à terra moueri, quia non micant. Itaq; ſint errantes ſtellæ, c: nullis micare radijs, b: propè eſſe a nobis, a. Vera eſt quidem aſſumptio, omne c eſt b. errantes enim ſtellæ nullis radijs micant. ſed & propoſitio uera, omne b eſt a. nam quod nullis micat radijs, propè eſt à nobis: quemadmodum inductione, uel ipſo ſenſu iam potuit eſſe manifeſtum. Illud igitur neceſſariò efficietur, omne c eſſe a: atque ita demonſtratum erit, propius à terra moueri ſtellas errantes: quæ demonſtratio, non cur ita ſit oſtendit, ſed tantum quòd ita ſit. non enim quia nõ micant, propè ſunt: ſed contrà, quia propè ſunt à terra, propterea non micant. Ob eamq; cauſam, ſi contrà ex altero alterum probetur, fiet demonſtratio cur res ſit oſtendens, hoc modo. Sint ſtellæ errantes c. propè eſſe b, non micare a. Et b igitur ipſi c ineſt: & a ipſi b, quod eſt non micare, conuenit: quare & a ipſi c conuenire neceſſe erit. Atque ita neceſſe, ut etiam cur ita ſit, hac *Demonſtrandi uia duplex, altera, qua ſcitur, quòd res ſit: altera, qua ſcitur, quamob rẽ ſit: & quot quæq; fiat modis.*

probatione

probatione ſit oſtenſum: prima enim huius rei cauſa accepta eſt. Similis eſt huic etiá illa demonſtratio, qua rotundam eſſe lunam oſtenditur per luminis accretionem. Nam quod in rotundam ſemper formam accreſcit, rotundum eſt: luna autem in hunc ſemper modum accreſcit, rotunda igitur. Atq; hęc quidem ratiocinatio, quòd ſit res oſtendit: at ſi econuerſo medium ſtatuatur, tum quamobré res ſit docebitur. Non eſt enim huiuſmodi luminis accretio, cauſa cur globoſa ſit luna: ſed contrà, quia globoſa eſt, huiuſmodi ſemper luminis acceſsiones capere conſpicitur. Sit igitur luna c, rotúdú b, luminis accretio a. Quando autem non reciprocantur cum extremis media, atq; illud euenit, ut ſit manifeſtior effectus quàm cauſa, tum quòd res ſit demóſtrari poteſt: cur ſit, nó poteſt. Ac ne tum quidem poteſt, quámobrem ſit, demonſtrati: ſed tantum quòd ſit, cum medium eſt aliquanto longius petitum. id quod propterea ſit, quia tale medium cauſa eſſe nó poteſt: ueluti ſi parietem non reſpirare oſtendatur, quia non ſit animal. nam ſi hæc ſit non reſpirandi cauſa, neceſſe eſt ut uiciſsim animal ſit reſpirationis cauſa: nimirum quia neceſſe eſt, ſi eſt negationis cauſa negatio, ut etiam affirmationis cauſa ſit affirmatio. exempli cauſa ſi calida cum frigidis non aptè conuenire, id efficit ut non bene ualeamus: illa certè erit ut bene ualeamus cauſa, calidorum cum frigidis conuenientia. Sed etiam econtrario, ſi eſt affirmationis cauſa affirmatio, & negationis cauſa erit negatio. In illis auté uerbis quæ accepta ſunt, non ita res habet, propterea quod non omne animal reſpirat. Conficitur autem illa ratiocinatio, in qua huiuſmodi cauſa ſumitur, in ſecúda figura hoc modo. Sit a animal, b reſpirare, c paries: iam omne b eſt a, hoc eſt, omne quod reſpirat eſt animal. deinde nullum c eſt a, nullum igitur c eſt b: id eſt, nullus paries reſpirat. Sunt autem propemodum ſimiles hæ cauſæ ijs quæ ita reddi ſolent, ut in illis quaſi hyperbole quædam contineatur. quod quidem tum ſit, cum longiſsimè remotum à re medium accipitur. Huius generis eſt illud Anacharſidis, apud Scythas tibicines non eſſe, quia illic uites non eſſent. Atque iſta quidem ſufficiant de diſcrimine earú probationú, quibus quòd res ſit, & quáobrem ſit, oſtéditur, cum ad eandem ſcientiam pertinet utraque probatio: item quomodo propter uerbi medij uariam collocationem hæc inter ſe diſtinguuntur. Eſt autem & aliud inter iſta diſcrimen, cum ad diuerſas ſciétias pertinet, quòd res ſit, & quamobrem ſit, oſtendere: id quod tú accidit, quando res uni ſcientiæ ſubiecta, ſic affecta eſt ad alterius ſcientiæ ſubiectum, ut ſub illo contineatur. quomodo ea in qoibus uerſatur optice, ad geometriam affecta ſunt: & quæ tractat fabrica, ad ſtereometriam: & quæ docet muſica, ad arithmeticam: & ipſa phænomena, ad aſtrologiam. Sunt autem ex ijs ſcientijs quæ ſic ſunt inter ſe affectæ, plurimæ quæ eodem ferè nomine appellantur. ut aſtrologiæ nomine appellatur & ipſa de rebus cœleſtibus diſciplina, & nautarum de ijs rebus peritia. Muſica appellatur, tum ipſa quæ mathematicarum ſcientiarum una eſt, tum illa quæ auribus demulcendis modos aptos no-

Anacharſidis demóſtratio.

A oit adhibere. Ac noſſe quidem quòd res ſit, eſt eorum qui eas artes exercent quæ ſenſuum iudicio continentur: cur autem ipſa res ſit intelligere, eorú eſt, qui ſcientia & doctrina ſunt perpoliti. Hi enim ſunt qui perſpectas habent ſingularú rerum ex ſuis cauſis demonſtrationes: ac ſæpenumero quod res ſit ignorant. quemadmodum ijs qui uniuerſas res contemplantur, ſępè uſu uenit, ut quaſdam ex rebus ſingulis neſciant, propterea quòd ad illas res animum fortaſſe nó aduertunt. In ijs autem rebus id potiſsimum euenire ſolet quod dico, quæ ut formæ quędam ſeparatæ ob id conſiderantur, quod aliam quandam ſationem habere cernantur, atq; adeò quippiam aliud eſſe quàm quod ſenſu percipitur. Ná quis artes mathematicas in formis quibuſdam uerſari non uidet? Neq; enim res tractát illæ, quas certa quadam in materia eſſe neceſſe ſit: & quanquá in aliqua fortè re ſubiecta ineſſe cóſpiciantur res geometricæ, in ea tamen non hoc ipſo cernútur, quo ad geometram pertinent. Eſt autem & alia quædam ſcientia, quæ eodem modo eſt ad opticen affecta, quo ipſa optice ad geometriam: ea ſcilicet pars phyſicæ, quæ de iride diſputat. Nam q; ſit, eſt phyſici ſcire: cur uerò ſit, optici. atque eius quidem eſt, aut omni ex parte, aut qua ex parte ratione ac doctrina cótinetur. Sunt porrò etiam ex ijs quarum una ſub altera non continetur, aliquæ ſcientiæ quæ eandem nihilominus habent inter ſe quadam ex parte cóiunctionem, ut medicina & geometria. Nam quòd uulnera orbicularia difficilius ac tardius curentur, nouit medicus: huius autem rei cauſam reddit geometra. B

Exemplum.

CAPVT XI.

EX tribus figuris prima eſt ad ſcientiam accómodatiſsima. Primùm enim mathematicæ ſcientiæ ſuas in hac figura demonſtrationes concludunt: ut arithmethica, geometria, optice, & ut in ſumma dicam, omnes quę cur res ſit inquirunt. Omnes enim demóſtrationes, quę cur res ſit oſtendunt, aut certè pars earum maxima, ac multo ſæpius in hac figura conficiuntur. quod etiam nobis argumento eſſe poteſt, quàm ſit ad ſciendum accommodata hæc figura: quando quidem illud certiſsimum accuratiſsimumq; genus ſciendi eſt, quo rei cuiuſque cauſa inueſtigatur. Deinde hac una figura definitionem, qua quid res ſit intelligamus, inueſtigare poſſumus. Nam in ſecunda figura nulla eſt aiens concluſio: definitionis autem cognitio, affirmatione quadam continetur. In tertia uerò, aiens quidem poteſt eſſe concluſio, at nulla poteſt de toto genere eſſe: definitio autem ex eorum eſt numero, quæ uniuerſe enunciantur. nam quis quadam tátum ex parte hominem eſſe animal bipes dixerit? Iam uerò hæc ſeipſa contenta, nil illarum eget auxilio: in illis autem facta concluſione, ſi ſint quaſi retexendo ad immediatas propoſitiones reuocádæ ſumptiones, ex quibus illa facta eſt complexio huiuſmodi quæ in diſſoluendo ſit coagmentatio, & in multitudinem quandam propoſitionum acceſsio, ſine prima figura omnino fieri non poteſt. Perſpicuum igitur eſt, primam figuram ad ſciendum eſſe accommodatiſsimam. Vt

Primam figuram ad demonſtrandú eſſe accommodatiſsimam.

autem

autem ſunt quædã affirmationes, in quibus ipſi A b continuò ineſt a: ſic ſuot & aliquæ negariones, quibus confirmandis nullum medium adhiberi poteſt. Hoc enim eſt, quod alterum alteri continuò ineſſe, aut nõ ineſſe dicebam: quia cum nullum eſt medium, fit ut non per aliud quidpiã affirmetur aut negerur alterũ de altero. Ac ſi quidẽ in aliquo toto genere aut a, aut b, aut utrunq; contineatur: fieri nunquam poterit, ut ſit immediata propoſitio, nullum b eſt a: nã ſi omne a eſt c, & nullum b ſit c (cur enim ita nõ poſsit uſuuenire ut c omni a conueniar, nulli autem b inſit, non uideo) ex his illud relinquetur hac ratiocinatione confirmatum, nullum b eſſe a, hoc modo: omne a eſt c, nullum b eſt c, nullum igitur b eſt a. Par ratio erit, ſi quippiam ſit quod de omni b dicatur: ut d, uerbi gratia. fiet enim hoc modo demonſtratio: nullum a eſt d, omne b eſt d, nullũ igitur b eſt a. Eodem porrò modo illud demonſtrabitur, ſi & a & b ſua quædã genera habeant, quæ de illis uniuerſe affirmentur. Quòd autem uſuuenire poſsit, ut quod de omni a dicitur, de nullo b dicatur: aut cõtrà quod ineſt omni b, nulli a inſit, uel ex ipſis ordinibus & quaſi claſsibus rerum omnium conſtare poteſt, quę omnes ſuis finibus contentæ, in alienos non tranſeunt, nec aliquid unquam cõmunicant. Nam ſi nil eorum quæ ſunt ex coniugatione a c d, in ijs dicitur quę pertinent ad ordinem b e f: inſit autem g in omni a: neceſſe eſt ut illud g, quod ex altera claſſe ſumptum eſt, nulli b inſit: alioqui iam permiſceri ac confundi illos ordines fatendũ erit. Eademq; ratio erit, ſi aliquod genus eſt in quo cõtineatur B ipſum b. Sin nihil reperiatur quod de a aut de b affirmari poſsit, tum certum eſt, negationẽ hanc, nullum b eſt a, eſſe immediatam. Nã ſi quod medium habeat, neceſſe erit illud de horum altero affirmari, quoniam aut in prima aut in ſecunda figura illa negatio concludetur. Ac ſiquidem in prima, in omni b medium dici oportebit. nam ut illa concluſio efficiatur, aſſumptionem oportet in toto genere affirmare. At ſi in ſecunda, poterit medium de utrouis affirmari: quia ſiue propoſitio, ſiue aſſumptio uniuerſa negans accipiatur, in hac figura rectè uniuerſa negatio concluditur: nec licet utraſq; negationes accipere. Perſpicuum igitur eſt, alterum de altero citra ullum medium negari poſſe: quando autem, & quomodo id fiat, à nobis eſt explicatum.

CAPVT XII.

Ignoratio affectionis ex quibus propoſitionibus immediatis oriatur.

IGnoratio autem atq; inſcientia, non illa quidem quæ ex negatione appellatur, ſed quę ex certa quadam affectione dicitur, nil eſt quàm error ex aliqua ratiocinatione ortus. Hæc autem dupliciter fit in affirmationib. aut negationibus immediatis. Aut enim ex ſimplici animi perceptione naſcitur opinio, quòd ita res ſit, aut ſecus: aut uerò ex ratiocinatione. Ex ſimplici animi cõprehenſione, ſimpliciter, unoque modo gignitur falſa opinio. Quę per ratiocinationem inducitur inſcitia, uaria eſt & multiplex. ſit enim hæc immediata negatio, nullum b eſt a. Si quis igitur ratiocinatione confirmare uoluerit omne b eſſe a, adhibito uerbi gratia medio c, is per ratiocinationem in falſam hanc inducetur opinionem. Ac huius quidẽ ratiocinationis utræq; ſumptiones falſæ eſſe poſſunt: ſed & altera tãtum falſa, idem hoc concludi poteſt. Nam ſi negando ueræ ſint hæ propoſitiones, nullum c eſt a, & nullum b eſt c, ſumantur autem è contrario uniuerſæ affirmationes, erunt profectò utræq; ſumptiones falſæ. Illud uerò euenire poteſt ut c medium ſic affectũ ſit ad extrema a b, ut a de nullo c dicatur, de b autem aliquo non enũcietur ipſum c. neq; enim fieri poteſt ut de omni b dicatur c, quia hanc negationem, nullum b eſt a, immediatam eſſe poſuimus: neq; ipſum a tale eſt, quale in omnibus quę ſunt dici poſsit. Quare hoc modo acceptis uniuerſis affirmationibus, falſæ erunt utræq; ſumptiones. At uera etiam poteſt altera eſſe, non ea quidẽ utrauis, ſed propoſitio tãtum, quæ eſt a c. Nam quoniam nil eſt quod de ipſo b uniuerſe affirmari poteſt, eo efficitur ut aſſumptio quæ eſt b c, non poſsit eſſe uera. Quòd uerò a c propoſitio uera eſſe poſsit, hinc intelligetur, ſi ponatur a citra ullum medium de c & de b dici. Quãdo uerò uerbum aliquod de duobus primum ac citra ullum mediũ dicitur, neceſſe eſt ut ex illis duobus alterum alteri non conueniat. Veruntamen parũ refert ut uera accipiatur propoſitio a c, an ſit interiectum aliquod mediũ inter a c, an ſecus. Atq; illæ quidem ſolæ ſunt rationes, quibus inducitur opinio, qua ſibi quis ueram eſſe de toto genere affirmationem falſo perſuadeat: quãdoquidẽ non poteſt in alijs figuris talis ulla affirmatio cõcludi. Vt uerò in eum quis errorem ſe inducat, ut putet ueras eſſe in toto genere negationes quæ mentiantur, id tum in prima figura, tum in ſecunda poteſt euenire. Itaque dicamus primùm quot modis illud in prima figura poſsit accidere, & quàm uariè ſumptiones affectas eſſe oportet. Ac primũ ex utriſq; falſis propoſitionibus id confici poſſe, hoc poteſt exemplo intelligi. Conueniat a omni c, & omni b, citra ullum medium: tũ ſi propoſitio accipiatur, nullũ c eſt a: & aſſumptio, omne b eſt c: utraſq; ſumptiones certum erit mentiri. Deinde ex altera, atque adeò utralibet falſa, illud idem concludi poteſt. Id enim uſuuenit, cum eſt uera propoſitio a c, aſſumptionem b c neceſſariò eſſe falſam. Ac uera quidẽ eſſe poteſt a c propoſitio, quia non tam latè patet uerbũ a, ut in omnes res cadere poſsit: falſa autem b c aſſumptio, quia fieri non poteſt, ut omni b conueniat c, cum de hoc uniuerſe negatur ipſum a, ſiquidem id futurum eſt ut non ſit uera a c propoſitio. Adde, quod ſi utræq; ueræ ponerentur, etiam concluſio uera eſſet. Atqui illud etiam econtrariò poteſt accidere, ut uera ſit b c aſſumptio, & falſa propoſitio: ut ſi de omni b dici poſsint & c & a, neceſſe eſt ut ex ijs duobus alterum alteri conuenire poſsit. Idcirco ſi ſumatur nullũ c eſſe a, falſa erit propoſitio. Perſpicuum igitur eſt, in prima figura mentientem fieri poſſe ratiocinationem, tum ex falſis utriſq; ſumptionibus, tum ex altera tantum falſa. Nunc de ſecunda figura dicamus. Primùm ſi ambæ ſint ex omni parte falſæ, nũquã fiet huiuſmodi fallax cõcluſio. Quãdo enim in omni b ineſt a, nil reperiri poteſt, quod uni ex omni parte cõueniat, ab altero ſit omni ex parte alienũ. Vt autem

huiuſmodi

huiuſmodi conficiatur concluſio, ita medium in ſumptionibus collocari debet, ut de uno uniuerſe affirmetur, de altero uniuerſe negetur. Itaq; ſi certo quodam modo acceptæ ſumptiones mentiantur: neceſſe eſt ut contrario modo ſumptæ, contrariam affectionem habeant. quod fieri omnino non poſſe oſtendimus. At uerò ut ſit utraq; ex parte falſa, non eſt incommodum. uelut ſi c in quodam a, atq; etiam in quodam b tantum dicatur: ſumatur autẽ propoſitio, omne a eſt c, aſſumptio autem nullum b eſt c, mentientur profectò utræq; ſumptiones, non illæ quidem ex toto, ſed ex aliqua parte. Sed & ſi negationis collocatio cõmutetur, eadẽ ratio erit. Quòd ſi alterutra tantum falſa ſit, hæc etiam complexio rectè efficietur. nam quod omni a cõuenit, poteſt etiã omni b cõuenire. Si igitur omne a eſt c, propoſitio fiat, & nullum b eſt c aſſumptio: uerum dicet c a propoſitio, mentietur c b aſſumptio. Rurſus quod nulli b ineſt, id etiam poteſt non omni a conuenire: quia ſi omni a cõueniret, etiam omni b ineſſe oporteret: cui tamẽ nulli ineſſe ſumebatur. Si igitur omne a eſſe c proponatur, & nullum b eſſe c aſſumatur, erit uera c b aſſumptiò, falſa altera. Similis porrò ratio erit, ſi cõmutato ordine, prima ponatur negatio. Nã quod de nullo a dicitur, de nullo etiam b dicetur: ideoq; ſi ſumatur propoſitio, nullum a eſt c, aſſumptio autẽ omne b eſt c, uera erit c a propoſitio, mentietur altera. Ac rurſum quod in omni b uerè enunciatur, in nullum a poſſe cadere, mendacium eſt. neceſſe enim eſt, ut ſi in omni b dicatur, in quodam etiam a dicatur. Sumpta itaq; propoſitione, nullum a eſt c, & aſſumptione omne b eſt c: erit hęc uera, illa falſa. Perſpicuum igitur eſt, etiam cum medio carent propoſitiones, in errorem tamen nos induci per ratiocinationem, ſumptiones habentem partim utraſq; falſas, partim alteram tantum.

CAPVT XIII.

Quo pacto ex propoſitionib. mediatis per ſyllogiſmũ oriatur ignoratio.

Qvando uerò interiecto aliquo medio affirmatur quippiã, aut negatur, ſi propriũ medium accipiatur, atq; ex eo tamen efficiatur falſa concluſio, fieri non poteſt ut utræque ſumptiones mentiantur, ſed ea tantum in qua maius extremum continetur, falſa erit. Ergo uerò proprium mediũ appello, idem illud mediũ, quod accommodatum eſt ad concludendũ contrariam, uerã mq; pronunciationem. Itaq; ſi a cõueniat omni b, per medium c, quia neceſſe eſt ut fiat ratiocinatio, aſſumptionem c b affirmantem eſſe: illud profectò clarum eſt, hanc aſſumptionẽ quæ nec commutari, nec aliter accipi poteſt, ueram ſemper futuram. Propoſitio autem a c falſa erit: hac enim contrariè ſumpta, efficitur contraria ratiocinatio. Nec diſsimilis ratio erit, ſi non proprium, ſed ex alio quodam ordine ſumptum medium adhibeatur, ut d: quod tamen ita ſit ad extrema affectum, ut de omni illo enuncietur a, ipſum autem de omni b. Nam & hic manere eandem aſſumptionem d b oportebit, altera autem contrà quàm uerũ eſt accipietur: ob idq; illa ſemper uerum dicet, hæc ſemper mentietur. Atq; hic error non multum differt ab eo qui ex proprio medio oritur. At uerò ſi non adhibeatur in efA ficienda fallaci concluſione proprium medium, affirmetur autem de medio ipſum a, de b autem negetur medium: neceſſe erit mentiri utraſque. Contrario enim modo ſumendæ ſunt ſumptiones, quàm quomodo ueræ erant: alioqui non fiet ratiocinatio. Atqui hoc modo ſumptæ, falſæ ſunt utræque. uelut ſi uerum ſit, omne d eſſe a: & nullum b eſſe d, item uerum: acceptis contrà utriſque propoſitionibus, ratiocinatio fiet ex duabus falſis ſumptionibus. Sin de medio d etiã negetur a, erit uera propoſitio a d, aſſumptio autem falſa b d. Ac illa quidem uera erit, quia non poterat de d affirmari a. Hæc autem falſa, quia ſi etiam hęc uerum diceret, non mentiretur complexio. Quòd ſi per ſecundam figuram inductus quiſpiam, falſa ſe implicet opinione, id nũquam eueniet ex ſumptionibus omni ex parte falſis. Quando enim omni b ineſt a, nil unquam inueniri poteſt (quemadmodum etiam paulo antè dictum eſt) quod de uno uniuerſe affirmetur, de altero uniuerſe negetur. Sed ut altera, atque adeò utralibet ex toto mentiatur, fieri poteſt. Nam ſi c de omni a, & de omni b dicatur, ſumatur autẽ in propoſitione omni a ineſſe, in aſſumptione autẽ nulli b, erit uera a c propoſitio, mendax altera. Rurſum ſi omni b ineſſe c aſſumptum ſit, propoſitum autem nulli a conuenire, uerum dicet aſſumptio c b, falſum altera. Hactenus explicatum eſt, quando & ex quibus falſa inducitur opinio per ratiocinationem, qua falſa negatio concluditur. Nunc dicendum eſt de ea ratiocinatione, per quam falſa efficitur affirmatio. Ac B primum ſi proprium medium accipiatur, nunquam erunt utræque ſumptiones falſæ: quia neceſſe eſt eandem manere aſſumptionem c b, ut ratiocinatione aliquid concludatur, quemadmodum ſuprà dictum eſt: quare quandu propoſitio ſola eſt quæ contrà accipitur quàm oportet, hæc ſola ſemper mentietur. Eadem ratio erit, ſi non proprium, ſed ex alia quadam claſſe atque ordine ſumatur medium: ſicut dictum eſt ſuprà, cum errorem explicabamus, qui negatione continetur. Etenim aſſumptionem d b eandem manere oportet, propoſitionem autem a d contrà ac uerum eſt accipi: atque ita eundem errorem gignẽ cum ſuperiore. Sin medium non ſit proprium, in omni autem d dicatur a, hanc propoſitionem ueram eſſe oportebit, mendacem alteram. Quid enim eſt cur non poſsit a multis conuenire, quorum alia non contineantur ſub alijs? At ſi nõ poſſit a enunciari de omni d, planum eſt hanc ſemper falſam futuram, ut quę affirmans accipiatur. Aſſumptio uerò d b poteſt tũ uera, tum falſa eſſe. Nam quid uetat a in nullo d dici, cũ interim omni b conueniat ipſum d? ueluti animal in nullam ſcientiam cadit, ipſa autẽ ſcientia de muſica uniuerſe affirmatur. Deinde uerò, cur id euenire facilè non poſsit, ut & a de nullo d dicatur, & d de nullo b? Ex ijs igitur planum eſt, quando ſub a medium nõ continetur, poſſe tum utraſq; ſumptiones, tum alterutram mentiri. Atque illa quidem ſatis de omnibus modis, quibus falſa opinio per ratiocinationem inducitur, tum in carentibus medio proloquijs, tum in ijs quæ demonſtratione probari poſſunt.

CAP.

CAPUT XIIII.

Tertius ignorantiõis modus ex ſenſus alicuius defectu.

Illud uerò iam propemodum eſt perſpicuum, cui ſenſus aliquis deſit, neceſſariò ſcientiam aliquam defuturam, quòd eam diſcere iam ac percipere nõ poſsit. Quicquid enim diſcitur, aut inductione aut demonſtratione cognoſcitur: ac demonſtratio quidem rebus uniuerſis continetur, inductio ex rebus ſingulis conficitur. Atqui rerum uniuerſarũ citra inductionem haberi cognitio non poteſt. id quod uel apertiſsimè oſtendunt eæ res quæ cogitatione abductæ, & ab ijs rebus quæ ſub ſenſum cadunt ſeparatæ, non poſſunt tamen planè ac perfectè intelligi ſine inductione. Et quanquã hæ res hoc ipſo quòd ad ſenſum traducuntur, non iam quaſi abiunctæ ſeparatæq; intelliguntur, ſemper tamen in ijs aliqua inſunt, quæ non niſi hac ratione manifeſta fieri poſſunt. Quis porrò eſt qui ſenſibus carens, poſſit aliquid inductione perdiſcere? Etenim in ſingularibus uerſatur ſenſus. Nam iſtorum aſſequi non poterit ſcientiã: ex uniuerſis enim ipſis, citra inductionem nil percipi poteſt, inductio autem non niſi opera ſenſuum abſoluitur.

CAPUT XV.

Demonſtrationem terminatã eſſe: quòd infiniti nulla ſit ſcientia.

Omnis ratiocinatio tribus extremis cõſtat: atq; eſt una quidẽ, qua affirmari a de c eo oſtenditur, quòd ipſum a de omni b dicitur, & b de omni c. Alia autem, quæ negationem concludit, ſumpta una propoſitione aiente, altera negante. Ex quo planè ac perſpicuè intelligitur, ipſas demonſtrationis ſumptiones (quæ hypotheſes appellari ſolent) eſſe illa ipſa quæ demonſtrationum principia dicuntur. neq; enim, niſi acceptis quibuſdam ſumptionibus, quicquã demonſtratur. ueluti cum omne c eſſe a per mediũ b probatur: ac rurſus omne b eſſe a, alio quodam medio: itemq; omne c eſſe b, alio. Atque ijs quidem qui ſuas concluſiones ad opinionem dirigunt, & dialecticè tantum diſputant, illud modò uidendum eſt, ut ſint quàm maximè probabilia, quæ ad probandum aliquid accipiuntur: adeò ut ſi reuera eſt interiectum aliquod medium inter a & b, nec ullum tamen eſſe uideatur, qui eam propoſitionem in probando quaſi indubitatam accipit, is dialecticè modò rem probaſſe cẽſetur. Iis uerò qui ad ueritatem ſuas conferunt probationes, quid in ipſa re ſit, perpetuò ſpectandum. Hoc autẽ ut fieri poſsit, inde euenit, quòd in unoquoque genere ſunt quædam quæ per ſe, non per accidens inſunt, ac dicũtur. Per accidens autem interpretor, ueluti ſi quis illud quod candidum eſt, dicat eſſe hominem: eſt enim hoc genus attribuendi illi ualde diſsimile, quo contrà hominem eſſe candidum pronunciamus. Homini enim per ſe, non quia aliud quippiã eſſe intelligatur, candidum eſſe attribuitur: at candido nõ alia ratione attribuitur homo, quàm quia ita forte euenit, ut qui homo eſſet, candidus eſſet. Sunt igitur in unoquoque genere aliqua huiuſmodi, quæ propter ſe attribuuntur. Ergo ponatur c tale eſſe, ut nil infra ſe habeat, de quo enuncietur. Sit autem huic proximum b, quod de illo affirmari poteſt citra ullum medium: tum deinde ſequatur d, quod de ipſo b eodem modo dicatur.

A Poſthæc cõſtituatur e, proximè antecedẽs ipſum d. Nunc quæro, num ſit neceſſe, ut aliquis tandẽ reperiatur exitus, an uerò ita ſuperiora repetentem, regredi in infinitum liceat? Rurſus ponatur a ſummum quoddam caput, de quo nil enunciari poſsit: dicatur autem primum omnium, ac citra ullum medium de ipſo f: tum ipſum f eadẽ ratione conueniat g, deinde & g ipſi b. Illud igitur hic rogo, futurum ne ſit, ut tandem reperiamus infimum aliquid, in quo neceſſe ſit conſiſtere, an uerò hic etiam in infinitũ progredi liceat? Hoc uerò intereſt inter hanc quæſtionem, & ſuperiorem: quòd illa ſumpto initio ab infimo, quod ipſum quidem de nullo dicitur, de illo autem alia enunciantur, illud quærit, an ſuperiora deinceps repetendo, in infinitum regredi liceat? in poſteriora uerò id quæritur, ſi exordiamur à ſupremo aliquo, cui nil omnino poſsit attribui, ipſum autem de alijs affirmari queat, an inferiora deinceps perſequendo in infinitum progredi liceat? Exiſtit porrò & tertia quæſtio, poſsintne media eſſe infinita, conſtitutis iam antè ac definitis extremis, necne? Exempli cauſa, ſi dicatur a de omni c, ſitque horum medium b: deinde inter a & b alia interpoſita ſint, ac rurſus inter hæc alia: eſtne neceſſe ut certo quodam numero ſint iſta media, an uerò in infinito numero eſſe poſsint? Atq; has quæſtiones tractare, nil eſt aliud, quàm quærere an demonſtrationum progreſſus in infinitum poſsit produci: & an poſsint omnia euidenti probatione confirmari: an potius ſint aliqui tandem fines, ubi probationum exitus repe-
B riatur. Eadem quæſtio etiam ad eas tum ratiocinationes, tum propoſitiones, quæ aliquid negant, accõmodari poteſt. ueluti ſi de nullo b dicatur a, aut de hoc primũ, ac citra medium negabitur, aut uerò aliquid interiacebit, de quo prius negabitur, ut de c, uerbi gratia, quod in ipſo b omni dicitur: rurſus & aliud erit, in quo prius negatio uera erit, ut d quod de omni c enunciatur. Hic igitur num quæri rectè poteſt, ſitne eorũ infinitus numerus, quibus prius non ineſſe ipſum a reperietur, an uerò certus ac definitus? In ijs autem quæ reciprocantur, nõ poſſunt hæ quæſtiones eodem modo locum habere. Quæ enim uiciſsim retrò cõmeant, in ijs nil tale reperitur, de quo primo & de quo ultimo alterũ enunciatur: quia paria ſunt inter ſe omnia. Verũtamen eatenus hæ quæſtiones ijs accõmodari poſſunt, quatenus id quæritur, poſsint ne infinita eſſe ea quæ per ſe alteri attribuuntur? aut etiam, poſsintne tum ſubiecta, tũ attributa infinita eſſe? Sed quũ iſta reciprocantur, inter attribuendi genera hoc intereſt, quòd una eſt per accidẽs, altera propria ac per ſe attributio.

CAPUT XVI.

Poſitis extremis media non eſſe infinita.

Ac primùm minimo negotio illud oſtendi poteſt, fieri non poſſe, ut media ſint infinita, ſi ſurſum ac deorſum extrema reperiantur attributa, in quibus neceſſariò ſit reſiſtendũ. Ego autẽ ſumma attributa interpretor, quæ ſunt maximè generalia: infima autem, quæ minimè generalia ſunt, ob idq; in parte maximè intelliguntur. Si igitur extrema ſint a & f, quorum a in

omni

omni f dicitur, infinita autē media, b: quid quæſo apertius eſt, quàm illud, ſi quis ab a ad infimū peruenire uelit, futurū ut infinita attributa prætergrediatur? priuſquam enim ad f deueniat, interiecta ſunt infinita. Et cōtrà, ſi ab f uelit ad ſummum aſcēdere, neceſſe eſſe ut prius infinita media percurrat, quàm ad a peruenerit? Quare ſi omnino iſta fieri non poſsint, & illud quoq; abſurdiſsimum eſt, inter a & f media eſſe infinita. Neque uerò id quicquā noſtræ rationi officit, quòd diceret fortaſſe quiſpiam, ex medijs quædam eſſe quæ continenter, nulloq; interpoſito ſequantur ipſum a b e. alia autem eſſe quæ omnino ne accipi quidem ac inueniri poſsint. Quocunque enim ex ipſis b medijs accepto, num ſemper aut uerſus a, aut uerſus f media reſtabūt infinita, an non? Nam unde primum incipiat infinitas, continuóne à principio, an paulo pòſt, nil refert, modò aliquam tādem infinitatem paulo pòſt ſequi oſtendam.

CAPVT XVII.

Propoſitionū negantium mediata media nō eſſe infinita.

SEquitur deinde ut planum faciamus, ſi in affirmantibus demōſtrationibus termini tandem aliqui utrinq; reperiantur, quos excedere non liceat, neceſſe eſſe, ut ſuos etiam quoſdam fines habeat negans demonſtratio. Ponatur igitur nunc, neque aſcenſum ab imo ad ſummū infinitum eſſe, neque deſcenſum à ſupremo ad infimum. Imū autem ego hic interpretor, quod de nullo dicitur, de ipſo autē ſuperiora multa enunciantur. Supremum autem ac primum intelligo, quod ipſum quidem in alijs dicitur, in illo autē nihil. Hoc itaque poſito, facilè erit intelligere, in negationibus exitum tādem aliquem futurum. Tribus enim tantum modis negatio concluditur. Primus eſt, cum ita diſponūtur ſumptiones, ut propoſitio ſit, nullum b eſt a: aſſumptio, omne c eſt b. Ac perſpicuum quidem iam eſt, hanc aſſumptionem b c, atque adeò ſemper alteram ex ſumptionibus, quam neceſſe eſt eſſe affirmationem, ad primam tandem, medioque carentem propoſitionem reuocatum iri. Alterius autem propoſitionis attributum, ſi non primò negetur de b, ſed de altero prius, ut d, neceſſarium erit ut ipſum d in omni b inſit: ac rurſus ſi aliud quidpiam eſt, de quo prius negetur a, quàm de ipſo d, illud ſimiliter oportebit in omni d affirmari. Quoniam igitur in hac probandi ratione deorſum uerſus finis reperitur ubi conſiſtendum ſit, erit etiam ſuperiora repetenti, in ſummo aliquid ubi conſiſtat. Atque erit tandem aliquid de quo uniuerſe, ac citra ullum mediū negabitur a. Rurſum ſi facta ſit hac diſpoſitione ratiocinatio, omne a eſt b, nullum c eſt b, nullum igitur c eſt a: uelit autem quiſpiam etiam hanc aſſumptionem probare, neceſſe erit ut aut primam illam formā ac diſpoſitionem ſequatur, aut hanc ipſam quæ hac ratiocinatione continetur, aut tertiam. Ac de illa quidem prima figura iam ſatis dictum eſt. Nunc ſecunda explicabitur, in qua ad hunc modum res demonſtrabitur, ut (ſi modò ſit aliquid quod de ipſo b dicatur, uerbi gratia d) hac forma collocentur ſumptiones: omne b eſt d, nullū c eſt d. Ac rurſus, ut de nullo c dicitur d, ita aliud quippiam accipietur, quod in omni quidem d af-

A firmabitur, ſed in nullo c enunciari poterit. Quia ergo ſurſum uerſus eſt aliquis in affirmationibus exitus, neceſſe etiam eſt ut in negationibus aliquid tandem inueniatur, ubi ſit reſiſtendum. Tertia forma eſt, cum ita concluditur, nullum b eſt c, omne b eſt a, quoddā igitur a non eſt c. ubi ſi rurſus eſt demonſtranda propoſitio, neceſſe eſt ut aut altero modo ex ijs duobus quos proximè expoſuimus, id fiat, aut hac ipſa forma. Atque in ſuperioribus quidem illis probandi rationibus, finea tandem aliqui reperiūtur. Hac uerò forma ſi quis id mōſtrare inſtituerit, ita neceſſe eſt medium accipiat e, uerbi gratia, ut de nullo e dicatur c in propoſitione: in aſſumptione autem, in omni e dicatur b: eodemq; modo in alijs rurſus faciat, ſi qua alia reperiantur media. Poſtquam igitur id poſitum eſt, affirmationes deorſum uerſus ſua habere quædam extrema: illud etiam neceſſariò efficietur, ad extremum quoddam tandem peruenturas negationes, in quibus c de aliquo negatur. Eſt porrò illud etiam ex ijs perſpicuum, quòd ſi non una tantum uia ac ratione huiuſmodi probentur negationes, ſed ſimul omnibus: ita ut partim in prima figura, partim in ſecunda, & partim in tertia concludatur, planum inquam eſt hoc etiam modo neceſſe eſſe, ut aliquæ tandem ueluti ſtationes reperiantur, in quibus commorandum & acquieſcendum ſit. Etenim hæ uiæ ſunt finitæ: quæ uerò certa ſunt ac definita, ſi non niſi certo quodam numero accipiantur, quomodo non facient totum quod ex ijs coniunctum erit certum ac finitum? Eſt igitur B perſpicuum, in negationibus certos quoſdam ac definitos eſſe terminos. ſi modò in affirmationibus quoſdam eſſe admittatur.

CAPVT XVIII.

Propoſitionis affirmatiuæ immediata media non eſſe infinita.

QVòd uerò in his ipſis exitus tādem aliquis reperiatur, nunc demonſtrabimus. Ac primùm logicè iſta conſideranti, non eſt difficilè quàm id uerum ſit cernere. In primis certa eſſe ea quæ in definitione accipiuntur, uel hinc planum eſſe poteſt, quòd ſi declarari aliquid definitione poſſe, aut uerò quid ſit res poſſe oratione cognoſci ſtatuatur, neceſſe eſt numero quodam certo eſſe ponantur, quæ in oratione quid res ſit explicanre adhibentur: ſiquidem infinita nemo poſsit animo ac cogitatione percurrere. In uniuerſo autem genere eorum quæ de altero dicuntur, idem illud uerum eſſe, hoc modo planum ac manifeſtum faciam. Verum quidē dicimus, cum hoc modo pronunciamus, quod candidum eſt, ambulare: aut illud quod magnū eſt, lignū eſſe: & rurſus cum lignū eſſe album, aut hominē ambulare enunciamus: inter hoc tamen enonciaodi genus, atq; illud plurimum intereſt. Quando enim quod album eſt, lignum eſſe dico, nil dico niſi illud cui fortè accidit ut album eſſet, lignum eſſe: nec ita attribuo lignum albo, quaſi ſubiectū quoddam ligno ſit album: ſiquidem id uſuuenire hoc loco non uidemus, ut fuerit prius id quod album eſt, aut omnino, aut pars eius, res quædā ipſa per ſe cohærens, tum deinde illi conueniret lignum eſſe: quare quod album eſt, lignum eſſe, id fortuitum ac per accidens tantum eſt: quan-

do uerò lignum eſſe album dico, id ego non uolo, rem quandam albo ſubiectam eſſe, cui idem acciderit, ut pręter id quod alba eſt, lignum eſſet. qualiter fit cum ita enunciatur, Muſicum eſſe album: id enim ex eo uerum eſt, quòd eidem homini, qui muſicus erat, cōtigit ut albus etiam eſſet: ſed illius enunciationis ea uia eſt, ut albo ſubiectum ſit lignum, cui illud non alia ratione conuenire cœpit, niſi qua lignum eſt, aut ſpecies quædam illius. Ac ſi hic mihi legē ponere, certumq; aliquid ſtatuere liceat, tum dici aliquid attribuique ſtatuatur, quando poſteriore hoc genere enūciabitur: cum uerò illo priore modo fiet pronunciatio, tum aut nullo modo dici, aut non ſimpliciter, ſed ex adiunctione per accidens attribui cenſeatur. Atque eſto attributum, ut album: ſubiectum autem, ut lignum. Ponatur igitur, omne attributum de ſubiecto ſimpliciter, ac nō per accidens dici: quandoquidem talia ſemper ſunt, quæ in demonſtrationibus adhibentur. Vnde illud ſequitur, quandocunque unum uni attribuetur, neceſſe eſſe ut attributum aut in eſſentia rei contineatur, aut ſignificet qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut locum, aut tempus. Iam uerò quæ ad explicationē naturæ pertinent, ita ſemper ſubiecto attribuuntur, ut ſubiectum ſignificent eſſe id ipſum quod attribuitur, aut huius partem aliquam. Quæ autem rei naturam non declarant, ſed in ſubiecto quodam dicūtur, quod nec illud ipſum eſt quod ei attribuitur, nec illius generis quippiam, ea accidentia dicuntur: quomodo album de homine dicitur. Neque enim homo eſt illud ipſum quod ſignificat album, neque quod ab aliqua albi differentia ſignificetur: ſed homo animal eſt fortaſſe: atq; adeò quod animal ſignificat, illud ipſum homo eſt. Quæ porrò non declarant rei naturā, ea ſemper in ſubiecto aliquo inſunt: nec eſt quippiam quod ita albū dicitur, ut nil aliud ſit quàm id ipſum quod hoc uerbo, album, declaratur. Nā ideas hoc loco ualere iubeamus. nil enim quàm nugæ, & quaſi inanes cantiones ſunt: & ſi ſint, nil tamen ad hanc noſtram diſputationem pertinent: quandoquidem in ijs rebus demonſtrationes uerſantur, quæ in ſubiecto inſunt. Iam ſi non poteſt, ut hoc eſt illius qualitas, ita uiciſsim illud huius eſſe, nec omnino fieri poſsit ut ſit qualitatis alia qualitas: illud profectò fieri non poterit, ut ab accidentibus ulla ſit retrò commeans attributio: non quòd uerum hoc modo dicere non liceat, ſed cum retrò uertitur ab accidentibus enunciatio, fieri nō poteſt, ut pręter id quòd uera ſit, etiam proprium ac legitimum genus attributionis cōtineat. Quid enim? itàne attribuētur illa, ut eſſentiam declarent, ac perinde dicantur quaſi genera, aut differentiæ eorum quæ attribuuntur generum? Atqui paulo antè demonſtratum eſt, iſta nec aſcenſu nec deſcenſu infinito contineri. ueluti ſi hominem, deinde bipes, tum animal, tum ſuperius animali aliquid accipias, in infinitū non progredière: ut nec ſi inferiora perſequatis. attribuendo animal homini, tum hominem Calliæ, deinde Calliam alicui alteri, cuius in eſſentia contineatur. Omnis enim quæ aliquid eſt ſuperius & inferius ſubſtātia, definitione ex-

A plicari poteſt: infinita autē nemo poteſt cogitatione cōprehendere. Quare ſi non poſsit ea ſubſtantia definiri, de qua infinita dicuntur, neceſſe eſt ut tum ſurſum tum deorſum ſit aliquis tandem exitus. At certè non poſſunt ita uiciſsim retrò attribui, ut genera eſſe intelligantur: alioqui efficietur, ut idem ſit id ipſum quod eſt. Sed nec de qualitate, nec de ullo alio accidente poteſt ullum accidens dici, niſi per accidens: quandoquidem iſta omnia aduenticia ſunt, & in ſubſtantia ſemper cernuntur. Quòd uerò ſuperiora perſequentem non liceat in infinitum regredi, hinc intelligi poteſt, quòd omne quod de quaque re dicitur, aut quale ſit, aut quantum ſit, aut ſimile aliquid indicat, aut uerò eſſentiam rei declarat. atqui certo numero ſunt quæ in natura rei continentur: & reliqua etiam attributionū genera finita ſunt. Hæc enim ferè ſunt, quale ſit, quātum ſit, ad aliquid, faciens, patiens, ubi ſit, quando ſit. Illud porrò iam antè à nobis poſitum eſt, unum de uno dici, & nunquam euenire ut ſubiectum id ipſum ſit quod attributum, niſi quid ſit, ac ſubſtantiam ſignificet ipſum attributum. Quæ enim non ſignificant quid eſt, omnia ſunt accidentia: ſed ex ijs alia ſunt quæ per ſe inſunt, alia quæ alio modo conueniunt. Cuiuſcunq; tamē generis ſint, ſemper in aliqua re ſubiecta ineſſe, ac non ipſa quędam ſubiecta eſſe cenſemus. Nil enim horum eſt, quod ſi eſſe dicatur, ſtatim aliud quippiā eſſe non intelligatur, quàm quod ipſo uerbo continetur: ſed ipſum de alio quodam dicitur, alia quædam de altero. Neque

B igitur ſurſum uerſus, neque deorſum fieri poteſt, ut unum de uno ſine ullo fine dicatur. Nam de quibus accidentia dicuntur, ea ſunt quæ ſubſtantiam declarant: quæ non poſſunt eſſe infinita. Superiora uerò cum inferioribus conferendo, neq; in ijs, neq; in accidentibus, poteſt eſſe in infinitū progreſsio. Quare neceſſe eſt ut aliquid tandem reperiatur, quod mox ab infimo poſitum, de illo primum omnium dicatur, tum deinde aliud de hoc ipſo: atq; ita ſuperiora deinceps repetendo tandē in ſummo aliquo conſiſtatur, quod ipſum quidem de aliquo ſibi proximo enunciabitur: ſupra ſe autem nil habebit, quod de ſe dici poſsit. Atq; una quidē huius rei probatio hactenus explicata eſt, nunc aliam ſubijciamus. Ea tantū demonſtratione concluduntur, de quibus alia priora dici poſſunt: quæ uerò euidēti probatione poſſunt oſtendi, ea nunquā certius meliúſue animo percipiuntur, quàm cum planè ac perfectè ſciuntūtur, nec uerò citra demonſtrationem certò ſciri poſſunt. Porrò illud certum eſt, ſi ex quibus aliquid manifeſtum fit, ea nec ſciamus, nec alia quadā ratione melius ac certius intelligamus, quàm quæ ſcimus: fieri non poſſe, ut ex ijs aliquid planè ac perſpicuè cognoſcatur. Si igitur eſt aliquid quod per demonſtrationem ſimpliciter abſoluteque ſciri poſsit, ac non quaſi ex quibuſdam conceſsis, aut ex fictione quadam omnia ſciantur: neceſſe eſt ut certo quodam numero contineantur attributiones, quæ inter primas atque ultimas interiectæ ſunt. Nam ſi nullus tandem reperiatur exitus, ſed in infinitum aliqua ſemper ſuperiora ſint, nil erit quod demonſtratione

ne confirmati non poſsit. Quare quæ euidenti probatione oſtendi poſſunt, ea per demonſtrationem ſcire non poterimus, ſiquidem infinita nemo poſsit ratione & intelligentia complecti. Si igitur ea animus non poteſt melius comprehẽdere, quàm cum eorum ſcientiam eſt aſſecutus: illud profectò neceſſariò efficitur, nil eſſe quod per demonſtrationem ſimpliciter ſciatur, ſed ex fictione & quaſi ex conditione omnia cognoſcẽtur. Ac logicè quidem iſta conſideranti, hæc argumenta perſuadere poſſunt, id ita eſſe quod dico: analyticè autem, ſi hæc eadem ſpectentur, breuius confirmari poterit, nõ poſſe nec ſurſum nec deorſum uerſus, infinita eſſe attributa, quę in demonſtratiuis ſcientijs (de quibus hæc uniuerſa tractatio ſuſcepta eſt) locum habent: continetur enim omnis demõſtratio ijs quę per ſe attribuũtur. Hæc autem dupliciter dicuntur, uno modo, quæ in definitione eorum accipiũtur, de quibus dicuntur: altero, quæ ſubiecto attribuũtur, quod in eorũ definitione explicanda adhibetur. Huius generis exemplum eſt, impar quod numero conuenit, & numerus in definitione ipſius ponitur. prioris exemplum eſt multitudo, aut quod diuiduum eſt, quæ ad numerum definitione explicãdum adhibetur. At uerò neutrum horum poteſt immenſo numero contineri: primùm enim, quæ eo modo inſunt, quomodo impar numero, non poſſunt eſſe innumerabilia. nam ut aliud quippiam ſit quod rurſus de impari dicatur, ita ut in eius definitione accipiatur impar, fieri poteſt: ſed etiam cũ illud uſuuenit, neceſſe eſt ut in omniũ illorum definitione numerus accipiatur: quãdo numerus eſt in quo primo iſta omnia cernũtur. Itaq; ſi non poſsint uni infinita huius generis attributa cõuenire, ne id quidẽ fieri poterit, ut ſurſum uerſus in infinitum regredi liceat. Atqui iſta omnia neceſſe eſt numero attribui, uiciſsimque in eorum definitionibus numerum adhiberi: illa igitur omnia cum numero reciprocabuntur, nec poterunt latius patêre quàm numerus. Iam uerò ne illa quidem infinita eſſe poſſunt, quæ in oratione docente quid ſit res quæq; continẽtur: alioqui ne unam quidem definitionem licebit abſoluere. Quare ſi dicantur per ſe omnia attributa, hæc autem non ſint infinita, erit tandẽ primum quoddam caput, in quo cõſiſtamus: ideoq; ultimũ etiã aliquid, ubi reſiſtamus. Vnde neceſſariò efficitur, ne illa quidẽ infinita eſſe poſſe, quę intra illos terminos cõtinentur. Hæc porrò ſi uera ſint, conſequens eſt, ut ſint quædam initia demonſtrationũ, nec poſsint omnia euidenti probatione oſtendi: quemadmodum dicunt quidã, de quibus initio huius diſputationis mentionẽ fecimus. Etenim ſi aliqua ſint initia, nec demonſtratione probari res omnes poſſunt, nec progredi in infinitum licet. ſiquidem alterutrum horũ ponere, idem ualet ac ſi dicatur, nullum planè eſſe interuallum ita cõtinuatum, quin aliquo medio interceptum ſit, & quaſi interductu aliquo diſtinctum, ſed omnia eſſe deiuncta & interrupta. Ita enim demonſtratur unumquodq;, ut uerbum medium inter extrema immittatur, non autẽ extra ipſa extrema collocetur. Quare ſi ita alia ex alijs probando, in infinitum progredi liceat, A neceſſe erit ut inter duo extrema media infinita contineantur. Quòd fieri omnino non poteſt, ſi modò propria ſingulorum attributa perſequenti, neceſſe ſit tum ſurſum tum deorſum acquieſcere. Quàm uerò illud neceſſe ſit, & logicè ſuprà, & analyticè modò oſtendimus.

CAPVT XIX.

Elementa quibus mediatæ propoſitiones ſuppeditantur, non eſſe infinita.

DEmonſtratis autem his, illud facilè fiet manifeſtum, quòd ſi unum attributũ de duobus dicatur, ut a de c, & de d, quorum unũ de altero aut nullo modo, aut non in omni enunciatur, non ſemper commune aliquod uerbũ reperiri, per quod illud attributum utriq; conuenire oſtendatur. ueluti iſoſceli & ſcaleno conuenit habere tres angulos æquales duobus rectis, per communem aliquam utriq; naturam: quia ſcilicet figuræ quædam ſunt, nec iam aliud eſt cuius interuentu illud conueniat. Sed in omnibus nõ eſt eadem quæ in his ratio. Eſt enim b. cuius interuentu a conuenit c & d. Conſtat igitur & aliud rurſus eſſe medium, per quod ipſis c & d attribuitur b, atque illud rurſus per aliud quippiam. Ex quo efficitur, intra duo extrema poſſe media infinita contineri: quod fieri omnino nõ poteſt. Non igitur neceſſe eſt, ut quod attributũ de multis dicitur, ſemper alicuius alterius interiectu dicatur: quandoquidem aliqua tandem interualla medio carentia reperiuntur. Sed ut ipſa quæ interueniunt uerba, ex eodem genere ſint, ijſdemq; indiuiduis: illud ſanè neceſſe eſt, ſi modò illud commune uerbum cuius interuentu aliud oſten B ditur, in numero eorum ſit quę per ſe conueniũt. Nam traducere quæ unius generis ſunt in aliud, demonſtrando non licet. Perſpicuũ porrò etiam illud eſt, quando a de b affirmatur, ſi eſt quoddã inter illa medium, illam affirmationem, omne b eſt a, demonſtratione poſſe concludi: atq; etiam tot & eadem eſſe elementa huius affirmationis, quot & quæ ſunt ipſius media: quę enim medio carent propoſitiones, aut omnes, aut certè quæ in toto genere enunciant, ſunt elementa. Sin nullum eſt medium, ne demonſtratio quidem erit, ſed iam tum ad ipſa initia peruentum erit. Eadẽ ratio erit, ſi de b negetur a. nam ſi interueniat aliquid, ſiue medium, ſiue in quo prius negetur a, demonſtratio de ea re conficietur: ſin minus, nõ conficietur. Verùm quot erunt uerba media, tot erunt principia & elementa: quandoquidem demonſtrationis principia ſint eæ propoſitiones quæ ex ijs uerbis conſtituuntur. Atque etiam ſicuti ſunt aliqua initia quæ probari demonſtratione non poſſunt, quibus aut hoc eſſe illud, aut huic illud ineſſe affirmatur: ita ſunt quibus negando, aut hoc non eſſe illud, aut non ineſſe hoc illi, pronũciatur: quo fit, ut præſtò nobis eſſe poſſint principia tum affirmationibus tum negationibus concludendis. Et quidem quando demonſtrabitur affirmatio, ita ſemper accipiendum erit medium (quod ſit, uerbi gratia, c) ut ſit neceſſe ipſum c omni b ineſſe, ac deinde omni c ineſſe a. atque eadem hac ratione perſequi media oportebit, ita ut nulla unquam extra illos terminos propoſitio ſumatur, nec unquam aliquid quod ipſi a omni attribuatur, in probãdo adhibeatur:

ſed ſemper ea quæ in medio ſunt ſpacio coacervantur, donec ad continens aliquod nulloq; medio diſtinctum interuallum, atq; adeò ad unum quippiam perueniatur. Ad illud uerò unum tum peruentum eſt, cum ad immediatū aliquod proloquium deuentum erit. Atque eſt illa quidem certè propoſitio ſimpliciter ac propriè una exiſtimāda, quæ omni medio caret: & quemadmodū in alijs omnibus rebus ſemper ipſum initiū ſimplex eſt, non idem tamen in omnibus, ſed in ponderibus (uerbi cauſa) mina, in modulatione dieſis, in alijsq; alia, ſic in ratiocinatiōe ipſa id quod eſt minimum, ac maximè unum, eſt propoſitio immediata: in demonſtratione uerò ac ſcientia, ipſa mens atque intelligentia. In ijs igitur ratiocinationibus, quibus affirmatio oſtenditur, nunquam medium extra extrema accipi poteſt. In ijs uerò quæ negationem concludunt, in hac quidem figura prima, nil etiam extra concluſionis attributum accipietur. Veluti ſi probatum fuerit, nullum b eſſe a, per medium c, hoc modo collocatis ſumptionibus, nullum c eſt a, omne b eſt c: ac rurſus probandum ſit nullum c eſſe a, hic accipietur medium aliquid inter a & c, eiuſdemque modi fiet ſemper progreſsio. Si in hac forma oſtendatur nulli e conuenire d, quia omne d eſt c, & nullum e eſt c, aut non omne: extra e, quod eſt minus extremum, de quo aliud concluditur, nunquam cadet medium. In tertia uerò figura nec extra ſubiectum, nec extra attributum, negantis concluſionis medium unquam accipietur.

CAPVT XX.

Demonſtrationem quæ ex toto genere fit, eſſe præſtantiorem ea quæ fit ex parte.

DEinceps ſequitur, quoniam ſunt aliæ demonſtrationes de toto genere, aliæ de parte: & partim affirmantes, partim negantes, ut quæramus utra ſit potior earum quæ ſingulis diuiſionibus continentur. Idem illud quærendum eſt de demonſtratione rem directò probante, & de ea quæ ad incommodum ducit. Sed nos prius quidem de uniuerſi generis & partis demonſtratione agemus: tum deinde ad directā, & eam quæ incommodo urget, demonſtrationem ueniemus. Ac primùm his fortaſſe rationibus quiſpiam inducatur, ut credat eam probationem, quæ in parte uerſatur, accuratiorem eſſe, quàm quæ genus uniuerſum confirmat. Vt quæque probatio certiorem parit rei cognitionem, ita potior accuratiorque eſt: ſiquidem in eo poſita ſit omnis demonſtrationis uirtus, ut ſcientiam gignat. Atqui unaquæque res cùm per ſe cognoſcitur, tum melius ac certius intelligitur, quàm ſi per aliud quippiam ſciatur: ueluti Coriſcum eſſe muſicum tum magis ſcio, cum ſcio hūc ipſum Coriſcum eſſe muſicum, quàm cum hominem, & ſic alia. Vniuerſa uerò demonſtratio, quòd aliquid inſit in alio ſemper, & non in eo ipſo in quo ineſt, demonſtrat: ut iſoſceli conuenire quippiam oſtendit, nō quia ſit iſoſceles, ſed quia triangulum. Quæ autem in parte demonſtrat, in eo ipſo cui conuenit, rem ineſſe oſtendit. Itaque ſi eſt melior quæ per ſe rē oſtendit, illudq; magis illi conueniat probationi, quæ ad partem aliquam pertinet, quàm quæ ad totum genus: re-

A linquitur profectò, accuratiorē eſſe partis quàm uniuerſi generis demonſtrationem. Præterea ſi reuera nil ſunt res uniuerſæ præter ſingulas, eam autem opinionem inducat uniuerſa demonſtratio, ut rem quandam eſſe eam in qua aliquid oſtendit exiſtimemus, atque adeò in rerum natura cohærere talem aliquā naturam: ueluti trianguli præter ſingulos triangulos quādam eſſe naturā, figuræ præter ſingulas figuras, numeri præter ſingulos numeros. Eſt porrò ea ſemper accuratior probatio, quæ quod reipſa eſt, quàm quæ quod nuſquam eſt oſtendit: & quæ errorem nullum inducit, quàm quæ in falſas nos inducit opiniones. Atqui eſt huius poſterioris generis demonſtratio uniuerſa. Poſtquam enim demonſtratores aliquantum iam in probando proceſſerunt, tum ferè illud idem faciunt, quod in proportione demonſtranda uſuuenit: nempe quicquid erit tale quippiam, omne illud erit proportionis particeps: quod quidem nec eſt linea, nec numerus, nec ſolidum, nec planum, ſed præter illa neſcio quid. Si igitur illud potiſsimū in demonſtrando genere uniuerſo eueniat, ideoque in eo quod reuera ſit, minus uerſetur uniuerſi generis quàm partis demonſtratio, adeò ut illa falſam etiam gignat opinionem: iam certè dubium eſſe non poteſt, quin longè ſuperetur de toto genere probatio, à demonſtratione de parte. At enim (ut hinc potiſsimum ordiar) prior illa ratio, nónne tam eſt ab uniuerſi generis demonſtratione, quàm ab alicuius partis probatione? Nam ſi non conueniat iſoſceli habere tres angu-

B los pares duob. rectis, quia ſit iſoſceles, ſed quia ſit triangulum: profectò neceſſe eſt eum nō tam perfectè rem ut eſt noſſe, qui hoc iſoſceli ineſſe cognouerit, quàm qui triangulo. Atque ut ſemel dicam, ſi non ita res habet, ut triangulo conueniat quia triangulum eſt, idque uelit quiſpiam oſtendere, non erit illa demonſtratio: ſin ita res habet, ut quiſq; rem aliquam, quia ea ipſa eſt, nouerit, ita rem certius multo accuratiusque perſpectam habuerit. Itaque ſi latius patet triangulum, ſitque ipſius una quædam ratio, nec ulla inſit in hoc ipſo triangulo ambiguitas, in omni autem triangulo uerè dicatur par eſſe duobus rectis angulis: illud certè planum eſt, non triangulo quia ſit iſoſceles, ſed contrà iſoſceli quia triangulum ſit, cōuenire, ut habeat tres angulos duobus rectis pares. Quare qui totum genus nouit, rem ut eſt magis nouit, quàm qui partem tātum intellexit, ob eamq; cauſam accuratior uniuerſi generis demonſtratio, quàm alicuius partis. Iam uerò ſi uniuerſum ipſum genus una quadam ratione, non autem ſola nominis cōmunione continetur: non minus in rerum natura cohærebit, quàm rerum ſingularum nonnullæ, quin etiam multo magis: quandoquidem quæ immutabilia ſunt, nec interitum agnoſcunt, in rebus uniuerſis cernūtur: res uerò ſingulæ maxima ex parte caducæ ſunt, & mortales. Inſuper quæ tādem neceſsitas eſt, quia res uniuerſa unum quippiam eſt, in eam ſtatim uenire opinionem, ut uniuerſale eſſe aliquid à rebus ſingulis ſeparatum credamus? nam cur id magis hic neceſſe ſit, quàm in alijs quæ non ſubſtantiam, ſed aut qualitatem,

aut

aut ad aliquid, aut facere ſignificant? Illius igitur falſæ opinionis non cauſa eſt demonſtratio, ſed qui eam malè accipit. Præterea demonſtratio eſt ratiocinatio, quæ adhibetur ad docendā cauſam cur res ſit: in uniuerſo autem genere, cauſa maximè continetur. Cui enim propter ſe aliquid cōuenit, ipſum ſibi eſt cauſa cur ita ſit: eſt autem uniuerſum genus illud, in quo primùm ac per ſe res inſunt: in ipſo igitur uniuerſali cauſa continetur. Quapropter erit potior accuratiorque de toto genere demonſtratio: quandoquidem illa magis cauſam cur res ſit explicat. Præterea cum quęritur, quamobrem ſit aliquid, non cognoſcimus, donec ad genus aliquod uniuerſum perueniamus: ac tum demum exiſtimamus nos eſſe aſſecutos rei ſcientiam, quando nil iam aut eſſe, aut fieri uidemus, ultra illud totum genus. Exitus enim finiſque ultimus in cauſę inueſtigatione, hac demum ratione inuenitur. Verbi gratia, cur uenerit quiſpiam, cauſa eſt, ut pecuniam accipiat: tum huius ratio eſt, ut ſe ære alieno liberet: rurſus huius cauſa eſt, ne quam alteri iniuriā faciat. Et quidem cùm hoc modo cauſas ex cauſis perſequimur, ſi quando eò perueniamus, ut iā non ob aliam cauſam, nec alterius rei gratia fieri aliquid uideamus, tum id ipſum finem eſſe cur uenerit, dicimus: aut cur aliud quippiam uel ſit uel fiat, tumque maximè quamobrem uenerit, nos ſcire putamus. Si igitur ſimilis eſt ratio in cauſis omnibus, & par ſit eademque affectio in omnibus quæſtionibus, quæ quamobrem quæque res ſit inquirunt: eſt autem illa quam diximus certiſsima ratio ſciendi, in ijs rebus in quibus cauſa quæ inueſtigatur, finia eſt: & in alijs profectò cauſis, tū maximè cognita ac perſpecta res erit, cum iam nulla erit ulterior cauſa, quam reddamus. ueluti cum ſcimus exteriores iſoſcelis angulos quatuor rectis pares eſſe, quia iſoſceles eſt, id adhuc deſideratur, quamobrem id iſoſceli conueniat, quia ſcilicet triangulum: ac rorſus cur triangulo, nimirum quia eſt forma rectis lineis conſtans. Hic uerò ſi iam nulla ſit ulterior cauſa, neceſſe eſt ut hac demum cauſa intellecta, illa res planè ac perſpicuè cognita ſit. Atqui hoc genus quoddā uniuerſum eſt latiſsimè patens: eſt igitur accuratior uniuerſi generis quàm partis demonſtratio. Ad hæc, quo magis ad ſingulas partes declinamus, eo ad infinita magis accedimus: contrà autem, quo magis ad res uniuerſas aſcendimus, hoc ad ſimplicem definitamque naturam magis appropinquamus. Atqui quæ ſunt res infinitæ, hæc ſub ſcientiam minimè cadunt: quæ uerò finitæ ſunt, ea ſcientiæ ſubijciuntur. Res igitur ipſæ magis hoc ipſo quòd uniuerſæ ſunt, ſub ſcientiam cadent, quàm cum in parte ſpectantur. Quare ad demonſtrandum magis accommodatæ erunt res uniuerſæ, quàm ſingulæ partes. Par autem eſt, ut earum rerum quæ ad demonſtrationem magis accommodatæ ſunt, ſit etiam magis demonſtratio: ſimul enim quæ cum aliquo conferuntur, utraque elationem ſuſcipiunt. Quando igitur magis demonſtratio eſt quæ in toto, quàm quæ in parte uerſatur, id neceſſariò relinquitur, præſtantiorem eſſe uniuerſi generis demonſtrationem. Iam uerò illa ſemper

A optabilior eſt demonſtratio, per quā ſimul multa cognoſcimus, quàm quæ unius tātum rei adfert cognitionem. Atqui percepto toto genere, ſimul quod in parte eſt intelligitur: qui uerò hoc nouit, non etiam uniuerſum genus habet perſpectō. hac igitur ratione neceſſariò conficitur, optabiliorem eſſe illam demonſtrationem. Sed etiam illud hoc pacto confirmari poteſt: nil enim eſt res magis generales, quęq; latius patent, ſcire, quàm per illud medium rem noſſe, quod ad initia propius accedit: illud autem quod proximum eſt à primo, nullo medio eſt ab illo diſtinctum, quod quidem eſt ipſum principium. Si igitur eſt ea accuratior demonſtratio quæ ex principijs cōſtat, quàm quæ non conſtat, aut uerò quæ ex ijs componitur quæ magis principia ſunt, ea eſt potior qua continentur illa quæ à principiorum appellatione magis ſunt remota: eſt autem prioris illius generis demonſtratio de toto genere: profectò neceſſe eſt ut ſit multo excellentior uniuerſi generis probatio. ueluti ſi demonſtrandum eſt a in d ineſſe, media ſunt b & c, ac ſuperius quidē eſt b. quapropter neceſſe eſt ut latius pateat demonſtratio, quæ illud medium accipiat, quàm quæ alterum. Sed ſunt quidem ex ijs rationibus quæ adductæ ſunt, nonnullæ logicæ. Nunc uerò paucis, quàm ſit præſtātior de toto genere quàm de parte demonſtratio, planū faciam. Nos enim ſcientes priorem aliquam propoſitionem, ſimul & poſteriorem quodammodo ſcimus, uique ac facultate hanc in illa animo complectimur. ut qui ſcit, omne triangulum habere tres angulos B pares duobus rectis: ſcit etiam, quodammodo iſoſceli idem illud conuenire, etiamſi neſciat fortaſſe iſoſceles eſſe triangulum. At qui hanc poſteriorem nouit propoſitionem, illam uniuerſam nec re ipſa, nec ui & facultate percepit. Et uniuerſi generis probatio, ratione & intelligentia continetur: quæ autem de parte concluditur, ad ſenſum pertinet, eoq; terminatur. Quòd igitur longè præſtat demonſtratio uniuerſa, demonſtrationi quæ in parte uerſatur, iſta ſufficiant.

CAPVT XXI.

In demonſtrando affirmationem negatione præſtantiorem eſſe.

NVnc ſequitur, ut aientem negante pręſtantiorem eſſe oſtendamus. Ac primùm ponatur illam demonſtrationem alteri præſtare, quę cùm reliqua paria habeat, paucioribus abſoluitur poſtulatis, aut hypotheſibus, aut propoſitionibus. ut enim ſint æquè manifeſtæ utriuſque propoſitiones, illa certè quæ paucioribus conſtat, celerius rei cognitionem adferet: quod profectò optabilius eſt. Portò cur præſtare dicatur, quæ paucioribus abſoluitur, ei quæ pluribus, hæc communis ac generalis ratio reddi poteſt. Quoniā licet ſimilia ſint in perſpicuitate media, ſemper tamē ſunt notiora quæ priora ſunt, ut probatione una, de e dici a, per media b c d oſtendatur: altera autem, quòd d conueniat ipſum a per media f g demonſtretur: nec obſcurius ſit ac difficilius intelligere de d dici a, quàm de e idem ipſum a dici: illud tamen prius ac notius eſt, quòd a conueniat ipſi d, quàm quòd ipſi e inſit a, quādoquidem illud ad hoc demonſtrandū adhibetur. Eſt uerò illud ſemper credibilius,

quod ad faciendam de altero fidem accipitur. eſt igitur præſtantior ea demonſtratio, quæ cùm cæteris in rebus cum altera conueniat, paucioribus abſoluitur, quàm illa. Ac iſtæ quidem ambæ de quibus quæritur, tribus conſtant uerbis ſimplicibus, ac duabus ſumptionibus: uerùm una affirmationea tantum accipit, altera & affirmationē & negationem: quo fit, ut hæc ex pluribus cōficiatur quàm illa, ideoq; ſit deterior. Iā uerò uel hinc perſpici poteſt, hanc illa eſſe deteriorem, quòd alijs in libris oſtendimus nō poſſe ex duabus ſumptionibus, negantibus quippiam, neceſſariò cōfici: ſed ſemper unam affirmare, alteram negare oportere. His accedit, quòd demonſtrandis negationibus ſemper adhibendæ ſunt affirmationea. ſemper enim maior eſt aientiū quàm inficiantium propoſitionum numerus, in omni demonſtratione, quæ retrò acta ad principia, in aliquam magnitudinem augetur. Vt autem plus quàm una negatio in omni ratiocinatione ſumatur, fieri negamus. Sint enim hę ſumptiones, nullum b eſt a, omne c eſt b: nunc ſi oporteat has rurſus propoſitiones confirmando in maius augere demonſtrationem, interponēdum erit medium inter a & b, quod ſit d: & aliud quippiam inter b & c, quod ſit e. Ac perſpicuum quidem eſt, medium e in affirmationibus tantum accipi: d autem, cum b quidem coniunctum in aſſumptione, affirmationem facit: propoſitio autem in qua cum a ipſum d cōnectitur, eſt negans, ut fiat hoc modo ratiocinatio: nullum d eſt a, omne b eſt d. Eſt igitur in eo toto propoſitionum numero, una ſola negatio. nec ſecus in alijs omnibus ratiocinationibus fiet: ſiquidem in affirmatione concludenda ſemper neceſſe eſt utramq; ſumptionem eſſe affirmantem, in negatione uerò tantum altera inficiatur. Quo fit, ut hæc ſola negatio ſit, cùm aliæ omnes ſint affirmantes. Si igitur id ſemper notius & credibilius eſt, quod ad fidem faciendam adhibetur, demōſtratio autem negans per affirmantem, nec uiciſſim affirmans per negantem confirmatur: erit profectò aiens demonſtratio prior. notior, credibilior altera, ob eamq; cauſam præſtantior. Poſtremò, ſi nil eſt principium demonſtrationis, quàm uniuerſa propoſitio medio carens, accipitur autē in aiente probatione affirmans talis propoſitio, in inficiante autem negans: & affirmans negante prior eſt & notior: ac notior quidem, eo quòd confirmandis negationibus affirmationes adhibentur: prior uerò, quoniam eſſe prius eſt quàm nō eſſe: ex ijs profectò efficitur neceſſariò, certiora præſtantioraque eſſe affirmantis quàm negantis demonſtrationis principia. At enim quæ melioribus utitur initijs, eam non modò meliorem eſſe neceſſe eſt, ſed etiam ad ipſorum principiorum naturam magis accedere, hoc ipſo q, non poteſt negans ſine affirmante conſtare.

Demonſtrationem negātem, quæ ſimpliciter ac directò probat, ei præſtare quæ ad incōmodū ducit.

CAPVT XXII.

QVoniam autem longè præſtat demonſtratio affirmans neganti, perſpicuum etiam eſt, ab illa eadem longè ſuperari probationem quæ aduerſarium urget incommodo. In primis autem quid hæc probatio differat ab ea A quæ ad fidem directò pertinet, intelligendum eſt. nam cum ita conficitur ratiocinatio, nullum b eſt a, omne c eſt b, nullum igitur c eſt a: tum eſt directa huius negationis, nullum c eſt a, probatio. Quæ uerò ad incommodum ducit, hunc in modum conficietur. Eſto hoc propoſitum ad oſtendendum, nullum b eſt a. ut id oſtendam, ego contrà accipiam, omne b eſſe a: tum aſſumam, omne c eſt b: ex quo efficietur, omne c eſſe a. Quę concluſio quoniam perſpicuè falſa eſt, fieriquè id non poſſe quod ait, omnium opinione confirmatum eſt, propterea ego ad extremum concludo, non fuiſſe ueram illam propoſitionem, omne b eſt a. Nam ſi illam aſſumptionē omne c eſt b, uerā eſſe certum eſt, ac conceſſum: fieri omnino nō poteſt, ut uera ſit propoſitio, omne b eſt a. Ac uerborum quidem ſimplicium ex quibus utræque conſtant, collocatione non diſtinguuntur: ſed in eo tantum cernitur diſcrimen, utra ex duabus negantibus propoſitionibus notior eſſe ponatur, illane quæ dicit nullum b eſſe a, an quæ nullum c eſſe a? nam ſi id apertius eſt non eſſe, quod hac concluſione pronunciatur, erit demonſtratio per abſurdam conſecutionem docens: ſin illa clarior eſt quæ in ratiocinatione propoſitionis loco accipitur, erit directa rei probatio. Atqui naturæ ordine prius eſt, nullū b eſſe a, quàm nullum c eſſe a: quandoquidem ea ſemper priora ſunt complexione, ex quibus ipſa complexio efficitur. Eſt autem hæc, nullum c eſt a, complexio: illa autem, nullum b eſt a, propoſitio, ex qua hæc conficitur concluſio. Neque enim quoquo B modo ex alijs reprehendatur ac refellatur quippiam, id ſtatim ita accipi debet, ut hæc ſemper concluſio cenſeatur, illæ ſumptiones, ex quibus ęfficiatur illa complexio, appellentur. Sed ea demum ſunt ex quibus aliquid concludi propriè dicitur, quæ in aliqua ratiocinatione ita accipiuntur, ut aut quaſi pars poſt totum, aut contrà poſt partem totum, ante complexionem ſumptum ſit. Duæ autē illæ propoſitiones a b & a c, nō ſic ſunt inter ſe affectæ. Quocirca ſi præſtantior eſt quæ ex apertiorib. ac prioribus conſtat, ualeant autem illæ quidem utræque negantes demonſtrationes ad fidem faciendam, ſed una ex prioribus, altera ex poſterioribus conficiatur: illud profectò neceſſe erit, ut demonſtratio negans, quæ ſimpliciter ac directò rem probat, ea ſit accuratior, quæ ad incōmodum ducit. Vnde perſpicuum eſt, quia omni negante præſtantior eſt affirmans demonſtratio, longè præſtare ipſam affirmantem, omni, qua per incommoda res docetur, demonſtrationi.

CAPVT XXIII.

Comparat inter ſe ſcientias, & eam quæ una ſit, certiorē eſſe ijs quæ inter ſe diuerſæ ſunt, oſtendit.

PRoximum eſt, ut ſcientiam cum ſcientia cōparemus. Ac primùm illa eſt accuratior ac prior, qua ſimul & quòd res ſit, & cur ſit, nō autem quòd ſit tantum percipitur, quàm ſi qua ſit, qua rei tantum cauſa cognoſcatur. Deinde illa ſemper eſt certior, quæ in eo ſubiecto uerſatur, quod eſt omnino à ſenſuum iudicio diſiunctum, quàm quæ in re uerſatur ad ſenſum maximè accommodata, ut arithmetica quàm muſica ſubtilior eſt ac certior. Poſtremò accuratior eſt,

quæ

quæ ſimplicioribos elementis conſtat, ea cuius elementa non niſi ex aliqua adiectione intelligõtur. qua ratione geometriæ præſtat arithmerica. Quid autẽ ex adiectione appellauerim, hoc exẽplo inrelligi poreſt. Vnitas enim natura quædã eſt, quæ nuſquã poſira, per ſe ſpectarur: punctum aurem ſubſtantia quædã eſt, quæ ſitu quodam ſuo intelligitur: quod nos ſuprà appellauim⁹ ex adiunctione.

Vna quæ dicatur.

Vna ſcienria eſt, quæ in uno quodã genere uerſatur, earũ rerum quæ ex iiſdẽ primis initijs conſtare cernuntur: quorum initiorũ ſunt partes, aut affectiones ſunt illa quæ per ſe conuenire illi generi conſpiciuntur.

Diuerſæ.

Diuerſæ aũt ſunt, quarum principia nec eadem ſunt, nec alis ſub alijs continentur. Has uerò diuerſas eſſe ſcientias, quas dicimus, ijs conſtare poterit, qui ad prima uſque principia regrediendo peruenerint. illa enim ad idẽ genus pertinere debent, ad quod ea, quæ demonſtratione concluduntur: ut uel hoc argumento perſpici poteſt, quòd ea ipſa quę ex ijs principijs probantur, neceſſe eſt omnia eiuſdem eſſe generis, ſummaq; naturæ ſocietate inter ſe coniuncta. Iam fieri poteſt ut ad eandem rem probandam adhibeantur plures demonſtrationes, non ſolum ſi ex eodem quidem ordine, ſed non deinceps ac continenter ſumantur media, cuius generis ſunt media inter a & b, c d & e: ſed etiam ſi ex alia quadam ſerie rerum accipiatur mediũ. Exẽpli gratia, ſit a agitari, d uerò moueri, b uoluptate affici. Ac rurſus ſit e tranquillari. Verum igitur eſt, & omne d eſſe a, & omne b eſſe d. Quicquid enim mouetur, agitatur: qui autem uoluptate finitur, mouetur. Et rurſus uerũ

B eſt, omne e eſſe a, & omne b eſſe e. omnis enim qui tranquillatur, etiamnũ in agitatione eſt: qui autẽ uoluptatib. fruitur, tranquillatur. Itaq; per diuerſa media, quorũ non ponitur unum ſub altero, ſed ad diuerſas rerũ ſeries pertinent, ratiocinatione effecta eſt hæc una concluſio. Verùm intelligendum eſt, ea media non tam poſſe eſſe diuerſa, ut alterũ alteri nullo modo conuenire poſſit: quandoquidem eidem alicui ambo conueni re conſpiciuntur. Videndum porrò eſt etiam in alijs figuris, quàm multæ de eadem re ratiocinatio oes fieri poſſunt.

CAPVT XXIIII.

Ex fortuitis nullã oriri demonſtratione ſcientiam: neq; ex ſenſuũ functione.

EOrum autem quæ caſa, aut forte fortuna fiunt, nulla poteſt eſſe quæ ex euidenti probatione oriatur ſcientia. Neq; enim neceſſarium eſt, neque plerunq; ita fit, quòd fortuitò euenit: ſed in alio rerum genere, quod eſt præter hæc duo, euenta fortunę collocantur. Omnis autem demonſtratio ex altero illorum conſtat. Nã omnis qua quippiã demonſtratur probatio, conſtat propoſitionibus aut omnino neceſſarijs, aut quæ plerunque ita fiunt. Ac ſi quidem neceſſarię ſumptiones ſint, neceſſaria eſt complexio: ſin ex ijs ſunt quæ plerunque eueniunt, talis etiam futura eſt concluſio. Quare ſi quod caſu & fortuitò fit, nec ſemper, nec plerunq; ita fit, non poterit illius ulla eſſe euidens probatio.

Per ſenſum nõ oritur ſcientia.

Ac ne per ſenſum quidem ulla oritur ſcientia. quãquam enim uniuerſæ cuiuſdam rei, ac non ſingularis ſit ſenſus, quæ tamen res actu ſentitur, eam neceſſe eſt

A non modò ſingularem eſſe, ſed & certo quodam loco & tempore definitam. ipſum autem genus uniuerſum, quod in omnibus rebus ſingulis cõtinetur, ſenſu percipi nullo modo poteſt: quandoquidem non ſit certo quodam loco ac tempore definitum: aut certè uniuerſa res non eſſet. Nã quod ſemper eſt & ubique, hoc eſt quod uniuerſum genus appellamus. Quando igitur uniuerſarum rerum ſunt demonſtrationes, quas non poſſumus ſenſu percipere, perſpicuum eſt, nos ſola ſenſuum perceptione non poſſe cuiuſquam rei ſcientiam aſſequi. Qui etiam illud planum eſt, tametſi ſenſu percipi poſſet, triangulũ habere tres angulos pares duobus rectis, nihilominus huius rei nos demonſtrationem requiſituros: nec eam (quod aliqui affirmant) adhuc ſciremus. Quod enim ſenſu accipitur, ſingulare eſt, omnis autem ſcientia in rei uniuerſæ cognitione poſita eſt. Quo fit, ut ſi ſupra lunam poſiti, obiectam terram uideremus, nondum tamen cauſam defectionis intelligeremus. Quanquam enim tum lunam deficere ſentiremus, tamen non omnino quamobrẽ deficiat intelligeremus: quandoquidem ſenſu non percipitur genus uniuerſum. Illud tamen fieri poteſt, ut quia idem illud ſæpius euenire conſpeximus, inuento tandem uniuerſo genere, rei demonſtrationem aſſequamur. Sic enim ex multis rebus ſingulis, totum genus manifeſtum fieri ſolet. Eſt porrò genus uniuerſum uel hoc nomine plurimi faciendum, quòd cauſam rei complectitur ac declarat. Quate earum rerum quæ ſub ſcientiam cadunt, uni-

B uerſa cognitio eſt præſtantior omni ſenſuũ perceptione: imò uerò & omni alia cognitione animi, ſi modò earum rerum ſit quæ cauſam aliquã habent. nam de principiorum cognitione alia ratio eſt. Planum igitur ex ijs eſt, in ſentiendo non eſſe poſitam rei quę demonſtrari poteſt ſcientiã: niſi id quiſquam fateri uelit, nil aliud eſſe ſenſib. percipere, quàm ſcientiam cuiuſque rei per demonſtrationem conſequi. Veruntamen quædam quæſtiones ſunt, quarum obſcuritas ac dubitatio confertur ad ſenſuum defectionem, & infirmitatem. Quædã enim ſunt, quæ ſi oculis cernere poſſemus, nunquã dubitaremus: non quòd rem oculis perſpicere, ſit ſcire, ſed quoniã ex oculorum ſenſu oritur uniuerſi generis conformatio. ueluti ſi tantum oculi ualerent, ut minimos uitri meatus, tranſmiſſumq; per illos lumen cernere poſſent, id nobis apertiſsimum eſſet quamobrem luceat uitrum, propterea quòd uidentes in alio atq; alio uitro ita rem habere, communẽ notionem ſtatim efficeremus, eſſe omnium eandem rationem.

CAPVT XXV.

Eadẽ initia omnium ratiocinationum eſſe nõ poſſe.

SEquitur ut oſtendamus, non poſſe eſſe omnium ratiocinationum eadem initia. Ac primùm logicè iſta conſideranti, ſic probari poteſt: Omnis ratiocinatio aut uera aut falſa eſt: quamuis enim ex falſis uerum efficiatur, id tamẽ non pluſquam ſemel, unaq; concluſione euenire poteſt. ueluti ſi uera ſit hæc concluſio, omne c eſt a, medium autem b falſum, cũ nec uerũ ſit omne b eſſe a, nec omne c eſſe b: uelit autem rurſus quiſpiam has propoſitiones alio quodã medio

concludere, fieri non poterit quin falſæ ſint quæ hic accipientur ſumptiones, eo quòd falſa cõcluſio non niſi ex falſis efficitur: ex ueris autem, ſemper uera. At enim uera à falſis maximè diſtinguũtur. Deinde uerò ne ipſa quidem falſa carent aliquo inter ſe diſcrimine: falſo enim de ſe inuicem enunciantur, tum quæ aduerſa ſunt, tum quę ita ſunt repugnantia, ut omnino conuenire inter ſe non poſsint. ut, iuſticiam eſſe iniuſticiam falſum eſt, aut ignauiam: & hominem eſſe equũ aut bouem, & quod æquale eſt, aut maius eſſe aut minus. At ſi ea tantum quæ ad hoc noſtrum inſtitutum pertinent, ſpectare uelimus, hunc in modum oſtendetur, ne eorum quidem quæ uera ſunt, omnium eadem eſſe principia. Multa enim ſunt, quorum principia cum genere diuerſa ſint, nullo modo inter ſe cõuenire poſſunt. Cuiuſmodi ſunt, unitates & puncta, quæ quomodo conuenire poſſunt, cum illæ nullum ſitum habeant, hæc niſi alicubi ſita intelligi non poſsint? Nam ſi conuenire poſsint, & demonſtrandis alijs alia accommodari, neceſſe eſt ita applicentur, ut aut in medio ſita ſint eorum quæ demonſtrantur, aut ſupra, aut infra, aut certè partim intra extrema, partim extra ipſa. Sed nec ex communibus principijs aliqua eſſe poſſunt, ex quibus omnia

Cõmunia principia. demonſtrentur. Communia autem initia appello, quale eſt illud, In quacunq; re aut affirmatio aut negatio uera. Genera enim eorum quæ ſunt, diuerſa ſunt: & in quantitate & qualitate ſemper ſunt aliqua, quæ eorum generũ propria ſunt: quibus acceptis, ac deinde ſimul adiectis communibus, omnes conſtant demonſtrationes. Iã uerò non multo pauciora ſunt principia, quàm B concluſiones: nihil enim ſunt principia quàm propoſitiones illæ, quæ connectuntur ex uerbi medij uaria collocatione, quod interdum extra extrema accipitur, interdum inter extrema inijcitur. Adde, quòd concluſiones in immenſum excreſcere poſſunt, cum interim extrema finito certoque ſint numero. Denique principiorum alia ſunt neceſſaria, alia in rebus contingentibus cernuntur. Qui igitur his rationibus iſta examinauerit, facilè uidebit fieri omnino non poſſe, ut ſint omnium eadem principia certo quodam numero comprehenſa, ſi ſint innumerabiles concluſiones.

Quæſtio. At uerò ſi quis hoc de quo agitur, effatum aliter interpretetur, ut dicat eſſe quædam uniuerſæ geometriæ communia principia, alia quæ eadem omnibus numeris conueniunt, tum deinde alia quæ medicinæ ſunt accommodata: quid quæſo hoc aliud eſt, quàm dicere, ſingulis ſcientijs ſua quædam eſſe ac propria principia?

Solutio. Quid uerò magis ridiculum eſt, quàm ob id dicere omnium ſcientiarum eadem eſſe principia, quòd unaquæque ſcientia ſua quædam habet principia, quæ ſecum ipſa conueniunt, idemque ſunt? poſſunt enim hac ratione omnia eadem appellari. Sed ne id quidẽ dici poteſt, nil aliud eſſe, eadem omnium principia quærere, quàm uelle omnia principia ad quamuis rem demonſtrandam ualere. Nam quid hoc abſurdius? neque enim id in ijs ſcientijs quæ adhuc inuentæ & cognitæ nobis ſunt, fieri uidemus: neque omnino

Principia. id fieri poteſt in diſſolutione. Principia enim nil A ſunt aliud quàm propoſitiones immediatę. Semper autem alia atque alia efficitur concluſio, quã do diuerſæ propoſitiones immediatæ accipiuntur. Quòd ſi hic dicat quiſpiam, primas propoſitiones immediatas eſſe ipſa quæ eadem eſſe dicũtur principia, ne id quidem uerum eſſe poterit: quandoquidem uniuſcuiuſque generis una eſt huiuſmodi propoſitio. Si igitur non poſsit effatum hoc, de quo agitur, ita accipi, ut ad demonſtrandum quoduis, omnia principia ex ęquo accommodari poſsint & debeant: néc rurſus illo modo intelligi, ut nil dicatur niſi prout ſunt diuerſæ ſingulæ ſcientię, ita diuerſa eſſe principia: relinquitur ut uideamus poſsitne in eam ſententiam conferri, ut omnium ſcientiarum principia dicantur eſſe cognata, & naturę quadam coniunctione conſociata: ſed tamen hæc illis probãdis eſſe aptiora, itemq; alia alijs. Atqui perſpicuũ iam eſt, ne id quidem fieri poſſe. Suprà enim demonſtratum eſt, rerum genere diuerſarũ eſſe diuerſa genere principia. Sunt enim duo principiorum genera. alia ſunt, ex quibus cõcluſiones efficiuntur: alia, quæ ſunt ipſæ res, in quibus uerſatur ſcientia: & ſunt illa quidem ex quibus communia, hæc uerò in quibus ſemper ſunt propria: quomodo uidemus numerum, rem eſſe omnino à magnitudine diſtinctam.

CAPVT XXVI.

Quomodo ſcientia & ſcibile, ab opiniõe & opinabili differant.

SCientia, & res quæ ſub ſcientiam cadit, differt ab opinione, & re opinabili: quòd in rebus uniuerſis, ijsq; neceſſarijs cernitur ſcientia. neceſſaria autem hic dicũtur, quæ ſe aliter habere non poſſunt. Sunt porrò aliqua quę & ſunt B in rerum natura, & uera ſunt, quæ tamen aliter atque ſunt, eſſe poſſunt. Planum autem eſt, in ijs non uerſari ſcientiam, alioqui quæ omnino aliter eſſe nõ poſſent atq; ſunt, ſecus eſſe poſſent atque ſunt. Sed nec intelligentia in ijs cerni poteſt. Intelligentiam enim appello, primam omnis ſcientiæ originem. Neq; uerò certiſsima illa, quæ citra ullã demonſtrationem acquiritur ſcientia in illis uerſatur. Ego uerò ſcientiam hanc appello, perceptionẽ illarum propoſitionũ quę nullo medio cõfirmari poſſunt. Atqui omnes habitus, quibus uera noſcuntur, ſunt intelligentia, ſciẽtia, opinio: & quæ ab ijs cognominata ſunt, res ipſæ ſunt, quę uerè ab ijs percipiuntur. Reſtat igitur, ut opinio in ueris quidem aut falſis cernatur, ſed quę aliter atq; ſunt eſſe poſſunt: ita ut opinio nihil ſit aliud, quã propoſitionis nullo certo argumẽto confirmatæ cõprehenſio nõ neceſſaria. qđ aũt de opinione dixi, id cõſentaneum eſt ijs quæ in opinãdo uſuuenire cõſpiciuntur. Eſt enim infirma ſemper atq; incerta opinio: uisq; ac natura ipſius in hac infirma aſſenſione cõtinetur. His accedit, quòd nemo ſe dicit opinari, ſed planè ſcire, cum exiſtimat non poſſe rem aliter habere: ſin ita ſentiat eſſe quippiam, ut nihilominus poſſe aliter eſſe exiſtimet, tũ ſe opinari dicit: quaſi in huiuſmodi rebus incertis cerni opinionẽ indicans, in certis autem ac neceſſarijs ſcientiã. Exiſtit au- *Quæſtio.* rem hoc loco quęſtio, quomodo non eadem res ſit, quã opinamur & quã ſcimus, & cur non idem ſint opinio & ſciẽtia, ſi nil eſt quod quis ſcire poſſit, de quo opinio etiã eſſe non queat. Num enim

quemadmo-

quemadmodum ſciens,ita opinator, media ſingula eouſq; perſequetur,dum ad prima medioq; carentia proloquia deueniat? Hic uerò quid eſt cur ob eá cauſam ille ſciat, hic opinator neſciat? neque eoim opinio tantum uerſatur in putandò quòd res ſit,ſed etiam quamobrem res ſit opinabile eſt,quod nil eſt quàm medium. An ſi quis ita conceperit aoimo ea quæ per ſe neceſſaria ſunt, nec aliter babere poſſunt, ut etiam reneat ipſas definitiones, ex quibus demonſtrationes conficiuntur,ao inquàm non illa tum opinatio,ſed ſcientia erit? Sin uera illa quidem eſſe exiſtimet,ſed non ita hæc illis conuenire,ut in eſſentia ac natura rei contineantur, atque adeò per ipſam rei formam,tum opinabitur,non uerè ſciet? Et quidem quòd rea ſit, & quamobrem ſit, opinabitur,ſi nata ſit opinio ex quibuſdam propoſitionibus immediatis: at ſi oon ex immediatis,tantum quòd

Scientia & opinio non ſunt eiuſdem rei.

res ſit,opinio erit. Neque uerò eiuſdem omnino rei ſunt opinio & ſcientia,ſed ut uera & falſa opinio,dicuntur quodammodo eiuſdem rei eſſe,ita in eadem re uerſari opinionem & ſcientiam intelligendum eſt. Dicere enim ueram & falſam opioionem in eadem omnino re uerſari,quemadmodum uolunt quidam, id tom multis alijs incommodia quæ ex eo ſequuntor refelli poteſt: tum quia illud,quod ualde abſurdum eſt, ſequitur,nõ opinari nos quæ falſa opinamur. Sed quoniam ambiguum eſt & multiplex hoc uerbum, idem proprerea ſit ut una ſignificatione eiuſdem eſſe rectè dicantur,alrera uerò rectè negeotur. Nã diametrum conuenire, comparabilemque eſſe cum latere, uerè eſſe opinabile, id abſurdum eſt: hoc tamen ipſo quòd eadem eſt diametrus, de qua ſunt utræque opiniones, de eadem re utranque opinionem eſſe dicimus: cum ratio quid utrunque ſit oſtendens, ſit diuerſa. Simili modo eiuſdem rei eſſe dicuntur opinio & ſcientia. Hęc enim ita animal cognoſcit, ut nõ poſsit oon eſſa animal: illa uerò, ut ſecus eſſe poſsit, perinde ac ſi una eſſet in homine, quia homo eſt: altera autem in homine etiam, ſed non hoc ipſo quòd homo eſt. Hæc enim idem ſunt, hoc ipſo quòd homo unum aliquid eſt,in quo utraque cernuntur, ratio autem eſt diuerſa. Perſpicuum autem ex ijs eſt,nil eſſe quod ſimul ſub opinionem ac ſcientiam cadere poſsit. alioqui ſimul animo concipiemus, poſſe aliquid aliter eſſe atque eſt, & nõ poſſe: quod omnino fieri nõ poteſt. Nam ut alio atqoe alio tempore, in rem eandem cadat utraque,fieri poteſt,quemadmodum etiam paulo ante dictum eſt. At ut eodem tempore id fiat,omnino eſt à ratione alienũ. Si enim exiſtimaret quiſpiam, homĩoẽ (uerbi gratia) eſſe idipſum quod animal (oam hoc idem eſt, quod non poſſe eſſe non animal) & ſimul noo eſſe id ipſum quod animal. accipiatur enim hoc,pro eo quod eſt,accidere homini ut ſit animal. Reliqua autem quæ præter opinabilia ſuperſunt, quomodo ſiot diſtribuenda, ut partim ad excogitandi uim pertineaot, partim ad intelligenriam, partim ad ſcientiam, partim ad arrem, partim ad prudentiam, partim ad ſapientiam: hęc in quã diſtributio,ex parte una ad Phyſicen pertinet,ex altera ad eam philoſophiæ partem,quæ eſt de moribus.

CAPVT XXVII.

Solertia quid.

SOlertia uerò eſt perſpicacitas quædam, per quam cuiuſq; rei medium & cauſa nobis ſtatim occurrit. ueluti ſi quis uidens,ſemper lucidam partem lunæ ad ſolẽ eſſe coouerſam, continuò excogitaret cur ita ſit: nempe quòd luna ſolis lumine illuſtratur. Aut ſi quis cum diuite aliquo colloquentem uideat alium,confeſtim iudicet,peti mutuam pecuniam. Aut ob id contractam eſſe inrer aliquos nouam amicitiam, quoniam communem inimicum habere cœperunt. Nã qui medias cauſas perſpicit, ſtatim extrema cognoſcit. Eſto a, lucidam lunæ partem conuerſam eſſe ad ſolem: b uerò, accẽdi à ſole: c luna. Cõuenit igitur c lunæ ipſum b, quod eſt accendi à ſole. & omne b eſt a: hoc eſt, à quo lucem accipit quicquam, ad id conuerſum eſſe oportet. quare ipſi c conueniet a, per medium b.



DE DEMONSTRATIONE, SIVE DE SECVNDA

parte ἀναλυτικῶν, Liber ſecundus.

CAPVT I.

Quatuor eſſe quæſtionũ genera, totidẽ rerum quæ ſciuntur.

QVęſtioonm tot ſunt,quot rerum quæ ſciuntur,genera. Quatuor autẽ generibus continentur omnes quæſtiones, An ita ſit, cur ita ſit, ſit nec oe, & quid ſit. Cum eoim quęrimus,ſitne hoc an illud non io uerbo ſimplici, ſed cõiuncto iam aliquo uerborum numero, uerbi graria, ao ſol deficiat an non,tum ſit quęſtio,an ita ſit: quam tum Quale ſit,tum quæſtionem cooſecutionis appellare latinè poſſumus. Quod autem ſic res habeat, argumento eſt, quòd ſtatim ubi inuenimus deficere ſolem,conquieſcimos: & ſi iam ab initio ſciremus deficere ſolem, non quærcremus an ita ſit. Poſtquam autem quòd ita ſit cognouimus, proximum eſt ot quamobrem ita ſit inueſtigemus. ut poſtquam ſcimus aut ſolem deficere, aut terræ motum fieri, tum deinde quærimus quã ob cauſam deficiat, & quæ ſit terrę motus cauſa. Atque illę quidem quæſtiooes, huiuſmodi ſuot. Aliæ aurem ſunt, in quibus quærendi ratio eſt diuerſa. ueluri, ſint oecne centauri, aut dij. Hic autẽ eum quæritur, ſit oec oe, in uerbo ſimplici quæſtionem accipi uolo, non autem coniunctè, ſit ne albus quiſpiam, ao non. Poſtquam autem eſſe rẽ nobis compertum eſt, illud proximè ſequitur, ut quæratur quid ſit. uerbi cauſa, quid Deus ſit, aut quid ſit homo. Quęſtionum igitur, & rerum quę per quęſtiooem inueniuntur ac percipiuotur, genera tot & talia ſunt, quot & qualia diximus.

CAPVT II.

Omnem quæſtionẽ eſſe medij.

CVm autem quæritur aut quale ſit, aut ſimpliciter ſit nec ne, tum nil quæritur niſi an aliquod mediũ ſit, an minus, quo utrunq; eorũ oſteodatur. Poſtquam aũt intelligimus tale eſſe (id q, in parre aliqua eorũ quę ſunr cernitur) aut omnino cohærere in rerũ natura (qua quæſtione nõ, ſit ne res aliqua hoc aut illud, ſed ſimpliciter ſit necne quæritur) ruſus quærimus,

aut

aut cur tale ſit, aut quid ſit: quibus quæſtionibus nil quæritur niſi quodnam ſit ipſum medium. Ego uerò quod ſuprà dixi quæſtiones, an ita ſit, & an ſit, in parte & ſimpliciter quęrere, ſic interpretor, ut ſit in aliqua parte quærere, ueluti ſi, an luna deficiat aut accreſcat, quæratur. in huiuſmodi enim quæſtionibus non an ſit omnino, ſed an ſit hoc aut illud quæritur. Simpliciter autem eſt, cũ ita quæritur, ſit necne luna, ſitne nox an non. In omnibus igitur quæſtionibus id uſuuenit, nil aliud inueſtigari, quàm aut ſitne mediũ, aut quódnam illud ſit. Etenim cauſa & mediũ idem ſunt. in omnibus autem quæritur cauſa, ueluti cum quæritur an luna deficiat, quid quęſo aliud inueſtigatur, quàm ſitne aliqua defectus cauſa, an nõ? Hanc autem poſtquam eſſe aliquam cognoſcimus, tum quærimus quænám illa ſit. Cauſa enim per quam res eſt, non hoc aut illud, ſed ſimpliciter in rerum natura, itemq; cauſa per quam alicui ſubiecto conuenit attributum aliquod per ſe, aut quoddam accidens, utraq; inquam cauſa medium eſt. Eſſe autẽ id ſimpliciter dico, quod eſt quaſi ſubiectum quoddam, cuiuſmodi eſt luna, ſol, terra, triangulum: eſſe uerò hoc aut illud, eſt, ueluti deficere, æquale eſſe, in medio eſſe aut non eſſe: in ijs enim omnibus perſpicuũ eſt, definitionem quæ docet quid res ſit, & cauſam cur res ſit, eandem eſſe. Exempli cauſa. Quid eſt defectio lunæ? eſt interpoſitu interiectuq; terræ facta lunę obſcuratio. Quamobrem deficit luna? quia lumen eius terræ interpoſitu obſcuratur. Item quid eſt concentus? eſt apta numerorum in graui & acuto ratio. Quam ob cauſam conci- B nunt graue & acutum? eo quòd certam quandã numerorum rationem inter ſe habent acutum & graue. Poſtremò ſi quæratur, poſſintne concinere acutum & graue: hoc quæratur, ſit ne inter hæc numerorum certa affectio: ac poſtquam eſſe quandam intelleximus, tum quænam ſit illa ratio & affectio numerorum quærimus. Quòd uerò omnis quæſtio ad medium pertineat, in ijs rebus quæ ſub ſenſum cadere poſſunt apertiſſimè conſtat: in ijs enim hæc nobis eſt cauſa quærendi, quoniam medium non uidemus. Vt, deficiat necne luna, ob id quærimus, quia ſenſibus id non percipimus. At ſi ſupra lunam eſſemus, tum neutrum quæreremus, neq; an deficiat, neque cur deficiat: ſed utrunque nobis ſtatim eſſet manifeſtum. Ex ſenſu enim uniuerſi generis cõformatio efficeretur. Nam quòd hoc tempore ſit interpoſita terra, quia nunc deficere lunã perſpicuum ſit, hoc eſt quod ſenſus percipit, mox autem ex eo oritur uniuerſi generis notio. Quare noſſe quid ſit, & cur res ſit, idem ſunt, ſicuti diximus: idq; tum locum habet in ijs quæ ſimpliciter ac per ſe ſunt, non alteri inſunt: tum in ijs quę in ſubiecto ſemper aliquo inſunt: cuius generis ſunt, habere tres angulos pares duobus rectis, maius eſſe aut minus. Quòd igitur omnes quæſtiones ad medij inuentionem pertineant, ex ijs quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt.

CAPVT III.

Demonſtratio & definitio, an ſint eiuſdẽ rei.

QVomodo autem quid ſit res, hoc eſt rei definitio, oſtendatur, tum qua ratione in de- A monſtratione locum habeat, deinde quid ſit definitio, poſtremò quæ ſint quæ definitione explicentur, nunc dicendum eſt: ſed prius tota hęc diſputatio probabiliter ac dubiè tractanda. Ac primòm quidem ſumamus exordium ab ea quęſtione quæ maximè accõmodata uidetur, ad ea quæ deinceps ſequuntur intelligenda: quę eſt, an eandem rem eadem ratione per definitionem intelligere poſſimus, quam per demonſtrationem cognoſcimus: an omnino id fieri nõ poſſit. Etenim definitio, quid ſit res quæque declarat: omnia autem quæ quid ſit res oſtendunt, & uniuerſe enũciantur, & non niſi in affirmante proloquio dicũtur. Atqui ratiocinatione ſunt etiam negãtes, & in parte interdum concludunt. ut quæ in ſecunda ſunt figura, omnes ſunt negantes: quæ in tertia, omnes in parte concludunt. Deinde uerò ne omnium quidem affirmationum, quæ in prima figura concluduntur, definitio eſſe poteſt: ueluti huius, triangulum omne habere tres angulos pares duobus rectis. Huius autem rei hęc ratio eſt, quòd ſcire rem quæ demonſtrari poteſt, nil eſt quàm eam rem per demonſtrationem cognoſcere. Quare ſi eſt earum rerũ demonſtratio, ſtatim efficitur non eſſe earundem definitionem requirendam: alioqui nos per definitionem eas res ſciremus, non per demõſtrationem: quandoquidẽ fieri poſſit, ut ſeorſum à demonſtratione definitionem percipiamus.

Definitio quid I.

Satis porrò ad faciendam huius rei fidẽ ualere inductio poterit. nunquam enim earum rerum quæ aut per ſe inſunt, aut alteri accidunt, perfectam ſcientiã quiſquã aſſecutus eſt per ſolam definitionem. Iam uerò definitio eſt, ſubſtantiæ ac naturæ declaratio: illa autẽ, perſpicuum eſt non eſſe ſubſtantias.

Definitio quid. II.

Quòd igitur non poſſit in quã rem cadit demonſtratio, etiam definitio cadere, dictum eſt. Sequitur nunc alia quæſtio. An in quãcunq; rem cadit definitio, poſſit etiam cadere demonſtratio, an potius id fieri non poſſit? Ac huius quidẽ rei hæc una ratio eſt, quòd unius rei hoc ipſo quòd una ſit, una eſt ſcientia. Quare ſi ſcire rẽ quę demonſtratione cõfirmari poteſt, nil eſt quàm per demonſtrationem rei aſſequi cognitionem, hic rurſus idem incõmodũ efficietur. Nam qui rei definitionẽ tenebit, citra demonſtrationem rem ſciet, quæ demonſtratione probari poteſt. Deinde principia demonſtrationum ſunt definitiones: illorum autem nullã eſſe demonſtrationem, ſuprà probatum eſt. Aut enim dicendum eſt, demonſtratione confirmari principia, & principiorum alia rurſus eſſe principia, atq; ita nos in infinitum poſſe regredi: aut fatendum, prima cuiuſq; artis initia eſſe definitiones, quæ citra ullam demonſtrationem intelligãtur. Sed quoniam non poteſt omnis res pariter ſub utrunq; cadere, nũquid in quibuſdam rebus id euenire poteſt, ut pariter in eas cadant definitio & demonſtratio? An potius ne id quidem fieri poteſt? Ad quam enim rem definitiones adhibentur, ad eam demonſtrationes non conferũtur: ſiquidẽ omnis definitio eò pertinet, ut quid res ſit, atq; eſſentiam declaret: demonſtrationes autem omnes non quid res ſit cõcludunt, ſed ante demonſtrationem id poſitum ac perceptũ eſſe debet. Sicuti in mathematicis uidemus ſtatim

initiò

initiò accipi quid ſit unitas, quid impar, & huius generis alia. Iam uerò quod ſub demonſtrationẽ cadit, propoſitio eſt, in qua alterum de altero dicitur: eorum aũt quę in definitione continentur, nuqũam alterum de altero enũciatur. uerbi cauſa, nec animal da bipede, nec uiciſsim bipes de animali enunciatur. Item figura de plano non dicitur: quandoquidem nec planum figuram eſſe, nec figuram planum ipſum eſſe, uerũ ſit. Præterea aliud eſt quid ſit, aliud quòd res ſit oſtẽdere: definitio autem quid res ſit declarat, demonſtratio uerò ſemper unum alteri conuenire aut non conuenire oſtendit. Et ut res ſunt diuerſæ, ita ſemper eſt alia atq; alia demonſtratio, niſi alterũ ſit affectum ad alterum, ut pars quædam ad totum. Ego uerò hanc partis ad totum affectionẽ ſic interpretor. exempli cauſa, poſtquam oſtenſum eſt omne triangulũ habere tres angulos pares duobus rectis, non alia requiritur demonſtratio, qua id iſoſceli conuenire oſtẽdatur, eo quòd hæc pars eſt, illud totum. Atqui non ſic affecta ſunt inter ſe iſta duo, quid ſit, & quòd ſit, nec unum pars eſt alterius. Perſpicuum igitur eſt, nec omne quod definitur poſſe demonſtrari, nec cõtrà omne quod demonſtratur poſſe definiri. Vnde fit, ut in rem eandem nunquam utraque cadere poſsint. Ex quo planum eſt, nec definitionem & demonſtrationem idem eſſe, nec alterũ in altero quaſi partem in toto contineri, quando quidem neceſſe eſſet, ſi illo modo affectæ eſſent inter ſe definitio & demonſtratio, ut etiam res illis ſubiectæ eodem ſe modo reſpicerent. Atque illæ quidem quæſtiones hactenus ſatis agitatæ ſunt.

Aliud eſt quid ſit, aliud quod res ſit.

CAPVT IIII.

Syllogiſmo duplicante nõ demõſtrari quid eſt, de eo cuius eſt: id eſt, quæſtionem definitionis, definitione eiuſdẽ rei demõſtrari nõ poſſe.

NVnc ſequitur ut quęramus, an quid ſit res, poſsit ratiocinatione, adeoq; demonſtratione concludi: an potius, quemadmodũ hæ quæ paulo antè poſitę ſunt rationes oſtendebant, id fieri omnino non poſsit. Omnis enim ratiocinatio unum alteri conuenire, per medium oſtendit. Omnis autem definitio, eſt rei quæ definitur propria, & in quæſtione qua quæritur qd res ſit, dicitur. Ea uerò quæ huius generis ſunt, neceſſe eſt omnia uiciſsim retrò commeare. Nã ſi a extremum maius, proprium eſt minori c, neceſſe eſt ut etiam ſit idem a proprium medio b, itemq́ue b proprium ipſi c, atq; ita uiciſsim omnia reciprocentur. Atqui ſi ita conueniat a ipſi b ut ſit eius definitio, itemq́ue b ipſi c ut eius etiam definitio ſit, neceſſe erit a ipſi c ita conuenire, ut quid ſit declaret. Quòd ſi ſumerentur propoſitiones citra illam geminationem, id non poſſet concludi, a ita ineſſe ipſi c, ut in quæſtione quid eſt dicatur. Sed nec ſi propoſitio, Omne b eſt a, illam adiectionem ut definitio, habeat: in aſſumptione autem, Omne c eſt b, omittatur. At ſi in ſumptionibus utriſque ſumatur illa adiectio, ut & definitio, iam igitur in ipſa aſſumptione acceptum erit, b definitionem eſſe ipſius c. Itaque ſi utraque ſumptione accipiatur definitio, & quid res ſit oſtendens oratio, iam ante concluſionem in ipſo medio definitio, quæ quærebatur, accepta erit. Ac ut paucis abſoluam, ponamus, uerbi gratia, demonſtrari poſſe quid homo ſit,

A atque eſto c homo, a autem definitio, animal bipes, aut alia quæuis. ut igitur id tandem ratiocinatione concludatur, neceſſe eſt in omni b ineſſe a: medium autem uerbum eſt alia quædam definitio, quare etiam illa quid homo ſit indicabit. in aſſumptione igitur, id ipſum quod demonſtrãdum erat, accipitur: b enim eſt hominis definitio. Sed ut id apertiſsimè fieri uideatur quod dico, ſumendæ ſunt duæ propoſitiones primæ & immediatæ. Qui igitur ex eo uolunt oſtendere quid anima ſit, aut quid homo, quòd reciprocari inter ſe duas quaſdam orationes conſpiciunt, id ipſum quod a principio quærebatur, ad probandum accipiunt. exempli cauſa, ſi quis oſtendere uelit animum eſſe id quod ſibi ipſum uitæ eſt cauſa, ex eo quòd eſt numerus ſeipſum mouens, priuſquam id efficiat quod uult, neceſſe eſt ut antè poſtulet, animo ita conuenire numerum ſeipſum mouentem, ut cum animo idem ſit: atque ita idem, ut definitio ſit. neque enim ſi quoquo modo conueniat a ipſi b, & b ipſi c, ad extremum efficietur a ita conuenire ipſi c, ut eius definitio ſit: ſed id modò cõcludetur, uerum eſſe, omne c eſſe a. Sed nec concluſio huiuſmodi efficietur, etiamſi in omni b ita dicatur a, ut uerũ ſit, b eſſe id ipſum quod a. in homine enim ita uidemus animal dici, ut animal eſſe homini rectè attribuatur: quandoquidem non minus uera ſit hoc modo enunciatio, eſſe hominem eſt eſſe animal, quàm illo, omnis homo eſt animal: attamen non ita conuenit animal homini, ut una eademq́ue res ſit homo, atque animal. Ergo niſi illo quo diximus modo ſumptiones accipiantur,
B nunquam effici poterit, ita conuenire a ipſi c, ut ea ſit eius definitio atque eſſentia. At ſi tales ſint quales uolumus ſumptiones: iam, antequam ad cõcluſionem perueniatur, in aſſumptione, b eſſe definitionem ipſius c, acceptum erit. Itaque non erit illa demonſtratio: quandoquidem id ipſum quod ab initio in quæſtione poſitum eſt, in probando accipitur.

CAPVT V.

Diuiſione definitionis quæſtionem ratiocinando concludi non poſſe.

NEque uerò illa probandi ratio quæ per diuiſiones abſoluitur, ad demonſtrandum ualet, ſicuti eo loco diximus, ubi de diſſolutione figuratum egimus: quia non ita ex alijs alia conficiantur, ut concluſionem, quia ſuerunt ante poſitæ ſumptiones, eſſe concludamus. Sed hac uia non magis res demõſtratur, quàm quum inductione aliquid oſtenditur. neq; enim cum res demonſtratur, interroganda eſt, perinde atque propoſitiones, ipſa concluſio. neque ob eam cauſam rem eſſe oportet, quia admiſſum eſt ita eſſe: ſed ex ſumptionibus efficienda eſt neceſſariò cõcluſio, etiamſi is qui cum diſputatur, non admittat. Verbi cauſa, nunquid homo aut animal eſt, aut inanimal? tum ex hac interrogatione ſumitur, non autem neceſſariò concluditur, hominẽ eſſe animal. Deinde num ſit omne animal aut terrenum, aut aquatile? hic etiam accipitur, non probatur, terrenum eſſe. Ad extremum autem, de homine coniunctim dici animal terrenum, non neceſſariò ex antepoſitis conficitur, ſed id quoq; concedi à reſpondente, itaq; accipi oportet. Quod uerò hic in duobus uerbis oſtendi, idẽ

fieri

fieri intelligendum, ſi plura accipienda eſſent. A quid enim intereſt, in multis an paucis id accidere oſtendatur? Iam uerò tametſi eſſet hæc ratio concludendi per diuiſionem neceſſaria, tamē ad hanc rem, de qua agitur, concludendam non ualeret. Primùm enim quid uetat totam aliquam orationem uerè in homine enunciari, nec eam tamen eſſe definitionem, neque omnino quid homo ſit indicare? Deinde uerò, quid in hac probandi ratione prohibet, quo minus plus aliquid aut minus accipiam quàm neceſſe eſt? aut quo minus tranſiliendo explicem eſſentiam? Verùm enim tria hæc quidem uitia in definiendo per diuiſionem committi poſſunt: ſed tamen non eſt difficile illa declinare, modò inter diuidendum nil accipiatur quod eſſentiæ attributum non ſit: & ducto initio à primo genere, deinceps & eo ordine quo diuiduntur, omnia ſumantur, ita ut interim nil prætermittatur. Quàm uerò id ſit in diuidendo neceſſarium, facilè uidebimus, modò id putemus in omni bona diuiſione obſeruādū eſſe, ut diuiſionis partes uim uniuerſam complectantur rei quæ diuiditur, & ut in ea nil minus poſitum ſit. Atqui hæc inter diuidendum neceſſariò obſeruanda ſunt, quia neceſſe eſt omnē definitionē ad unam quādam naturam ſpecie indiuiduam cōferri. Sed tamen nulla ineſt uis neceſſariò concludēdi in diuiſionibus: ſed ſi qua eſt in ijs utilitas, in eo eſt quod alio quodam modo ad explicandam atq; illuſtrandā rem ualet. id quod non incommodè fieri uidetur, quandoquidem eum qui inductione utatur, non probare rem neceſſariò, nihilominus tamē illuſtrare, & alio quodam modo declarare perſpiciamus. Qui igitur B per diuiſiones definitionem colligit, nihil adhibet ex quo rem ueluti neceſſaria concluſione efficiat. Nam quod inuenit in ijs concluſionibus, in quibus citra iuſtam uerbi medij collocationē ex antecedente colligitur conſequens, ut ad extremum quæratur, unde & quamobrem illa ſequatur complexio: illud idem in definitionibus accidit, quæ per diuiſionem colliguntur. Verbi cauſa, ſi oſtendatur quid homo ſit, ſingulis partibus definitionis hoc modo deinceps collectis, animal, mortale, ingrediens, bipes, pennis carens, ut quæque pars adijcietur in definitione, ita rogabitur in ſingulis, unde & cur illud colligatur. Nam hactenus tantum ualet (in quo illi nō falluntur) hæc probatio, ut oſtendat omnem hominem eſſe aut mortalem, aut immortalem: huiuſmodi autem tota oratio, non eſt definitio: quare ut etiam illud poſitum ſit, diuiſionem habere uim aliquam probandi, hanc tamen eſſe rei definitionem non poteſt neceſſariò concludere.

Diuiſionis regula.

CAPVT VI.

Neq; definitionis definitione, neq; contrarij, quid res ſit, ſyllogiſmo concludi.

SEd nunquid poteſt, quid res ſit atq; eſſentia, ita demonſtrari, ut antè ſubijciatur illa propoſitio: illa oratio rei eſſentiam cōtinet, quæ eſt propria alicuius rei, & conſtat ijs uerbis quæ ad oſtendendum quid res ſit ualent? Atqui hæc ſola ſunt, quæ quid ſit hæc res oſtendunt, & tota oratio propria eſt: ex ijs enim num ita rectè concludi poteſt, hæc igitur oratio quid res ſit indicat? An etiā in hac probatione idipſum quod in A quæſtione eſt, uidelicet quid ſit res, in ſumptionibus accipitur? Neceſſe uerò eſt ut rectè demonſtretur, aliud quoddam mediū adhibere. Iam uerò quemadmodum quoties ratiocinatione aliquid concludimus, non ſumimus quid ſit ratiocinatio, quandoquidem eſt ita ſemper affecta unaquæq; propoſitio, ex qua conſtat ratiocinatio ad alteram, ut illam ueluti totum, aut ueluti illius pars quędam reſpiciat: ita in hac qua quid res ſit oſtenditur probatione, nō debet quid ſit ipſa definitio accipi, ſed ſeorſum à ſumptionibus ſeponenda eſt ratiocinationis definitio: quæ tum uſui erit, cum erit controuerſia, an aliqua iam antè facta argumentatio ſit ratiocinatio, necne. tū enim ita occurrere licebit, ut oſtendamus eſſe ratiocinationem, quia talis ſit argumentatio, cui ratiocinationis definitio conueniat. Simili modo, poſtquā eſſet probata aliqua ratiocinatione definitio, ſi quis ambigeret eſſetne illa definitio an non, tum locus eſſet definitioni definitionis, qua oſtēderetur hanc eſſe definitionem, quia talis oratio ſit, qualem eſſe definitionem poſitum eſt. Itaque neceſſe eſt, ut ratiocinatio ſit citra definitionem ratiocinationis, ita quid res ſit oſtendere, non adhibita definitione definitionis. Ac uitium quidem idem committitur, ſi ex conditione hunc in modum quid res ſit oſtendatur. Si eſt bonum malo contrarium, & indiuiduum diuiduo, ſit autem mali eſſentia diuiduum eſſe, erit etiam boni natura indiuiduum eſſe: atqui bonū malo, & diuiduum indiuiduo aduerſatur, eſtque mali natura diuiduum eſſe: eſt igitur boni natura atque eſſentia indiuiduū eſſe. Nam hic quoque B definitio, quæ id ipſum eſt quod quæritur, in ſumptionibus accipitur. At enim, inquies, hic quidem ad probandum quid res ſit, accipitur definitio, ſed diuerſa ab ea quæ oſtenditur. Eſto. at in demonſtrationibus, non modò id ex quo aliud probatur, non debet eſſe idem, ſed etiam tale, quale non ſit eiuſdem rationis cum eo quod probatur, quodque non poſsit uiciſsim rectè ex illo demonſtrari. Communis porrò ratio eſt aduerſus utroſq;, eos inquam qui diuiſione, & qui hoc de quo loquimur, ſyllogiſmo, definitionem demonſtrare conantur: cur potius erit citra coniunctionem expreſſa hæc oratio, homo eſt animal bipes, terrenum, definitio hominis: quàm illa, animal & bipes? Nil enim in ſumptionibus harū probationū ſumitur, unde neceſſe ſit, ex ſingulis definitionis partibus unum attributum fieri, non magis quàm quomodo idem homo eſt muſicus & grammaticus.

Idem per idem non demonſtrari.

CAPVT VII.

Quid res ſit, neque definitione neq; demōſtratione poſſe cognoſci.

QVæ igitur demonſtrandæ definitionis & natoræ ratio reſtabit? Neq; enim ex quibuſdam poſitis, ita quid res ſit oſtendi poteſt, ut hoc eſſe neceſſe ſit, quia illa ſunt antepoſita: eſſet enim hæc demonſtratio. Neq; uerò ex rerum ſingularum inductione, quid ſit res, ita demonſtrabitur: ut quoniā rebus ſingulis omnib. conuenire aliquid perſpeximus, in toto genere illud concludamus: quandoquidē inductione nō quid ſit, ſed ſit necne res oſtendatur. Nunc uerò, præter illa duo probandi genera, quę poteſt eſſe

reliqua

reliqua ratio? Neq; enim ſenſu, aut digito, quid res ſit demonſtrari poteſt. Iam uerò quomodo quid homo ſit definiēdo demōſtrari poteſt? neceſſe enim eſt ut omnis qui ſcit qd homo ſit, aut aliud quiduis, quòd ipſa res ſit cognoſcat. Nam quod non eſt, nemo ſcire poteſt quid ſit: ſed tantum quid aut oratio, aut uerbū ſignificet, ueluti quid ſignificet tragelaphus intelligi poteſt, quid ſit ipſe tragelaphus non poteſt. Atqui docendo quid ſit, quomodo eadē ratione etiā quòd res ſit doceri poteſt? aliud enim eſt definitio, aliud demonſtratio: ut quid homo ſit, aliud eſt, quàm ſit necne homo. Deinde nil eſt præter ſubſtantiam, quod per demonſtrationem eſſe non oſtēdatur. Probare autem rem eſſe & in rerū natura cohærere, non eſt rei eſſentiam atq; naturā declarare, quia ens genus eſſe non poteſt. Demonſtratio igitur nō definitio erit, quę quòd res ſit indicabit: quemadmodum etiā in ſingulis ſcientijs uſuuenire uidemus. Geometra enim quæ ſit uis huius uerbi, triangulum, ſtatim initiò citra probationē accipit: eſſe autem ipſum triangulum, demōſtratione oſtendit. Quid ergo? nū definiens triangulum aliud demonſtrabit, quàm quid ipſum ſit triangulū? Euenire igitur hoc poterit, ut quiſquam quid res ſit intelligat, nec tamē an ſit cognoſcat: quod fieri omnino non poteſt. Perſpicuū autem eſt ex ijs definiendi modis, qui adhuc obſeruantur, non oſtendere eos qui definiunt, ſimul quòd res ſit. Quāquam enim propoſita ſit in medium hæc oratio, quod habet lineas à pūcto medio ad extremum ductas inter ſe pares: nil tamen in ſe habet cur neceſſe ſit eſſe rē quæ hac oratione explicatur, curq; oporteat id quod oratione hac cōtinetur, eſſe circulum. Nam quod ad hanc orationem attinet, poteſt hæc orichalci definitio dici. Definitiones enim neque eſſe rem quę definitur, neq; quòd illæ ſint huius rei definitiones declarant: ſed ſemper quęſtioni, cur eorum utrumque ſit, locum relinquunt. Ergo cum neceſſe ſit eum qui quippiam definit, aut quid ſit res ipſa, aut quid nomen ſignificet, demonſtrare: ſi non demonſtret quid ſit, illud reſtat ut definitione nil oſtendatur, quàm quæ ſit uocabuli cuiuſque ſignificatio: quod ualde eſſe abſurdum, multis rationibus oſtendi poteſt. Primùm, quia etiam in eas res quæ ſubſtantiæ non ſunt, atque adeò in ea quæ omnino in rerum natura non ſunt, definitiones cadere poſſent. in ijs enim quæ non ſunt, poteſt quæ ſit uis ac ſignificatio uerbi oſtendi. Deinde, quòd omnes orationes poſſent eſſe definitiones. nam quæ tandem oratio eſt, cui unū nomen imponi non poſsit? Itaque omnis diſputatio, omnis ſermo definitionibus conſtabit: & non incommodè Ilias Homeri definitio appellabitur. Poſtremò, quia nulla ſcientia eſt, in qua id demonſtratione concludi uideatur, quòd ſit huius nominis illa ſignificatio: neque igitur in ipſis definitionibus inerit uis demōſtrandę huius rei. Atque ex ijs quidē quæ hactenus dicta ſunt, hæc omnia uidentur eſſe ueriſimilia, definitionem & demonſtrationem neque idem eſſe, neq; in eadē re uerſari: itemq; definitionem non habere uim demonſtrandæ, imò ne declarandæ quidem cuiuſquam rei: poſtremò, quid res ſit, nec defini-

Definitiōis genera duo, rei & nominis.

A tione, nec demonſtratione poſſe cognoſci.

CAPVT VIII.

Quid res ſit, alia definitione probari poſſe, demonſtrationem tamen nō eſſe.

NVnc uerò eſt aggrediēda rurſus huius rei diſputatio, ut uideamus ex ijs omnibus quid uerum, quid nō uerum ſit: tum quid ſit definitio: deniq; num quæſtio Quid eſt, demonſtratione quodam modo & definitione abſoluatur, an uerò id nullo modo fieri poſsit. Quoniam igitur idē eſt (ut ſuprà diximus) noſſe quid res ſit, & cauſam qua quæſtio An ſit, abſoluitur: ratio autem huius quæſtionis An ſit, eſt, quia aliqua eſt per quam res eſſe oſtenditur cauſa: & quidem cauſa quæ redditur, aut una tantū eſt, ac eadem ſemper cauſa, aut alia eſt rurſus ſuperior cauſa: & ſi eſt alia cauſa, uel ex hac illa demonſtrari poteſt, uel non poteſt. Ergo ſi eſt alia cauſa ſuperior, ex qua demonſtratio confici poſſit, neceſſe eſt ut pro uerbo medio illa cauſa accipiatur, & ut in prima figura concludatur demōſtratio: quandoquidem uniuerſa affirmatio eſt, quæ hac probatione oſtenditur. Atque ille quidem erit unus modus qui hac ratione cōtinetur, probandę unius definitionis per alteram: mediū enim ad probandam definitionem accommodatum, eſt definitio: & cum demonſtratur aliquid quod proprium eſt, medium etiam propriū eſſe oportet. Ita ergo ſtatuendum eſt, ex definitionibus eiuſdem rei, unam concludi poſſe, alteram non poſſe. Ac genus hoc probationis, non eſſe demonſtrationem ipſius definitionis, iam antè dictum eſt. ſed id non poteſt negari, quin ſit ratiocinatio logica ipſius definitionis, hoc eſt, probatio ex qua quid res ſit, certa quadam ac neceſſaria ra-

B tione intelligitur.

CAPVT IX.

Quid res ſit, niſi eā eſſe cognitum ſit, cognoſci non poſſe.

QVo autem modo id accipiendum ſit, quod dixi, logica ratiocinatione quid res ſit cognoſci, nunc paulo altius repetito initio dicamus. Ac primùm quidem, quemadmodū poſtquā quale ſit intelligimus, cur ita ſit quærimus, & ſimul interdum utrunque cognoſcimus: ſed nunquam prius quamobrem res ſit percipi poteſt, quā ita eſſe intelligamus: ita planè quid res ſit, niſi eſſe ipſam cognitum ſit, cognoſci nunquā poteſt: quia nemo poteſt ſcire quid ſit illa res, quam ſit nécne ignorat. Eſt porrò duplex ratio intelligendi utrum ſit res, necne: una per accidētia, altera per ea quibus rei uis atq; natura continetur. ueluti eſſe tonitrū, quia eſt ſtrepitus in nubibus: & defectionem, quia ſit luminis priuatio: & hominem, quia ſit animal quoddā tale: & animum, quia ſit illud quod à ſeipſo agitatur. Cum igitur per accidentia rem eſſe intelligimus, tum nil adfertur unde nos quid res ſit aſſequi poſsimus, quādo ne an ſit quidem hac ratione perſpici, certoq; cognoſci queat. Quęrere autē quid ſit, cū rem eſſe neſcias, inane eſt, nulliusq; momēti. Cum uerò ad docendum rem eſſe, adhibentur ea quæ ad explicationem naturæ pertinēt, tum minimo negotio ad cognitionem quid ſit peruenitur. Itaq; ut quiſq; affectus eſt ad cognoſcēdū an ſit, ita ad intelligendum quid res ſit, aut propius aut longius abeſt. Ac in ijs quidem ubi rem eſſe cognoſcimus per ea quæ quid res ſit oſtenduntur, prius exemplū ſubijciamus. Eſto defectio a, luna

c,terræ interiectus b. Quærere ergo utrum defectio ſit, nec ne, nil eſt quam ſit nec ne medium b, inueſtigare. At enim hoc mediũ inquirere q̃d aliud eſt, quàm definitionem ipſam quærere, ſit nec ne in rerum natura? itaq; ſi eſſe definitionem comperiamus, & ipſam defectionem eſſe intelligimus. Et ut aliud exemplum ſubijciam, quærere ſit nec ne hæc proprietas, habere tres angulos pares duobus rectis, idem ualet ac ſi quæreretur, utrius partis contradictionis ratio in rerum natura cohæreat, affirmationis ne, quæ eſt habere tres angulos pares: an negationis, quę eſt non habere. Atq; illam quidem rationem ubi inuenimus, tum ſimul & quòd ita ſit, & quam ob cauſam, intelligimus, ſi modò proprio ſuo ac uero medio utramq; quæſtionem tractemus. Nam ſi ſecus faciamus, rem quidẽ ita eſſe cognoſcemus: cur autem ſit, minimè intelligemus. uerbi gratia, Sit luna c, defectio a, lunam cum plena ſit ſubtracto etiam omni obſtaculo umbram non facere b. ſi igitur ipſi c conueniat b, hoc eſt ſi luna non poſsit umbram facere cum pleno orbe conſpicitur, & nihil inter nos & lunam uideatur eſſe interiectum: huic autem b medio conueniat a, q̃ eſt deficere: hac quidem ratione oſtendetur lunam deficere, ſed quamobrem deficiat, nondum perſpectum erit: & eſſe quidem in rerum natura defectionem intelligetur, ſed quid ſit, ex eo percipi nõ poterit. Porrò cum perſpectum eſt ita eſſe quippiam, tum proximum eſt ut quæratur, cur ita ſit: quæ quæſtio eam uim habet, ut perinde ſit ac ſi quæreretur, quidnám ſit ipſum b: nempe an b ſit terræ interiectus, an ipſius lunæ conuerſio, an uerò lucis extinctio. Hæc autem eſt de B finitio alterius extremi: ueluti in hoc exemplo, medium eſt definitio ipſius a maioris extremi: nil enim eſt lunæ defectio, quàm terræ interpoſitus. Quid eſt tonitrus? eſt ignis extinctio in nube. Cur tonat? quia extinguitur & opprimitur in nube ignis. Sit igitur nubes c, tonitrus a, ignis extinctio b. Ergo c, hoc eſt nubi, ineſt b: quia uerum eſt, in nube ignem opprimi. Huic autem b conuenit a, quod eſt tonitruum: & definitio maioris extremi a, eſt ipſum b. Nunc uerò, ſi aliud quoddam adhiberi medium poſſet ad concludẽdam hanc propoſitionem, neceſſe eſſet ut illud rurſus medium, una eſſet ex reliquis definitionibus, quibus quid hæc eadem res ſit oſtenditur. Quo igitur modo quid res ſit aſſequamur, & qua ratione id ipſum manifeſtum fiat, dictum eſt. Ac illud quidem ex ijs quæ dicta ſunt efficitur, nec demonſtratione, nec ulla neceſſaria concluſione quid quæque res ſit probari poſſe: nihilominus tamen per aliquam ratiocinationem & demonſtrationem apertum fieri quid res ſit. Ideoq; definitiones quæ alia rurſus cauſa cõcluduntur, nõ poſſunt illæ quidẽ citra demonſtrationem percipi: & tamen demonſtratione probari quid res ſit omnino non poteſt, ſicuti ſuprà rectè oſtenſum eſt, cum adhuc dubitanter ſingula & ſine ulla affirmatione proponebamus.

CAPVT X.

De ipſa definitione, utilis doctrina.

AT enim ex ijs quæ ad probandum ſumũtur, quædam ſunt quibus confirmandis alia rurſus ratio deſideratur, alia quæ ſu- A periorem cauſam nullam habent. Vnde ſatis conſtat, eas definitiones eſſe quædam ueluti initia, quibus probandis nullo argumẽto opus eſt: ſed ſtatim initiò & quòd ſint, & quam uim habeát accipitur, aut alio quodam modo manifeſtæ fiunt: id quod arithmeticus facit, quando ſtatim initiò, & eſſe unitatẽ ponit, & quid ipſa ſit declarat. In quibus autem probandis aliud atq; aliud medium reperitur, cumq; non illa tantum quæ in aliqua demonſtratione accipitur, eſt rei definitio, ſed alia quædam, quæ eſt huius ueluti cauſa, illud profectò tum uſu uenit quod diximus: nẽpe, definitionem quidem per demonſtrationem explanari, ſed hanc huius eſſe definitionem, nullo modo probari. Quoniam autem definitio uocatur oratio, quid quęque res ſit declarans: hinc profectò planum eſt, genus quoddam eſſe definitionis, quo explicatur quæ ſit cuiuſque uocabuli ſignificatio: aut ſi breuius appellare libet, nominis explicatio. cuiuſmodi eſt oratio, qua docetur quæ ſit uis ac ſignificatio huius uerbi triangulũ: poſtquam eſſe aſſecuti ſumus, tum quamobrem ſit quęrimus. Difficile autem eſt ex hoc definitionum genere naturam rei aſſequi, quam ſit nec ne ignores. Huius uerò difficultatis cauſa paulo antè à nobis explicata eſt, nẽpe quòd ne an ſit quidem huiuſmodi argumẽtis certò ſcimus, ſed fortè temerè, & (ut ita dicam) per accidens tantũ. Porrò autem oratio duobus modis una appellatur. priore modo dicitur oratio una per coniunctionem, ut Ilias uniuerſa: poſteriore, una ex eo appellatur, quòd unum quippiam uni attribuitur, atq; ita unum, ut per ſe ac propriè, non fortuitò & ueluti caſu aliquo unum ſit. Atq; illud quidem unũ genus definitionis eſt, quod modò explicatum eſt. Aliud autem genus eſt, quo cauſa cur res ſit, continetur. Itaque prius genus ad rem quidem explanandam ualet, ad probádam minimè: poſteriore autem genere definitionis, quandam ueluti demonſtrationem contineri, ipſa per ſe ratio definiendi declarat, quando quidem à demonſtratione tantũ collocatione differat. Eſt enim alia ad quæſtionem, cur tonat, alia ad quæſtionem, quid eſt tonitruum, reſpondendi forma. nam ad illam reſpondetur, quia extinguitur ignis in nubibus: ad hanc autẽ, qua quid ſit tonitrus quæritur, hoc modo reſpõdetur, Eſt ſtrepitus oppreſsi & extincti ignis in nube. Quare eadem hæc oratio, uno modo expreſſa, definitio eſt: alio modo, demonſtratio: non illa quidẽ ſuis ſumptionibus diſtincta, ſed una quadam oratione tota ſimul comprehenſa. Præter hanc autem alia eſt tonitrus definitio, ſtrepitus in nube factus. Hæc autem eſt concluſio illius demõſtrationis, per quam illuſtrati quid res ſit diximus. Aliæ uerò definitiones earum rerum quæ initiò citra ullam probationem accipiuntur, nihil ſunt quàm poſitiones quædam, quibus nulla adhibita demonſtratione, quid res ſit ponitur. ut igitur rem in pauca conferam, unum genus definitionis eſt, quod nulla ex parte demonſtrationem deſiderat. alterum eſt, in quo ratiocinatio, quæ adhibetur ad illuſtrandam definitionem, continetur: & hoc tantum à demonſtratione diſtinguitur, quòd mutata aliquantum uerborum terminatione

Definitio quid

Definitio nominis

Oratio duobus modis una dicitur.

Definitio ex cauſa, ferè eſt demonſtratio.

Definitionis tria genera.

natione exprimitur. Tertinm eſt, quod concloſionis obriner locum in demonſtratione, qua quid res ſir illuſtrarur. Arque ex ijs quidem quæ diximus, perſpicua ſunr hæc omnia: primùm, quomodo in definitionem demonſtratio cadat, & quomodo non cadat: tum in quas definitiones poſsit, & in qnas non poſsir cadere demonſtratio: deinde, quot ſint definitionum geners, & quónam modo quid res ſit oſtendat definitio, & quomodo nõ oſtendat: mox, quarum rerum ſir, quarum non ſit definirio: poſtremò, qoomodo eſt ad demonſtrarionem affecta definitio, & qua ratione in eadem re cerni utraq; poſſunt, quaq́; ratione non poſſunt.

CAPVT XI.

De quatuor generibus cauſſarum, ex quibus demonſtrationes conſtituuntur.

QVoniam autem cenſetur qoiſque tum demum rem ſcire, eum eſt aſſecutus cauſam: cauſarum aurẽ quatuor ſunt genera: unum eſt, forma atq; eſſentia cuiuſq; rei: alrerum eſt, in quo ineſt neceſsitudo non abſoluta, ſed ex adiũctione, ſi alia quædam ſint, hoc eſſe neceſſe eſt: tertium genus eſt id, in quo ineſt rei efficiendæ uis primaria: quartum eſt finis, cuius cauſa aliquid fit: omnia quidem certè iſta cauſarum genera, pro medio adhibita in demonſtrarione intelliguntur. Ac primùm quòd genus illud cauſæ, ex quo neceſſarium eſſe ut aliud ſir concluditur, medium ſir: hinc intelligitur, quòd illa conſequẽtis ex antecedente conſecutio, accepra uns propoſirione non cenſetur habere uim neceſſariam, ſed minimum ut duæ ſumptiones anrecedant neceſſe eſt: duas uerò ad aliquid efficiendũ ſumpriones accipere, quid eſt, quàm unum quoddã medium habere? Hoc igitur uoo medio accepro, B neceſſe eſt concluſionem eſſe. Sed etiam exemplo idem illud oſtendi poteſt. Sit qoæſtio, qoam obrem rectus eſt angulus, qui in ſemicirculo deſcriptus eſt? aut ſi accommodatios ad hoc cauſæ genus quærere uelis, quid eſt quo poſiro rectum hunc angulum eſſe neceſſe eſt? Eſto aurem angulus rectus a, dimidinm duorum rectorom angulorũ b, angulus in ſemicirculo deſcriptus c: ut igitur a cõoeniat ipſi c, id eſt, or ſir rectus angulus qui in ſemicirculo deſcriptus eſt, cauſa eſt b. Etenim paria ſunt a & b, itemq́; c & b. omnis enim angulus qoi dimidium habet duorum rectorũ, eſt rectus. Ergo quia b eſt, hoc eſt dimidiũ duorum rectorum angulorum, neceſſe eſt a omni c ineſſe: qood eſt, rectum eſſe angulum, qui in ſemicirculo deſcriptus eſt. Medium porrò iſtud idem ualet, quod forma arque eſſentia rei, propterea quòd oratio hæc illam ipſam declarer. At uerò quòd cauſa, qua forma atque eſſentia rei cõtinetur, medium ſir demonſtrarionis, iam ſoprà dictum eſt. Alia itaque cauſa explicanda eſt. Quã obrem Medi aduerſus Athenienſes bellom geſſerunt? Eò pertiner hæc quæſtio, ut cauſa quæratur, quæ effecerir ut bellum Arhenienſibus inferretur: quæ eſt propterea qoòd Athenienſes ipſi unà cum Eretrijs incurſionẽ in Sardeis fecerant. Hoc enim eſt quod primùm ad bellum Medos excitauit. Sir igitur bellum a, priores impetum facere b, Athenienſes c. Er b igirur cooueni ipſi c, quod eſt, Arhenienſes priores inuaſiſſe: & a ipſi b. nam eos bello perſequi, qui priores laA ceſsierunt, æquum eſt. Ergo hũc in modum hæc ratio conoectitur. Omne b eſt a, hoc eſt, omnes qui priores inuaſerunt, iuſto bello oppugnãtur: omne c eſt b, hoc eſt: Athenienſes aurem priores bellum inruleruot. Arque in hac ratione medium, eſt cauſa, in qua motionis principium cernirur. Supereſt ut de ijs dicamus, in quibus finis cuius cauſa fit aliquid, accipitur exempli grana: Quamobrem deambulamus? ut ualeamus. Quã ob cauſam domos habemus? ut ſupellectilem uniuerſam ſeruemus. Arque in ſuperiori quidem quæſtione finis eſt, ualere: in poſteriori, ſeruare. Porrò autem inrer has inrerrogãdi rationes, cur poſt cœnam inambulare oporreat, & cuius cauſa, nil intereſt. Eſto igitur deambulatio poſt cœnam c, non fluirare cibos in ſtomacho b, ualere a: id igitur efficit deambulatio poſt cœnam, ne ad os uentriculi redundent cibi: id aurẽ ad ſeroandam ualerudinem plurimum ualet. Conuenir enim ipſi c, quod eſt inambulare, b, quod eſt non fluirare cibos in ſtomacho: iremq́; ipſi b conuenit a, quod eſt urile eſſe ad ualerudinem conſernãdam. Cauſa igitur cur omnis c inſir a, quod nihil eſt quàm finis cuius cauſa illud fir, eſt b. hoc aurem b eſt ueluti illius definiio. nam ſi quis docere uelit quid ſit a, in definitione explicanda ipſum b accipier. Cur aurem b inſir ipſi c, cauſa eſt, quòd ira in imum ſtomachum cibos deprimi ſalubre eſt. Arque ut iſta ſingula aperrius uideãtur, commotãdæ ſunc ſuperiores propoſitiones. In ijs aurem cauſis arque in efficientibus, rerum ortus cõrrario modo ſpectatur. efficienres enim cauſæ, quæ pro medio in argumenri concluſio-B ne accipiuntur, tempore præcedunt, & antè naſcunrur quàm effecta: contrà io finibus, c minus extremum anrecedit: finis autem ipſe cuius cauſa ille fir, poſtremus eſt. Accidir aurem inrerdũ, idem effectum probari non modò ex fine, ſed etiam ex mareria, quæ neceſsirudinis cauſa dicitur. ueluti cur lumen per larernam tranſmittatur? Huius rei cauſa duplex reddiror. una eſt, qoia neceſſe eſt ut per maiores mearus, id quod ſubrilioribus conſtar parribus, tranſmitrarur: ſiquidẽ eo lux cernatur, quia corpus aliquod permeer & tranſeat. altera, eſt finis, ne uidelicer uſpiam offendamus. Ar enim, ſi in ijs quæ ſunt, duplex cauſa reddi poſsir, nunquid eriam in ijs quæ fiunt, idem illud uſuuenire poterir? Er certè poteſt. nam ſi eam ob cauſam ronirtus fiat, quia reſtinguitur ignis, hæc una cauſa erit, cur ſtrepitũ illum & ſtridorem in aëre fieri neceſſe ſit: alia autem cauſa etir (ſi uerum eſt qood aiunt Pythagorei) ad terrendos manes qui ſunt in tartaro. Sũt autem huius generis plurima, ac potiſsimum in ijs quæ natura conſtant & fiunt. Cum enim ad ſuum qnendam finem pertineat ſemper natura, tum omnia oeſcio qua facit neceſsirate. Eſt uerò duplex quæ in rebus cernitur neceſsitudo. una, quæ eſt naturę & ingenitæ cuique rei inclinationi conſenranea. altera eſt, quæ uim adfert, & naturali cuiuſque rei inclinarioni repugnat: ueluti lapidem & ſurſum & deorſum quadam neceſſirare ferri rectè dicimus: ſed nõ idem eſſe neceſſitatis genus, facilè perſpicirur. Ex ijs uerò quæ ratione & artificio fiunt, quædam ſunt in qui-



bus caſus nullum locum habere poteſt: cuiuſmodi ſunt domus & ſtatua, quæ non illa quidem neceſſariò fiunt, ſed ad finem aliquem ſempec pertinent. alia ſunt, in qnibus eriam fortuna interdum cernitur: qualis eſt ualetudo, & ſalus cuiuſpiam. Poſterioris antem generis ea potiſsimum ſunt, quæ ut hoc modo, ira ſecus fieri poſſunt, quo tempore non erit rei euẽtus fortuitus. Qnocirca finis eſt bonum aliquid, cuius cauſa aliquid aut natura, aut arte fit. Nam quod fortuitò euenit, nullius rei gratia fieri dicitur. Portò autẽ quæ cauſa eſt eorum quæ ſunt, eadem eſt eorũ quæ fiunt, & quæ facta ſunt, & quæ futura ſunt: quandoquidem quę terum cauſa eſt, ea in demõſtratione medium eſt. Verùm id eſt diuerſum, quòd in ijs quæ ſunt probandis, medium quod iam eſt, accipitur: in ijs autẽ quæ fiunt, fieri medium ſumitur: in factis factum, in futuris futurũ. uerbi cauſa, eur fuit lunæ defectio? quia fuit terræ interiectus: fit aũt defectio, quia interponitut cerra: erit, quia interponetur: eſt autem defectio, quia eſt terræ interpoſitus. Eſto autẽ & aliud exemplum, ac primùm definiatur glacies aqua cõcreta: ſum aqua ſit c, concreta ſit a, cauſa autem ac medium ſit b, quod eſt caloris uſquequaque defectio. in ipſo igitur c dicitur b: & in hoc ipſo b, a ineſt, quod eſt conglaciare. gignitur autem glacies, cum gignitur medium b: & fuit glacies, quia fuit b: & erit, quia futurum eſt ut b ſit. Atque huiuſmodi quidem cauſæ ſimul ſunt cum effectibus, ita ut cum fiat unum, fiat alterum: & quo tempore unum eſt, eodem rempore alterũ eſſe neceſſe eſt. nec ſecus in præterito & futuro cempore fit.

CAPVT XII.

De ijs quæ non ſimul ſunt, & de eo quod fit, factum ue eſt, an ex cauſis effecta continuò ſequantur.

IN ijs autem quæ non ſimul ſunt, quæſtio eſt, an, quemadmodum nobis uidetur, ita res habet: ut ex canſis effecta ſequantur continuò, hoc eſt, perpetua quadam, & nullo temporis ſpacio interciſa conſecutione: cum interim ſit ſemper rei factæ cauſa, res facta: rei futuræ, futura: & rei quæ fit, quippiam quod paulo antè fiebat. Eſt igitur in primis hoc loco perſpicuum, ſemper ab eo quod poſterius factum eſt, duci argumenti cõcluſionem: nec immeritò. eſt enim ijs quæ facta ſunt, quaſi principium quoddam, id quod poſterius factum eſt: ob eamque cauſam in ijs quæ fiunt, eodem modo argumentum ducendum eſt à poſteriori: à priori uerò argumentum ducere nullo modo licet. neque enim rectè efficies, ſi, quia eſt aliquid iam factum, uelis concludere, id quod poſterius eſt, eſſe factum: quod idem in futuris intelligendũ. Siue enim incertum, ſiue certum quoddam tempus proponas, id nunquam efficies ut rectè ſequatur: ſi hoc factum eſt, ergo illud quod poſterius eſt, factum eſt. quandoquidem neceſſe eſt hanc concluſionem falſam eſſe coto illo tempore, quod interiectum eſt inter prius factum & poſterius: eademque ratio eſt in futuris. Neque uerò ad hunc modum rectè efficies, quia illud factum eſt, neceſſe aſſe ut illud pòſt fiat. medium enim demonſtrationis ſimul genitum eſſe debet cum re quæ concluditur: nempe eorum quæ facta ſunt, medium eſt quod factum eſt: futurorum futurum, eorum quæ fiunt quod

A fit, eorum quæ ſunt, quod eſt. Atqui quod factũ eſt, & quod fututũ, ganita ſimul eſſe nõ poſſunt. Iam autem ſiue incertum, ſiue certum ac definitum quoddam tempus accipias, nil, ut id rectè ſequatur, effeceris: quia illo toto ſpacio temporis quod interiectum eſt inter id quod factũ eſt, & quod futurum eſt ut fiat, falſa erit illa cõplexio. Sed quid illud ſit, quo res ita connectuntur & cõtinuantur, ut ſtatim poſt factum eſſe ſequatur fieri, uideamus. An non uerum eſt cohæreſcere inter ſe id quod factum eſt, & quod fit? Etenim cõtingere & cohærere inter ſe non poſſunt duo (ut ſic dicam) facta eſſe: quia ipſa extrema quędam ſunt omnino indiuidua. Vt igitur nõ poſſunt pũcta punctis cohæreſcere, ita factum eſſe cum altero eiuſdem generis perpetuari nõ poteſt: utraq; enim indiuidua ſunt. Vnde efficitur, ut nec factũ eſſe & fieri, cõtingere inter ſe poſsint: fieri enim, diuiduum eſt: factum eſſe, indiuiduũ. Quod igitur eſt punctum ad lineam, hoc eſt factum eſſe ad fieri: quandoquidem in eo quod fit, inſunt facta infinita. Sed de ija clarius dicendi alius eſt locus, ubi genus uniuerſum motus explicatur. Atque illa quidem hoc loco ſufficiant, de ratione quam habet cauſa, quæ pro medio accipitur, ad effectũ, in ijs rebus in quibus deinceps ex alijs alia oriuntur. Nam cum argumenti concluſio in ijs rebus connectitur, perinde inter medium & maius extremum nil debet eſſe interiectum, atque in alijs. Exempli cauſa, factum eſt a, quia c factũ eſt: ubi c poſterius eſt, prius a. Ob id autem c in hac concluſione principium eſt, quia propius ad



B inſtans accedit, quod eſt temporis principium. tum uerò, quoniam d factum eſt, neceſſariò efficitur c factum eſſe: illud igitur ad extremum neceſſariò concluditur, quia d factum eſt, a factum eſſe: cuius rei cauſa eſt c. Etenim ſi factũ eſt d, neceſſe eſt ut c factum ſit: ſi autem c factum eſt, neceſſe eſt ut a prius factum ſit. At quæret quiſpiã, fieri ne id poſsit, ut medium tandem accipiatur uſq; eò coniunctũ atq; adhæreſcens, ut nullũ ſit præterea medium? an uerò quia mediorum infinitas quædam ineſt, aliud atq; aliud ſemper accipi poſsit? Nam hoc paulo antè dictũ eſt, nõ poſſe inter ſe connecti & coaptari duo facta. Verumenimuero, quicquid contrà obijciatur, illud certũ eſt, ducendũ ſemper initium ab eo medio, quod inſtanti eſt propinquius. Eadem autem ratio eſt in futuris. Nam ſi uerum eſt fore d, illud neceſſariò prius futurum eſt: ut ſit a, ubi etiam cauſa eſt c. Si enim erit d, prius erit c: ſi autem erit c, prius erit a. neque uerò in ijs minus eſt infinita diuiſio quàm in factis. nec enim momenta, quæ in futuris cernuntur, continentia eſſe poſſunt. Porrò illud etiam in his obſeruãdum eſt, ut initium accipiatur ab eo, citra quod nullum ſit interpoſitum medium. Quod autam modò dixi, in ipſis etiam artium operibus cernitur. ut ſi domus facta eſt, neceſſe eſt inciſos atque adeò paratos fuiſſe lapides. Cur autem id neceſſe ſit, cauſa eſt, quia neceſſe fuit iacta eſſe fundamẽta, ut factam eſſe domum intelligamus. Atqui ut fundamentum eſſet, iam antè paratos fuiſſe lapides neceſſe aſt. Nec ratio diſsimilis erit, ſi ad futurum id transferas. nam ſi erit domus, futuri ſunt

antè

antè parietes: idque eodem modo, adhibito aliquo medio probabitur, quia neceſſe eſt ut ſint antè iacta fundamenta.

Ex rebus naturalibus quæ reciprocatione gignuntur, circulares demonſtrationes conſtitui.

CAPVT XIII.

QVoniam autem rerum naturalium ortus in plurimis reciprocari, ac ueluti in orbem redire conſpicitur, eo fit ut non incommodè interdum argumenti concluſiones uiciſsim in orbem tractentur. id quod tum erit, cum inter ſe mutuò conſequentia erunt, medium, & extrema. in talibus enim uerbis cernũtur uiciſsim retrò commeantes probationes. Demõſtratum autem eſt in ſuperioribus libris, fieri interdum, ut uiciſsim ad concludendas ſumptiones, adhibeatur complexio: quod aliud nil eſt quàm reciproca & orbicularis demonſtratio. Quod autem in naturæ operibus hoc probandi genus cernatur, hoc exemplo perſpici poteſt: poſtquam terra imbre madefacta eſt, inde neceſſe eſt naſci uapores: tum ex ijs oritur nubes: mox autem nube reſoluta, imbrem effundi neceſſe eſt: ex quo rurſus madefieri terram conſequitur. id autem eſt, unde ſumptum erat exordium. Itaque hęc quaſi orbem quendam abſoluunt, quæ ita in ſe redire uidentur, ut poſito uno aliquo, ſequatur aliud: tũ illo poſito, mox aliud, ex quo idipſum quod primum erat renaſcitur. Sunt autem duo genera eorum quæ fiunt. unum eſt eorum, quæ quia ſemper, & in omnibus eodem modo ſe habent, aut fiunt, propterea uniuerſo genere contineri dicuntur. alterum in ijs cernitur, quæ nõ ſemper, ſed maxima ex parte ita fiunt. ut non ſunt omnes uiri barbari, ſed in maxima tamen parte id cernitur. Porrò quæ ad hoc poſterius genus pertinent, ſui etiam generis mediũ, quod plerunque fit, habent. Nam ſi ita conueniat a ipſi b, ut in totum genus cadat, itemque b uniuerſe enumeretur de c, efficietur neceſſariò ita in omni c dici a, ut huius generis omnibus ac ſemper conueniat. Hoc enim eſt, quod cadere in totum genus diximus, quod omni ac ſemper conueniat. Atqui id maxima tantum in parte uerum eſſe ponebatur: neceſſe igitur eſt, ut medium b ex genere ſit eorum quæ plerunque fiunt. Quapropter eorum quæ plerunque eueniunt, illa erunt propria, omnique medio carentia principia, quæ ipſa plerunque etiam ita ſunt, aut fiunt.



Quo pacto definitio ſit inueſtiganda.

CAPVT XIIII.

SEquitur nunc, quia ſuprà oſtenſum eſt quomodo definitio in argumenti concluſione pro aliquo uno ex tribus extremis accipiatur, & quomodo demonſtratione aut definitione quid res ſit oſtendatur, aut non oſtendatur: ſequitur inquam, ut inueſtigandæ definitionis rationem doceamus. Ac primùm, inter ea quæ in altero dicuntur, nonnulla reperiuntur, quæ latius ipſa quidem patent quàm ſubiectum, ſed tamen non latius quàm genus ipſius ſubiecti. Ego uerò latius patêre ea dico, quæ ſunt alicui cũ alijs communia. ut ſi quid eſt quod omni ternario conueniat, & alijs præterquam ternario, cuiuſmodi eſt (ut ſic dicam) ens, quod cum in omni ternario dicatur, tam latè præterea patet, ut

A uel omnem numerum longè excedat: impar autem commune quidem eſt ternario cum alijs (nã etiam quinarius impar eſt) ſed non latius patet quàm genus illorum. Numerus enim, quinarij genus eſt: præter numeros autem, nulli conuenit impar eſſe. Eſt igitur definitionis hic modus, ut ſumas ea quæ ſunt ei rei quam definire uelis cum alijs communia, idque uſque eò perſequaris, dum proprium efficiatur quod nullam in aliam rem transferri poſsit. Nam illa oratione uim atque naturam rei uniuerſam contineri neceſſe erit. Exempli cauſa, omnis ternarius eſt numerus impar, tum eſt primus, idque bifariam: & quòd eũ alius numerus non metitur, & quòd ex multis numeris non componitur. Hinc igitur colligitur hæc ternarij definitio: Numerus impar primus, atque adeò bifariam primus. Ac eius quidem definitionis pars prior, omnib. eſt imparibus numeris cum ternario communis, poſterior autem etiam binario conuenit: iunctę autem ſimul utræque partes, in nullam aliam rem transferũtur. Quoniam autem ſuprà docuimus, neceſſaria eſſe quæ in explicanda definitione ſumuntur: quandoquidem quæ in omni dicuntur, neceſſariò conueniunt: hæc autem quæ ad definiendum ternarium, aut aliud quiduis adhibentur, uim ac naturam rei declarant: ternario igitur illa omnia neceſſariò conueniunt. Quòd uerò uniuerſam rei eſſentiam complectatur, hinc perſpici poteſt, quòd neceſſe eſt, ſi naturam rei uniuerſam non complectatur hæc oratio, ut ſit genus quoddam, quod aut uno nomine appellari poſsit, aut nullum habeat nomen impoſitũ. Vnde

Definitionis modus.

B ſequitur, latius patêre hanc orationem ternario. nam id hoc loco accipiendum eſt, omne genus ad multas poſſe ſpecies pertinere. Ergo ſi hęc oratio alteri nulli conueniat, quàm omnibus ternarijs, neceſſe erit ut ea, uis ac natura ternarij uniuerſa contineatur. Ponendum enim hoc loco nobis eſt, uim ac naturam rei eſſe huiuſmodi quoddam attributum, indiuiduis modò alicuius ſpeciei conueniens. Itaq; hac eadem ratione in alijs omnibus, in quibus idem modus definiẽdi obſeruabitur, quæ ſit rei uis ac natura oſtendetur. Si autem uelit quiſpiam genus ipſum definitione explicare, hæc erit illi uia ſequenda. Primùm diſtribuendum erit genus in ſpecies ultimas, in quas primùm inter diuidẽdum incidet: ut numerus in ternarium, & binarium. tum ſingularum formarum erunt inquirendæ ex ſuperiore ratione definitiones: uerbi gratia, quid ſit recta linea, quid circulus, quid rectus angulus, & huius generis alia. Deinde poſtquam genus, ad quod ſit id ipſum quod definitur, referẽdum, inueneris, nempe utrum quantitas ſit, an qualitas, tum ex ijs quæ ſunt communia primis illis ſpeciebus, erunt illa colligenda, quæ propriè generi conueniant. Nam quæ illa ſint quæ uniuerſo generi, quod ex infimis ſpeciebus componitur, cõueniant, ex definitionibus ipſarum formarũ manifeſtum fiet: quandoquidem omnis propemodum cognitionis initium eſt definitio, idq; quod ſimplex eſt. Ac ſimplicibus quæ conueniunt, in ipſis ſimplicibus ſolis per ſe ſpectãtur, in alijs autem per ipſa ſimplicia. Porrò autẽ diuiſiones generum

Generis definiẽdi ratio.

Diuiſio generũ per differẽtias.

nerum per differentias factæ, plurimnmualent ad perfectaa definitiones,hac ratione conficiendaa. Et qua ratione quidem ad demonſtrandam definitionem adhibeanrur huiuſmodi diuiſionea, paulo antè docuimua. neque enim exiſtimá dum eſt, eam modò diuiſionea habere utilirarē, quòd ad concludendum quid res ſir, uim quandam neceſſatiam afferanr: ſed id potius cenſendum eſt, nullam in ijs ineſſe concludendi neceſſitudinem: quandoquidem abſolura diuiſione, ſtatim omnea partes definitionia, cirra probario nem accipiũtur, perinde ac ſi iam inde ab inirio, nulla antè facta diuiſione, ſumerentur. Sed eo ualent ad definiendum diuiſionea, quoniam plurimum intereſt, quo ordine ſingula diſponas, & quid primo, quid ſecundo loco conſtituaa. uerbi gratia, non parum referr, an hominē dixeria eſſe animal manſuetum bipes, an bipea animal manſuetum. Quæ uerò præterea in definirione uidéda ſunr, efficiatiírne unum aliquid ex duabua definitionis parribus. ueluti an quippiá unum ſint animal manſuetum, itemq́; an ex illo genere, & illa differentia, conſtiruatur hominia natura: aut uerò quid illud randem ſir, cuiua hac una oratione natura continerur: illa inquam utraque non probat qui diuiſione utirur, ſed cirra probationem accipir. Eſt aurem & alia diuiſionia utilitas, ut in definiendo nil prętermirramus eorum quę quid res ſit oſtendere poſsint. Nam ut id uitium declinemus, propemodum ſola diuidendi ratio præſtare poteſt. Poſtquam enim primo loco genus acceptum eſt, ſi quis non proximam diuiſionem accipiat, ſed ad inferiorem aliquam tranſiliat, in partes diuiſionis non cadent omnia quę ſub genere continentur. Vt ſi quia animal diuidar in ea quæ alaa habent perpetuas continuasq́ue, & ea quæ alas habent diuiſas: non comprehender hac diuiſione omne animal, ſed uolucrea tantum hac diuiſione continentur, quarũ hæ propriæ ſunr differentiæ. Animalis aurem illæ ſunr primæ differenriæ, in quaa cadir omne animal: quod idem in alijs generibua dicendum eſt, ſiue illa ſint omnino ab animali diuerſa, ſiue ſub ipſo animali comprehendanrur. Primę enim uolucris differentiæ ſunt, in quibus omnes uolucres continentur: & piſcis, in quibus omnea piſces. Ac ſingula quidem ira perſequendo per diuiſionem, facile erit uidere, num prærermirtatur quippiam: ſin hanc rationem negligamus, neceſſe erit ur & aliquid interdum prętermitrarur, & ſemper incertum ſit, quicquam ne pretermiſſum ſit, an ſecus. Neque uerò neceſſe eſt, ut definias aut diuidaa quippism, ſimul omnia quæ ſunr noſſe: tametſi quibuſdam uideatur fieri nō poſſe, ut rerum inter ſe diſcrimina intelligamua, niſi eas ipſaa res perſpectaa ac cognitas habeamus. ut aurem rerum aſſequamur cognitionem, non intellectis earum inter ſe differentijs, conſentaneum non eſſe. A quo enim non diſcrepat quippiam, cum eo idem eſſe: à quo autem diſtinguirur, aliud eſſe ab eo. Ac primùm quidem falſum eſt poſtremum hoc proloquium. neque enim omnis differenria aliam rem efficit: quandoquidem mulræ ſunt inter ea quæ ſpecie non diſtinguuntur differentiæ, quæ nec in rei natura

A cernnntur, nec propter ſe inſunt. Deinde uerò, poſtquam quiſquam accepit contrarias differentias: idq́ue neceſſe eſſe, ut aut hac aut illa parte contineatur id omne quod in hoc genere cernitur: mox autem in alrera parte id ipſum cuius definirio quæritur comprehendi, idq́ue ira eſſe cognoſcit: quid, inquam, poſtquam hæc omnia rectè effecerir, refert, ſciar an neſciat, in quibus alijs hæ differentiæ dicantur? Perſpicuum enim eſt, eum qui hanc uiam inſiſtens, eò perueniet, ubi iam nulla poſsit eſſe differentia, qua res præterea diuidarur, inuenrurum eam quam quærebat orationem, qua rei uis uniuerſa contineatur. Porrò autem genus uniuerſum in parribus diuiſionis contineri, ſi partes in eo contrariorum genere ſint, quibus nil inreriectum eſt, non poſtularũ eſt: ſed uelit nolit is qui cum diſpuratur, neceſſarium, ut ſi ueræ ſint differentiæ, ad unam earum pertinear quicquid illo genere comprehenditur. Sed ut per diuiſionem rectè conficiatur definitio, tria ſunt obſeruanda. Primum eſt, ut accipiantur attribura quæ ſint ad declarandum quid res ſit accommodara. Alterum eſt, ut quod primum quodq́; ſecundum eſſe deber, ſuo loco collocetur. Terrium eſt, ut omnia quæ ſunt ad hanc rem neceſſaria, adhibeantur. Ac horum quidem primum hinc conſequi poterimus, quòd ut loci ſunr quibus accidentis quæſtio tractatur, cum alterum alteri ineſſe oſtenditur: ita ſuos quoſdam locos habet quæſtio generis, quibus quippiam genus eſſe confirmetur. Secundum autem, quod eſt ſingula ut par eſt collocare, ita facilè pręſtabimus, ſi quod primum eſt, primo loco acci-

B piatur: id autem erir, ſi id acceptum ſit, quod eſt omnium conſequens, nec uiciſſim ex eo alia cōſequuntur omnia. ſemper enim inter definitionis partes eſt aliquid huiuſmodi. Poſtquam autem id erit ita conſtitutum, idem modus erit ſeruandus in collocādis reliquis inferioribua. nam ſecundum ad reliqua comparatum, eſt ut primum: itemq́ue tertium, ad ea quæ ſequuntur. Sublato enim primo, id quod deinceps ſequitur eſt omnium primum, nec diſsimilis eſt in alijs ratio. Tertium aurem, quod in eo eſt ut intelligamus, ea quæ accepta ſunt, illa eſſe omnia quę ad rem definiendam fuerunt neceſſaria, hinc perſpicitur, quòd ſumpto primo, ita ipſum diuiditur, ut neceſſe ſit omne quod illo genere continetur, aut hac aut illa parte comprehendi: idq́ue quod definitur, in ea parte reponimus, in qua continetur. rum rurſus hoc totum quod ex ſuperiore diuiſione natum eſt, ſuis differenrijs diſtribuimua: idq́ue uſque eò perſequimur, donec ad extremũ rorum quoddam efficismua, cuius nullæ ſint differentiæ: uel certè quod ſtatim ubi adiecta eſt ultima differentia, ab ipſa re quæ definitur, ſpecie non diſtinguitur. Perſpicuum enim eſt, in definitione quæ hac ratione confecta eſt, nil redundare: quia omnia quæ ſumpta ſunt, ad oſtendendum quid res ſit ſunt accommodata. neque abeſſe quicquam: aut enim genus hic deſiderabitur, aut differentia. Atqui genus hic primo loco acceptum eſt, illudq́; cum differētijs coniunctũ. Differentiæ aurem omnes hic appoſitę ſunt: quádoquidem nulla præterea differentia hic locum habere

Definitionis quæ per diuiſionem fit, tria præcepta.

hebete poſsit:elioqui totam hác orationem ſpe-
cie differre à re quæ definitur,dicendũ erit,quod
uoe ſuprà negauimus. Illud eutem uidendum
eſt ei qui rerũ definition es inueſtigat,ut primùm
quid commune habeant ee quæ ſimilie ſunt,nec
ſpecie differunt,conſideret:deinde in alijs rurſue
idẽ faciat,quæ ad genus illa quidẽ unum, & idẽ
eum ſuperioribus, pertineant, ſed ſpecie ab illis
diſtinguantur; cum interim comparara inrer ſe,
ſpecie idem ſint, quemadmodũ & illa. Poſtquã
eutem ſumpſeris quid bis & illis, alijsq́; eiuſdẽ
generis commune ſit: tum illud ſpectabie, ſitne
quod in ije omuibus commune eſſe reperiebas,
idem aliquid, atq; ite idem, ut communem effi-
ciat unem ratiouem. Nam ſi ad unem quandem
rationem pertuenias,erit proculdubio ille rei de-
finitio: ſin unam in rationem non cõuenient,ſed
aut duas aut plures,certum eſt non eſſe ſimplicẽ,
ſed multiplicem naturam eius rei cuius quære-
betur definjtio. Exempli graria, ſi uelimus noſſe
quid ſit magnitudo animi, uidendũ eſt quid in-
ter ſe cõmune habeãr aliqui, quos conſter fuiſſe
magnanimos: quod genus ſunt, Alcibiedes, A-
chilles, Aiax: quibus id fuiſſe cõmune uidemus,
ut æquo animo contumeliam pati non poſſent.
Alcibiadee enim ob eam cauſam bellum petriæ
intulit: Achilles implacabili exarſit iracundia:
Aiax ſibi mortem conſciuit. Tum eiuſdem gene
rie alios ſpectabimus, ut Lyſandtum & Socratẽ,
in quibus animi megnitudinem ex eo agnoſci-
mus,quòd tam aduerſas quàm ſecundas res mo
deretè & conſtanter tulerunt. Comperatis igitur
inter ſe ijs duobus,conſiderandum eſt ecquid cõ
mune habeant, conſtantia, idemq́; in utraq; for-
runa animus, & ſumma in ferende contumelia
impotentia. Quòd ſi nil cõmune repetias, ſtetue
re poteris,duas eſſe megnenimitatis ſpecies.

In diuidẽdo cõmunia eſſe diligenter uidẽda.

CAPVT XV.

Species & ſingularia facilius definiri, quàm uniuerſalia.

SEmpet autem tes uniuerſa eſt, quæ defini-
tione explicatur. neq; enim medicus,cũ de-
finit,quód nã ſit ſalutare oculis medicamen
tum,definitionẽ ad hune aut illum oculum tan-
tum eccõmodat:ſed eut in genus uniuerſum ocu
lorum,eut in aliquam ſanè ſpeciem uult transfer
ri. Porrò sutem ſingularie definire multo eſt fa-
cilius,quàm uniuerſale:ob eamq́; cauſam à ſingu
lis rebus ad uniuerſas progrediendum. Etenim
ambiguitas quę eſt in rebus uniuerſis minus cer
nitur,quàm quæ eſt in ijs rebus quæ ſpecie non
diſtinguuntur. Sicut autem in demonſtrationi-
bue conficiendis, neceſſe eſt ut inſit in demõſtra
tione neceſſarie concludendi ratio: ite in defini-
tionibus in primis uidendũ, ut apertè ac perſpi-
cuè res doceatur. Id quod conſequemur, ſi non
ſtatim ed genue uniuerſum definiendum aggre-
diamur, ſed ſeorſum entè definiamus ſingulae
res, quæ ad unum quoddam genus pertinere ui
dẽtur. Veluti non totum genus ſimilium primò
definire oportet: ſed prius qui ſint ſimilee colo-
res, & quæ ſint figuræ ſimilee definiendum eſt:
itemq́; quid ſit acura uox prius explicandum,tũ
ad definiẽdum genus uniuerſum ueniemue: ſed
ita ſemper,ut ne ſubſit ambiguitas,caueamus. Iã
autem, ſi eſt inter diſputãdum uitioſum uti me-

Vti translatione in diſputando uitioſum.

A taphoris,id profectò uitioſum etiam erit, in defi
niendo aut perpetues edhibere metaphoras, eut
uerbo eliquo aliunde translato uti. Nam ſi hic
ſint metephoræ, translationes uſurpare in diſſe-
rendo neceſſe erit.

CAPVT XVI.

Diuiſionũ & partitionũ rationẽ, ad cauſas multarũ quæſtionum inueniendas magnũ momentum habere.

EST eutem & alia diuiſionum & pertitionũ
ſiue inciſionum utilitas, ad cauſas multarũ
quæſtionum intelligendas, ſi has in prom-
ptu habeamus. Eſt eutem hæc tractãdarum per
diuiſiones quæſtionum ratio. Primum uidendũ
eſt quæ ſint generis elicuius uniuerſi, quod pro-
poſitum ſit,cõſequentia:atq; eſto illud,uerbi cau
ſa,enimal. Spectandum igitur quæ ſint quæ om
nibus animalibue cõuenient: tum ubi iſta abſol
ueris,pergendum eſt ed partee, uidendumq́; eſt,
ut quæque letiſsimè patet, proximeq́; ad gene-
rie commutitatem accedit, quæ ſint huius con-
ſequentia: atque eſto uolucris. quæ igitur omni
uolucri inſint ſpectãdũ. Idemq́; in alijs deinceps
partibus, ut quæque primo generi eſt proxima,
faciendum. Perſpicuum enim eſt, poſtquam ira
ſingula fuetis perſecutus, facile tibi eſſe cauſam
reddere,cur generis uniuerſi conſequentia ſingu
lis partibus conueniant: ueluti quamobrem ho-
mini, eut equo, conueniet animalis conſequen-
tia. Eſto igitur enimal a, animalis conſequen-
tia b, quædam eutem ex animalibus ſingulis c d
e. cur ergo omni d & alijs cõueniat b, cauſa eſt a.
Nec diſsimilis eſt in alijs eiuſdem generis ratio.
Atq; illa quidem tatio, quam modo ſubiecimus,
ad ea pertinet,in quibus cõmuni generi impoſi-
B tum nomen eſt,quo appelletur. Cæterùm nõ ad
illa tantum ualet hæc retio,ſed etiã ſi aliud quip-
piam cõmune multis reperiatur. Nam hic quoq;
primum quæ ſint illiue communis generis con-
ſequentia, ſpectandum erit: deinde ed ſingulas
pertes, quæ huius ſunt antecedentia, pergẽdũ.
exempli cauſa, omnibus cornue habentibus iſta
conueniunt,omaſum habere, & in utraq; maxil-
la dentes non habere. ſunt autem & animalium
quædem ſpecies, quibue cor nigrum eſſe eſt con
ſequens: in quibus ſi quæratur, quemobrem illa
conſequentie inſint,in promptu cauſe erit,nem-
pe quia cornura ſunt. Præter illos autẽ duos mo
doe, eſt & alius modus, cauſæ ex pertitionibus
eruendæ, in ijs quæ proportione quadã ſola idẽ
ſunt: quod genus ſunt, ſepium, os, ſpine, quibus
non eſt communie alique natura, quę une eppel
latione ipſe complectatur: ſunt tamen horum
quædam communia conſequentia, perinde ac ſi
une quedam natura continerentut. Quæſtiones
autem eædem alię dicuntur,eo quòd unũ quod-
dam medium habent, ueluti omnea quæſtiones
quarum cauſa eſt entiperiſtaſis. Sed in ijs quæ-
dam ſunt, quæ cum eædem genere ſint, quibuſ-
dam tamen inter ſe diſtinguuntur differentijs,
quæ partim ex ſubiectis diuerſis, patrim ex ra-
tionibus uatijs ſumuntut. uerbi cauſe, tres hæ
quęſtiones, Quam ob cauſam ſit echo, Cur in ſpe
culis rerum formæ apparent, Quamobrem ſit
iris in cœlo: tres inquam hæ quæſtiones genere
cõueniunt, ſiquidem omnium cauſa eſt reflexio,
ſed ſpecie inter ſe diſtinguuntur. Aliæ autem ex
eo dicũtur eædem, quòd unius medium, in me-

dio alterius continetur. ut hoc, quamobrem circa finem menſis, maior concitatiorq; eſt Nilus? quia ſunt extremo menſa imbres frequentiores. Rurſus cur obeûte m eoſe, uis maior eſt imbriû? quia tum lumen lunę magis ac magis minuitur. ſunt igitur hæ duæ quæſtiones, hoc modo quo diximus ioter ſe affectæ.

CAPVT XVII.

An uiciſsim effecta ad cauſſas concludendas poſsint adhiberi: & an unus plures ſint cauſſæ.

DE cauſis autem & effectis ambiget hoc loco qoiſpiã, nunquid poſsint uiciſsim adhiberi effecta ad cauſas concludendas, cum ſemper ſequatur, ſi effectus eſt, cauſam eſſe? nam ſi defluere arboribus folia, aut defectionem lunæ ponas, mox ſequitur, eſſe horum effectorum cauſam. Atq; eſto, uerbi gratia, cauſa cur decidãc frondes, lata habere folia: defectionis aurem, terræ interpoſitus. Etenim ſi ex ijs effectis non ſequantur hæ cauſæ, neceſſe erit ut ſint præterea aliæ eotum cauſæ, ſiquidem ſimul cum ijs cauſis ſint effectus. ſimulac enim poſuiſti terræ interuentum, ſequitur defectio: & poſita arbore cui ſint lata folia, ſtarim efficitur, defrondeſcere poſſe. At uerò ſi res ita habet, nobis igitut admittendum erit, uiciſsim ex alijs alia demõſtrari poſſe.



Sit enim defrondeſcere a, arbot larioribus conſtans folijs b, uiris c. ſi ergo in omni b eſt a, quod eſt, omnem arborem latioribus ueſtitam folijs, caduca habere folia: itemq; in omni c dicatur b, omnis enim uiris laxiotib. tecta eſt folijs: ad extremũ igitur cõcludetur, omne c eſſe a, quod eſt, omni uiti frondes decidere. Atq; in hac quidem ratiocinatione uerbum medium b, cauſa eſt. At contrà etiam concludere poſſumus, uitem habere lata folia, per medium defrondeſcere.



Eſto arbor cui ſunt ampliora folia d, defrondeſcere e, uitis f. omni igitur f conuenit e, hoc eſt, omnis uitia defrõdeſcit: in omni autem e dicitur d, id eſt, omne quod defrõdeſcit, lariora habet folia: unde efficitur, omni uiti latiora eſſe folia: ſumptumq́ue eſt pro cauſa huius tei, defrõdeſcere. Quod ſi nõ poſsint iſta uiciſsim ſibi eſſe cauſæ, ut certè non poſſunt (ſemper enim prior cauſa eſt effectu, & ut deficiat luna, cauſa eſt terræ interpoſirus: nec cõtrà defectio lunæ cauſa eſſe poteſt, ut inter ſolem & lunam terra interponatur) erit igitur quę ex cauſa conſtabir, accurata & cur res ſit demonſtrario: quæ autem ex effectu ducetur, tantum q, res ira ſit confirmabit. Ex hoc enim effectu interponi quidem terram cognoſcimus, ſed quam ob cauſam inrerijciarur neſcimus. Quòd autem defectio non ſit cauſa cur interueniat terra, ſed contrà interiectus terræ ipſius defectionis, hinc perſpicitur, quòd in definitione defectionis accipitur terræ interpoſitus: unde planum eſt, fieri manifeſtam defectionem per interuentũ terræ, nec contrà huius naturam per illud explanari. Iam uerò, quid uetat eiuſdem effecti multas eſſe cauſas? Profectò ſi idem effectus multis primo attribui poſsit, id non uidetur eſſe incõmodum. Dicatur enim a in omni b primo, itemq; in omni c primo etiam inſit a: dicantur autem b & c, de d & e. Hic ergo cur a in omni d & e inſit, cauſę ſunt b & c: illud quidem b cur ipſi d conueniat, hoc autem c cur in ipſo e dicatur. Itaq; poſita cauſa, efficitur neceſſariò ut res ſit: at cum res eſt, non ſequitur

A uniuerſam cauſam eſſe, tametſi pars aliqua cauſę neceſſariò conſequatur. An ſi genus uniuerſum complectatur quæſtio, ſemper ex uniuerſa cauſa ſequetur uniuerſus effectus, & contrà? Exempli cauſa, defrondeſcere, quãquam ſit plantatũ multis generibus cõmune, ſi ſingula uelis perſequi, tamẽ eſt certum quoddam unum genus, in quo id primũ omnium cernitur, quod eſt uel planta, uel certi cuiuſdam generis planta. Quare in ijs etiam mediũ & effectum æqualia eſſe, atq; adeò uiciſsim retrò cõmeare neceſſe erit. ueluti ſi cauſa eſt cur decidant arborib. frondes, quoniã concreſcat humor: neceſſe eſt, ut ſi ponas defluere arborib. folia, ſtatim humidi cõcretionẽ ponas: & contrà; ſi eſt humoris talis concretio, neceſſe eſt defrondeſcere arbores. Sequitur nunc alia quæſtio, utrum ſit ſemper eiuſdem effectus eadẽ cauſa, an alia atq; alia eſſe poſsit? an, ſi ex ijs ducta ſit argumenti concluſio, quæ propter ſe rei conueniunt, non autem ex ſignis, aut accidentibus, fieri non poterit ut ſit unius rei pluſquam una cauſa? medium enim eſt alterius extremi definitio: ſin ſecus res cõcludatur, fieri poterit. Ac poſsũt quidem maius extremũ & minus per accidẽtia quędam tractari, ſed tamen non erunt ad ſciendum accõmodatæ illæ quæſtiones. Ac ſi accidẽtia omnia omittantur, erit ſemper eiuſdem generis medium cum extremis: nempe ſi homonyma ſint extrema, erit homonymum medium: ſi genere quodã uno contineantur, & medium ſimile erit. Exempli cauſa, qualia ſunt huius quæſtionis uerba, quamobrẽ quibuſdam ineſt proportio cõmutata: tale eſt mediũ. eſt enim alia in lineis cauſa,

B alia in numeris, & eadem tamẽ: nam hoc ipſo q, hæ lineæ ſunt, illi numeri, eſt alia atq; alia cauſa: qua ratione autem, eſt certi cuiuſdã generis acceſſio, eadem eſt in omnib. cauſa. Eadem ratio eſt in omnib. id genus. Item, cur ſimiles ſint inter ſe colores, & cur figuræ figuris ſimiles, ſemper eſt alia atq; alia cauſa: quia ſimile, uerbum ambiguũ eſt, cum ad iſta transfertur. Ac ſimiles quidẽ figuræ hac ratione fortaſſe dicuntur, q, certa quædã ſit inter latera proportio, & pares ſint anguli: colores autem, quia uno ſenſu omnes percipiuntur, aut ſimile aliquid. Porrò autẽ in ijs quæ proportione ſunt eadem, mediũ etiam idẽ erit proportione. Propterea autem eiuſdem ſemper generis eſt medium cũ extremis, quoniã mutuò ſe conſequuntur, cauſa, effectus, & res cui per cauſam attribuitur effectus. Ac ſi quidem ſingularim res ſubiectę accipiantur, latius patebit effectũ: ut exteriores angulos pares eſſe quatuor rectis, latius patet quàm triãgulum, aut quadrangulum. At ſi genus uniuerſum earũ formatum ſpectes, quib. conuenit habere exteriores angulos pares quatuor rectis, cum eo reciprocabitur, eiq; par erit. Nec diſsimilis eſt in medio ratio. Medium autẽ, maioris extremi definitio eſt: quocirca dicuntur omnes ſcientiæ ex definitione oriri. uerbi gratia, defrondeſcere eſt quidẽ uitis cõſequens, ſed multo latius patet: itemq; ficus, ſed longè ficum excedit. At ſi cũ omnib. huius generis arboribus conferas, nõ latius patet, ſed æquale eſt. Si igitur primũ medium ad probãdum ſumas, erit definitio huius uerbi, defrondeſcere: ac primùm quidẽ adhibetur

hibetur hoc medium ad concludendum uniuerſum genus, deinde uerò ad ſingulas partes accõmodabitur. atq; eſto medium, quoniã contrahitur concreſcitq; ſuccus, aut tale aliquid. Quid uerò aliud eſt defrondeſcere, quàm ſuccũ ea in parte contrahi, ubi foliorum pediculus cum extremis ramulis, qui quaſi frondium ſemina ſunt, cõiunctus eſt? Quod ſi quis hanc cauſæ & effectus conſequutionẽ uelit ſibi deſcriptionib. quibuſdã & exemplis declarari, ſic habeto. Dicatur a in omnib, inſit autem b omni d, ſed ita ut latius pateat. Erit igitur b, generale quoddã uerbũ, facta ad omnia quæ ſub d continentur collatione. Nã illud generale appello, quod nõ reciprocatur: uniuerſale autẽ primùm illud uoco, quod cum ſingulis partibus cõparatum, non uiciſsim retrò cõmeat: cum toto autẽ genere collatum, reciprocatur, nec latius patet. Ergo q in omnibus d dicatur a, cauſa eſt b. Quare latius patebit a, quàm b. nã ſi non ita ſit, quæ cauſa eſt cur mutuò ſibi cauſæ eſſe non poſſunt? Iam autem, ſi rurſus omnib. e conueniat a, aliam quandã cauſam habebunt ipſa e, præter b. nam ſi ſecus res habet, cur uerũ eſt, omni e ineſſe a, nec uiciſsim ſit ut omne a ſit e? quamobrẽ enim non erit cauſa cur omnibus e conuenit a, ſicuti aliqua eſt cur omnibus d inſit? Habebunt igitur ipſa e, aliam quandam rationẽ in qua conuenient: ſed quænam illa ſit, conſiderandum: atq; eſto c. fieri igitur poteſt, ut eiuſdem rei plures ſint cauſæ: ſed ita tamen, ut nunquam plures ſint eius effecti, quod in rebus ſpecie iiſdẽ cernitur. uerbi gratia, uitæ in longũ tempus protrahendę, in quadrupedibus cauſa eſt q felle careant, in uolatilibus q ualde ſicca ſint, aut ſimile aliquid. Poſtrema quęſtio eſt, quando nõ ſtatim ad prima medioq; carentia pronunciata diſſolui tur res propoſita, ſed multa media alia ex alijs, multasq; cauſas perſequi oportet. Vtrum magis cauſa eſt, medium quod generale eſt, & ad genus uniuerſum accõmodatum, an quod ad res ſingulas, in quibus aliquid quæritur, magis accedit? Profectò non dubium eſt quin illud mediũ magis cauſa ſit, quod ad minus extremum, in quo quęritur an aliquid inſit, proximè accedit. Sẽper enim hæc prima cauſa eſt, cur ſub uniuerſo genere illud contineatur. ueluti, ut omni d conueniat a, cauſa eſt e. Sic igitur perſequi cauſas oportet, ut dicamus e cauſam eſſe cur a conueniat d: tum cur c inſit a, cauſam eſſe b: poſtremò, cur ipſi b cõueniat a, ipſum b ſibi cauſam eſſe. Ac de ratiocinatione quidem, & demõſtratione, & quid ſint, & quomodo conficiendæ, hactenus dictum eſt: ex quo quid qualisq; ſit ſciẽtia demõſtratiua intelligitur, utpote quæ nihil ab illis diſtinguatur.

Cauſſæ & effectus conſequutio exẽplis demonſtratur.

Quæſtio de plurib. medijs & cauſis unius rei.

CAPVT XVIII.

De principijs, eorumq; habitu cognoſcendis, diſputatio.

SVpereſt ut doceamus, qua ratiõe principiorum aſſequamur cognitionem, & quis ille ſit habitus, per quem ipſa intelliguntur. Sed prius quàm hoc aggrediamur, quid utranque in partem probabile ſit, ſubijciemus. Ac primùm, quòd ſcire nemo poſsit per demonſtrationem, quin antè cognita & percepta habeat prima atq; immediata principia, ſuprà oſtendimus. Hic igitur ambiget fortè quiſpiam, utrum ſit eadẽ principiorum quę aliarum rerum cognitio, nécne: &

A utrum harum & illorum cognitio ſcientia appellanda ſit. an uerò harum quidem, ſcientia: illorũ autem aliud quoddam cognitionis genus. Et utrum nõ inſit nobis iam inde ab ortu principiorum habitus, ſed uſu acquiratur: an uerò nobiſcum quidem naſcatur, ſed lateat tamen, nec ſe ſtatim exerat. Ac nobis quidem ingenitum eſſe, nec intelligi, abſurdum eſt: alioqui fatẽdum erit eum qui certius aliquid cognoſcat, quàm ſi per demonſtrationem ſciret, in ſumma tamen ignoratiõe uerſari. At uerò, ſi nõ eſt inſita natura principiorum noticia, ſed uſu & progreſſu temporis acquiritur, quonam pacto aſſequi ac diſcere ipſa principia poterimus, nulla antecedente cognitione? Nam illud fieri nõ poſſe, in explicanda demonſtratione ſuprà diximus. Perſpicuum igitur eſt, neq; ſimul nobiſcum naſci principiorum cognitionem: neq; cum antè planè omnium rerum imperiti eſſemus, nullumq; habitum, qui ad iſta cognoſcenda pertineret haberemus, poſtea uſu & temporis proceſſu acquiri. Quapropter neceſſe eſt, ut ingenita quædam naturæ uis huius cognitionis nobis præbeat occaſionem: quæ tamẽ facultas non tam accuratè ac ſubtiliter ſingula perſpicere poſsit, quàm certa hæc, minimeq; fallax principiorum cognitio. Atq; hæc facultas in omnibus ineſſe animantibus uidetur. Omnibus enim animalibus tribuit natura aliquam ad diſcernendas dijudicãdasq; res facultatem, quam ſenſum appellant. Cumq; hæc omnia animalia conueniant, quòd ſenſum habeant: in eo diſcrimen eſt inter ipſa, quòd ea quæ ſenſibus obiecta B ſunt, in quorundam animis impreſſa atq; infixa manent, alijs ſtatim excidunt. Quorum autẽ animis rerum obiectarũ ſpecies non imprimitur, ea aut nullam planè, aut certè earum rerum quę animo non retinentur, non habent cognitionẽ, niſi quo tempore ſentiunt. Quæ uerò ſenſuũ oblatas impulſiones retinent, ea poſtquam ſentire deſierunt, habent etiamnũ infixam animo unã quandam rei ſpeciẽ. Cumq; huius generis multa ſint animantia, hic rurſus eſt quædam inter illa differentia, eo quòd quædam ſunt quæ coniunctã habent cum illarum rerum memoria rationẽ. Alia ſunt, quæ huius planè ſunt expertia. Oritur ergo (ut diximus) ex ſenſu memoria: tũ ex memoria aliquoties repetita, naſcitur experiẽtia. nil enim eſt experientia una, quàm multę (ut ſic dicã) memoriæ. Poſtremò ex experientia, quæ tũ eſt cum eſt infixa animo de toto genere pronunciatio, aut unius cuiuſdam rei notio, quę ſit ipſa quidẽ pręter res ſingulas, ſed in illis tamen omnib. unã eademq; manens cohæreat: ex ipſa inquã experiẽtia proficiſcuntur omnis artis ac ſcientiæ principia. Artis quidẽ, ſi ad eas res pertineant quę oriũtur & occidunt: ſciẽtiæ autem, ſi ad ea quæ eadẽ ſemper ſine ulla mutatione permanent. Neq; igitur certi cuiuſdam generis habitus ſunt nobis natura inſiti, quib. principia intelligamus: neq; ex alijs habitibus prioribus ac notioribus oriũtur, ſed ſenſibus modò tribuenda eſt huius cognitionis origo. Quemadmodum enim inclinata iam acie, fuſoque propemodum exercitu, ſi reſiſtere unus incipiat, mox alius gradum ſiſtit, deinde alius atq; alius: donec ad principium agminis id perueniat,

Vis naturalis ad cognoſcendũ, quomodo in omnib. animantibus ſit.

Gradus cognitionis, & ſcientiæ.

Similitudo aptiſsima.

peruenit,ita(ut ſunt animi noſtri) ſimile aliquid in ijs uſuuenire poteſt. Sed quod modò dictum eſt, nec ſatis apertè explicatum, nũc ab initio explanemus. Ac primùm, cũ ſe aliquod indiuiduũ ſenſibus offert, tum primùm animo comprehenditur uniuerſum genus. Etenim ſingulare quidẽ eſt quod ſentitur, ſed ſenſus ipſe intimaq; cogitatio ad genus uniuerſum pertinet. ueluti cum hominem aliquem uideo, ſenſus ad hominem concipiendum, non ad Calliam hominem percipiendum pertinet. Tum uerò animus aliquandiu in hac atq; illa communi notione conquieſcit, idq; eò uſq; perſequitur, dum ad ſimpliciſsimam aliquam lariſsimeq; patentem notionẽ perueniat. ueluti huius atq; illius generis animantia tantiſper conſiderat, dum ad cõmunem animalis notionem perueniat: ac deinde pari ratione ex hoc genere ad alia progrediatur. Ex ijs planum eſt, prima initia inductione fieri nobis manifeſta. quid enim aliud eſt profecta hoc modo à ſenſibus noticia, quàm inductio? Quoniam autẽ omnium qui ratione cernuntur habituum, quibus uerum aliquid dicere poſſumus, alij ſunt in quibus perpetua ineſt ueritas, alij in quibus ut falſum dicatur interdũ euenit: huius generis ſunt, rerum agendarum & faciendarum ratio, & opinio. Ex genere autem eorum quæ ſemper uera ſunt, eſt ſcientia & intelligentia. Et quia nil eſt certius accuratiusq; ſcientia, præter intelligentiam, ſemperq; notiora ſunt principia demõſtratione, ſine qua nulla poteſt eſſe ſciẽtia: ex ijs profectò neceſſariò efficitur, principiorum non eſſe ſcientiam. Atqui nil eſt certius accuratiusq; ſcientia, præter intelligentiam. Itaq; in cognoſcendis principijs intelligentiam poſitam eſſe, perſpicuè hac ratione oſtenditur. Sed etiam hac ratione id confirmari poteſt: Principium demonſtrationis non eſt demonſtratio: neq; igitur principiũ ſcientiæ erit ſcientia. Quare ſi præter intelligentiam nil eſt in quo ſit perpetua ueritas, perinde atque in ſciẽtia: erit profectò intelligẽtia ueluti quoddam principiũ omnis ſcientiæ. Atq; ita id quod ualde conſentaneũ eſt, fiet, ut principium ſcientiæ ipſi attribuatur principijs: ſcientia autem, ſimili modo, omnibus his rebus quæ ex principijs ortæ ſunt.

Cognoſcendi principiis clarius explicantur.

FINIS.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBRI VIII,

Ioachimo Perionio interprete, per Nicolaum Grouchium correcti & emendàti.

IN TOPICORVM LIBRVM PRImum, Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.

Loci, ſunt ſedes argumẽtorum: unde firmatio, & infirmatio fit propoſiti problematis. Eorum ratio duplex eſt, aut inductio, quæ per exemplum fit: aut ſyllogiſmus, qui ſæpè per enthymema. Proceditur propoſitione, quando certus eſt aſſenſus, ut uoluptas bonum eſt: aut problemate per interrogationem, quando incertus, ut an uo-

A *luptas bonum ſit: diſputaturq; in utranq; partem, ad ueritatem eliciendam. Verbi gratia, uoluptatem omnia appetunt, quod autem omnia appetunt, bonum: uoluptas ergo bonum. Item contrà: uoluptas motus eſt in naturam ſenſibilem, omnis autem motus imperfectus: quod autem imperfectum, non bonum, uoluptas ergo non bonum. Sunt igitur huiuſmodi totidem, quot ſubiecta. Nam quædam philoſophica, ut an mundus æternus, ut anima immortalis: aut ethica, ut an honeſtum utili præferendum: aut ad medicinã pertinentia, ut an pharmaco ſiue diæta ſit hemitritæus curandus, an pituita ſit cauſa frigoris inteſtini: aut logica, ut an propoſitio neceſſaria Topicis conueniat. Sunt & uniuerſalia, ut uirtus appetenda: aut particularia, ut quædam uirtus appetenda. Nec mirum, dialecticam hoc modo ſingulas artes diſcutere, & in omnibus utrinq; diſputare: quum ipſe Ariſtoteles in VIII. huius operis dicat, quædam eſſe falſa, quæ ueris probabiliora uidẽtur. Alia eſt ratio, quòd dialectica ſeptam per ſe regionem nõ habeat, nec propriũ ſubiectum, quemadmodum reliquæ: quarum quælibet ſecundum ea quæ inſunt, in demõſtrationem facit, eaq; perpetuò tuetur. Neque propterea dialectica de geometriæ aut medicinæ principijs ut medicus aut geometra diſputabit, ſed ex cõmunioribus & opinabilibus, unde in utranq; partem argumenta faciat. Quælibet enim ſcientia & propinqua & remota principia retinet: propinqua profeſſor artis habet, remota uerò quiuis. uerbi gratia: Propria & propinqua geometriæ ſunt, Recta ſupra rectam ſi ceciderit, duos facit angulos rectos, aut rectis æquales: & rectæ*

B *à centro ad circumferentiam protenſæ omnes inter ſe ſunt æquales. Communia uerò ſunt hæc: Quæ ſunt eidem æqualia, & inter ſe æqualia ſunt. In medicinali commune principium omnibus notum, uidelicet, Febris eſt calor præter naturam uenæ, uel exceſſus caloris. Propria ſolo medico ſunt nota, uidelicet, Febris eſt calor præter naturam cordis & arteriæ, continens animalem tonum ex profundo, relata acuta. Rhetorica item omnium artium principijs nititur communibus tanquam proprijs. Quapropter Ariſtoteles in Demonſtrationis primo dicit, Rhetoricam eſſe antiſtrophon dialecticæ: hoc enim intelligendum, uel circa eadem & æqualia ſuppoſita uerſatur, uel circa oppoſita, & in idẽ firmat & infirmat, ſicuti dialectica. Sed iam ad dialecticas argumentationes redeamus, quarum organa ſiue inſtrumẽta ſunt quatuor. Primum, propoſitiones ſuaſibiles & opinabiles legere: non enim neceſſaria proponit, aut ab omnibus conceſſa: ut ſi Deus colendus, aut ſi ſol luceat: ſed tantum media, quæ inter utranque partem dici poſsint, ut an pax ſit potior bello, an uxor ducenda. Secundum, facere diſtinctiones in eodem: & uno non ſolum nomine, ſed & re & nomine: nõ homonymo, ſed eodẽ ex datis, ex neceſsitate, & à principio commemoratis, ſecundum idẽ & ad idem, & ſimiliter, & eodem tempore. Tertium, noſſe differentias cuiuslibet rei: uidelicet, quid ſenſus à ſcientia differat, quid ſenſus communis etiam à cæteris animalibus. Scientia enim tãtum hominis: & ille ſtatim nobis natus, hæc interuallo tẽporis. & ille ſemel amiſſus nunquam, hæc quandoq; recuperatur. Quartum, noſſe ſimilitudines,*

tudines, quam ſimul habeant uiciſsitudinem res. ut ſimile contendere & litigare: hoc uerbis, illud factis. & ſic de reliquis. Categorumena, id eſt prædicata, unde oriũtur quæſtiones dialecticæ, quatuor. Definitio, quam Ariſtoteles ὅρον uocat, hoc eſt uerbum, quod quid eſt eſſe ſignificans: Cicero notationem ſeu notam. deinde Proprium, Genus, & Accidens. Hæc enim propoſitiones, aut coniuncta non ſunt: ſed ex his fiunt propoſitiones & ſyllogiſmi. Idem & alterum definitioni coaptatur. Probatio enim definitionis probat & idem: monſtrato quod definitio hæc illius congruè monſtratur, & quod hoc idem illi: non item contrà. Verbi gratia, Gaudium eſt idem cum lætitia: non tamen eſt gaudium definitio lætitiæ, neq; lætitia gaudij. In infirmatione uerò contrà euenit infirmato, quod illi non eſt idem. tollitur etiam, quod non definitio hæc illius. Idem quoque tripliciter dicitur: numero, ſpecie, genere. aqua enim ex eodem fonte eadem ſpecie uidetur, ſi in duobus conſiſtat uaſis: ſimilitudine tamen maxima, haud aliter quàm homines, qui uehementer inter ſe ſimiles ſint. Vnum etiam numero pluriſariam: ex accidenti, proprio, definitione, & his ſimilibus. Problemata etiam, utrum hoc an hoc, ſub eodem genere reducuntur. Generica enim problemata ſunt, quærentia quod genus adlati, utrum hoc an hoc. Comparatiua inſuper ſub accidente & ipſa reducuntur: uidelicet An magis opinio quam ratio deligenda, utile an honeſtũ. nam omnia comparatiua intentionem & remiſsionem recipere palam eſt. Præterea cum ſint quinque uoces, quæ uniuerſales appellantur, ſpecies & differentia in dialectica ad generica reducuntur problemata. In uniuerſum uerò, cuncta in definitione etymorum nominum conſiſtunt: quam Cicero notationem uocat. nam & ſingula definitione ad probandum indigere uidentur.

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum primum, Angeli Politiani Argumentum.

NVnc & Topica percurramus. Differere hic in quouis negocio docemur. Tractaturq; dialectica potiſsimũ ratiocinatio ex probabilibus, differens à litigioſa. quoniam in ea non tam probabilia ſunt, quàm uidentur. Confert exercitationi, congreſsibus philoſophiæ. Propoſitio igitur omnis, uel problema, quod à propoſitione modo tantum differt, circa genus, definitionem, proprium atq; accidens, & quidem in prædicamentis omnibus uerſantur. Cernitur & idem, & alterum, quod utrunq; genere, ſpecie, numero. Quatuor dialectici inſtrumenta, acceptio propoſitionum, diſtinctio intellectuum, inuentio differentiarum, conſideratio ſimilitudinis. Propoſitiones accipimus, ex omnium, ex uulgi, è ſapientium opinionibus, uel memorabilibus, uel naturalibus, uel rationalibus. Diſtinguuntur intellectus inſpectis oppoſitis, ſpeciene, an uocabulo differant: item caſibus, generibus, finitionibus, comparationibus, diſcriminibus. Differẽtiæ generibus exquiruntur: ſimilitudo ijs indagatur, quæ diuerſorum ſunt, aut eorundem generum. Horum quælibet uſus habent in diſputando proprios.

A

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum primum, Ioachimi Perionij Argumentum.

QVod in cæteris libris, quos adhuc ab Ariſtotele tranſtuli, feci, ut quibus locis cõmodè fieri poterat, rationem conuertendi noſtram à Cicerone non omnino diſſentire & abhorrere docerem, id mihi in his Topicis transferendis, ac multo etiam magis faciundum putaui. Nam cũ ab alijs libris multos locos Ciceronem mutuatum eſſe & & tranſtuliſſe probaui, tum id me ſpero de his ipſis libris, quos ipſe ſibi ad imitandum propoſuiſſe dicit, facilius eſſe probaturum. Atq; id ita faciam, ſi antè de ordine librorum Ariſtotelis, qui ad Dialecticam pertinent, pauca dixero. Ego ſic exiſtimo, tribus his libris, Inſtitutioni Porphyrij, Categorijs, & de Interpretatione Ariſtotelis, ſtatim hos octo Topicorum adiungendos eſſe, tum unum de Reprehenſionibus captioſis & fallacibus, poſtremò quatuor de Ratione & arte iudicandi. Me in hanc ſententiam hæc potiſsimum ratio ducit Nam cum his libris octo diſciplina (ut & inſcriptio, & ipſe Cicero indicat) inueniendorum argumentorum contineatur, alijs autem quatuor ars iudicandi: iudicare autem de re nulla, niſi quæ ſit inuenta, poſsimus: fit ut hæc pars alterã antecedere debeat. Nec uerò de hac re ſic diſſentio à cæteris, quaſi uerò nullum auctorem & defenſorem habeam huius ſententiæ. Vel ipſe Cicero hoc in primis tradit, cùm multis alijs libris, tũ uel maximè initio Topicorum. eſt enim eius libri hoc initiũ:

B Cum omnis ratio diligens differendi duas habeat partes, unam inueniendi, alteram iudicandi, utriusq; princeps, ut mihi quidem uidetur, Ariſtoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. Iudicandi enim uias diligenter perſecuti ſunt, ea ſcientia quã Dialecticen appellant. Inueniendi uerò artem, quæ Topice dicitur, quæ ad uſum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerũt. Nos autem quoniam in utraq; ſumma utilitas eſt, & utramq; ſi erit ocium, perſequi cogitamus, ab ea quæ prior eſt, ordiemur. Hæc ille. Proferam etiam locum alterum ex quarto de Finibus: Cumq; duæ, inquit, ſint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, una inueniendi, altera differendi: hanc poſteriorem & Stoici & Peripatetici, priorem autem illi egregiè tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. Nam è quibus locis quaſi theſauris argumenta depromerentur, ueſtri ne ſuſpicati quidem ſunt, ſuperiores artificio & uia tradiderunt. Proferrem etiam ea quæ in ſecundo de Oratore libro in eandem ſententiam ſcribit, niſi hæc ſatis multa uiderentur. His quidem locis tota hæc res ſic confecta uidetur, ut nihil præterea uideam, quod requirere debeamus. Ait enim, ut intelligi potuit, Topicen ordine naturæ priorem, & alteram poſteriorem. quum cur aliàs iudicãdi partem, aliàs differendi appellet, ſi quis requirat, ei reſpõdendum puto, quoniam ille à Stoicis ait, poſteriorem partem dialecticen appellatam, in differendo autem iudicium conſiſtit maximè: eo hanc ab eo partem modò iudicandi, modò differendi, nominari. Certè Quintilianus priorẽ τοπικὴν, poſteriorem κριτικὴν à Dialecticis uocari tradit. Extremo enim

nim quinto libro ſcribit his ferè uerbis: Illi homines docti, A *& inter doctos uerum quærentes, minutius & ſcrupuloſius ſcrutantur omnia, & ad liquidum confeſſumq; perducunt, ut qui ſibi & inueniẽdi & iudicandi uendicẽt partes, quarũ alterã τοπικὴν, alteram κριτικὴν uocant. Quare ut ad propoſitum reuertar, ſi utriuſq; partis princeps, ut Ciceroni uidetur, Ariſtoteles fuit, τοπικὴν autẽ priorem naturæ ordine idem ſtatuit, quæ his libris contineatur, certè eandẽ priorem exiſtimare debemus. Cumq; præter τὰ ἀναλυτικὰ libri nulli Dialecticæ extent, quibus iudicandi uias Ariſtoteles ſit perſecutus, ij profectò in hoc numero habendi ſunt. Itaq; ἀναλυτικὰ inſcribũtur, quod uerbum uidetur mihi uertendum, quoniam non eſt uſitatum, ut Topica ars iudicandi. Quis enim ferat, Reſolutoria? eſt enim Gallicum uocabulum. ἀναλύειν ergo, iudicare, aut dijudicare eſt. Et profectò illi ipſi qui uerbo hoc barbaro utuntur, idẽ indicant & ſentiũt. Aiunt enim, reſoluere idem ualere quod explicare, diſſoluere, diſcutere & iudicare. Itaq; reſolutionem uocant, ſentẽtiam de quaque re, & iudicium: & reſolutos homines, eos qui rerũ uel difficillimarum norunt nodos diſcutere, & de quaq; re etiã ex tempore iudicium ſuũ interponere, ut nihil nouũ, nihil non diu meditatum eis proponi queat. Sed quid in explicanda uerbi huius ui atq; natura tantum laboris cõſumimus, cum ipſe Boëtius, qui primus poſt Ciceronem, quantum intelligere poſſumus, philoſophiæ lumen afferre conatus eſt, unus nos à tanta cura liberare poſſit? Scribit enim principio librorum, quos de differentijs Topicis in-* B *ſcripſit, his uerbis: Omnis ratio diſſerendi, quam logicen Peripatetici ueteres appellauere, in duas diſtribuitur partes: unam inueniendi, alteram iudicandi. Et ea quidẽ pars, quæ iudicium purgat atq; inſtruit, ab illis ἀναλυτικὴ uocata eſt, à nobis poteſt reſolutoria nuncupari. Ea uerò quæ inueniendi facultatem ſubminiſtrat, à Græcis τοπικὴ, à nobis localis dicitur. Ac de illa quidem parte, quæ iudicandi magiſtra eſt, alias diſputabitur, &c. An potuit planius facere, eandem eſſe illam Ariſtotelis τοπικὴν & ἀναλυτικὴν, & Quintiliani τοπικὴν & κριτικὴν diuiſionem? Sed tamen cum alteram partem inueniendi, alteram iudicãdi ſtatuerit, in tradenda earum diſpoſitione, quod permirũ mihi uideri ſolet, & ordine peccauit. Multis enim locis ἀναλυτικὰ antecedere, τοπικὰ ſequi putat oportere. in quo Alexandrũ Aphrodiſeum ſecutus eſt, & à Philopono diſſentit. Philoponus enim in principio Commentariorum, quibus priorem librum eorum qui artem & diſciplinam poſteriorem iudicandi continent, illuſtrat: Topica ἀναλυτικοῖς ordine priora uult eſſe: itemq; librum quem de Fallacibus & captioſis reprehenſionibus Ariſtoteles inſcripſit. Eius rationes Alexander, poſteaquam diſcuſſit principio Commen. in σοφιστικοὺς ἐλέγχους, contrà ſentit. Ego Philopono de ordine aſſentior: de rationibus quæ eum in hanc ſententiam duxerũt, neq; planè aſſentior, neque diſſentio. Hoc unum dico, illos duos, magnos cos quidem philoſophos, ſi inſcriptionis librorum rationem habuiſſent, non generum ratiocinationum, quorum illis libris diſciplina continetur, aliter fuiſſe* A *ſenſuros. Quis enim adeò ignarus eſt rerũ, quin prius inuenire, quæ quiſq; dicat, quàm de inuentis iudicare putet oportere? Atqui Topicis diſciplina inueniendorum argumentorum, ἀναλυτικοῖς iudicandi uiæ continẽtur. Quo uehemẽtius admiror, Boëtium, qui uerè & rectè de ui inſcriptionis, ut probaui, iudicauit, in ipſo tradendi ordine aberraſſe. Quapropter rationem illam ueram, quæ apud quemq; plurimũ ualere debet, quamq; Ciceronem ſecutũ uidemus, ſequamur. Non igitur temerè ego, aut caſu, ſed conſilio & ratione, abſolutis conuerſiſq; de Græcis tribus libris ſuperioribus, quibus Dialecticæ initia & quaſi elementa traduntur, me ad hos potiſſimum octo libros, quibus ars & diſciplina argumentorũ inueniendorum traditur atq; cõtinetur, transferẽdos uertendosq; contuli. Qua de re ut ego ab alijs diſſentio, ſic multos in alia ſententia fore ſentio. Hoc unum me certè conſolabitur, quoquo modo res cadat, quod cum non ſententiæ nouæ inuentor, ſed ueteris defenſor ſim, facilius inuidiam, ſi qua fortè impendeat, ſuſtinebo.*

DIALECTICAE PONIT ELEmenta, & *ratiocinationum genera diſtinguit.* Caput I.

HOC nobis loco propoſitum eſt, uiam atq; rationem inuenire, qua & de omni quæſtione propoſita, probabili argumentatione poterimus diſſerere: & nihil repugnãs, ſi quid in diſputationibus defen- B damus, afferemus. Ac primùm quidem quid ſit ratiocinatio dicendum eſt, quæq; eius genera: ut ratiocinatio Dialectica, quoniam hoc ſermone eam inueſtigamus, quid ſit intelligatur. Eſt igitur ratiocinatio, oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quidpiam, quàm quæ poſita ſunt, ex ijs ipſis quę poſita ſunt, efficitur neceſſariò. *Syllogiſmus.* Demõſtratio autem eſt, cum ex ueris & perſpicuis concluſio eſt: aut certè eiuſmodi, quæ à quibuſdam perſpicuis & ueris cauſam cognitionis ſumunt. *Demõſtratio.* Dialectica uerò ratiocinatio eſt, quæ ex probabilibus concluditur. Vera quidem ſunt & perſpicua ea, quæ non ab alijs, ſed à ſeipſa fidem habẽt. *Vera.* Neq; enim initiorum ac principiorũ, quæ in ſingulis ſunt ſcientijs, quærenda ratio eſt, eaq; omnia per ſe ipſa perſpicua eſſe debent. Probabilia autem ſunt quę probantur aut omnibus aut plurimis, aut certè ſapientibus: atq; ijs uel omnibus uel plurimis, uel ijs quorũ ſpectata eſt & perſpecta ſapientia. *Probabilia.* Fallax autem & certandi ſtudio cõparata ratiocinatio eſt, quæ ex ijs progreditur, quæ probabilia uidentur, nec ſunt: aut quæ ex probabilibus, uel quæ probabilia uidentur, conſtans cõcluſio, neceſſaria eſſe uidetur, nec eſt. *Ratiocinatio fallax & contentioſa.* Nõ enim omne quod probabile uidetur, etiam probabile eſt: quandoquidem nihil eorum quæ habentur probabilia, extrinſecus & quaſi ſpecie prima, tale exiſtit omnino. Id quod initijs concluſionum fallaciũ ſolet contingere. Celeriter enim ac ſæpè ijs etiam qui parua cernere poſſunt, his in rebus falſa natura ſe offert & oſtendit. Prior igitur ratiocinationum earum, quas fallaces & ſtudio

ſtudio certandi comparatas eſſe diximus, etiam raiiocinatio uocetur. Altera fallax ratiocinatio, non omnino ratiocinatio dicatur: qooniam cõcludere uidetur, neq; concludit. Sunt etiam prę- ter eas ratiocinationes quas expoſuimus, fallaces conclusiones, quæ ex proprijs initijs nonnullarum artium efficiuntur, & conſtant: quod fit in geometria, alijsq; quæ huic finitimæ ſunt. Nam inter genus hoc & ſuperiora aliquid intereſt: neque enim ex ueris & primis, neq; ex probabilibus progreditur is, qui pſeudographo utitur. Nõ enim in definitiooem incurrit: quoniam nec ſumit quę probantur omnibus, nec quæ plurimis, nec quæ ſapientibus: atq; his nec ea quæ omoibus, nec quæ pluribus, nec qoæ probatis: ſed ex proprijs ſcientiæ ſumptionibus non ueris, quod uult efficit. Nam quis ſemicirculos deſcribit, nõ quemadmodum deſcribendi ſunt, aut lineas ducit, non qoomodo ſunt ducendæ, eo falſam conclusionem efficit. Ac ratiocinationom quidẽ genera hæc ſunt, quæ à nobis pingui quadam minerua expoſita ſunt. Nam & de ijs quæ iam diximus, & de ijs de quibus deinceps dicturi ſumus, hoc ſemel admonere uolo, nil horum me uelle ſubtiliter & accuratè docere, ſed tantum rudem ueluti formam ſubijcere rerum ſiogularum. Ego enim ita ſentio ad hanc artẽ quam hoc loco docere inſtituimus, ſatis eſſe, rudem quandam ac ſimplicem rerum ſingularum habere cognitionem.

Sophiſtica ratiocinatio, ſiue paralogiſmus.

DE DIALECTICAE TRIPLI-*ci utilitate.* *Caput* II.

SEquitur ut deinceps, ad quot quasq; res inſtituri noſtri ratio cõdocat, diſſeramus. Tria autem ſunt, quorum primũ exercitatio eſt, alterum congreſſus, tertium philoſophiæ ſcientia. Atq; ad exercitationem quidem magnum eã adferre adiumentum, hinc perſpici licet, quòd ſi uia & ratione inſtructi ueniemus ad diſputandũ, facilius de re propoſita diſſerere poterimus. Ad coogreſſus autem & colloquia, quòd moltorũ enumeratis expenſisq; ſententijs, non ex alienis & longè petitis, ſed proprijs aptisq; locis ſermonem depromemos, quem cum ipſis conferamus. Ita ſi quid minus præclarè nobis uidebuntur dicere, id facilè refellemos. Ad philoſophiæ autem cognitionem, quod facultate in utranq; partem de re quaq; diſpotandi inſtructi, facilius in quaq; re quid uerum ſit, quid falſum, perſpiciemus. Atq; etiam ad prima initia omnium artium cognoſcẽda, in hac arte uis maxima eſt. Nã quoniam principijs, quę propria artis eius ſunt de qua agitur, adhibitis, de ijs ipſis nihil dici poteſt, nec concludi (ſunt enim prima) certè ijs quæ in quaque probabilia ſunt utamur neceſſe eſt, ſi quid de his exponere uelimus, quod dialecticæ propriom eſt uel maximè. Cum enim hæc ratio ſit quædam indagatrix, ad omnia omnium rerum quæ uia & ratione progrediuntur principia, uiã aperit. Sed hæc tum demũ perfecta in nobis erit ratio, cum id accidet nobis, quod ijs qui arte rhetorica, medicina, cæterisq; facultatib. ſunt præditi: id eſt, cũ ex ijs quæ commodè ad rem propoſitam adhiberi poſſunt, efficiemus quæ uolumus. Neq; enim uel orator omnibus modis per- A ſuadere ſolet, oel medicus curationem adhibere: ſed ſi oihil prætermittat eorum quæ adhibere poſsit, tum denique & peritum eum & artificem iudicamus.

B

Dialectici officium & finis.

DE QVATVOR QVAESTIO-*num propoſitionumq; generibus, in quibus Dialectica uerſatur.* *Caput* III.

PRimùm igitur ex quibus hæc conſtet ratio, uideamus. Quòd ſi expoſuerimus, quot quibusq; de reb. omnis inſtituatur diſputatio, ac ex quibus conficiatur, & quemadmodum ea omnia nobis ſuppetent, facilè quod uolumus conſequemur. Sunt autem numero paria, & ea ex quib. argumentationes conſtant, & ea in quibus ratiocinatiooes uerſantur. quippe cum probationes ex propoſitiooibus cooficiantur, & ratiocinatiooes de quæſtionibus ſint. Omnis autẽ propoſitio, omnisq; quæſtio aut genus declarat, aut proprium, aut accidens. Nã differentia, quia generale quippiam eſt in eodem, io quo genus, numero reponenda eſt. Quoniamq; proprium aliud eſt, quod rei naturam explanat, aliud quod non explanat, diuiſum ſit proprium & diſtributum in partes has duas: appelleturque unum, id quod rei uim & naturam declarat, Definitio: alterum communi nomine qood habuit, uocetur Proprium. Ex quo perſpicuum eſt, quatuor omnia fieri, ut diuiſimus, uel proprium, uel definitionem, uel genus, uel accidens. Neq; uerò dictum uelim, hæc omnia per ſe aut propoſitionem efficere, aut qoæſtionem: ſed hoc dico, ex his omnibus & quæſtiooes cõſtare, & propoſitiones. Differt autem ratione quadã propoſitio à quæſtione. nam ſi quæratur hoc modo: An ſit animal gradiens bipes, definitio hominis? aut, ſitne animal hominis genus? propoſitio eſt. ſin hoc modo, ſitne animal gradiens bipes, definitio hominis, nec ne? quæſtio eſt. quod idem io cæteris contingit. Pari igitur numero inter ſe reſpondent & propoſitiones & quæſtiones: præſertim cum ex omni propoſitione, ſi rationem dicendi mutes, quęſtionem facere poſsis.

DEFINIT ILLA QVATVOR *quæſtionum genera, & illuſtrat exemplis.* *Caput* IIII.

NVnc dicendum eſt, quid ſit definitio, qoid genus, quid propriom, qoid accidẽs. Definitio, eſt oratio, quæ id quod definitur, explicat quid ſit. Adhibetur autẽ aut oratio pro nomine, aut pro oratione oratio. poſſunt enim quædam quæ oratione exprimuntur, definitione aperiri. Qui autẽ quoquo modo nomen pro nomine reddunt, ij profectò rei definitionẽ non explicant: quandoquidem omnis definitio oratio eſt. attamen hoc referendum eſt ad definitionem: ut, Honeſtũ eſt, quod decet. Itemq; hoc, utrum idem ſit ſenſus & ſcientia, an aliud, definitioni attributum eſt. in definitionibus enim idẽne ſit, an alterum, multus uſus eſt. Ad definitionemq; pertinent ea omnia, quæ eadem uia & ratione tractantur, qoa definitio. Atq; hæc omnia talia eſſe, ex hoc intelligi poteſt, quòd ſi poſſumus quid idem ſit, qoid aliud, differere, magna nobis de definitionibus diſputandi ſuppetet copia.

Definitio.

pia. Nam ſi non idem eſſe oſtendemus, definitionem infirmabimus: quanquam non id retrò cõmeat. non enim ſatis eſt ad conſtruendam definitionem, idem eſſe docere: ad euertendam autem ſatis eſt, non eſſe idem oſtendere. A

Proprium. Proprium autẽ eſt, quod quid ſit res nõ explicat, in ſoloq; ineſt, & uiciſsim de re dicitur: ueluti hominis propriũ eſt, natum eſſe ad percipiendam grãmaticam. Si enim homo ſit, uim habet ad percipiendam grãmaticam: & ſi quid ſit quod uim ad percipiendã grãmaticam habeat, homo. Neq; enim quiſquã id proprium eſſe dicat, quod in aliam rem transferri poteſt: ut dormire hominis proprium non eſt, etiamſi ad quoddam tempus in ſolum hominem cadat. ſed ſi quid tale proprium dicatur, nõ omnino, ſed ad quoddã tempus, aut ad aliquid collatum, proprium appellabitur. Nam à dextra eſſe, proprium eſt interdũ: & bipedem eſſe, proprium eſt, quod cum aliquo confertur, ut hominis proprium eſt ad equum & canem. Atq; nihil eorum quæ in alio etiam ineſſe poſſunt, uiciſsim dici, hinc perſpici licet, quòd non eſt neceſſe, ſi quid aliud dormiat, id eſſe hominem.

Genus. Genus autem id eſt, quod de pluribus, ſpecie autem differentibus dicitur, in quæſtione qua quid ſit res quæritur. In quæſtione autem qua quid quicq; ſit quæritur, ea dicuntur omnia quæ accõmodatè & aptè reſpondẽtur, cũ rogatur quid ſit id de quo agitur. Vt ſi quis rogetur qd ſit homo, aptè reſpondebit animal.

Idem & aliud, ad genus pertinent. Generi etiam illud attributũ eſt, ſitne aliquid in eodẽ genere in quo aliud, an in alio. hoc enim eadẽ ratione tractatur, qua genus. Nam ſi animal genus hominis eſſe demõſtrauerimus, itemq; bouis: certè oſtenderimus, quòd in eodem ſunt genere. & ſi alterius genus eſſe docuerimus, alterius non eſſe, ea non ad idẽ genus docuerimus pertinere. B

Accidens. Accidens eſt, quod nihil horum eſt, nec genus, nec definitio, nec proprium, rei autẽ conuenit: & quod cadere poteſt in rem unam aliquam, & in eandem non cadere. uelut ſedere, & conuenire eidem & non conuenire poteſt. itemq; id quod album eſt: quoniam nihil prohibet eundem aliàs album eſſe, aliàs nõ album. Harum autem accidentis definitionum uerior eſt & aptior ſecunda. Siquidẽ priore propoſita, ſi quis eam ſit intellecturus, is antè quid definitio ſit, quid genus, quid propriũ, ſciat neceſſe eſt: at poſterior ſatis ipſa per ſe plena & perfecta eſt, ut quid ſit accidẽs per ſe intelligatur.

Cõparationes ad accidens referuntur. Accidenti attributæ ſunt rerum omnium inter ſe cõparationes, quæ ab accidente ducuntur: ut, utrũ expetẽdum magis, quod honeſtum eſt, an quod utile? & utra uita ſuauior, eáne quæ uirtute, an quę uoluptate dirigitur? & ſi qd aliud eodẽ modo dicitur. In ijs enim omnibus, utri id de quo agitur magis conueniat, quæritur. ex quo perſpicuum eſt, accidẽs ad quoddam tempus, & cum aliquo collatum, proprij nomen obtinere poſſe: ueluti ſedere, quod eſt accidens, ſi quis ſolus ſedeat, tum ad tempus proprium erit: & ſi ſolus quis ſedeat, etiam erit proprium ad eos qui non ſedent. Ita nihil prohibet accidens ad quoddam tempus, & cum aliquo collocatum, uim proprij ac nomen obtinere, cum interim non ſit futurũ omnino proprium.

A

PROPRII, GENERIS ET ACcidentis omnia ferè, etiam definitionibus attribui poſſe. Caput V.

ILlud autem ignorare non debemus, ea omnia quæ ad proprium, quæ ad genus, quæ ad accidens referũtur, attribui etiam definitionibus poſſe. Nam ſi demonſtrauerimus, non ſoli ei conuenire quod definitur, ut in proprio: aut non eſſe in definitione genus id quod datũ eſt: aut non ineſſe aliquid eorum quæ in definitione continentur: quod etiam in accidente dici poteſt: certè definitionem euertimus. Ita iuxta illam, quam paulo antè poſuimus, rationem quodammodo ſub definitionem cadent omnia. Nec uerò ob eam cauſam in his omnibus uia & ratio una generalis quærenda eſt. Non enim hoc inuentu facile eſt: & ſi inuentum ſit, tamen obſcurum erit omnino, nec magnum adiumentum ad id quod quærimus adferet: at ſi propria eorum ſigillatim uia tradatur, facilior ex ijs quæ ſingulorum propria ſunt, de re propoſita erit explicatio. Itaque ſumma illis (idque rudi, ut paulo antè dixi, minerua) facienda partitio eſt. Tum ſua cuique aſſignanda ſunt attributa, quæ tum generis, tum definitionis attributa dicentur. Ferè autem quæ expoſita ſunt, ea ſunt quæ ſingulorum generum attributa ſunt.

IDEM ET ALIVD TRIBVS MOdis de re quapiam dici. Cap. VI.

PRimùm autem omnium de eodem diſſerẽdum eſt, quot modis dicatur. Tripertitò autem, ut rudius hanc rẽ ſubijciam, diſtributum eſt. Aut enim numero, aut ſpecie, aut genere idem ſoliti ſumus dicere. B

Idem numero. At numero quidem eadem ſunt, quorum & nomina plura & res una eſt: ut ueſtimentum & ueſtis.

Specie. Speciei autem eiuſdem ſunt ea quæ multa ſunt, neque ſpecie differunt: ut duo homines, ut duo equi. Ea enim eiuſdem ſpeciei dicuntur, quæ eidem ſpeciei ſubiecta ſunt.

Genere. Itemq; eiuſdem generis ſunt ea, quæ eidẽ generi ſubijciuntur: ut homo & equus. Aqua autem quæ ab eodem fonte manat, eadem dici alio modo atq; ſuperiora uidebitur: ſed tamen in eodem genere numeranda eſt, in quo ea quæ unius ſpeciei quoquo modo habentur, præſertim cum cognatione quadã & ſimilitudine hæc inter ſe coniuncta ſint omnia. Siquidẽ aquæ omnes, quòd ſimilitudinem quandam inter ſe habeant, eiuſdem ſpeciei ſunt: & aquæ ab eodem fonte fluentes, quæ eædem dicuntur, non alia ratione differunt ab alijs, niſi quòd excellentior ſit & maior harum ſimilitudo. Itaq; non ab ijs hoc genus ſeiungimus, quæ eadem quoquo modo ſpecie continentur.

Idem numero, tribus modis. Conſtat autem inter omnes, id quod eſt unum numero, idem appellari ueriſſimè. Idq; ſolet in multas partes tribui: quarum prima eſt, & maximè propria ea, qua aliqua eodẽ nomine uel definitione dicuntur, ut ueſtimentũ & tunica, ut animal gradiens bipes & homo. Secundo loco, cum per proprietatem idem aliquid exprimitur: cuius generis eſt hoc totum, quod uim habet ad cognitionem percipiendam, & homo: & quod ſublime natura fertur & ignis, eadẽ ſunt proprietate. Tertiò loco, cum id ab accidentibus

tibus naſcitur, ut quod ſedet, quodq́; muſica pręditum eſt, idem eſt quod Socrates. unũ enim numero hæc declarare omnia, ex ijs qui nominum mutationẽ faciunt, intelligi poteſt. Sępè enim ſi quem euocari iubemus nominatim, neq; is intelligit cui iubemus, alio rũ nomine utimur, quaſi facilius ex re aduenticia ſit intellecturus, ideoq́; uel ſedentem, uel diſputantem ad nos accerſiri iubemus. Ex quo perſpicuum eſt, idem exiſtimare nos accidente declarari, quod nomine. Idem igitur tribus modis, ut expoſitum eſt, dicitur.

OMNEM DISPVTATIONEM *quatuor illis quæſtionum generibus contineri, demonſtrat.* *Cap.* VII.

Omnem autẽ diſputationem de ijs quæ ſuprà dicta ſunt haberi, ex hisq́; conſtare, primùm inductione perſpici licet. Si quis enim unáquanq; propoſitionem & quæſtionem perſpiciat & conſideret, is certè uel ex definitione, uel ex proprio, uel ex genere, uel ex accidente eá cõſtare animaduertet. deinde id ratiocinatione hac cõcludi poteſt. Quicquid enim de aliquo dicitur, id neceſſe eſt reciprocari, uel non reciprocari. Si reciprocatur, definitio erit, uel proprium. Nam ſi naturam rei explicet, definitio: ſi non explicet, proprium erit: præſertim cum propriũ id eſſe definiuimus, quod uiciſsim diceretur, neq; rei uim naturamq́; explicaret. Sin minus ipſum & res reciprocentur, aut in ijs eſt quæ in definitionem incluſa de ſubiecto dicuntur, aut non. Si in ijs quæ in definitione comprehenſa de ſubiecto dicuntur, aut genus, aut differẽtia ſit neceſſe eſt: quandoquidem è genere ac differentijs omnis definitio eſt. Si non eſt in ijs quę in definitione continentur, profectò accidens ſit neceſſe eſt: ſiquidem accidens id eſſe definiuimus, quod nec definitio eſt, nec genus, nec proprium, rei autem accidit. Deinceps categoriæ exponendę ſunt, ad quas eæ quatuor rerũ quas diximus diſtinctiones differentiæq́; referuntur. Sunt autem numero decem: ſubſtantia, quantitas, qualitas, ea quæ cõ aliquo conferuntur, ubi, quádo, ſitũ eſſe, habere, facere, pati. Semper enim ad unam harum decem, accidens, genus, proprium, & definitio pertinent: ut neceſſe ſit omnes quæ ex his conſtabũt propoſitiones & quæſtiones, aut ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut aliquam aliam categoriam indicare. Id autem quod ſignificat quid alterum ſit, interdum ſubſtantiã ſignificare, interdum qualitatem, interdum aliam categoriam, ex hoc perſpici poteſt, quòd cum propoſito homine aliquis dicit, id quod propoſitũ ſit, eſſe hominem aut animal, is & quid eſt dicit, & ſubſtantiam explicat: cumq́; propoſito & conſtituto colore albo, dicit id de quo agitur, colorem album eſſe, naturam & ſubſtantiam declarat, explicatq́; qualitatem. Itemq́; ſi propoſita magnitudine unius cubiti, id cõfirmet, de quo agetur, magnitudinem eſſe unius cubiti ſubſtantiam dicit, & quantitatem indicat. Quod idem in cæteris contingit. Siue enim idem de ſe dicatur, ſiue genus de eodem, naturam ſubſtantiamq́; declarat. Sin de alio, non naturam iam, ſed uel qualitatẽ, uel quãtitatem, uel aliquam aliam categoriã in-

Categoriæ X enumerãtur.

B

A dicat. Quare hęc tot ſunt, de quibus, & ex quib. omnis inſtituitur diſputatio. Sequitur ut, quemadmodũ propoſitiones eligamus, quibusq́; reb. hæc nobis facultas ſuppeditabitur, doceamus.

QVID PROPOSITIO DIALE*ctica, & ex quib. cõſtet, declaratur.* *Cap.* VIII.

Primùm igitur exponendũ eſt, quid ſit Propoſitio dialectica, quid quæſtio dialectica. Neq; enim propoſitio, quęſtioq́; omnis dialectica putanda eſt, præſertim cũ nemo, qui quidem mentis ſuæ ſit, accipiat ut aliquid probet, quod probetur nemini: neq; pro quæſtione ponat, quod perſpicuũ ſit omnibus, aut pluimis: quando quidem hæc nullam dubitationem habent: illa autem nemo unquam admiſerit. Eſt autem Propoſitio, interrogatio probabilis, quæ nõ ſit contra opinionem, uel omnium, uel complurium, uel ſapientum: ac ſapientum, aut omnium, aut permultorum, aut eorum quorum maximè perſpecta eſt & ſpectata ſapientia. Nam id facilè admitti ſolet, quod ſapientibus probatur, dummodo maximæ partis ſententijs minimè repugnet. Pertinent etiam ad propoſitiones huius generis ea omnia, & quæ ad probabilium ſimilitudinem accedunt, & diſparata eorum quæ probabilibus aduerſantur, omnesq́; ſententiæ quæ ijs artibus quæ inuentæ ſunt, congruunt & conſentiunt. Nam ſi hoc probabile eſt, eandem in contrarijs artem uerſari: etiã illud, eidem ſenſui ſubiecta eſſe contraria, probabile uideatur. Et ſi unã numero grãmaticam eſſe, tibiarum etiam artem unam eſſe probabile erit: ſin plures grãmaticæ, plures etiam artes eſſe tibiarum. Hæc enim ſimilia & cognata ſunt omnia. Itemq́; diſparata eorũ quæ probabilibus contraria ſunt, probabilia uidebuntur. Si enim hoc probabile ſit, Afficiendos eſſe beneficijs amicos: illud etiã probabile erit, De amicis non eſſe malè merendum. Atqui contrarium eſt, malè merendũ eſſe de amicis: diſparatum uerò, non eſſe malè merendum. Similiter, ſi de amicis bene merendum ſit, de hoſtibus non eſt bene merẽdum: quod eſt contradicens eius, quod probabili repugnabat. Contrarium enim eſt, Bene merendum eſſe de hoſtibus. Eadem eſt ratio cæterorum. Ex ſimilitudine etiam probabile exiſtet, contrarium de contrario. Si enim de amicis bene merendum eſt, de inimicis etiã malè. quorum illud, Bene de amicis merendum eſt, contrarium eſt huius, De inimicis malè merendum eſt. Vtrum autem id uerè dicatur, nécne, deinceps, cum de cõtrarijs diſſeremus, docebimus. Hoc autẽ perſpicuum eſt, ſententias omnes quæ artibus conſentiũt, propoſitionibus ijs quæ dialecticæ ſint, attribui oportere. Illa enim quiſque admittere ſolet, quæ probantur ijs qui in quaq; arte uerſati ſunt: ueluti in re medica, quæ medico: in re geometrica, quæ geometræ. Quod de alijs iudicandum eſt eodem modo.

Propoſitio dialectica, quid.

Contrariorum eadẽ eſt ratio.

QVAESTIO DIALECTICA *quid ſit, & quotuplex: tum de propoſito & quid à quæſtione differat.* *Cap.* IX.

Quæſtio autem dialectica eſt, quæſtio aut ad expetendum & fugiendum, aut ad ueritatem cognitionemq́; pertinens: idque

uel per ſe, uel quia adiumẽtum afferat ad aliquid aliud, quod horum altero genere continetur: de qua aut neutram in partem, aut contrà plerique ac ſapientes ſentiunt, aut ſapientes contrà ac plerique, aut utrique ipſi ſecum diſcordant. Sunt enim quæſtiones quædam ad perſequendum quid & declinandũ: cuius generis hæc eſt, Vtrum uoluptas bonum eſt, nécne? Aliæ ſunt ſolum cognitionis & ſcientiæ: ut ſi quæratur, Sit nécne ſit mundus ſempiternus? Quædam ipſæ per ſe ad neutrum horum ualent, habent tamen ſuam quandam ad illa utilitatem. Multa enim ſunt, quæ per ſe ad cognoſcendum nos non mouent, niſi aliorum cauſâ, ut per ea alia diſcamus. Sunt etiam quæſtiones, de quibus ratiocinationes contrariæ ſunt. Vtrum enim ſic, ánne ſecus ſit, quæſtio eſt, propterea quòd in utranque partem rationes probabiles ſuppetant. Sunt & de quibus, qa magna & ardua ſunt, ſtatuere nil poſſumus, rati difficilem eſſe cauſæ explicationem: quo ex genere hæc eſt, Vtrum mundus æternus eſt, nécne? id enim incidere poteſt in diſputationem. Ac Propoſitio quidem & Quæſtio expoſita ſunt. Propoſitum autem, ſententia eſt admirabilis, contráq; opinionem omnium, alicuius eorum quorum in philoſophia illuſtris eſt & peruagata fama: uelut, Non poſſe contradici, ut placet Antiſtheni: uel, Moueri omnia, Heracliti ſententia: uel, Vnum eſſe omnia, quemadmodum ait Meliſſus. Nam curare quæ quiſq; contra opinionem & ſententiam omnium afferat, amentia eſt. Aut de ijs certè rebus, quæ cum ſint contra opinionem, ratione tamen niti uidentur: quale illud B eſt, Non omne quod eſt, aut natum eſſe, aut ſempiternum, ut ſophiſtis placet. Eum enim qui muſicus ſit, eſſe grammaticum, neq; factum eſt, neq; ſempiternum. Id enim etſi nemini uerum eſſe uideatur, quia tamen probabili illa ratione nititur, alicui probabile uideri poterit. Ac propoſitum quidem, etiam quæſtio eſt, non omnis autem quæſtio propoſitum: quandoquidem nonnullæ quæſtiones ſunt eiuſmodi, de quibus neutram in partem ſunt ſententiæ. Propoſitum autem eſſe quæſtionem, hinc perſpici poteſt: quòd ſi uera ſunt, quæ paulo antè dixi, neceſſe eſt, aut multos de propoſito à ſapientibus, aut quoquo modo à ſeipſis utroſque illos diſſentire: quippe cũ propoſitum ſit, ſententia contra aliorum opinionem. Porrò autem omnes ferè Dialecticę quæſtiones hodie propoſita uocãtur, nihil tamen refert quocunq; nomine utamur. Neq; enim hæc ita diſtinximus, quaſi ſua nomina ſingulis rebus dare uelimus, ſed ut ne ignoraremus quæ ſit eorum diſtinctio. Nec uerò omne propoſitum, omnemúe quęſtionẽ nobis ad diſputandũ proponere debemus: ſed de qua quęrat aliquis eorum qui rationem deſiderent, non pœna digni ſint, aut ſenſu careant. Nam & qui quærunt, Sint, nécne ſint dij colendi, & amandi parentes, ſupplicio coërcẽdi ſunt: & qui, ſitne alba nix nécne, ſenſu carẽt. Nec de ijs etiam quæſtionibus & propoſitis diſputare debemus, quorũ in prompto eſt & facilis explicatio, aut nimium remota & difficilis: quoniã illa nullam dubitationem afferant, hæc maiorẽ quàm ut eam ferre poſsit exercendi cõſuetudo.

Propoſitum quid.

Propoſitũ quo modo ſit etiam quæſtio.

A ARGVMENTATIONVM DIALE-*cticarum genera duo, Inductio & ratiocinatio, earumq; uſus.* Cap. X.

His autem expoſitis, deinceps quot ſint genera argumentationum dialecticarum, dicendum eſt. Eſt autem una, quæ inductio: altera, quæ ratiocinatio nominatur. Ac ratiocinatio quid ſit, iam diximus. Inductio autem eſt, ex rebus ſingulis ad uniuerſas progreſsio: ut, ſi gubernator is demũ ſit optimus, qui peritus & doctus, itemq; auriga: in quaq; etiã re qui ſit peritus & exercitatus, omnino ſit optimus & præſtantiſsimus. Inductio quidem uerisimilior apertiorq; eſt, ſenſuumq; iudicio familiarior & notior, ac ſæpius in populi ore uerſatur. Ratiocinatio autem magis urget, ad eosq; qui contrà dicunt refellendos potentior eſt. Ac genera quidẽ in quibus uerſantur, & ex quibus conſtant argumentationes, ea ſunt quæ diximus.

DE QVATVOR INSTRVMEN-*tis, quibus ſyllogiſmorum & argumentorum copia poteſt comparari.* Cap. XI.

Rationes autem quibus magnam ratiocinationum argumentorumq; copiam cõparabimus, ſunt quatuor. quarũ una eſt in propoſitionib. eligendis: altera in diſtinguẽdo quot modis quicq; dicatur: tertia in differentijs inueniendis: quarta in ſimilitudinis cognitione & ſcientia. Sunt autem quodãmodo tria illa propoſitiones. Licet enim ex unoquoq; eorũ propoſitionẽ ducere: ut expetendũ eſſe, uel quod honeB ſtum eſt, uel quod iucundum eſt, uel quod utile. Et hoc inter ſenſum & ſcientiã intereſſe, q, ſi ſciẽtia amiſſa ſit, rurſum comparari poteſt: ſenſus ſemel erutus & amiſſus, nõ poteſt recipi. Et quam rationẽ habet id quod efficit bonã ualetudinẽ, ad bonam ualetudinem: eandẽ habere id quod firmam conſtitutionem facit, ad firmam conſtitutionẽ. Atqui prima propoſitio eſt ex ijs quę multis modis dicuntur, ſecunda è differentia, tertia ex ſimilitudine. Propoſitiones igitur eligendæ ſunt, quot modis in propoſitione explicanda diximus, ut uel omnium ſententias ſeligamus, uel plurimorum, uel ſapientum: atq; eorum uel omnium, uel plurimorum, uel eorũ in quibus ualet opinio ſapientiæ, uel etiam quæ contrariæ ſint probabilibus, uel quæ ſunt artium ſingularum propriæ ſententiæ: ſed contrariæ probabilibus ita ſunt accipiendę, quemadmodum ſuprà diximus, ut non ipſæ, ſed contradicentes earum ſumantur. Hoc etiam utile, in ijs eligendis non ſolũ probabiles ſumere, ſed eas etiã quæ ad earũ ſimilitudinem accedunt ſimul proferre: ut eundẽ ſenſum in contrarijs uerſari, quoniã etiam ars & ſcientia uerſatur. itemq; nos cernere aliqua re in aſpectũ intromiſſa & recepta, non inde eiecta & emiſſa: quoniã eodem modo audimus, guſtamus, & olfacimus. Quod idem fit in cæteris. Iam ea pro initio & poſitione aſſumenda ſunt, quę in omnib. uel certè in plurimis rebus ita eſſe uidentur. Talia enim facilè admittunt, qui nil habent in quo uera illa nõ eſſe oſtendant. Seligendę etiã ex his diſputationibus propoſitiones, quæ ab alijs ſcriptæ ſunt: ſed deſcriptiones ita faciendæ ſunt,

De parãda propoſitionum copia.

Loci cõmunes quomodo colligendi.

ſunt, ut de qnoque genere ſeparatim perſcribamus: neluti de bono, aur de animantibus: ac de omni genere bonotum, inirio facto à quæſtione naturæ. Norandę eriam ſunt omnium ſenrentię: ut placere Empedocli, quatuor eſſe corporũ initia & elementa. dictum enim clari hominis facilè admirritur. *Propoſitionũ et quæſtionũ genera tria.* Propoſiiiones autem & quæſtiones (ur earum tudi minetua numetum complectar) rribus ferè generibus conrinentur. parrim enim ad uiram & mores, partim ad naturæ obſcurirarem, partim ad diſſerendi rationem pertinent. Ad uiram & mores, quales hæ ſunr: Sir ne parenribus potius parendũ, an legibus, ſi diſcrepent? Ad diſſerendi rarionem: Vtrum eadem ars in contrarijs uerſetur? Ad naturæ obſcuritarem: ut, Sir ne mundus ſempirernus? Eadem eſt rario quæſtionum. Porrò autem quænam, & qualia ſinr tria genera, definitione explicare difficile eſt: tamen diligenria nobia adhibenda eſt, ur inductione frequenri, ex ſimilirudine exemplotum, quæ de ſingulis generibus propoſui, quod ſir quodque intelligamus. Ac inſtituto quidem philoſophorum ad ueritatem, dialecticorum ad opinionem & ueriſimilirudinem, hæc omnis de ijs dirigi deber diſputatio. Snmendæ ſunt autem quam maximè uniuerſæ omnes propoſiriones, & una in multas diſtribuenda eſt: ut eadem arte conrraria contineri, deinde aduerſa, tum ea quæ cum aliquo conferuntur. Eodemq; modo hæ in partes diuidendæ ſunr, quoad diuidi poſſunt. ut, bonorum & malorum eandem eſſe artem, albotum & nigrorum, frigoris & caloris: Itemq; in cęteris faciendum eſt. Ac de propoſitione quidem ſatis mulra dicta ſunr.

DE DISTINCTIONE, QVOT *modis quidq; dicatur.* Cap. XII.

IN illo aurem, quot modis quidque dicatur, non ſolum uidenda ſunt quæ alio atque alio modo dicuntur, ſed danda etiam opera eſt, ut rationes afferantur. ueluti non ſolum explicandum eſt, bonum alio modo dici iuſtitiam & fortitudinem, quàm id quod ad firmam affectionẽ corporis, & id quod ad bonam ualetudinem efficiendam ualet. ſed etiam illa, hoc ipſo quòd affectiones quædam ſunr & qualitates: hæc, ob cauſam, quòd uim habeant efficiendi aliquid, non quòd ipſa ſint qualirares. Quod in cæreris omnibus uidendum erir diligenrer. An aurem ſpecie mulris modis, uel uno modo aliqua dicantur, ex his perſpici poteſt. *Ex contrario.* Primùm ex contrario conſiderãdum eſt, an mulris modis dicatur, ſiue ſpecie, ſiue eriã nomine diſcrepet. Sũr enim quędã, quę ſtatim nominib. alijs arq; alijs differãr: ut ei quod acutum eſt in uoce, conrrarium eſt graue: in magnitudine, obtuſum. Perſpicuum eſt igitur id multis modis dici, quod acuto cõtrarium eſt. Quòd ſi hoc, eriam quod acurum eſt, utriuſq; enim ratione alterum erit contrarium: quoniam non idem acutum obtuſo & graui contrariũ futurum eſt. arqui urriq; acutum eſt contrarium. Rurſum grauirati in uoce contrarius eſt acutus ſonus, in magnitudine leuitas: ita grauitas multis modis dicitur, quandoquidem eriam eius cõtrarium. Itemq; quoniã pulchro in animali, tur-

A pe contrarium eſt, in domo antẽ, ſi quod illa peccatum haber: fit, ur pnlchrum ſir homonymum. In quibuſdam, cum nomina nou ſunt uaria, taman aperta ſpeciei diſtinctio eſt: ut in cãdido & fuſco contingit. uox enim & candida & fuſca dicitur: itemq; color candidns & fuſcus. Nõ igitur nomine diſcrepanr, cum interim perſpicua ſpeciei aur generis declaretur differenria. non enim eodem modo color fuſcua, & uox fuſca appellatur. Arque eriam ex ſenſu id perſpici licet. Quæ enim eiuſdem ſunt generis, eidem ſenſui ſubiecta ſunr: de eo aurem quod in uoce & in colore eſt candidum, non eodem ſenſu iudicamus: ſed hoc aſpectu, illud auribus. Itemque eius quod acutum eſt & obtuſum in ſaporibus & magnitudinibus, non in eodem ſenſu iudicium eſt: ſed huius in tactu, illius in guſtu. neque enim hæc nominibus diſcrepant, neque ipſa per ſe, neque contraria. quippe cum obtuſum in utroque ſit, & cõtrarium. Prærerea uidendum eſt, unlne quid ſit contrarium, alreri nihil ſit omnino. ut uoluptati quæ ex potione capitur, contrarius dolor eſt ia quem ſitis afferr: ar huic quæ ex cognoſcendo & diſcendo capirur, diametron lareri incomparabilem eſſe, nihil conrrariũ eſt. Ira uoluptas mulris modis dicitur. iremque φιλεῖν ur animi eſt, contrarium habet odiſſe: φιλεῖν autem ur ad actionem corporis refertur, nihil haber cõtrarium: ob eam cauſam φιλεῖν multis modis dicitur. *Ex medio.* Hoc etiam cõſiderandum eſt in ijs inrer quæ media interiecta ſunt, utrum aliquotum ſir medium, aliorum nihil ſit: aur ſirne urriuſque, nec tamen idem me-

B dium, ut inrer candidnm & fuſcum colorem pallidus eſt inreriectus, inter uocem candidam & fuſcam nihil, niſi fortè rauis inreriecta eſt: placet enim qnibuſdam, raucam uocem eſſe interiectá. Sunt itaque candidum & fuſcum multiplicia. Præterea hoc eriam uidẽdum eſt, ſintne aliquorum plura media, aliorum unum: ur inter candidum & fuſcum colorem plura ſunr interiecta. Coloribus enim mulra ſunt interiecta, uoci unum raucedo.

DE DISTINCTIONE MVL*tiplici, ex alijs locis.* Cap. XIII.

A diſparatis. IN diſparatis eriam nidendum eſt, dicantúrne mulris modis. Si enim uniius mulri ſunt modi, eriam contrarij mulri modi erunt: ur ſi non cernere multis modis dicatur, uno priuatum eſſe oculis, alrero non fungi oculorum officio: cernere etiam mulris modis dicatur neceſſe eſt. Vtrique enim ſignificationi uerbi non cernere aliquid opponitur: ut non habere aſpectum, & habere: & non fungi officio oculorum, ac fungi. *A priuãtibus.* In ijs autem contrarijs quæ priuantia dicunrur, idẽ hoc ſpectandum eſt. Nam ſi unum mulris modis dicatur, etiã alterum: ut ſi ſenrire mulris modis dicatur, quia modò ad animum, modò ad corpus pertineat, etiam mulris modis dicetur carere ſenſu, cùm modò ad animum, modò ad corpus transferatur. Ea autem priuãtia eſſe hinc intelligi licet, quòd animanria nata ſunt ad ſentiendum animo & corpore. *A coniugatis.* Iam uerò in coniugatis hæc ſpectanda ſunt. Si iuſtè multis modis dicatur, eius etiam quod iuſtum eſt multa erunr ge-

A nera. Ex utroque enim eorum quæ iuſtè fiunt, genere, quod iuſtum eſt nominatur. ut ſi iuſtè appelletur modò ex ſua ſententia iudicare, modò rectè: eodem modo etiam quod iuſtum eſt appellabitur. Similiterque ſi quod ad ualetudinem pertinet multis modis dicatur, etiam accommodatè ad ualetudinem multis modis dicetur. Vt quoniam quod ad ualetudinem ualet, dicitur, & quod efficiens eſt ualetudinis, & quod conſeruans eſt, & quod indicans: ſic accommodatè ad ualetudinem uel efficiendam, uel tuendam, uel indicandam. Itemque in cæteris, ſi alicuius multa ſint genera, caſuum etiam multa erunt: & ſi caſuum multa, etiam illius.

A categoriarũ generibus.

Atque etiam uidendum eſt, ſintne genera categoriarum quę nomini cognomina, eadem in omnibus quibus ipſum attribuitur. Si enim non eadem ſunt, certè id de quo agitur, ambiguum eſt. bonum in cibo id eſt, quod eſt efficiens uoluptatis: in medicina, quod efficiens eſt ualetudinis: in animo quale ſit, aliquid ſignificat, ut temperatum eſſe, uel fortem, uel iuſtũ. Quod idem in homine contingit. Hoc etiam aliquoties in categoria Quando reperitur, ut quod in tempore fit bonum. Bonum enim dicitur, quod opportunè fit, & in tempore. Hoc etiam ad categoriam Quantitatis interdum pertinet, ut quod fit modicè. bona enim eſt mediocritas. Quapropter bonũ multis modis dicitur. Itemq; candor in corpore color appellatur: in uoce, quod facile & ſtatim percipitur. Eodemque modo id quod acutum eſt: neque enim ſimiliter in omnibus idem dicitur: ut uox acuta eſt ea quę cita, ut placet ijs qui modos & concentus in numeris conſectantur: angulus autem acutus is eſt, qui minor eſt recto: & machæra, cuius eſt acutus angulus.

A generũ diuerſitate.

Videndum eſt etiam, ſintne genera quę eidem nomini conueniunt diuerſa, atq; ita diuerſa, ut unum ab altero non contineatur: ut grus, cum auem & machinam ſignificat. Eorum enim uaria eſt nominis definitio & ratio. Nã illud ſpecies quædam auis eſt, hoc autem machinæ. Sin unum genus ab alio contineatur, non neceſſe eſt uarias eſſe rationes, ut corui & animal genus eſt & auis. Cum igitur coruum auem eſſe dicimus, animal quoddam eum eſſe dicimus. ita de eo utrunque genus dicitur. Itemque cum coruum animal pennigerum bipes nuncupamus, auem eum eſſe declaramus. ita utrunq; genus in coruo, eorumque ratio intelligetur. In ijs autem generibus, quorum unum non ab altero continetur, hoc non contigit. neq; enim cum machinam dicimus, auẽ dicimus: neq; machinam, cum auem. Nec uerò in eo ſolũ de quo agitur, ſpectare debemus, an ſint uaria genera, quorum neutrum alterum continebit: ſed ex contrario etiam id perſpici debet. Nam ſi contrarium multis modis dicatur, profectò id etiam quod propoſitum eſt, dicatur multis modis neceſſe eſt.

A definitione uerbi cõiuncti.

Vtile eſt etiam definitionem uerbi coniuncti diligenter ponderare & exquirere: ut candidi corporis, & candidę uocis. Sublato enim eo quod proprium eſt, eadem relinqui debet definitio. quod in homonymis non contingit: ueluti in ijs ipſis quæ à nobis modò prolata ſunt. Superioris enim hæc erit definitio: Corpus candidum, corpus eſt quod tali A eſt colore affectum. Poſterioris hæc, Vox candida, eſt uox quæ facilè intelligitur. Sublato igitur corpore & uoce, non idem in utroq; relinquitur. Atqui deberet, ſi quidem ſynonymum erat candidum, quod in utroque idem eſſe dicebatur.

Ex definitionis homonymo.

Et quoniam ſæpè in definitionibus homonymum quod conſequens eſt, ignoratur, propterea ſpectanda etiam definitio eſt. ut ſi quis efficientia ualetudinis & indicantia, eſſe dicat ea quæ certo quodam modo ad ualetudinem affecta ſunt, nõ erit propterea deſiſtendum: ſed exquirendum, quid in utriſque certus ille modus, quem dixit ſignificet. uerbi gratia, dicantúrne efficientia, certo quodam modo ualetudinẽ reſpicere, quia uis eorum tanta ſit, ut efficere ualetudinem poſſint: indicantia autem, quia talia ſint, ut qualis ſit ualetudo indicare poſsint.

Ex cõparatione.

Præterea illud etiã conſiderandum eſt, poſsintne conferri ex maiore, uel ex ſimilitudine: ut uox candida, & candida ueſtis: acutus ſapor, & uox acuta. Hæc enim nec eodem modo alba & acuta dicuntur, nec alterum altero magis tale. Ex quo fit, ut id quod acutum eſt, & quod candidum, ſint homonyma: quippe cum ſynonyma omnia ualeant ad comparationem. nam aut ſimilia dicentur, aut aliud alio maius.

A diuerſorum generum differentijs.

Quoniam autem diuerſorum generum, quorum neutrum ab altero continetur, diuerſæ ſpecie differentiæ ſunt (ut animalis & ſcientiæ ſunt diuerſæ differentiæ) uidendum eſt, an ea quæ eidem nomini ſubiecta ſunt, differentiæ ſint diuerſorum generum, quorum unum ab altero non continetur: ut quod acu- B tum eſt, uocis & magnitudinis. Vox enim à uoce differt, quòd acuta ſit: item magnitudo à magnitudine. Ita fit, ut acuti uocabulum ſit in homonymis. Diuerſorum enim generum, quorum unum ab altero non continetur, diuerſæ ſunt differentiæ.

A diuerſis differentijs, ſiue à ſpecie & differentia.

Iam illud etiam ſpectare debemus, eorúmne quæ eidem nomini ſubiecta ſunt, diuerſæ ſint differentiæ: ut coloris eius qui in corpore ineſt, & eius qui in figuris rhetoricis, uariæ ſunt differentiæ: illius, quod ualet ad ſeparandum aſpectum, & quod ad comparandum: huius nõ eædem ſunt. quo fit, ut color uarijs modis dicatur. Earundem enim rerum eædem ſunt differentiæ. Poſtremò, quoniam ſpecies nullius differentia eſt (homo enim & bos non in numero differentiarum habentur, cum ſpeciei nomen uimque obtineant) uidendum eſt diligenter, eorúmne quæ eidem nomini ſubiecta ſunt, unum in ſpecie, alterum in differentia numeretur. ueluti, candor qui accidit corpori, coloris eſt ſpecies: qui autem in uoce ſpectatur, differentia. Differt enim uox à uoce, quòd ſit candida. Ac in ijs quæ multis modis dicuntur, hæc conſideranda ſunt omnia.

DE DIFFERENTIARVM ET SImilitudinum *inuentione, eorumq; uſu quæ differendi ſuppeditant copiã. Cap. XIIII.*

Differentias autem in ijs primùm quæ ad unum genus referuntur, perſpicere & iudicare debemus, ueluti quid inter iuſticiam & fortitudinem interſit, & inter prudentiam ac temperantiam. quoniam hæc ex eodem genere uirtutis

uirtutis nata ſunt omnia. Præterea in ijs quæ di-
uerſis generibus continentur, ſed ita, ut inter illa
differentias inueſtigemus, inter quę non uidetur
magna diſtantia: ut quid ſenſus à ſcientia diffe-
rat. In ijs enim quæ multum inter ſe diſcrepant,
facilè apparent eorum diſtinctiones & diſsimili-

Similitudo in diuerſis generibus ſpectanda.

tudines. Similitudo uerò in ijs ſic ſpectanda eſt,
quæ in diuerſis generibus collocantur: ut alterũ
ad alterum eſt, ſic aliud ad aliud, hoc modo: Quá
rationem habet ſcientia ad id quod ſcientiæ ſub
iectum eſt, eandem ſenſus habet ad id quod ſub
ſenſum cadit. Itemque ut alterum in altero eſt,
ſic aliud in alio, hoc modo: Quemadmodum
aſpectus in oculo eſt, ſic mens in animo: & ſicut
in mari tranquillitas, ita ſerenitas eſt in aere. quo
niam utrunque eſt quies uacuitasq; uentorum.
In ijs autem rebus quarum magnæ ſunt diſsimi-
litudines & diſtinctiones, uſus & exercitatio ca
pienda eſt maximè. Sic enim facilius, quæ alia-
rum ſint ſimilitudines perſpicere poterimus. At-
que etiam illud ſpectandum eſt, in ea ne quæ ad
idem genus pertinent, aliquid idem conueniat:
ut in hominem, equum & canem. Si enim unum
& idem in eos cadat, hoc ipſo erunt ſimiles. Me-

Diſtinctionis utilitas prima.

ditatum autẽ & in promptu habere, quot quic-
que modis dicatur, magnum ad perſpicuitatem
affert adiumentum. Facilius enim quid ſit id de
quo agitur, ſi explanatum ſit, quot modis dica-
II. tur, intelligetur. In eo etiam magna uis eſt, ut
de re ipſa, non de nomine tractetur argumenta-
tio. nam ſi incertum ſit, quot modis id de quo a-
gitur dicatur, fieri poterit, ut & is qui reſpondet,
& is qui interrogat, non eódem animi ſenſum re
ferat, & intelligentiam. At ſi explicata ſit ambi-
guitas, & is qui rem proponit ad diſputandum,
ſuum animi ſenſum de re ipſa exprimat: profe-
ctò ridiculus ſit is qui rogat. niſi eódem omnem
III. conferat conuertatque orationem. Magnam
etiam uim habet, & ut ne fallaci concluſione ab
alijs capiamur, & ut alios captioſo concluſionis
genere fallamus. Si enim quot modis dicatur id
de quo agitur, ſciamus, non decipiemur: intelli-
gemusque isne qui rogat, ad eandem intelligen
tiam omnem conferat orationẽ, an non: & nos,
ſi quando nobis obijciendum eſt, eum qui reſpõ
deat, ſi ignoret quot modis id de quo agitur di-
catur, fallaci concluſione poterimus decipere.
IIII. Sed huius rei non ſemper eſt locus: ſed cum eo-
rum quæ ambiguè dicuntur alia uerà, alia falſa
ſunt. Nec uero hic locus aptus eſt, & proprius
dialecticæ. Itaque ijs omnibus qui ratione & ue
rè differere uolunt, hoc omnino fugiendum eſt,
ne eorum in nomine uerſetur diſputatio & con-
trouerſia, niſi fortè aliquis non poſsit aliter de re
propoſita diſputare.

DIFFERENTIARVM ET SImilium inuentio quas habeat cõmoditates. Caput XV.

DIfferentiarum autem inuentio, & ad ratio-
cinationes conficiendes de eodem & alio
utilis eſt, & ad cognoſcendum quid quic-
que ſit. Conferre quidem ad ratiocinationes dé
eodem & alio, hinc perſpici poteſt: quòd ſi rerũ
propoſitarum diſsimilitudines, diſtinctionesq;
A inuenerimus, facile non eſſe idem docebimus:
ad perſpiciendum autem quid quicque ſit, quòd
eam orationem quæ uim & naturam cuiuſque
rei exprimat, ex proprijs cuiuſque rei differen-
tijs intelligere ſolemus. Similium uerò cogni-

Similium utilitas.

tio hanc nobis commoditatem afferet, ut argu-
mentationes & per inductionem, & per ratioci-
nationes quæ ex fictione dicuntur, tractemus: &
definiẽdo uim naturamque rerum explicemus.
Argumentationes quidem per inductionem tra I.
ctabimus, quia rerum ſingularum, quæ ſimiles
ſunt inductione, res uniuerſas concludi exiſtima
mus. Neque enim facile inducere poſſunt ij, qui
ignorant rerum inter ſe ſimilitudines. Ad eas II.
autem ratiocinationes quæ ex fictione tractan-
tur, quòd probabile eſt, ut res habet in uno eo-
rum quæ ſimilia ſunt, ſic in reliquis habere: ita
de uno aliquo, cum differere poterimus, illud an
tè ex conuentione ab aduerſario accipiemus,
quemadmodũ in eo res ſe habet, ita in eo quod
propoſitum ſit habere. Cum autem illud docue-
rimus, etiam id de quo quæritur, quaſi ex illa
fictione, docuerimus. Nam cum id poſitum ſit,
quemadmodum in hoc ſit, ita eſſe in eo de quo
quæritur, neceſſaria concluſione confecta res à
nobis fuit. Definiendi autem artem tenebimus, III.
quòd ſi poſsimus quid in quaque re idem ſit per
ſpicere, non ignorabimus ad quod genus rem
quam definire uolumus, referre debeamus. Ge-
nus enim id eſt ſemper, quod ex ijs quæ com-
munia ſunt, maximè indicat quid quidque ſit.
Atque etiam in ijs quæ multum diſcrepant, ad IIII.
definitionem utilis ſimilitudinis cognitio eſt. ut
B idem eſſe tranquillitatem in mari, & in aëre ſe-
renitatem, quoniã utrunque eſt quies: & quod
punctum in linea, id unũ in numero, quia utrũq;
principium eſt. Quapropter ſi pro genere illud
accipiamus, quod illis eſt hoc modo commune,
non uidebimur alienis uerbis definiẽdo rem ex
plicaſſe. Quin etiam ij qui definiunt, ferè eundẽ V.
modum in definiendo ſeruare ſolent. Nam & u-
num, principium numeri, & punctũ, lineæ prin-
cipium eſſe definiunt. Ex quo perſpicuum eſt, e-
os, commune utriuſque genus dicere. Ac ratio-
nes quidem & quaſi inſtrumenta, quibus ratio-
cinationes tractabũtur, diximus. Locos autem,
ad quorum uſum hæc ipſa accommodata ſunt,
deinceps trademus.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM ſecundum Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.

*Libro ſecundo accidens perſequitur: quod dicit non
eſſe neceſſe, ſtatim cũ ſubiecto cõuerti, ſicut in gene
re, proprio & definitione. ut animal ſtatim ineſt ho
mini, grãmatica nequaquam: nã ſtatim nõ eſt grãmaticus.
Præterea uniuerſalia problemata priora particularibus,
& negantia aientibus: quod plerunq; reſpondentes aiunt
ac firmant. Qui uerò propoſuerunt, negant & infirmãt.
Duo inſuper uitanda: uel falſa adſumere problemata,*

uel inſuetis denominationibus uti. ut hominem plantā uocare, & his ſimilia. Primus igitur locus: Si genus pro accidente ponatur, infirmabitur: ut ſi quis dicat, albo colorem accidere, & nigro coloratum. nam ſpecies à genere dominari non oportet. Alius locus: Si quid omni uel nulli ineſſe dicatur: ut, Contrariorum eadem eſt diſciplina. Si nō ita ſit (conſiderandæ ſpecies oppoſitionum uſque ad indiuidua) infirmatur: ſi uerò ſit, firmatur. Tertius locus: Ex definitionibus accidentis, & illius cui accidit. ut ſi dixit inuidum bonum, quid eſt inuidus? & quid eſt bonum? ſi diſcordant inter ſe definitiones, infirmatur accidens: ſi autem conuenit, firmatur. Præterea nominibus utatur, firmans quę ut pluribus dicat frequentata: infirmans uerò, ut ſapientioribus tantum. Alius: Si quod in problemate nomen obſcurum incidat, ad clarius transferat, & qui firmat, & qui infirmat: ut ſi quis uoluptatem commodam dixerit decentem, transferat δέον, græcè, & utile & decens. Alius: A genere & ſpeciebus accidentis, & firmanti & infirmanti. ut dixit aliquis animam moueri, ut genus aliquid motus augmenti, diminutionis, in locum mutationis: ſi nullo motu moueatur anima, infirmatur accidens: ſi aliquo aut omni motu moueatur, firmabitur.

Quod enim ſpeciei ineſt, & generi. ut album, aut uiride, oculos oblectant: ergo & color. Sed non ſtatim quicquid non ineſt ſpeciei, non ineſt generi. Alius: Tempus reſpiciendum. Si non in omni tempore, infirmatur: ſi in omni, firmatur. ut dixit aliquis, nutritum augetur. Si quis autem monſtrabit quod non ſemper nutritum augetur, ut in ſenibus, infirmatur accidens. Si autem cuncta nutrita augeri monſtrātur, firmabitur. Alius: Cum aut æquiuocè, aut quouis alio modo quædam multa dicta fuerint, oportebit reſpicere ac infirmare ſi non exiſtat aliquibus, uel firmare ſi exiſtat. ut ſi quis dixerit hominem animal, & rationis participem, & riſibilem. ſi ſubiectum eadem non habet, infirmatur quod dixit: ſi autem habuerit, firmatur ut item qui bonum dixerit aurum, & utile, ac delectabile, & multa quædam alia dicat, quibus uel horum aliquibus eſſe monſtratis, firmatur accidens: non monſtratis, infirmatur. Alius: Quando nomen transfertur in definitionem, ut propriam aut impropriam: ut rex fœlix, aut regnum fœlix, quoad regem, accidens firmatur: quoniam fœlix idem quod fortunatus dicitur. quod ad regnum uerò, infirmatur, tanquam improprium: non enim recipit regnum fœlicem. Alius: In rebus quædam neceſſariò, quædam plerunque, quædam quandoque contingunt: quorum ordinem ſi quis peruerſum oſtendat, accidens infirmabit. uerbi gratia: Dixit aliquis, damnatos neceſſariò prauos eſſe, cum plerunque dicere debuiſſet: aut plerunque pulſatos dolere, cum neceſſariò debuiſſet: aut exercitatos laboribus plerunque lætari, cum interdum dicere debuiſſet. quæ omnia ſi ordine ac ſecundum eorum naturam ponantur, accidens firmare uidebuntur. Alius: Quando contraria complectuntur quidem ſexipliciter, ea contraria capienda, quæ propoſito conducant. Sed de ſex quatuor tantum uere opponuntur. uel enim contrarijs ſubiectis alternatim prædicantur: ut amicos quis amat, & inimicos odit:

A uel amicos odit, & inimicos amat. & hi duo modi ueram oppoſitionem non habent: ambo enim uel fugienda, uel eligenda. Aut quando utraque contraria de uno, hoc etiam dupliciter, ut amicos diligere, & amicos odio habere: & inimicos diligere, & inimicos odio habere. Aut quando unum contrarium de utriſq; & hoc dupliciter, ut amicos diligere, & inimicos diligere: & amicos odio habere, & inimicos odio habere. Igitur quatuor ultimæ uerè opponūtur. Itē uni & eidē plura eſſe cōtraria. Amicos enim diligere, contrariū eſt, inimicos diligere, itemq; amicos odio habere. Et idem in ſingulis reliquis. In contrariorum itaque copia adſumenda utilia pro diſputante. Alius etiam, ſi ſit aliquid accidenti contrarium conſiderare, ſi huius ſuſceptibile eſt ſubiectū. Si enim nō ſuſceptibile illius, neque huius. Si autē ſuſceptibile illius, firmabitur, quod & huius fuerit ſuſceptibile. Non aūt & quod accidit illud rei, ſed ſolū poteſt accidere, & ſuſceptibilis eſt illius res. ut dixit aliquis ſcientiā albam, quoniā albo cōtrariū nigrū. Non eſt aūt et ſuſceptibile nigri ſcientia, neq; erit. Dixit itē, lapidē hunc album, quoniā ſuſceptibilis lapis coloris: ſed non propter hoc albus fuerit lapis, ſed quòd ſuſceptibilis tantum albi firmabitur. Alius etiam ex quatuor oppoſitionum generibus. Primùm ad aliquid: ut ſi ſcientia ſuſpicio, & ſcitum ſuſpectum: ſi illud non eſt, neque hoc. Ex contrarijs: ſi bonum utile, malum damnoſum: ſi non illud, neque hoc. Ex his quæ ſecundum habitum & priuationem: ſi cæcitas probrum adfert, & uiſus laudem: ſi non illud, neque hoc. Ex negantibus & aientibus: ſi diſcere bonum, non
B diſcere non bonum: ſi non hoc, neque illud. Ex coniugatis & caſibus coniugata ſunt: ex abſtracto & concreto, ut iuſtitia & iuſtus & iuſtum. Caſus uerò aduerbiū, ut iuſtè. Verbi gratia: Si iuſtitia bonū, & iuſtus, & iuſtū, & iuſtè: ſi autem non hoc, neque illa. Et ſic in reliquis ſimilibus. Ex generationibus & corruptionibus, & item efficientibus & corrumpentibus. Quorum enim generatio bona, & ipſa bona: quorum uerò generatio mala, mala. quorum autem corruptio bona, ipſa mala: quorum uerò mala, ipſa bona. Hinc accidens firmari & infirmari licebit: uidelicet dicit quis, uirtus prauum: infirmandum, quod non prauum. Generatio ipſius bonorum eſt: Agathopraxia enim, uirtutis generatio: & illi intendere, generatiuū uirtutis. Et rurſus non prauum uirtus, quod corruptio praui, & corruptibile malorum eſt. Corruptio autem uirtutis, Cacopraxia, & corruptibile bonorum uſus & congreſſus. Contrà uerò firmandum hoc modo: Negligentia malum, quoniam corruptio huius, & corruptibile malorum eſt. Studium uerò bonum, quod ipſius corruptio quæ eſt negligentia, & corruptibile bonorum uirorum eſt. Ex ſimilitudinibus, uidelicet ſi ſcientia una contrariorum. ſicuti medicinalis, ſanitatis & ægrotationis. Et opinio eadem contrarium. opinatur enim quis etiam mendacium. Rurſus infirmatur: Si non eadem ſcientia contrariorum, neque opinio. Simile autem quid ſcientia & opinio: utraque enim animi habitus noſcibilis. Ex magis & minus. Sunt autem talium loci quatuor: unus quidem, ſi magis ſequitur magis, & ſimpliciter ſequitur ſimpliciter

pliciter in ſubiecto: ſi hoc, & illud uidelicet magis nocere, magis malum eſt: & ſimpliciter nocere, ſimpliciter malum. Alius locus unius circa duo ſubiecta: infirmando quidem ex magis, firmando uerò ex minus. ut ratio magis laudabile quàm diuitiæ: ſi ratio non laudabile, multo minus diuitiæ. Ex magis autem firmando: ut ſi diuitiæ laudabile, multo magis ratio. Quæ ſic coaptantur: Si cui magis uidetur ineſſe, & non ineſt, nec cui minus: & ſi cui minus uidetur ineſſe, ineſt & cui magis. Tertius locus, duorum de uno ſubiecto dicto: ut ratio magis laudabile, quàm ſecundum animam utile. Quartus locus, duorum de duobus dictis: uidelicet, uirtus utile magis quàm ratio laudabile. ſi non uirtus utile, neque ratio laudabile: ſi autem ratio laudabile, multo magis uirtus utile. Ex ſimiliter inexiſtentibus, & hoc tripliciter: uel unum quid accidens duobus ſimiliter exiſtit: & eſt unũ alterius uel infirmatoriũ, uel firmatoriũ: ut laudabile ſimiliter exiſtit & rationi & uirtuti. Si unũ laudabile, & alterũ: & ſi unũ non laudabile, neque alterum. Secundo, cũ duo accidentia uni ſubiecto uidentur inexiſtere: ſimiliter ſi unum exiſtit, & alterum: ſi autem unum non exiſtit, neque alterum. ut ſimiliter uidetur bonum & utile: & ſi utile, & bonum: ſi autem bonum, & utile. Tertiò, cum duo accidentia duobus ſubiectis ſimiliter exiſtunt. ſi alterum uni, & alterum alteri: ſi non uni alterum, neque alteri alterum. uidelicet, ſimiliter uidetur inexiſtere & rationi laudabile, & uirtuti utile. Et ſi uirtus utile, & ratio laudabile: & ſi ratio non laudabile, neq; uirtus utile. Locus etiam ab appoſitione. Si quid additur, ut album, aut bonum quod non erat: aut ſi erat magis album, & bonum erit. nam propter unumquodq; tale, & ipſum magis: qui locus ad firmandum faciet, & ad infirmandum minimè. non enim probato, quòd dulce non fuerit, ſtatim ipſum dulce non erit. Additum enim dulce amaro, non ſtatim dulce facit: nec tamen ipſum dulce non eſt. In quibus autem aliquid dicitur magis aut minus, aut ſecundum quid, aut quando, aut alicubi ineſſe: dicitur & ſimpliciter, ſed non contrà. ut homo eſt ſimpliciter, cum nullis his conditionibus contradicimus, ſecundum quid. ſecundum quiddam boni, at minimè ſimpliciter. Quare ubi nullo addito dicimus bonum aut malum, ſimpliciter dicimus.

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum ſecundum, Angeli Politiani Argumentum.

IN libro ſecundo loci tractãtur abſoluti accidẽtis, ſiue refellendum, ſiue ſit aſſerendum. Loci autẽ ſunt hi ferè: Non eſt accidẽs interdũ, quod ut accidens enunciatur. Subiectum ſeorſum capitur ab accidẽti, ſeorſum definitur. Transfertur problema ad uniuerſalem propoſitionẽ: quæritur quid ipſi obijciatur. Decernitur, quibus appellationib. multitudinẽ ſequi, quibus inde recedere oportet. Diſtinguẽda æquiuocatio, ſed & ambiguitas, obſcuris infundẽda lux: generis inſpiciẽda cõtraria, ſed & propoſiti generis ſpecies. utendũ definitiõe, cõſequẽtia, tẽpore: reuocã- A *dum problema illuc, ubi argumentationes circumfluant: ueſtiganda quæ ſequuntur. Inſpiciẽdum, quo affirmatio ac negatio differant. Eruenda etymologia: penſanda quæ cui neceſſariò, quæ ſecus competunt. Complectenda omnino multiuoca, contrariorũ connexio, & oppoſita quælibet, & cõſerta, & conſertis obuia, & generationes corruptioneſq;, & propoſitionũ conſequẽtiæ. præterea quod magis, quod minus, quod æquè ſit, & appoſitio: & quod aliquatenus, & quando, & ubi.*

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SECVNDVS.

SECVNDO LIBRO DISſerit de ſimplici Accidẽtis quæſtione, deq́ue locis ad eam uel probandam, uel refellendam.

Caput I.

De quæſtionibus, ad quas quatuor illa genera Accidẽtis ſcilicet, generis proprij, & definitionis referuntur.

QVæſtiones autem partim uniuerſæ ſunt, partim ſingulæ. uniuerſę ſunt hæ, Omnis uoluptas in bonis eſt, Nulla uoluptas in bonis eſt. Singulæ hæ, Eſt quædam uoluptas in bonis, Quædam uoluptas non eſt in bonis. Vtrunq; autẽ genus quæſtionũ uniuerſis rationibus quæ & ad confirmãdum & infirmãdum ualent, continetur. Si enim docuerimus aliquid in totum genus cadere, etiã in partem aliquam cadere oſtenderimus. Itemq́ue, ſi in nullam rem cadere oſtendemus, non in B totum genus docebimus conuenire. Primùm igitur de locis qui ad refellendum totum genus pertinent, dicendum eſt, quod ſimul ad generales, & eas quæ tanquam partes ſubiectæ ſunt generi, quæſtiones ualent: & quòd quæſtiones ſæpius afferri ſoleant ad diſputandum quæ aiunt, quàm quæ negant: ijs autem qui contrà diſputant, refutationis locis utendum. Sed difficillimè ab accidente, quaſi commutata dicendi ratione, appellationem propriam deſumimus. Aliqua enim ex parte, non omnino ineſſe, in ſolis accidentibus repetitur. Nam & à proprio, & à definitione, & à genere commutato ſermone appellationem accipi neceſſe eſt. ut ſi cui inſitum ſit, ut ſit animal gradiens bipes, uiciſsim id animal gradiens bipes eſſe uerè dicetur. Similis eſt generis ratio. Si cui enim conuenit eſſe animal, id animal eſt. Quod idem contingit in proprio. Si cui enim id tributum ſit, ut aptum animum habeat ad percipiendam grammaticam, id grammaticę capax rectè appellabitur. Nihil enim horum poteſt aliqua ex parte conuenire, aut non conuenire: ſed omnino uel conueniunt, uel non conueniunt. At accidens, ut candorem & iuſticiam, nihil prohibet quadam ex parte ineſſe. Quocirca non ſatis eſt, candorem & iuſticiam docere ineſſe, ſi docere uelimus aliquem album eſſe, uel iuſtum. Habet enim dubitationem, propterea quòd quadam ex parte albus eſt, uel iuſtus. Non igitur in accidentibus uiciſsim hæc retrò commeant neceſſariò. In quæſtiones autem duo peccata incidunt, quæ exponenda ſunt, peccatus

De accidentis quæſtione primum, quæ omnium eſt difficillima.

tur enim aut mentiendo, aut decedendo à uerbis quæ impoſita ſunt rebus. Nam & ab ijs peccatur, qui quod non cadit in aliquem, cadere cõfirmant: & ab ijs, qui res minus uſitatis & tritis nominibus appellant. ut qui hominem platanum appellant, nominum impoſitorum fines tranſeunt.

Locus ex genere.

Primùm uidendum eſt, an id quod alio modo dicitur, pro accidẽte explicarit: quod peccatum in genere uerſatur maximè. ut ſi quis candori accidere dixerit, ut ſit color. non enim accidit candori ut ſit color, cum eius ſit genus color. Atque id quidem fieri poteſt, ut nominatim quod genus eſt, accidens eſſe ponat: ueluti ſi dicat, accidere iuſticiæ ut ſit uirtus. Sæpiſsimè autem, etiamſi non exprimat, tamen facilè intelligitur genus pro accidente dictum eſſe: ut ſi quis candorem colore perfuſum eſſe dixerit, aut inceſſum moueri. Nullo enim ex genere παρωνύμως trahitur de ſpecie dicendi ratio, omniaque genera συνωνύμως de formis dicuntur. Species enim & nomen generis ſibi uendicant, & definitionem. Qui igitur candorem colore tinctum dixit, nec pro genere uſus eſt colore, quia παρωνύμως dixit: neque pro proprio aut definitione, quia proprium & definitio ad nullam rem aliam trãsferri poſſunt. At colore perfuſa ſunt etiam alia permulta: ut lignum, lapis, homo, equus. Ex quo perſpicuum eſt, id expreſſum eſſe, tanquam accidens eſſet.

Ex partibus, uel ab enumeratione.

Alius locus eſt, ut ſingula perſequendo uideas, idne quod dictum eſt, in totum genus cadat, an in partem nullam. Quod in formis, non in infinitis uidendum eſt. Sic enim uia & ratio erit certior, in paucioribusque conſiſtet tractatio. Initium autem à primis faciendum eſt, deinde uſque ad indiuidua progrediendum deinceps. Vt ſi in contrarijs uerſari ſcientiam dixerit, uidendum, an in ijs quæ cum aliquo conferuntur, & in ijs quæ aduerſa appellantur, & in priuantibus, & in negantibus, eadem ſpectetur ſcientia. Quòd ſi ne tum quidem id perſpici poterit, rurſum hęc in partes uſque ad indiuidua tribuenda ſunt: ut, in iuſtisne & iniuſtis rebus, aut in duplo & ſimplo, aut in cæcitate & aſpectu, aut in eo quod eſt, aut in eo quod non eſt. Si enim in eorum aliquo oſtenſum ſit non eſſe eandem, ſublata & infirmata erit à nobis quæſtio. Quod idem iudicandum eſt, ſi uniuerſe negaret quæſtio propoſita. Hic autem locus & ad confirmandum & ad infirmandum ualet. Si enim diuiſione facta, uel in omnibus intelligatur, uel in pleriſque, poſcendum eſt ut aut uniuerſum detur, aut certè occurratur nobis non ita in quodam reperiri. Nam ſi neutrum horum faciat, ineptus uidebitur qui non concedat.

Ex definitione

Alius locus ducitur ex definitione accidentis, & rei cui id accidit, uel utriuſque uel alterius. In quo id conſiderandum eſt, num quid in definitionibus non uerum pro uero ſumptum ſit. ueluti ſi quæratur, Deusne iniuriam faciat: conſtituendum eſt, quid ſit iniuriam facere. Nam ſi ſit, ſpontè nocere: profectò Deus non facit iniuriam, quoniam Deus nocere non poteſt. Si etiam ponatur, An inuidus ſapiens, ſtatuendum eſt quis ſit inuidus, & quid inuidia. Cum enim inuidia ægritudo ſit ex rebus ſecundis alicuius boni uiri, certè ſapiens non inuidet: eſſet enim improbus. Itemque ſi ponatur, An qui indignatur inuidus ſit, definiendo aperiendum eſt, qui ſit uterque. ſic enim, uerumne ſit an falſum quod dictum eſt, intelligetur. ueluti, ſi is inuidere dicitur, qui bonorum dolet rebus ſecundis: & indignari is, qui dolet improborum ſecundis rebus: perſpicuum eſt, non inuidere eum qui indignetur. In quo ſæpè etiam adhibendę ſunt definitiones pro ijs nominibus, quæ in definitionibus continentur: nec ab hoc deſiſtendum, quoad res intelligatur. ſæpè enim tradita tota definitione, non intelligimus quod quæritur: at definitione adhibita pro aliquo nomine eorum quæ in definitione ſita ſunt, intelligimus.

Ex partibus alio modo.

Præterea poſtquam ex quæſtione tibi propoſitionem feceris, quærendũ eſt, ſitne quicquam quod opponere contrà poſsis. nam ſi quid inueneris quod cõtra propoſitionem opponas, id erit aduerſus quæſtionem argumentum. Quanquam autem hic ferè locus idem ualet, quod ia quem iam expoſuimus, uidẽdum eſſe, utrum in toto genere, an in nullo reperietur, quod pro accidente dictum eſſet: tamen modo quodam & ratione differunt.

Ab autoritate.

Iam uerò exponendum eſt, quæ appellanda ſint, ut plerique ſolent, quæq; non ſint appellanda: qui locus & ad confirmandum & refutandum ualet plurimùm, ut res nominibus ijs quę trita ſunt uulgò & uſitata appellandas eſſe: at uerò in conſtituendo quæ res tales uel non tales ſint, non audiendam eſſe multitudinem. ueluti ſalubria ea quæ ualetudinis efficientia ſint, uocanda ſunt illa quidem uulgi opinione: ſed utrum id de quo agitur, efficiens ſit necne ualetudinis, de eo non iam uulgi, ſed medicorum iudicium expectare debemus.

Si quid multis dicatur modis.

Præterea, ſi multis modis quid dicatur, propoſitum autem ſit conuenire illud alicui, uel non conuenire, ad alterum ſignificatum multiplicis conferendum eſt argumentum, ſi ad utrunq; non poſſit. Hoc autem faciendum eſt in ijs, quorum latet ambiguitas. Nam ſi incertum nõ ſit quot modis dicatur, occurret ſtatim, non eſſe id explicatum quod quæreret ac dubitaret, ſed alterũ. Hic autem locus & ad probandum, & ad reprehendendum ualet. nam ſi confirmare uolemus, alterum accidere docebimus, ſi utrunq; non poterimus. Refellentes autem, ſi utrunque nõ poſsimus, alterum certè non dici & reperiri, in re de qua agitur, oſtendemus. Sed hoc intereſt, quòd is qui reprehẽdit & refutat, nihil debet ex ijs quę conceſſa ſunt, & ex conuentione accepta diſputare, nec ſi in toto genere, nec ſi in nulla parte poſitum ſit quid reperiri. Nam ſi cuiuis non accidere docebimus, in toto genere reperiri aliquid reprehendemus. Itemque ſi in uno aliquo reperiri demonſtrabimus, nulla ex parte reperiri confutabimus. At is qui probat, antè debet ita quaſi conuentione uti, ſi in parte aliqua intelligatur, in toto etiam genere intelligi, ſi modò pronunciatum uериſimile habeatur. Neq; enim ſatis eſt, ad probandum aliquid in totũ genus cadere, in aliquam partem cadere, docere: ueluti, ſi hominis animus immortalis ſit, omnem etiam animum eſſe immortalem. Quapropter antè conuenire oportet, ſi quæuis anima ſit immortalis, omnem etiam

etiam immortalem eſſe. Quan quam hoc nõ ſemper obſeruandum eſt, ſed tum denique, cum de toto genere communem & uniuerſam rationem non habebimus talem, qualis eſt ea, qua geometra demonſtrat, triangulum tres angulos habere duobus rectis pares. Quòd ſi non ignoret uerbi ambiguitatem is qui ponit quæſtionem, cum explicatum erit quot eius ſint genera & modi, tũ id & confirmandum erit, & refellendum: ut ſi id quod decet, utile ſignificat & honeſtum, omnem diligentiam adhibere oportebit, ut utrunq; probemus, uel refutemus in eo de quo agatur, ut eſſe honeſtum & utile, aut neque honeſtum neque utile. Sin utrunque non poteſt, alterum docendum erit, ita tamen ut præmoneamus eſſe quidem unum uerum, ſed alterum non eſſe uerum. Eadẽ ratio eſt, ſi plures ſint partes, in quas id quod propoſitum ſit tribuatur. Præterea exponenda ea ſunt, quæ non homonyma multis modis dicuntur, ſed alio modo: ut artem unam eſſe multarum rerum, aut quia & ipſius finis ſit, & earum rerum quæ ipſæ ad finem pertinent atque referuntur: ueluti, medicina eſt ualetudinis, & rationis uictus: aut quia eſt rerum duarum, quarum utraque finis eſt, ueluti rerum contrariarum eandem eſſe artem. neque enim ex eo quia alterum alterius dicitur, finem eſſe finis intelligere oportet. aut quia unius eſt per ſe & ui ſua, alterius temerè & caſu: ut per ſe quidem triangulum ſcimus habere tres angulos pares duobus rectis temerè & caſu, id quod latera habet æqualia. Nam quia accidit triangulo, qui conſtat lateribus æqualibus, triangulum eſſe: ob id intelligimus, quòd duobus rectis pares habet tres angulos interiores. Si igitur eadem ars eſſe multarũ rerum, nullo horum modorum poteſt, certè omnino eſſe non poteſt: aut ſi quodam modo poteſt, perſpicuum eſt id fieri poſſe. In quo ad utilitatem cauſæ noſtræ referenda eſt diuiſio. ut ſi confirmare quid uelimus, ea proferenda ſunt omnia, In quibus id uerum eſt, quod uolumus oſtendere: eaque tribuenda ſunt in eas ſolũ partes, quæ ad probandum ualebunt. Sin autem refellamus, in ea quæ ad refutationem ualent, cætera uerò omittenda erunt. Sed hoc tum erit faciendum, cum incertum erit quot modis quicque dicatur. Atque hoc in illo uerſari, aut non uerſari, iiſdem locis confirmandum erit: ut artem hanc in hac re cerni, aut tãquam in fine, aut tanquam in iis quæ ad finem referuntur, aut in iis quę fortè temerè accidunt: aut contrà non cerni aliquid ullo modo eorum, quos modò diximus. Eadem etiam ratio eſt cupiditatis, eorumque omnium quæ ſunt multarum rerum. Eſt enim cupiditas huius aut illius rei, uel quaſi finis, ut ualetudinis: uel ut eorum quæ ad finem pertinent ueluti remedii: uel quaſi fortè temerè eueniat, quomodo affectus eſt qui dulci uino delectatur, non quia uinum ſit, ſed quia dulce. dulcedinem enim per ſe expetit, uinum temerè & caſu: quandoquidem ſi coaceſcat, non id iam appetit. Ita ſit, ut uinum fortè temerè appetat. Huius autem loci uſus eſt plurimus in iis quæ cum aliquo conferũtur, quoniam huiuſmodi omnia ferè ſunt, quæ eius generis ſunt. Præterea cõmu-

Quæ nõ homonyma multis dicuntur modis.

Ab enumeratione.

Ab iis quæ cũ aliquo conferũtur.

A tandum eſt uerbum, in id quod magis dilucidũ eſſe uideatur. ut pro eo quod accuratũ & exquiſitum eſt in opinione, apertum & perſpicuum dicendum eſt: & pro nimia cura rerum agendarum, ſtudium rerum agendarum. Si enim apertius & planius fiat quod dictum eſt, tum deniq; propoſitum facilius argumento tractari poterit. Valet autem hic locus & ad confirmandũ quid, & ad refellendum. Ut autem contraria in eadẽ re cerni doceamus, genus ſpectare debemus: ueluti ſi uolumus confirmare, in ſenſu uerſari integritatem & deprauationem. ſi ſentire iudicare eſt, & iudicare licet rectè & non rectè, certè in ſenſu integritas & prauitas uerſetur neceſſe eſt. Qui locus ex genere ducitur. iudicare enim, genus eſt ſentiendi: quoniam qui ſentit, quodammodo iudicat. Ex forma etiam generis duci poteſt. Quę enim ſpeciei accidunt, eadem eſſe in genere intelliguntur omnia: ut, ſi ſcientia ſit bona & mala, recta etiam ſit & praua affectio neceſſe eſt: ſiquidem affectio genus eſt ſcientiæ. Ac prior quidem locus uitioſus eſt, ſi ad confirmandũ adhibeatur: alter uerus & commodus. Neque enim neceſſe eſt, quæcunq; generi accidant, eadẽ ſpeciei accidere: quandoquidem animal eſt pennigerum & quadrupes, homo non item. Omnia autem quę cadunt in ſpeciem, eadem neceſſe eſt cadere in genus. Si enim homo probus ſit, animal etiam probum. In refellendo cõtrà, prior locus uerus eſt, alter uitioſus. nam & quæ generi non accidunt, ſpeciei accidere non poſſunt: & quæ in ſpeciem non cadunt, ea non neceſſe eſt in genus non conuenire.

Ex genere ſubiecto.

Ex forma.

B

QVAESTIONEM ACCIdentis ducit per alios locos.

Caput II.

QVoniam autẽ neceſſe eſt, in quibus genus dicitur, in iis etiam ſpeciem aliquam dici: & quæcunque genus habent, aut quæ à genere nomen duxerunt, eadem aliquam ſpeciem habere, aut nomen ab aliqua ſpecie ducere. ueluti, ſi de aliquo ſcientia dicatur, certè de eodẽ uel grammatica dicetur, uel muſica, uel aliqua ſcientia: & ſi quis arte ſit inſtructus & præditus, aut nomen ab arte habeat, certè grammatica uel muſica, aut aliqua alia arte inſtructus ſit neceſſe eſt: aut nomen ab arte aliqua ducet, ueluti grammaticus uel muſicus appellabitur. Si quid igitur ponatur, de quo genus aliquo horum modo dicatur, ueluti animum moueri: conſiderandũ eſt, moueatúrne animus aliquo genere motionis, ut creſcátne, an imminuatur, an intereat, an oriatur, an alio genere motus agitetur. Si enim nullo genere motus agitetur, certè non mouetur. Atque hic locus & ad confirmandum ualet, & ad reprehendendũ. Nam ſi aliquo genere motus cieatur, mouetur: & ſi nullum genus in eum cadat, certè non mouetur. Cui aũt copia non ſuppetet argumentorum ad propoſitũ confirmandum aut infirmandum, is à definitionibus pręſidium petere debebit, aut quæ rei propoſitæ proprię ſint, aut quæ eſſe uideantur. quòd ſi ab una non poſſit, à pluribus petat. Nam iis qui rem definiẽdo explicarint, facilius erit argumentum ducere: quippe cum facilior ſit in definitionem argumentatio.

Ex genere per ſequendo partes.

A definitionib. & propriis.

Videndum

Ex conſequentibus.

Videndum etiam eſt, cui rei res propoſita adiuncta ſit: aut quid neceſſariò, res propoſita ſi ſit, unà ſecum eſſe uelit. Ac is quidem qui confirmare uolet, cui rei res propoſita adiuncta ſit, uidebit: quoniam ſi rem illam doceat cadere, rem etiam propoſitam docebit. Qui autem refellendi partes tenebit, quę res rei propoſitæ ſit adiuncta, conſiderabit. Si enim id quod rei propoſita ſit cõſequẽs, non eſſe oſtendemus, rem etiam propoſitam nõ eſſe docebimus. Spectandum eſt etiam, an tempus alicubi diſcrepet. ut ſi quis id dixerit quod alitur, augeſcere neceſſariò. Etſi enim animalia ſemper aluntur, tamen non ſemper augeſcunt. Itemque ſi quis ſcire dixerit, memoria tenere. Nam hoc ad præteritum tempus pertinet: illud & ad inſtans, & ad futurum. Nam & ſcire dicimut præſentia & futura, ut ſolis defectionem ſore: meminiſſe niſi præterita nou poſſumus. Iam locus captioſus & fallax eſt, eo loci impellere alterum, ubi magna argumentorum copia nobis ſuppetet.

Captio & fallacia quando neceſſaria, quãdo non.

Quod interdum neceſſarium eſt, interdum neceſſarium uidetur: interdum nec uidetur, nec neceſſarium eſt. Neceſſariò autem id faciundum eſt tum, cùm is qui contrà diſputat, negat aliquid eorum quæ ad rem propoſitam pertinent, & alter de illo diſſerit: accidit autem eiuſmodi illud eſſe, ad quod probandum ampliſsimus locus ſuppetat. Quod idem facere licebit, cum inductione utemur ad aliquid quod eſt cũ re propoſita coniunctum, quod nos euertere conabimur. Eo enim ſublato & infirmato, res etiam de qua agitur, infirmabitur. Neceſſarium autem id uidetur, cum id ad propoſitum pertinere uidebitur: ad id autem ad quod ſumitur, non B pertinebit argumentum, ſiue neget is qui reſpõdet, ſiue facta inductione probabili ex propoſito ad aliquid quod infirmare conetur. Reliquum autem tum incidit, cum nec eſt, nec uidetur neceſſarium eò transferre diſputationem, quò ille traducit: accidit autem citra ullam rationem, eum qui reſpondet redargui. Hoc autem extremum genus, quoniam omnino à differendi ratione alienum remotumque eſt, declinare debemus. Quocirca debet is etiam qui reſpondet, nõ grauatè ei qui hoc modo diſputat reſpondere, eaque dare, quæ ad propoſitum non pertineant: ita tamen, ut interim ſignificet ſibi quidem illa non probari, ea tamen ſe admittere, propterea quòd ferè in maiore animi diſtractiõe uerſari ſolent ij qui interrogant, ſi ijs talibus omnibus poſitis nil ad extremum ſe confeciſſe uideant. Iam uerò quoniam omnes qui quiduis dixerint, quodammodo multa complexi ſunt (unamquamque enim rem multa neceſſariò conſequuntur: ut is qui hominem eſſe dixit, & animal eſſe dixit, & animatum, & bipedem, & mentis ac diſciplinæ compotem) fit, ut infirmata & reprehenſa una quauis re earum quæ ſunt conſequentes, id etiam quod initiò dictum eſt reprehendatur. Sed uidendum eſt, ne ad rem difficiliorem delabamur. Interdum enim facilius eſt id quod rem propoſitam conſequitur, interdum rem ipſam propoſitam euertere. In ijs autem rebus quibus alterum ineſt neceſſariò, aut non ineſt, ueluti in homine uel morbus ineſt, uel ualetudo, ſi de al- A tero poſſumus diſputare in utranque partem, de altero etiam poterimus. Quod ad utranque partem trahi poteſt. Si enim alterum accidere doceamus, alterum non accidere docebimus: & ſi alterum non conuenire demonſtremus, reliquũ docebimus conuenire. Perſpicuum eſt igitur, ad probandum & refellendum ualere hunc locum.

A notatione.

Atque etiam argumentum ducendum eſt à notatione uerbi: quæ multo aptius uideatur uim uerbi explicare, quã idipſum ad quod ſignificandum impoſitum eſt. ueluti εὔψυχον non fortem, ut tritum eſt, ſed eũ qui bene animo ſit affectus: & εὔελπιν, eum qui bona expectat. itemque εὐδαίμονα eum eſſe, cuius animus ſit bonus: quemadmodum Xenocrates εὐδαίμονα ait eſſe eum, cui animus bonus datus ſit. eum enim deũ eſſe omnibus.

A diuiſione.

Iam cum res aliæ neceſſariò eueniant, aliæ plerunque, aliæ fortè temerè: ſi quis eam quę neceſſariò euenit, plerunq; fieri ponat: aut eam quæ plerunque fit, eiúsue contrariam quæ plerũque ita fit, neceſſariò fieri, is ſemper locum ſuppeditabit argumento. Nam ſi id quod neceſſe eſt fieri, plerunque fieri ponat, profectò non in toto genere ineſſe dixerit, quod toti conuenit: ita aberrauit ſiue id quod plerunq; accidit, neceſſariò fieri dixerit, quoniam de toto genere dixit, quod toti non accidit. Quod idem fit, ſi id dixit quod rei contrarium eſt, quæ plerunque euenit, euenire neceſſariò. Semper enim in paucioribus dicitur, quod rei quæ plerunque fit, contrarium eſt. ueluti ſi ferè mali ſint homines, boni rarius, certè uehementius errauit, ſi quis bonos dixerit eſſe neceſſariò. eodemq; modo ſi id quod temerè fit, neceſſariò fieri, aut plerunque dixerit. Neque enim id quod temerè utranq; in partem cadit, neceſſariò fieri poteſt, neq; id quod plerunq;. Fieri autẽ poteſt, ut etiamſi nõ dixerit, neq; expoſuerit, utrúmne plerunq; fieri, an ex neceſsitate uelit quod propoſitum eſt: ſi fiat autem plerunque, tamen diſputet alter, quaſi ille ex neceſsitate fieri aſſeruerit. ut ſi malos exhæredes eſſe dixerit, neque expoſuerit, oportet diſputare quaſi ex neceſſitate id ille dixerit.

Polyonymia.

Illud etiam uidendum eſt, an eandem rem ſibi accidere quaſi aliam poſuerit, quod alterum eidem ſit nomen impoſitum. Quemadmodum Prodicus diuiſit uoluptatẽ in gaudium, delectationem, & lętitiam. eiuſdem enim nominis uoluptatis hęc ſunt omnia. Si quis ergo gaudio lætitiam accidere dicat, is idem ſibi accidiſſe confirmabit.

ACCIDENTIS QVAESTIO
ex contrariorum generibus tractatur.
Caput III.

Quoniam autem ſex modis inter ſe contraria iunguntur, & quatuor ſolùm modis iuncta repugnantiam efficiunt: ſumenda ſunt contraria ut commodum erit, & ei qui confirmandi, & ei qui refellendi partes tuebitur. Ac ſex modis ea componi inter ſe hinc perſpici poteſt, quòd aut utrunque contrarium utriq; comparatur, idq; biſariam. ut de amicis bene mereri, & de hoſtibus malè mereri: aut contrà, de amicis malè emereri, & de hoſtibus bene. Aut utrunq; uni, quod etiam duobus fit modis, ut de amicis bene

bane mereri,& de amicis malè mereti:nel de inimicis bene mereri, & de inimicis malè mereri. Aut unum utrique,quod etiam ſit duplicitet. ut de amicia bene mereri, & de inimicia bene mereri:uel de amicis malè mereri,& de inimicis malè mereri. Ac duæ quidem primæ comparationes non ſunt pugnanres: quoniam de amicis bene meteri non eſt illi eontrarium, malè de hoſtibua mereri: quippe cum ſiot expetenda, & ad eoſdã mores pertineant.nec illud,de amicis malè mereri,huic repugnat, bene mereri de inimicis.ſune enim hæc fugienda, & moribus eiuſdem continentur utraque.nec res quæ fugienda eſt,ei quæ fngienda eſt aduerſatur, niſi unum ſit nimium, alterum parum: quoniam quod nimiũ eſt, id in rebua fugiendis ducitur, itemq́ue parum. At reliqua quatuor contraria ſune inter ſe. nam & de amicia bena mereri,illi contrarinm eſt,de amicia malè mereri: quandoquidem à eontrarijs moribus proficiſcuntur, atque illud ſequendum eſt, hoc fugiendum. Eadem eſt rario cæterorum. In coniunctionibua enim ſingulis quiddam eſt expetendnm,& quiddam repellendnm:& illud ad ponos mores perrinet, hoc ad malos. Ex quo perſpicuum eſt, eidem plura data eſſe eontraria. huic enim, de amicia bene meteri,illud eontrarium eſt, de inimicis bene meteri: & illud,de amicis malè mereri. Itemq́ue ei qui illa omnia intuebitur, duo uidebuntut contratia. Sumenda igitur ſunt ea contraria,quæ prodeſſe poterune cauſæ noſtræ. Iam ſi qnid ſit accidenti contrarium, conſiderandum eſt,an ei accidat eui accidena cõuenire dixerit. Si enim hoc conuenir,illud non eonueniet: quoniam ſieri non poteſt,ut ſimul eidẽ cootraria cõueniant. Aut an tale aliquid dixerit,quod ſi ſit, neceſſe ſit contraria ſimul eidẽ ineſſe:ut ſi ideas in nobia eſſe dixerit. Nã & moueri eas & ſtare concludetur,ſub ſenſum eadere,ac ratione & intelligentia contineri.nam & quieſcere eas & immobiles eſſe, & ſub intelligẽtiam cadere, placet ijs qui eas ponunt. Quæ ſi in nobis ſitæ ſint,profectò non poteruot eſſe immobilea: quum præſerrim ſi ipſi moueamur, neceſſe ſit ea omnia quæ in nobis ſunt, unà moueri. Atque etiam ſenſu eas percipi, ſi modò in nobia ſint, ex hoe intelligi poreſt, quòd ſenſu oculorum formam uniuſcuiuſque rei cognoſcimus. Rurſua ſi poſitum eſt accidena id eui quid eſt contrariũ, uidendum eſt,idémne ſit contrarij & accidentis ſubiectum. Eadem enim res uim habet ad recipienda contraria. ueluti ſi de odio diei itam dixerit, profectò odium in ea parte animi in qua irarum exiſtit ardor, inſit neceſſe eſt:eſt enim ſedes iræ. Conſiderandum igitur, ſitne contrarium in ea parte animi in qua iratũ exiſtit ardor, qualis amicitia eſt. nam ſi non inſit,in eaq́ue parte animi quæ cupiditatis ſedes eſt,inſit amicitia,certè non eſt conſequena iræ odium. Eadem ratio eſt, ſi eam partẽ animi in qua uoluptates inſunt, ignorare dixerit. Sedes enim erit ſcientiæ,ſiquidem etiam ignorationis ſit: quæ pars non uidebitnr ſedes eſſe ſeientiæ. Atque ex hoo loco,quẽadmodum docui, ei quæ refellendi partes obtinebit, depromenda erunr argumenra. cum autẽ qui confirmare uolet, nihil adiuuabit hic locus, quatenus accidens conuenit: quatenns uerò poteſt conucnire, adiuuabit. Nam ſi non poſſe contrarium recipere doceamus,nec conuenite accidens,nec conuenite poſſe docebimus. At uerò non ſi contrarium conuenite, aut uim habere ad recipiendum contrarium doceamus: idcirco etiã accidens conuenire demonſtrauerimus,ſed poſſe conuenire tantummodo confirmatum erit.

Ex contrariorũ quæ aduerſa dicuntur, cõſecutione.

A ſubiecto cõtrarij.

Ex diſparatis contrarijs.

Quoniamq́; quatuor ſunt contratiorum genera, ſpectanda erunt diſparara ex eo argumento, quo uiciſsim retrò ſe ſeqnuntur,& ei qui probabit & ei qui refellet. Per indnctionem uerò argumentario qualis ſit,intelligendum hoc modo: Si homo eſt animal,quod non eſt animal, id nõ eſt homo. Itemq́; in cęteris. hoe enim loco cõmntato ordine tractarur argumentatio. Cum enim hominem ſequatur & comitetur animal,tamen nõ ſi quid non ſit homo, id conrinuò ſequitur, non eſſe animal: ſed contrà, ſi quid non ſit animal, ſequitur non eſſe hominem. In omnibus ergo id pronunciandum eſt, ut ſi quod honeſtum eſt, id iucundum ſit: etiam ſi quid non ſit incnndum, id non ſit honeſtum. Quòd ſi hoe non eſt conſequens, ne illud quidem erit. Itemq́; ſi quod iucũdum non eſt,id non ſit honeſtum: certè quod honeſtum eſt, etiam iucundum ſit neceſſe eſt. Perſpicuum eſt igitur, reciprocari in aientibus & neganribus argumentationem, ſi rertò tractetur.

Ex aduerſorũ cõſequutione.

In ijs autem contrarijs quę aduerſa appellantur, hoc uidendum eſt & ei qui probabit, & ei qui reprehendet, an ex contratio contrarium ſit conſeqnens, ſiue directo, ſiue conuerſo ordine tractetur conſecutio. Harum autem conſecutionum genus utrunque quale ſit, & quomodo aduerſis conuaniat, inductione ſumendum. Directè antem argumentatio tractabitur hoc modo. Fortitudinem uirtus, ignauiam uitium ſequitur: & fortitudinem ſequitur id quod expetendum eſt, ignauiam id quod fugiendum. In his ergo ualebit directò à conſaquentibus ductum argnmentum: quoniam id quod expetẽdum eſt, ei quod fugiendum contrarium eſt. Quod idem ſit in cæteris. Contrà autem conſequentia ſunt, ut firmam corporis affectionem ſequitur bona ualetudo: infirmam uerò affectionem morbus non ſeqnitur, ſed contrà morbum infirma conſtitutio. Ex qoo perſpicuum eſt, contrà in his argumẽtationem à eonſequentibus ualere. Ratò autem illa econuerſo conſecutio in aduerſis incidit, ac ferè directò tractatur argumẽtatio. Quòd ſi nec directò contrarium ex contrario erit conſequẽs, nec uiciſsim retrò commeabit: profectò in ijs de quibus agitur, nunqnam alterum ex altero erit eonſequens: ſin in aduerſis ſequatur, etiam in propoſitis alterum alteri conſequetur neceſſariò.

Ex priuãtibus.

Quod item in priuantibus perinde atque in aduerſis conſiderandum eſt, niſi quòd in his non uiciſsim retrò eommeat argumentum ex conſequentibus, ſed directò neceſſariò. Quemadmodum aſpectum ſenſus ſequitur, ſic cæcitatem ſenſus priuatio. Opponuntur enim ſenſus & priuatio ſenſus, ut priuantia: quoniam eorum illud habitus eſt, hoc eius rei priuatio. Atque eriam de ijs quæ cum aliquo conferuntur, eodem modo quo de priuantibus iudicandum

Ab ijs quæ cũ aliquo conferũtur.

eſt. In ijs enim etiam ualet à conſequentibus tra
ctatum directò argumentum. ut ſi triplum mul-
tiplex ſit, etiam ſubtriplum ſubmultiplex erit.
Confertur enim triplum cum ſubtriplo, & multi
plum cum ſubmultiplici. Rurſum, ſi ſcientia o-
pinio eſt, etiam quod ſub ſcientiam cadit, erit o-
pinabile. Et ſi aſpectus ſenſus ſit, id etiam quod
aſpectabile eſt, ſub ſenſum cadat neceſſe eſt. Hic
autem occurritur, non duci neceſſariam in ijs
quæ cum aliquo cōferuntur argumentationem
à conſequentibus, quemadmodum dixi. Non e-
nim ſi quod ſenſum mouet, ſcientia continetur,
idcirco ſenſus eſt ſcientia. Nec uerè certè quidem
occurritur. multi enim negant, ea quæ ſenſus
mouentia ſunt, cadere ſub ſcientiam. Nec minus
contra hoc quod dixi ualet hic locus: nampe id
quod ſub ſenſum cadit, non poſſe ſcientia com-
prehendi: quoniam ne ſenſus quidem ſit ſcien-
A cōiugatis & caſibus. tia. Rurſum, à coniugatis & caſibus ducendum
eſt argumentum, ſiue confirmemus quid, ſiue re-
fellamus. Coniugata autem ſunt hæc, iuſta & iu-
ſtus, cum iuſticia: & fortia & fortis, cum fortitu
dine. Itemq; efficientia & conſeruantia coniuga
ta eorum ſunt, quorum ſunt & conſeruantia &
efficientia: ut efficientia ualetudinem ualetudi-
nis, & conſeruantia firmam corporis conſtitutio
nem, firmæ corporis cōſtitutionis. Eodemq; mo
do de cæteris iudicandum eſt. Atq; hæc quidam
coniugata appellari ſolent. Caſus autē ſunt, ut iu
ſtè, fortiter, ſalubriter, & aptè ad firmā corporis
affectionem, quæq; eodem modo dicuntur. Sed
etiam ea quæ ex caſibus dicuntur, in coniugatis
eſſe uidentur: ut iuſtè cum iuſticia, & fortiter cū
fortitudine, coniugata ſunt. Coniugata autem
dicuntur, quę ſunt ex uerbis generis eiuſdem: ut
iuſticia, iuſtus, iuſta, iuſtè. Perſpicuum eſt igitur,
ſi quid probatum ſit eorum quæ eiuſdē ſunt ge-
neris & coniugationis, eſſe in bonis, & laudabili
bus, cætera probata eſſe omnia. ueluti, ſi iuſticia
ſit in rebus laude dignis, etiam iuſtus in ijs ſit, &
res iuſta, & quod iuſtè ſit, neceſſe eſt: conclude-
turq;, quod iuſtè ſit, etiam laudabiliter fieri, ex eo
dem caſu, quoniam à laudabili re ortum eſt: quē-
A cōiugatis cō trarijs. admodum illud iuſtè à iuſticia. Non ſolum autē
in eo quod in quæſtione eſt, ſpectanda ſunt con-
iugata, ſed etiam in cōtrario: ut quod bonum ſit,
non neceſſariò eſſe iucūdum. Namq; enim quod
malum eſt, neceſſariò moleſtum eſt: aut ſi hoc, e-
tiam illud. Et ſi iuſticia ſcientia ſit, iniuſticia igno
ratio erit. & ſi quod iuſtè ſit, id fiat ſcienter & pe
ritè: id etiam quod iniuſtè, inſcitè & imperitè fiat
neceſſe eſt. Aut ſi hæc non placent, ne illa quidē:
quemadmodum in eo quod modò commemo-
raui, perſpici poteſt. multo enim potius uidebi-
tur quod iniuſtè ſit, id peritè quàm imperitè fie-
ri. Atq; hic locus expoſitus eſt tum, cum de con-
trarijs quæ aduerſa dicuntur, diſputaremus. Ni-
hil enim nunc aliud uolumus, niſi cōtrarium ex
Ex cauſis & effectis. contrario eſſe conſequens. Præterea ab ortu &
interitu rerum, & ex cauſis efficientibus & cor-
rumpentibus, magna copia ſuppetit ad diſputā-
dum, ſiue confirmare uelimus, ſiue refellere. Qua
rum enim rerum ortus & origo eſt in bonis, eę e-
tiā in bonis ſunt: & ſi hæ in bonis ſint, origines
etiā earū erunt. Si uerò origo ſit in malis, eæ etiā
A in malis numerabuntur. A rerum interitu contrà
ducitur argumentum è conſequentibus. Si enim
interitus rerum ſint in bonis, res ipſæ erunt in
malis. Et ſi interitus & euerſio rerum ſit in malis,
res ipſæ ducentur in bonis. Eadem eſt etiam ra-
tio cauſarum efficientium & euertentium. Quo-
rum enim effectorum cauſę ſunt in bonis, effecta
etiā in bonis erunt. Quarū aūt rerū cauſæ euertē
tes ſunt in bonis, eæ ſunt numerandæ in malis.

LOCVS A SIMILI ET COMPA
*ratione, ad accidentis quæſtionem accommo-
datur.* *Caput* IIII.

PRoximus locus eſt à ſimili: in quo uidēdū
eſt, an res ſimiles eodem ſe modo habeant:
ut ſi ſcientia una ſit multarum rerum, etiam
opinio. Et ſi aſpectum habere, ſit uidere, etiam au
ditum habere, ſit audire. Quod idem cōtingit in
cæteris omnibus, & quæ ſunt, & quæ uidentur.
ualet autem in utrāq; partem hic locus. Si enim
in aliqua re ſimili ualeat, in cæteris etiam ualeat
neceſſe eſt. Et ſi in aliqua re ſimili non ualeat, nec
in cæteris ualebit. Conſiderandum etiam eſt, an
in uno, & in pluribus eodē modo res habet: quo
niā interdum diſcrepat & diſsimilis eſt affectio.
ut ſi ſcire ſit cogitare: multa ſcire, erit multa cogi
tare: quod non eſt uerū. Multa enim ſcientia cō-
prehendi poſſunt, multa ſimul cogitari non itē.
Quòd ſi non hoc, nec ſcire erit cogitare. Sumun *Ex maiore & minore loci quatuor. I.*
tur etiam ex maiore & minore argumēta. Suntq;
ex maiore & minore quatuor loci. Vnus, ſi ma-
ior res ex maiore ſit cōſequens, hoc modo: Si uo-
B luptas bonum ſit, maior uoluptas maius ſit bo-
num. Sin iniuriam facere malum eſt, maiorē iniu
riam facere maius malū erit. Atq; in utranq; par-
tē hic locus trahi poteſt. Si enim rei ſubiectæ ela
tionem & ſummiſsionem accidētis ſequatur ela
tio & ſummiſsio, quemadmodum dixi, neceſſe
erit in re propoſita accidens ineſſe: ſin minus ſe-
quatur, non inerit. Hic autē locus per inductionē
intelligendus eſt. Alter locus eſt, cum una res II.
duabus comparatur. Si cui ueriſimilius eſt cōue-
nire non conueniat, ne illi quidem cui minus: &
ſi cui minus probabile eſt conuenire conueniat,
ei etiam cui ueriſimilius. Tertius eſt, cū duæ res III.
cum una conferuntur, ſi quæ magis cōuenire ui-
detur non conueniat, nec quæ minus: & ſi quæ
minus uidetur cōuenire conueniat, ea etiam quę
magis cōuenire uidebitur cōueniet. Extremus IIII.
locus eſt huiuſmodi, cū duæ res duabus cōparan
tur. Si quæ alteri magis uidetur cōuenire non cō
ueniat, ne reliqua quidem reliquæ conueniet: &
ſi ea quæ minus conuenire alteri uidetur conue
niat, reliqua etiam reliquæ cōueniet. Sequitur *Ex pari, loci tres.*
locus, ex ijs quę paria ſunt, aut paria uidentur. at
que is triplex, quemadmodū expoſui de tribus
locis poſtremis, quos ex maiore elici dixi. Si e-
nim una aliqua res duabus eodem modo conue-
niat, aut conuenire uideatur, neq; alteri cōueniat
ne alteri quidem conueniet. Quòd ſi uni, etiā al- I.
teri. Alter locus tractatur hoc modo: Si duæ res II.
eidem pari ratione conueniant, & altera non cō
ueniat, ne altera quidem conueniet. Quòd ſi alte
ra, etiam reliqua. Tertius hoc modo: Si duæ res III.
duabus eodē modo conueniant, uniq; altera nō
conueniat,

conueniat, reliqua etiam reliquæ nõ conueniet: quòd ſi una alteri conueniet, reliqua etiam reliquæ conueniat neceſſe eſt. Atq; ex maiore & minore & paribus tot argumenta duci eliciq; poſſunt.

Ex adiectione.

Alius locus ſequitur ex adiectione, huc modo: Si una res ad alterã adiecta, eã faciat bonam aut albã, cũ prius bona & alba non eſſet, quæ adiecta eſt, bona erit & alba, quale etiam rorũ reddidit. Præterea ſi ad aliquid quod ineſt, quippiã addatur, quod illud magis tale efficiat, quàm antè erat, idem tale erit. Eadem eſt ratio cæterorũ. Quanquam hic locus non ualet in omnibus, ſed in ijs tantummodò quæ elationem aliquã ſuſcipere poſſunt. Atq; idem non uiciſsim retrò commeat in refellendo. non enim ſi id quod additur, nõ facit id cui adiectum eſt bonum, propterea id non bonum eſſe neceſſe eſt. Quod enim bonum eſt, ſi ad id quod malum ſit addatur, totum non efficit bonum neceſſariò: nec rem nigram cãdor albam facit, nec dulcedo rem amaram dulcẽ neceſſariò, ſi addantur, efficit. Iam uerò ſi quid maius aut minus dicitur, omnino etiam conuenit. Nam quod bonum non eſt, nec album, id nec maius bonum, neq; minus dicitur, neque albius, neque minus album: quippe cum id quod malum eſt, nulla re maius bonum ſit, aut minus bonum, ſed maius malum, aut minus dicitur. Nec uerò hic locus in refellendo uiciſsim retrò commeat. multa enim eorum quæ illud magis reſpuunt, omnino dicũtur. Homo enim, etſi magis aut minus, quàm alius homo, non dicitur, non tamen propterea homo eſſe deſinit.

Ex parte, à tempore, à loco, quo modo ualeat argumentum.

Eodemq; modo uidendum eſt quid quadam ex parte, quid aliquãdo & alicubi eſſe dicatur. Si quid enim quadam ex parte poſsit eſſe, aut aliquando, aut aliquo in loco, id certè omnino eſſe poteſt. Quod enim omnino fieri non poteſt, id nec aliqua ex parte, nec interdum, nec alicubi fieri poteſt. Quanquam huic loco occurritur, quòd quadam ex parte homines natura boni ſunt: ut liberales, ut temperati, cum interim boni non ſint omnino natura: ſiquidẽ nemo prudens natura dicitur. Itemque fieri poteſt, ut aliquid eorum quæ interire poſſunt, quodam tempore non intereat & occidat, cũ fieri nõ poſsit omnino quin occidat. Eodemq; modo alicubi hanc uel illam uictus rationem ſeruare, ut in locis peſtilẽrib. & inſalubribus prodeſt, omnino non prodeſt. Aliquo etiam in loco fieri poteſt, ut unus modò ſit, & tamen non unus modò eſſe illic poſsit omnino. Itaq; alicubi etiã immolare patrem laudi ductum eſt, ut apud Tribalos: omnino autem non datur laudi & gloriæ, niſi fortè hoc non aliquo in loco fieri declarat, ſed apud aliquos, quoniam nihil refert ubi ſint: ubique enim apud Tribalos id gloriæ ducitur. Rurſum medicamentorum uſus interdum, ueluti cũ ſis in morbo, adiuuat, nec adiuuat omnino. Niſi fortè nec hoc quidem aliquando fieri ſignificat, ſed certum quoddam affectionis genus. neque enim refert id quocũque tempore fiat, dummodo ita ſit affectus. Id autem demum omnino & abſolutè eſſe dicitur, quod citra ullam adiectionem dicitur, honeſtum, uerbi gratia, aut turpe: ut patrem immolare, non dicas honeſtum eſſe, ſed apud nonnullos honeſtum eſſe. nõ igitur omnino honeſtum eſt. At deos colere, pulchrum dices, etiamſi nihil adiungas. eſt enim pulchrum omnino. Quare quod ſine adiunctione uidetur eſſe pulchrum, aut turpe, aut aliquid aliud eiuſdẽ generis, tale eſſe id dicetur omnino.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM tertium, Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.

Libro tertio, comparata problemata ſub accidente reducuntur. Comparantur autem non longè diſtãtia, ſicuti quid magis eligendum, felicitas an diuitiæ, cũ cõſultatione non egeant: ſed proxima. Quorum ſunt ij loci. Primũ quidem antiquius & firmius, minus antiquo & firmo magis eligẽdum. Item quod magis eligeret bonus ac prudens in qualibet arte uir, uel lex certa, magis eligendum. Deinde natura bonum magis, quàm arte acquiſitum, ut iuſtitia magis quàm iuſtũ. Eſt enim iuſtitia hoc aliquid in genere, iuſtũ uerò minimè. nam illa in genere bono, iuſtum uerò per accidens. Deinde, quod eſt per ſe magis quã per aliud: ut ſanitas, quàm miſsio ſanguinis, aut exercitatio. Dein, quod eſt per ſe magis, quã per accidẽs: ut amicos iuſtos eſſe, quã inimicos. Per ſe enim eligendũ amicis optare iuſticiã, quibus bona cupimus: inimicis uerò alia de cauſa, ne uidelicet nobis noceant. Præterea honoratius meliori exiſtenti, ut homini quidem uirtus, equo autem curſus. uirtus certè precioſior, quòd etiam precioſior ac melior equo ſit homo. Finis quoq;, quàm ea quæ ſunt ad finẽ: ut ſanitas, quàm medicina. Duobus uerò exiſtentibus ad finem, quod eſt propinquius fini: ut medicina, quàm procatharſium. Dein, quod ad uitæ finem magis pertinet: ut uirtus diuitijs. finis enim humanæ uitæ felicitas, ad quam uirtus pertinet: diuitiæ uerò ad fortunã. Dein, è duobus creantibus bonum, præſtat id cuius finis melior: ut gymnaſium, quod bonã habitudinẽ creat, magis quàm medicina, quæ ſanitatem. bona enim habitudo ſanitati præſtat. Et duobus itẽ efficientibus finis, quod proportione præſtat. uidelicet, felicitas melior ſanitate, pluris quã ſanitas, eo quòd ſanat. efficiens enim felicitatẽ melius, quàm ſanitas. Dein, quod ſequitur maius bonum. ſequitur enim uirtus ſalutẽ, ratio uerò opinionẽ: magis eligenda uirtus, quàm ratio. Quod melius per ſe, & honorabilius: ut amicitia diuitijs, & iuſtitia ſanitate. Etiã quod omni tempore, quàm quod interdum utilius: ut panis fructibus. Illuſtrius minus illuſtri, ut ratio diuitijs. Quod magis arduum. magis enim amamus, quod non eſt facile adire, aut cõprehendere. Quod magis proprium, quàm cõmune: ut diuitiæ. ratio, gloria, magis quàm in bello ſtrenuitas. hæc ſi ſit, cum multis ſit: illa uerò propria ſunt. Vnumquodq; in quo tẽpore magis ualet: ut prudentia & triſtitia ſenectuti, robur & fortitudo iuuentuti. Et quod omni tempore magis quàm neceſſariũ, ut modeſtia & iuſtitia & fortitudine. Et circunſtantiæ neceſſarijs meliora: ut bene uiuere. Quandoq; etiã meliora nõ magis eligenda: ut philoſophari præſtat, quàm ditari, ſed nõ magis eligendum indigenti. Etiam hoc ſine hoc magis eli-

gendum, hoc autem ſine hoc minimè. uidelicet, potentia ſi- ne prudentia non eligenda, at prudentia ſine potentia eli- genda. Et ex his quæ ſunt ſub eadem ſpecie, id quod habet propriã uirtutem, nõ habente: ut ferreus gladius magis eli gendus, qui ſit acie temperatus, quàm aureus obtuſus. Am- bobus autẽ habentibus, id quod magis habet. Præterea id quod plures habeat partes: uidelicet, utile, delectabile, ho- norabile, magis quàm id quod nullas, aut pauciores.

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum III. Angeli Politiani Argumentum.

Tertius comparationum locos habet accidentibus aſ ſcriptos, conſiderãs utrum diuturnius, ſtabilius, opta bilius, potioribus, uel ſe ipſo, uel ex accidenti. Præterea u- trum ſimpliciter optabilius, & ſuapte natura: utrum præ ſtantioris naturæ, uel bonum, uel proprium: utrum hono- ratius, ac prius: utrum fini propinquius, utrum ad finem præſtantiorem, utrum poßibile. Finium proportionem co gitas, & à quibus præſtantur fines: utrum pulchrius, hone ſtius, laudabilius. Præſtabilioris origo, ubi plura ſunt bo- na, ubi uoluptas, ubi opportunitas, ubi frequentior tempe ſtiuitas: utrius corruptio peior, generatio melior, utrũ bo no uicinius, aut ſimilius, ſed & meliori, utrũ illuſtrius, utrũ magis propriũ: utrũ in genere meliore, utrũ magis ex abũ danti: utrum rarius, utrũ ſine altero eligibilius: utrũ nega- tur minus, utro amiſſo, qui doleat minus reprehendatur, utrũ ſua ui ſtet: utrum aut bonum, aut meliorẽ reddat cui adſit: utro bonũ præſtantius efficiatur. Huc loci etiam ple riq; abſoluti accidentis faciunt. tũ illi, quod ex duobus o- ptabilius, tertio ipſum quoq; altero optabilius: ut cuius ex ceſſus, exceſſu alterius, ut quod ſeipſo potius optabile, ut quod cui adijcitur optabilium facit, ut quod maiori additũ: totũ mox ipſum reddit optabilius, quàm quod minori, ut quod ſui merito, nõ gloriæ cauſa optabilius, ut quod utro que, ut cui notiones competant omnes optabiles. Quodq; propter optabilia meliora ſit. Cui nihil admixtũ quod fu- giat. Sume tamen uniuerſales magis locos, quos & ad par ticulares transferre poßis, ſiue determinatos, ſiue determi- nationis expertes: quæ uarijs defenduntur ac refelluntur modis, & ad uſque indiuidua perducuntur.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER TERTIVS.

AD QVAESTIONEM ACCIDENtis quæ non ſimpliciter, ſed comparatè ponitur, certos accommodat locos hoc tertio libro. Cap. I.

Reliquus eſt cõparationis locus, in quo uidendũ eſt, duobus propoſi tis utrum ſit optabilius aut meli- us. Ac primũ exponendum illud eſt nobis, hoc loco non eſſe propo ſitum de ijs diſſerere, quæ ualde diſsimilia ſint, quorumq; magnæ ſint differentiæ & diſtinctiones (neque enim eſt quiſquam, cui in dubium ueniat, ſitne beatitudo quàm diuitiæ A magis expetẽda) ſed de ijs quæ cognata ſunt & uicina, & ijs quibus propoſitis dubitamus, utri priores partes tribuamus, propterea quòd quid alterũ alteri præſtet, minimè uideamus. Ex quo perſpicuum erit, expoſita harum rerum præſtan tia una aut pluribus, animum aſſenſurum & ap- probaturum, id eſſe magis expetendũ quod ex- cellet. Ac diuturniora quidẽ anteponenda ſunt breuioribus: & quæ prudentes anteponant, aut uiri boni, aut leges rectæ, aut quæ anteponant ij qui in aliqua re excellunt, hoc ipſo quòd tales ſunt: aut quæ ij qui unoquoque genere ſcientes ſunt, aut quæ plures, aut etiam omnes: ut in me dicina & fabrica, quæ plures medici anteponãt, aut omnes: aut quæ omnino plures, uel omnes, uel omnia, quale eſt ipſum bonum. expetunt e- nim bonum omnia. Ex ijs autem argumentum ducetur, prout commodum uidebitur ad eam rem de qua agitur. Suntque omnino antepo- nenda ea quæ à meliore arte proficiſcuntur: ut quoniam philoſophia melior eſt ars quàm archi tectura, omnino ea quæ à philoſophia efficiãtur, ijs quæ ab architectura anteponantur. Quæ au- tem à cuiuſque arte efficiuntur, ea quiſque alie- nis anteponit. Deinde anteponenda ſunt ea quæ ui ſua in genere ſunt, ijs quæ non ſunt: ut iu ſticia uiro iuſto. iuſticia enim in genere eſt bono rum, uir iuſtus nõ eſt: & illa ui ſua bonum eſt, hic non item. nihil enim eſt id ipſum quod genus, quod non ſit in genere: ut homo albus non colo ris nomen obtinet. Quod idem in cæteris con- tingit. Anteponuntur etiam quæ propter ſe ex- petuntur, ijs quæ propter aliud: ut ualetudo ex- B ercitationi. quoniam illa propter ſe expetenda, hæc propter aliud. Et quæ propter ſe expetũtur, ijs quæ fortè, temerè & caſu: ut amicorum iuſti- cia, hoſtium iuſticiæ: quòd illa per ſe expetenda eſt, hæc caſu, & fortuitò, ut ne nobis noceant. Hic autem locus eandem ferè uim habet, quam ſuperior, ab eoq; niſi modo non differt. nam ami cos per ſe iuſtos eſſe optamus, etiam ſi nihil inde ad nos redeat, & apud Indos habitent: at hoſtes ſic propter aliud iuſtos eſſe optamus, ut nihil no bis obſint. Et ex quibus per ſe bona propagan- tur, ijs ex quibus caſu & temerè, ut uirtus fortu- næ. illa enim per ſe efficiens eſt cauſa bonorum, hæc fortuitò. Et ſi quid aliud tale eſt. Eodẽ mo- do de cõtrarijs iudicãdũ eſt. Ea enim quæ per ſe cauſæ ſunt malorum, poſtponũtur ijs quæ caſu & fortuitò: ut uitiũ fugiendũ eſt potius, quàm for- tuna. illud enim per ſe malum eſt, hæc caſu. Et quæ omnino bona ſunt, ijs anteponũtur quæ ali cui bona ſunt: ut ualere quàm ſecari magis optã dum eſt, quoniam illud omnino bonum eſt, hoc alicui qui ſectione egeat. Et innata ac inſita bo- na aſſumptis & aduentitijs, ut iuſticia uiro iuſto: quonia illa inſita eſt & innata, illud aduẽtitium. Et quæ in re meliore inſunt, & quæ iuſtiorem ha bent uenerationẽ, ijs quæ in deteriore: ut bona Dei hominũ bonis, & animi corporis bonis ſunt anteponenda. & quæ propria ſunt melioris rei, ijs quæ deterioris: ut Dei quàm hominis. Cũ e- nim bonis, quæ illis inter ſe ſunt cõmunia, non differant inter ſe, proprijs alter alteri præſtat. Et quæ in melioribus, aut antiquioribus, aut in ijs

A bono diuturniore.

Ab autoritate.

A cauſſa meliore.

A natura.

A bono propter ſe.

A cauſſa per ſe

A ſimpliciter bono.

A naturalibus bonis.

A meliore ſubiecto.

A proprio.

A digniore ſubiecto.

in ijs quæ in maiore ſunt precio & honore, ea ſunt anteponenda ijs quæ in deterioribus: ut ualetudo uiribus corporis, & pulchritudini corporis.

Valetudo quid

Valetudinis enim ſedes eſt in humore, ſiccitate, calore & frigore: ijsq; omnibus, ex quibus primùm animal conſtat, cohæret: hęc uerò in poſterioribus quibuſdam. nam & nis corporis in neruis atque oſsibus ſita eſt,

Pulchritudo quid.

& pulchritudo corporis eſt apta quædam compoſitio membrorum.

A fine.

Fines, ijs quæ ad finem pertinent atque cõducunt. Ex duobus, quod ad finem propius accedit. Quæ ad uitæ finem pertinent, ijs quæ ad altum aliquem: ut quæ ad beatam uitam pertinent, ijs quæ ad prudentiam. quod enim ad beatitudinẽ pertinet, anteponendum eſt.

A facultate.

Quæ fieri poſſunt, ijs quæ non poſſunt.

A fine meliore

E duobus efficiẽtibus, cuius finis melior, id etiam præſtantius. Ex efficienribus & finibus proportione concludendum eſt, hoc modo: Cum pluribus partibus finis fini præſtat, quàm finis ille ſuæ cauſæ efficiẽti: ut ſi beatitudo ualetudinem pluribus partib. ſuperet, quàm ualetudo ſalubria, efficitur ut efficientia beatæ uitæ uincant ualetudinem. Quãto enim beatitudo ualetudinem præſtat, tanto ſalubria præſtãt efficientia beatitudinis. Atqui minore interuallo ſalubria ualetudo anteibat: pluribus igitur partibus ſalubribus præſtant beatitudinis efficiẽtia, quàm ualetudo ſalubribus. Ex quo perſpicuum eſt, efficientia beatæ uitæ ſanitati, quia ei præſterit, eſſe antepoonenda.

Ab honore & precio maiore.

Iam quæ per ſe in maiore ſunt honore & precio, & laudabiliora ſunt, anteponenda ſunt: ut amicitia diuitijs, iuſtitia ualetudini, & uiribus corporis. Illa enim numerãtur propter ſe, in ijs bonis quę ſunt honorabilia & laudabilia: hæc nõ propter ſe, ſed propter aliud. Nemo enim opes ꝓpter ſe amat, ſed propter aliud. Amicitiam autẽ propter ſe colimus, etiamſi nihil inde fructus ſperemus nos eſſe percepturos. Iam ſi duo quædam ſint ualde inter ſe ſimilia, nec quid alterum alteri pręſtet & excellat perſpicere poſsimus: id ex conſequentibus intelligi licet, hoc modo.

A conſequentibus.

Ex quo enim maiora bona ſequuntur, id anteponendum alteri eſt: quòd ſi mala conſequantur, ex quo minora mala oriuntur, id eſt eligendum. Nam ſi utrunq; eligendum, nihil prohibet aliquid moleſtiæ conſequi. Ex conſequentibus autem duo argumenta ſumũtur, quoniam & aliquid antecedit rei, & præcurrit, & aliquid rem ſequitur: ueluti diſcenti antecedit ignoratio, & eum conſequitur ſcientia. Ferè autem melius eſt quod rem ſequitur. Argumentum uerò à conſequentibus ſumendum eſt, ut commodum fuerit.

A numero.

Plura bona paucioribus anteponenda ſunt aut omnino: aut cum alia quæ pauciora ſunt, in alijs, quæ plura, continentur. Huic autem loco occurritur, ſi unum alterius gratia petatur. Neque enim uni utrunque anteponitur. ueluti curari & ualetudo non pluris ſunt quàm ualetudo, quandoquidem curari optamus ualetudinis gratia. Nihil etiam prohibet, ea quæ non ſint in bonis, bonis anteponi. ut beatitudinem coniunctum cum aliqua re quæ non numeratur in bonis, iuſticiæ ac fortitudini.

A uoluptate.

Et eadem coniuncta cum uoluptate, magis expetenda ſunt, quàm ſine uoluptate: & eadem

A ipſa cum indolẽtia copulata, quàm cum dolore.

A tempore, opportunitate, et ætate.

In quo etiam quicq; tempore maiorem oim habet, id in eo magis optandum eſt: ut in ſenectute ſine ulla moleſtia & cura uiuere, quàm in adoleſcentia. plus enim poteſt in ſenectute. Eademq; ratione in ſenectute magis expetenda prudẽtia eſt. Itaque nemo adoleſcentes imperatores deligit, quòd prudentes eos non eſſe exiſtimet. contràque fit in fortitudine, cuius in iuuentute neceſſarium munus & officium eſt. Eadem eſt etiã temperantiæ ratio. adoleſcentes enim magis quàm ſenes cupiditatibus ſeruiunt.

A toto tẽpore

Quę per omne tempus ætatis plus poſſunt, ijs quæ maxima parte, utiliora ſunt. ut iuſticia & temperantia fortitudine: quia illis ſemper, hac interdum utimur.

A bono per ſe.

Quæq; ſeipſis contenta ſunt, meliora, quàm quę egent alijs. quod in iuſticia & fortitudine cernere licet. Nam ſi iuſti eſſent, nihil loci eſſet fortitudini: at ſi fortes eſſent, iuſticiam requirerent.

Ex interitu, abiectione, origine, acceptione, contrarijsq;.

Cõparatio etiam ex interitu, abiectione, origine, acceptione contrarijsque ſumi poteſt, hoc modo: Quorum bonorum interitus magis declinandi ſunt, ea meliora. Quod idem in abiectionibus & contrarijs contingit. cuius enim prætermiſſio & expulſio, aut contrarium, magis fugiẽdum eſt, id etiam optabilibus. Contrà fit in ortu & acceptione. Quarum enim rerum origines & aſſumptiones optabiliores ſunt, eæ alijs anteponũtur.

A uicinitate et ſimilitudine boni.

Alius locus: Quod ad bonum propius accedit, id & optabilius & melius eſt: quodq; ad bonum ſimilitudine propius accedit, id melius. ut iuſticia iuſto.

A ſimilitudine melioris.

Quæ meliori ſimiliora ſunt, ea meliora: quemadmodum Aiacem Vlyſsi anteponunt,
B quòd Achilli ſimilior eſſet. Occurritur huic loco, quòd nihil prohibeat Aiacem, non qua parte Achilles optimus fuerit, ei ſimiliorem fuiſſe: & tamen alterum uirum bonum fuiſſe, etſi diſsimilem. In quo uidendum eſt, an etiam in ijs quæ magis ridicula ſunt, cernatur ſimilitudo: quemadmodum ſimia ſimilitudine ad hominẽ propè accedit, cum equus non ſit ſimilis. Neque enim præſtantior eſt ſimia, etſi ſimilior homini quàm equus. Rurſum è duobus ſi unum meliori, alterum deteriori ſimilius ſit, melius erit quod ſimilius eſt præſtantiori. Atque etiam huic loco occurritur. nihil enim prohibet, unũ meliori paululum ſimilem eſſe, alterum ualde deteriori. ut ſi Aiax paululum admodum ſimilis ſit Achilli, & Vlyſſes ualde Neſtori. Et ſi id quod meliori ſimilius ſit, mala eius imitetur: quòd autem ad deterius ſimilitudine propius accedat, bonam in partem ſimile ſit. ut equus aſino, & ſimia homini.

A nobilitate.

Quæ magis inſignia ſunt, minus inſignibus anteponuntur:

A difficultate.

& laborioſa procliuibus. chariora enim nobis ſunt ea quæ difficulter parãtur.

A proprietate

Et propria comunibus, quæq; moleſtiæ minus habent.

A uacuitate ægritudinis.

Quæ enim nullam moleſtiam afferunt, ijs quæ afferunt anteponuntur.

A generis præſtantia.

Quæ alijs pręſtantiora ſunt omnino, etiam quæ in eo genere præſtãtiſsima ſunt, ijs quæ in altero genere ſunt præſtantiſsima anteponũtur. ueluti ſi nobilior equo homo ſit, nobiliſsimus homo etiã ſit generoſiſsimo equo præſtantior. Et ſi res præſtantiſsimæ & clariſsimæ nobiliſsimis alterius generis pręſtant, etiam omnino illis rebus excellunt. ut ſi

clariſsimus homo generoſiſsimo equo præſtet, etiam homo equo præſtar omnino.

Ab amicitia.

Quæq; cũ amicis communicare licet, ijs quę non licer. Quę in amicos præſtare cupimus, ijs quę in quemuis. ut officia ſeruare & bene mereri magis optamus quàm uideri bene mereri, & officia ſeruare. Quoniam beneficia malumus in amicos cõferre, quã uideri: in quemuis contrà.

A neceſſario.

Nõ neceſſaria neceſſarijs meliora ſunt, eaque interdum magis expetũtur. Bene enim uiuere præſtar quàm uiuere: cũ bene uiuere ſit non neceſſarium, & uiuere in neceſſarijs. Fir autem interdum ut quæ meliora ſunt, non eriam magis expetantur. non enim ſi quid melius, propterea id neceſſe ſir etiam magis eſſe expetendum. Philoſophorum enim uita cum eo genere uitæ quod in pecunijs quærẽdis conſiſtit, ſit melior: attamẽ ei cui res ad uiuendũ neceſſarię non ſuppetunt, non magis expetenda eſt. Non neceſſaria autem ſunr, cum ſuppetunt res neceſſariæ, & aliæ præterea quædam honeſtę parantur. Ac ferè quidem certè neceſſaria magis expetenda ſunt, non neceſſaria meliora.

A proprio.

Quę ab alio non ſuppeditari poſſunt & accipi, ijs quę poſſunr: quomodo iuſticia ad fortitudinem affecta eſt.

A bono per ſe.

Quæ ſine alijs expetenda ſunt, ijs quæ niſi coniuncta cum alijs non experuntur: ut uires corporis ſine prudentia non ſunt expetendę, ſine uiribus etiam prudentia experenda eſt.

A diſsimulationis cauſſa.

E duobus ſi unum diſsimulemus aur negemus in nobis eſſe, ut alterum in nobis eſſe uideatur, id anteponendum eſt, quo præditi eſſe uideri uelimus: ut laborioſos nos eſſe negamus, ut ingenio ualere uideamur.

A bonorũ defectione.

Quorũ bonorum defectio minus in ijs uituperaoda eſt, qui moleſtè ferunt ea à ſe abeſſe: & quorũ defectio in ijs qui non acerbè ferunt ea à ſe abeſſe, magis reprehendẽda eſt.

A generis proprio.

Eorũ quę in eodẽ genere ſunt, quod propria illius generis uirtute & laude ualet, alteri quod eo caret anteponendũ eſt. Ex ijs in quibus ineſt, id in quo maior eſt.

Ab efficientiũ cauſſarum ui.

Quę bonũ eum in quo ſint efficiunt, ijs quę non efficiunt: ut calidius id eſt quod calefacit, eo quod non calefacit. Ex ijs quę efficiunt, ea quę magis efficiunr: aut quę id quod melius eſt, & magis pręcipuum bonum, efficiunr: ut quę animum bonum efficiont, ijs quę corpus.

A cõiugatorũ conſequentib.

Ex cauſibus etiam & uſu, actionibus & operibus, comparationis locus ſumitur, & quę ab illis orta ſunt concluduotur. alterum enim alteri conſequens eſt: ut ſi id quod iuſtè fit, ei quod fortiter, anteponendum ſit, iuſticia fortitudini anteponetur. Et ſi iuſticia fortitudini anteponenda ſit, etiam id qood iuſtè fit, ei quod fortiter. Qnod idem fit in cęteris.

A bonorũ inter ſe comparatione.

Si quo bono, uno maius bonum ſir, minus alrerum, maius magis expetendum eſt: uel ſi maiore aliquo maius ſit alterum.

Ab expetendorum collocatione.

Quinetiam è duobus quę alicui pręponenda ſinr, id quod magis expetendum ſit, potius eligendũ erit, quàm id quod minus.

A laudabilium contentione.

Quorum pręſtantia & laus, præſtantię laudique aliorum anreponitur, ea etiam anteponenda ſunt: ut amicitia diuitijs. amicitię enim excellentia & gloria, opum excellentię & exuperantię anreponenda eſt.

A deſiderabili.

Quę ipſum ſibi quiſque parare & quęrere malit quàm alterum, ea anteponẽda: ur amici opibus.

Ex adiũctione.

Ex adiunctiooe hoc modo: Si eidem rei aliquid adiungatur, totumque melius efficiat, id magis expetendum eſt. In quo cauẽdum eſt, ne ad ea progrediamur, in quibus altero eorum quæ coniunguntur, utatur id qood utriſque commune eſt, uel aliqua alia ei adiumenra afferat, reliquo non utatur, neque ei ſit adiumẽto. quales ſunt, cum fabrica, ſerra & falx coniuncta: quarum ſerra ſi coniuncta ſit, optanda magis eſt, cum magis expetenda nõ ſir omnino. Ruſum, ſi quid ad minus additum, maius totum efficiat, magis expetendum eſt.

Ex detractiõe.

Quod idem ex detractione effici poreſt. Quicquid enim eſt eiuſmodi, quo detracto, id quod reliquum eſt minus efficitur, id omne anteponẽdum. Quæq; propter ſe expetenda ſunt, ijs quæ ad exiſtimationem hominũ, & opinionem accõmodantur: ut ualetudo pulchritudini anteponẽda eſt. Illud autem ad iudiciũ hominũ & opinionem dirigitur, quod ſi neſciant, nullus in eo parãdo labor impendatur.

Ab eo quod propter ſe ſit ab honeſto.

Quę etiã propter ſe expetuntur, & ad hominum cõmendationem, ijs quę alterius ſolum graria. Quæq; ui ſua per ſe & propter ſe in maiore precio & honore ſunr, eadem meliora ſunt, & magis experenda. Ea autem per ſe in maiore honore ſunt & precio, quæ detracta omni opinione utilitatis, tamen magis propter ſe pereremus.

DE TRIBVS GENERIBVS REVrum expetendarum, earumq; comparatione, & tractatione. Cap. II.

Diuiſio etiam rerum expetendarum, & quarum cauſa expetãtur, magnam ſuppeditabit copiam diſputandi: ur utilitatis, uel honeſtatis, uel uoluptaris gratia res omnes expetẽdas.

A cõmuniore bono.

Quib. enim ad omnia, uel ad plura utimur, ea ijs anteponenda ſunt quibus ad rot res nõ utimur. Quòd ſi in utriſq; eadem reperiuntur, in utris magis reperianrur uidendum eſt: utrum iucundiora ſint, an honeſtiora, an utiliora.

A meliore fine

Quæ melioris rei cauſa comparata ſunt, eadem magis expetenda: ut quæ uirtutis, quàm quæ uoluptatis graria. Eadem ratio eſt rerum fugiendarum.

A boni rerum expetendarum impedimento.

Fugienda enim ſunt magis quæ res expetendas impediunt: uelut morbus magis declinãdus & uitandus eſt, quàm deformitas, quòd magis nos à uoluptate & uirtute morbus detorquet. Ex eo etiam argumenta ſumuntur, ſi rem propoſitã & expetendam & fugiendã eſſe doceamus. Minus enim expetenda eſt res eiuſmodi, quã expetere æquè ac fugere liceat, quàm altera quæ tanrummodo ſir expetenda. Ac cõparatiooes quidem rerum inter ſe tractandæ ſunt, quemadmodum à me præſcriptum eſt.

Iiſdem locis ſine comparatione, & ſimpliciter, uti licere.

Qui ijdem loci ualent etiã ad faciendam ſine comparatione fidem, quid ſit expetendum, quidque fugiendum. Detrahenda enim modò excellentia & præſtanria eſt, qua alterum alteri præſtat. Si enim quæ in maiore honore ſunt & precio, eadem magis expetẽda ſunt: certè quæ in honore ſunt, & ducuntur gloriæ, eadem ſunt expetenda: & ſi quæ utiliora ſunt, ea magis expetenda, utilia etiam expetuntur. Quod idem fit in cæteria quæ comparantur. Sũt autem quædam, ex quorum inter ſe comparatione ſtatim utrunque expetendum eſſe, aut alterum intelligimus, ueluti cum unum natura bonum, alterum minimè dicimus. perſpicuum eſt enim,

enim, id quod natura tale ſit, eſſe expetendum. A Sumendi ſunt autẽ à maiore & minore loci, qui quàm latiſsimè pateant. ſic enim ad plura concludenda ualebunt. Poſſunt autem quidam ex ijs locis quos expoſuimus, generaliores effici, ſi parua nominum fiat mutatio: ueluti, quod natura tale uel tale eſt, eo eſt magis tale, quod non eſt tale uel tale natura. Ex duobus ſi unum efficit, alterum non efficit tale uel tale: id quod ipſum habet, aut in quo ineſt, magis tale eſt, quod interdum facit, quàm quod non facit. Sin utrunque uim efficiendi habeat, id quod plus efficit, & magis tale uel tale eſt. Et ſi ex duobus, unum magis ſuperet tertium quippiam, quàm alterum. Siè duobus unum magis tale uel tale ſit, quàm quod tale eſt: alterum magis quàm quod non eſt eiuſmodi, profectò primum in eo genere uincat neceſſe eſt. Ex coniunctione idem efficitur. Si quid ad eandem rem addatur, totumque magis tale uel tale efficiat. Et ſi quid ad rem additum quæ minus ſit eiuſmodi, totam magis talem reddat. Itemque detractione. nam ſi quid detrahatur ab aliquo, ex eoque quod reliquum eſt minus tale, uel tale exiſtat, id in eo genere præſtat. Quæ mixta coniunctaque ſunt minus cum contrarijs, ea magis talia uel talia. ueluti id albius eſt, quod minus admixtum habet nigrorem. Præter illos autem locos, qui ſuprà enumerati ſunt, hic alius eſt locus. Quòd ſibi magis rei de qua agitur ueram aſciſcit definitionem. uelut ſi candoris hæc ſit definitio: Color aſpectum oculorum diuidens, is albior color erit, quo magis diſpertit aſpectum.

Superiores loci quomodo generaliores fiãt, & magis communes. — *A natura.* — *A cauſſa efficiente.* — *A maiore efficiendi ui.* — *Si e duob. unũ ſuperet tertiũ.* — *Si e duobus unũ magis tale.* — *Ex coniunctione, ſeu adiunctione.* — *Ex detractione.* — *Ex minus admixto contrarijs.* — *A definitione acriore.*

Canon. Quòd ſi quæſtio non generalis, ſed quæ ſubiecta ſit generi tanquã pars ponatur, primòm loci qui expoſiti ſunt, ad confirmandũ uel reprehendendum omnes ualent plurimum. Si quid enim omnino & totum confirmemus aut refellamus, etiã partem oſtendimus: propterea quòd ſi quid in toto genere reperiatur, etiam in parte: & ſi in nulla parte, in aliqua intelligi non poteſt. Aptiſsimi autem ſunt loci, latiſsimeq́; patent, ij qui ex contrarijs coniugatisq́; ſumuntur. Aequè enim probabile eſt eſſe, ſi omnis uoluptas ſit in bonis, etiam dolorem omnem in malis eſſe: ac ſi qua uoluptas ſit bonum, aliquem etiam dolorẽ eſſe in malis. Et ſi quia ſenſus non ſit uis & facultas, ſequitur, ut ſenſus priuatio non ſit imbecillitas. Et ſi quod opinabile eſt, ſcientiæ ſubiectum ſit: ſit, ut quædam opinio ſit ſcientia. Rurſum, ſi qua res iniuſta ſit in bonis, aliqua etiã res iuſta ſit in malis neceſſe eſt: & ſi quid eorum quæ iniuſtè fiunt, malum eſt, aliquid etiam eorum quæ iuſtè fiunt, erit bonum: & ſi quid eorum quæ iucunda ſunt, in rebus fugiendis ſit, aliqua etiam uoluptas fugienda. Eodemq́; modo, ſi quid eorum quæ iucũda ſunt, utile ſit, aliqua etiam uoluptas erit in bonis. Quod idem in ijs quæ uim interimendi habent, & in ortu & interitu cõtingit. Si quid enim quod uim habeat interimẽdi uoluptatis & ſciẽtiæ, in bonis eſt, ſit etiam neceſſe eſt aliqua uoluptas & ſcientia in malis. Itemq́; ſi aliquis interitus ſcientiæ ſit in bonis, aut ortus in malis: erit in malis aliqua ſciẽtia. ut ſi obliuio flagitiorum alicuius, in bonis, aut recordatio in malis numeretur, erit & cognitio flagitiorum alicuius in malis ducitur.

Ex toto. — *Ex partium remotione.* — *Ex contrarijs.* — *Ex cõiugatis.* — *Ex cauſſis interimentibus & gignentibus.*

B Quod idem in cæteris cõtingit, propterea quòd eadem ratio uerisimilitudinis ualet in omnibus. Idem ex maiore, minore & pari efficitur, hoc modo: Si quid eorum quæ ex alio genere ſunt, magis tale uel tale ſit, illorum autẽ nihil ſit: efficitur, ut id quod propoſitum eſt, nõ ſit eiuſmodi: ut ſi qua ſciẽtia bonũ ſit potius quàm uoluptas, nec ulla ſit in bonis ſcientia, ne uoluptas quidem in ijs numerabitur. Similiter ex pari & minore licebit confirmare & refellere, niſi quòd ex pari utrunq́; efficietur: ex minore conſtituere ſolum, non etiam deſtruere. Si enim pari ratione uis aliqua in bonis ſit & ſcientia, ſit autẽ uis aliqua in bonis, etiam ſcientia erit. Sin nulla uis & facultas, ne ulla quidem ſcientia. Si autem minore ratione uis aliqua bonum ſit, quàm ſcientia, ſitque uis aliqua bonum, etiam ſcientia: Sin nulla uis in bonis ducatur, non neceſſe eſt nullam etiam ſcientiam duci in bonis. Ex quo perſpicuum eſt, locum ex minore ſolum uim habere ad probandum. Non ſolum autem ex comparatione eorum quæ ſunt diuerſorum generũ, argumentum duci poteſt: ſed ex eodem etiam genere, ſi quis ſumat quod ſit in eo genere maximè tale. ut ſi qua ponatur eſſe in bonis ſcientia, probatumq́; ſit non eſſe in bonis prudentiam, nulla alia numerabitur: quippe cum ne ea quidẽ quæ maximè uideatur. Ex fictione idem efficitur, ſi id antè conueniat: pari ratione, ſi cui conueniat, etiam omnibus conuenire, aut nõ conuenire: ut ſi hominis animus ſit immortalis, etiam cæterorum. Quòd ſi non hic, ne cæterorum quidem eſſe. Si igitur in quæſtione poſitum ſit alicui conuenire, non conuenire alicui docere debemus. Sic enim illud conſequens erit ex fictione nulli conuenire. Quòd ſi cui non conuenire ponatur, probandum eſt alicui conuenire. ſic enim illud conſequens erit, conuenire omnibus. Illud autẽ perſpicuum eſt, eum qui ex huiuſmodi fictione argumentum ducit, ad generalem reuocare quæſtionem, quæ in parte propoſita eſt. eum enim uult, qui partem concedat, totum etiam concedere: quandoquidem ſi uni, pari ratione æquum putat conuenire omnibus. Ac Infinitæ quidem quæſtiones uno modo euerti refellique poſſunt: ut ſi uoluptatem bonum eſſe dixerit, aut non eſſe bonum, neq́; aliud quicquã expoſuerit. Nam ſi uoluptatem aliquã in bonis eſſe dixerit, nullam eſſe omnino probandum eſt, ſi rem propoſitam uelit euertere. Item ſi uoluptatem aliquam non bonam eſſe enunciarit, omnino demonſtrandũ eſt omnem eſſe: aliter enim non poteſt reprehendi. Nam ſi uoluptatem aliquam nõ eſſe bonum, aut eſſe doceamus, nondum propoſita res reprehenſa eſt. Ex quo perſpicuum eſt, rem infirmari uno modo poſſe, confirmari duobus. Siue enim omnino doceamus omnem in bonis uoluptatẽ duci, ſiue aliquam, res confecta erit. Itemq́; ſi opus ſit oſtendere, aliquam uoluptatem nõ eſſe in bonis, ſi nullam eſſe doceamus, aut aliquam non eſſe, utrũ effecerimus, aliquã in bonis non eſſe uoluptatẽ docuerimus. Definita aũt quæſtione, duo ad refellendũ loci ſuppetent: ut ſi quis ponat in bonis uoluptatẽ aliquam eſſe, aliquam non eſſe: ſiue omnis in bonis eſſe doceatur, ſiue nulla eſſe,

Ex uerisimili. — *Ex maiore.* — *Canon.* — *Ex pari.* — *Ex minore.* — *Canon.* — *Ex comparatione corũ quæ ſunt ex eodem genere.* — *Ex fictione paris.* — *Canon.* — *Infinitæ quæſtiones uno modo refelli poſſunt.* — *Canon.* — *Definita duobus modis refellitur.*

Quæſtio definita uno tantũ propoſito, tribus modis refelli poteſt.

res propoſita infirmata erit. Quòd ſi nnam tantummodò in bonis uoluptatem poſuerit, tribus modis id poterit refelli. Si enim omnem eſſe, uel nullam, uel plures docuerimus, tem propoſitam euerterimus.

Quæſtio definita plurib. ex poſita, quatuor modis oppugnari poteſt

Si uerò quæſtio definita expoſitaque ſit pluribus, ueluti prudentiam ſolam ex uirtutibus eſſe ſcientiam, ad id teprehẽdendum quatuor modis inſtructi erimua. Nam ſi doceamus omnem uirtutem ſcientiam eſſe, aut nullã, aut etiam aliam, ueluti iuſticiam, aut ipſam prudentiam non eſſe ſcientiam, euerſum erit id de quo agitur.

Canon ſpeciei.

In quo utile erit, quid cuique terum ſingularum quæ continentut ſub ſpecie, de qua quæritut accidat, aut non accidat, uidere: quemadmodum de generalibus quæſtionibus tradidi.

Generis canõ.

Genera etiam uidenda ſunt diligenter, eaq; in partes, ut dixi, uſque ad indiuidua, tribuenda. Siue enim in toto genere uideatur ineſſe, ſiue in nulla parte, poſtquam in ſingulis rebus aliqnot, ita rem habere docueris, petendum eſt, nt omnino totumque cõcedat: aut certè occurrat, in quo non ita teperiatur.

Diuiſionis canon.

Poſtremò, quibus in tebus diuidi in ſpecie diuerſa, aut numero poteſt accidens facta eius diuiſione, nunquid conueniat uidendum eſt: ut tempus non moueri, aut non eſſe motum, ſi probare uelimus, quot ſint genera motus docendum eſt. Si enim nullum eorum cõueniat tempori: tempus certè non mouerur, nec motus eſt. Itemque animum nõ eſſe numerum, licebit docere diuiſione adhibita, omnẽm numerum aut parem eſſe, aut imparem. nam ſi animus neque par, neque impar ſit, profectò eſſe numerus nullo modo poteſt. Ac ex his quidem locis argumenta ducenda ſunt, & depromenda ad cõfirmandum uel refellendum accidens.

F I N I S.

IN TOPICORVM LIBRVM quartum, Raphaëlis Volaterrani Eiſagoge.

Libro quarto, ex genere problemata ponuntur. Vbi uidere oportet, primùm, ſi de aliquo prædicatur poſitum genus. ſi de illo non prædicatur, non erit genus. uerbi gratia: Voluptatis bonum genus, Aliqua uoluptas non bonum, Non genus ergo uoluptatis bonum. Deinde ſi non in quid eſt prædicatur, non erit genus: ut ſi quis dicat riſibile genus hominis, non erit genus. ſecus uerò, ſi animal dixerit, quoniam in quid eſt prædicatur. Deinde ſi non in eadem diuiſione ac prædicamento ſint genus & ſpecies: uidelicet, dicat quis ſcientiam bonum ac pulchrum, ſed bona ac pulchra ſub prædicamento qualitatis, ſcientia uero ſub relatione. Genus item infirmatur, quod ſuæ ſpeciei particeps fuerit, & rationem acceperit. uerbi gratia: Homo qui recipit animalis definitionem, particeps eſt animalis. non item contrà debet animal hominis: ut ſi quis dicat, genus animalis aut entis, & unius genus. Etiamſi aliqua pro genere ſpecies alicuius ponatur, uidendum ſi ſpecies ea prædicatur de aliquo, de quo non prædicatur genus: quod ſi contingat, problema infirmatur: ut ens & ſci

A *bile, non ſunt genus opinabilis. quoniam opinabile prædicatur de nõ ente. Multa enim non entia opinabilia ſunt. Sed ens & ſcibile non prædicantur de non ente. Deinde ſi quid pro genere ponatur, quod nullius ſpecierum talis generis eſt particeps. ut ſi quis dicat motum genus uoluptatis, non eſt uoluptas ſub motu particeps motus ſpecierum, quamobrem infirmabitur. Dein ſi genus prædicetur de paucioribus, quàm ſpecies, infirmandum: ut ſi quis dicat ens genus opinabilis. opinabile enim prædicatur de pluribus, quàm ens. nam ens & non ens, ſunt opinabilia. Semper enim genus de pluribus prædicatur, quàm ſpecies. Dein ſi genus & ſpecies prædicentur de æqualibus, ſimiliter infirmandum. Vt ens & unum & omnia tranſcendentia conuertuntur. quapropter ens non dicetur genus unius, nec contrà. Similiter primum & principium conuertuntur. ideo neutrum eſt genus alterius. Etiam ſi aliquod genus ponatur, aliud genus habens quod non contineatur ſub genere poſito, infirmandum eſt. ut ſi quis poſuerit lineas diuiſibiles contineri ſub hoc genere, quod eſt diuiſibile, malè ponitur: quoniam aliæ lineæ indiuiſibiles eiuſdem ſpeciei ſunt, nec continentur ſub hoc genere diuiſibile. Sunt enim inter ſe indifferentes ſecundum ſpeciem rectæ lineæ omnes. Dein ſi alicui ſpeciei aſſignauerit duo genera ſubalternatim poſita, infirmandum problema: ut ſi quis dicat iuſtitiam ſpeciem uirtutis & ſcientiæ, quia nec uirtus continetur ſub ſcientia, nec ſcientia ſub uirtute. Si quid etiam tanquam genus alicuius ſpeciei ponatur, ui-*
B *dendum ſi ipſum & quodlibet ſuum ſuperius non prædicatur in eo quod quid eſt, infirmabitur. ut ſi quis neget itionis genus lationem, non ſufficit monſtrare quòd motus ſit itio, antequam monſtret quòd latio eſt, quoniam & alij motus ſunt. ſed monſtrandum quòd nullius eſt particeps itio ſecundum eandem diuiſionem lationis. Neceſſe igitur, quod generis eſt particeps, & ſpeciei alicuius participem eſſe earum, quæ ſunt ſecundum primam diuiſionem. itio igitur neque augmenti, neque diminutionis, neque aliorum motuum particeps eſt, manifeſtum quòd lationis particeps eſſet: itaque latio genus itionis. Dein ſi differentiam ut genus poſuit, deceptus fortè quòd de pluribus prædicetur: uidelicet quis dixit immortale genus angelorum. non ſolum enim oportet eſſe de pluribus genus quàm ſpecies, ſed etiam in quid eſt prædicari. Dein ſi genus fecit ſpeciem, uidelicet continuitatem genus, de contiguitate loquens, uel connexionem mixtionis, cum continuitas ipſa magis contiguitas ſit, et connexio mixtio. Non enim omne contiguum continuat, ſed bene omne contiguum tangit. neque omnis mixtio connexio eſt, ſed contrà omnis connexio mixtio. uniuerſaliter enim mixtio & in humidis & in ſiccis. Si etiam differentia pro ſpecie ponatur, ut immortale non eſt ſpecies Dei, quòd accideret ſpeciem dici de pluribus quàm differentiam: ſed differentia ſemper de æqualibus aut pluribus quàm ſpecies prædicatur. Etiam differentia pro genere ſui generis malè ponitur: ut color non eſt ſpecies congregatiui. nec numerus eſt ſpecies imparis. Dein, ſi genus pro differentia ponatur:*

natur: ut mixtura nõ eſt temperantiæ genus, nec loci mutatio genus lationis, eo quòd ſemper genus prædicatur de pluribus quàm differentia. Deinde, ſi nulla differentia generis dati prædicetur de ſpecie illius generis. Si etiam ſpecies data ſit prior natura quàm genus, uel ſi poßit infirmare genus, malè ponitur, quia magis apparet contrarium eſſe. Videtur enim genus eſſe prius natura ſuis ſpeciebus, et eas interimere. Etiam ſi qua ſpecies alicuius proprietatis particeps ſit, cui impoßibile illius datum genus conuenire, non erit illud genus. ut quis dicat, ſicuti Xenocrates, numerũ animæ genus. anima enim uitæ particeps, numerus uerò nequaquam. Etiam ſi genus de ſpecie æquiuocè prædicetur, nõ eſt genus. debet enim uniuocè. Etiam contrariam ſpeciem poſiti generis conſiderare oportet, ſi eadem ſub eodem eſt genere: uel ſub contrario genere, ſi habeat genus contrarium. Contraria ſub eodem genere ſunt, ut album & nigrum ſub colore. ſub cõtrario autem genere, iuſtitia & iniuſtitia, ſub uirtute uidelicet & uitio. ſi igitur ſic ſe habet, firmatur genus. Si autem neque ſub eodem genere, neque ſub contrario eſt contrarium poſitæ ſpeciei, infirmabitur genus. Etiam ex caſibus & coniugatis, uidelicet ſi bene genus eſt huius aduerbij fortiter, & bonum genus erit fortitudinis, & bonus erit fortis genus. Etiam in ſimiliter inter ſe habentibus. uidelicet ſimiliter ſe habet dulce ad uoluptatem, & utile ad bonũ, quando alterum alterius efficiens eſt. ſi dulce uoluptatis genus, & utile boni fuerit. Item peccant qui ponunt potentiam conſequentem genus habitus, ut ponentes manſuetudinem ſub continentia, definiunt iræ continentiam eſſe, accipientes quidem continentiam ut genus, iram uerò ut differentiam. dicentes quoque fortitudinem timorum continentiam, & iuſtitiam lucrorum continentiã eſſe. fortem namque & iuſtum & mitem non pati: continentem uerò tantum pati, nec deduci. Non autem eſt genus potentia. nam genus ſynonymè, id eſt uniuocè, de ſpecie prædicatur: at potentia æquiuocè dicitur. Totam hanc opinionem contra Platonem tacitè confutat. Etiam ſi genus ſit in aliquo, uidendum eſt ſi ſpecies ſit apta eſſe in illo: quòd ſi non fuerit, malè ponitur: ut timor non eſt genus uerecundiæ, quia uerecundia in appetitu rationali, timor autem in appetitu, qui eſt rationis expers. Similiter triſtitia non eſt genus iræ, quia triſtitia eſt in appetitu concupiſcibili, ira uerò in iraſcibili. Malè ponitur etiam genus, ſi eius ſit particeps ſpecies ſecundum quid, ut homo non eſt animal ſecundum quid. Item ſi pars integralis aßignetur pro genere: ideo corpus non eſt genus hominis, quia eſt pars illius. Item, ſi quis dicat, paßionem eſſe ſpeciem paßi. Item paßio ſubiecti alicuius malè pro genere ponetur: ut uentus non aer mobilis, ſed magis aeris. patet, quia remaneret idem aer ipſo quieſcente. Ex quo Ariſtoteles infert, quòd malè ueteres dicebant niuem aquam eſſe coagulatam: quia neque nix eſt aqua, neque lutum terra. Similiter & uinum eſſe aquam putrefactam in uite, ſicut Empedocles. Itẽ malè ponitur genus, ſi ſubiectiuè in ſpecie adſignatur: ut album ſubiectiuè eſt in niue. ideo album non eſt genus niuis. A Item malè ponitur uniuocum pro genere. Etiam ſi in duobus uel pluribus generibus ſit, & ponatur in altero illorum tantum, malè ponitur. ut, fraudator uel calumniator non eſt ille qui appetit impoßibile, & non poteſt: uel qui poteſt, & non appetit: ſed qui poteſt, & appetit ſimul. Ex his quoque quæ ſunt ſecundum magis & minus infirmatur genus, ſi recipit magis, ſpecies uerò non recipiat neque ſecundum ſe, neque ſecundum non ſignificantem per ipſam. nam ſi uirtus ſecundum hypotheſim recipiet magis & minus, etiam iuſtitia & iuſtum recipiet magis & minus. Si igitur genus recipit, & ſpecies non recipiet, infirmabitur. Deinde ſi illud quod magis uidetur uel ſimiliter eſſe genus, non eſt genus: neque illud quod minus uidetur. ut triſtitia & opinio, æquè ſimiliter uidentur eſſe genus iræ, cum triſtatur enim iratus, & opinatur, & exanimat ſe. & tamẽ triſtitia non eſt genus iræ, ergo neque opinio. Eadem de ſpecie ratio. Hic autem locus & firmanti & infirmanti admodum utilis, in quibus plura apparent de eadem ſpecie in eo quod quid eſt prædicari, & non definitum ſit quale eſt genus. Nec oportet ſi aliqua duo ſic ſe habeant, ut ambo recipiant magis & minus, quòd unum ſit genus alterius. ut bonum & malum, pulchrum & album. Præterea ſi tam generis quàm ſpeciei ſit aliquid contrarium, tunc ſi illud contrarium quod eſt melius, ponatur in genere peioris, malè ponitur: ut cũ anima ſe ad quietem & motũ habeat, & melior ſit quies quàm motus, anima dici poterit magis ſtabilis quàm mobilis. B Poſtremò illud genus eſſe uerè dicitur, quod de plurib. ſpecieb. prædicatur in eo quod quid. quòd ſi nullas habeat ſpecies, malè ponitur, ut albi nulla eſt ſpecies. Inter genus aũt & differentiã tripliciter differt. primò genus de pluribus quàm differentia prædicatur. deinde, quòd genus magis indicat quid eſſe rei. tertiò, ſi unum coniugatorum ſit genus unius, & alterum erit genus alterius: ut, ſi muſicam ſcit ſciens, muſica erit ſcientia: & ſi ambulans mouetur, ambulatio erit motus. Deinde dicit ſi aliquid ſequatur ad aliquid, & cum eo non conuertatur. difficile erit ſeparare quod nõ ſit genus: ut quies ſemper ſequitur ad trãquillitatem, & diuiſibile ad numerum, ſed non contrà. nõ tamen oportet quòd ipſum ſit genus: patet per hoc, quòd non eſt ens. ſequitur ad omne quod fit. nam omne quod fit, non eſt, non tamen conuertitur. Non enim omne quod eſt, fit. Et tamen non ens, non eſt genus eius quod fit. Non enim ſunt non entis ſpecies.

IN EVNDEM TOPICORVM librum quartum, Angeli Politiani Argumentum.

Libro quarto genus agitur, ubi cognata inſpicis omnia, an ſit de quo nõ dicatur. De quo ut accidens, an poßit & non ineſſe, an ſit in eadem diuiſione genus & ſpecies; an capiat eius partem genus, quod ſit in genere: an propoſita ſpecies alicui uerè competat, cui genus ipſum non competat: an quod poſitum ſit in genere, nullius ſpeciei ſit particeps. an ſit genere amplius: an ex æquo

quo ſpecies dicatur, & genus. an ſpecie quippiam differat, cuius aut non ſit illud, aut nõ uideatur genus. an aliud euiſdem ſit generis, quod nec contineat genus, nec cõtineatur: an ſuperiora omnia genera de ſpecie dicantur, quæ quid eſt: an genus, uel ipſum, uel ſuperius ſpeciei ſit particeps. an ſi ſpecies, ut quid etiam genus, immò uerò genera ut quid prædicentur. an rationes generum ſpeciei congruãt, aut omnino his quæ partem ſpeciei capiunt. an in genere poſita differentia ſit, an et ſpecies: an in ſpecie differentia, an in differentia genus, an dictum genus, ut differentia: an ut data ſpecies eſt, nulla de his differẽtia dicatur, quæ ſunt generis. an prius natura ſpecies. an abeſſe poßit aut genus, aut differentia. an quòd genere ſitum particeps alicuius, aut ſit, aut eſſe poßit, quod generi ſit contrarium. an ſpecies alicuius particeps, quod competere his poßit, quæ ſub genere ſunt. an ſint æquiuoca ſpecies & genus. an eſſe aliqua nequeat propoſiti generis ſpecies. an dictũ tralatione genus. an aliquid ſpeciei contrarium. an in contrario contrarium: an quod generi contrarium, nullo ſit in genere, ſed ipſum ſit genus: an genus & ſpecies alicui contraria ſint, cum ſit alterius tantum medium. uel ſi utriuſq;, tamen alterius diſsimile. an mediũ quoq; in eodem genere, an alicui contrarium genus, ſpecies nulli. an medium aliquod in propoſito genere. an aliquid generi contrarium. an in caſibus, & ſerie, & æqualiter ſe habentibus, & generationibus, generantibus, corrumpentibus ex æquo ſequatur. An priuatio ſpeciei opponatur. An & generi ſui ſit negatio. an ad aliquid, an non ad idem dicatur, ut ſpecies, & ut genus. uel ut genus, & quæ ſub genere. an itidem genus & ſpecies dicatur in caſibus. an quæ ſimiliter ad aliquid dicuntur, non ſimiliter recurrant. an non ad æqualia genus dicatur, & ſpecies. an contrapoſiti contrapoſitum genus. an quæ ad aliquid, partim neceſſaria, partim ſecus. an in actu habitus, aut contrà, an habitus in conſequenti, ſed poteſtate. an temerè quod ſequitur, acceptum ut genus. an utrunque in eodem aliquo. an quadantenus ſpecies generis particeps: an totum in parte ſumptum. an in poteſtate aut poßibili. an quod in duobus generibus, aut pluribus, in altero poſitum. an genus ut differentia expoſitum uel contrà. an affectio, uel in affecto, uel pro affecto capiatur. an in ſubiecta ſpecie reddi tum genus, an è contrarijs, quod melius, aut quod æquè bonum, deteriore in genere ponatur. Specta & magis & minus, ſiue ſit, ſiue appareat. & an de quo genus dicitur, non ſit inter ſpecies. Diſtingue à genere differentiam. nam & amplius eſt, & quæ quid dicitur. Concreta, abſtracta, comitantia peruide.

A

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER QVARTVS.

QVARTO LIBRO, AD GENERIS *quæſtionem uel probandam, uel refellendam explicantur. Proponit autẽ huius & ſequentis libri argumentum. Hoc enim de ijs quæ ad genus pertinent, ſequenti de proprio explicabit, quæ ſunt elementa definiendi.* Cap. I.

DEINCEPS ea quæ ad genus & proprium pertinẽt, uideamus. In ijs autem elementa definiendi tradentur: illa autem ipſa rarò in diſputationem incidunt. Si igitur ponatur genus alicuius eorũ quæ ſunt, primùm uidendũ eſt, an de aliquo eorum quæ illi cognata ſunt, & uicina, minimè dicatur: ut fit in accidẽtibus. ut ſi uoluptatis genus bonum ſtatuatur, an aliqua uoluptas non ſit in bonis, uidendum erit. Nam ſi ita fiat, certè uoluptatis bonum non eſt genus: quippe cum genus in formis omnib. quæ ſub ipſum ſubiectæ ſunt, intelligatur. Deinde cõſiderandũ eſt, an in quæſtione qua quid ſit res exquiritur, minimè dicatur, ſed ut accidens: ut id quod albũ eſt de niue, aut de animo id quod pulſu ſuo & interiore agitatur. neq; enim idẽ nix eſt quod album aliquid. itaq; non eſt id quod album eſt, niuis genus: nec animi, id quod à ſe mouetur. accidit enim ei ut moueatur, quemadmodum ſæpè animali ut ambulet. Prætetea quod à ſe mouetur, non quid eſt,

Ex generis attributis ſiue cognatis.

A definitione ſubiecti.

B

ſed facere aut pati indicat. Itemq; id quod albũ eſt, non naturam niuis ſignificat, ſed qualitatem. Ita neutrum eorum in naturæ quæſtione dicitur. Maximè uerò an definitio accidentis in id genus quod datũ eſt cõueniat, ſpectare debemus. Nam ut in eo exẽplo quod modò protuli, permaneã, fieri poteſt ut aliquid ſeipſum & moueat, & non moueat: itemq; ut album ſit aliquid, & nõ albũ. ex quo efficitur, neutrum eorum genus eſſe, ſed accidens: quandoquidem accidens diximus eſſe id, quod & conuenire alicui poteſt, & non cõuenire. Iam illud etiam uidendum eſt, an non in eadem diuiſione genus & ſpecies numerata ſint: unumq; eorum ad ſubſtantiam, alterum ad qualitatem: aut illud ad ea quæ cũ aliquo conferuntur, hoc ad qualitatem pertineat. ueluti nix & cygnus ad ſubſtantiam: id autẽ quod album eſt, nõ ad ſubſtãtiam, ſed ad qualitatem pertinet. Ita id quod album eſt, nec niuis genus eſt, nec cygni. Rurſus, quoniam ſcientia in ijs eſt quæ cum aliquo conferuntur, bonum autem & honeſtum in qualitate: fit, ut honeſtum aut bonum non ſit genus ſcientiæ, præſertim cum eorum quæ cum aliquo conferuntur, genera etiam ipſa in eodem genere eſſe debeant. Id quod in duplo cernere licet. Nam cum multiplum dupli ſit genus, ipſum etiã in ijs eſt quæ cũ aliquo conferuntur: atq; ut ſummatim dicam, eidem diuiſioni, cui ſpecies, genus ſubijci debet. ſiue enim ſpecies ſubſtantia ſit, etiã genus: ſiue qualitas ſit ſpecies, etiam genus qualitas ſit neceſſe eſt. ut ſi cãdor ad qualitatẽ referatur, color etiam refertur. Quod etiã fit in cæteris. Præterea uidendum eſt, an neceſſe ſit, aut poſsit-

A definitione accidentis.

A generum diuiſione ſiue diuerſitate.

A definitione

ne

eius, quod genus eſſe ponitur.

ne genus eo participare quod in genere poſitum
eſt: definitio autem participandi eſt, eius quod
cõmunicatur recipere definitionẽ. Ex quo perſpicuum
eſt, ſpecies genetum participes eſſe, genera
formarum non eſſe: quandoquidem generis
cum ſpecie communicatur definitio, ſpeciei
cum genere non item. Illud ergo uidendum eſt,
genus ne id de quo agitur, particeps ſit, an poſsit
eſſe ſpeciei particeps. ut ſi quis eius quod eſt, aut
unius aliquod genus tradat: ita enim fiet, ut particeps
ſit formarum genus. quoniã in rebus omnibus
quæ ſunt, id quod eſt & unum intelliguntur:

A definitione ſpeciei.

ergo etiam eorum definitio. Illud etiam, an
ſpecies data & propoſita in aliqua re uerè dicatur,
genus non dicatur: ueluti ſi id quod eſt, aut
quod ſciri poreſt, opinabilis ponatur genus. de
his enim rebus quę nullę ſunt, opinabile dicitur:
quoniam mulra eorũ quæ nulla ſunt, in opinione
conſidunt. Id aurem quod eſt, aut quod ſcientia
comprehẽdirur, de ijs quæ nulla ſunt, ut perſpicuum
eſt, non dicuntur. Ex quo fit, ut neq; id
quod eſt, neq; id quod ſcientia comprehenditur,
ſit genus opinabilis: præſertim cũ in quibus ſpecies

Ab enumeratione formarum.

dicitur, genus quoq; dici debeat. Præterea illud
etiam conſiderandum eſt, an nullius formæ
id quod poſirum eſt in genere, particeps eſſe poſſit.
fieri enim non poteſt, ut generis ſit particeps,
id quod nullius formatum eſt: niſi fortè aliquid
eorum ſit quæ in diuiſione prima formatum collocantur,
quæ omnia genere tanrummodo participanr.
Si igitur morus ponatur uoluptaris genus
eſſe, an neq; interitus, neq; cõmutatio, neq;
ullus motus alius eorum qui eodem genere continentur,
uoluptas ſit, uidendum eſt. Perſpicuum
eſt enim, nullius formę recipere poſſe cõmunionem:
ita ne generis quidem. quandoquidem id
neceſſe eſt, quod generis eſt particeps, alicuius etiam
particeps eſſe formarũ. Ita fit, ut motionis
ſpecies uoluptas eſſe non poſsit, neq; indiuiduorum,
neq; eorũ quæ ſubiecta ſunt ſub ſpecie motionis:
quandoquidem generis ſpecieique cum
indiuiduis definitio communicatur. ut certus ho-

A ſubiecti definitione, ſiue diuiſione.

mo, & hominis particeps eſt, et animalis. Præterea
illud etiam uidendum eſt, an id quod poſitũ
eſt in genere, in pluribus quàm genus intelligatur.
ut opinabile in plurib. quàm id quod eſt, dicitur.
etenim id quod eſt, & quod non eſt, in opinione
cõſidit. Ita opinabile eius quod eſt, ſpecies
eſſe nullo modo poteſt. ſemper enim ad plura ge-

A ſubiecti et attributi diuiſione.

nus quàm ſpecies pertinet. Itẽq; illud, an genus
in totidem rebus quot forma dicatur. ut ſi eorũ
quæ res omnes conſequuntur, unum genus, alterum
ſpecies ſtatuatur: qualis ſunt id quod eſt, &
unum. omnibus enim in rebus id quod eſt & unum
intelliguntur. Neutrum igitur alterius eſſe
genus poteſt, quandoquidem in rebus paribus

A ſynonymia.

æqualibusq; dicunrur. Quod etiam fiet, ſi quod
primũ eſt & principium, alterum alterius genus
eſſe ſtatuatur. nam & initium primũ eſt: & quod
primũ eſt, id initiũ. Ita ſi utrunq; idem ualet, certè
neutrũ alterius genus futurum eſt. In quibus
omnibus illud initium & quaſi elementum no-

Locus communis.

bis propoſitũ eſſe debet, genus ad plura quàm
ſpeciem differẽtiamq; pertinere. Pauciora enim
quàm genus, etiã continet differentia. Animad-

A uertendum etiam eſt, an id quod pro genere ad-

A definitione generis.

hibitũ eſt, non eſt genus alicuius eorum quæ ſpecie
non differunt, an etiam non poſsit uideri. Is
quidem qui rem confirmabit, ſit ne cuiuſpiam uidebit.
eſt enim omnibus ijs quæ ſpecie non differunt,
idem datum genus. Quòd ſi unius docuerit
eſſe, profectò omniũ eſſe oſtenderit: ſin unius
nõ eſſe docuerit, certè nullius docuerit. ut ſi quis
indiuiduas lineas ponat, dicatq; earũ genus eſſe
id quod ſecari non poteſt. linearum enim earum
quæ diuidi poſſunt, non eſt genus id quod datũ
eſt, cum ſpecie non differant: quãdoquidem rectæ
lineæ omnes ſpecie non differunt.

AD EANDEM GENERIS QVAEſtionem, *tum ex iiſdem, tum ex alijs locis, alia præcepta.* Cap. II.

A genere diuerſo.

ILlud etiã, an ſit aliud aliquod genus eius ſpeciei
quæ data eſt, quod nec genus propoſitum
contineat, neq; ſub illud ſubiectũ ſit: ut ſi quis
iuſticiæ genus eſſe ſciẽtiam ponat. quoniã enim
genus eſt etiam uirtus, neutrumq; genus alterũ
continet, ſcientia genus eſſe iuſticię nullo modo

Canon.

poteſt. Cũ enim ſpecies una duobus generibus
ſubiecta eſt, tum alterũ altero continetur. Quanquam
de nonnullis quæſtio eſt. nonnullis enim
& uirtus & ſcientia prudentia uidetur eſſe, nec
alterum genus altero contineri: non tamen omnium
conſenſu prudentia ſcientia eſt. Quòd ſi
quis id quod dixi uerum eſſe concedet, at certè
alterum alterius genus eſſe, aut ſub eodem genere
utrunq; ſubijci, quod eidem genus ſit neceſſe
B eſt, quod & in uirtute & in ſcientia contingit.
utrunq; enim eidem generi ſubiectum eſt, quippe
cum eorum utrunq; habitus ſit & affectio. Illud
igitur uidẽdum eſt, an neutrum generi propoſito
conueniat: quoniam ſi nec alterum altero
continetur, nec utrunq; eodẽ, certè id quod propoſitum

Ex genere ſuperiore.

eſt, eſſe genus nullo pacto poteſt. Spectãdum
etiã genus eſt propoſiti generis, & ſemper
id genus quod ſupra eſt, omniã ne illa de ſpecie
dicantur, & in quæſtione naturæ intelligantur.

Canon.

De ſpecie enim, in quæſtione naturæ genera
quę ſupra ſunt dici debẽt omnia. Quòd ſi cubi
hæc non conſtet ratio, profectò id quod propoſitum
eſt, non eſt genus. Iam illud etiam conſide-

A ſpeciei & ſuperioris generis definitione.

randum eſt, an ſpeciei cum genere, aut cũ aliquo
genere eorum quæ ſupra ſunt, cõmunicetur definitio.
Quod enim genus ſuprà eſt, nullius eorũ
quæ infra ſunt definitione participat. Ac ei quidem
qui partes infirmãdi obtinet, ita, ut dixi, hic
tractandus locus eſt. Ei autem qui probabit rẽ, ſi

A ſpeciei definitione, ad confirmandum.

ſpeciei genus propoſitum conuenire conſtiterit,
in dubium autem ueniat an ut genus conueniat:
ſatis erit aliquod eorum generũ quæ ſuprà ſunt,
dici de ſpecie in quæſtione qua quid quicque ſit
exquiritur, docere. Etenim ſi unum aliquod in illa
quæſtiõe dicatur, certè omnia & quæ hoc priora
antiquioraq; ſunt, & quæ poſteriora, ſiquidẽ
de ſpecie dicãtur, in naturæ quæſtione dicentur.
ex quo efficitur, id genus quod datum ſit, in eadẽ
quæſtione dici. Quòd ſi unũ in naturæ quæſtiõe
dicatur, cætera etiã omnia, ſi quidẽ dicãtur,
in eadem dictũ iri quęſtione, inductione concludẽdum
eſt. Sin autẽ omnino genus propoſitum

ſpeciei

ſpeciei conueniat in controuerſia uerſetur: non A
ſatis eſt docere, unum aliquod genus eorũ quæ
ſupra ſunt, in naturæ quæſtione dici de ſpecie: ue
lut, ſi quis ingreſſui genus dederit delationem,
nõ ſatis eſt ingreſſum eſſe motionem docere, ad
probandum ingreſſum eſſe delationem, quan-

Ab enumeratione.

doquidem alia ſunt etiam motionũ genera: ſed
antè docendum eſt, ingreſſum nullius eorũ quæ
in eadem diuiſione, qua delatio, collocantur, niſi

Canon.

delationis retinere definitionẽ. Quod enim par-
ticeps eſt definitionis generis, id alicuius etiam
formarum, quæ prima partitione continentur,
definitione participet neceſſe eſt. Quòd ſi ingreſ
ſus nec accretionis, nec imminutionis, neq; alia-
rum motionum ſibi definitionem uendicet: pro-
fectò delationis uendicet neceſſe eſt. ita ingreſ-

A definitione generis dati & ſuperiorum.

ſus delatio genus erit. Prçterea in quibus ſpecies
poſita ut genus dicitur, conſiderandum eſt, an e-
tiam genus quod datum eſt, in quæſtione natu-
ræ de ijs de quibus etiam forma, dicatur: Itemq;,
an quæ ſupra genus ſunt omnia. Nam ſi quo lo-
co hoc non conueniat, certè id quod datũ eſt, ge-
neris nomen non obtinebit. Etenim ſi genus eſ-
ſet, omnia & quę ſuprà ſunt, & ipſum illud in na
turæ quęſtione dicerentur, quemadmodum etiã
ſpecies in ea quæſtione dicitur. Commodũ igi-
tur erit ei qui refellendi partes obtinebit, non di
ci genus in quæſtione qua quid ſit quæretur, de
ijs omnibus de quibus etiã forma dicatur: at ei,
qui confirmabit in ea dici quæſtione. Ita enim ef
ficietur, & genus & formam de eodem in quæ-
ſtione naturę dici: ex quo conſequens erit, idem
duobus generibus eſſe ſubiectum. Alterum igi- B
tur altero contineatur neceſſe eſt. Quòd ſi demõ
ſtratum ſit, id genus quod conſtituere uolumus,
non eſſe ſubiectum ſub ſpecie: profectò ſpecies
ſub eo ſubiecta erit. Ita oſtenſum erit, generis id

A definitiõe generum ſpeciei propoſitæ, & eorum quæ cũ ſpecie communicantur.

nomen obtinere. Videndum etiam eſt, an ſpeciei
propoſitæ, ijsq; quibuſdam ſpecies communica
tur, generũ conueniat definitio. neceſſe eſt enim
in ſpecie, ijsq; omnibus quæ ſpecie participant,
generum dici definitiones. Quòd ſi quo loco nõ
conueniat, certè quod datum eſt, generis nomẽ

A differẽtia attributa.

non obtinet. Illud etiam num differentiam pro
genere adhibuit: ut, ſi immortale genus Dei dixe
rit. eſt enim animantium differentia immortale:
quandoquidem animantium alij ſunt mortales,
alij immortales. ex quo perſpicuum eſt, in erro-
re illum eſſe uerſatum, quoniam nullius rei ge-
nus differentia eſt. Quod uerum eſſe ex hoc intel
ligi poteſt, quia differentia quid res ſit, non indi-
cat, ſed potius quale quid ſit, quemadmodũ gra-

A differentia ſubiecta.

diens & bipes. Illud etiam, an differentiam in ge
nere quaſi ſpeciem poſuerit: ut ſi quis impar ſpe-
ciem numeri dixerit. differẽtia enim numeri eſt
impar, non ſpecies: nec differentia generis eſt par
ticeps, præſertim cum quicquid generis eſt par-
ticeps, id uel ſpecies ſit, uel individuum: & diffe-
rentia, nec ſpeciei, nec indiuidui nomẽ obtineat
omnino. Ita fit, ut generis non ſit particeps diffe
rentia. Non igitur impar ſpecies eſt, ſed differen-
tia, quandoquidem nõ eſt particeps generis defi
nitionis. Prærerea illud etiam conſiderandũ eſt,

A genere ſpeciei ſubiecto.

an genus in formarum numerum retulerit: ut cõ
tiguitatem idem eſſe quod continuationem: aut
A permixtionem idem quod temperationem. aut
ut Plato definit, delationem, loci mutationem.
neque enim neceſſe eſt contiguitatem continua
tionem eſſe: ſed contrà, continuationem conti-
guitatem eſſe neceſſe eſt. quippe cum non omne
quod coaptatur, continuetur: ſed quod cõtinua
tur, aptatur. quod idem fit in cæteris. neq; enim
confuſio omnis temperatio eſt, quoniam ſic eo-
rum permixtio non eſt temperatio: nec mutatio
loci omnis, delatio. Ingreſſus enim delatio non
uidetur eſſe, propterea quòd in ijs tantummodo
quæ ui, non ſpontè & uoluntate ſua locum mu-
tant, dicitur. id quod in rebus inanimis contin-
git. Ex quo intelligitur, ſpeciem, quàm genus, in
pluribus dici, in ijs quæ data ſunt, cum contrà

A differentia formæ ſubiecta.

neceſſe ſit fieri. Vidẽdum etiam illud eſt, an ſub
formarum aliqua differentiam collocarit: uelu-
ti, ſi immortale idem eſſe quod Deum dixerit.
Ex eo enim cõſequens erit, id quod inferius eſt
ſpecie in paribus, aut pluribus dici ſpecie. ſem-
per enim in paribus rebus, aut in pluribus, quàm

A genere differẽtiæ ſubiecto.

ſpecies, differẽtia dicitur. Etiam illud, an genus
ſub differentia quaſi ſpeciem repoſuerit: ut colo
rem ſub eo quod uim habet ad aſpectum oculo-
rum comparandum, uel numerum ſub impari.
Itemque illud, an genus dixerit differentiam.
Fieri enim poteſt, ut aliquis hoc propoſitum af-
ferat & inducat, temperationis differentiam eſ-
ſe confuſionem, aut delationis, loci immutatio-
nem. Atque hæc omnia ex ijſdem locis, quoniã
inter eos communio eſt & ſocietas quædam, in-
telligenda ſunt. nam & genus in pluribus dici
B debet quàm differentia, & differentiæ non eſſe
particeps. quòd ſi ita, ut in ſuperiorib. exemplis,
genus detur, neutrum eorum quæ expoſuimus
accidere poteſt. Sic enim & in paucioribus dice-

Ab enumeratione differentiarum.

tur genus, & participabit differentia. Præterea il
lud intelligendum eſt, ſi differentia nulla earum
quæ generi ſubiectæ ſunt, de ſpecie quæ data ſit,
dicatur, ne genus quidem dictum iri. nam quo-
niam de animo nec impar, nec par dicitur, eo fit,

A ſpecie natura priore.

ut ne numerus quidem. Iam uerò ſi ſpecies ſit
prior naturæ ordine, & genus unà ſecum tollat
& euertat: nã id contrà fieri debet, genus eſſe nul
lo modo poteſt. Quod idẽ fit, ſi ſpecies genus ex-
preſſum & propoſitum, aut differentiam, poteſt
relinquere: ut animus motũ, aut opinio uerum

Locus communis.

& falſum. neque enim alterum eorum genus po
teſt eſſe, aut differentia: quoniã quandiu ſpecies
eſt, eam & genus & differentia ſequuntur.

DVCITVR QVAESTIO GE-
neris per contraria, quæ uocantur aduerſa.
Caput III.

A contrario genere definitionis.

Atque etiã illud uidendũ eſt, an idipſum
quod poſitum eſt genus eſſe alicuius, par
ticeps ſit definitionis cõtrarij generis, aut
eſſe poſsit. ſic enim eadem res ſimul contrariorũ
poterit eſſe particeps, propterea q; ſpecies nun-
quam genus prętermittit: & contrarij eſt, aut po

A generis ſubiecto.

teſt eſſe particeps. Illud etiam, an cum ſpecie ali-
quid communicetur, quod ijs quæ ſubiecta ge-
neri ſunt, conuenire non poſsit, omnino; ut ſi ani
mus uitæ eſt particeps, nec ullus numerus poſsit
uiuere, certè animus eſſe numeri ſpecies nullo
modo

A ſynonymis.
modo poteſt. Illud etiam uidendum eſt, an ſpe-
cies multis uarijsque modis cum genere collata
dicatur. In quo ex locis eorum quæ multis mo-
dis dicuntur, quos expoſuimus, argumenta oo-
bis ſuppetent. Sunt enim genus & ſpecies ſyno
A ſpecie unica.
nyma. Cumq; omnium generum multæ ſiot for
mæ ac ſpecies, conſiderandum eſt, an poſsit alia
ſpecies eſſe illius generis quod datum eſt. nam ſi
noo ſit alia ſpecies, profectò id quod propoſitū
eſt, in numero generum non eſt habeodum om-
A metaphora.
nino. Illud eriam, an quod per translationem di
citur, pro genere ſit poſitum. ueluri ſi quis tempe
rantiam, cōcordiam concentumq; dixerit. Nam
cum genera omnia propriè de formis dicantur,
coocentua de temperantia oon propriè, ſed per
translationem dicitur. quandoquidem concen-
A cōtrario ſpeciei.
tus omois in ſoois cernitur. Iam uerò an aliquid
ſpeciei cootrarium ſit, uidendum eſt. qui ſanè lo
A cōtrario generis.
cus multis modis tractari poteſt. Primùm, ſi in
eodem genere etiam cootraria reperiantur, cum
interim nihil ſit generi contrarium. In eodem e-
nim geoere contraria ioeſſe debent, ſi nihil gene
ri ſit contrarium. Quòd ſi quid contrarium ſit ge
neri, an contrarium in contrario ſit, uidendū eſt.
Cootrarium enim, ſi quidē ſit generi aliquid con
trarium, in contrario neceſſe eſt eſſe, quæ omnia
A cōtrario genere.
ex indoctione intelligi licet. Prǫterea illud etiā,
an in nullo omnino genere id inſit quod ſpeciei
contrarium eſt, ſed genus ipſum ſit, quale eſt bo-
num. Nam ſi illud in genere non reperiatur, nec
cōtrarium quidem eius in genere reperietur, ſed
ipſum in generum numero habebitur. Quod in
bono maloque contingit: quorum oeutrum ad
genus refertur ullum, ſed utrunq; eorum genus
A contrariorū medio.
eſt. Illud etiam, an contrarium & genus ſit ali-
cui, & ſpecies: & quibus aliquid eſt interiectum,
& quibua nihil eſt. Nam ſi quid interiectum ſit
generibus, eriam formis eſt: & ſi formis, etiā ge-
neribus uiciſsim. Quod in uirtute & uitio, iuſti-
cia & iniuſticia perſpici licet: qoorum utriſq; ali-
quid interiectum eſt. Huic loco occurritur, inter
ualetudioem & morbum oihil medium eſſe, in-
A medio inter ſpecies et genera.
ter malum & bonum aliquid eſſe. Tum niden-
dum eſt, an inter ſpecies & genera aliquid inter-
iectom ſit, nec eodem modo, ſed ita ut inter alia
negatio interiecta ſit, inter alia res aliqua ſubie-
cta: ſiquidem eodem modo utriſque probabile
eſt data eſſe. Id quod uidere licet in uirtute & in
uirio, & in iuſticia & inioſticia, quibus aliqua in-
A medio cōtrariorū eiuſdē generis.
teriecta eſt negatio. Porrò quando non erit ge-
neri contrarium, non ſolum illud uidendum eſt,
an contrarium in eodem genere reperiatur, ſed
etiam illud quod medium eſt, quandoquidem
in quo extrema, etiam medium collocatur, quod
in candore & nigrore cootingit. Nam & eorum
& colorum omnium qui medij ſunt & interie-
cti, color genus eſt. Cui tamen loco occurritur.
Parom eoim & nimium cum in eodem genere
reperiantur (ſunt enim in malis) tamen medio-
critas quæ ijs interiecta eſt, non io malis eſt, ſed
A cōtrario genere.
in bonis. Illud etiā, an genus alicui, ſpecies nul-
li ſit contraria. Nam ſi genus alicui cootrariom
eſt, etiam forma eſt: ueluti uirtus & uitium, iuſti-
cia & ioiuſticia. Quod idem in cæteris omnibus
perſpici licet. Hoc tamen loco nobis occurritur.

A ualetudo enim uniuerſa, morbo contraria eſt: cer
tus aotem morbus cum morbi ſit ſpecies, nulli
contrarium eſt. ut febris, ut oculorum dolor, &
ſinguli alij. Ac ei quidem qui refellendi partes
tuebitur, tot modis hæc uidenda ſunt. quoniam
ſi ea ipſa quæ expoſuimus minus reperiátur, cer
tè quod datum eſt & propoſitum, nō eſt genus.
Genus trib. ex locis confirmatur.
Ei autem qui confirmabit, tribus ex locis ad di-
ſputandum ſuppetet copia. Primus eſt, ſi quod
contrarium eſt ſpeciei, id in eo genere ſitum ſit
quod poſitum eſt, cum interim contrarium ge-
A formæ contrario.
neris minimè reperiatur. Si enim contrarium ad
aliqood genus pertineat, profectò propoſitum
A medio cōtrariorum.
etiam ad illud genua pertinebit. Alter locus eſt,
ſi id quod interiectum eſt & medium, ad genus
propoſitum referatur. ad quod enim genus me-
A generis contrario.
dia, etiam extrema referuntur. Tertio loco, ſi
quid contrarium eſt generi, an etiam contrarium
ſit io contrario, uidendū eſt. ſi enim ſit, profectò
propoſitū etiā genus ſit io propoſito neceſſe eſt.

GENVS ESSE VEL NON ESSE,
ex coniugatis, ſimili, cauſis, & reliquis contrariorum generibus oſtenditur. Cap. IIII.

A caſibus & coniugatis.
At uerò & ei qui infirmabit, & ei qui con-
firmabit, à caſibus & coniugatis uidendū
erit, ao eodē modo ſint cōſequentia quæ
proponuntur. Nam ſi ſemel in uno, etiam in om-
nibus intelligetur, aut non iotelligetur: ueluti ſi
iuſticia ſcientia quædam eſt, eriam id quod iuſtè
fit, ſciēter fiat, & iuſtus ſciēs ſit neceſſe eſt. Quòd
ſi oihil eorum ſit, ne aliorū quidem eſſe aliquid
A ſimili, & cauſis efficientibus.
B poteſt. A ſimili hoc modo: Quod iucundum eſt,
eandem habet rationem ad uoluptatem, quam
id quod utile eſt ad boo um: ſiquidem utrunque
utriuſque efficiens eſt. ita fit, ut ſi uoloptas ſit in
bonis, etiam id quod iucundum eſt, ſit io ijs quę
utilia ſunt. Perſpicuum eſt enim boni eſſe effi-
Ab ortu et interitu.
ciens, quādoquidem uoluptas eſt in bonis. Hoc
eriam modo locus ab origine & orto interituq;
ducitur. ut ſi ædificare ſit agere, ædificaſſe etiam
erit egiſſe. & ſi diſcere eſt recordari, certè didiriſ-
ſe recordatum eſſe erit: & ſi diſſolui, interire eſt:
profectò & diſſolutum eſſe, interiſſe erit, & diſ-
A cauſis interimentibus, & gignentibus.
ſolutio aut diremptio, interitus. Eadem eſt ratio
eorum quæ uim habent ad gigneodum & inte-
rimendum. Itemque uis & uſus, omninoque in
quauis ſimilitudine, & is qui refellet argumen-
tationem, & qui confirmabit, eodem modo per-
ſpicere debet, quomodo in loco ab ortu & inte-
ritu expoſuimus. Si enim id quod uim habet ad
interimendum, uim eriam habet ad dirimendū,
eriam inrerire erit dirimi: & ſi id quod uim ha-
bet ad gignendum pertineat ad efficiendum, cer
tè & gigni idem quod fieri erit, & ortus idē quod
effectio. quod de ui & uſu eodem modo iudican
A ui & uſu.
dum eſt. Nam ſi uis affectio ſit, etiam poſſe affi-
ci erit. & ſi alicuius rei uſus & functio actio ſit,
profectò & fungi idem quod agere, & functum
A priuātibus.
eſſe idem qood egiſſe ualebit. Quòd ſi priuatio
erit id qood ſpeciei cootrarium eſt, dopliciter li-
cebit refellere. Primò quidē, ſi in genere quod
propoſitum eſt, id contrarium reperiatur. Aut e-
nim in nullo omnino genere eodem, aut certè
non in extremo priuatio eſt: ueluti ſi aſpectus in

extremo genere ſenſu inſit, certè ſenſus cæcitas eſſe non poteſt. Deinde ſi & generi & ſpeciei cõtraria ſit priuatio, neque ſit contrarium in contrario, ne id quidem genus quod propoſitũ eſt, in propoſito intelligetur. Atque is quidem qui refellit, argumenta ſumet, quemadmodũ expoſui: qui autem confirmabit, unum tantummodo depromet, hoc modo: Si contrarium in contrario, etiam propoſitum genus in propoſito reperiatur neceſſe eſt: ut ſi cæcitas, quędam ſenſus uacuitas ſit, etiam aſpectus ſenſus ſit neceſſe eſt.

A diſparatis, ſiue repugnantibus.

Ab aientibus autem & negantibus cõmutato ordine, quemadmodũ in accidentib. expoſitũ eſt, argumenta ducenda ſunt, hoc modo: Si quod iucundum eſt, bonum eſt: quod eſt non bonum, id non iucundum eſt. ſi enim non ita ſit, erit aliquid iucundum, quod non eſt bonum. Fieri autem nõ poteſt, ut ſi bonum genus ſit, eius quod iucundum eſt, ſit aliquid non bonum iucundum: præſertim cum in quibus genus non dicitur, ne ulla quidem ſpecies in ijs dici queat. Hoc quidẽ modo ei qui confirmabit ducendum argumentum eſt: Si quod non bonum eſt, id non iucundũ eſt, quod iucundum eſt, in bonis eſt: ita genus eſt bonum eius quod iucundum eſt.

A relatis contrarijs.

Quòd ſi in ijs ſit ſpecies, quæ cum aliquo conferuntur, an etiam genus in ijs ſit, uidendum eſt. Si enim ſpecies in eorum habeatur numero, quæ cum aliquo conferũtur, etiam genus habeatur neceſſe eſt. quod in duplo & multiplo cernere licet: quorũ utrunque in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. At uerò non ſi genus ad ea pertineat, ſpeciem etiã pertinere neceſſe eſt. Nam & ſcientia in ijs eſt, & grã- B matica nõ item. An ne id quidem quod ſuprà diximus, uerum uideri poteſt? nam cum uirtus in bonis ſit, & in rebus honeſtis, uirtusq́ue in ijs quæ cum aliquo cõferuntur, tamen nec bonum nec honeſtum in ijs quæ cum aliquo conferuntur, ſed in qualibus.

A relatis non per ſe.

Præterea uidendum eſt, an ſpecies non ad idem referatur per ſe, & generis ratione: ut ſi duplum ſimpli dicitur duplum, etiã quod multiplum eſt ad ſimplum referri debet: ſin minus, certè multiplum eſſe genus dupli nullo modo poteſt.

A relatione ſuperiorum generum.

Itemq; illud, an minimè ad idẽ referatur, & generis, & omnium generum ſuperiorum ratione. ſi enim duplum ſit ſimpli multiplum, erit etiam duplum exuperans ſimplum, omninoq; omnium generum quæ ſupra ſunt, ratione ad ſimplum refertur. Quãquam huic loco occurritur: propterea quòd non neceſſe ſit, ipſum per ſe & generis nomine cum eadem re cõferri. Nam cum ſcientia ad rem quæ ſcientia cõprehenditur, referatur, tamen habitus & affectio non ad rem quæ ſub ſcientiam cadit, ſed ad animum pertinet ac refertur.

A relatiõe per eoſdem caſus.

Illud etiam, an genus & ſpecies ijſdem caſibus explicentur: ut an alicui tribuatur, an uerò alicuius ſit, aut aliõne modo dicatur. Eadem enim eſt ratio ſpeciei & generis. Id quod fit in duplo, ijsq; omnib. quæ ſuprà ſunt. Alicuius enim rei & duplum & multiplũ, duplum multiplumq; dicitur: quod eodem modo de ſcientiis iudicandũ eſt. Alicuius enim ſcientia, & ipſa ſcientia, & genera, ut affectio, ut habitus eſſe dicuntur. Occurritur tamen interdum, non ita rem habere, propterea quòd differens & A contrarium alicui cõtrario dicitur: cum interim diuerſum quod illorum genus eſt, non alicui diuerſum, ſed ab aliquo dicitur. Diuerſum enim quid ab aliquo nominatur.

A relatiõe per caſuum cõuerſionem.

Rurſum illud uidendum eſt, an ea quæ cum aliquo conferuntur, ijſdem caſibus explicentur, minimeq; reciprocentur eodẽ modo: ut fit in duplo & multiplo, quorum utrunq; alicuius & ipſum, & cum uiciſsim reciprocatur, dicitur. nam & ſimplum & ſubduplum, alicuius rei ſimplum, & ſubmultiplum appellatur: quod idem in ſcientia & opinione contingit, quæ alicuius eſſe dicuntur. itemq; reciprocantur. Nam quod ſub opinionem cadit & ſcientiam, eodem modo in ablatiuo, cum ſcientia & opinione reciprocãtur: ex quo fit, ut ſi in aliquo non uiciſsim reſpondeat alterum alteri, non ſit futurum genus.

A relatiõe per caſus pares.

Illud etiam uidendum eſt, an in hoc ipſo genere quod tractamus, genus & ſpecies paribus caſibus explicentur, quoniam ijſdẽ paribusq́ue caſibus utrunq; dici debet: quod fit in dono & largitione. nam & donum, alicuius donum, & alicui dono datum eſſe dicitur: & largitio, alicuius largitio, & alicui facta largitio dicitur: quorum largitio genus doni eſt.

Donum quid.

eſt enim donum, largitio quæ reddi nõ debet. Quanquã nonnulla ſunt in hoc genere, quæ paribus caſibus non efferantur. Duplum enim alicuius duplum eſt, quod autem uincit, & maius eſt, & aliqua re maius eſt, & aliqua magnitudine maius eſt. Quicquid enim præſtat, id excellentia aliquã præſtat, & alicui rei præſtat. Ita non ſunt genera dupli, quæ propoſita ſunt: quandoquidem paribus caſibus ea & ſpecies non exprimuntur: aut certè non omnino uerum eſt, ſpeciem & genus paribus caſibus efferri.

A contrarij cõtrario genere relatorum.

Atq; etiam illud uidendum eſt, ut contrarij contrarium genus ſit, ut dupli multiplum, & ſimpli ſubmultiplum: contrarium enim contrario genus eſſe debet. Quòd ſi quis ſcientiam ponat eſſe ſenſum, id etiam quod ſub ſcientiam cadit, ſub ſenſum cadere oportebit. non ita eſt. neq; enim omne quod ſcientia cõprehenditur, mouet ſenſum: cũ præſertim quædam eorum quæ intelligentia & ratione continentur, ſubiecta ſint ſcientiæ. ita non eſt genus eius quod ſcientia comprehenditur, id quod ſub ſenſum cadit: quòd ſi ita non eſt, ne ſenſus quidẽ ſcientiæ genus eſt.

Ab enumeratione relatorũ, qui locus etiã ad accidentis quæſtionem referri poteſt.

Quoniam autem eorum quæ cum aliquo cõferuntur, partim neceſſe eſt, in ijs ſita eſſe quibus cum cõferuntur, ut affectio, ut habitus, ut apta compoſitio membrorum, quæ in nullo alio poſſunt ineſſe, quàm in ijs ad quæ referuntur: partim non eſt neceſſe in ijs ſita eſſe ad quæ pertinẽt: poteſt tamẽ, ut ita ſit, euenire: (ut, ſi animus eſt qui ſcientia contineatur, nihil prohibet animum ſui cõtinere ſcientiam, & tamen nõ eſt neceſſe: cũ præſertim fieri poſsit, ut hæc ipſa in alio ſita ſit) partim nõ poſſunt in ijs ineſſe omnino ad quæ referuntur, ut contrarium in cõtrario eſſe non poteſt, neq; ſcientia in eo quod ſubiectum eſt ſcientiæ, niſi cũ animus aut homo ea ſunt quæ ſub ſcientiam cadunt: illud uidendum eſt, an aliquis ad aliquod genus eiuſmodi quippiã retulerit, quod non eſt eius generis: ut ſi quis memoriam, retentionem ſcientiæ dixerit. Omnis enim retentio in eo ſita eſt quod retinet. Ita

ſit, ut

A ſit,ut ſcientiæ retentio in ſcientia ſita ſit: memoria igitur in ſcientia ſita erit,quãdoquidem ſcientiæ retentio eſt.quod fieri non poteſt. Omnis enim memoria in animo ſita eſt. Hic autem locus ad accidens referri poteſt: nihil enim intereſt,utrum memoriæ genus ſedem & retentionem dicamus,an ei hoc accidiſſe: quoniã ſi quouis modo memoria retentio ſit ſcientiæ, eadem ei attribuetur ratio.

EANDEM GENERIS QVAEſtionem ducit per alios locos. Cap. V.

Ex habitu & actione.

ILlud etiam intelligendum eſt, ſi quis habitũ pro actione dixerit, aut actionem pro habitu, eorum neutrum eſſe genus:ut ſi quis ſenſum, motũ corporis dixerit. eſt enim ſenſus habitus, motus autem actio. Quod idem fiet,ſi memoriã habitũ continendæ opinionis appellauerit.nulla enim memoria habitus eſt, ſed potius actio. Errant etiam ij,qui habitũ ſtatuunt eſſe uim quę conſequens eſt ex habitu: ut clementiã irę,continentiam: & fortitudinem atq; iuſticiam, metus lucriq; continentiam. Nam & fortis clemensq;, uacuus à perturbatione dicitur: & continens ia, qui eſt in perturbatione, neq; ab ea uincitur.

Ex cõſequẽti.

Ac uis quidem ex utroq; talis fortaſſe conſequitur, ut ſi ſit in perturbatione, non ab ea uincatur, ſed eam uincat.ſed tamen fortem aut clementem eſſe,non eſt hoc ſe modo continere, ſed nihil omnino ab ijs perturbationibus agitari.

A conſequentibus.

Interdum etiã, quod ex re qualibet conſequens eſt, id pro genere dicunt:ut dolorem,iræ genus:& fidei, opinionem. utrunq; enim eorum eum ex formis B propoſitis quodam modo conſequatur, neutrũ tamen in numerum generũ uenit. qui enim iraſcitur,dolet ille quidem, ſed ita ut dolorem antè eſſe quàm iram intelligamus: quandoquidem non ira doloris,ſed dolor iræ cauſa eſt: ex quo efficitur,ut ira non ſit dolor omnino.Ex quibus etiam intelligi poteſt,fidem non eſſe in opinione. Fieri enim poteſt,ut is etiam qui non fidem habeat,eandem habeat opinionem. quod fieri non poſſet,ſi quidẽ fides eſſet opinionis ſpecies.Non enim fieri poteſt, ut idem etiam permanear aliquid, ſi ex ſpecie omnino aut genere in genus transferatur: quemadmodum fieri non poteſt, ut aliquid ſit idem animal,& aliàs homo ſit,aliàs non ſit.Quòd ſi quis contendat,neceſſe eſſe eum qui opinetur etiam credere: idem paria eſſe & æquè patẽre opinionem ac fidem fatebitur. Ita non erit genus, quoniam genus ad plura debet pertinere.

Ab eodem ſubiecto.

Illud etiam uidendum eſt,an in aliquo eodem utrunque ineſſe poſsit.In quo enim ſpecies ineſt.etiam genus. ut in quo candor exiſtit, etiam color:& in quo grammatica, etiam ſcientia ſolet exiſtere.Si quis igitur uerecundiam metum eſſe dicat, aut iram dolorem, non efficietur ut in eodem genus ſpeciesque intelligantur. Eſt enim uerecundia in ea parte animi ſita, quæ rationis eſt particeps: metus autẽ in ea, in qua iratum exiſtit ardor:& dolor in ea,in qua cupiditates uerſantur, quoniã in ea etiam uoluptatis eſt ſedes: ira uerò, in qua ira uerſatur. Ex quo efficitur,nõ eſſe genera ea quæ propoſita ſunt, quandoquidem nõ in eo ipſo inſunt in quo ſpecies &

A formę.Itẽq; ſi amicitia in ea ſit parte in qua uoluptates habitant, non erit uoluntas aliqua,pręſertim cum uoluntas omnis in ea parte ſita ſit,quæ rationis eſt particeps.

A ſubiecto & accidenti.

Valet etiam hic locus ad ſubiecta & accidentia. in quo enim accidens ſitũ eſt, etiam id cui conuenit ſitum eſt.ita ſit, ut ſi in eodem non exiſtant,nõ ſit accidens. Illud etiam, an quadam ex parte cum ſpecie genus quod datum eſt communicetur. Non enim quadam ex parte genus communicatur, quippe cum homo non ſit quadam ex parte animal,nec grammatica aliqua ex parte ſcientia. quod idem in cæteris contingit.

A ſpecie cũ genere ex parte cõmunicante.

Illud ergo conſiderandũ eſt,an quædam cum genere quadam ex parte communicentur:ueluti ſi animal cadere ſub ſenſum,aut aſpectabile quoddam eſſe dictum eſt.animal enim & ſub ſenſum,& ſub aſpectum quadam ex parte cadit: quandoquidem corpore ſenſum & aſpectũ mouet,animo autem non mouet. ex quo ſequitur,nõ eſſe genera animalis aſpectabile, & quod ſenſum mouet.

Ex parte totũ non effici.

Falluntque nos interdum ij qui totum ad partem transferunt, ueluti animal ad corpus animatum. atqui pars in toto nullo modo dicitur:non eſt igitur corpus genus animalis, quandoquidem pars eius eſt.

A ui & poteſtate.

Atque illud etiam ſpectandum eſt, num quid eorum quæ uituperanda & fugienda ſunt, ad uim, aut ad id quod aliquid poteſt,relatum ſit: ut ſi ſophiſtã eum ſtatuerit aliquis, qui poteſt parare pecunias ſapientis,quæ in eo uidetur exiſtere: aut calumniatorẽ eum qui poteſt calumniari, & ex amicis inimicos facere: aut furem, eum qui poteſt clàm aliena B furari. nemo enim eorum quos expoſuimus eiuſmodi appellatur, ex eo quòd poſsit aliquid eorum efficere. Quandoquidem & Deus poteſt, & uir bonus, quæ mala ſunt efficere, cũ interim non ſint eiuſmodi.

Improbi ex animo & uoluntate nominantur.

Omnes enim improbi ex animo & uoluntate nominantur. Præterea omnis uis & facultas in numero expetendorum habentur. etenim malorum uis expetenda eſt. Itaque deum & uiros bonos ijs ipſis præditos eſſe dicimus: eos enim fatemur res malas & flagitioſas agere poſſe. Ita ſit,ut uis nullius rei,quæ quidem uituperanda ſit genus poſsit eſſe. Sin ſecus, certè efficietur, ut aliquid eorum quæ uituperanda ſunt,ſit expetendum.Sic enim uis aliqua uituperanda erit.

A bono per ſe, & propter ſe.

Itemq; illud uidendum eſt, an aliquid eorum quæ propter ſe & per ſe honorabilia ſunt,aut expetenda,ad uim & facultatem,aut ad id quod poteſt aliquid,aut quod efficiens eſt, relatum ſit. uis enim omnis, & quicquid aliquid poteſt, aut efficiẽs eſt, id omne propter aliud expetẽdum eſt.

A generum cõmunione.

aut, an aliquid eorum quæ duplex habent genus, aut plura, ad alterũ retulerit. Sunt enim quædam, quæ ad unum genus referri non poſſunt:quo in genere ſunt impoſtor, & calumniator.neque enim is calumniator aut impoſtor habendus eſt, qui uult, nec poteſt: neque is qui poteſt, neq; uult: ſed is demum, in quo utrunq; horum ineſt.ex quo efficitur,ea quæ poſita ſunt, non in uno genere, ſed in utroque eſſe collocanda.

A generis & differentiæ cõmutatione.

Iam uerò contrà interdum genus pro differẽtia, & differentiam pro genere dicunt. ut ſtuporem,magnitudinem admirationis: & fidem,ſtabilitatem opinionis.neq; enim magnitudo,neq;

A firmitas & ſtabilitas, generis, ſed differentię nomine appellari debent. quoniam & ſtupor admiratio eſt nimis, & fides firma opinio. ex quo perſpicuum eſt, & admirationem genus eſſe, & opinionem: magnitudinem uerò nimiam, & firmitatem, eſſe differentiam. Præterea ſi quis exuperantiam & firmitatem pro genere explicauerit, efficietur ut res inanimæ & fidem habeant & cõſternentur. Nam quoniam ineſt uniuſcuiuſque rei firmitas, & magnitudo, aut exuperantia in eo cuius eſt firmitas & exuperantia: certè ſi ſtupor exuperãtia eſt admirationis, ſtupor inerit in admiratione: ita obſtupeſcet admiratio, itemque fides erit in opinione: ſi quidem firmitas opinionis eſt. ex quo efficietur, opinionem credere. Cõſequens etiam erit, ut is qui iſto pacto de genere ſentiet, firmitatem firmam exuperantiamq́; nimiam eſſe fateatur: quandoquidem fides aliqua firma eſt. Si igitur fides firmitas ſit, certè firmitas firma futura eſt. Itemq́; quoniam ſtupor aliquis nimius eſt, ſi ſtupor exuperãtia ſit, erit nimia exuperantia. quorum neutrum uerum eſt, quemadmodum nec ſcientia, id eſt, quod ſub ſcientiam cadit, neque motus id quod mouetur.

Ex abſurdo.

Ex affectione ſpecies.

Errant etiam interdum ij, qui affectionem eius faciunt ſpeciem cuius eſt affectio, quales ſunt ij qui immortalitatem uitam ſempiternam eſſe definiũt. eſt enim affectio quædam, aut certè comes uitæ immortalitas. quod uerum eſſe fiet perſpicuum, ſi quis ex mortali immortalem effici conceſſerit. Nemo enim eum hominem aliam uitam degere, ſed aliquid ei conuenire, aut affectionẽ accidere fatebitur. Ita fit, ut immortalitatis uita nõ B ſit genus.

Ex affectione genus.

Ventus quid.

Quo etiam in errore uerſantur ij qui affectionem eius rei cuius eſt affectio, genus eſſe ponunt, ut uentum eſſe aerem motum & agitatum. Eſt enim potius uentus, aeris impulſio: quandoquidem idem aer & cum agitatur, & cũ ſtat, permanet. ex quo efficitur, uentum non eſſe omnino aerem. Eſſet enim uentus, etiam ſi aer non impelleretur: ſiquidem idem aer qui uentus erat, permanet. Similis eſt ratio cæterorum eius generis.

Ex parte totũ non concluditur.

Quod ſi etiam in hac re uentum eſſe aerem impulſum & agitatum concedere debeamus, at certè non omni ex parte id approbandũ eſt: non ijs quidem in rebus, in quibus hoc tale genus non uerè dicitur: ſed in ijs, in quibus uerè intelligitur genus id quod propoſitum eſt. Sunt enim quædam in quibus non uerè dicitur: ex quo genere ſunt nix & cœnum.

Nix non eſt aqua, neq; cœnum terra.

Aiunt enim niuem eſſe aquam congelatam atq; concretam: cœnum uerò terram humore temperatam: atqui neque cœnum terra eſt, neque nix aqua. Neutrum igitur genus eſſe eorũ quæ propoſita ſunt, ullo modo poteſt: quippe cum ſemper genus de formis uerè dici debeat.

Canon.

Vinum Empedocli, quid.

A totius negatione.

Item, ne uinum quidem aqua eſt putris, ut ait Empedocles: Aqua putruit in ligno. Iam uerò ſi omnino nullius ſit genus id quod datum eſt, perſpicuum eſt, ne eius quidem quod poſitum eſt eſſe. quod hinc intelligi poteſt, quia nihil ſpecie differunt ea omnia, quibus cum genus id quod datum eſt communicatur. Cuius generis ſunt alba, quæ ſpecie inter ſe non differunt. Species autem omnis generis differunt. Non igitur id quod album eſt, ulA lius genus eſſe poteſt.

Ex rerum omnium conſequẽtibus, quæ trãſcendentia uocant.

Illud etiam uidendum eſt, id ne pro genere aut differentia dixerit, quod ex rebus omnibus conſequens eſt. Sunt enim multa, quæ res omnes conſequuntur: ueluti id quod eſt. & unum in ijs ſunt quæ rem omnem ſequuntur. Itaque ſi id quod eſt genus eſſe poſuerit, certè omnium rerum genus futurum eſt, quandoquidem in ijs dicitur: genus autem de nullo, niſi de formis dicitur. Ita unum eius quod eſt, ſpecies eſſet. ex quo efficeretur, in ijs omnibus in quibus genus, etiam ſpeciem dici. quandoquidem & id quod eſt, & unum de rebus omnibus dicitur, cum ſpecies pauciora quàm genus continere debeat. Quòd ſi id quod omnibus ex rebus ſequatur differentiam appellauerit, profectò paria aut plura, quàm genus, differentia continebit. Nam ſi genus etiam in ijs eſt quæ conſequentia ſunt ex omnibus, ex æquo: ſin minus ex omnibus genus ſequatur, plura eo contineat differentia neceſſe eſt.

A ſubiecto.

Iam ſi in ſubiecta ſpecie genus id quod datum eſt, ut id quod album eſt in niue inſit, perſpicuum eſt id non eſſe genus. ſolum enim genus de ſubiecta ſpecie dicitur.

A ſynonymia. Locus communis.

Atque illud etiam uidendum eſt, an genus & ſpecies ſint ſynonyma. Genus enim de formis omnibus nominis definitioniſque communi ſocietate dicitur.

A generis & ſpeciei contrario.

Qui etiam error naſcetur, quando generi & ſpeciei aliquid erit contrarium, meliuſque contrariorum ad genus deterius referetur. ita enim fiet, ut id quod reliquum eſt, inſit in alio. ſunt enim in contrarijs generibus contraria. Fit igitur ex his, ut id quod melius eſt, ſit in deteriore. atqui optimæ cuiuſque rei, etiam genus optimum eſt.

Ex pari.

B Illud etiam uidendum eſt, idem ne aliquid quod ad utrunque eodem modo affectum ſit, ad deterius genus, non ad præſtantius retulerit: ut ſi animum motum, uel id quod mouetur, dixerit. Nam quoniam idem animus æquè uim habet ſtandi ac mouendi, profectò ſi ſtatus melior eſt, in eo genere animus ſtatuendus erat.

Ex maiore & minore.

Iam ex maiore & minore elicere argumenta licet ei qui refellit, ſi genus acceſsionem capiat, & ſpecies non capiat, nec ipſa, neque quod ab ea deductum eſt, hoc modo: Si uirtus elationem habeat, etiam iuſticia & iuſtus habebũt. alius enim alio iuſtior dicitur. nã ſi genus quod datum eſt, acceſsionem accipiat, ſpeciesq́; nõ accipiat, neq; ipſa, neq; id quod ab ea natum ſit, id quod datũ eſt, eſſe genus nullo modo poteſt.

Ex maiore aut pari, genere.

Præterea ſi id quod magis aut æquè uidetur genus, non eſt genus: certè ne id quidẽ quod datũ eſt. Atq; huius loci in ijs plurimus uſus eſt, in quibus multa de ſpecie in quęſtione dicẽtur, qua quid res ſit quęritur, nec certum genus traditum eſt, neq; quod eorum genus ſit poſſumus explicare. ut de ira, & dolor, & opinio contemptus in naturæ quęſtione dicuntur: præſertim cum is qui iraſcitur, angatur, ſeq; contemni putet.

A ſpecie maiore, aut pari.

Quę eadem tractatio in ſpecie per locum comparationis ſuppetit, hoc modo: Si quæ ſpecies magis aut æquè ineſſe uidetur in genere quod datum eſt, non ineſt in genere, ne ea quidẽ quæ data eſt, in genere erit omnino. Atq; is quidem qui infirmabit, quemadmodũ expoſui, hunc tractabit locum: qui autẽ confirmãdi partes tenebit, ei hic locus nihil ad argu-

mentandum

mentandum ſuppeditabis, quoties genus quod A datum eſt, & ſpecies recipient acceſsionem. nihil enim prohibet, ſi utrunque recipiat, alterum alteri non eſſe genus. Nam & id quod album eſt, quodque honeſtum, acceſsionem capit, nec alterum alteri genus eſt.

Ex generum et formarum cõparatione.

Sed generum ac formarum inter ſe comparatio magnã ei ſuppeditabit argumentorũ copiam, hoc modo: Si eadem eſt huius & illius generis ratio, & alterum genus eſt, etiã alterum erit. Itemq́; ex minore & maiore idem effici poteſt, hoc modo: Si continentię uis magis quàm uirtus genus eſt, uirtus autem genus eſt, uis etiam erit. Quod de ſpecie eodem modo iudicandum eſt. Si enim æquè hoc atq; illud eius de quo agitur ſpecies eſt, & alterum eſt ſpecies, etiam reliquum. Et ſi quod minus uidetur, ſpecies eſt, etiam quod magis uidetur.

A definitiõe generis.

Illud etiam in confirmatione uidendum eſt, an genus de ijs quibus datum eſt & tributum, in naturæ quæſtione dicatur, nec una ſit ſpecies eius quod genus eſſe poſitum eſt, ſed & plures & differentes. ſic enim genus erit. Quòd ſi una ſit ſpecies ea quę data eſt, uidendum eſt, an etiam de alijs formis genus dicatur in quæſtione naturæ. ex quo iterũ efficietur, & de pluribus ipſum ac differentibus dici, & genus approbari. quoniam autẽ quibuſdam placet, differentiam in quæſtione naturę dici de formis, ſecernendum eſt genus à differentia, ijs locis quos expoſuimus.

Loci cõmunes generis & differentiæ.

quorum primus eſt, Genus plura quam differentiam continere: alter, Genus in reſpondendo quid quicq; aptius dici poſſe, quàm differentiam. Qui enim hominẽ animal eſſe dixerit, planius facit quid ſit homo, B quàm ſi gradiens dicat.

Differentiæ locus cõmunis alter.

tertius eſt, Differentiam generis qualitatem declarare ſemper, genus differentiæ qualitatem non item. nam & qui gradiẽs dixerit, quale quid animal exprimit: & qui animal dicit, non quale quid gradiens explicat. Ac differentia quidem à genere hoc pacto ſeparãda eſt.

A coniugatis.

Quoniam autem uidetur muſicus, quia muſicus ſit, ſciens eſſe, etiã muſica ſcientia quædam eſt. quoniamq́; ſi quod ingreditur, ob eam cauſam quia ingreditur & ambulat, mouetur, ingreſſus etiam quædam eſt motio. In quo autẽ genere aliquid cõfirmare & efficere uelimus, quemadmodũ dixi, diligenter uidendum eſt, hoc modo: Si ſcientiam eſſe fidem confirmandum eſt, ſi is qui ſcientia prę ditus eſt, quia ſciat, credit, profectò ſcientia fides ſit neceſſe eſt. Eademq́; ratione in alijs omnib. facere licebit.

A ſemper conſequentibus.

Poſtremò quoniam quod alicui conſequens eſt ſemper, nec uiciſsim retrò commeat, id difficile eſt improbare nõ eſſe genus, ſi hoc ex illo omni ex parte ſequatur: illud uerò ex hoc non omnino (ueluti ex trãquillitate quies ſequitur, & ex numero id quod ſecari poteſt, contrà q; non ſequitur; quandoquidem nõ quicquid diuidi poteſt numerus eſt, nec quies tranquillitas omnis) eo quidem utendum eſt pro genere quod ſemper ſequitur, tum cum alterum non reciprocatur. quòd ſi ab altero id proponatur, non in omnibus, neq; omni ex parte probandum eſt. ei autem hoc loco ſic occurrẽdum eſt: id quod non eſt, ex rebus omnibus quæ gignuntur conſequens eſt, cum præſertim quod gignitur non ſit. neq; retrò id cõmeat uiciſsim.

A Non enim omne quod non eſt, generatur. attamen non eſt genus id, quod non eſt, eius rei quæ gignitur: quandoquidem eius quod non eſt, nullæ ſunt ſpecies omnino. Ac in genere quidẽ probando uel improbando, eam uiam ac rationem quam præſcripſi, ſequi ac tenere debemus.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM quintum, Raphaëlis Volaterrani Eiſagoge.

PRopriũ firmatur & infirmatur hoc modo. Primum quidem bene ex re notiore ponitur: ſi minus, non bene. ut ſi quis dicat, proprium ignis ſimillimũ eſſe animæ, hoc minimè ex notioribus eſt, quòd anima magis ignoretur, quàm ignis. At ſi quis dicat ignis proprium nobiliſſimum, per notiora reddidit proprium. Neque in nomine æquiuoco, ut animalis propriũ ſentire. ſentire enim æquiuocum, ad energiam & poteſtatem. Neque ſi iterat idem uerbum: ut ignis proprium, corpus tenuiſſimum corporũ. Idem erit, ſi uerbum iterat alio modo: ut terræ proprium, ſubſtantia maximè corporum in inferiorem delata locũ. Bis enim ſubſtantiã dicit. nam corpus nihil aliud eſt quàm ſubſtantia. Etiam ſi non ab alijs ſeparatur: ut terræ proprium ens, & ferri ad ima. Etiam ſi idem pluribus proprijs notatur, non rectè ponitur: ut ignis proprium, tenuiſſimum & leuiſſimum corporum. Nec ſi quis eodem uſus B *eſt, cuius proprium ponit, aut ipſius aliquo, dicẽs: animalis proprium eſſentia, cuius ſpecies eſt homo. Aliquo hic utitur impropriè eorum, quæ ſunt animalis. Si autem neq; eodem, neque eorum aliquo quæ ſunt eiuſdem utitur, bene datur proprium: uidelicet, animalis proprium componi ex anima & corpore. Etiam ſi utitur contrario, uel omnino ſimili natura. huiuſcemodi enim non faciunt natura: uidelicet albi propriũ, opponi nigro: & rationis particeps, opponi rationis experti. Item ſi non ſemper ſequens fuerit, ut ambulare in foro, alicuius propoſitum. nõ enim ſemper ambulat, neque ſolus. At proprium magis fuerit, ſi dicat uirtutis proprium, eam habentem ſtudioſum facere. infirmatur enim proprium, quod ſolo ſenſu cognoſcitur. Nã huiuſcemodi procul ab oculis incertum erit: ut ſi quis ſolis proprium dicat, aſtrum ſupra terram lapſum ſplendidiſſimum. Si autem uel ſenſibile quidem & ex neceſſitate exiſtens, & non tantum ſenſu aut die, ſed nocte manifeſtum: bene ponitur, ut ſuperficiei proprium primò colorẽ habere. Hoc quanquam ſenſibile, non tamen ſemper manifeſtum. Infirmatur proprium, ſi in quid eſt more definitionis genus poſuerit. uidelicet bene dicetur hominis proprium, animal ſcientiæ ſuſceptiuum. Ad deprehendendum proprium reſpicere etiam oportebit, ſi de omni prædicatur. ut malè quis dicat, Geometræ proprium indeceptibile. Decipitur autem & hic ſæpè in falſa figuratione. At rectè dixerit, terræ proprium ferri ad ima: quoniam nulla ſit quæ non ſit huiuſmodi. Etiam ſi de quo nomen, de illo non ratio: uel de quo ratio, de illo non nomen prædicatur, non*

A erit id proprium. contrà uerò, ſi utrunque prædicatur. Superioris exemplum, ut ſi animal ſcientiæ ſuſceptibile probare uelim, homo autem non prædicatur, non erit id hominis proprium. nam ratio quidem Deo conuenit quæ homini, ſed non animali. Quãdo uerò utrunq; prædicetur, exemplum: nam quoniam de quo animal prædicatur, de eodem & animam habere: & de quo animam habere, de eodem & animal, erit proprium animalis habere animam. Infirmatur item proprium, quando ſubiectum ei quod in illo dicit, proprium dat: ut ſi quis dicat, corporis tenuiſsimi partes proprium eſſe ignem, ſubiectum prædicato proprium dedit. Firmabitur ſi prædicatum ſubiecto, de quo prædicatur proprium, tribuetur: ut terræ proprium, grauiſsimum corporum. Infirmatur etiam, cum ſecundum participationem ponitur. tunc enim in eo quod quid adiuuat magis. Et differentia quædam eſt, ut ſi hominis propriũ rationis particeps, greſsibile, bipes dicatur: hoc proprium ſecundum participem eſt, nec rectè ponitur. Contrà uerò firmabitur, ſi non ſecundum participationem, nec in eo quod quid eſt infirmabitur, & prædicatum ſubiecto conuertitur: ut animalis proprium, natum ſentire. Infirmatur item, ſi eorundem quæ eadem ſunt idem propriũ non eſt: uidelicet quoniam idem mortalis homo, proprium mortalis, & hominis riſibile. Etiam ſunt quædam, quæ dicuntur ſecundum idem, & quædam ſecundum aliud quid primum. Si igitur proprium ponatur ſecundum primum, & aliquid improbanti dicendum quòd hoc proprium ſecundum idem. Si au-

B tem ſecundum idem proprium ponatur, dicendum quòd ſecundum aliud: uidelicet, quoniam proprium ſuperficiei & corporis, colorẽ habere: ſed ſuperficiei quidẽ, ſecundũ per ſe idem, corporis uerò ſecundũ ſuperficiem. Si autẽ ſuperficiei propriũ ponitur colorẽ habere, dicendum & corporis: ſi autẽ corporis, ſuperficiei dicendum. Eſt & proprium ſecundũ aliud quid primũ, uel eius quod ipſum primũ. Nã ſi eius quod ſecundũ quid ponitur, & de eo ipſum prædicatur. Si uerò propriũ ipſius primi ponitur, & de eo ſecundum quid prædicabitur: ut ſi ſuperficiei proprium datur colorem habere, & de corpore prædicatur colorem habere. & ſi corporis dicatur, & de ſuperficie prædicabitur. Non igitur de quo ratio, de eodem etiam nomen. Infirmatur etiam proprium, quando eidem idem datur: ut ſi dixerit, pulchri proprium decens eſt, idem eſt decens quod pulchrum. Etiam ſi totius proprium non in parte uerũ, ſeu partis non in toto: ut maris proprium ſalſum, non dicit de omni mari. Ponti enim mare nõ adeò ſalſum. Et rurſus aëris proprium reſpiratiuum, non dicit de omni aere, ſed de eo qui tantum prope terram uolutatur. At contrà firmatur, ſi uerũ ubiq; reperitur: ut quanti continui proprium, in infinita diuiſibile. Deinde ex oppoſitis conſiderãdum, & in his quæ ſunt ad aliquid, quoniam propriũ dupli multum, dimidij autem parum. ſi non illud, neq; hoc. In cõtrarijs autem, ſi boni proprium lætari animum mali eſt dolere: ſi non illud illius, neq; hoc huius. In his uerò quæ ſunt ſecundum habitum & priuationem, quoniam cæcitatis proprium ualde dolere, uiſus erit proprium ualde lætari. In his autem quæ ſunt negantia & aientia, quoniam uiuendi proprium ſentire, & non uiuendi proprium fuerit non ſentire. Etiã ex caſibus, ut ſi fortiter proprium eſt eſſe inuictum, & fortitudinis quoque & fortis erit. Etiam ex ſimiliter habentibus. Si quod enim ſimiliter ſe habens proprium non eſt, neque alterum proprium erit quod ſimiliter ſe habet. uidelicet, quoniam ſimiliter ſe habet ædificator in domo conſtruenda: & medici, creare ſanitatem. Si medici non fuerit proprium, creare ſanitatem: neq; ædificatoris, domum conſtruere. Etiam ex eodem modo ſe habentibus. Si enim eodem modo habens, eodem modo habenti comparatur: ut eodem modo ſe habet prudentia ad honeſtum & turpe, ſcientiam eorum eſſe. non eſt autem proprium prudentiæ, habere ſcientiam honeſti. neq; ſcientiam habere, turpis fuerit proprium. Si hoc, & illud. Etiã ſi ſecundum eſſe dictum alicuius ſecundum eſſe dicti proprium non eſt, neq; ſecundũ generari, neq; corrumpi proprium erit. ut quoniam ſanguinem generari eſt animalis generari proprium, & corrumpi ſanguinem proprium corrumpi ſanguinem, erit animalis corrumpi proprium. ſi non illud, neq; hoc. Item non animalis proprium eſſe animal, nec generari hominem propriũ erit, generari animal, nec corrumpi animal. Poſt hæc, ex magis & minus. Primum ſi id quod magis, eius quod magis proprium nõ eſt: neq; id quod minus, eius quod minus: nec ſimpliciter eius quod ſimpliciter, neque minus eius quod minus uidelicet. quoniam ignis proprium ſuprà ferri: magis ignis, magis ſuprà ferri erit. ſi hoc, & illud. Deinde ſi quod magis eius quod magis proprium non eſt, nec minus eius quod minus: ut quoniam magis eſt animalis ſentire, quàm hominis ſcire: ſi ſentire non proprium animalis, neq; ſcire proprium hominis. Tertiò, ſi cuius magis eſt propriũ, non eſt proprium: nec cuius minus eſt proprium, erit huius propriũ. ut quoniã colorem habere eſt magis ſuperficiei quàm corporis, non erit ſuperficiei, neque certè corporis. In firmatione autem non utilis hic locus. non enim fieri poteſt, ut idem plurium ſit proprium. Quartò, ſi magis ens nõ eſt proprium, neque minus ens: ut quoniam animalis magis eſt ſenſibile, quàm diuiſibile, non eſt autem ſenſibile proprium, nec diuiſibile animalis proprium fuerit. Si autem minus fuerit, & magis erit. Poſtremò, ex ſimiliter inexiſtentibus. Quoniam ſimiliter eſt concupiſcibilis concupiſcere, & rationis participem ratiocinari: non eſt unum alterius proprium, neque alterum alterius. Dein ex ſimiliter inexiſtentibus alicui. Si non unum proprium illius, neque alterum. ut quoniam hominis ſimiliter eſt & audire & uidere. non eſt autem unum hominis proprium, neq; alterum. ſi unum, & alterum erit. Tertiò, ſi quid duobus aliquibus ens ſimiliter non unius eſt proprium, neque alterius: ut quoniam ſimiliter ardere & flammæ & carbonis eſt, non erit unius proprium ardere, neque item alterius. In firmatione autem non utilis hic locus. nihil enim proprium duobus aliquibus exiſtit. Si uni, & ſoli, & omni & ſemper. Et hæc quidem de proprio,

IN

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum quintum, Angeli Politiani Argumentum.

QVinto uolumine proprium libratur. Inſpice an improprie propriũ, an minus notum, an æquiuocũ ibi nomen, an & ſubiectũ, an & idẽ: an quid ibi omnibus competat, an plura eiuſdem propria, nec diſtincta, an id cuius proprium, an quod tantũ ſemper comitatur: an quod nũc proprium, an quod nõ ſolis noſcitur ſenſibus, an definitio magis, an nuſquã proprij genus. Vide illud quoque, cuius proprium traditur, an nomen ibi genusq; diſſideant. an ſubiectum propriũ ei traditum, quod in ſubiecto: an quod in proprij participatu, an prius ibi aliquid, & poſterius, an eorundem quæ ſunt eadem, non idem ſit proprium, aut non idem ſemper eorundem ſpecie. an pro illo nunc illud ſemper afferatur, an idem eiuſdem proprium. Cõſidera & quæ ſimilium ſunt partium: & oppoſita quælibet, & quæ de quibus prædicentur, quæ ſubijciantur, quæ diſtinguantur. Sed & caſus etiam in contrapoſitis. Et quæ ſimiliter ſe habeãt, & quæ itidem, ſed ideã, magisq; & minus, & quod ui proprium, & quod ſuperlatione.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER QVINTVS.

HOC LIBRO PROPRII QVAEſtionem ſuis in utranq; partem inſtruit locis: hoc autem capite, proprium quot modis dicatur, docet. Caput I.

VTRVM autem proprium ſit, necne, id quod propoſitum eſt, ex ijs locis quos deinceps exponemus intellegitur. Explicatur quidem proprium aut per ſe & ui ſua, ac ſemper, aut alterius comparatione, & interdum. ueluti hominis propriũ eſt per ſe ac ui ſua, animal eſſe humanũ naturæ: alterius autem comparatione, ut animi ad corpus: quòd animus imperare, corpus parêre debet. Propriũ autem ſemper eſt, exempli cauſa, Dei, animal eſſe immortale. Interdum proprium eſt, ut certi hominis deambulare in gymnaſio. Naſcuntur autẽ ex eo quòd collatum cum altero proprium explicatur, aut duę aut quatuor quæſtiones. nam ſi alicuius proprium eſſe ponat, alterius idem neget eſſe, duæ tantummodo quæſtiones oriuntur. ut hominis cum equo collati proprium eſt bipedẽ eſſe: nam hominem non eſſe bipedẽ aliquis poſſit concludere, & equum bipedem, & utroq; modo. proprium ſic poſitum confutabitur. Quod ſi utriq; ſuum proprium concedatur, ita ut etiam utrunq; ab utroq; negetur, quatuor quæſtiones exiſtent. ueluti hominis cum equo collati propriũ eſt bipedem eſſe, & equi quadrupedem: nã & hominem nõ eſſe bipedem, & natura quadrupedem eſſe, argumento concludere licet. itemq; equus bipes eſſe, & non quadrupes, probari poteſt. Ergo ſi quouis modo doceatur, quod propoſitum eſt refellitur. Proprium autẽ per ſe ac ui

Proprium per ſe.

A ſua id eſt, quod omnib. tribuitur, & ab omni genere ſeparat: ut hominis proprium eſt, mortale eſſe animal natum ad cognitionem & ſciẽtiam. Proprium uerò ad alterum eſt, quod non ab omnibus, ſed à quodam certo diſtinguit & ſeparat. ut uirtutis cum ſcientia collatæ proprium eſt, in plurimis animi partibus eſſe: ſcientiæ, in ea ſolũ quæ rationis eſt particeps, & in ijs ſolum animalibus quæ ratione utuntur, exiſtere. Semper proprium eſt, quod per omne tempus uerè dicitur, nec unquam amittitur: ut animalis, ex animo & corpore conſtare. Aliquando id propriũ eſt, quod ad aliquod tẽpus uerè dicitur, nec ſemper conſequens eſt neceſſariò. ueluti cuiuſpiam hominis, in foro deambulare. Fieri autem poteſt ut proprium proponamus ad aliud, & differentiam inter aliqua dicamus duobus modis. Vno modo, ut id quod propriũ dicitur, omni & ſemper conueniat: altero, ut in maxima parte & plerunque inſit. ueluti hominis cum equo collati bipedem eſſe ita proprium eſt, ut & in omnibus hominibus id & ſemper intelligatur: quãdoquidẽ omnes homines bipedes ſunt per omne uitæ tẽpus, equus autem nullus unquam bipes eſt. Imperare autem parti ei animæ, in qua uoluptates uerſantur, & ei in qua iracũdia exiſtit, ſic proprium eſt eius partis animi quæ rationis eſt particeps, ut ferè & maxima in parte intelligatur. huius enim imperare eſt, illarum parêre: nec pars animi rationis particeps omni ex parte imperat,

Propriũ ad alterum.

Semper proprium.

Proprium ad tempus.

Propriũ quod omni & ſemper, in maxima parte & plerunq.

B interdumque contrà paret. neque pars ea in qua uoluptates habitant, & in qua iræ, parent ſemper, ſed interdum imperant: tum cum hominis animus uitioſus eſt & deprauatus. Sed ea plurimum ad differendum ualent propria, quæ per ſe ſunt, & ſemper conueniunt, & ea quæ cum aliquo conferuntur. nam ex eo quod proprium eſt cum altero collatum, multæ, quemadmodum ſuprà dixi, quæſtiones naſcuntur. aut enim duæ, aut quatuor inde eliciuntur neceſſariò. multa igitur argumenta ex eis ducentur. Ex eo uerò quod per ſe & perpetuò proprium eſt, multa argumenta licet ducere, aut ad plura tẽpora trahere. quod enim per ſe ineſt, ad multa pertinet: quandoquidem ei cui proprium eſt, excluſis ſeparatisq; omnibus alijs, quod hoc modo proprium eſt, conuenire debet. Quamobrem ſi ab omnibus nõ ſeparet, certè non eſt commodè attributum propriũ. Quod autem ſemper propriũ eſt, id in pluribus temporibus obſeruari debet an conueniat. nam niſi conueniat, & conuenerit, & cõueniet, nõ eſt futurum proprium. Quod uerò interdum proprium eſt, non in alijs temporibus, niſi in inſtãti ſpectatur. Itaq; paucæ argumentationes ducuntur ex eo. quæſtio autem ad differẽdum ualet ea, ex qua & crebra & firma argumenta trahuntur. Atque ijſdem ex locis quos in accidente expoſuimus, argumenta ad differendum de eo proprio quod ad alterũ eſt, ſuppetẽt, ſi proprium aliquid conueniat, alicui non conueniat. Ad tractandum autem quòd ſemper proprium eſt & per ſe, ij loci qui deinceps exponentur, magnam nobis ad argumentandum copiam ſuppeditabunt.

Propria maximè dialectica, quæ.

Ad proprij locos docet accõmodare.

AD ILLVD PROPRIVM, QVOD *ſemper dicitur, locos incipit explicare.*

Caput II.

A notiorib. aut minus notis.

AC primùm quidem uidendum eſt, an rectè & aptè, nécne, explicatum ſit propriũ. eſſe autem rectè aut minus rectè explicatum, ex uno loco illo intelligemus, ſi rebus minimè notioribus, aut ſi rebus magis perſpicuis expoſitum ſit proprium. Acia quidem qui refellit, non conſtare ex notioribus oſtẽdet: is autem qui confirmabit, ex ijs ipſis quę magis perſpicua ſunt, conſtare demonſtrabit. Eſſe autem expoſitum uerbis minus perſpicuis & notis, cognoſcemus. primùm, ſi omnino obſcurius & magis inuolutũ erit propriũ quod datur, quàm id cui attribuitur propriũ. neq; enim propriũ aptè & cómodè propoſitum erit, quandoquidẽ cognoſcẽdæ & illuſtrandæ rei gratia proprium inuentum eſt. Nã & proprium & definitiones diſcendi cognoſcendiq; cauſa adhibemus. uerbis igitur magis perſpicuis illuſtrãda ſunt: ſic enim facilius intelligemus. ut qui poſuit ignis proprium eſſe, proximè ad animi ſimilitudinem accedere: is certè obſcuriore uſus eſt uerbo animi, quã ignis. quoniam facilius quid ignis ſit, quàm quid animus, cognoſcimus: ita non rectè minusq; aptè propoſitum fuit propriũ ignis, ad animi ſimilitudinem proximè accedere.

Propriũ & definitio, cur inuenta.

An rei propoſitæ conueniat proprium.

Deinde, cum minus planum ſit ac perſpicuum hoc illi conuenire: nó enim ſolum proprium re clarius & notius eſſe debet, uerùm etiam rei cóuenire. qui enim neſcit an huic rei proprium cóueniat, ne illud quidem, an huic rei ſoli cóueniat, intelliget. ita fit, ut ſi alterutrum horum interueniat, incertum & obſcurum futurum ſit proprium: ut quando aliquis ignis proprium eſſe ponit, in quo primũ animi ſedes eſt, eo utitur quod obſcurius eſt igne, animũ in igne, & in eo primum conſiſtere. ex quo fit, proprium ignis non eſſe aptè poſitũ, id in quo primo animus ineſt natura. In cófirmatione autẽ, ut rebus magis perſpicuis, & ijs perſpicuis magis, duob[us] modis quos modò expoſuimus, uidendum eſt. Sic enim aptè & commodè hac ex parte propriũ explicabitur. quandoquidem loci ij qui ad confirmandum aliquid rectè poſitum eſſe ualent, alij ex hac tantum parte, alij omnino rectè expoſitũ docebũt. ueluti ſi quis proprium animalium dicat habere ſenſum, is rebus magis perſpicuis, & planius, utroque genere proprium explicabit. Aptè igitur expoſitum eſt, hac ex parte animalis proprium eſſe ſenſum habere.

Ab eo quod ex parte, aut omnino & ſimpliciter.

Ab homonymia. ſiue æquiuocatione attributi.

Proximus locus eſt in refutatione, ſi quod uerbum eorũ quibus proprium explicatur, plurib. modis dicatur, aut oratio ipſa multa declaret omnino. ſic enim minus aptè poſitum erit proprium: ueluti, quoniam ſentire plura ſignificat, unum habere ſenſum, alterum uti ſenſu, certè animalis non erit aptè explicatum proprium, ſentire natura: ob eamque cauſam non eſt utẽdum, uerbo aut oratione, quę pluribus modis dicatur, qua proprium exponamus, propterea quòd ea quæ multis modis dicũtur, obſcuram faciunt orationem: cum præſertim in dubium ueniat ei qui argumentaturus eſt, utrum tandem aliter dicat ex ijs quæ multiplici uerbo continentur. profectò enim cognitio- A nis cauſa comparatũ eſt proprium. Iam uerò præterea neceſſe eſt eos reprehendi, qui iſto pacto explicant proprium, quando aliquis in ea ſignificatione, in qua id quod propoſitum eſt, uerũ nó ſit, ratiocinationẽ conficiet de eo quod multis modis dicitur. In confirmatione huius loci uſus eſt, ſi id quod proprium datur, nec multa ſignificat, neque ullum uerbum, neq; ipſa oratio: ſic enim hac ex parte aptè proprium ponetur. ueluti quoniam nec corpus multa declarat, nec id quod celerrimè ſurſum fertur, neque ea quæ ex his uerbis conſtat oratio, ob eam cauſam rectè ponetur ignis proprium eſſe, corpus quod maxima celeritate ſurſum mouetur.

Ab homonymia ſubiecti.

Sequitur locus in refutatione, ſi multis modis dicatur id cuius proprium explicetur, neq; exponatur cuius eorũ ponatur eſſe proprium. neq; enim rectè propriũ illud datum eſt. Quibus autẽ de cauſis, ex ijs quæ ſuprà dixi intelligi poteſt. Eadẽ enim neceſſe erit concludere, hoc modo: Quoniã aliquid ſcire multa ſignificat (nã & ſcientiã habere aliquid, & ſcientia uti aliquid, & ſcientiã eſſe eius, & ſcientia uti eius) ob eam cauſam nullum proprium rectè dari poterit illius ſcire aliquid, niſi cuius eorũ proprium ponat, explicetur. In confirmatione autẽ eius uſus erit, ſi multis modis non dicatur id cuius proprium ponitur, unumq; ſit & ſimplex. hac enim ex parte proprium aptè explicabitur: ut quoniã homo uno modo dicitur, homini rectè proprium tribuetur, animal cicur natura.

A repetitione eiuſdem uerbi, ſiue nugatione.

Coniunctus huic locus in refutatione ualebit, ſi ſæpè idem in proprio dictum erit. ſæpè enim fallunt B nos ij qui hoc faciunt, ut in definitionibus ſic in proprijs. quòd ſi proprio contingat, non erit rectè datum: quippe cum id quod ſæpè dicitur & iteratur, auditorem conturbet. ex quo fit, ut & obſcura ſit oratio, & præterea delirent & nugentur qui eam inducunt. Duobus autem modis aliquid idem ſępè reperitur. Primùm, cum eandem rem ſæpè nominabit: ut ſi quis dicat, ignis proprium eſſe corpus leuiſsimum corporũ: ſic enim ſæpè dixit corpus. Deinde ſi quis pro nominib. definitiones accipiat: ut ſi quis terræ proprium tribuat, ſubſtantia quæ naturaliter fertur celerrimè corporum deorſum. deinde utatur pro uerbo corporum illa oratione ſubſtantiarum taliũ, quoniam corpus idem ualet quod ſubſtantia talis, ex quo efficitur ſubſtantiæ nomen iterari: ut neutrum proprium rectè tributũ eſſe uideatur. At uerò in confirmatione huius loci uſus erit, ſi nullo uerbo eodẽ ſæpè utare: hac enim ex parte aptè propriũ ſtatuetur. ut ſi quis proprium hominis dixerit, animal ad cognitionem & ſcientiam natum, is nec ſępè eodem uerbo utetur, & hac ex parte rectè homini propriũ ſtatuet.

A cõmuni uerbo.

Sequitur locus in refutatione, ſi tale aliquod uerbum in proprio expreſſerit, quod cóueniat rebus omnibus: inuſitatum enim & minus aptum erit uerbum, quod à nullo ſeparat. atqui ut in definitionibus, ſic quod in proprijs exprimitur, debet ſeiũgere: non igitur rectè expoſitum erit proprium. ut ſi quis proprium ſcientiæ dicat opinionẽ, quæ ratione dimoueri non poteſt, cum ſit una, quoniã in proprio exponẽdo aliquo eiuſmodi uſus eſt, unius ſcilicet nomine, quod rebus omnibus conuenit,

uenit, profectò ſcientię propriom rectè poſitum nullo modo uideri poreſt. In confirmatione ualebir hic locus, ſi nullum uerbum commune adhibearur, ſed eiuſmodi quod à te aliqua ſeparet. hac enim ex parte præclarè poſirum erit proprium: ut ſi quis animali proprium tribuat habere animum, is quoniam nullo uerbo cõmuni uſus eſt, habere animum rectè hac ex parte animalis proprium dedit.

A propriorum multitudine, ſiue otioſo, aut ſupernacaneo.

Proximus locus eſt in refuratione, ſi quis plura propria eidem ſtatuat, neq; ſe plura ponere explicet: tum enim haud rectè poſitum erit proprium. ut enim in definitionibus nihil adhibendum eſt præter orationem, quæ rei uim & naturã explicet: ſic ne in proprijs quidẽ, præter orationem, quæ proprium id quod datũ eſt efficiat, quicquam exprimendum eſt, quandoquidem inuſiratum minusq; aptum eſt, quod præterea additur. id quod cõtinget, ſi quis ignis propriom dixerit corpos tenuiſsimum & celerrimum: utrunque enim de ſolo igne uerè dici poteſt. ex quo efficirur ignis proprium, corpus tenuiſsimũ, & leuiſsimũ, non eſſe rectè datum. In confirmatione huius loci uſus erit, ſi non plura propria eiuſdem, ſed unum eſſe ponatur: hac enim ex parte proprium rectè ponetur. ut ſi quis dicat humoris proprium, corpus quod in omnẽ formã flectitur, is quoniam unum expreſsit proprium, non multa, eo rectè uſus eſt humoris proprio.

A proprij ſubiecto, aut aliqua parte ſubiecti.

Sequitur locus in refutatione, ſi uel eo utatur cuius proprium explicat, aut eorum aliquo quæ ei tribuuntur. nam quoniam cognitionis gratia inuentum eſt proprium, eo modo non rectè ponit. Eadem quidem res ſemper æquè obſcura eſt. quod autem alicui tributum eſt, id quoniam eo eſt poſterius, nõ eſt magis perſpicuum. ita fit, ut ex his nihil diſci cognoſciq; poſsit: ut, ſi quis proprium animalis ponat ſubſtãtiam, cuius eſt ſpecies homo, is quia aliqua re uſus eſt earum quæ animali tributæ ſunt, profectò non commodè uſus eſt proprio. In confirmatione autem ita demum proprium rectè hac ex parte ſtatuetur, ſi nec eo, neque aliquo eorum quæ ei tributa ſunt utamur. quod fiet, ſi proprium animalis ponamus, quod ex animo & corpore concretum eſt: ſic enim neque ipſum, neque quicquam ipſius adhibebimus. ex quo efficietur, ut præclarè hac in parte animalis propriũ explicemus. Eademq; ratione ea ſpectanda ſunt in alijs etiam rebus, quæ non faciunt, aut quæ faciunt aliquid planius.

A contrario.

Iam uerò in refutatione uidẽdum eſt, an tale aliquid adhibitum ſit, quod aut contrarium ſit, aut omnino ęquè antiquum naturę ordine, aut poſterius: neque enim rectè proprium ponetur. Nam contraria ſunt ordine naturæ æquè antiqua. quod autem æquale eſt alicuius, naturæ ordine, & eo poſterius, non facit ipſum planius, neque declarat. ut ſi quis boni proprium dicat, malo maximè eſſe contrarium, is boni contrarium adhibuit, ob eamq; cauſam proprium boni haud rectè explicauit.

Ab æquali naturæ ordine, aut à posteriore.

In confirmatione autem huius loci uſus erit, ſi nec contrario utemur, neque ullo alio quod æquale ſit ordine naturæ, uel poſterius: ſic enim rectè hac in parte ſtatuemus proprium. ut ſi quis ſcientiæ proprium ponat opinionem, quæ maximè fidem facit, is quia

A nihil adhibuit, nec quod ſcientiæ eſſet contrarium, nec quod omnino ſimul eſſet cum ea, aut ea poſterius naturæ ordine, eo rectè proprium ſcientiæ hac ex parte ſtatuit.

Ab accidente.

Sequitur locus in refutatione, ſi quod non ſemper ſequitur, propriũ poſitum eſt, ſed id quod interdum non proprium eſt. non enim præclarè & commodè proprium erit explicatum. Neque enim in eo nomen neceſſariò uerè dicitur, in quo ineſſe ipſum intelligimus: neque in eo neceſſe eſt nomen non dici, cui illud non intelligimus conuenire. ita non erit rectè expreſſum proprium. Præterea non erit perſpicuum, an conueniat id quod ſtatutum eſt eſſe proprium, ſi tale ſit, ut prætermitti ſeparariq; poſsit. Itaque non erit perſpicuum, neque apertum proprium. ut ſi quis proprium animalis ponat, moueri interdum aut ſtare, is quia tale ſtatuit proprium, quod interdum non propriũ efficitur, certè haud aptè proprium ſtatuit. In confirmatione conſiderabimus, an id proprium ſtatutũ ſit, quod ſemper eſt in re neceſſariò. hac enim ex parte rectè proprium ponetur: ut ſi quis uirtutis proprium dicat, eum in quo ſit bonum efficere, is quia proprium ſtatuit quod ſemper conſequens eſt, ob eam cauſam rectè uirtutis propriũ hac ex parte conſtituit.

A præſenti tempore.

Sequitur locus in reprehenſione, ſi id quod hoc tẽpore propriom eſt ſtatuat, neque ſe proprium huius temporis dare exponat. neque enim rectè ſtatuet proprium. Primùm enim, quod contra mores & conſuetudinem ſtatuitur, id omne enodationis indiget. Atqui ſolent ferè omnes id propriũ ſtatuere, quod ſempiternum eſt. Deinde incertum eſt, isne qui

B non explicat mẽtem ſuam, uelit id ponere, quod hoc tempore ſit proprium. non igitur dare debet reprehenſionis occaſionem. quod continget, ſi quis ponat alicuius hominis propriũ eſſe ſedere unà cum aliquo homine, illudq; hoc tẽpore proprium eſſe non ſtatuat. neq; enim illud rectè ſtatuat proprium, niſi ſe dixiſſe hoc tempore proprium eſſe explicet. Atq; hic locus ad confirmandum ualebit, ſi explicemus, cum aliquid proprium ſtatuemus hoc tempore, nos propriũ hoc tempore ponere. ſic enim rectè propriũ hac in parte ſtatuemus. exempli cauſa, ſi quis alicuius hominis proprium dicat eſſe, aliquo in loco hoc uel illo tempore deambulare, quoniam diſtinctione uſus eſt, rectè id proprium eſſe poſuit.

A ſenſu, ſiue ſenſibili.

Proximus in reprehenſione locus erit, ſi quis tale ſtatuat proprium, quod cõuenire aliter, quàm ſenſu perſpici non licet. neq; enim tum poſitum proprium erit: quandoquidem quicquid mouet ſenſum, ſi id extra ſenſum ſit, obſcurum eſt. incertum enim eſt an iam conueniat, propterea quòd ſenſu tantummodo intelligitur. Quod uerũ eſſe in ijs quæ non neceſſariò ſemper conſequuntur perſpiciemus. ueluti ſi quis ſolis propriũ eſſe dicat, aſtrum ſplendidiſsimũ quod ſupra terrã fertur, is adhibet in proprio illud, quod ſupra terrã fertur: quod quidem quia ſenſu cognoſcitur, nõ rectè ſolis proprium ſtatuit. incertum enim erit cum ſol occiderit, an ſupra terram feratur, quòd tum ſenſus oculorum nos deficit. At in confirmatione huius loci uſus erit, ſi proprium ſtatuamus eiuſmodi, quod ſenſu non ſit perſpicuum: aut

aut certè quod ſi ſenſum mouet, perſpici poteſt neceſſariò conuenire. hac enim ex parte rectè ſtatutum erit proprium. ut ſi quis extremitatis ꝓprium ponat, quod primũ colore inficitur, is illo toto colore inficitur, quod ſenſum mouet: ille quidem utitur, ſed eiuſmodi quod perſpicuũ eſt ſemper conuenire. ita hac ex parte rectè ſtatutũ eſt extremitatis proprium. Iam in reprehẽſione

A definitione.

uidendum erit, an definitionem ut proprium poſuerit. ſic enim proprium non rectè ponetur, quã doquidem non debet propriũ rei uim naturãque explicare. Cuius exemplũ erit, ſi quia hominis proprium dicat, animal gradiens bipes: proprium enim hominis ſtatuet, quod quid res ſit explicat. non igitur rectè ſtatuit hominis proprium. In confirmatione autem huius loci uſus erit, ſi proprium eiuſmodi ſtatuamus quod uiciſsim dicatur, neque rei uim naturamque declaret. Erit enim hac ex parte rectè explicatum propriũ. ut ſi quis hominis proprium ponat, animal cicur natura: proprium ille quidem ſtatuet quod uiciſſim dicitur, ſed quod non quid res ſit indicat. ita fiet, ut hac ex parte rectè ſtatutum ſit hominis ꝓprium.

A genere.

Coniunctus huic locus eſt in reprehenſione & refutatione, cum proprium datur, cuius nulla pars quid res ſit explicet. Oportet enim ut in definitionibus, ſic in proprijs, primum genus exprimi, deinde iam hoc pacto adiungi cætera quæ ſeparant atque ſeiungunt. Non igitur rectè proprium ponetur, quod non eo modo ſtatuetur: ut ſi quis proprium animalis dicat, animum habere, non ponet in quæſtione naturæ animal: ex quo ſequetur, animalis proprium non rectè poſitum eſſe. In confirmatione autem conſiderandum eſt, an collocatũ ſit aliquid, quod in quęſtione naturæ dicatur de eo cuius proprium ponitur, & ita demum adiungantur cætera: hac enim ex parte rectè proprium datum erit. ueluti ſi quis proprium hominis ponat, animal ad ſcientiam & cognitionem natum, is & propriũ quod in quæſtione naturę aliqua ex parte poſitum eſt, dabit: & ea ex parte hominis proprium rectè explicabit. Ac utrum rectè, an minus rectè propriũ datũ ſit, & explicatũ, ex ijs locis qui adhuc ſunt expoſiti, intelligere debemus.

DE LOCIS QVI AD PROPRIVM *quod per ſe & omnino dicitur, conueniunt, aut non conueniunt.* Caput III.

Vtrum autem id propriũ ſit omnino quod explicatur & datur, necne, ex ijs quos deinceps exponemus, licebit concludere. Iiſdẽ enim locis aliquid omnĩ ex parte rectè poni ꝓpriũ concludemus, quibus proprium omnino ſtatuitur. quorum prima erit in refutatione diligens eorum omniũ animaduerſio & conſideratio, quorũ propria dabuntur.

A proprij reciprocatione.

Veluti uidendũ erit, an ea ex parte qua datur, non uerè de ſingulis dicatur: an uerò non ſit propriũ uniuſcuiuſq; eorũ, eius ratione cuius proprium explicetur: ſic enim non erit propriũ quod eſſe ponebatur. ut quia de geometra non uerè dicitur, eum nulla ratione falli poſſe (fallitur enim geometres in falſa deſcriptione) non eſt propriũ futurũ docti & artificis, non falli ratione. In confirmatione autẽ, an in omnibus uerè dicatur, & hac ex parte qua ſub illo toto genere continẽtur, uidendũ eſt, quoniã propriũ erit quod poſitũ eſt eſſe propriũ: ut quia animal ad cognitionẽ & diſciplinam percipiendã natum, in omni homine uerè dicitur, & quia homo ſit, eò hominis proprium erit animal ad diſciplinã percipiendam natum.

De quo nomẽ, non etiam oratio.

Huius autẽ loci uſus erit in refutatione, quoties in quo nomen, non etiam oratio uerè dicetur: & cũ in quo oratio, non etiam nomen intelligi licet. In confirmatione autem, cum in quo nomen, etiã oratio: & in quo oratio, nomen quoque intelligetur.

De quo oratio, non etiã nomẽ.

Alter locus eſt refutationis, cum de quo oratio, non etiam nomẽ uerè dicitur: & cum de quo nomen, nõ etiã uerè dicitur oratio. tum enim quod poſitum eſt eſſe proprium, non erit proprium: quod ex hoc exemplo intelligi poteſt. animal enim ad diſciplinam & ſcientiam percipiendam natum in Deo uerè intelligitur, homo non intelligitur. ex quo efficitur, non eſſe proprium hominis hoc totum animal, quod ad diſciplinam cognitionemq; percipiendam natum eſt. In confirmatione autem ualebit, quoties in quibus omnibus oratio, nomẽ etiam dicetur: & in quibus nomen, etiam oratio. quod enim proprium poſitũ eſt non eſſe, propriũ erit. Quod hinc intelligi poteſt, quia de quibus illud totum, habere animũ, etiam animal uerè dicitur: & de quibus animal, etiam animatum. ita habere animũ animalis ꝓprium eſt.

A ſubiecto.

Refutationis tertius locus erit, ſi ſubiectum eius eſſe propriũ ſtatuatur, quod in ſubiecto eſſe dicatur. ut ſi quis proprium ſtatuat tenuiſsimæ rei ignem, quia rem ſubiectam proprium ei quod de illa dicitur tribuit, certè non rectè poſuit ignem propriũ eſſe rei tenuiſsimæ. Ob eamque cauſam ſubiectum non eſt futurum propriũ eius, quod in ſubiecto eſſe dicitur. ſic enim idem multorum, & quę ſpecie differunt, propriũ eſſet: quandoquidem multa quædam quæ ſpecie differunt, eidem conueniunt, quæ de eo ſolo dicuntur: quorum omnium ſubiectum proprium futurum eſt, ſi quis iſto pacto ſtatuat propriũ. Ad confirmandum autem ualebit, ſi id quod in ſubiecto ineſt, ſubiecti proprium eſſe ponatur: quãdoquidem proprium futurum eſt id quod poſitum eſt non eſſe proprium. ſiquidem in ſolo eo intelligitur, ut dixi, proprium, cuius proprium eſſe dicitur: ut ſi quis terræ proprium dicat, corpus grauiſsimum ſpecie, is quia proprium ſubiecti dedit eiuſmodi, quod & de ſola re, & ut proprium dicitur, efficitur ut rectè poſitum ſit terræ proprium.

A proprij communione.

Sequitur locus proprius refutationis, ſi quis per communicationem proprium tribuat: non enim erit proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium: quippe cum id quod communione quadam conuenit, ad uim naturamque rei explicandam pertineat. Erit autem hoc modo poſitum ꝓprium differentia quædam, quæ de ſpecie aliqua dicetur. ut ſi quis propriũ hominis dicat hoc totum, gradiens bipes, per cõmunionem quãdam proprium explicabit: ex quo fiet, ut non ſit proprium hominis gradiẽs bipes. Hoc loco uidebit is qui confirmandi partes obtinebit, ne per communionem proprium explicet, neq; uim naturamq; rei declaret: ita tamen ut uiciſsim de re dicatur. Quod enim poſitũ eſt non eſſe propriũ, id

proprium

proprium futurum eſt. ut ſi quis animalis proprium ponat hoc totum, quod uim habet ſentiẽdi, is nec proprium communione explicabit, neque tale quod uim naturamq; rei declaret, & tamen eiuſmodi quod uiciſsim de re dicatur. Ita ꝓprium erit animalis hoc totum quod uim habet ſentiendi.

A tempore. Proximus locus refutationis erit, ſi doceatur proprium non poſſe unà cum re cuius propriũ ponitur cohærere: ſed uel poſterius, uel prius quàm ipſum nomen rei cõuenire. Sic enim aut nunquam, aut certè non ſemper proprium eſt futurum, id quod poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia alicui prius conuenit eſſe hominem, poſterius aũt ambulare per forum, certè uolitare in foro aut nunquam, aut non ſemper hominis eſt proprium. In confirmatione autem huius loci uſus erit, cum id quod proprium ponitur, unà cũ re ſemper aderit neceſſariò, neque definitionis uim, neq; differentiæ habebit. Sic enim propriũ erit, quod poſitum eſt nõ eſſe proprium: ut quia hoc totum animal, quod ad diſciplinã cognitionemq; natum eſt, unà cum homine exiſtit neceſſariò, neq; differentia eſt, neq; definitio, certè hominis proprium id ipſum futurum eſt.

Ab eodem de iiſdem. Sequitur locus refutationis, cum eorundem, quia eadem ſint, non eſt idem proprium. non enim quod poſitum eſt proprium eſſe, proprium erit: quod intelligi poteſt ex hoc exẽplo. Nã quia eius quod perſequendum eſt, proprium non eſt, uideri nõnullis bonum, ne eius quidem quod expetendũ eſt, proprium erit uideri nõnullis bonum. Idem enim ualent, quod perſequendũ eſt, & quod expetendum. Is autem qui confirmabit, ex hoc loco argumentũ ducet, quando eiuſdem rei, quia eadẽ ſit, idem proprium eſſe ponetur. Nam proprium erit, quod poſitum eſt non eſſe propriũ: ut hominis, quatenus eſt homo, propriũ dicitur, habere animum tripertitũ: & mortalis, quatenus mortalis eſt, tripertitum animũ habere propriũ erit. Valet etiam hic locus in accidente, quoniã iiſdem, quatenus eadem ſunt, eadem conuenire aut non conuenire debent.

Ab eodem genere. Coniunctus huic locus eſt in refutatione, cum eorum quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non ea ponuntur propria, quæ etiã eadem ſint ſpecie: non enim rei illius id quod poſitum eſt, proprium erit. ut quoniam eiuſdem generis homo & equus habentur, neq; ſemper ꝓprium eſt equi à ſe ſtare, ne hominis quidem proprium erit à ſe ſemper moueri & agitari. Sunt enim eiuſdẽ generis moueri & ſtare per ſe: quoniam utrunq; eorum quatenus animalia ſunt, hæc conueniant. In confirmatione autem illud uidendum eſt, an eorum quæ ſunt eiuſdem generis, id proprium ſtatuatur, quod ſemper ad idẽ genus referatur. erit enim proprium, quod non eſſe ꝓprium poſitum eſt. ut quoniam hominis ꝓpriũ eſt, eſſe gradientem bipedem: auis etiam propriũ erit, uolucrem eſſe bipedem. ſunt enim hæc eiuſdẽ generis omnia. Alia enim, ut ſpecies quæ ſub eodem ſunt genere, cum ſint animali ſubiecta, alia uerò ut generis animalis differentiæ. Sed hic locus falſus eſt, cum alterum eorum quæ numerata erunt, uni alicui ſoli ſpeciei cõueniet, alterũ pluribus: qualia ſunt gradiens, quadrupes. Quoniam autẽ idem & alterum multis modis dicun-

A tur, difficile eſt ſi quis captionibus contrà diſputare uelit, unius & ſolius alicuius rei explicare ꝓprium.

Locus communis. Quod enim conuenit alicui, cui quid accidit: etiam accidenti conueniet, ſi cum eo ſumatur cui conuenit. ut quod ineſt in homine, etiam in albo homine, ſi modò ſit albus, reperietur. Itẽque, quod in albo homine ineſt, id etiã in homine inerit.

A diſtinctione. Sed quiſpiã multa propria refellet, ſi ſubiectum aliud per ſe faciat: aliud, ſi cum accidẽte cõiunctum ſit. ut ſi dicat aliud eſſe hominem, aliud album hominem: idẽ fiet ſi aliud ponat habitum, aliud id quod ex habitu nominetur. ut enim quod in habitu ineſt, in eo etiam ineſt quod ab habitu appellatur: ſic quod in eo quod ex habitu nominatur ineſt, etiam in habitu inſit neceſſe eſt. ueluti quoniam artifex ab arte dicitur, non erit artis proprium non poſſe ratione diſſuaderi: quippe cum id etiam artifici conueniat, qui nulla ratione de ſententia deduci dimouerique poſsit. In confirmatione autem dicẽdum eſt, nõ eſſe aliud omnino id quod accidit, & aliud id ipſum cui accidit, ſi cum eo comprehendatur q; accidit: ſed ob eã cauſam aliud dici ſolere, quòd eorum ſit natura & ratio diuerſa, quoniam aliud eſt hominem eſſe hominem, & aliud hominem album eſſe hominem album.

Ex caſibus. Præterea ex caſibus eruendum eſt quod cõtra huiuſmodi captionem afferamus: ſcilicet, non eſſe artificem aliquid, quod ratione mutari non poſsit, ſed eum qui ratione diſſuaderi non poſsit. nec artem & ſcientiam eſſe id quod ratione ſit immutabile, ſed ipſam rationem eſſe immutabilem. Nam ei qui omni ratione contendit, omni etiam ratio-

B ne occurrendum.

A natura. In refutatione proximus locus erit, ſi quis uelit aliquid quod natura ineſt explicare, eoq; uerbo id ponat, ut id ſemper ineſſe declaret. Sic enim fiet, ut iacere id & ruere quod poſitum eſt proprium uideatur. ut ſi quis hominis proprium dicat, eſſe bipedem, uult ille quidẽ exponere aliquid quod natura inſitũ eſt, ſed oratione ſua id quod ſemper inſitum eſt, ſignificat. ita non eſt futurum hominis proprium, bipedẽ eſſe: quandoquidem non omnis homo duos habet pedes. In confirmatione autem huius loci uſus erit, ſi id quod natura inſitum eſt, proprium ſtatuere uelimus, idque oratione noſtra exponamus. Neque enim proprium ex hac parte tolletur, aut corruet. ut ſi quis proprium hominis ponat hoc totum, animal ad diſciplinam & cognitionem percipiendam natum: idq; ſignificet oratione ſua, natura illud eſſe inſitum proprium, hac ex parte nunquam improbabitur hominis proprium eſſe id quod diximus.

Ab altero ſubiecto. Iam uerò in quibus eſt aliquid primum, & aliquid cui per illud primum conuenire quippiam dicitur, difficile eſt explicare proprium. nam ſi eius proprium dederit, quod in alio aliquo intelligitur, etiam de primo uerè dicetur: ſin autem primi proprium ponat, etiã in illo quod in alio intelligitur, reperietur. ut ſi quis extremitatis propriũ dicat colore infici, etiã colore infici in corpore dicetur: quòd ſi in corpore, etiã in extremitate. Ita fiet, ut non in quo oratio, nomen quoq; uerè dicetur. Sæpe aũt accidit ut in quibuſdam proprijs explicãdis peccetur, ꝓpterea quòd nec quomodo, nec quorum

I. rum proprium ponant,explicent. Omnes enim
A proprio nõ determinato ac circũſcripto quo enumerat omnia ſuperiora proprij peccata.
enituntur proprium ſtatuere id,quod aut natu-
ra inſitum eſt, quale eſt homiois bipes:aut quod
hoc tempore conuenit,ut hominis alicuius qua-
tuor habara digitos:aut ſpecie,quemadmodum
ignis tenuiſsimis ex partibus conſtare:aut omni
no & per ſe, ut animalis uiuere: aut per aliud, ut
animi, prudẽtia eſſe præditum : aut quaſi in quo
primum aliquid ioeſt, ut iu parte animi quæ ra-
tionis aſt particeps,prudentiæ eſſe ſedem:aut ex
eo quod aliquid habet,quemadmodum artificis
eſt propriũ,ratione de ſententia deduci noo poſ-
ſe.Neq; enim ex alia re quã eo quod babet quic-
quam, ratione de ſententia deduci non poteſt.
II. Aut etiam ſtatuitur propriũ ex eo quod aliquid
habetur, ſicuti proprium eſt ſcientiæ ratione nõ
poſſe mutari: aut ex eo quod aliquid communi-
catur, quale proprium eſt animalis ſentire : nam
& ſi aliquid aliud, ueluti homo, ſentit,tamẽ iam
cum illo hoc cõmunicatur.aut ex eo quod cõmu
nicat,ut alicuius animalis uiuere. Si igitur non
adiungatur illud natura,certè in eo peccatur,pro
pterea quòd fieri poteſt, ut quod natura inſitum
eſt,ei non conueniat,cui natura conuenit:quem-
III. admodum homini duos habere pedes. Peccat
etiam qui ſe non explicat , proprium dare quod
nunc ſit proprium : propterea quòd ex eo effici-
tur,quod eſt proprium rei,certo quodam tempo
re illi non cõuenire:quale eſt,quatuor habere di-
gitos hominem: ſi etiã non exponat ſe id propri
um ponere quod primũ, aut quod per aliud con
ueniat,non in quo oratio, etiã nomen uerè dice-
tur.ut ſi quis colore infectum eſſe,uel extremita
tis uel corporis propriũ expoſuerit . Quòd ſi nõ
antè explicarit ſe id proprium dare, uel quia ha-
beat ipſum,uel quia habeatur, certè id quod de-
dit non eſt futurum propriũ. nam ſi ei proprium
tribuit cui hoc ipſo conuenit , quo ab aliquo ha-
betur:etiam ei illud cõuenire perſpicietur,quod
ex eo tale eſſe intelligitur, quia in ſe habet quip-
piã:& ſi ei qui habet, tribuat , ei etiã q; habetur,
conueniet.quod fiet,ſi hoc totũ ratione noo poſ
ſe diſſuaderi , ſcientiæ aut artificis proprium eſſe
IIII. ponatur. Atq; etiam peccabit in explicãdo pro
prio,qui non expoſuerit ſe id ſtatuere proprium,
quod dat,uel ex eo quod participet , uel ex eo q;
communicetur, propterea quòd iſto pacto alijs
quibuſdam conueniet propriũ. Nam ſi in eo ſta-
tuat, quod cõmunicatur, cum ijs quę participãt
conueniet:at ſi in eo quod participat, ijs quæ cõ
municantur.ut ſi quis alicuius animalis,aut ani-
V. malis proprium ponat uiuere. Peccat etiam,qui
uerbũ illud,ſpecie,nõ addit,eo quòd uni ſoli eo-
rũ quæ illi ſubiecta ſunt,cuius propriũ ſtatuitur,
conueniet.Quod enim præſtat & excellit,id uni
ſoli conuenit, ut igni cõuenit celeritas maxima.
VI. Fit etiã interdum,ut is aberret tradẽdo proprio,
qui uerbũ illud,ſpecie,addidit.oportet enim ea-
rum rerum quibus proprium tribuitur, eſſe unã
ſpeciẽ, ut rectè addatur hoc uerbũ , ſpecie: quod
in nonnullis non contingit,quo ex genere ignis
eſt.neq; enim una eſt ſpecies ignis:quandoquidẽ
ſpecies inter ſe differunt, pruna, flãma & lumen,
quorum unumquodq; ignis eſt.ob eam autẽ cau
ſam,cum ſpeciei nomen adiungitur, alia ſpecies

A eius quod dictum eſt,nõ debet eſſe:quia alijs ma
gis,alijs minus, id quod proprium explicatũ eſt,
conuenire accidet : cuius generis eſt tenuiſsimũ
eſſe,ſi ignis proprium eſſe ponatur. nam & pru-
nis & flamma lumen tenuius eſt , quod non de-
bet accidere, quoties nomen non dicitur magis
in eo,in quo oratio uerius dicitur.alioqui id ue-
Locus communis.
rum non erit,io quo ſit magis oratio,etiã nomen
magis potiusq; dici. Præterea ita fiet,ut ſit idem
proprium,& illius quod omnino,& illius quod
maximè ineſt, in eo quod omnino tale uel tale
exiſtit, qualẽ habet rationẽ ſubtiliſsimũ corpus
ad ignẽ. Nam & luminis & ignis omnino illud
ipſum futurum propriũ eſt : quippe cũ lumen ſit
tenuiſsimũ. Ac ſi quis iſto pacto propriũ ſtatue-
rit,argumenta contrà ducenda erunt.ei autẽ qui
ponit quęſtionem,uidẽdum eſt, ne his obiectio-
nibus det locum : ſed ut primùm proprium po-
ſuerit,quemadmodum,& cuius generis propriũ
ponat,explicandum.

ALII AD ID QVOD PER SE *proprium eſſe dicitur,loci.* Cap. IIII.

IN refutatione proximus erit locus,ſi quis ali
quid ſui ipſius,proprium ſtatuat:neque enim
proprij uim obtinebit, quod poſitum eſt eſſe
proprium. Quicquid enim idem eſt quod aliqd *A definitione.*
idem,id naturam explicat.quod autem naturam
explicat,nõ eſt proprium, ſed definitio.ut ſi quis
honeſti proprium dicat eſſe decorum,is quia ali-
quid ſui ipſius ponit proprium (honeſtum enim
idem eſt quod decorum) certè non erit honeſti
decorum proprium . Huius autem loci uſus erit
in cõfirmatione,ſi aliquid ſui ipſius nõ ponamus
B eſſe proprium, & tamẽ eiuſmodi, quod uiciſsim
dicatur . ſic enim quod propriũ non eſſe ſtatutũ
eſt,proprij uim & nomen obtinebit.quod fiet,ſi
quis proprium animalis ponet hoc totum, natu
ra animata:neque enim aliquid ſui ipſius propri
um eſſe ponit,cum interim uiciſsim dicatur. Ita
A ſimilibus & eiuſdem generis partib. ſimpliciter ex toto,& partibus.
proprium animalis erit,animata natura. Iam in
ijs ex ſimilibus eiuſdemque generis partibus cõ
ſtant, uidendum erit , in refutatione , totiúsne
proprium in parte non uerè intelligatur,an pro-
prium partis in toto minimè dicatur. quoniam
non rectè explicatũ erit, quod poſitũ eſt eſſe pro
prium . hoc enim in quibuſdam ſolet cõtingere.
fieri enim poteſt,ut ijs quiſpiam proprium tribu
at,quæ ex ſui ſimilibus eiuſdemq; generis parti-
bus conſtant, modò totius, modò partis habita
ratioone: quorum neutrum rectè explicabit. Ex-
emplum totius erit , ſi quis dicat maris propriũ
hoc totum, aqua plurima quæ ſalſa eſt.nam ali-
cuius,quod ex ſui ſimilibus partibus concretum
eſt,proprium ponit:ſed eiuſmodi,quod in parte
non uerè dicatur.quandoquidem certum quod-
dam mare non eſt aqua plurima ſalſa : ita maris
proprium nõ erit hoc totum, plurima aqua quæ
ſalſa eſt.Partis autem exemplum tale eſt:Si quis
aëris proprium eſſe dicat, quod reſpirabile eſt,is
alicuius quod ex ſui ſimilibus partibus conſtat,
ponit proprium:ſed eiuſmodi,quod etſi de quo
dam aëre uerè dicitur , tamen de uniuerſo non
dicatur:quippe cum non omnis aër ſit reſpirabi-
bilis, quare ſpirabile aëris futurum non eſt pro-
prium . In confirmatione autem ex hoc loco ar-
gumentum

gumentum ducemus, ſi propriũ quod dabimns, A
de uooquoque quod ex ſui ſimilibus conſtat, ue
rè diceruriita tamen, ur proprium ſit eorum to-
tius ratione. ſic enim quod proprium nõ eſſe po
ſitum eſt, erit proprium. ut, quoniam in nniuerſa
terra uerè intelligitur in inferiorem locum ferri
natura, certè proprium erir hoc ipſum alicuius
rerræ omnino, quia terra eſt. nam de terra, hoc
ipſo quòd terra eſt, dicitur: ex quo efficitur, ut ter
ræ ſit proprium natura ferri ad inferiores partes.
Ex contrarijs. Ex aduerſis. Ex contrarijs autem multa argumẽta utranque
in partem elici poſſunt. Primùm in refutatione
ex contrarijs, quæ aduerſa dicuntur, erit, quan-
do contrarij non eſt contrarium proprium. neq;
enim proprium contrarij contrarium futurũ eſt,
hoc modo: Si iuſticia in iuſticiæ contraria eſt, &
o primo id quod eſt determinũ: iuſticię autẽ opti
mum non eſt proprium, non erir igitur iniuſticię
quod deterrimum eſt proprium. In confirmatio
ne autem uſus erit, quoties cũ tratij contrarium
eſt proprium. ſic enim fiet, ur contrarij proprium
ſit contrarium. exemplum tale eſt: Si malum bo-
no contrarium eſt, id quod fugiendum eſt, ei q;
eſt expetẽdũ: eſt autem boni proprium id, quod
Ex relatis. expetendum eſt: profectò mali proprium erit id
quod fugiendum eſt. Alrer locus eſt ex ijs quæ
cum aliquo conferuntur. in refutatione quidem
hoc modo tractabitur: Si quid eorum quæ cum
aliquo conferuntur, alicuius eiuſdẽ generis non
eſt proprium, ne id quidem quod eſt in ijs quæ
cum aliquo conferuntur, ullius eiuſdem generis
proprium erit. quod ex hoc exemplo intelligi li-
cet: Si duplum ſimpli duplũ dicitur, & id quod
uincit illius quod uincitur: id aurem quod uincit B
non eſt dupli propriũ: certè ſimpli, id quod uinci
tur & ſuperatur, non erit propriũ. In confirma-
tiooe autem hoc modo: Si illius quod cum ali-
quo confertnr, aliquid eiuſdem generis propriũ
eſt, id etiam quod ex eo genere eſt, alterius eiuſ-
dem generis erit proprium. cuius exemplum eſt:
Si duplum cum ſimplo confertur, unum cũ duo
bus, & duo cum uno: dupli autem proprium eſt,
id quod duorum haber rationem ad unum: pro
fectò dupli proprium ſit, id quod unius ad duo
Ex priuantib. rationem habet, neceſſe eſt. Proximus locus
eſt ex priuanribus, qui in refutatione tractabitur
hoc modo: Si rei res non eſt proprium, ne priua-
tionis quidem proprium priuatio erit. Et ſi pri-
uationis priuatio non eſt proprium, ne rei qui-
dem res proprium erit. ut ſi ſurditatis proprium
non eſt, uacuitatem eſſe ſenſus: (eſt enim id cæ-
terorum ſenſuum commune) ne auditus qui-
dem ſenſum eſſe proprium uidebitur. In confir-
matione hoc modo: Si res rei proprium eſt, eti-
am priuarionis proprium erit priuatio: & ſi pri-
uationis priuatio proprium eſt, rei etiam res pro
prium erit. ut ſi aſpectus proprium eſt cernere
ex eo quòd aſpectum habemus, cæcitatis etiam
proprium erit non cernere, quia aſpectum nõ ha
beamus, cum natura aptus nobis aſpectus eſſe
Ex contradicẽtibus ſiue diſparatis. uideatur. Sequitur locus ex aientibus & negan
tibus, qui in multas partes diſtributus eſt. ac pri
1. mi quidem, qui ex ijs qnæ dicuntur, ducitur, in
refutatiõe ſolum uſus eſt, hoc modo: Si id quod
ait alterius eſt proprium, non erit eius proprium
A id quod negat. Et ſi id quod negat eius propriũ
ſit, id quod ait non eſt illius futurum proprium.
ut ſi animalis proprium eſt, id quod animatum
eſt: non erit animalis proprium, id quod non eſt
animatum. Alter eſt ex ijs quæ dicuntur, aut nõ II.
dicuntur: & ex ijs de quibus dicuntur, aut non
dicuntur: qui in refutatione tractabitur hoc mo
do: Si id quod ait, eius quod air non eſt propriũ:
ne id quidẽ qnod negar, eius proprium eſt quod
negat. Et hoc modo: Si id quod negat, eius pro-
prium non eſt quod negat, ne id quidem quod
ait, eius quod ait futurum eſt proprium. Cuius
exemplum eſt tale: Si hominis proprium nõ eſt
animal, ne eius quidem quod non eſt homo pro
prium erit, id quod non eſt animal. uiciſsimque:
Si eius rei quæ non eſt homo, ea non uideatur
propria quę non eſt ex genere animalium, ne ho
minis quidem animal proprium eſt futurum. In
confirmatione autem huius loci tractario eſt ta-
lis: Si eius quod ait, id quod ait eſt proprium, eri
am eius quod negar, id quod negat erit propriũ.
& ſi eius quod negar, id quod negat propriũ eſt:
etiam eius quod air, id quod ait proprium erit.
quod hoc exemplo illuſtrari poteſt: Si eius quod
eſt non animal, proprium eſt non uiuere: certè
animalis uiuere erit proprium. contraq;: Si uiue
re animalis eſt proprium, certè eius etiã rei quæ
eſt non animal, proprium erit non uiuere. Ter- III.
tius locus eſt ex ijs quæ ſubijciuntur, cuius in re
futatione tractatio erit talis: Si ea quæ ſtatuta
ſunt eſſe propria, aientium ſunt propria, non e-
runt eadem etiam negantium propria. Et ſi ne-
gantium expreſſa ſint propria, aientium propria
B non erunt. Exemplum tale eſt: Si animalis pro-
prium eſt quod animarum eſt, certè quod anima
tum eſt eſſe proprium eius quod eſt non animal
nullo modo poteſt. In confirmarione autem hoc
modo: Si ea quæ poſita ſunt eſſe propria, nõ ſunt
aientium, negantium erunt. Quanquam hic lo-
cus interdum uitioſus eſt, & captioſus. Nam nec
aientia negantium, nec negantia aientium pro-
pria ſunt. Aienria enim negantibus non conue-
unt omnino. Negantia autem aientibus illa qui-
dem conueniunt, ſed non ut propria. Seqnitur
locus ex diuiſione, cuius in refutatione tractatio *Ex diuiſione.*
talia eſt: Si eorum quæ in diuiſione enumeran-
tur, nihil ullius reliquorum eſt proprium, ne id
quidem quod eius poſitum eſt eſſe proprium, il-
lius futurum eſt proprium. ut ſi animal quod ſen
ſum mouet, nullius aliorum mortalium animan
tium eſt proprium: ne id quidem animal quod
intelligentia & ratione continetur, Dei propri-
um eſt. In confirmatione autem hic locus nobis
copiam ad argumentandum ſuppeditabit, quo-
ties quiduis reliquorum omnium quæ in diui-
ſione enumerata ſunt, ſumetur proprium uniuſ-
cuiuſque eorum quæ diſtributa ſunt. Qnod ſi eſt
alicuius eorum proprium quæ enumerata ſunt
in diuiſione, etiam reliquum proprium erit illius
alterius cuius proprium non eſſe ſtatuebatur. id
quod ex hoc exemplo intelligi poterit: Si prudẽ
tiæ proprium eſt per ſe uirtutem eſſe eius partis
animi quæ rationis eſt particeps, cæterarumque
uirtutum, quarum ſingulæ hoc modo aſſumun-
tur: certè temperãtię propriũ erit per ſe, naturaq;

ſua uirtutem eſſe eius partis animi, in qua uoluptates uerſantur. Sequitur locus ex ſimiliter cadentibus, qui in refutatiooe hoc modo tractabitur. Si caſus alterius caſus non eſt proprium, ne id quidem quod ſimiliter cadit, alterius propriũ erit. cuius exemplum eſt tale: Si eius quod iuſtè fit, non eſt proprium pręclarè fieri, nec iuſti id qđ præclarum eſt proprium erit. In confirmatione autem eius loci talis eſt tractatio. Si id quod cadit alterius proprium eſt, etiam caſua erit alterius proprium. ut ſi hominis proprium eſt hoc totum, gradiens bipes, etiam homini in datiuo cõueniet gradienti bipedi.

Ex caſibus & coniugatis.

Ex coniugatis contrarijs.

Non ſolum autem ex ijs quæ expoſuimus à ſimiliter cadentibus, ſed etiá à contrarijs, quemadmodum in ſuperioribus locis explicatum eſt, argumenta ducenda ſunt, ac in reprehenſione quidem hoc modo: Si contrarij caſua non eſt propriũ caſui alicuius contrarij, ne cõtrarij quidè caſus alterius caſui cõtrarij futurum eſt propriũ. cuius exemplũ eſt tale: Si eius quod iuſtè fit, non eſt proprium probè fieri, certè eius quod iniuſtè fit, improbè fieri proprium nõ erit. In cõfirmatione autè ducetur hoc modo: Si contrarij caſus alterius contrarij caſui proprium ſtatuitur, etiá contrarij caſus alterius cõtrarij caſui ponetur propriũ. ut ſi boni propriũ eſt optimũ, mali quoq; id quod deterrimũ eſt propriũ erit.

A ſimili.

Sequitur locus à ſimili, cuius in reprehenſione talis erit uſus: Si ſimilium ſimilia non ſunt ꝓpria, nec ſimiliũ ſimilia propria erunt. Si enim, exempli gratia, architectus eandem habet rationé ad extruendam domum, quam medicus ad efficiendam & reſtituendam ualetudinem: medici **B** autem proprium non eſt efficere ualetudiné, ne architecti quidam extruere domũ propriũ erit. In confirmatione autem hic locus hoc modo exponitur: Si ſimilium ſimilia propria ſunt, ſimiliũ quoq; propria erunt ſimilia. ut ſi medicus eandé habeat rationem ad efficiendam ualetudiné, quá gymnaſij præfectus ad efficiendá firmá conſtitutionem: & ſit proprium præfecti gymnaſij uim habere ad efficiendá firmam corporis cõſtitutioné, erit etiá medici proprium eſſe effectoré ualetudinis.

A proportiõe.

Proximus locus eſt eorum quę habent eandé proportioné, cuius tractatio eſt huiuſmodi in refutatione: Si ea quæ eandem habent proportionem, aliorũ quæ eandem habent proportionem non ſunt propria: nec ea quæ eodé modo affecta ſunt, aliorũ quæ eandè habent affectioné, propria erunt. Et ſi quid eorũ quę eodem modo affecta ſunt alterius propriũ eſt, id non erit ꝓpriũ eius cuius propriũ eſſe ponitur. ut ſi eodem modo prudentia affecta eſt ad honeſtum & turpe, quòd utriuſq; eorum eſt ſciétia: prudétiæ aũt propriũ non eſt ſcientiá eſſe honeſti: profectò nõ erit propriũ prudentiæ, rei turpis eſſe ſcientiá. Et ſi prudentię proprium eſt honeſti ſcientiá eſſe, eius certè rei turpis ſcientiá eſſe nõ erit proprium. quandoquidem eiuſdem multa eſſe propria non poſſunt. In confirmatione autè huius loci nullus eſt uſus: quippe cum id quod eodem modo affectum eſt, unũ cũ multis comparetur.

Ex cauſis.

Proximus locus eſt ex ijs quæ ad naturam, originem, interitumq; referuntur. qui in reprehenſione tractabitur hoc modo: Si id quod ad naturam & ſtatum **A** refertur, non eſt eius quod ad naturam & ſtatũ pertinet proprium: ne id quidem quod ad interitum pertinet, illius quod eiuſdé eſt generis: nec quod ad ortum, ullius eiuſdem generis propriũ erit. ut ſi, exempli cauſa, hominis non eſt proprium, eſſe animal: non erit proprium huius totius, hominem gigni, illud totum, animal fieri: nec hominis interitus proprius eſt interitus occaſusq; animantis. Eodemq; modo ſumenda argumenta ſunt ex ortu concludendo ſtatum & interitũ, itemq; ex interitu concludendo ſtatum & ortũ: quemadmodũ paulo antè ex ſtatu concluſus ortus & interitus eſt. In cõfirmatione autè hoc modo: Si id quod ad ſtatum pertinet, eſt alicuius eiuſdem generis proprium, eius etiá quod ad ortum pertinet, erit propriũ id quod eiuſdé eſt generis: & illius quod ad interitum, quod eiuſdem generis eſſe ponitur. cuius exemplum tale eſt: Si hominis proprium eſt eſſe mortalé, etiam hominis ortus proprium erit naſci mortalem. & interitus, hominis, mortalem interire. eodemq; modo concludendus eſt ex ortu & interitu ſtatus & ortus quemadmodum hic locus in refutatione expoſitus eſt.

Ex forma.

Sequitur locus ex forma rei propoſitæ. In refutatione quidem huius loci talis erit tractatio: Si formę non conuenit, aut certè nõ ex ea parte qua id dicitur conuenire, cuius proprium datũ eſt, quod proprium poſitum eſt, non erit proprium. ut ſi ipſi homini non cõuenit quies, quia homo ſit, ſed quia idea, non erit propriũ quieſcere. In confirmatione autem locus eſt eiuſmodi: Si quid ſpeciei cõuenit, idque ex hoc ipſo **B** conuenit, quia dicatur de eo ipſo cuius ponitur non eſſe proprium, erit propriũ id quod poſitũ eſt non eſſe proprium. ut ſi conuenit ipſi animali, ex animo & corpore concretum eſſe, idque ei quia animal ſit conuenit, certè animalis propriũ erit ex animo & corpore conſtare.

PROPRII QVAESTIO QVOmodo ex comparationis locis tractanda.

Caput V.

Primus comparationis locus.

Sequitur locus comparationis ex maiore & minore, qui quadripartitò diſtributus eſt, quorum primus in refutatione tractabitur hoc modo: Si quod elationem habet alterius eiuſdem generis non eſt proprium, ne id quidem quod ſubmiſſionem habet, ullius eiuſdem generis propriũ erit: nec quod minimá habet alterius nec quod maximam habet elationem alterius eiuſdem generis, nec deniq; id quod omnino dicitur ullius eiuſdem generis. ut ſi, exépli cauſa, colore magis infectum eſſe, magis corporis nõ eſt proprium, nec minus colore infectum eſſe, eius quod minus eſt corpus proprium erit, nec infectum eſſe colore corporis omnino. In confirmatione autè huius loci tractatio erit talis: Si id qđ elationem habet, eiuſdem generis alicuius proprium eſt: id etiam quod ſubmiſſionem habet, alicuius eiuſdem generis propriũ erit. Itemq;, id quod minimá habet ſubmiſſionem, alterius eiuſdem generis, & quod maximam habet elationé, alicuius eiuſdé generis, & quod omnino dicitur, alicuius eiuſdem generis ſit propriũ neceſſe eſt. cuius exemplum eſt eiuſmodi: Si eius quod magis uiuit, magis ſentire ꝓpriũ eſt, etiá eius quod

minus

minus uiuit,id qood minus ſentit:&eios rei quę A
maximè uiuit,maximè ſentire:& eius quod mi-
nimo beneficio oitæ utitur,mioimè ſentire:& e-
ius quod omnino uiuit,omnino ſentire propriũ
erit. Atque etiam ex eo quod omnino dicitur,
argumenta ducenda ſont.In reprehenſione qoi-
dem boc modo:Si id quod omnino dicitur alte-
rius eiuſdem generis oõ eſt propriũ, ne id quidẽ
quod elationem habet eius quod eſt eiuſdem ge
neris,oeq; id quod ſubmiſsionẽ habet alterius e-
iuſdsm generis,neq; id quod maximẽ habet ela
rionem alterius,neq; id quod minimẽ habet ſub
miſsionẽ elterius,erit propriõ.quod ex hoc exẽ-
plo intelligi poteſt: Si hominis non eſt propriũ,
bonum eſſe, ne eiue quidẽ qui bomiois nomine
megis aut porius eppellatur,probiorẽ eſſe ꝓpriũ
erit. At in coofirmaoone argumentum ab hoc lo
co ſic ſometur: Si id qood omnino dicitor eius
quod eſt eiuſdem generis proprium eſt,id etiam
qood maiorem elationẽ babet alterius, & quod
minorẽ habet ſubmiſsiooem,quodq; minimam
ec maximã habet elterius eiuſdem generis pro-
prium,futurum eſt.ut ſi ignis propriũ eſt ſurſum
ferri netura,eius etiã propriũ erit quod ignis po-
tius dicitor celerius in ſuperiorẽ locõ ſoepte na-
tura ferri.Eodemq; modo ex cæteris hæc cõclu-
II. dende ſunt omnia. Alter locus eſt in reprehẽſio
ne talis:Si quod magis proprium uidetur alicu-
ius, non eſt proprium: ne id quidẽ quod minus
proprium eſſe uidebatur,alterius proprium erit.
Eius loci tele exemplum erit: Si animalis magis
propriõ eſt ſenrire,quàm hominis ſcire:oec pro-
prium eſt animalis ſentire, non erit bominis ſci-
re proprium.In confirmatione autem hoc modo B
tractabitur:Si id cui illud minus additur,alteriua
cui idem adiungitur eſt proprium: eriam id cui
magis additur,alterius cui idem iungitur,eſt fu-
turum proprium.ut ſi minus hominia proprium
eſt, cicurem & humanom eſſe natura,quàm ani-
malis uiuere:hominis autem eſt propiium,cicu-
rem eſſe ſuapte natura,& bumanum,profectò a-
III. nimslis proprium erit uiuere. Tertius locus ex
meiore & minore in reprehẽſione telis eſt: Si qd
eius cuius megis eſt proprium, propriũ non eſt,
ne eius quidem proprium erit, cuius minus eſt
proprium:& ſi illius eſt, noo etiam huius erit.ut
ſi colore infici,extremitatis magis ptoprium eſt,
quàm corporis, nec proprium eſt extremitaris:
noo erit proprium corporis omoino, colore in-
fici. quòd ſi eſt extremitatis proprium, non erit
corporis proprium. At uerò in confirmatione
huios loci nullus uſos eſt: cum præſerrim idem
IIII. multorũ propriũ eſſe nullo modo poſsit. Quar-
tus locus eſt in refutatione huioſmodi: Si quod
magis proprium uidetur alicuius,id non eſt eius
proprium:ne id quidem proprium erit,quod mi
nos proprium eius uidetur. Cuius exemplum ta
le eſt:Si enimelis megis proprium eſt ſenſu perci
pi,quàm ſecari in partes: & animelis non eſt pro
prium ſenſu percipi: non erit snimalis propri-
um in partes ſeceri. In confirmatione autem
tractabitur hoc modo: Si quod minus propriõ
eſt alicuius,id eius proprium eſt:certè quod ma-
gis proprium eſt,eius erit propriom. ut ſi minus
eſt proprium animalis ſentire,quàm uiuere:& a-

A nimalis ſenrire eſt ptoprium, profectò snimalis
proprium erit uioere. Deinceps ſequitur locus *Ex paribus,*
à peribus,cuius loci tractatio in refutatione hæc *primus modus*
prima erit:Si quod ęquè eſt proprium,noo eſt ꝓ
prium alicuius cuius æquè proprium eſt: ne id
quidem quod æquè proprium eſt, eius erit pro-
prium cuius æquè proprium eſt. ut ſi æquè pro-
prium eſt partis animi in qua uolupteres uerſan
tur, appetere, ac eius quæ rationis eſt perticeps,
ratiocinari: & eius pertis io qus uoluptates uer-
ſantur, non eſt proprium sppetere: non erit eti-
em ratiocinari,eius quę retioois eſt particeps ꝓ-
prium. In confirmatione aotem huius loci tracta
tio erit eiuſmodi:Si id quod æquè proprium eſt,
eius eſt proprium cuius æquè proprium eſt: erit
eriam quod æquè propriõ eſt, eius proprium cu
ius æquè proprium eſt.cuius exemplum tale eſt:
Si æquè proprium eſt pertis animi quæ rationia
eſt compos,primam eſſe ſedem ſapientiæ,atque
eius in qua uoluptates habitant, primam eſſe ſe-
dem temperantiæ: & partis eius quæ cõpos eſt
retionis, primam eſſe ſedem ſapientię propiium
eſt:illius eriam in qua uoluptates hebitant, pro-
prium erit primam ſedem eſſe temperantiæ. Al-
ter locus in reprehenſione talis eſt: Si quod pari II.
rarione alicuius eſt proprium, non eſt proprium
eius:quod æquè propriom eſt,id non erit eiuſdẽ
proprium.ut ſi cernere æquè proprium eſt homi
nis,ac audire: bominis eutem non eſt proprium
cernete, non erit etiam audire hominis propriũ.
In confirmatione autem talis uſus erit: Si quod
pari rarione alicoius eſt proprium,id eius propri
um eſt, etiam id quod æquè proprium, eius erit
B propriom.ut ſi ęquè proprium eſt animi,eius par
tem ualere ad eppetendum, ac poſſe retiocinari
proprium: animi autem proprium eſt,eius partẽ
eſſe quæ primùm eppetat: aoimi etiem ptopriũ
erit,partem eius primùm poſſe rariocinari. Ter- III.
tius locua eſt in reprebeoſione eiuſmodi:Si quid
non eſt ptoprium eius cuius æquè proprium eſt,
non erit proprium eius cuius peri ratione eſt pro
prium: & ſi illius eſt proprium, alterius propriũ
non erit.Quod boc exemplo illuſtrẽdum eſt:Si,
exempli cauſa,incendere ęquè proprium eſt flã-
mæ atque pruoerum,& flammæ incendere non
eſt proprium,non erit prunarum proprium incẽ
dere: quòd ſi flemmæ proprium eſt,non erit pru
narum proprium. Huius autem loci nullos uſus
eſt io confirmarione. Interdum eſt autem inter *Locus à ſimili*
locum à ſimilibus & à paribus,quòd ille ex pro- *& pari, diſtin-*
portione ſumitur,non ex eo quòd unum quodã *ctio.*
modo alteri ettribuitur: bic autem ex eo qoòd
ineſt unum elteri certo quodem modo, uim he-
bet. Deinceps locus in refutatione tractatur, ſi *Ex ui, ſiue à po*
quis ex ui proprium ſtatoet, propriumq; ui ed id *tentia.*
quod nõ eſt accõmodebit,nec uis porerit rei quę
non eſt conuenire, non erit propriom quod poſi
tum eſt proprium eſſe.ut ſi quis dicat, aëris pro-
prium eſſe inſpirabilem eſſe,ex ui propriom ſte-
tuit,quandoquidem illud proprium reſpirabile,
quod reſplrari poteſt, ſignificat.atque etiem pro
prium ſtatuit rei quæ nulla eſt:ſiqoidem ſublato
animali, quod reſpirare aërem ſolet, aër eſſe po-
teſt. nec tamen ſi nullum ſit enĩmal, fieri poteſt
ut quid reſpiret: ita fit, ut aëris non ſit futurum

proprium eiuſmodi, quod reſpirari poteſt, tum cum animal nullum erit tale quod reſpiret: quare aëria proprium non erit ſpirabilem eſſe. At in confirmatione huius loci uſus erit, quando ex ui proprium explicabimus, quod aut ad id quod eſt, aut ad id quod nō eſt, referrur: ſed ita, ut uia ipſa rei quæ nulla eſt, poſsit conuenire. ſic enim proprium erit id quod poſitum eſt non eſſe propriū. ut ſi quia eius quod eſt, proprium ponat poſſe pati uel facere, is ex ui proprium expreſsit, idq; ad id quod eſt accommodauit. Quandiu enim aliquid eſt, id & pati aliquid & facere poteſt, ita eius quod eſt proprium, erit poſſe pati uel facere.

A præſtantia. Extremus locus refutationis erit, quādo ex præſtantia & excellentia proprium exponitur, proprium non eſt quod poſitum eſt eſſe proprium. Ij enim qui hoc pacto proprium ſtatuunt, faciūt ut in quo oratio, in eo non etiam nomen uerè dicatur: ſublata enim re, tamen ſtabit oratio, quippe cum alicui earum rerum quæ ſunt conueniat maximè. ut ſi quis ignis proprium dicat eſſe hoc totum, corpus leuiſsimum, igne ſublato erit corpus aliquod leuiſsimum. non eſt igitur ignis proprium hoc totum, corpus leuiſsimum. In confirmatione autem, ne præſtantia ſtatuamus proprium prouidendum eſt. ex ea enim parte rectè ponetur proprium: ut ſi quis hominis proprium ponat hoc totum, animal natura cicur & humanum, is quoniam non explicauit proprium ex præſtantia, ex ea parte proprium rectè ſtatuit.

F I N I S.

IN TOPICORVM LIBRVM ſextum, Raphaelis Volaterrani Eiſagoge.

Libro ſexto, definitionē tractatus ſic ſe habet. Primùm quidem quærendum, an bene locus definitionis ſit: deinde an definitus. Primò igitur haud bene definitur, ſi non clara utitur interpretatione: ut ſi hominem definiendo, rectambulum dicat. deinde ſi æquiuocum dictum, ut generationem dicat eſſe ductionem in eſſentiam. nam ductio commune uocabulum etiam ad alias ſolutionem. Similiter ſi definito multipliciter dicto, non diſtinguens dicit. Aliter ſi per metaphoram dixit, uidelicet ſcientiā ametacton, id eſt minimè cōmutabilem aut translatiuam, quod columnis cōuenit: aut terrā nutricē, & temperantiā conſonantiam. Si non uſitatis utitur uerbis: ut phalangium dicāt animal ſepſidaces, id eſt morſu uenenato. Etiā ſi non manifeſtus ſubiecti ſermo. dicens enim hominē, eſſe animal ſenſitiuū, & ſponte mobile tantū, quod etiā cæteris conueniat animalibus. Si etiā dicat hominem grāmaticum. non enim omnes grāmatici. Si quis multis in definitione uerbis ineptè ac ſuperuacuè uſus eſt: ut homo eſt animal ſpontè mobile, rationis particeps, greſsibile, bipes. Itaq; hi loci infirmari, ſi quid aut bene declaratur, aut diſtinguitur: ſi contrà, probari ſolent. Alter uerò modus erat: an locus ſit definitus, aut dixit quod erat. In quo primū uidendum, an per priora & notiora naturæ definitū ſit, ſicut in Analyticis poſteriorib. diximus. Deinde ſi eodem utitur definito: ut ſol eſt aſtrum

A *interdiu ſplēdens. Et dies eſt curſus ſolis ſupra terrā, quod idem eſſe ab omnibus intelligitur. Item ſi nō plenè definit: ut grammatica eſt ratio rectè dicendi, deficit ſcribendi. Item ſi non dixit proprium genus definiti, uel ſi dixit quod ſupergreditur genus, uidelicet homo eſt eſſentia rationis particeps. debuit enim animal dicere: hoc enim propriū entis hominis. Et ſi negatione definiat. nam eſſe aliquid, non autem non eſſe definitio in mediū deferre debet. Quanquā in quibuſdam neceſſariū negatio, ut in priuationibus: uidelicet cæcus eſt non habens lucē. Præterea ſi genus ut differentiā dixit, ut uirtutē habitū bonum. uidetur aūt bonum magis genus eſſe uirtutis. Etiā ſi nō prior differētia ſpecie, erit differētia plus cōtinens, quàm ſpecies. Etiā ſi referatur definitū in duo genera non ſubalterna. Nā ſi ita eſſet, contingeret eandē ſpeciē ſub duobus generibus eſſe: quod fieri non poteſt. Sed contrà pedeſtre, alatū, genera ſunt nō ſubalterna, & tamen amborum eadē differentia, id eſt lepus. Soluitur. ita ſubalterna diximus, ut eò inferātur illa etiam quæ ſub eodē genere cadunt. nā ſi pedeſtre alatū, ſubalterna non ſunt genera, tamen ſub eodē genere, id eſt animali, cadere poſſunt. Etiā ſi nō reddidit differentiā alicuius, quod ſit ad aliquid: ut dicens medicinalem ſcientiā eſſe theoreticen & practicē, debuit dicere cuius rei ſit theoretice. Etiā* 1 *ſi res recipit magis & minus, ratio uerò minimè. uidelicet ſi albus color diſcretiuus uiſus, quoniā recipit album: & diſcretiuum ſimiliter recipit hoc. Etiā ſi non definit qualis & quanti: ut ambitioſus, aut appetens honoris, oportebat dicere quanti: omnes enim honorem appetimus. His igitur*

B *uiſis, oportebat partem ſaltem, ſi quis totum non poterit, infirmare. ſublata enim parte, totum tollitur.*

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum VI. Angeli Politiani Argumentum.

IN ſexto definitionis agnatur loci, cuius negocij quinq; partes. Sed hæc duo prius exquirimus: an obſcura elocutio, an plus dictū, quàm oporteat. In priore, an translatio adhibita, an uerba inſolita, an inde cōtrarij parū nota ratio, an non cōtinuò cognita definitio. in poſteriore: an planè omnibus, & an omnib. eiuſdē generis cōpetat. an ſuperfluū quippiam, an quod eiuſdem ſpeciei non cōpetat omnibus: an dictum idem ſæpius, an uniuerſali additū particulare. Vtrum aūt impleta ſit definitio, inde colligis, ſi uideas an non ex prioribus, ac notioribus: an certi definitio incerta, an res in genere nō ponatur, an nō quæ oportet definitū reſpiciat, an trāſiliatur genus, an non omittātur differētiæ generis: an differentia deſit, quæ cōtrà diuidatur, aut ex uero nō ſit genere. an genus negatione diuidatur an genus, an etiā ſpecies, ut differētia, reddātur. an differētia hoc aliquid ſignificet, an ex accidēti definitio cōpetat: an differentia, uel ſpecies, uel quæ ſub ſpecie, dicantur de genere, an rurſus de differentis, uel genus, uel ſpecies, uel quæ ſub ſpecie. an nō differentia ſpecie prior, an alterius quoq; generis: an quod in aliquo eſt, an etiā affectio pro differētia: an illius quod eſt ad aliquid, ipſa non ſit ad aliquid differētia. an aliò ipſum quā quò debeat referatur. an nō primi

definitio

definitio cũ de pluribus agatur: an affectio, uel diſpoſitio, uel definitũ quid aliud quod dicitur nõ ſuſcipiat. an tẽpore aliquo diſſentiat. an alio pacto magis cõueniat: an res ipſa magis quàm definitio, an nõ ambo pariter creſcant, an magis quod re quàm quod ratione: an utriq; alterũ pariter cõpetat, alterũ non cõpetat. an utrobiq; definitio duobus cõpetat: an ſi loco nominũ ſumantur orationes, alicubi diſſentiant: an non finẽ reſpiciat: an generatio ſit, an actus, an indiſtincta prædicamẽta, an habitus pro habẽte, uel cõtrà. an eorũ quæ ſunt ad aliquid, eodẽ referuntur & genus & ſpecies, an in reliquis oppoſitis ordo teneatur: an ſimiles cõgruant caſus: an ideæ congruãt: an una ratio æquiuocorũ poſita, an & impliciti, an & cõpoſiti. an tranſſũptio adhibita, an uariatis intellectus uariatus nominib. an trãſſumptio nõ differentiæ, ſed generis: an eſt cuius ratio traditur, nõ eſt id quod ſub ratione: an indiſtinctũ, quò illud referendũ, quod eſt ad aliquid: an definita nõ res, ſed bene habens, aut perfecta res. an quod ſui cauſſa eligendũ ſit, alterius eligendũ cauſa dicatur. an nõ ipſum, ſed quod ex ipſo definiatur. Quæ ſcitè ſingula diſcernes, ut totũ & partes, ut magis & minus, ut melius & peius, ut uniuocationẽ, ut præteritũ cõpoſitionis modũ, ut quod dicimus hoc poſt illud, ut quot modis alterũ cum altero dicatur, ut an totum uocetur aliquorum compoſitio, & an altero contrarium quippiam definiatur. Declaranda interdum & definitio, interdum & melior excogitanda.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEXTVS.

DE LOCIS, QVIBVS DEFINItio probatur, aut euertitur, hoc & ſequenti libro diſputatur. Caput 1.

Definitionum uitia quinque proponit.

IN tractatione autem locorũ definitionis, quinq; ad reprehendẽdũ nobis proponere debemus. Primum, omnino non uerè dici, de quo nomẽ, etiam orationem. debet enim in omni homine uerè dici hominis definitio. Alterum, non eſſe poſitum pro genere, aut pro accommodato genere, id genus quod eſt in definitione. nam qui definit rem, debet ad genus differentiam adiungere: cũ præſertim eorũ quæ in definitione collocantur, rei quæ definiendo explicatur, naturam genus declarat maximè. Tertium, non eſſe propriam orationem, quoniam debet propria eſſe definitio, quemadmodum ſuprà dixi. Quartum, ut omnia quæ dixi perfecta ſint, non tamen rem definitam eſſe, nec eius uim explicatam. Poſtremum eſt uitium, ſi tu quidem definiueris, non autem rectè.

Primũ uitium ex locis accidẽtis demonſtratur.

Ac ſi de quo nomen, non etiam oratio uerè dicitur, ex locis accidentis ad id demonſtrandum & concludendum argumenta ducenda erunt. Illic enim hoc unum egimus, ut ueréne an falſo diceretur, cognoſceremus: cum præſertim quando differebamus accidens conuenire, uerè dici: quãdo non conuenire, nõ uerè dici, fateremur.

Secundũ & tertiũ, ex locis generis & proprij.

Non eſſe autẽ aptum genus id quod poſitũ eſt, aut nõ eſſe propriam orationẽ quæ data eſt, ex locis generis & proprij qui ſunt expoſiti, docebimus. quod autem reliquũ eſt, non eſſe definitã rem, aut non rectè definitam, quemadmodũ intelligemus, meditamur dicere.

Vitia minus aptæ definitionis.

Primùm quidem, an minus aptè res definita ſit, uidendum eſt, quandoquidem facilius eſt facere aliquid, quã rectè facere. ex quo perſpicuum eſt, ſæpius in hoc ipſo peccari, quandoquidem difficilius eſt. ita argumenta facilius in hoc quàm in illo genere ſuppetent. Sunt autẽ duæ partes eius rei quæ non aptè definita eſt. Vna, ſi dubia & obſcura interpretatione utamur. debet enim is qui rẽ definit, quã poteſt apertiſſima interpretatione uti: quandoquidẽ cognoſcẽdæ rei cauſa traditur definitio. Altera eſt, ſi aliqd amplius quàm neceſſe erat, in definitione poſuerit: ſic enim ſuperuacaneũ erit, quicquid amplius adiectũ erit in ea definitione. Ruſus utrunque eorum quę expoſita ſunt, in plures partes diſtributũ eſt.

Obſcura ex ambiguo.

Ac primus quidem locus ad probãdũ definitionẽ eſſe obſcurã, erit, cũ aliquod uerbum quod in definitione cõtinetur, ambiguum erit: ut ſi quis definiat ortũ motum ad naturã ferentẽ, aut ualetudinẽ eſſe aptã caloris & frigoris temperationẽ & moderationem. eſt enim ut motus, ſic moderationis ambiguũ uerbũ: ita dubiũ erit, utrum uelit ſignificare eorum quæ explicata ſunt & declarata, eo uerbo quod multis modis dicitur. Quod idẽ cõtinget, quoties res quæ definitur multis modis dicitur, neq; explicatur. ſic enim incertum erit, utrius definitionem explicauerit: inciduntq; tum cauillationes, quaſi non ad omnia quæ definiẽdo explicata ſunt, accõmodetur definitio. idq; tum incidet maximè, cũ obſcura eſt & latens ambiguitas Atq; etiã ratiocinatio cõfici poteſt, diuiſione adhibita, quot modis dicatur id quod in definitione concluditur. Si enim ſatis explicatum non ſit ulla ſignificatione earum quibus id dicitur, profectò eo modo res rectè explicata nõ erit.

Ex translatione.

Proximus locus eſt, quãdo per trãslationẽ definitio explicatur. ut ſi quis ſcientiã definiens immutabilẽ eſſe dicat, & quæ nunquam decidat, aut terrã altricẽ, aut tẽperantiã cõcentum. Eſt enim obſcurum, quicquid per translationẽ dicitur. Calumniari etiã poterimus aduerſus eum qui trãslatione uſus erit, quòd nõ proprio uerbo ſit uſus. quandoquidẽ non poterit rei quæ definitur accõmodari definitio, quod in temperantia contingit: quandoquidem in ſonis omnis concentus cernitur. præterea ſi concẽtus genus ſit tẽperantiæ, idem in duobus generibus erit, quorum neutrum alterũ continet. neq; enim cõcentus uirtutẽ continet, nec uirtus concentum.

Ab inuſitato.

Deinceps locus ſequitur, quando aliqs in definiẽdo uerbis inuſitatis utitur, id quod Plato fecit, qui oculum ὀφρυόσκιον, id eſt cilij umbram definiunt: & araneam σηψιδακῆ, id eſt, ut ita dicã, putrimordacem: aut ſi quis medullam oſſiũ procreatricem dicat. quicquid enim inuſitatum eſt, id obſcurum eſt. Sunt etiam nonnulla quæ nec per ambiguitatem, nec per translationẽ, nec propriè dicuntur. ut ſi lex definiatur eſſe modus, uel imago eorum quæ natura iuſta ſunt. quæ omnia translatione deteriora ſunt. translatio enim illuſtrat declaratq; quodammodo propter ſimilitudinem, id quod ſignificatur: quippe cum omnes qui

nes qui transferunt uerba, ea propter quandam A ſimilitudinem transferant. At uerò illud tale nullo modo rem illuſtrat, quandoquidem ſimilitudo nulla reperitur, propter quã lex, modus, aut ſimulachrum dicatur: nec id propriè dici ſolet. ita ſi modum propriè aut ſimulachra legem dicãt eſſe, mentiuntur: eſt enim ſimulachrum id cuius origo ab imitatione profecta eſt, quod in lege non reperitur. Quòd ſi impropriè id dicant, certè obſcurè loquuntur, atq; deterius quàm ea quę per translationem dicuntur.

Ex contrarijs.

Locus alius erit, quando contrarij definitio ex ea quæ data eſt nõ intelligetur. Quæ enim rectè definitiones conſtituuntur, etiam contrarias ſignificant atq; declarant.

Ab ignoratione definiti.

Aut quando per ſe prolata, non perſpicuũ erit cuius ſit definitio, ſed ſimile aliquid uſuueniet, quod in ueterum pictorum operibus, quæ quidem niſi quis ſuperſcripſiſſet, nunquam cognoſci intelligiq; potuiſſent. ac ex ijs quidem locis, ad probandum non eſſe definitionem dilucidam, argumenta ducentur.

Vitium redundantiæ.

A uerbi communitate.

Quando autem abundans dabitur, & conſtituetur definitio: primũ uidendum erit, an uerbum aliquod adhibitum ſit eiuſmodi, quod conueniat omnibus rebus, aut quæ ſunt omnino in rerũ natura, aut quę ſubiectæ ſunt generi eidem rerum quæ definiuntur. Sic enim, ut in definitione aliquid redundet, neceſſe eſt. Nam & genus à cæteris, & differẽtia ab aliquo eorum quæ ſunt in eodem genere, debet rem quæ definitur ſeiungere. Atqui quod rebus omnib. cõuenit omnino, à nulla ſeparat: & quod omnibus quæ ſubiectæ ſunt eidem generi conuenit, ab ijs quæ ſunt in eodem genere non ſecernit: ita ſuperuacaneum eſt tale illud quod adie- B ctum eſt.

A proprij remotione.

Alius locus erit, quando id quod adiectum eſt, eſt proprium: quo ſublato, & reliqua ratio propria eſt, & naturam rei explicat. quale eſt in hominis definitione hoc totũ quod adijcitur, natum ad diſciplinã. eo enim ſublato, propria eſt definitio, naturamq; rei indicat: atq; ut uno uerbo complectar omnia, id omne ſuperuacaneum eſt & redundans, quo ſublato, quod reliquũ eſt planam facit rem eam quæ definitur. qualis eſt, etiam animi definitio, ſiquidem numerus ſit ſe ipſe mouens, & agitans. eſt enim animus id quod ſeipſum mouet, quẽadmodum Plato definiuit: niſi fortè proprium eſt illud quidem quod expoſitum eſt, ſed numero ſublato, rei uim naturamq; non declarat. quorum utrum uerius ſit, difficile eſt explicare. In his autem omnibus quantum utilitatis ratio poſtulat, uidendum eſt. Qualis eſt pituitę definitio illa, humor primus ex cibo incoctus. unus enim primus humor eſt, non multi. ita redundat illud, incoctus. quandoquidem ſublato illo, propria reliqua eſt futura definitio. Fieri enim non poteſt, ut aliquid ex cibo unum atq; alterum primum decidat: niſi fortè pituita nõ eſt id omnino quod ex cibo primùm decidit, ſed primum eſt eorum quæ non ſunt concocta, ut illud non concoctum addendũ eſſe uideatur. nam ſi illo modo dicatur, non uera erit definitio: ſiquidẽ non eſt primũ omnium.

Ex generis & aliarum definitionis partium anguſtia.

Proximus locus erit, quoties aliquid eorum quæ in definitione continetur, nõ omnibus ijs quæ ſunt ſub eadẽ ſpecie conuenit. qualis definitio deterius & abſurdius A explicata eſt ijs omnibus, in quibus aliquid adhibetur, quod omnibus naturis cõuenit. illo enim modo ſi reliqua propria erat definitio, & tota propria erit. quandoquidem ſi ad proprium, aliquid quod uerum eſt addatur, omnino propria eſt tota oratio. At ſi quid eorũ quæ in definitione collocata ſunt, non omnibus conueniat ijs quæ eidem ſpeciei ſubijciuntur, tota eſſe oratio propria nullo modo poteſt: neq; enim de re uiciſsim dicetur. cuius generis eſt hoc totum, animal gradiens bipes quatuor cubitorũ: neq; enim eiuſmodi definitio de re uiciſsim dicitur, ꝓpterea quòd non omnibus ijs quæ eidem ſpeciei ſubijciũtur, magnitudo quatuor cubitorum conuenit.

A repetitione.

Illud etiam uidendum erit, an uerbum idem iteratum eſt: ut ſi quia cupiditatem definiat, uoluptatis & delectatiõis appetitionẽ. omnis enim cupiditas eſt uoluptatis: quare illud etiã quod idẽ eſt cum cupiditate, uoluptatis erit. Definitioni igitur cupiditatis conueniet, eſſe appetitionẽ uoluptatis: nihil enim intereſt, cupiditatẽ dicas, an appetitionem uoluptatis. Itaq; eſſe uoluptatis de utroque dicetur: niſi fortè hoc alienũ uideri nõ poteſt. homo enim cũ bipes ſit, certè bipes erit id quod idẽ eſt quod homo. eſt autẽ idẽ quod homo, animal gradiẽs bipes: ita animal gradiẽs bipes, bipes eſt. Sed non ex hoc alienũ quicquã & incõmodũ efficitur: quandoquidem de animante qui gradiẽs eſt ſolo, ac per ſe ſumpto, bipes non dicitur bis. ſic enim bis de eodem bipes diceretur: cum autẽ de animante gradiente bipede nomẽ bipedis dicatur, ſemel tãtummodo bipes dicitur. Eadẽ eſt ratio cupiditatis, propterea quòd non de appeti B tione dicitur illud eſſe delectationis, ſed de tota oratione. ita fit, ut ſemel etiam hoc loco ratio dicendi exprimatur.

Iterare idẽ uerbum non ſemper incõmodũ.

Atqui iterare idẽ uerbũ non eſt incõmodum: ſed illud demũ incõmodum eſt ſæpè idẽ de aliqua re dicere. quod Xenocrati uſu uenit, qui ſapientiã ait eſſe definitionẽ & cognitionẽ naturarum, quippe cũ definitio quædã ſit cognitio: ita bis idem dixit, adiecto uerbo cognitionis. In eodẽ errore uerſantur ij qui refrigerationem, caloris naturalis priuationem eſſe definiunt. nã cum eius quod inſitum eſt, omnis ſit priuatio, ſuperuacaneũ eſt nomen naturalis addere, ſatisq; erat addere caloris priuationem: quãdoquidem ex ipſo nomine priuationis, rei naturalis eſſe intelligitur.

A partis ad totum adiectione.

Rurſus uidendum eſt, an ad id quod omnino dicitur, aliquid etiam quod in parte ſit, adiungatur. ut ſi quis æquitatem definiat, imminutionem rerum utilium atq; iuſtarum. cum enim quod iuſtum eſt, etiam utile ſit quiddam, profectò in rebus utilibus continetur. ita illud rerum iuſtarũ redũdat: quia poſito eo quod omnino & in totũ dicitur, id adiectum ſit quod eſt in parte. Quod idem fiet ſi medicinam aliquis definiat, ſcientiam rerum ſalubrium animali & homini: aut legem, imaginẽ eorum quæ natura & ui ſua bona ſunt & iuſta. Nam quoniam quod iuſtum eſt, quędam pars eſt boni, is qui ita definit, ſæpè idẽ dicit. Ac utrum rectè necne definitio explicata ſit, ex his locis & alijs eiuſdem generis intelligamus.

Quarti uitij loci.

Ad probandum autem naturam rei explicatam eſſe, aut non eſſe definiendo, ex ijs quos deinceps exponemus, argumẽta ſumentur.

Ex priorib. & notioribus.

ſumētur. Primùm uidebimus, nū priorib. & magis perſpicuis uerbis expoſita ſit definitio. Definitio enim rei cognoſcendæ gratia traditur. Et rē cognoſcimus non ex reb. & uerbis quibuslibet, ſed ex priorib. & magis perſpicuis: quemadmodum in demonſtrationibus cōtingit. ea enim uia eſt omnis doctrinę & diſciplinæ. Ex quo perſpicuum eſt, eum nō explicare rem definiendo, qui non reb. eius generis rem illuſtret & aperiat definitione. Si enim rem definiuit, certè multæ erunt eiuſdem rei definitiones: quippe cū perſpicuum ſit, eum qui rebus magis perſpicuis & notioribus definierit, aptius & cō modius rem definiendo explicaſſe. ita eiuſdem rei utraque definitio erit propria: quod nō ita eſt. Sua enim cuiuſque rei una eſt uis atq; natura. Itaq; ſi multæ eiuſdem rei definitiones erunt, uis & natura rei eius quæ definitur, erit eadem, quæ utraque definitione declaratur. Atqui & naturæ nō ſunt eædem, quandoquidem alię & diuerſæ ſunt definitiones. Perſpicuum eſt igitur, eum non definiuiſſe rem, qui nō magis perſpicuis neq; notioribus rebus definierit.

LOCI AD NOTIORA ET PRIORA oſtendenda, explicantur. Cap. II.

AD probandum igitur, nō eſſe explicatam definitionem magis perſpicuis rebus, duplex locus ſuppetet. Nam aut uidebimus, an ex magis dubijs omnino & ignotis, aut an nobis magis ignotis, & dubijs, expoſita ſit res definiendo. quoniam utroque modo id fieri poteſt. Quod enim prius eſt, id eo quod poſterius eſt, notius eſt omnino. ut punctum linea, & linea plano, planum ſolido: quemadmodum unio numero notior eſt, quoniam prior, initiumq́ue eſt omnis numeri: itemq́ue elementum ſyllaba. At uerò in noſtra cognitione contrà interdum contingit. nam & quod ſolidum eſt, magis ſub ſenſum cadit, quàm quod planum eſt: & quod planum eſt, magis quàm linea: & linea, quàm punctum: quippe cum hæc pleriſque nota ſint omnia. Hæc enim cuiuſuis, illa ſubtilia & ocioſi ingenij eſt diſcere. Et quanquam præſtat omnino eniti, ut poſteriores res ex prioribus intelligamus & cognoſcamus: (habet enim id maiorem uim ad ſcientiam) tamen apud eos qui rem ex talib. non poſſunt cognoſcere, neceſſe eſt profectò rem definiendo aperire ijs rebus quæ illis notæ ſunt & perſpicuæ. cuius generis ſunt & pūcti, & lineæ, & plani definitiones. omnes enim res antiquiores, poſterioribus explicant: ut lineæ punctum, plani lineam, ſolidi planum extremum eſſe definiunt. Sed tamen illud intelligēdum eſt, eos qui ita definiūt, uim & naturam rei quæ definitur, explicare non poſſe. Niſi fortè idē ſit & nobis notius, & omnino. ſiquidem omnes qui rectè rem definiunt, genere differentijsque definire debent, quæ in ijs ſunt rebus quę omnino & per ſe notiores ſunt, & magis perſpicuæ, quàm forma. quippe cum ſublato genere, ſublata differentia, forma tollatur. Ex quo fit, ut ſpecie priora ſint & antiquiora. Atque etiam notiora eſſe ex hoc intelligi poteſt, quòd cognita ſpecie genus & differentiā cognoſci neceſſe eſt. qui

Notius omnino.

Notius nobis.

Præſtantius eſſe rem ex prioribus, quàm ex poſteriorib. cognoſcere.

Recta definitio ex ijs quæ nota ſunt omnino.

A enim hominem nouit, etiam animal & bipea nouit. at cognito genere, aut cognita differentia, nō neceſſe eſt ſpeciem eſſe cognitam, ita ſpecies minus nota & perſpicua eſt. Iam uerò ita fiet, ut ij qui definitiones eiuſmodi ueras eſſe cōfirmant, quę ex ijs cōſtant quæ cuiq; perſpicua ſunt & nota, multas eiuſdem rei definitiones eſſe fateātur. Nam quoniam alia alijs, nec eadem omnibus notiora ſunt, una cuiq; & alia aſsignanda erit definitio: ſiquidem definitio ex ijs quæ cuiq; planiora ſunt, & notiora, conſtitui debet. Præterea eidem alia aliàs magis aperta uidentur. nam à primo ortu, ea quæ ſub ſenſum cadunt: ubi autem acriori ſunt iudicio, cōtrà. Ita ne eidem quidem ſemper eandem definitionem dare debent ij, qui definitionem rebus, quæ cuique magis perſpicuæ ſint, tractari uolunt. Ex quo perſpicuū eſt, non ijs talibus, ſed ijs quæ omnino clariora ſunt, rem eſſe definiendam: quippe cum ita demum una & eadē ſemper ſit futura definitio. Ac fortaſſe quod omnino & ui ſua notum eſt, non omnibus perſpicuum eſt, ſed ijs demum qui bene animo conſtituti ſunt. quemadmodum id etiam quod omnino ſalubre eſt, ijs ſalubre eſt quorum bene affectum eſt corpus. Tractari ergo hæc debent omnia accuratè & ſubtiliter: adhiberi autem in diſputationibus pro rerum uſu. Sed conſenſu omnium euerti definitio tum poteſt facillimè, cum nec omnino perſpicuis & notis, nec ijs quæ nobis nota ſunt explicabitur. Ac una quidē ratione ita intelligetur nō eſſe perſpicuis traditam & apertam definitionem, ſi poſterioribus (quemad-

B modū ſuprà dixi) priora declarabuntur. Alia autem ratione, ſi eius rei quæ ſtabilis & certa eſt, incertis & mutabilibus nobis ſtatuetur definitio: quippè cū prius ſit & clarius quod ſtabile & certū eſt, quàm quod incertū & mutabile. Ad probandum autem non conſtare ex prioribus definitionem, tribus ex locis argumēta ſumentur. Primus erit, ſi contrarijs contrarium definiendo aperietur. ut, ſi bonū malo definiatur: ſimul enim naturę ordine ſunt contraria, & quibuſdam eadem ars in utroq; uerſari uidetur. ex quo fit, ut alterū altero nō ſit notius. Sed tamen illud ignorare nō debemus, quædā eſſe quæ aliter definiri non poſſint: cuius generis eſt duplum, quod ſine ſimplo definiri non poteſt: itemq́; omnia quæ per ſe cū aliquo conferuntur. nā cum eorum omnium uis & natura idem ualeat, quod ad aliquid quodāmodo affectum eſſe, profectò utrunq; ſine altero cognoſci non poteſt, ut neceſſe ſit alterum in alterius definitione contineri. Ac ſunt cognoſcēda illa quidem eius generis omnia, eisq́; in his (ut res feret) ita utendum eſt. Alter locus nobis argumenta ſuppeditabit, quando in definitione aliquid adhibetur quod idem ualet quod res quæ definitur: id quod obſcurum eſt tum, cū non eodem uerbo utuntur, quod eſt rei quæ definitur. ut ſi ſolem, aſtrum die perſpicuum definiant: qui enim diei uocabulo utitur, etiam ſolis utitur. Vt autem hæc manifeſtò deprehendantur, pro nomine definitio ſumenda eſt, hoc modo: Dies eſt ſolis motus ſuper terrā. ſic enim perſpicuū erit, eum qui motus ſolis ſuper terram dixerit, etiam ſolem nominaſſe: ut ſolis nomine uſus ſit, qui

Notiora omnino, quibus.

An ex prioribus ſit definitio, loci tres.

Ex contrarijs. I.

II. Ab eo quod idē ualet.

A differētia diuiſionis 111.

diei uſus fuerit. Alter locus eſt, quando eo quod in eadem diuiſione numeratur, alterum eiuſdē generis definitur: ut ſi quis imparem numerum definiat, qui parem uno uincit. Sunt enim ſimul ordine naturæ ea, quæ ex eodem genere diſtribuuntur in partes: cuiuſmodi ſunt impar & par, quæ numeri ſunt differentiæ. Quod item fiet, ſi ſuperiora inferiorib. definiēdo aperiātur. ut ſi par numerus definiatur eſſe qui bifariam diuiditur, aut bonum habitus uirtutis. nam & bifariam à duobus quæ ſunt paria ductū eſt, & uirtus quædam eſt pars bonorū: ita hæc illis ſubiecta ſunt. neceſſe eſt etiam, eum qui eo quod infra eſt utatur, etiam ſuperiore uti: cum præſertim qui uirtutis nomen uſurpat, boni etiam nomē uſurpet. quandoquidem uirtus in numero bonorum habetur. Itemq́ue is qui bifariam dicat, pari utitur: quoniam illud bifariā, aliquid in duas partes diſtributum declarat, & duo paria ſunt. Atque hic quidem locus unus eſt, ut generatim dicam, ex quo ad docendum definitionem non prioribus & magis perſpicuis eſſe illuſtratam, argumenta ducentur, cuius partes erunt ſuperiores.

Secūdus locus ex genere.

Secundus locus erit, quando res quæ definitur ex aliquo eſt genere, neq; in genere ponitur. qui error in iis omnib. uerſatur, in quib. nō ponitur genus definitiōis. ut ſi quis corpus definiat, id quod habet tres dimenſiones: aut hominem, id quod rationem numerorum tenet: is non dicit quid eſt quod habet tres dimenſiones, quæ eſt magnitudo, & quid eſt quod ſcit numerare, quod eſt animal.

Generis locus in definitione.

Genus autem quid res ſit declarat, & primū eorum quæ in definitione dicuntur collocatur. B Idem fiet, ſi res quæ definitur in multis dicatur, neq; ad omnia pertineat definitio. ut ſi quis grāmaticā definiat, artē eſſe ſcribendi id qđ dictatur & profertur. deeſt enim & legendi: quandoquidem non potius ſcribendi, quàm legendi eā artē tradidit is, qui eam definiuit. ut nō qui alterum, ſed qui utrunq; dixerit, definiſſe uideatur: ſiquidem eiuſdem rei multæ definitiones eſſe nō poſſunt. Ac in nonnullis quidem hoc uerè dicitur quod expoſitum eſt, in quibuſdam uerò non itē: cuius generis ea ſunt omnia, in quorum utroq; nō per ſe res quæ definitur cernitur. quemadmodum medicina in morbo & in ualetudine uerſatur, quorum in ualetudine ui ſua & per ſe, in morbo temerè & caſu cernitur: præſertim cum omnino alienum ſit à medicina, morbū efficere atq; generare. Ita non uerius medicinam definiendo aperit is qui utrumq; complexus eſt, quàm is qui alterum, imò uerò deterius: quandoquidē quiuis alius morbū efficere poteſt.

Ex præſtantiori genere.

Proximus locus erit, quando non ad id quod præſtantius eſt, ſed ad id quod deterius, res quæ definitur accōmodatur, cum plura ſint, in quibus uis eius intelligatur.

Canon.

Omnis enim ars, uisq; omnis, ad id quod cōtinet præſtantiſsimū omniū referri uidetur. Rurſus, ſi res quæ definitur in proprio & accōmodato genere nō collocetur, argumenta ex his locis generis quos ſuprà expoſuimus, ducentur.

Ex remoto aut proximo genere.

Iam ſi quis ſuperiora genera definiendo dicat, non rectè definiet: ut ſi quis iuſticiam definiat eſſe habitum efficientem æquabilitatis, aut habitum qui ſuum cuiq; tribuit: is enim ita definiendo uirtu- A tem tranſilit. quoniam igitur iuſticię genus prętermittit, uim eius & naturā non explicat: quippe cū cuiuſq; rei uis ſit cū genere coniuncta. Hic autem locus idem ualet quod ille. Non in proximo genere aliquid collocare. Qui enim in proximo genere numerarit aliquid, is ſuperiora dixit omnia: quādoquidem in inferioribus ea quæ ſuprà ſunt, intelliguntur. Quocirca aut proximum genus in definitione uſurpandum eſt, aut generi quod ſuprà eſt, adiungendæ ſunt differentiæ omnes, quibus uicinum genus definiatur. Sic enim nihil prætermittetur, exprimeturq́; oratione inferius genus pro nomine. At qui ſuperius genus ſolum dixerit, nō etiam inferius explicat. ueluti, qui plantam dicit, nō etiam arborem declarat.

A differentia.

Rurſum in differentijs eodem modo uidendū eſt, an generis differentias definiendo explicarit. nam ſi rem aliquā non ſuis proprijs differentijs definierit, aut etiam aliquid dixerit eiuſmodi, quod nullius rei differentia eſſe poſsit, ut animal, ut ſubſtantiam: is rē non definierit. Atq; etiam illud uidendum eſt, ſit ne aliquid quod diuiſum quaſi ex altera parte differentiæ quę propoſita ſit, reſpōdeat. ſi enim non ſit, profectò quę data eſt, non erit generis differentia: quandoquidem in differentias, quæ diuiduntur ex cōtrarijs partibus, genera omnia tribuuntur: ut animal in terrenum, & pennigerū, in aquarile & bipes. Aut ſi eſt differētia qua ex altera parte genus diuidatur, nec de genere uerè dicatur, perſpicuum eſt neutram generis eſſe differentiam, præſertim cū omnes differentiæ, in quas genus tribuitur, de B proprio & ſuo genere uerè dicantur. Itemq́; ſi uerè illa quidem dicatur, neq; adiecta generi ſpeciē efficiat, profectò non erit generis hæc talis, ſpeciei procreatrix differentia: quippe cum ſpeciei effectrix differentia ſpeciem procreet, ſi cum genere iungatur. Quòd ſi hæc in differentijs nō numeretur, nec ea quidem quæ prolata eſt: quādoquidem in hanc etiam genus diuiſum eſt.

A negatione diſtributi.

Illud etiam conſiderandū eſt, an in negationem genus ſit diſtributum. Quod ij faciunt, qui lineam definiunt longitudinē eſſe latitudine carentem. nam cum nihil aliud indicet, niſi quòd non habet latitudinē, ita fiet, ut genus definitiōis formæ ſit particeps. quandoquidē longitudo omnis aut caret latitudine, aut habet latitudinē: & de rebus omnibus aut aientis aut negantia uerè dicuntur. ita longitudo cum lineæ genus ſit, aut non habebit, aut habebit latitudinē. Atqui longitudo non habens latitudinem, ſpeciei ratio eſt. itemq́; habēs latitudinē, pręſertim cū quod latitudinis expers eſt, & particeps, ſint differentiæ: ex differentia autē ac genere ſpeciei conſtat ratio & definitio: ita genus ſibi formæ definitionē uendicabit. Itēq; differentiæ, quandoquidē altera differentiarū quas expoſuimus, de genere dicitur neceſſariò. Hic autem locus ualet cōtra eos, qui ponunt ideas eſſe. Si enim non eſt ipſa longitudo, quónam tandem pacto de genere dicatur, quod aut latitudine caret, aut latitudinis eſt particeps? Debet enim alterum modò eorum de omni longitudine dici, ſiquidem futurum eſt ut uerè de genere dicatur. Quod ita tamē non ſit, cum ſint lōgitudines quę latitudine careant, & quæ habeant latitudinem.

Ergo

Ergo hic locus contra eos ſolos ualebit, qui genus unum numero eſſe contendunt: quod ij faciunt, qui ideas ponunt. nam & ipſam longitudinē, & ipſum animal uolunt genus eſſe.

Quando neceſſaria negatio in definiēdo.

Quanquā in quibuſdā definiendis negatio adhibenda eſt neceſſariò, cuius generis ſunt priuationes. cæcū enim eſt id quod aſpectum non habet, tum cū ei eſt aptus natura. Nihil autem intereſt, negatione res definiatur, an affirmatione eiuſmodi, cui neceſſe ſit negationem ex altera parte in diuidēdo reſpondere. ut quis longitudinem, quæ latitudinē habeat, definiendo dixerit. Quod enim habet latitudinem, ei quod ea caret, cum in eas quid diuiditur, reſpōdet, præterea nihil. Ita rurſus in negationem genus tribuetur.

A ſpecie pro differentia.

Illud etiam uidendū eſt, ſpeciémne definiendo pro differētia dixerit. quod faciunt ij qui conuicium, contumeliā cum irriſione definiunt: nam cum irriſio quædam ſit contumelia, fit ut non differentia, ſed ſpecies ſit irriſio.

Ex genere pro differentia.

Iam illud etiam, an genus pro differentia definiēdo poſuerit: ut ſi quis uirtutem, habitum bonum definiat. eſt enim bonū uirtutis genus: niſi fortè non genus bonum eſt, ſed differentia. ſiquidem uerum eſt illud, non poſſe idē in duobus generib. numerari, quin unum altero contineatur. neq; enim bono habitus, neq; habitu bonum continetur: quandoquidem non omnis habitus bonus eſt, neq; omne bonum habitus. Ita utrūq; eſſe genus nullo modo poteſt. Quod ſi habitus uirtutis genus eſt, profectò bonō non uirtutis genus, ſed differentia eſt. Præterea habitus quid ſit uirtus declarat: bonum autē nō quid ſit, ſed quale, indicat. Atqui quale quid ſignificat differentia, uidendum etiā eſt, an quid non quale quid, quæ data eſt differentia, declaret: quoniā qualitatem omnis differētia declarat.

Ab accidente pro differentia.

Atq; etiā, fortène ac temerè rei quæ definiatur differentia conueniat. ut enim nullum genus, ſic differentia nulla in ijs numeratur, quæ temerè & caſu rei cōueniunt, præſertim cum alicui conuenire, & nō conuenire, non poſsit differentia.

Si de genere differentia.

Iam ſi de genere dicatur differentia aut ſpecies, aut aliquid eorum quę ſpeciei ſubiecta ſunt, nulla definitio eſt. nihil enim eorum quæ enumerata ſunt, de genere dici poteſt, quandoquidem in pluribus genus quàm omnia reperiatur.

Si de differentia genus.

Quod idē fiet, ſi de differentia genus dicatur: cum præſertim non de differentia genus, ſed de ijs de quibus differētia, dicatur. ueluti animal in homine, boue, cæteriſque terrenis animalibus dicitur, non in ea differentia quæ de ſpecie dicitur. Si enim de ſingulis differētijs animal dicetur, certè multa animalia de ſpecie dici poterunt, cum præſertim de ſpecie differentia dicatur. Præterea iſto pacto aut in formis, aut in indiuiduis, omnes differētiæ numerabuntur, ſi quidē animalia eſſe ponantur. quandoquidē omne animal uel ſpeciei uel indiuiduorū nomen obtinet.

A ſpecie & indiuiduis.

Similiterq; conſiderandum eſt, an ſpecies, uel aliquid eorum quæ ſubiecta ſunt ſub ſpeciem, de differentia dicatur. quod fieri nō poteſt, quandoquidem ad plura differentia quàm forma transfertur. Iſto etiam pacto fiet, ut inter ſpecies differentia numeretur, ſi quæ ſpecies de ea dicatur. Si enim de ea homo dicatur, certè homo eſt illa differentia.

A poſteriore quā ſpecies, differentia.

Illud etiam uidendum eſt, an ſpecies non ſit prior differentia. debet enim ut genus ſequi, ſic ſpecie antecedere differētia.

Ab alterius generis differentia.

Illud etiam, an alterius generis ſit differentia ea quæ producta eſt, quod quidem nec contineatur, nec contineat. neq; enim uidetur duobus generibus data eadem differentia, quorum alterum ab altero minimè continetur. Sin ſecus, profectò illud etiam fiet, ut eadem ſpecies in duob. generibus ſit, quorum unum non contineatur ab altero. Ex differentia enim genus concluditur, ut ex terreno & bipede animal. Ita fit, ut in quo differentia, etiam genus utrunq; dicatur. Ex quo perſpicuū eſt, formam in duobus generibus eſſe, quorum unum altero non comprehendatur. niſi fortè nō omnino fieri non poteſt, ut eadē differentia duorum ſit generum, quorum neutrum alterum contineat: ſed adiungendum eſt, quorum utrunque eidem minimè ſubijcitur. Nam terrenū animal & pennigerum animal, genera ſunt, quorū neutrum alterum complectitur, quorum utriuſq; bipes differentia eſt: ita addendum illud eſt, quorum utrunq; ſub idem genus non ſubijcitur. hęc enim duo animali ſubiecta ſunt. Illud etiam perſpicuum eſt, non neceſſariò ex omni differentia ſuum concludi genus: quandoquidem eſſe duorum generum, quorum unum altero non continetur, eadem poteſt: ſed ſolum alterum neceſſe eſt ex ea concludi & probari, eaq; quæ ſuprà ſunt omnia: quemadmodum animal pennigerū uel terrenum ex bipede concluditur.

A loco, in quo pro differētia.

Videndum etiam, an id quod alicubi quid eſſe ſignificat, pro differentia poſuerit. neq; enim inter ſubſtātiam & ſubſtātiam hoc intereſt, quòd alicubi ſit. Itaq; eos qui animal in terrenum & aquatile partiuntur, reprehendunt: propterea quòd terrenum & aquatile in aliquo eſſe declarant. niſi fortè in his non iure reprehendunt. neq; enim in aliquo eſſe, aut alicubi aquatile & terrenum, ſed quale quid indicat: præſertim cum ſi ſit in loco ſicco, tamen æquè aquatile: & ſi in humido loco, terrenum, non aquatile ſit, futurum. Sed tamen hoc perſpicuum eſt, ſi quid eſſe in aliquo ſignificet differentia, in ea exponenda & explicanda peccari.

A perturbatione, pro differētia.

Præterea uidendum eſt, an perturbationē in differentia numerarit. Omnis enim perturbatio amplificata, ex ſtatu ſuo naturam dimouet: ex quo genere non eſt differentia. Magis enim ſtatum eius, cuius eſt differentia, differentia conſeruat: neq; fieri poteſt omnino, ut ſine ſua quicq; differentia permaneat: ſublata enim terreni differentia, eſſe homo nullo modo poteſt. Quib. autē (ut omnia ſemel complectar) cōmutatur id in quo ea ſunt, eorū nihil illius differētia eſt: quandoquidē omnino eiuſmodi amplificata, naturā è ſtatu ſuo dimouent. Quapropter qui talem aliquam differētiam dederit, in eo peccauit: quoniam in differētijs non cernitur cōmutatio, quæ alteratio ſolet appellari.

A differētia relati, ſiue à generis diſtinctione.

Iam ſi quis definiēdo aliquid eorū quę cum aliquo conferuntur, non cōſtituerit differētiā quæ ad aliud aliquid referatur, errabit. Eorū enim quę cum aliquo conferuntur, tales etiā debent eſſe differētiæ. Quod in arte perſpici poteſt, cuius differētiæ ſunt, ut una ſit cognitiōis, altera actionis, tertia effectionis: quę ad aliud referūtur omnia. nam cognitio & actio & effectio intelligi

non

Ab accidente relatorum.

non poſſunt, quin alicuius res eſſe dicantur. Illud etiam conſiderandum eſt, an ad id definitionem accōmodarit is qui rem definit, ad quod natura apta ſunt omnia quæ cum aliquo conferuntur. Sunt enim quędam, quibus ad id ſolum uti licet, ad quod natura aptum eſt unumquodq; eorum quæ cum aliquo conferuntur. ſunt quibua etiam ad aliud licet: ueluti aſpectu ad cernendum tantúmodo uti licet, at labro etiam quis hauriat. tamen ſi quis definiat, labrum inſtrumentú eſſe ad hauriendum, peccabit, quoniam ad id uon eſt natum et comparatú. Definitio auté illius, ad quod natum & inſtitutum eſt unumquodq;, hęc eſt, id ad quod prudens, quia prudés ſit, utitur, & propria cuiuſq; rei ara & ſcientia.

A poſteriore habitu.

Peccabit etiá definiendo, qui rei cui primùm conuenit, non accōmodat definitionem, quoties in plurib. intelligitur. ut ſi quis (exempli cauſa) prudentiam definiat, hominia aut animi uirtutem, non eiua partia animi quæ rationis eſt particeps. eſt enim prima ſedes prudentiæ in parte animi, quæ ratioue utitur: quòd quidē ex ea & animus & homo prudena eſſe dicitur.

Ab alieno ſubiecto.

Præterea ſi non eſt boc rei quæ definitur ſubiectum, cuius uel habitua uel diſpoſitio in definitione eſſe dicitur, uitioſe definiuit. Omnis enim affectio, omniſq; perturbatio in eo ſita eſſe ſolet, cuius eſt affectio & perturbatio: quemadmodum ats in animo, cuius eſt affectio, ſita eſt. Interdum autem in bis ipſis peccatur, uelut ab ijs qui aiunt ſomnum eſſe ſenſus imbecillitatem: & dubitationem, æqualitatem rationū contrariarú: & dolorem, diſcordiam partium cōiunctarum natura, uehementiore motu exercitatam. Neq; enim ſomnua ineſt in ſenſu, quod neceſſe eſſet, ſi eſſet ſenſus imbecilliras. Itemq; ne dubitatio quidem in contratijs rationibus ineſt, nec dolor in cōiunctis natura partibus. dolebút enim res inanimæ, ſiquidē dolur eis aderit. Atq; etiam illa ex eo genere ualetudinis definitio eſt, apta compoſitio caloris & frigoris. ſic enim neceſſe erit ualere res calentes & frigidaa. nam cú cuiuſq; rei apra compoſitio in illis ſit, quorú eſt apta compoſitio, certè in eia etiam ualetudo inſit neceſſe eſt. Præterea ita fiet, ut ij qui ſic definiunt, quod effectus eſt, efficiens eſſe dicant, aut contrà. neq; enim dolor diſſenſio partium naturae coniunctarum, ſed hoc eſt quod ad eum efficiēdum uim babet: nec imbecillitas ſenſus, ſomnua, ſed alterum alterius efficiens eſt. quippe cú aut propter imbecillitatem ſenſus ſomno opprimamur, aut propter ſomnum, ſenſuum munere non fungamut. Itemq; dubitationem afferre ſolet conttatiarum rationū æqualitaa. Cum enim in utranq; partem de aliqua re cogitamus, & paria ſunt momenta rationum, tú deniq; quid nobis agendum ſit dubitamus.

A tempore.

Iam omnium temporum habenda ratio eſt, ſicubi diſcrepent: ut ſi quis immortale animal, quod nunc non interit, definiat. ſic enim fiet, ut animal quod nunc interitua expers eſt, hoc tempore ſit immortale. niſi fortè in hoc id non eſt uerum: eſt enim ambiguū, nunc interitus eſſe expers aliquid. aut enim non interiſſe nunc ſignificat, ut uó poſſe interire hoc tempore: aut eſſe hoc tempore eiuſmodi, ut nunquam intereat. Cum igitur dicimus, hoc tempo-

A te interitus expers eſſe animal, non hoc dicimus, tale eſſe nunc animal: ſed, quòd nunquam occidere poſsit: hoc enim idem eſt quod immortale. ita minimè efficitur, nt id nunc tantū ſit immortale. Attamen ſicubi id accidat, ur quod oratione explicetur, hoc tempore inſit, aut ſuperiore: id autem quod nomine declaratur non inſit, nunquā idem erit. Vſus ergo huius loci talis eſt.

A deteriore oratione, ſiue à poteſtate.

Atq; etiá illud uidendum eſt, id ne quod definitum ſit, alia oratione, ac ea quæ allata eſt, aptius explicetur: ut ſi iuſticia definitur, poteſtaa ſuum cuique tribuens: iuſtua eſt enim potius, qui ſuū cuiq; uult tribuere, quàm qui id poteſt. Ex quo fit, ut nō ſit iuſticia, poteſtas ſuum cuiq; tribuens: alioqui iuſtua etiá eſſet, qui ſuum cuiq; tribuere poſſet.

Ex maiore & minore.

Illud etiam uitioſum eſt definiēdi genus, cum res acceſsionem recipit: id auté quod oratione explicatur, non recipit: aut contrà, cum id quod oratione explicatur recipit, res autem nō recipit acceſsionem. Aut enim utrunq;, aut neutrum capere debet: ſiquidem idem eſt quod oratione explicatur, & res ipſa.

Ex maiore nō ſimul.

Vitioſum etiam illud genus eſt, cum utrunq; acceſsionem illud quidem recipit, ſed nō ſimul: ut ſi amor cupiditas concumbēdi definiatur. cum enim is qui uehemētius amat, non magis concubitū appetat, fit ut non recipiat ſimul ntrunq; acceſsionem. quod quidem deberent, ſiquidem idem ualerent.

Ex duorum cōparatione inæqualí.

Quod idem fiet, ſi propoſitia duobus, de quo magis res dicetur, de eo minus dicetur oratio. ut ſi ignis definitur corpus tenuiſsimum: nā & flamma magis ignis eſt quàm lux, & corpua tenuiſsimum flamma eſt

B minus luce. atqui utrunque eidem magis conuenire deberet, ſiquidem idem ualerent.

Ab inæquali trium comparatione.

Vitioſum etiam eſt definiendi genus, ſi duobus propoſitis, unum utrique æquè conuenit, alterum non æquè, ſed alteri magis.

A gemina pro una definitiōe.

Item, cum duo ſunt ad quæ res quæ definitur pertinet, ſi utrunq; ad definiendum acceperit, quaſi ponens duas definitiones. ut ſi pulcbrum definiatur id eſſe, quod uel oculos uel aures demulceat: & id quod eſt, quod pati, uel facere quid poteſt. ſic enim ſimul idem & pulchrum erit, & non pulcbrum: itemq; idem erit, & non erit. quandoquidem qnod aures mouet ac demulcet, idem erit quod pulchrū. Itaq; quod non demulcet aures, idé ualet quod id quod minimè pulchrum eſt. Rebus enim iiſdem eadem data ſunt conttatia. Contrarium autem eſt pulcbro, id quod pulchrum non eſt: eique qnod ſenſum aurium ſuauitate quadam mouet, id qnod non mouet ſenſum aurium. Perſpicuū eſt igitut, idem ualete id quod non mouet aurea ſuauitate quadam, & id quod eſt non pulchrum. Si quid igitur eſt quod ſenſum oculorum moueat, non aures, id & pulchrum, & non pulchrum futurū eſt. eodemq; modo idem eſſe, & non eſſe, docetemus.

Ab eorum quæ definitio continet, definitione.

Iam uerò ſi orationes pro nominibus ſumamus, & generum & differentiarum, & eorum omnium quę definitio complectatur, an aliquid eorum diſcrepet, uidendum eſt.

LOCVS A RELATIONE PER *alios locos ducitur, in definitione.* Cap. III.

A relatis definitionis.

QVòd ſi res quæ definitur, in ijs ſit quæ cum aliquo conferuntur, uel per ſe, uel ratione generis,

generis, conſiderādum erit, an in definitione expreſſum non ſit id cum quo uel ipſa per ſe, uel generis cōmunione conferatur. ut ſi quis ſcientiā, opinionem immutabilem definiat, uel uoluntatem cupiditatem ab ægritudine uacuam. Eorū enim omnium quæ cum aliquo conferuntur, natura ad alterum refertur: quandoquidem uniuſcuiuſq; eorum quæ ex illo ſunt genere, natura illa ſit, ad aliquid quodam modo affectū eſſe. Debuit ergo ſcientia definiri, opinio de eo quod ſciētia cōtinetur: & uoluntas, boni cupiditas. quod item fiet, ſi grāmatica literarum ſcientia definiatur. Exprimēdum enim fuit definitione, cū quo ipſa, genúsue conferatur.

Ex medio & fine.

Illud etiam uidendum eſt, an alicuius eorum quæ cum aliquo conferūtur, nō ad finē directa ſit definitio: finis autē uniuiq; eſt quod optimū eſt, aut quò cætera omnia referuntur. Ita aut quod optimū eſt, aut finis, & extremū exprimi debet. ut cupiditatem, non rei quæ uoluptatē affert, ſed ipſius uoluptatis: quippe cum eius gratia etiam id quod eam efficit, expetamus.

Ab ortu & actione.

Videndum etiam eſt, id ne ad quod retulerit, in ortu uel actione conſiſtat: nihil enim eorū finis eſt. egiſſe enim, & ortum eſſe, finis potius nomen, quàm uel oriri, uel agere, obtinet. Quanquā non in omnib. rebus ita eſt. ferè enim omnes uoluptatem capere ex quaq; re malunt, quàm deſiiſſe capere: ita agere potius finē conſtituunt, quàm egiſſe.

A diſsimilitudine.

Iā in quibuſdā, ſi quāta qualiaq; ſint, & ubi fiant, itemq; cęterę diſsimilitudines minimè explicentur, uitioſa erit definitio. ut ſi nō ſpectatur, qualis & quantæ gloriæ cupidus ſit ambitioſus. nā quoniā omnes gloria ducūtur, non ſatis eſt ambitioſum dicere eum qui gloriæ ſit appetens: addendæq; ſunt differentiæ quas enumerauimus. itemq; ſi auarus definiatur, quāto ſtudio pecuniæ teneatur exponendū eſt: aut ſi impotens, quarū uoluptatum ſit, in quibusq; uerſetur. neq; enim ſi quis qualicunq;, & quauis uoluptate uincatur, is continuò impotens habēdus eſt: ſed is demū, qui certa quadā ſuperetur. Eiuſdē generis ſunt definitiōes & quæ noctē definiunt umbrā terræ, & quæ terræ motum motionē terræ, & quæ nubē aeris craſsitudinem, & quæ uentū aeris motionem. Addendū enim, quantū, & quale id ſit, & ubi fiat, & unde. Quod eodē modo de alijs eiuſdē generis iudicādū eſt. Qui enim quamuis differentiā prętermittit, is naturam rei non explicat. In id autē quod prætermiſſum eſt, omnis ſemper dirigi debet argumentatio. nō enim ſi quomodocūq;, aut quantùlibet terra mota ſit, cōtinuò terræmotus eſt: nec ſi aer quoquo modo, aut quiuis pellatur, uētus eſt.

A differentiæ defectu.

Eodē modo peccatur in appetitionib. definiendis, cum quod uidetur non adijcitur: in cæterisq; omnibus, in quib. illud adijciendū eſt. ut ſi uoluntas definiatur, appetitio boni: et cupiditas, appetitio rei quę uoluptatē efficit: nec addatur, eius quod bonum uideatur, aut eius rei quæ uoluptatem efficere uideatur. Sæpè enim ignorant ij qui cupiditate tenentur, bonum eſſe, aut iucundum eſſe, id quod cupiunt. ita non eſt neceſſe id eſſe bonum, aut iucundum, ſed modò uideri. debuit ergo eo pacto explicatio fieri. Quòd ſi ita, ut dixi, rem tradat & ſpectat, ad ſpecies impellendus erit is qui ponit

A ideas eſſe. neque enim idea eſt in ulla re quæ eſſe uideatur & appareat, & ſpecies ad ſpeciem referri uidetur: ut ipſa cupiditas ipſius iucundi eſt, & ipſa uoluntas ipſius boni. non igitur eius quod bonum eſſe uideatur, ipſa uoluntas erit: neque rei quæ uoluptatem afferre uidetur, ipſa cupiditas. abſurdum eſt enim, eſſe aliquid ipſum bonum apparens, aut iucundum.

Ex cōiugatis, & contrarijs.

Iam ſi habitus definitio explicetur, ex eo in quo eſt habitus, ducetur argumentum: & ſi eius in quo eſt habitus, ex habitu. itemque in cæteris talibus: ut ſi id iucundum dicatur quod prodeſt, etiam qui uoluptate afficitur, adiuuatur. In definitionibus autem eius generis ſit, neſcio quomodo, ut is qui rem definiendo aperit, plura uno definiat. qui enim ſcientiam definit, quodammodo etiam definit ignorationem: itemq; quod doctum et indoctum eſt, ſcire & ignorare. ſi enim primum planū fiat quodammodo, etiam cætera perſpicua fient omnia. Quapropter in his talibus ſi quid diſcrepet, ex his locis quos in contrarijs & coniugatis expoſuimus, argumenta ducemus.

A ſpecie relata.

Atque in ijs etiam quæ cum aliquo conferuntur uidendum eſt, an ad quod genus accōmodatum eſt, etiam ad illud aliquid relata ſit forma. ut ſi opinio cū eo quod opinabile eſt confertur, etiam opinio quædam cum quodam opinabili conferetur. Et ſi res multiplex ad ſubmultiplicem refertur, etiam quædā multiplex ad quandam & certam ſubmultiplicem referetur. Si enim non ita explicata res eſt, profectò uitioſa erit definitio.

A definitiōe cōtrarij relati.

Et illud uidendū, an contrarij explicata expoſitaq; ſit definitio cō-B traria: ut, ſit ne ſimpli definitio cōtraria dupli definitioni. ſi enim duplum eſt quod pari uincit, etiā ſimplum erit quod pari re uincitur.

Ab aduerſis.

Eadem eſt ratio eorum contrariorum quæ aduerſa dicuntur. Contrarij enim contraria erit definitio, una quadam contrariorum inter ſe connexione, hoc modo: Si id prodeſt quod bono afficit, etiam id obeſt quod malis afficit, aut quod bonis priuat. Alterum etiā eorum cōtrarium ſit eius quod prius dictum eſt, neceſſe eſt: quod ſi neutrum contrarium ſit eius quod initiò expoſitum eſt, certè neutra eorum quæ poſterius expoſita ſunt, eſſe contrarij definitio ullo modo poteſt: ita ne ea quidem quæ initiò data eſt, uerè & rectè fuit explicata & conſtituta.

A priuatione.

Quoniamque contraria ſunt quędam quæ alterius priuatione dicuntur, ut inæqualitas æqualitatis priuatio uidetur eſſe, inæqualia enim ſunt quæ non ſunt æqua & paria: profectò id ſemper quod priuatione dicitur, altero contrario definitur neceſſariò, alterum non etiam neceſſe eſt illo quod ex priuatione nominatur, definiri. ſic enim fieret, ut utrunque ex altero cognoſceretur. Quare hoc uitium in contrarijs animaduertere debemus. ut ſi quis æqualitatem definiat id, quod inæqualitati contrarium eſt: definiendo enim aperit rem, eo quòd ex priuatione appellatur. Iam uerò neceſſe eſt, eum qui ita definiat, ea re uti quæ definiatur. Quod ita intelligetur, ſi cum nomine commutetur oratio. Quando enim nihil intereſt, inæqualitatem dicamus, an æqualitatis priuationem, certè erit æqualitas contrarium æqualitatis priuationi. Ita eadem re uſus eſt.

Quòd

A Quòd ſi neutrum contrariorum priuatione dicatur, eodemq; modo explicetur definitio, ut bonũ eſt, quod malo eſt conrrarium: certè malum erit, quod eſt bono contrarium. Eorum enim quę ita contraria ſunt, ſimiliter explicanda definitio eſt. Sic rurſus fiet, ut eam ipſam tem quæ definiatur, adhibeat in definirione, præſertim cum iuſit bonum in mali definirione: ita ſi bonum malo contrarium eſt, malum autem nihil refert dicás, an quod bono eſt couttarium, efficietur, ut bonum contrarium ſit eius quod bono contrarium eſt. Ex quo perſpicuum eſt, eodem uſum eſſe eũ qui ita definiat.

A priuantibus ſine ſubiecto.

Vitioſa etiã definitio eſt, cum ita aliquid eorum quæ priuãtia ſunt, aperitur: ut cuius ſit priuatio, uelùti habitusne an cõtraratij, an cuiuſuis, minimè explicetur. Quod idẽ fiet, ſi cuius aut in quo ſolet eſſe priuatio, nõ addatur omnino, an in quo primò ſoleat habitare. ut ſi quis ignorarionem priuationem eſſe dicat, nec addar priuationem eſſe ſcientiæ, aut non adiuugat, in quo uerſari ſolear: aut ſi adiungat, non dicat in quo ptimo id habitare ſolear: ut ſi quis non in ea parte animi quæ rationis eſt particeps, ſed in homine, uel in animo aliquid ſitum eſſe definiendo explicet. Si enim quiduis horum prætermiſerit, aberrabit. Eodemq; modo ſiquis cæcitatem, nõ aſpectus priuationem in oculis dixerit. qui enim uim & naturam priuationis accõmodatè apteq; explicare uult definiẽdo, is debet, & cuius rei ſit prioario, & quæ res priuetur, exponere.

A priuantibus falſis.

Illud etiam conſiderandum eſt, an priuatione explicetur, quod non numeratur in priuantib. Qui quidem error in ignotarione uerſari uidetur ijs, B qui nullam ponunt ignorationem, cuius natura ex negatioue intelligarut. Quod enim artis & ſcientiæ expers eſt, id ignorare minimè uidetur: ſed id demũ, quod errar & fallitur. Itaq; nec res inanimas, nec pueros ignorare dícimus. ita non priuatione ſcientiæ ignorantia dicitur.

Ex caſibus & coniugatis.

Iam illud uidendum eſt, an ſimilib. nominis caſibus ſimiles definitionis caſus reſpõdeanr. ut ſi id prodeſt, quod efficiens eſt ualetudinis, utiliter & accõmodatè ad ualetudinẽ efficiẽdam, etiam quod profuit, id ualetudinem efficit.

Ex idea, ſiue ſpecie ſempiterna.

Spectandum eſt etiã ex idea, ſit ne uera & propria quæ data eſt definitio: quandoquidem in quibuſdã id non reperiri cernitur. Quemadmodum Plato definit, adiungens animantiũ definitionibus mortale. Si enim idea eſt, certè non eſt mortalis, ueluti ipſe homo. ita ideæ minimè conueniet definitio. Omnino neceſſe eſt, ſi addatur id quod efficiens eſt, aut patibile in idea diſcrepare definitionẽ. impatibiles enim & immutabiles uidẽtur ideæ, ijs qui ideas defendũt. Quales definitiones cõtra eos ualent.

AMBIGVORVM LOCI PER *alios locos explicantur.* Cap. IIII.

Ab una ambiguorum definitione.

Vitioſum etiam genus definiendi eſt, ſi omnium eorum quę ambiguè dicantur, communis una definitio ſtatuatur. Cum enim ſynonyma ſint ea, quorum una eſt nomini congruens definitio: nullius certè eorum quæ nomẽ complectitur, propria definitio eſt, quandoquidem æquè omnibus homonymum conuenit. Quod uitium in uitæ definitione reperitur, quã Dionyſius tradidit, Motus uniuerſo eorum quæ nutriuntur generi natura inſitus. nec enim hæc oratio animanribus magis ineſt, quàm ijs quæ è terra gignuntur: cum interim uitæ non unum genus ſit, aliudq; uitæ genus animantibus, aliud ijs quæ è terra gignuntur, tributum eſſe uideatur. atq; fieri poteſt, ut quaſi de induſtria ſic definitionem uitæ explicemus, quaſi ſit ſynonymum uerbum, unumq; ſit genus uitę: ſed etiam nihil prohibet eũ qui homonymiam & ambiguũ perſpiciat, uelitq; alterius definitionem tradere, ita tamen facere, ut non propriam, ſed cõmunẽ utriq; ſtatuat definitionem. Sed tamen utrouis modo id fecerit, certè aberrabit.

Ab latenti homonymia.

Quoniam autem quędam homonyma obſcura ſunt, is quidem qui interrogat, eis pro ſynonymis uti debebit: non enim alteri, unius ſignificati conueniet definitio. Ita alter quodam modo definiſſe non uidebitur: quoniam in omnia conuenire debet ſynonymũ. idem autem ipſe ſi reſpondeat, ambiguũ debet diſtinguere.

Ab homonymi ignoratiõe.

Quouiamq; nonnulli eorum qui rẽ aliquam defendunt in diſputationibus, ſynonymũ ambiguum eſſe dicunt, quoties non conuenit in omnia quæ ſtatuta eſt definitio: & ambiguũ in ſynonymis ducunt, ſi utriſq; conueniat: antequam aggrediaris ad diſputationem, conuenire debet, qualia uelit ea eſſe qui reſpondet: aut ante ratiocinandum eſt, & concludendum ambiguum eſſe, aut ſynonymum, aut utrumlibet. Facilius enim concedunt ijs, qui quid ſequatur non prouident. Quòd ſi nõ conuenerit inter eos qui diſſerunt, & aliquis ſynonymum ambiguum eſſe dicat, propterea quòd ea definitio quæ data eſt, in hoc ſicut in illo minimè intelligatur: tum uidendum eſt, an huius in cætera conueniat definitio. Perſpicuum eſt enim, id ſynonymum cum reliquis futurũ: aut certè ſi illud ſit, nec tamen hoc cum alijs ſynonymũ ſit, plures erũt reliquorum definitiones. duæ enim nominis definitiones ad ea accõmodabuntur, & prior quæ data eſt, & poſterior. Rurſus, ſi quis quid eorum quæ multis modis dicuntur definiat, neq; in ea omnia quæ uerbum ambiguum complectitur, definitio conueniat, nec ambiguum tamen dicat, ſed nomen non omnibus conuenire, quoniam ne definitio quidem in omnibus reperiatur: contra eum afferre debemus, appellatione utẽdum eſſe ea quæ & tradita ſit, & ab omnib. recepta: nec illam æquũ eſſe infirmare, tametſi quædam ſint in quibus à uulgi conſuetudine diſcedendum eſſe uideatur:

Ab autoritate. tione.

Si autem alicuius eorum uerborum quæ coniuncta ſunt definitio ſtatuatur, detracta alterius eorum quæ copulata ſunt oratione, an reliqua ei quod reliquum eſt conueniat, uidendum eſt. Si enim ſecus, profectò ne tota quidem toti conueniet. ut ſi quis hoc totum lineã finitam rectã definiat, extremitatem plani habentis extremitates, cuius medium extremitatib. adiungitur: ſi finitę lineę hæc definitio eſt, extremitas plani quod habet extremitates: hęc reliqua debet eſſe recti definitio, cuius medium extremitatibus addatur.

A partis remo

Atqui linea infinita nec mediũ habet. nec extremitates, cũ interim recta ſit: ita nõ eſt eius quod reliquum eſt, reliqua definitio.

A uerborũ æqualitate in differentijs explicandis.

Vitioſum etiam definiendi genus eſt, cum id quod definitur copulatum

A pulatum eſt, eiq; attribuitur definitio eiuſmodi, quę æqualib. & parib. quaſi mébria reſpondeat. Definitio auté parib. membris refertur, cũ quor ſunt coniuncta, totidé etiam ſunt & nomiua & uerba in definitione. In his enim talibus ipſorũ nominuum, aut omuium, aut aliquorum mutatio facienda eſt neceſſariò: quandoquidem non plura ſunt hic, quàm prius, nomina. debetq; is qui definit, pro uominibus omnibua maximè: ſin minua, pluribus explicare definitioné. ſic enim ſimplicia uerba nunquam definiar is, qui uerbum tátum pro uerbo reddir: ut ſi pro ueſte tunicam.

A commutatione uerborũ obſcuriorum.

Vebementius etiam in definiendo errabit, ſi uerba magis dubia aſſumat. ur ſi pro homioe albo, terrigenam & mortalem candidum. neq; enim definiuit, cum minus apertum & perſpicuũ ſit, quod ita dictum eſt.

Ab eadẽ ſignificatione.

Atque etiam in cómutandis uerbia illud uidendũ eſt, an idem ſignificet uoa atq; altera oratio. ut ſi quis arté quæ rem animo cernit, defiuiat opiniouem, quæ rem animo cernir, & cootemplatur. opinio enim nõ eſt idem quod ars & ſcientia: quod quidem deberet, ſi modò rorum idem ſit fututum. nam quod animo rem cernit & coutemplatur, io utraq; oratione eſt: quod reliquum eſt, diuerſum eſt.

A generis permutatione.

Iam ſi quis alterum uerbum cómutet, ueq; differentiam, ſed genus commuret, uitioſa erit definitio. Quod in exemplo, quod modò protuli, cernere licet: hoc euim rotum, quod rem animo cernit & córemplatur, uerbo artia obſcuriua eſt: quoniá hoc genus eſt, illud differeotia: & genus, quouiam latiſaimè patet, omnium eſt claſiſaimum & planiſaimũ. Ergo non genus mutaudũ fuit, ſed differéria, quandoquidem obſcurior eſt. niſi fortè ridicula hæc reprehenſio eſt: præſertim cum nihil prohibear differentiam notiſsimo uerbo ſignificari, genus non item. Quæ cum ita erunt, certè geoeria, nou differentiæ nomeu murandũ erit.

Ab orationis pro nomine cõmutatione.

Quòd ſi quis non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine mutet, profectò magis differentiæ, quàm generis explicanda definitio eſt: quandoquidé rei illuſtrandæ & cognoſcendæ gratia definitio traditur, & minus nota differentia quàm genus eſt.

A definitione communi.

Si uerò differentiæ definitionem explanarit, an ad aliquid aliud definitio transferatur, uidendum eſt. ur ſi numerum imparem dicat, numerũ qui medium aliquid habet: exponendũ eſt, quémadmodum medium habeat. nam & numerus in utraq; oratione eſt, & imparis uerbum in definitiooe mutatum. atqui mediũ aliquid & linea & corpus habeur, cum non ſint imparis. non igitur propria eſt illa imparia definitio. Quòd ſi multis modis dicatur id quod mediũ aliquid haber, diſtinguendum eſt, quemadmodum medium cóplectatur: ita aut refelletur, reprehenderurq; definitio, aur uitioſa eſſe cócludetur.

A diuerſo ſubiecto.

Præterea uitioſa etiam erit, ſi id cuius definitio ſtatuitur, in ijs quę ſuot numeretur: quod auté definitioni ſubijcitur, non numeretur. ut ſi quis, exempli gratia, rem albam eſſe dicat, colorem cum igne permixtum. Neq; enim quod expers eſt corporia, permiſceri poteſt com corpore. ita color permixtus & confuſus cum corpore nullus eſt: & aliquod album eſt.

A relatis indefinitis.

Iam ij omnes qui nou diſtinguunt in ijs quæ cum aliquo conferunrur, id cum quo cóferuntur, pluraq; complectuntur dicédo, aut omnino, aut quadam ex parte, uitioſe definiunt. ut ſi quis, exempli cauſa, medicinam dicat artem eſſe eiua quod eſt. nam ſi nulliua eorũ quæ ſunt medicina ars eſt, certè uitioſa falſaq; eſt omnino definitio. ſin alicuiua eſt, alicuius non eſt ars, quadã ex parte falſa eſt. debet enim eſſe omnium, ſiquidem per ſe non temerè & caſu eorum quæ ſuut eſſe dicitur: id quod in cæteris quæ cum aliquo conferuntur, perſpici licet. Quicquid enim ſcientia & arte continetur, cum ſcientia & arte confertur. Eadem eſt cæterorum ratio: quandoquidem quæ cum aliquo conferuntur, reciprocantur omnia. Omoe enim quod arte continetur, in ija eſt quæ cum aliquo cooferuutur. Præterea ſi is qui non per ſe, uerùm fortuirò & caſu rem explicat, rectè explicet & aperiat definiendo. non cũ uno, ſed cum pluribus unumquodq; eorum quæ cũ aliquo conferuntur, cóparabit. Nihil eoim prohibet eandem rem & eſſe, & albam & bonam eſſe. Iraq; ut cum quouis eorum collatum quid definiat, rectè definierit, ſi modò is qui re aduentitia temerè rem aliquá explanat, rectè explanar. Poſtremò hæc talia definitio propria rei quæ explicata eſt & data, eſſe non poteſt. neq; enim medicina ſola, ſed pleræque etiam aliæ artea in rebus quæ ſunt, uerſantur: ita unaquęq; ars in eo quod eſt, uerſabitur. ex quo perſpicuum eſt, hác ipſam nullius artia eſſe definitionem: præſertim cum propria, non cómunis definitio eſſe debeat.

A perfectione, & habitu.

Sed interdum nõ rem nudam, uerùm rem quæ in eo geoere perfecta eſt definiunt. quo ex genere ora-B toris & furis definitio eſt: ſi orator is eſt, q quod in quaq; re ad faciendam fidem ualet, perſpicere poteſt, neq; quicquam eorũ prætermittit: & fur, is qui clam accipit. perſpicuũ enim eſt, eum qui talis eſt, qualem hę definitiones deſcribunt, perfectum & oratorem & furem eſſe. Neq; enim fur eſt qui clam ſumit, ſed qui uult clá ſumere.

A fine medio, ſiue ex cauſſa deteriore.

Rurſus uitioſa erit definitio, ſi id quod per ſe expetédum eſt, ut ad agédum faciendúmue impellens, aut quiduis propter aliud expetendum, explicetur. ut ſi iuſticia legum cuſtos, uel ſapientia beatæ uitæ effectrix definiantur. Efficientia enim & cóſeruantia in rebus ſunt, quæ propter aliud experuntur. Et quanquam nihil prohiber, id quod propter ſe experitur, etiam propter aliud eſſe expetendũ: tamé iu eo peccatur, ſi quia ita id quod propter ſe expetendum eſt, definiat. Nam cum in cuiuſque rei ui & natura explicanda optimum quicq; adbibédum ſit: id autem quod propter ſe expetitur, ei quod propter aliud anteponatur, fit ut illud ipſum poti⁹ ſignificare debeat definitio.

LOCI EX TOTO ET PARTI- *bus, ad definitiones accõmodantur.* Cap. V.

A partium repugnantia.

Atque etiam illud conſiderádum eſt, isne qui aliquid definir, hoc & illud eſſe, au ex hoc & illo eſſe, ao hoc cum illo eſſe definiat. nam ſi boc, & illud eſſe definiat, fiet, ut & utriq; conueniat, & neutri: ut ſi quis, exempli gratia, iuſticiam definiat temperantiam eſſe & fortitudinem. nam ſi duo ſint, quorum uterq; altero ſir præditus, uterq; & neoter iuſtus erit: quádoquidem ambo iuſticiam habent, & uterq; nõ habet.

bet. Quòd ſi hoc non uidetur admodum abſurdum eſſe, propterea quòd in alijs quibuſdã hoc contingit (nihil enim prohibet duos habere minam, & neutrum habere) at illud certè per abſurdum uidebitur, eiſdẽ contrarijs conuenire. Quod fiet, ſi eorum unus temperãtia & ignauia ſit prę-ditus, in altero fortitudo & intemperantia inſit. Vterq; enim iuſticiam & iniuſticiam habebit. Si enim iuſtitia eſt fortitudo & temperantia, iniuſticia etiam ignauia erit & intemperantia. Omninoq; omnia argumenta quæ ſumi poſſunt ad demonſtrandum, totum non eſſe idem quod partes, ad efficiẽdum id quod dictum eſt ualebunt: quippe cum is qui eiuſmodi definitionẽ ſtatuit & inducit, idem eſſe partes & totum confirmare uideatur. Aptiſſima autem omnium in hoc genere argumenta ducẽtur ab ijs, in quibus aperta & perſpicua partium compoſitio eſt: cuius generis eſt domus, & ſi qua ſunt ſimilia. Perſpicuum eſt enim, ſi partes ſint, nihil prohibere non eſſe totũ. Ita non ſunt idem totũ & partes. Si uerò res quæ definiatur non eſſe hoc & illud, ſed ex hoc & illo conſtare dicatur, primum uidendum erit, an unũ aliquid ex ijs ipſis minimè natura cõſtare queat. Quędã enim, ueluti linea & numerus, ita affecta ſũt inter ſeſe, ut nihil ex eis effici poſſit. Deinde, idne quod definitione apertũ eſt, in una re aliqua prima ſitum eſſe ſoleat: ea aut ẽ ex quibus ipſum conſtare ille dixerit, non in una re prima ineſſe ſoleat, uerum utrunq; in altero. Perſpicuum eſt enim ex ijs nunquam illud ex ijs conſtare poſſe, præſertim cum in quo partes, etiam totum neceſſe ſit exiſtere. ita non in una re prima totum, ſed in pluribus inerit. Quòd ſi & partes & totum in una re prima inſint, illud conſiderandum eſt, an non in eadem re, ſed in alia partes, in alia totum. Tum ſublato toto, an unà etiam partes tollantur & intereant uidendum eſt. Cõtrà enim effici debet, ut interemptis partibus, totum intereat: interempto uerò toto, non neceſſe eſt partes interire. Aut illud, an totum bonũ uel malum eſt, & partes neutrũ: uel contrà, partes in bonis aut in malis ſint, & totum in neutro. neque enim ex re ulla quæ nec bona nec mala eſt, aliquid quod bonum ſit aut malum effici poteſt: neque ex ijs quę ipſa mala ſunt, uel bona, fieri aliquid poteſt quod ſit in malis uel bonis. Aut, maiúſne altera pars bonum ſit, quàm altera malum: quod autem ex eis conſtare dixerit, non ſit maius bonum quàm malum. ut ſi, exempli gratia, impudentia ex fortitudine & falſa opinione conſtare dicatur, quorum fortitudo maius bonum eſt, quàm malum falſa opinio. Debuit igitur etiam id quod ex illis eſt, ex maiore eſſe cõſequens, & eſſe aut bonum omnino, aut maius bonum quàm malum. Quod non neceſſe eſt, niſi utrunque per ſe in bonis malíſue ducatur: quippe cum multa efficientia per ſe non ſint illa quidem bona: coniuncta autem & commixta cum quibuſdam, in bonis numerẽtur. Alia ſunt contrà, quorum utrunque bonum eſt: quæ ſi cõiunguntur, uel mala erunt, uel indifferentia. Quod autem poſterius dictum eſt, facillimè in rebus ſalubribus uel peſtilentibus perſpici poteſt. Quædam enim medicinæ eam uim habent, ut & utraque per ſe proſit: & ſi coniunctæ

Ex toto. *Ex partibus.* *Ex partib. unum non conſtituentibus.* *Ex ſubiecti cõſtantia & unitate.* *A ſubiecti ſiue totius disiunctione.* *A partium interitu.* *A diſsimilitudine totius & partium.* *A comparatione maioris.*

A mixtæq; adhibeantur, ſint obfuturæ. Iam illud quoque uidendum eſt, an ex meliore & deteriore parte aliquid conſtare dicatur, quorum meliore totum non ſit deterius, & deteriore præſtantius. An ne hoc quidem neceſſarium eſt, niſi per ſe ſint ea ex quibus illud concretum eſt, in bonis. nihil enim prohibet, totum in bonis non numerari: quòd in ijs quæ modò commemoraui, perſpici licet. Illud etiam, eodémne nomine totum & pars altera appellentur. non enim debent, ſicuti nec ſyllabæ quidem: nam ſyllaba nunquam eodem nomine appellari ſolet, quo elementa ex quibus conſtat. Vitioſum etiã eſt, rationem concretionis non exponere. Non enim ſatis eſt ad aperiendum declarandumq́ue aliquid, id ex his uel illis conſtare dicere, præſertim cum eorum omnium quæ concreta ſunt, uia & natura non ſit ex his uel illis conſtare, ſed hoc uel illo modo ex his uel illis effici. Id qđ animaduertere licet in domo. neque enim ſi quæ res quouis modo diſponatur, cõtinuò dom⁹ erit. Quòd ſi quid eſſe hoc cum illo definiat, primùm dicendum eſt, hoc cum illo aliquid eſſe, idem quod hoc & illud, aut quod eſſe ex hoc & illo ualere. Qui enim dicit aliquid mel cum aqua eſſe, is uel mel & aquam dicit eſſe, uel ex melle & aqua conſtare. Ita ſi utrumuis horum idem eſſe concedat quod eſſe hoc cum illo aliquid, eadem omnino ſumenda erunt argumenta, quæ ad utrunque refellendum ſuprà expoſuimus. Deinde diuiſione adhibita, quot modis aliquid cum alio dicatur eſſe, nullóne modo hoc cum illo ſit, uidẽdum erit. B ut ſi dicatur aliquid eſſe cũ alio, uelut in aliquo eodẽ ſubiecto: ueluti iuſticia & fortitudo in animo inſunt. uel in eodem loco, uel in eodem tempore, & nullo modo id quod quæritur de his uerè dicatur, profectò nullius erit propria & uera ea quæ ſtatuta eſt definitio, quandoquidem nullo modo hoc cum illo eſt. Sin diuiſione adhibita, quot modis aliquid cũ altero eſſe dicatur, uerè ſit in eodem tempore utrunq;, uidendum eſt, an utrunque minus ad eundem finem pertinere poſſit. ut ſi quis fortitudinem definiat, audaciam cum recta ratione: fieri enim poteſt, ut audacia prouectus ſit aliquid ſpoliãdi, cùm recta ratione ac intelligentia de rebus ſalubribus ſit prę-ditus. Atqui non habebitur fortis is, qui eodem tempore hac re cum illa ualebit. Iam uerò illud etiam, an ad idem utrunq; referantur, ut ad res medicas. nihil enim prohibet aliquã audaciam & rectam intelligentiam ad medicinã afferre: cum interim fortis non erit is qui hoc cum illo coniunxerit. neque enim ad diuerſa utrunq; eorũ referri debet, neq; ad quamuis eandem rem, ſed ad finem fortitudinis: qualia ſunt belli pericula, aut ſi quis alius magis ei propoſitus eſt finis. Sũt autẽ quædam, quæ nõ in eam quam expoſui cadant diuiſionem. ut ſi ira ægritudo eſt cum contemptus opinione: hoc enim declarat, ex opiniõe eiuſmodi naſci ęgritudinem. hoc autem ex illo naſci, nõ idem eſt quod hoc cũ illo eſſe, ullo genere eorũ quæ expoſita ſunt à nobis. Rurſus ſi quis definiẽdo, aliquarum rerũ concretionẽ, totum eſſe dixerit, ut corporis & animi concretionẽ eſſe animal: illud uidendũ eſt, an qualis ſit concretio explicatit,

Ex repugnantibus. *Ab homonymia.* *Ab indefinita concretione.* *A definitione confuſa.* *A diuiſione.* *A diſtinctis finibus partiũ.* *A totius et partium finibus diſtinctis.* *A partibus indefinitis.*

rit. ut ſi quis definiendo carnem uel os, dixerit A
eſſe ignis, terræ, aëriſq; concretionem. neq; enim
ſatis eſt cõcretionem dicere, ſed qualis ea ſit ex-
ponendum eſt: quandoquidem nõ ſi quouis mo
do hæc ipſa coaleſcant, continuò caro naſcitur:
ſed ſi hoc modo coaleſcant, caro: ſin illo modo,
os gignitur. Quanquam neutrum eorum idẽ ui-
detur eſſe quod concretio, præſertim cum omni
concretioni diremptio & diſſolutio contraria ſit,
Ex altero contrariorum. neq; ſit ulli eorum quæ expoſuimus. Iam ſi ęquè
probabile eſt, eſſe omne quod concretum eſt cõ-
cretionẽ, aut nullum: nullum autẽ animal, quo-
rum unumquodq; concretum eſt, concretio eſt:
ne ullum quidem eorum quæ concreta ſunt, cõ-
cretio erit. Præterea ſi pari ratione alicui conue-
nire natura ſua ſolent cõtraria, & altero rem de-
finiendo aperuerit aliquis: certè nõ uera erit defi
nitio: ſin ſecus, profectò plures eiuſdem rei defi-
Ad facultatem definiendi, præcepta. nitiones erunt. Qui enim hoc potius, quàm alte
ro, rem definierit, quandoquidem æquè in eodẽ
utrunq; reperiri ſolet? Ex quo genere eſt illa ani-
mi definitio, natura capax ſcientiæ. pari enim ra-
I. tione ignorationis eſt capax. Quòd ſi cui ad totá
definitionem euertendá nullum ſuppetat argu-
mentum, propterea quòd totum obſcurum eſt,
& abſtruſum, is ad partem aliquá, quæ nota erit,
& non rectè explicata uideatur, omnem argu-
mentationem dirigere debebit. euerſa enim par
II. te, tota etiam euertetur definitio. Quæq; obſcu-
ræ ſunt definitiones, eas ita omnes exquirere ac
conſiderare debemus, corrigendo & reſtituẽdo,
ut & aliquid lucis & argumentorum copiam aſ
feramus. neceſſe eſt enim eum qui reſpõdet, aut B
quod ab eo qui interrogat aſſumitur, approbare:
aut certè ipſum quod tandem definitione aperia
III. tur, exponere. Iam uerò quemadmodum in cõn
cionibus legẽ ſoliti ſunt ferre, quæ ſi melior ſit,
ſuperiorem abrogant: ſic in definitionibus faciẽ-
dum eſt, aliaq; inducenda eſt definitio. Si enim
uerior uideatur, magisq; id quod definitur decla
rare, certè euerſa erit prior: quandoquidem non
IIII. ſunt eiuſdem rei plures definitiones. Ad omnes
autem definitiones nõ minima in eo uia eſt, ſi id
de quo agitur, ipſe tecum cõſideratè definias: aut
definitionem quę rectè tradita & explicata ſit, aſ
ſumas. nam ut maior quædam nobis argumen-
torũ copia ſuppetat, neceſſe eſt quaſi exemplar,
& quid in definitionib. prętermiſſum ſit, & quid
redundet, intueri. Ac de definitionum quidem
locis hactenus.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM ſeptimum, Raphaëlis Volaterrani Eiſagoge.

*Libro ſeptimo de eodem & altero conſiderandum.
Unã & eæ, quæ de hoc dicuntur, ad definitionis pro-
blemata reducuntur. primùm ex caſibus & coniugatis &
ſubiectis. Si enim iuſtè & fortiter idẽ, & fortitudo quoq;
iuſtitiæ, & fortis iuſto idem fuerit. ſi minus primum, neq;
hoc ſecundũ. Rurſus ex efficientibus & corrũpentibus. Si
enim efficiens fœlicitatis idẽ efficienti ſanitatis, & corrum*

A *pens quoq; corrumpenti, & fœlicitas ſanitati idem. Etiã
ex accidentibus, ex his quæ fuerint alijs ſubiectis, alijs ue-
rò minimè. ut ſi quis dicat medicinalem & gymnaſticam
idem eſſe: uerùm huic accidit curare, illi uerò nequaquã,
non ergo idem. Si autem eadem accidentia utrinſq; ſubie-
ctis contingant, ſic dicatur. Album ſcientiæ idem, uerùm al
terum corpori, altera animo accidit: non ergo idem. Non
propterea, ſi quædam idem recipiunt accidens, inter ſe ea-
dem ſunt: ut bonum recipit & animal & planta, non tamẽ
& animal & planta idem. non etiam ſunt eadem, quorum
diuerſum eſt genus. Etiam ex magis, ſi hoc recipit magis,
hoc uerò minimè, uidelicet album & Socrates: licet idem
ſubiecto, non tamen ratione. Etiam quoniam multifariam
idem dicitur, & genere & ſpecie & numero, licet dicere
infirmanti, quòd ſecundum alium modum idem. Si autem
firmare uolumus idem, uel definitionẽ in monſtrando ean-
dem definitionem definito, primùm quidem oportet adſe
ramus, quod nulli uel pauci diſputantiũ de definitione ſyl-
logizant, ſed omnes principium tale accipiunt. Deinde
quod alterius eſt diligẽtiæ & tractatus, de ipſo reddere ra
tionem, id eſt metaphyſicæ. Nunc autem quantum ad præ-
ſentem pertinet uſum, idem dicitur. Etiã conſiderare opor
tet ex oppoſitis. ſi enim talis definitio huius et oppoſita op
poſiti. diſciplinæ enim contrariorum contrariæ ſunt. ui-
delicet, quoniam collectiuum nigri, diſcretiuum albi: com-
mune autem genus color. Eſt & ex magis, & ex ſimiliter,
quotieſcunq; recipit confirmare duo, & ad duo compara
B ta: ut ſi magis hæc huius definitio, quàm hæc huius. ſi mi-
nus, & magis: uidelicet minus uidetur definitio animæ, di-
cendo numerum eſſe ſeipſum mouentem: uel corporis, dicẽ
do eſſe eſſentiam triplicem dimenſionem. ſi minus uiſa eſt
animæ definitio, certè nec corporis. etiamſi ſimiliter locus
hic huius, & alter alterius, & reliquus reliqui. uidelicet
ſimiliter uidẽtur definitiones, ignis quidem corpus tenuiſ-
ſimum & aptum ſuprà ferri, & aëris corpus, non omnes
ſecundum locum motus, ſecundum naturam ſunt. Si unus
unius definitio, & alius alterius: unius autem definitio ad
duo comparata, uel duarum definitionem ad unum, nihil
utilis eſt magis cõſideratio. Neq; enim unum duorum, neq;
duo eiuſdem definitionis poſſibile eſt eſſe. ſunt autẽ oppor
tuniſſimi omnium locorũ ex caſibus & coniugatis, & op-
poſitis, & ex ſimiliter ſe habentibus: ut ſi ſalubre quod ſa-
nitatis effectiuum, & robuſtum effectiuum roboris. Item
ex magis & minus. nam ſi hoc magis quàm hoc definitio,
& quod minus eſt: eſt tamen ergo de quo magis. Illa præ-
terea communia, reſpicere oportebit ſingulas ſpecies, ſi cõ
grua ſit definitio. Multo enim facilius infirmare quàm fir
mare definitionem, quòd oporteat multa adducere ac re-
perire: quorum ſi unum tantum ruat, cætera infirmantur.
Sed & in genere & in proprio idem contingit, præter
quàm in particulari accidẽte, ubi facilior eſt firmatio, in-
firmatio uerò difficilior. firmans enim oſtendit accidere
alicui: at infirmans nulli, quod longè difficilius. Sed de fir-
matione & infirmatione problematum hæc in uniuerſum
dicimus, quòd infirmare quidem uniuerſalia facilè, firma-
re autem difficilè. Contrà uerò, infirmare quidem parti-*

cularia difficilè, & firmare facilè. uerbi gratia: dicit quis, omne animal maxillam inferiorem mouet: monſtrabit aliquis crocodilum, qui ſuperiorem mouet. & ſic firmauit non omnis, & omnis ſuſtulit. Sic & in particularibus aliquis per nullus infirmabitur.

IN EVNDEM TOPICORVM LIbrum ſeptimum, Angeli Politiani Argumentum.

HAbes in ſeptimo de eodem, & altero. Caſus hic, & ſeries, & contradictio, & efficientia, & deſtruentia perpenduntur. An cui alterum, idem & alterum. ſed & accidentia eorum, & quibus accidant: an idem prædicationis genus. an genus alteriusutrius non idem: an non eædem alteriusutrius differentiæ: an alterum magis admittatur, alterum reſpuatur. Sed & acceſſio, & deceſſio: & an ex ſuppoſitione aliquid competat: an ſubiectum alicubi à prædicato diſcordet: an iiſdem dicendis alius modus: an eſſe alterum ſine altero nequeat. Obijciat affirmans, raró à diſputantibus definitionem ratiocinando colligi. nam tradere exactam, diſciplinæ eſſe alterius. Sunt enim affirmantium & negantiũ non ijdem loci: difficiliusq; defenditur, quàm oppugnatur definitio.

IN EVNDEM TOPICORVM librum ſeptimum, Ioachimi Perionij Argumentum.

IN ſeptimo libro primùm de locis eius generis, quod de eodem & alio appellatur, Ariſtoteles diſſerit, quod genus attribuit in primo libro definitioni: tũ de locis qui ad probandam definitionem ualent. quoniam ſuperiore libro eos ſolum propoſuit, qui ualent ad eam refellendam: poſtremò hæc quatuor genera dicendi, quæ prædicata appellantur, id eſt, genus, definitionem, proprium & accidens, confert inter ſeſe, ut quod eorum firmiſſimã probationem, & minimã refutationem habeat, quod contrà probatu difficillimũ ſit, quod ad refutandum facillimum, intelligatur. Atq; hæc quidem eſt quaſi materies huius libri. De genere autem quod de eodem & alio ſeu altero dicitur, nonnihil in primo libro diximus: nũc qui loci in huius generis quæſtionem conueniant, dicamus: ut quid Cicero ab Ariſtotele mutuatus ſit, intelligatur. Cicero quidem in Topicis, extrema propè pagina, qui loci ad hanc quæſtionem accommodati ſint, exponit his uerbis. Sed uerba paulo altius repetẽda ſunt: Ad definitionem autem pertinet ratio & ſcientia definiendi. Atq; huic generi finitimũ eſt illud quod appellari de eodem & altero diximus: quod genus forma quædam definitionis eſt. Si enim quæratur, idémne ſit pertinacia & perſeuerantia, definitionibus iudicandum eſt. Loci autem conuenient in eius generis quæſtionem, conſequentes, antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus ijs qui ſumuntur ex cauſis & effectis. Nã ſi hanc rem illa ſequitur, hanc nõ ſequitur: aut ſi huic rei illa antecedit, huic nõ antecedit: aut ſi huic rei repugnat, illi nõ repugnat: aut ſi huius rei hæc, illius alia cauſa eſt: aut ſi ex alio hoc, ex alio illud effectum eſt: ex quouis horũ id de quo quæritur, A *idémne an aliud ſit, inueniri poteſt. Atque hæc quidem Cicero breuiter, ut omnia. Ariſtoteles autem copioſius hos tractat locos in hoc ſeptimo libro, quàm Cicero, quoniam cætera in primo, ut ibi oſtendi, perſecutus eſt.*

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER SEPTIMVS.

DE EODEM ET ALIO, SIVE *altero, deq; locis ad id ſpectantibus.* Cap. I.

NVNC, utrum id de quo agitur idem ſit, an alterũ, eo genere quod de eodem maximè proprium expoſui, dicendum eſt. Idem autem maximè propriè dixi, quod unũ eſt numero. Ac primus locus ſumitur ex caſibus, coniugatis, & contrarijs. Si enim iuſticia & fortitudo idem ſunt, iuſtus & fortis idem erunt, & iuſtè idem quod fortiter. Eadem eſt contrariorũ ratio. Nam ſi quæ eadem ſunt, eorũ etiam cõtraria eadẽ erunt, in quauis repugnãtia earum quas expoſui. nihil enim intereſt, huic an illi contrariũ ſumatur, quandoquidem eadem ſunt. Alter locus ex ijs ducitur, quæ uim habent efficiendi quid, uel interimendi: itemq; ex ortu & interitu, & uno nomine ex ijs in quibus eſt aliqua unius ad alterũ affectio. Quæ enim omnino eadem ſunt, eorum etiam origines & interitus ijdem ſunt, & ea quæ uim habent efficiendi, & ea quæ interimendi. B Atque etiam illud uidendum eſt, an quorum alterum maximè quiduis dicitur, eorum etiam alterum eodẽ modo dicatur maximè. Quemadmodum Xenocrates beatam uitam & rectã eandem eſſe docet: quandoquidem recta & integra uita, & beata, maximè una ex omnibus expetenda eſt: unum enim eſſe quod maximè expetatur, & quod maximũ ſit. Quod idem in cæteris eiuſdem generis contingit. Sed illud intelligendum eſt, utrunq; eorum quæ maximè expetenda eſſe, aut etiam maxima dicentur, unum numero eſſe oportere. Sin ſecus, eſſe idem non docebimus. non enim ſi Græcorum fortiſsimi ſint Peloponneſij & Lacedæmonij, continuò Peloponneſios & Lacedęmonios eoſdem eſſe neceſſe eſt: quandoquidem non unus numero eſt Peloponneſius & Lacedęmonius. ſed unum alterum complectatur neceſſe eſt, quemadmodum Lacedæmonios Peloponneſij: aliter enim fiet, ut ſi alteri alteros non complectantur, ipſi inter ſe meliores ſint. nã neceſſe eſt Lacedæmonijs meliores eſſe Peloponneſios, ſi alteri alteros non complectantur. ſunt enim cęteris omnibus præſtantiores. Itemque Peloponneſijs anteponuntur Lacedæmoij, quoniam ipſi cæteros uincunt. ita fiet, ut alteri alteris præſtantiores ſint. Perſpicuum eſt igitur, unum numero eſſe oportere id quod optimum & maximum dicitur, ſi futurum eſt ut idem eſſe doceatur. Itaque Xenocrates non demonſtrauit, quandoquidem non eadem numero eſt beata & recta uita. non igitur neceſſe eſt eandem eſſe uitam, quòd utraque expetenda ſit maximè, ſed alteram ab altera contineri. Rurſus uidendum

Ex coniugatis, caſibus & contrarijs.

Ex cauſis.

Ab eodem numero.

Ex conſequentibus.

dum eſt, dnob.propoſitis, ſi quid & onom eorũ idem ſunt,an etiam id & alterum idem ſunt. ſi enim ambo oon idem ualent, quod aliquid quod idem eſt, profectò eadem ipſa oon erunt. Iam ex attributis retum, & ijs tebus quibus hæc ipſa attributa ſunt, ducenda ſiint argumenta hoc modo: Doobus ptopoſitis, quæ uni attributa ſunt, eadem omois alteri etiam attribui debenr. Et quibus unum eorum attributum eſt, etiſm alterum ſttriboi debet. Et ſi quid horum abſit, profectò ea quæ propoſita ſunt, non ſunt eadem.

A primis generibus diuerſis. Videndum eſt etiam, an in uno genere categoriæ minus utrunque numeretur, unomq́ue qualitatem, alterum quantitatem, aliud relationem indicet.

A medijs generibus diuerſis. Illud etiam, an utriuſque minimè ſit idẽ genus, ſed unum bonum, alterũ malum: aut hoc uirtus, illud ſcientia. Aut ſi genus idem, eæ démne minus ſint differentiæ, quæ de otroque dicantur: ſed de hoc, quę rem ſnimo cernit ſcientia, de illo ea cuius opus eſt in ſgendo. Quod idem in cæteris omnibus uidendum eſt diligenter.

Ex maiore. Ex maiore hoc modo ducentur: Si unum elationem habet, alretum non habet: aut ſi utrunque hſbet, ſed non ſimul. quemadmodum qui uehementius amat, non magis concubitum appetit: ita non idem eſt amor, quod concubitus appetitio.

Ex adiunctione. Ex adiunctione hoc modo: Si utrunque ad idem additum, Idem totum non fſciat & reddat. Aut ſi eadem re ab utroque detracta, quod reliquum eſt, aliud manet. ut ſi quis duplum ſimpli, & multiplum ſimpli idem eſſe dicat. deiuncto enim ab utroque ſimplo, quæ reliqua ſunt idem declarare debent: neque declarſnt, cum præſertim duplum & multiplum non idem efficiant.

Ex fictione, ſiue ſubiectione. Neque uerò id modò uidendum eſt, an ex propoſito iã aliquod incommodum efficiatur: ſed illud etiã, ſn ex fictione poſsit aliquid tſle effici. Quod ij ſuſcipere coguntur, qui inane aliquid & plenum aeris idem eſſe dicunt. Perſpicuum eſt enim, ſi aer euadst & ſbeat, non minus inane, quin etiam magis futurũ eſſe: quo tſmẽ tempore nil eſt ſere plenũ. Ergo poſito aliquo, ſiue quod falſum, ſiue quod uerum ſit (nihil enim refert, ſi ſltetum tollatur eorum, alterum noo item) eadem illa non erunt.

A repugnantibus. Atq; ut ſummatim complectar, in ijs quæ de utroque quouis modo dicuntur, & in quibus hæc ipſa dicuntur, illud conſiderandum eſt, aliquóne loco hæc diſcrepent. Quæ enim de uno eorum quæ eadem ſunt dicuntur, ea de altero etiam dici debent omnia: & in quibus onom dicitur, alrerum etiam dici debet.

A diuiſione. Et quoniam multis modis idem dicitur, an alio genere, ſliaq́ue ratione eadem ſint, uidendum eſt. Quæ enim eiuſdem generis uel ſpeciei ſunt, ea non eadẽ numero ſunr neceſſariò. In eo genere nécne eadem aliqua ſint, conſiderſbimus.

Ab alterius ſeparatione. Poſtremò ſi unum ſine alteto cohærere poteſt, certè non idem ualebont. Ac loci qui ex eodem ducuntur, expoſiti ſunt. Ex ijs ſurem quæ adhuc expoſita ſunt, intelligi poteſt, omnes locos qui ualent ad refutandam quæſtionem de eodem & diuerſo, eſſe accommodatos ad refutſnionem definirionis. Nã ſi nomen & definitio non idem declarent, certè non uera erir quæ conſtitura definirio eſt.

De locis qui ad confirmandam definitionẽ ualent. Eorum autem locotum qui ad confirmaodum quid

A ſumontot, nollus ad definitionem probandam ualet. Non enim ſatis eſt ad conſirmandum definitionem idem eſſe id quod definitioni, nominiq́ue quod definitut ſubiectum eſt, docere: ſed cærera omnia quæ præpoſiiimus, complecti debet definitio. Sic igitur definitionem, ex ijsq́ue locis euertere debemus.

Definitio per ratiocinationem. Quòd ſi probare eam & conſtituere uelimus, primùm intelligendum eſt, oeminem, aut pſucos certè eotum qui diſputant, definitionem per ratiocinationem trſctare & concludere ſolere, eamq́ue omnes principiò initioq́ue ſumere. cuiuſmodi ſunt geometrę, & ij qui in numerotum ratiooe uerſantur, cæteriſq́ue diſciplinis generis eiuſdem. Deinde illud intelligendum eſt, non eſſe huius diſputationis ſubtiliter explicare, quid ſit definitio, & quẽadmodum ſit definiendum. Nũc quidem quoad hic locus poſtulare uidetur, eatenus hoc ſolum dicendum eſt, & definitionem & uim natoráq; rei per ratiocinationem poſſe concludi.

Definitio quid. Nam cũ definitio otatio ſit, quæ quid ſit res explicat, eaq́ue ſola quæ in definirione dicuntor in natura rei dici debeant: (dicunrur autem de natura rei genera & differenriæ) profectò ſi quis ea ſolum ſumat quæ de natura rei dici debent, quæ hæc ipſa complectetur oratio, definitio ſit neceſſe eſt. Non enim aliud definitio eſſe poteſt: quandoquidem nihil aliud iu rei natura dicitur. Ergo illud quidem perſpicuum eſt, definitionem per ratiocinationem poſſe concludi.

De confirmatione definitionis. Quibus autem ex locis ſnmenda ſint argumenta ad conſtituendam definitionem, alijs libris accurarius expo-
B ſuimus: ad hunc autem locum pertinent qui ſequuntur.

Ex contrarijs. Ex ijs enim contrſrijs quæ ſduerſa dicimus, & cæteris contrarijs elicienda ſunt argumenta, ſiue totam definitionẽ, ſiue ſingulas pſrtes ſpectemus. nſm ſi oppoſita & contraria oppoſiti definitio eſt, ea etiſm quæ ſtatuta & poſita eſt, eius ſit de quo ſgitur neceſſe eſt. Quoniam ſutem aduerſorum plutes ſunt coniunctiones, ſumenda eſt ex aduerſis quæ contraria definitio uideatur mſximè. Ac ex tota quidem definitione argumenta, quemſdmodum expoſui, trahenda ſunt.

Ex genere contrario. Ex partibus ſutẽ hoc modo, & primùm ex genere: Si contrarium in contrario eſt, id autem de quo agitur, non eſt io eodem, certè in cõtrario genere erit: quandoqoidem neceſſe eſt, cõtraria aur in eodem genere eſſe, ſut in contrarijs.

Ex contrarijs differentijs. Atque etiam contrarias differentias de contrarijs dici æquum putamus. ut exempli cauſa, de albis & nigris, quorum de his quod uim hſbet comparaodi, de illis quod uim habet diſsipaodi aſpectus dicitur. ita ſi de conttario contrariæ dicuntut, profectò de eo quod propoſitum eſt, eæ etiam differenriæ quæ ſtatutæ ſunr, dicentur. Ex quo ſit, ut quoniam & genus & differentię rectè explicatæ ſunt, definitio uera ſit quę data eſt.

Canon. Aut non neceſſe eſt, in contrarijs contrarias dici differentias, niſi io genere eodem contraria reperiantur. Quorum autem conttaris ſunt genera, nihil prohibet eandem differentiam de urriſq; dici, ut de iuſticia & iniuſticia: qootum illa uirtus, hæc uitium animi dicitur. Ita animi differentia in utroque dicitur, quoniam corporis etiam ſua uirtus eſt, & uitium. Hoc igitur uerum eſt quidem

certè, contrariorum aut contrarias aot eaſdem eſſe differentias. Si ergo de contrario contraria dicitur, de hoc autem nõ item: profectò in hoc ipſo

Canon.

ea quæ ſtatuta eſt, intelligetur. Cum autem ex genere & differentijs definitio ſit, ſi cõtrarij perſpicua & clara ſit definirio, eius etiã de quo agitur, perſpicua claraq; erit definitio. Quoniam enim contrarium in eodem genere eſt, in quo alterum contrarium, aur in conrratio: eodemq; modo differentiæ aut contrariæ de conttarijs, aut eædem dicuntur: certè de eo quod in controuerſiam incidit, aut idem genus, quod etiam de conttatio dicetur, & differentiæ conttariæ uel omnes uel nonnullæ, & cæteræ eædem: oel conttà differentiæ eædem, & genera cõttaria, uel utraq; contraria & genera & differenriæ, quoniam eadem eſſe uttaq; non poſſunt. alioqui conttariorum eadem erit definitio.

Ex caſibus & coniugatis.

Ex caſibus etiam & coniugaris ducũtur argumẽta. Genera enim alia alia ſequũtur, & definitiones aliæ alias, hoc modo: Si obliuio eſt depulſio ſcientiæ, etiam obliuiſci depellere ſcientiam erit: & oblitum eſſe, idem quod depuliſſe ſcientiam. Si igitur uoum eorum quæ dixi, conceſſum ſir, cætera eriam concedantur oeceſſe eſt. Itemq; ſi interitus diſſolutio eſt naturæ, interimere etiam erit diſſoluere naturam, & accõmodatè ad inrerimendum idem quod accommodatè ad diſſoluẽdum. Et ſi id quod uim babet ad interimendũ, idem eſt quod id quod uim habet ad dirimendam naruram, interitus etiam diremptio erit naturæ. Eadem eſt cæterorum ratio.

Canon.

Ita ſit, ut ſi unumquodlibet ſumptum ſit, eriam reliqua omnia concedantur.

A ſimilitudine ſiue proportione.

Ex ijs quæ eodem modo inter ſe affecta ſunt, hoc modo: Si id quod ſalubre eſt, efficiens eſt ualetudinis: id etiam quod ualet ad firmam conſtiturionẽ corporis, efficiens erit firmæ corporis conſtitutioois: & quod prodeſt, ad bonum efficiendum pertinebit. Eodem enim modo ad ſuum quicq; eorum finem affectũ eſt. Ita ſi unius eorum definirio eſt, uim habere ad efficiendum finem, uniuſcuiuſq; etiam cæterorũ hæc propria erit definitio.

Ex maiore.

Ex maiore etiam, & ex paribos quot modis licet coofirmare, duo cum duobus comparantur, hoc modo: Si hæc magis huius rei, quàm illius rei definitio eſt: quæ autẽ minus uidetur, definirio eſt: etiam quæ magis uidetur, definirio erit.

Ex pari.

Er ſi pari ratione hæc huius rei, & illa illius rei definitio eſt: & una alterius rei eſt, reliqua etiã reliquæ rei erit. Quòd ſi una definitio cum duabus rebus, aut res unà cũ duabus definitionib. conferantur, nullus huius loci uſus erit. neq; enim duarũ rerum una definitio, neq; duæ unius rei definiriones eſſe poſſunt.

Ex coniugatis loci commodiſſimi.

Maximè autem apri & accõmodati ſunt ex omnibus loci ij qui modò expoſiti ſunt, & qui ex caſibus cõiu-
I. gatisq; ſumuntur. Itaque ij maximè in mente &
cogitatione defixi atq; parati eſſe debent. (maxime enim apri ſuot ad multas quæſtiones) atque
II. eriam ex cæteris omnib. ij qui latiſsimè patent,
quoniã ex cæteris omnib. ualent plurimùm. ut ſi propoſitis rebus ſingulis & formis, uideas, an in ea omnia cunueniat definirio, quandoquidẽ ſynonyma eſt ſpecies. Qui quidem locus cõtra eos etiam ualet, ut ſuprà dixi, qui ideas eſſe ponunt.
III. Iam ſi per translationem nomen quod definitur

A dixit, aut idẽ de ſe dixit ut alterũ: & ſi quis alius locus latè pateat, firmusq; ſit, is adhibendus eſt.

QVATVOR ILLA, GENVS, DEfinitionẽ, Proprium, & Accidens inter ſe comparat, ut eorum tum in confirmando, tum refellendo uis intelligatur. Cap. II.

Definitionem probare difficilius, quàm refellere.

Difficilius aurem eſſe confirmare & probare quàm refellere definirionẽ, ex ijs quæ deinceps dicemus perſpici poterit. oeq; enim facilis eſt cognitu definitio: neq; ij quos interrogamus, liberrer dant propoſitiones eiuſmodi: Eorum quæ data definitio complectitur, unum genus eſſe, alterum differentiam: &, in natura rei genus differentiasq; dici, ſine quibus ratiocinatione concludi non poteſt definitio. Nam ſi quędam etiam alia in rei natura dicantur, certè dubium eſt, eáne quæ ſtatuta eſt, an alia eius definitio ſit: quandoquidem definitio oratio eſt, quæ quid res ſit explicat. Quod eriam ex his intelligi poteſt, quia facilius eſt unũ quàm plura concludere. Ac ei quidem qui euertit, ſatis eſt in unum dirigere argumẽtarionem: quippe cum ſi unum qualecunq; refellamus, euertimus definitionẽ. At uerò ei qui confirmat, omniũ eorum quæ definirio complectitur, neceſſaria cõcurſio eſt. Pręterea ei qui probat definitionem, de toto genere tractanda eſt ratiocinatio.

Definitionis canon.

Debet enim de omnibus definitio dici quæ nomen complectitur: & prætetea uiciſsim, de quiboa definitio, oomen etiam dici debet, ſi futura ſit propria quæ eſt ſtatuta definitio. At ei qui refellit, nõ eſt neceſſe de

B toto genere monſtrare. Satis eſt enim docere, nõ uerè dici de aliquo eorum quæ oomini ſubiecta ſuot definitionem. Quòd ſi totum & omnino refellendum ſit, certè non neceſſe eſt reprehendendo reciprocari argumentationem. Satis enim eſt eum qui refellit omnino, oſtendere in aliquo eorum quæ nomen complectitur, definitionem nõ intelligi: contraq; non neceſſe eſt docere, de quibus oratio dicatur, nomen nõ dici quod definiatur. Iam ſi omnibus etiam quæ nomen complectitur, conueniat, non ſolis autẽ ijs, definirio euerſa erit.

Genus & proprium facilius refutãtur, quàm probentur.

Similis eſt ratio proprij & generis. Vtrũq; enim eorum facilius refellitur, quàm probatur. Atq; id quidem de proprio, ex ijs quæ dicta ſunt perſpici poteſt. ferè enim in coniunctione explicatur proprium. Ita uno uerbo reprehenſo licet refellere: at ei qui probat proprium, omnia concludenda ſunt neceſſariò. Cætera autem omnia ferè quæ ad definitiooem, ad proprium etiã conueniet aſſumere. Eum enim oportet qui probat, omnib. ijs quæ ſubiecta ſunt nomini, docere cõuenire. At eũ qui refellit ſatis eſt uni docere non conuenire, & ſi conueniat omnibus, at non ſolis, hoc etiam pacto reprehenſum erit, quemadmodum in definirione diximus.

Genus cur facilius refellatur.

Genus autem uno modo licet probare, ſi omnibus cõuenire doceamus, refelli autem duobus. Nã & ſi nulli, & ſi cui doceatur non conuenire, euerſum erit. Iam eum qui probat, non ſatis eſt ipſum ineſſe monſtrare: ſed eũ etiã oportet quaſi ut genus inſit, oſtẽdere. At eũ qui refellit, ſatis eſt nõ ineſſe docere in aliquo, uel in nullo. Videtur ſũt, ut in cęteris reb. facilius eſt diſsipare quàm diſsipata & diſperſa cõnectere,

Accidẽtis quæſtio uniuerſalis facilius refutatur: particularis uerò facilius cõfirmatur.

nectere, ſic in his refellere quàm probare. Accidentis porrò uniuerſa quæſtio facilius refutatur quàm confirmatur. Confirmando enim docendum eſt conuenire omnibus: in refutatione ſatis eſt, uni oſtendere non conuenire. Contrà quæſtio quæ in parte proponitur, facilius confirmatur quàm reprehenditur. Ad probandum enim ſatis eſt alicui docere conuenire: refutando autẽ nulli conuenire docendum eſt. Atque etiã illud perſpicuum eſt, quid ita facillima ſit una ex omnibus refutatio definitionis. plura enim quá pleraqua eorum quæ expoſuimus, complectitur. atque ex pluribus facilius efficitur concluſio: quoniam in multis ſæpius quàm in paucis rebus error uerſari ſolet. Præterea, ad definitionem euertendam ex alijs argumenta ſumi poſſunt. ſiue enim oratio non eſt propria, ſiue non eſt genus q datum eſt, ſiue aliquid eorum quæ complectitur non conueniat, euerſa erit definitio. At uerò ad cætera refutanda, neq; ea quæ ex definitionibus exiſtũt, neq; alia ſumi poſſunt omnia. Sola enim ea quæ ad accidens ſumuntur, ei ſunt cum cæteris omnibus communia: quippe cũ ineſſe & conuenire omnia debeát. Si uerò genus non ut proprium conueniat, non idcirco genus euerſum erit. Itemq; non neceſſe eſt proprium ut genus, neque accidens ut genus nel proprium conuenire, ſed ſolum conuenire. Ita fieri non poteſt, ut ex cæteris ad alia, niſi ad definitiones, argumenta ducantur.

Redit ad definitionem, quã cũ cæteris confert attributis.

Colligit rationes cur definitiõis refutatio ſit facillima.

Perſpicuum eſt igitur, definitionis unius ex omnibus & refutationem facillimã eſſe, & difficillimam probationem. nam effici & illa concludi debent omnia. Siquidem conuenire illa ipſa ex quibus conſtat, docẽdum eſt, & genus eſſe id quod affertur, & propriã eſſe orationem, & præterea rei naturam declarari oratione, atq; id præclarè factum eſſe. Ad definitionis hanc naturam proximè ex reliquis accedit proprium. nã & facillimum eſt ad refutandum, quòd ferè conſtet ex multis uerbis: & ad probandum difficillimum, quòd multa concurrere & quaſi conuenire debeant, quodq; ſoli rei inſit, & cũ ea reciprocetur.

Accidens ad probandum facillimum.

Omnium autem accidens facillimum eſt ad probandum. Cum enim cetera non ſolum cõuenire docendum ſit, ſatis eſt oſtendere conuenire & ineſſe accidens: difficillimeq; accidens refellitur, propterea quòd perpauca complectitur. neque enim declaratur in accidente, quomodo cõueniat. Itaque cæteta omnia duobus modis refelli poſſunt, & docendo nõ conuenire ea, & nõ hoc uel illo modo conuenire. Accidens autem refutari non poteſt, niſi oſtendatur non connenire. Ac loci quidem ferè expoſiti ſunt, ex quibus nobis ad quamq; quæſtionem magna argumentorum ſuppetet copia.

FINIS.

IN TOPICORVM LIBRVM octaunm, Rsphaelis Volaterrani Eiſagoge.

Libro octauo de ordine, et quomodo interrogare opus. Primum namq; docuit locos, unde quis argumentorũ copiam inueniat, deinde quæ ſecum formet argumenta, tertiò quæ ad alterum exire faciant. Sed tertius hic locus dia- A *lectici proprius, cætera cum philoſopho communia. nam inuenit philoſophus, & format: ſed non interrogat, ut maximis propoſitionibus naturaliter manifeſtis ſuffultus. dialecticus uerò ex probabilibus interrogat reſpondentem, à cuius demum reſponſo argumenta facit. Sed de reliquis poſtea, nunc de ordine interrogandi. Igitur uidendum, quot ſint propoſitiones præter neceſſarias. nam neceſſariæ demonſtranti conueniunt. Non neceſſariæ igitur quatuor uel inductoriæ ad uniuerſale probãdum, uel ampliatoriæ, uel ad occultationem illationis, uel ad claritatem orationis. Quæ autem ad occultationem, certãdi gratia. nam & ce in uſum ueniunt, cum tota res contra alterum fiat. his ſic utimur, inductorijs à particularibus ad uniuerſalia, à manifeſtis ad obſcura. occultantem uerò patrocinari nõ ſolum illis propoſitionibus, per quas infertur concluſio, ſed etiã illis quæ ad eas utiles ſunt. Item illationes non ad ſuas ueras propoſitiones apponere, ſed ad tumultum illũ ratiocinatiuũ: de quibus ſuprà. Atq; ut uno uerbo, ut cogatur reſpõdens rogare propter quid illa cõcluſio inferatur, utile quoq; fuerit, & in pluribus concludendis prætermittẽdas propoſitiones non ordinatè, ſed confuſim ſumere. Vtile & in uniuerſali probando ad occultandum uti definitione, ex qua fiat propoſitio uniuerſalis. uti autem non ipſo, ſed in coniugato. Facilius enim adſentitur reſpondẽs, & minori inſtantia aſſurgit. ut oſtendere uolens omnẽ iratũ appetẽtem uindictæ, non iratũ definiat, ſed iram, quæ eſt uindictæ appetitus. Multa quoq; alia ad occultanda documenta ponuntur, in ipſo autore uidenda.*

B IN EVNDEM TOPICORVM librum VIII. Angeli Politiani Argumentum.

Octauo, qui ultimus eſt, artes ipſæ diſceptantium traduntur, uel interrogantium, uel reſpondentium. Locos inueni, temet rogita, cũ altero congredere. locorũ inuẽtio philoſophi, duo reliqua dialectici. Propoſitiones extra neceſſarias, quatuor. Aut enim ſunt inductionis gratia, ut uniuerſale concedatur: aut ad pompã ſermonis, aut ad concluſionis latebras, ad explicandũ quod obſcurum. Neceſſaria non ſtatim proponenda, ſed recedẽdum procul, niſi cũ ſunt manifeſtiſsima. Inducenda ex particularibus uniuerſalia, ex notis ignota. Latebis ſecundæ ratiocinationis ope, & ſi poſterius concluſiones interrogabis, & cõgeres: nec perpetuò, ſed interpellatim rogabis. Atq; aliorſum tendes, quàm quò ſis euaſurus, aut ſimilitudinibus ages. Ac tute tibi aliquid obiectabis. Nec magnificare uideberis, cui plurimum fidas. propones aliquid, ut exemplum: nec antẽ quod obtinere uis, ſed unde id ſequatur: & ſi poſterius interrogabis, qaod obtinere uis prius. ſed mutanda tamen ratio, ſi contumax homo ſit, aut acer, cum quo diſputas. dilatãdus interdũ ſermo, & quæ nihil ad rem faciãt inſertanda. Magnificam præſtabit diſputãtis orationem, uel inductio, uel diuiſio: perſpicuam uerò exempla, & imagines. Ratiocinandum cõtra dialecticos, ſed inducere uniuerſalia nõ ſemper licet. aliter obijciẽdum, ſi unũ propon as: aliter, ſi duo. Ex impoſsibili non magnopere argumentandũ. Cauendũ & illud, ne parum dialecticas propoſitiões afferamus, nec

idem rogandũ ſæpius . Tenenda prorſus, quæ difficilè oppugnentur, quæ facilè defendãtur. ut prima: ut primis proxima: ut quæ ſunt aut incertæ definitionis, aut impropriæ. Reſpondentis officium eſt, nec ubi labaſcat. Sed alia ratio, ſi congruat opinioni propoſitio: alia, ſi abhorreat: alia, ſi medium teneat: alia, ſi ſimpliciter: alia ſi uel ſibi, uel ei quẽ tuetur congruat. Videndum illud, an ad rem faciat, quod quæritur. Si quid obſcurè quæratur, poſtulãdum audacter ut explanetur. ſi æquiuocum, tum ex commodo aut dandũ aut diſtinguendum. Ac ſi quid ex cõceſſis deducatur quod nolis, dicendum illud aliò ſpectandum conceſſiſſe. Si manifeſtum ſit quod quæritur, reſpondeto, eſt, non eſt. Aliter tamen particularibus, aliter uniuerſalibus occurrendũ. Nunquam abſurda poſitio tuenda. Interpellanda concluſio, quæ procedet, ſi illud ſuſtuleris, unde deducitur: ſi interroganti obieceris, ſi ad interroganda dixeris: ſi diem (quod eſt nouiſſimũ) dicendo exemeris: nec aũt uera modò, ſed & falſa: nec ex ueris modò, ſed & ex falſis colligendum. Dialecticè potius agendum, quàm litigatoriè. nam & ſermo increpatur, & diſceptatur. Sermo igitur quinq; modis, ubi nihil colligitur, ubi nihil ad rem, ubi fruſtra quippiã adijcitur, unde rurſus anfertur: ubi ex inopinabilibus, aut minus credendis deducitur. In uniuerſum cauenda ratiocinationis uicia. principij contrariorumq; petitio. meditandũ ſæpè quid interroganti, quid reſpondenti proſit. opus tamen ingenio maximo, noſcẽdæ rationes primarũ maximè quæſtionũ: definitiones & plurimæ, & nobiliſſimæ, & primæ tenendæ memoria. pernoſcenda illa potiſſimũ, de quibus frequẽtius diſputatur. Conſueſcendum, ut ex una ratione plures efficiamus. Propoſitiones à ratiocinantibus accipiendæ. potius ab inducentibus exẽpla proponendi obijciendiq; capienda exercitatio. cũ hominibus indoctis non magnopere diſputandum. habenda quaſi arma ſemper in promptu, aduerſus problemata quælibet rationum illarũ, quæ non facilè de improuiſo excogitantur.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER OCTAVVS.

HOC EXTREMO TOPICO*rum libro, de ordine ac diſpoſitione locorum diſſerit Ariſtoteles, qui liber ſuperiorum librorum continet utilitatẽ.* Cap. I.

Interrogãdi ratio & uia.

SEquitur, ut de diſpoſitione & ordine argumẽtorũ, interrogãdiq; ratione dicendum eſſe uideatur. Primùm quidẽ locum ex quo argumentũ ſumat, inuenire debet is qui quæſtionem poſiturus eſt: deinde quærere ipſe per ſe, & diſponere omnis: poſtremò hęc omnia apud alios tractare & eloq. Ac loci quidem philoſopho cum dialectico communis inuentio eſt: argumentorum aũt diſpoſitio & interrogatio, quoniam hoc totũ, alterũ qui contrà diſputet, requirit, propria ſunt Dialectici. Philoſophus enim, quiq; per ſe & ſolus exquirit omnia modò uera ſint, & nota ea ex quibus efficitur concluſio, non laborat, an qui contrà diſpu

Dialectici & philoſophi in diſſerendo diſcrimen.

A tat, uel hoc nomine maximè non cõcedat, quòd
finitima ſint & coniuncta ijs quę à principio pro
poſita ſunt: & quòd prouideat, quid effici cõclu-
diq; oporteat. Quin etiam dat operam, ut quàm
clariſsima ſint, maximeq; coniuncta cum re pro-
nunciata: quippe cum ex his talibus conficiãtur
quæ ſcientiam gignunt ratiocinationes. Ac loci
quidem ex quibus ducenda ſunt argumenta, ſu-
perioribus libris expoſiti ſunt à nobis. Nunc de
eorum diſpoſitione, quærendiq; ratione ita dice
mus. ſi antè eas propoſitiones, quæ præter neceſ-
ſarias reliquæ ſunt, partiamur. Neceſſariæ autem
dicuntur eæ, ex quibus ratiocinatio conſtat. Qua
tuor autem genera ſunt earum quæ præter has
aſſumuntur. Aut enim inductionis gratia, ut
quod uniuerſum eſt detur: aut augendæ & am-
plificandæ argumentationis, aut occulendæ ce-
landæque concluſionis, aut illuſtrandæ aperien-
dæque orationis cauſa omnis propoſitio ſumi-

Quatuor propoſitionum genera alia.

tur, præterea nulla. Sed eò omnis diligentia cõ- I.
ferenda eſt, ut his ipſis uel argumentatione am-
plificemus, uel in interrogando utamur. Quan- II.
quam autem eas quæ occultandæ concluſionis
cauſa aſſumuntur, certandi ſtudio adhibemus:
eis tamen, quoniam hoc totum huius artis mu-
nus cum altero tranſigendum eſt, uti neceſſe eſt.
Neceſſarias igitur, ex quibus conficitur ratiocina III.
tio, nõ ſtatim proponere, ſed longè ad ſummas
proficiſci debemus. non enim debet aliquis, ex-
empli cauſa, contrariorum quæ aduerſa dicun-
tur, eandem artem eſſe ſumere, etiam ſi id uelit,
ſed omnino contrarium. Hoc enim conceſſo &
B poſito, etiam aduerſorum eandem artem eſſe cõ-
cludet: ſiquidem aduerſa ſubiecta ſunt cõtrarijs.
Quòd ſi non concedat, tum per aduerſorum ſin- IIII.
gulorum inductionem tractanda erit argumen-
tatio. Nam aut ratiocinatione, aut inductione ſu-
mendæ ſunt neceſſariæ propoſitiones: aut quæ-
dam ratiocinatione, quędã inductione. Quęq; V.
naldo perſpicuæ & claræ ſunt, eas pręponere de-
bemus, propterea quòd obſcurior eſt ſemper ma
giſq; dubia in receſſu & inductione concluſio.
Atque mox ipſas neceſſarias proponere, ſi quis
ſumere illo modo non poſsit, eſt maximè expe-
ditum. Quæ autem præter neceſſarias enume- VI.
ratæ ſunt, & illarum ipſarum cauſa ſumi debent,
& ita adhiberi, ad inducendum quidem: ut à ſin-
gulis ad uniuerſas & generales, à non dubijs cla-
riſq; ad obſcuras dubiaſq; perueniamus inducẽ-
do. Clariora autem ſunt ea quæ ſenſui ſubiecta
ſunt, aut per ſe, aut certè pleriſque: ad celandam
autem concluſionem, ut antè fiat de ijs ratiocina
tio, ex quibus id quod initiò propoſitum eſt, con
cludi efficiq; debet. Quod ita fiet, ſi quis non ſo-
lum neceſſarias, ſed aliquã etiam earum quæ ad
illas utiles erunt, concludat. Illud etiam prode- VII.
rit, concluſiones tacere, eaſq; pòſt quaſi per coa-
ceruationem omnes colligere ſyllogiſmo. Sic e-
nim à primo propoſito aberrabit longiſsimè. At VIII.
ut in ſumma dicam, eum oportet qui obſcurè
uult interrogare, ita hoc præſtare, ut interrogata
iam tota oratione, effectaque concluſione, al-
ter cauſa, quæ ſit, requirat. Idque ex ſuperiore
loco efficietur facillimè. Si enim ſola ultima
concluſio pronuncietur, incertum erit, quemad-
modum

modum efficiatur: quòd is qui contrà diſputat, A
unde efficeretur non prouideret, cum priores ra
tiocinationes in membra digeſtæ non eſſent. Mi
nimè autem digeritur in membra ratiocinatio
concluſionis tum, cum eius ſumptiones nõ enu
merantur & diſponuntur, ſed illa ex quibus pro
IX. bantur illius ſyllogiſmi ſumptiones. Vtile erit e-
tiam, non continenter propoſitiones ſumere ex
quibus ratiocinationes conſtant, uiciſsimq; aliã
& aliam efficere concluſionem. Collatis enim u-
num in locum ijs omnibus quæ apta ſunt ad ali-
quid concludendum, facilius quid ex eis efficia
X. tur intelligi poteſt. Atq; etiam generalis quędã
ex definitione non eorum de quibus agitur, ſed
coniugatorũ, ſumenda propoſitio eſt. Falſa enim
concluſione ſe ipſi capiunt ij qui reſpondent, cũ
coniugati ſumitur definitio, quaſi uniuerſam ge
neralemq; minimè concedãt propoſitionem: ut
ſi hoc ſumendum ſit, eum qui iraſcatur, appeten
tem eſſe ultionis, ſumaturq; ira libido eſſe puniẽ
di eum qui contempſiſſe uideatur: certè ſumpto
hoc, omnino quod uolumus habebimus. At ſi
quis definitionem afferat eorum de quibus agi-
tur, ferè fit, ut is qui reſpondet ei reſiſtat, quòd fa
cilior ſit in his occurrendi ratio. Cuius generis il
lud eſt: Non omnes qui iraſcuntur, pœnam appe
tere: nos enim parentibus iraſci, neq; eos ſuppli
cio affici optare. Et quanquam non uidetur uerè
hoc loco occurri, propterea quòd nonnullis ſa-
tis grauis pœna eſt aliorum moleſtia & pœnitẽ-
tia, habet tamen aliquid probabilitatis & autho
ritatis, ut non ſine cauſa propoſitum negatum
eſſe uideatur. Definitioni autem iræ tam facilè
XI. reſiſti non poteſt. Præterea is qui quæſtioné po- B
nit, ita proponere debet, ut non ad id de quo agi
tur, ſed aliò quod affert pertinere uideatur. De-
clinant enim omnes qui reſpondent, ea omnia
XII. quæ ad propoſitum pertinent. Dare etiam ope-
ram debet, ut quàm maximè incertum ſit, utrum
id de quo agitur, an eius contrarium uelit ſume-
re. Cum enim quid ad propoſitum pertineat ob-
ſcurum eſt, neque apparet, tum facilius concedũt
XIII. quod illis probatur. Iam uerò ex ſimilitudinis
collatione interrogandi erunt, quoniam & ueri-
ſimile eſt: & uniuerſa res quam uult quiſpiam
concludere, obſcurior & occultior redditur. ue-
lut, quemadmodum ars & inertia eadem eſt cõ-
trariorum, ſic ſenſum eundem uerſari in contra-
rijs: aut contrà, quando ſenſus in contrarijs re-
Inductionis & ſimilitudinis diſtinctio. bus cernitur, etiam artem. Quod quidem ge-
nus finitimum eſt inductioni, non idem tamẽ ua
let. Illic enim ex rebus ſingulis ad uniuerſas per
uenitur, in ſimilitudine autem non peruenitur
ad uniuerſas, in quibus ſimilia omnia continen-
XIIII. tur. Ipſe etiam ſibi interdũ debet reſiſtere. ſuſpe
ctos enim non habent eos qui æqui in diſputan
XV. do uidentur. Vtile eſt etiam ſi dicat, ea ſe propo
nere quę uſitata & trita ſunt, in omniumque ore
uerſantur. neq; enim audent uſitata repudiare &
tollere, quòd quid contrà obijciant, non habent:
& quia hæc illis uſitata ſunt, haud periculum eſt
XVI. ne ea reprehẽdãt. Iam & ſtudium noſtrum in ali
qua re ſumenda diſsimulare, etiam ſi utile ſit, de
bemus. Iis enim qui magnum ſtudium in aliqua
XVII. re ponunt, reſiſtunt libentius. Et ſimilitudinum

A collatione proponere: quis facilius concedunt
rem in alio, quàm per ſe propoſitam. Magna e- XVIII.
tiam uis in eo eſt ad probãdum obſcurè quod uo
lumus, ſi id non proponamus quod ſumendum
eſt, ſed id quod illud conſequitur neceſſariò. Faci
lius enim dant & concedunt illud ipſum, quòd
non æquè ex eo perſpici poteſt quid ſit efficien-
dum: quo tamen ſumpto etiã illud ſumptum e-
rit. Illud etiam plurimum ualet, extremo loco XIX.
id proponere, quod in primis efficere uelimus.
Solent enim omnes primæ diſputationi reſiſte-
re acrius, & diligentius: propterea quòd omnes
qui diſputant, ea in primis proferre ſolent, in qui
bus maius ſtudium curamq; poſuerunt. Quanq̃
apud nonnullos hæc quæ ad rem maximè faci-
unt, prima dici debent: cuiuſmodi ſunt difficiles,
qui quidem ea concedunt facilius, quæ prima di
ſputatione afferuntur, ſi modò quid ſequatur nõ
omnino appareat: ad extrema autem, difficiles ſe
proteruosq; præbent. Quod idem de ijs iudican
dum eſt, qui acutos ſe putant in reſpondẽdo. po
ſitis enim conceſsisq; permultis, tumultuantur
in concluſione, quaſi ex ijs quæ poſita ſunt, mini
mè ſequatur. Illi autem facilè concedunt, & freti
ingenio ſuo, & rati nullum ſe incommodum cõ-
ſecuturũ. Poſtremò producenda erunt, & ampli XX.
ficanda, interijciendaque in argumentatione ea
omnia, quæ nihil ad rem pertinere uidebuntur.
Id quod ij ſoliti ſunt facere, qui falſo aliquid de-
ſcribunt & delineant. Nam cum multa ſunt, diſ-
ficilis eſt falſi dijudicatio. Itaque celant & obſcu
rant rem interdum ij, qui obſcurè utuntur inter-
rogationibus, ea quaſi in cumulo occulta propo
B nentes, ſumentesq; quæ nunquam per ſe ac ſin-
gula darentur. Atque ex his locis argumenta du
cenda erunt, ad celandam diſsimulandamq; con
cluſionem. In ornanda autem amplificandaquè *De ornãda & amplificanda diſputatione.*
diſputatione, rerum finitimarum & coniunctarũ
adhibenda inductio atq; diuiſio eſt. Inductio qui *Inductio & diuiſio ad exornãdum accommodatæ.*
dem quid ſit facilè perſpicitur. diuiſio autem ta-
lis eſt, ut artem arte præſtantiorem eſſe, aut quia
certior ſit, aut quia in rebus melioribus uerſetur.
Et artium alias eſſe, quarum omne opus eſt in co
gnoſcendo: alias, quarum in agendo: alias, quarũ
in faciendo. Hæc enim & ornatum afferunt ora
tioni, nec neceſſaria ſunt ad efficiendam conclu-
ſionem. Dilucidam autem & perſpicuam argu *Dilucidã diſputationẽ quæ faciant.*
mentationem faciẽt, exemplum, ſimilitudinisq;
collatio. Exempla autem propria, & ad rem apta
eſſe debent, & eiuſmodi, ex quibus res intelliga
tur. cuiuſmodi illa ſunt quæ Homerus, non quæ
Chœrilus commemorat. Sic enim notius erit &
clarius id quod proponitur. In diſſerendo autem
ratiocinatione utendũ erit apud Dialecticos po
tius, quàm apud multitudinem: inductio contrà
magis multitudinem commouet. Sed de his ge-
neribus iam dixi. In quibuſdam rebus facilè po I.
teſt is qui inductione utitur, inuenire id quod
totũ dicitur: in alijs nõ facilè poteſt, quòd omnibus
ſimilitudinibus non eſt commune nomẽ impoſi
tum. Quinetiam cum genus uniuerſum cõcludi
debet, eandemq; cæterorum ſimilium rationem
aiunt eſſe, tum id profectò difficilimum eſt, quę
nã eorũ quæ cõmemorata ſunt eiuſdem ſint ge-
neris, quæ non ſint, explicare dicẽdo. Ob eamq;
cauſam

cauſam ſæpè diſpntantea inter ſe diſsident & hę A
rent, dum alij ſimilis eſſs confirmant, quæ non
ſunt ſimilia: alij ſimilia nũ ſimilia ſint, ambiguot.
II. Quocirca in his omnibus omni ratione efficien-
dum eſt, ut nomina fabricentur, ut nec ei qui po-
ſcit quæſtionem, num eius quod affertur non ſit
ſimilis ratio, hærers liceat: nec ei qui rogat, calũ-
niari, eandem eſſe rationem, quòd multa eorom
quorum ſimilis ratio non eſt, eodem modo dici
III. uideantur. Cum autem inductione multsrum re
rum adhibita, non dat alter, id de toto genere tũ
æquum eſt, ur aliquid contrà obijciat, poſtulare.
IIII. Quòd ſi in aliquibus non doceas hoc modo con
tingere, non erit æquum rogare, quorum tandẽ
non ſit ſimilis ratio. Primùm enim argumenta-
tio per inductionem tractanda eſt, tum poſtulan
dum ut reſiſtatur. Sed poſtulandum eſt, ut occur
ratur nobis non in eo ipſo quod proponitur, niſi
fortè unum eſt ſolũ eius generis: ut duo, ſunt tan
tummodo parium numerorum primua. debet e-
nim ia qui reſiſtit, in alio genere reſiſtere: aut cer
tè dicere, hoc uel illud ſolum eſſe ex eo genere.
V. Quod autem ad eos attinet, qui in toto genere
occurrunt nobia: nec in eodem genere occurrũt,
ſed in eo quod eodem nomine, ſed ambiguo cõ
tinetur (ueluti habere aliquem non ſuum colo-
rem, aut pedem, aut manum, quoniam & pictor
habeat non ſuũ colorem, & cocus non ſuũ pedẽ)
in his omnibus diuiſione adhibita interrogare
debemus. nam ſi ambiguum lateat, neq; apeiia-
tur, rectè in propoſitione nobis uidebitur reſiſte
VI. re. Quòd ſi in ſimili genere, non in ambiguo re-
ſiſtens, noſtrum labefactet rogatum, detracto eo
in quo reſiſtet nobis, quod reliquum eſt in toto B
genere ualere docebimus, dum quod cõmodum
eſt effacerimus. Quod in obliuionis uerbo, & ob
litum eſſe, animaduerti poteſt. Non enim conce-
dũt eum oblitũ eſſe, qui artem amiſerit, eo quòd
caſu & interitu rei eam amiſit, non oblitus eſt ta
mẽ. Quod ergo reliquum eſt, dempto eo in quo
occurſum eſt nobis, cõmemorari debet. ut ſi qs
remanente re, artẽ amiſit, eum oblitum eſſe. Eo-
VII. demq; modo de ijs iudicandum eſt, qui hoc loco
nobis occurrunt: maiore bono maius malũ eſſe
contrarium. Proferunt enim ualetudinẽ, quæ cũ
minus ſit bonum quàm firma corporia conſtitu-
tio, tamen ei maius bonũ contrarium eſt: morbũ
enim maius malum eſſe infirma affectione corpo
VIII. ris. Ex his etiam id detrahendum eſt, in quo oc
curritur. eo enim ſublato, facilius licebit propo-
nere: ut maiori bono maius malũ contrariũ eſſe,
niſi unum alterũ unà ſecum inferat, ut firma cor-
IX. poris affectio ualetudinem. Quod idem facien-
dum erit non ſolũ ſi quis nobis occurret, ſed etiã
ſi non occurret, & tamen id negabit & abnuet,
quòd aliquid tale prouideat, quod iurè cõtrà ob
ijci poſsit. Sublato enim eo in quo nobis reſiſtit,
dare & concedere cogetur id quod reliquũ eſt,
quòd in eo quod reliquum eſt aliquid cõtineri,
quod non ſit ita, minimè animaduertat. Quòd ſi
dare nolit, etiã tum cũ petitũ eſt ut reſiſteret, cer-
tè quo reſiſtat nobis non habebit. Sunt autẽ pro
poſitiooes eiuſmodi, quæ quadam ex parte falſę
ſunt, quadam ex parte ueræ. in quibus eo quod
ex parte eſt ſublato reliquum licebit uerũ relin-

quere. Si uerò multa proponamus, in quibua no X.
bis minimè reſiſtat, tum ut concedat omnino pe
tere debemus. Propoſitio euim dialectica eſt,
quæ magna ex parte rẽ ita habere declarat, neq;
refellitur. cum autem eadem res & ſine incõmo XI.
do, & cum incõmodo per ratiocinationem con-
cludi poteſt, hoc an illo modo efficiatur, nihil ad
eum qui neceſſaria ratione, non probabili cõclu-
dit: is autem qui probabili ratione utitur, nõ de XII.
bet argumẽtationem tractare per ratiocinatiouẽ,
per quam alter incommodo urgeatur. usm & cũ
nullo incommodo urgent concludendo, nihil
controuerſiæ loco relinquunt: & eum incom-
modo urgent, tum niſi ſit euidens & perſpicuũ
id falſum eſſe, alij incommodum id negant eſſe.
Ita non habent quod uolunt ij qui quæſtionem
ponunt. Proponenda autem ſunt ea quæ ma- XIII.
gna ex parte ita ſe habent, & refelli aut non poſ-
ſunt omnino, aut certè id facilè qoaſi prima facie
perſpici nõ poteſt. cum enim in rebus quibuſdã
non ita eſſe perſpicere nequeunt, tũ id quod pro-
poſitum ſumptumq; eſt, quaſi uerum ſit, ſolent
concedere. Nonquam autem quæri debet con-
cluſio: ſin ſecus, cum alter eam negabit, ratioci-
natio nunquam ad exitum perduci poterit. Sę-
pè enim etiam cum nulla iuterrogatio & quęſtio XIIII.
ponitur, ſed ut conſequens concluditur, id nega-
tur effici. quod cum faciunt illi, certè ab ijs qui
non uident quid ex conceſsis ſequatur, minimè
reprehendi uidentur. Cum igitur unus rogat, ne X.V.
que id ait ex antè poſitis effici, alter autem negat
omnino, tũ ratiocinationi nihil omnino loci re-
linqui uidetur. Neq; uerò quicqoid de toto gene
re dicitur, dialectica propoſitio eſt: ex quo gene-
re illud eſt, Quid eſt homo: aut hoc, Quot modis
bonum dicitur? Propoſitio euim dialectica eſt, *Propoſitio dia*
ad quam reſpondere licet, etiam, aut non: quod *lectica.*
non licet ad ſuperiores. ita nõ eſt dialectica quę-
ſtio, niſi is qui proponit, facta antè definitione, di
uiſione hunc in modum roget: An bonum hoc
uel illo modo dicatur? Quam quidem quæſtio-
nem licet uel uegare, uel concedere. Quocirca e-
nitendum eſt, ut ita, ut dixi, omnes hæ pouantur
quæſtionea. Quin illud etiam par eſt ab illo re- XVI.
quirere, quot ſint bonorum genera, quando ex-
plicatione & diuiſione adhibita à uobis, ille nul-
lo modo concedet. Qui autem in una ratione in-
terroganda multum temporis immoratur, is in-
ſcienter quærit. Nam ſi ia qui rogatur, ad rogatũ XVII.
reſpondeat, profectò ille aut plura quàm ueceſſe
eſt interroget, aut ſæpè idem quærat neceſſe eſt.
ita aut nugatur, nihilque agit: aut ratiocinationẽ
per quam argumentationem tractet, uon habet:
quandoquidem ex paucis qoibuſdam omnis cõ
ſtat ratiocinatio. Quòd ſi minus reſpondeat, cur
eum aut non increpat, aut relinquit? Illud autem *Quæ difficul-*
intelligendum eſt, omnia propoſita, quæ argu- *ter probantur,*
mentis perdifficulter probantur, eadem facilia *facilè defendũ-*
eſſe ad defendendum: cuius generis ea ſunt, quę *tur.*
& prima ſunt, & ultima ordine naturæ. Nam
& prima ac perſpicua definitionem requirunt, &
ultima multis concludãtur, neceſſe eſt ab eo qui
iam inde à perſpicuis & primis continuatam ſe-
riem argumenrorum perſequi uelit. Aliter enim
fallacea ac captioſæ argumentationes uidebun-
tur:

tur: præſertim cum aliquid doceri nõ poſsit, nec demõſtrari, niſi à proptjjs initijs & principijs capto exotdio, uſq; ad ultima perueniatur. Ac illi quidem qui reſpondent, nec rem ipſi uolunt definire: nec ſi qua proponatut ab intertogante definitio, facilè admittunt. Sed profectò facilis nõ eſt diſſetendi ratio, niſi quid ſit id de quo inſtituitur diſputatio, intelligatur. quod in principijs cõtingit maximè, quibus cætera probantur, ipſa alijs non poſſuot: definitioneq; aperienda ſunt, & cognoſcenda neceſſariò.

Definitionis in diſſerendo uis.

Difficilia probatu quæ.

Difficilia etiam probatu ea ſunt omnia, quę principiorum uicinitatem ſequuntur. neque enim multa ad ea probanda, argumenta poſſunt ſuppetere, cum pauca interiecta ſint intet ipſa & ioitium, quibus neceſſe eſt conſequentia omnia monſtrari. Definitiones autem eæ ex omnibus euerti poſſunt difficillimè, quæ uerbis eiuſmodi explicatę ſunt, ut primùm dubium ſit, uno modo an pluribus dicantur: deinde incettũ, utrum propriè de te quæ definitur dicantur, an pet traoslationem. Nam quia dubium eſt illud, non perſpicuum. inde fit ur nulla argumentorum copia ſuppetat: hoc autem quia incettum eſt, an per tranſlationem dicantur, nõ poſſunt refelli qui definitionem poſuerunt. omnino quæſtio omnis ſi difficilis eſt probatu, uel definitionem tequirit, uel in ijs eſt quæ multis modis, aut quæ per tranſlationem dicuntut, aut non lõgè abeſt à principijs: aut eo certè difficilis eſt, quia non eſt prima facie perſpicuum, quo ſit ex genere eotum qoæ expoſita ſunt, id qood affert dubitationem. nam ſi quo ex genere ſit intelligatut, illud etiam intelligetut, aut definitione explicandum id eſſe, aut diuiſionem adhibendam, aut inueniendas eſſe medias propoſitiones, quibus ultimæ probentur. Pletaque etiam propoſita, niſi rectè tradita & explicata definitione, neque diſputari facilè, neq; probari argumentando poſſunt. quo ex genete illud eſt: Sit ne unum uni contrarium, an multa? Quòd ſi contraria definiátut, certè illud facile etit explicare: ſint néc ne ſint plura eorundem contraria. Quod eodem modo iudicandum eſt de alijs, quæ definitionem requirunt. Atque etiam in mathematicis uidentur quædam non facilè deſcribi poſſe prætermiſsione definitionis. quale eſt illud: Eam lineam quæ ad latus planũ ſecat, ſimili ratione & lineam ſecare, & locum: quod definitione adhibita facilè intelligetur, quoniã & loco & lineæ eadem teſpondet, quaſi ex altera parte diuiſio: quę quidem illius de qua agitur orationis definitio eſt. Omnino autem prima elementa definitionibus expoſitis, ut quid ſit linea, quid orbis, facilè probari demonſtrariq; poſſunt: uerùm ad ſingula eorum probanda non multis argumentis uti poſſumus, propterea quòd non multa ſunt media quibus probetur. Definitionibus autem initiorum prætermiſsis, uix, aut ne uix quidẽ, probari poſſunt. Quod idem fit in ijs elementis quæ diſſerendo adhibentur. Hoc igitur intelligendũ eſt, cum propoſitum aliquod difficile eſt probatu, id aliqua de cauſa earum quas expoſui euenire.

Propoſitio probatu difficilior an ſit admittenda.

Cum autẽ propoſitio & enunciatio quæ adhibetur ad aliquid probandum, difficiliorem habebit probationem quàm propoſitum, dubitare liceat, ſit nécne ſit admittenda. Nam ſi eam non admittat, ſed ei etiam probandæ adhiberi probationem uelit, maius alteri onus imponet, quàm quod erat à principio propoſitũ. Sin eam admittat, ijs cette quæ minus ualeut ad faciendam fidem, ipſe adducetur ut credat. Ac ſi quæſtio difficilior non reddenda ſit, ponenda eſt: ſi non dubijs & perſpicuis dubia concludenda erunt, nõ eſt admittenda. Aut ei qui ſe dat in diſciplinam, ponenda non eſt, niſi ſit notior: ei autem qui exercitationis gratia diſputat, ponenda, ſi modò uera eſſe uideatut. Ex quo perſpicuum eſt, non eſſe æquum ut qui docet, eodem modo poſtulet ſibi concedi quæ ſumit, quo is qui interrogando diſputat. Ac de ratione quidem intertogãdi & collocandi ſatis ferè dictũ eſt.

Interrogantis & reſpondẽtis munus diſtinguitur.

Nunc de ratione reſpondendi diſſeremus: ac primùm, quod eius ſit officium, qui & rectè poſcit, & rectè ponit quæſtionem, dicamus. Eſt autem eius qui ponit quęſtionem, ita argumentationem tractate, ut eum qui cum diſputet, cogat abſurdiora concedere, quàm quæ ex re propoſita conſequuntur. Eius uerò qui quęſtionẽ poſcit, dare operam, ne quod incommodum ſua culpa, aut quod ſit contta opinionem omnium, effici uideatut, ſed ex ipſa tantum te quæ à ſe propoſita eſt ad diſſerẽdũ. Aliud enim fortaſſe genus peccati eſt, cum quis proponit primùm quod non debet, deinde propoſitũ illud defendere non poteſt. Non ſunt autem explicata & conſtituta adhuc à quoquã officia eorum, qui exercitationis & periculi faciendi gratia diſputãt. Neq; enim idẽ propoſitũ eſt doctoribus aut diſcipulis, quod ijs qui certãdi ſtudio diſputant: neq; idẽ his ipſis, & ijs quorũ ad cognitionẽ & ſcientiã omnis dirigitur exercitatio. Nã & diſcipulis ea ſemper ponenda ſunt quæ probantut omnibus: quoniam nemo eò operam cõfert, ut falſa doceat. at eotum qui certandi ſtudio diſputant, is qui quæſtionem ponit, ſemper aliquid facere uideri debet: & is qui cum diſputat, nulla in re illi concedete.

De reſpondentis officio.

Quoniam autem in cõuentu & congreſſu dialecticorum, ijs qui nõ certandi ſtudio, ſed uel tentãdi, uel cognitionis gratia inter ſe diſſerunt, non eſt adhuc à quoquã, ut dixi, expoſitum & traditum: quid inueſtigare, quid dare, aut non dare oporteat eum qui poſcit quæſtionem, ut gnauiter, aut nõ gnauiter ac pręclarè decreta ſua defendat: nos hoc loco inſtituimus dicere.

Reſpondentis triplex quæſtionis genus.

I. Qui igitur reſpondẽdi munere fungitur, is quæſtionem defendat neceſſe eſt, uel probabilem, uel nõ probabilem, uel neutram: ita tamen, ut aut probetut, aut non probetur omnino uel cum adiunctione: ut huic, uel alij. Quo autẽ modo probabilis, uel non probabilis ſit, nihil intereſt: quandoquidẽ idem genus retinendum erit præclarè reſpondendi ad rogatum, aut dandi aut non dandi rogatum.

II. Ac non probabile quidẽ ſi ſit propoſitũ, probabilem: ſin probabile, nõ probabilem neceſſe eſt concluſionem effici. Contrarium enim propoſiti ſemper concludit is qui interrogat.

III. Quòd ſi id de quo agitur ſit eiuſmodi, ut nec probetur, nec improbetut, eiuſdẽ generis efficietur concluſio.

IIII. Quoniam autẽ is qui ſcitè ratiocinatur & cõcludit, rebus non dubijs & perſpicuis id quod dubium eſt aperit & oſtẽdit,

profectò

profectò ſi quando id quod interrogatur, non ſit A
probabile, omnino non debet is qui poſcit quæ-
ſtionem, neque id dare quod non probetur om-
nino: neque id quod illud quidem probetur, ſed
minus quàm concluſio: quippe cum propoſitũ, ſi
non probabile ſit, cõcluſio probabilis ſit futura.
Ita fit, ut ea quę ſumuntur, omnia probabilia eſſe
debeant, ac magis probabilia quã id de quo quę
ritur: ſiquidem magis perſpicuis minus probabi
lia uelit concludere. Ita ſi non ſit ex eo genere id
quod interrogatur, non id debet qui reſpondet
V. concedere. Sin autem probabile omnino ſit, ꝓ-
poſitum, improbabilis omnioo concluſio erit. I-
taque danda erunt, quę probantur omnia: & eo-
rum quæ non probantur, ſiqua magis probabi-
lia ſint concluſione: ſic enim rectè diſputatum fu
VI. iſſe uidebitur. Quod idem faciundũ erit, ſi nec
minus ſit probabilis quæſtio. ſic enim & quę ꝓ-
bantur, danda ſunt omnia: & quæ non proban-
tur, ſi qua magis probabilia, quàm concluſio, e-
runt. Sic enim fiet, ut probetur magis diſputa-
VII. tio. Ac ſi id de quo agitur omnino probabile
ſit, aut non probabile, tum habenda erit eorum
VIII. ratio, quæ omnino probantur. Sin autem non
omnino probabile, aut non probabile, ſed ei mo
dò qui reſpondet, cum ex ijs quæ ei probantur,
aut minus probantur, iudicare debet, quid con-
cedendum aut non concedendum eſſe uideatur.
IX. Quòd ſi alterius ſententiam defendat is qui re-
ſpondet, certè eius mentem & ſententiam ſpecta
re debebit, ut quid concedendum ſit aut negan-
dum, intelligat. Itaq; qui alienas ſententias in-
troducunt, ut bonum & malum eſſe idem, ut pla B
Heraclito bonum & malũ, idem. cet Heraclito, ij non dant in eodem ſimul non in
eſſe contraria: non quòd non probetur hoc eis,
ſed quòd Heracliti ſententia ita dicendum eſt.
Quod etiam ij faciunt, qui alij ab alijs propoſita
accipiunt. Exquirunt enim illi, quid ſit reſpon-
ſurus is qui rem proponit. Hoc igitur perſpicuũ
eſt, quæ exquirere is debeat qui reſpondet, ſiue
omnino probabile, ſiue alicui ſit id quod quæri-
X. tur. Quando autem neceſſe eſt omne rogatum
aut probabile eſſe, aut nõ probabile, aut neutrũ,
& uel ad concluſionem efficiendam ualere, uel
non ualere, rogatum: ſi probetur, neq; ad conclu
ſionem efficiendam ualeat, id & dare, & probabi
le dicere debemus. Eo enim poſito & conceſſo,
XI. propoſitum primum non euertitur. Si autẽ ne-
que probetur ipſum, neq; ad concluſionem effi-
ciendam ualeat, id quidem dãdum eſt: ſed ita ta
men, ut non probari id nobis ſignificemus, uitã-
XII. dæ amentiæ gratia. Si uerò & probabile ſit, &
ad rem pertineat, reſpondendum erit, id quidem
uideri & probari: ſed propoſitum adeò finitimũ
eſſe, ut eo conceſſo, propoſitum tollatur neceſſa-
XIII. riò. Si ad concluſionem efficiendam ualeat, &
admodum ſit improbabile, reſpondendum erit,
concluſionem eo poſito & cõceſſo effici: ſed ſtul
XIIII. tum id eſſe quod afferatur. Cum autem nec pro
babile quid, nec minus ꝓbabile rogabitur, tum
ſi ad concluſionem efficiendã nihil ualeat, id dã-
dum erit nulla facta diſtinctione: ſin ualeat, expo
nendum eſt, eo poſito, ſublatum iri id de quo a-
gatur. Sic enim & nihil eius qui reſpondet cul-
pa factum uidebitur, ſi quidem quid concedere

A & dare debebat, ſemper prouiderit: & is qui quę
ſtionem ponit, quod uult efficiet, cum ei ea dabũ
tur omnia, quæ magis quàm cõcluſio probẽtur.
Qui autem inſtituunt argumentationem tracta- *Ad quæſtiones obſcuras & multiplices, inſtitutio.*
re per ratiocinationem, ſumptis ijs quæ minus
quàm concluſio approbantur, ijs quoniam inſci-
enter ratiocinantur, quæ rogant, dari concediq;
non debent. Eodem modo eis occurrendum e- I.
rit, cũ res dubias & obſcuras, & quæ multis mo- II.
dis dicuntur, afferent. nam quoniã & qui poſcit
quæſtionem, ſi minus intelligat, licet dicere, non
intelligo: & quod multis modis dicitur, non ne-
ceſſariò id aut concedere aut negare debet: profe
ctò ſi quid afferatur quod obſcurum ſit, ſine ulla
dubitatione & mora ſe id non intelligere fatebi-
tur. Sæpè enim ex eo quod dant & concedunt, ij
quibus obſcura nec aperta interrogatio propo-
nitur, abſurdum aliquid incidit. Cum autem III.
cognitum apertumq; erit id quod multis modis
dicitur, ſi omni ex parte & omnino uerum ſit aut
falſum quod affertur, id omnino concedi negari
ue debebit: ſi o quadã ex parte falſum ſit, & qua-
dam ex parte uerũ, id ambiguè dici, & in illo ue-
rè & in hoc falſo dici indicabit. nam ſi id poſteri-
us diſtinguat, dubium erit, an in prima diſputa-
tione ambiguum perſpexerit. Quòd ſi ambigu IIII.
um uerbum non attendat, idq; tum cum alterius
habet rationem concedat: ſi ad alterum impella-
tur, fateri debet ſe id conceſsiſſe, cum non ipſum
illud ad quod uocatur, ſed alterum ipſe ſpectaret
& attenderet. Cum enim plura eidem nomini &
orationi ſubiecta ſunt, tum facilè exiſtit contro-
B uerſia. Sin rogatũ & planum ſit & ſimplex, aut V.
etiam, aut non, reſpondendum eſt. Quoniamq; VI.
omnis propoſitio quæ ualet ad concluſionẽ effi-
ciendam, aut aliqua earum eſt ex quibus ratioci-
natio conficitur, aut ad aliquam earum refertur:
perſpicuum eſt autem tum alterius probãdæ gra
tia aſſumi cum multa ſimilia interrogãtur, quip-
pe cum ferè per inductionem uel ſimilitudinem
id quod de toto genere & omnino dicitur, con-
cludatur: ſingula omnia concedenda ſunt, ſi uera
ſint & probabilia, contra uniuerſum genus obij
ciendum aliquid. Impedire enim curſum oratio
nis, niſi reſiſtas uerè, aut ſaltem uideare, hoc eſt,
iniquum ſe in diſputando difficilemq; præbere.
Ita ſi multa ſimilia exiſtant, neq; det in toto gene
re dici tum, cum refellere nequeat, profectò diffi
cilem ſe proteruumq; præbebit. Iam uerò ſi non
habeat contrarium argumentum ad refellendũ,
tum multo etiam magis difficilis proteruusq; ui
debitur. Quanquam ne hoc quidẽ ſatis eſt. mul- VII.
tæ enim rationes extant, ſententijs omnium cõ-
trariæ, quarum difficilis eſt explicatio. cuius ge-
neris eſt Zenonis ratio, qua tollit motum, & ſta- *Zenõ tollit motum.*
dij traiectionem. nec uerò propterea eorum con VIII.
traria minus defendi concediq; debent. Ergo ſi
quis nec contra ullam adferre rationem queat,
nec aliquid opponere in quo non ita ſit, & tamẽ
non concedat, is profectò iniquum ſe præbebit
in diſputando. eſt enim in diſputationibus iniq-
tas & proteruia, reſponſio quæ præter modos,
quos expoſuimus, uim habet ad interimendam
tollendamq; concluſionem. Defendere autem IX.
& propoſitum & definitionem, ita par eſt, ſi an-
te argu-

te argumenta ipſi in nos quaſi àduerſariorum te A
la iaciamus. Quibus enim rarionibus infirmanr
tioſtra decrera ij qui ponũt quæſtionem, ijs ipſis
X. reſiſtere debemus. Propoſirum aurem non pro
Non probabile quot modis aliquid dicatur.
babile timidè defendendum eſt. Mulris aurem
modis non probabile eſſe poteſt. nam & id non
probabile eſt, ex quo efficirur, ur iocommoda &
abſurda quędam fareamur. ut ſi quis uel omnia,
uel nihil moueri dicat: & ea omnia quæ dcrerior
ſtatus & conſtitutio ſequi ſoler, & quæ hominũ
u olunratibus repugnant. quale illud eſt: Voluptas eſt bonum, & Facere quàm accipere præſtat
iniuriam. non enim quaſi diſpurationis graria
defendar: ſed tanquam ea dicat quæ prober &
De falſi rectâ ſolutione.
ſentiat, ita eum oderunr. Argumeta aurem quibus falſum concluditur, diſſoluenda ſunr, infirmando euertendoq; eo ex quo falſum effectum
eſt. Neq; enim quouis ſublaro, argumentum ſol
uitur, oe ſi falſum quidẽ ſit id quod ſir euerſum.
Multa enim falſa in argumentatione conrineri
poſſunr. or ſi quis ſumar, eum qui ſedear ſcribere, & Socrarẽ ſedere: ex his efficitur, ſcribere Socratem. Euerſa igitur hac enunciarione, Socrates ſedet, non ramen diſſoluta & explicara argumenratio eſt. Er quanquam falſa enunciario eſt,
non tamen falſa ob id eſt argumenratio. Si quis
enim ſedear, neque ſcribat, non iam io hac rali
cauſa hæc ipſa accommodara diſſolutio eſt. Non
igirur hoc refellendum eſt: ſed illud, eum qui ſedear, ſcribere: cum præſertim non omnis ſcribat,
Diſſoluere, eſt falſi cauſſam tollere.
qui ſedet. Ira fit, ut diſſoluat argumẽtum is, qui
ſalſi cauſam tollir: & explicationem argumenti
intelligaris, qui cauſam argumenrationis falſæ
cognouerir, quemadmodum in ijs quæ falſo & B
uitioſe deſcribunrur, conringir. neque enim ſatis eſt reſiſtere, etiam ſi falſum ſit quod refellitur: ſed eriam cur falſum ſir docendum eſt. Sic
enim uttum occurrendo, ratione & coofilio ductus ſit nécne, inrelligetur.

DE COMMVNIBVS INTERrogantis & reſpondentis locis. Caput II.

Quatuor modis interrogantis argumentatio impediri poteſt.

IMpediri aurem argomenratio poteſt, ne concludatur, quatuor modis. Prlmùm, id ex quo
falſum eſt refellendo. Secundò, occurrendo ei
qui quæſtionem ponit. ſępè enim non explicato
& diſſoluro argumento, ramen is qui rogat, progredi non poteſt longius. Tertiò, refellendo rogatum. fit enim interdum, ut ex ijs quæ quærun
tur, non quod uolumus cõſequamur, proprerea
quòd uitioſe iiiterrogarum eſt, quibuſdam ramẽ
appoſiris effici poreſt cõcluſio. ac ſi ultrà progre
di is qui rogar non poteſt, occurſum erit rogári:
ſin poreſt, rogato. Quartum genus reſiſtendi
& deterrimum id eſt, quod ad tempus refertur.
nonnulll enim in refellendo ea afferunt, quæ ad
diſſerendum plus remporis deſiderant, quàm
patitur diſpurandi conſuetudo. Ac reſiſtendi
quidem quatnor, ut dixi, genera ſunt: ſed prima una ex omnibus explicario eſt, cætera im-
Reprehẽſionis uitia & modus
pedimenra ſunr quædam concluſionum. Reprehenſio autem aigumenrarionis non eadem
ex eius natura & ex inreirogandi rarione naſcitut. ferè enim ſit culpa eorum qui rogãtur, ut nõ

rectè tractetur argumentatio: quòd non concedanr ea quæ magnam faculrarem ſuggeranr ad
id efficiendum quod quæritur. Neque enim iti
alrerurro ſolum poſirum eſt, ur communis res re
ctè ad finem exitumq; perducarur. Quaproptet I.
interdum qui aliquid reſpondet, refellendus eſt
tieceſſariò, & omitrendum ipſum propoſitum:
tum denique cum is qui quæſtionem poſcit, inſtructus calumoijs, pararus uenir ad contradicẽdum. Ira iniquos ſe prębentes, diſputationes nõ
dialecticas, ſed concerrarionum plenas inſtituũt
& inuehunt. Er qooniam exercirationis & uelu II.
ti examinis cauſa, nõ erudiriouis, hæ rales diſpu
tationes comparaтæ ſunr, profectò non modò
uera, ſed etiam falſa concludenda ſuot: nec ex ue
ris ſemper, ſed interdum etiam ex falſis. Nam &
plerunque uero poſiro, is qui conrrà diſpurar, refellere deber. ita ſir neceſſariò, ut ſinr proponenda falſa: & falſum quod poſitum eſt, inrerdum
falſis euerri rollique deber, cum præſertim nihil
prohibear falſa alicui magis quàm uera probari.
ira ſi ex ijs quæ illi piobantur, progrediatur argu
mentario, perſuaſus potius quàm adiurus erir.
Sed omnes debẽr, qui aliò diſpurarionem rectè III.
traducere & rrahere uolunr, ut geomerra geome
tricè, ſic dialecticè, non pugnacirer traducere, ſiue falſum, ſiue uerum ſit id quod concluditur.
Quæ autem ſinr dialecticæ ratiocinationes, ſu-
prà expoſitum eſt. Vr aurem in rebus uſuuenit, IIII.
ur ſocius iniquus & ſcelerarus ſit is qui rem com
munem impedir: ſic in diſpurarionibus in quibus etiam commune quiddam propoſirum eſt
utrique, prærerquàm ijs qui certãdi ſtudio diſpu
tant. Neque enim utrique eorum licet eundem
finem conſequi, præſertim cum plures uno uincere oon poſsinr. Vtrum aurem in reſpondendo,
an in rogando id efficiant, nihil intereſt. Nam & V.
qui certandi ſtudio rogat, uitioſe & præpoſterè
diſſerit: & qui teſpondendo non concedit, neq;
dar quod uidetur probabile, neque inducir in animum audire quid tandem uelit is qui ponit
quæſtionem. Ex quo perſpicuum eſt, nõ eodem
modo argumenrationem, ſi per ſe conſideretur,
reprehendendam eſſe, & eum qui eam rogando
Ad uitioſam argumentationẽ cõmode reſpõdendum.
tractar. Nihil enim prohiber, uitioſam argumen
tationem eſſe: cum inrerim is qui quæſtionem
ponir, quàm poterir accommodariſsimè, cum eo
qui reſponder diſputabit. Nam ſi res ſir cum difficilibus & proteruis, non poteſt piofectò ſtatim
quas quiſque uelir, ſed quas poſsir, tractare per
rariocinationem argumenrariones. Quoniam
aurem incertum eſt, quando conrraria homines
ſumunt, & quando id quod à principio poſitum
eſt in quęſtione: (ſępè enim ipſi ſecum, & ſoli cũ
aliquid loquuntur, repugnanria dicunt: negatoque eo quod prius eſt, concedunr poſterius. itaq;
cum roganrur, ſæpè repugnantia, & quod primo
loco propoſitum eſt, concedonr) eo uirioſas argumentationes neceſſe eſt effici. culpa eſt iſta eorum qui reſpondenr, qui quædam nõ concedũr,
alia eiuſdem generis concedunt. Ex quo etiam
perſpicuum eſt, non eodem modo reprehenden
dos eſſe eos qui quæſtionem ponunr, & ipſam
Argumẽtationis reprehenſio quintuplex.
argumenrationem. Argumẽratio autem quinque modis reprehendi ſoler. Primò, cum ex ijs

quæ rogata ſunt,& quæſita,nihil cõcluditur om A nino,nec quod ad rem pertineat, quòd falſa ſint, uel non probabilia omnia,aut certè plorima eorum ex quibus conclusio efficitur: & quòd nec detractis quibuſdam, nec additis,nec alijs detractis,alijs additis,efficitur conclusio. Secundò, ſi tractetur per ratiocinationem, quæ ad rem non pertineat argumentatio, ex talibus & eo modo quo in ſuperiori dictum eſt. Tertiò,ſi additis quibuſdam cõficiatur ratiocinatio,ſed quę deteriora ſint quàm quæ rogata ſunt,minusq́; probabilia concluſione. Quartò,ſi detractis quibuſdam, idem contingat. interdum enim plura ſumuntur quàm neceſſe eſt, ut non ex eo quia hæc conceſſa ſunt,efficiatur concluſio. Poſtremò,ſi ex minus probabilibus & credibilibus efficiatur, quã ſit concluſio: aut ſi ex ueris, ſed quę difficilius & maiore negotio quàm id quod quæritur, oſtẽdi poſſunt. Neque uerò id poſtulandum eſt,ut omnes quæ de propoſito inſtituuntur, æquè probabiles ſint ratiocinationes,& æquè ualeant ad faciendam fidem. Eorum enim quæ exquiruntur, partim prima facie faciliora ſunt natura ſua,partim difficiliora:ut ſi quibuſcunque probabilibus poſsint,concluderetur,rectè concluſa uideantur.

Quæſtio interdum per ſe uitioſa, ad quæſtionem relata, uera.

Perſpicuum eſt igitur, non eodem modo argumentationem iudicandam eſſe uitioſam,cum ad quæſtionem refertur, & cum per ſe exquiritur. nihil enim prohibet, argumentationem per ſe uitioſam eſſe: quæ ſi ad quæſtionem referatur,uera erit: uiciſsimque uera per ſe conſiderata, cum quæſtione collata, uitioſa eſſe poteſt: cum facilè ex multis probabilibus & ueris,quæ illi quęſtio B ni tractandę ſunt accõmodata,effici poteſt quod uolumus.

Concludens nõ concludente deterior interdũ.

Fit autem interdum,ut argumentatio etiam quæ concludit, ea quæ non concludit,ſit deterior: cum illa ex ijs quæ minus probantur concludit, cum quæſtio propoſita in eo genere non ſit:hæc autem talia modò requirit, quæ probabilia & uera ſint,nec ex ijs quæ aſſumpta ſunt, argumentatio eſt. neque uerò ij qui ex falſis uerum concludunt, iure reprehendi poſſunt, cum præſertim & neceſſe ſit ſemper falſum ex falſis, & liceat interdum uerũ ex falſis concludi. quod ex Analyticis perſpici poteſt. Cum autem argumentatio quæ expoſita eſt, alicuius rei demonſtratio erit,ſi qua ſit alia propoſitio quę cum concluſione nullam habeat cõiunctionem, ex ea nõ efficietur concluſio. Sin ſpeciem præ ſe ferat cõiunctionis, fallax erit concluſio non neceſſaria.

Philoſophema, Epicherema, Sophiſma, Aporema.

eſt etiam φιλοσόφημα ratiocinatio neceſſaria:epicherema autem ratiocinatio probabilis. Sophiſma autem ratiocinatio pugnax. ἀπόρημα,ratio in utrãque partem diſſerendi. Quòd ſi ex utraque propoſitione probabili aliquid oſtendatur,neque ęquè probentur, nihil prohibet id quod demonſtratum eſt magis quàm utranque probari. At ſi una ſit probabilis,altera neutro modo:aut ſi hęc probetur, illa non probetur, ſi id quidem ſimiliter ſit,tum ex æquo probabitur, & non probabitur,quod demonſtratione concluditur: ſin altera magis probetur,magis etiam probabitur.

Fruſtra plurib. quod paucioribus poteſt.

Atque etiam in tractandis argumentationibus per ratiocinationem peccatur,cum aliquid pluribus oſtenditur, quod paucioribus poteſt, quæ etiam in argumentatione reperiuntur. Cuius generis illud eſt quod ſumitur ad probandum,opinionẽ aliam alia uerius dici opinionem. Si quis poſcat hanc enunciationem, quicquid appellatur cum acceſsione pronominis, ipſum illud eſt, quod in eo genere maximè eſt idipſum quod eſt. Eſt autem opinabile aliquid: quod quia uerè eſt opinabile, appellatur ipſum opinabile: ex quo ſequitur,illud ipſum cum maximè ſit,alijs quibuſdam eſſe magis opinabile: porrò autem omne quod magis eſſe dicitur,alterius comparatione dicitur magis. Eſt uerò opinio etiam aliqua uera,quæ acceſsione pronominis,ipſa opinio appellari poteſt: quæ alijs quibuſdam certior eſt. Hic igitur ſumptum eſt ueram eſſe aliquam opinionem, quæ acceſsione pronominis ipſa opinio uocaretur. Itemq́; illud, in omni genere illud eſſe maximè tale quod per acceſsionẽ pronominis,ipſum nominatur:ex quibus ſequitur, ipſam opinionẽ quæ maximè uerax eſt,eam eſſe quæ maximè & uerisſimè opinionis nomine uocatur.

Ex cauſſæ ignoratione.

Sed quod uitium in hac eſt ratiocinatione? An ob eam cauſam,quòd facit ut cauſa ex qua ratiocinatio conficitur,ignoretur?

Perſpicua argumentatio.

Argumentatio autem perſpicua eſt uno modo,qui maximè in populi ore uerſatur, cum ita concluſa eſt, ut iam nulla ſit opus interrogatione. altero,qui etiam crebris uſurpatur ſermonibus, cum ſumpta ſunt ea, ex quibus eſſe neceſſe eſt quod concluditur. ſunt autem ea ex alijs concluſionibus collecta. prętereà,ſi quid prætermiſſum ſit quod ualde ſit probabile.

Oratio falſa 4. modis.

Falſa autem dicitur quatuor modis, & cum uidetur B concludere,neque concludit, quod uocatur concluſio,& ratiocinatio ad concertationes ſpectãs. Et cum efficit illa quidem aliquid, ſed quod minus ad rem pertineat. quod ijs contingit maximè, quibus incommodo alij urgentur. aut aliquid cõcludit, quod ad id quod agitur pertinet, ſed non propria accommodataq́; ratione: Id eſt, ſi ea quæ non eſt medicinę propria, uideatur medicinę eſſe,aut geometrarũ, quæ non eſt,aut dialecticorum quæ non eſt, ſiue uerum, ſiue falſum ſit quod efficitur. Alio modo falſa eſt argumentatio, cum ex falſis concludit: cuius generis erit alia falſa,alia uera cõcluſio. nã & falſum ſemp ex falſis,& uerum interdũ ex falſis,ut ſuprà dixi,cõcluditur.

Oratio falſa cur.

Ac ratio quidem quòd falſa ſit, culpa eſt eius qui argumẽtationem tractat potius,quã argumentationis. Nec uerò culpa eſt ſemper diſputantis, ſed tum denique cum falſam ſe aliquam argumentationem tractaſſe ignorat: (quãdoquidem ſæpè falſam orationem & propoſitionem,cũ animo aliquid per nos ipſos tractamus, magis quàm multas ueras approbamus) præſertim cum ex ijs quæ maximè uidentur probabilia, aliquid eorum quæ uera ſunt, ipſe refellit. nam quomodo ea ſit ſemper culpa diſputantis,cum ſæpè ad res ueras demonſtratione concludendas huiuſmodi ratiocinationes ex falſis adhibeantur? quippe cum aliquid eorum quæ poſita ſunt,falſum eſſe debeat omnino,ut id demonſtretur. Si uerò falſis, & ualde abſurdis uerum concludat argumentatio,multo certè deterior ijs futura eſt quæ falſum concludunt. cuius generis argumentatio etiam falſum concludere poteſt.

Expĕdendæ ar gumentationis uiæ. poteſt. Perſpicuum eſt igitur, primùm uidendū
eſſe, an concludat argumentatio: deinde, uerúm
ne an falſum: tum, ex quibus. nam ſi ex falſis, ſed
quæ probabilia ſint, tolerabilis erit, & non aſper
nanda ratio: ſin ex ueris, ſed quę non probentur,
uitioſa: ſi & falſa, & quæ ualde improbentur, ꝓ-
fectò uitioſa erit aut omnino, aut in re de qua agi
tur. Quemadmodum autem is qui quæſtionem
ponit, id quod initiò propoſitum eſt, & contra-
ria petat ad ueritatem, expoſitum eſt in Analyti-
Principiū 5. modis peti. cis: quemadmodum ad opinionem, nunc dicen-
dum eſt. Petendi autem id quod initiò dictum
eſt, quinque ſunt genera. Primum & clariſsimè,
ſi quis id petat quod demonſtrandum ipſi eſt: q̃
quidem in eadem re non facilè ignoratur: in ſy-
nonymis autem, iiſque omnibus quorum no-
men & definitio idem declarāt, magis. Alterum,
cum id quod ſingillatim demonſtrari debet, om
nino & totum aliquis petit. ut ſi quis probans,
contrariorum quæ aduerſa dicuntur, unam eſſe
artem, petat cōtrariorum omnino unam eſſe. ui
detur enim, quod per ſe probari debeat, id unà
cum alijs pluribus petere. Tertium, ſi quis ſingil
latim petat, quod propoſitum eſt ad demonſtrā-
dum omnino. ut ſi omnium aduerſorum eſſe ꝓ-
poſitum ſit, aliquorum petat: nam uidetur hic e-
tiam, quod cum multis erat docendum, id pete-
re per ſe ac ſeparatim. Rurſus ſi quis adhibita di-
uiſione, id de quo agitur petat. ut ſi demonſtran-
dum ſit, medicinam eſſe ſalubrium & contrario-
rum, ſeparatim petat utrumque. Aut ſi quis alte-
rum petat eorum, quorum alia alijs conſequun-
tur neceſſariò: ut latus cum diametro componi B
non poſſe, cum probandum ſit, diametrum cum
Petitur contrariū multis modis. latere non poſſe. Contraria etiā tot modis, quot
ea quæ initiò dicta ſunt, petuntur. Primùm, ſi cō
traria petat, aientia & negantia. Secundò, ſi con-
traria eo modo quo ſunt inter ſe repugnantia: ut
bonum & malum eſſe idem. Tertiò, ſi quis om-
nino & totum ſumpſerit, & in parte petat, quod
repugnat. ut ſi quis hoc ſumpto, aduerſorum u-
nam eſſe artem, petat ſalubrium & inſalubrium
aliam artem: aut ſi hoc poſteriore petito, de toto
genere repugnantiam ſumat. Rurſus, ſi quis con
trarium petat eius, quod ex poſitis & conceſsis
efficitur neceſſariò. item, ſi quis contraria ipſa nō
ſumat: duo autem petat eiuſmodi, ex quibus re-
pugnantia ſequetur. Sumere autem contraria, et
petere id quod initiò poſitum eſt, hoc differunt,
quòd huius error in concluſionem incidit. (illud
enim ſpectantes, peti id dicimus quod initiò po
ſitum eſt) contraria autem in propoſitionibus
cernuntur, quòd inter ſe quodam modo affectæ
Ad exercitationem argumentationum præcepta. ſunt. Vt autem exercitatio & meditatio in argu-
mentationibus eiuſmodi paretur, primùm aſſue
ſcendum eſt argumentationes conuertere. Sic e-
nim maior nobis ad diſputandum argumento-
I. rum ſuppeteret copia, & in paucis multas argumē
Conuertere argumentationes quid. tationes tenebimus. Conuertere enim eſt, unū
eorum quæ data ſunt refellere, mutata in ſuam
oppoſitam concluſione, eaq; cum altera ſumptio
nem accepta. Nam ſi tollatur concluſio, una ali-
qua propoſitio tollatur neceſſe eſt: ſi quidem po
ſitis ijs omnibus neceſſe ſit concluſionem effici.
Ad omne uerò propoſitum multum ualet, in hāc

A & illam partem argumenta inuenire, quibus ſo-
lutio illico quęrenda eſt. Sic enim fiet, ut ſimul &
in quærendo, & in reſpondēdo exercitatiſſimus:
& ſi nemo alius ſit quo cum diſputemus confera
musq; hæc ipſa, nobis certè per nos, & nobiſcum
licebit. Sunt etiam comparanda inter ſe argu- II.
menta, quæ utramq; in partem plurimum ualēt.
Hoc enim & ad obfirmandum ſe, & ad refellen-
dum multum ualet, cum alicui magna argumen
torum copia in utramque partem diſſerendi ſup
petit. nam ad contrarias partes fiet tutior. Poſſe- III.
que antè perſpicere, & perſpexiſſe, quid utramq;
quæſtionem & cauſam ſequatur, non paruum
adiumētum adfert ad cognitionē, philoſophięq;
rationem. Relinquetur enim, ut eorum rectè al-
terum ſequamur. Sed ad id efficiendum ingenio IIII.
opus eſt: uerumq; ingenium & indoles in eo eſt,
ut poſsis uerum rectè ſequi & declinare falſum.
quod quidem ij quibus acumen ingenij, & indo
lem natura largita eſt, præclarè efficere poſſunt.
Cum enim amant, & oderunt quod affertur &
proponitur, uerè de eo quod præſtantiſsimū eſt
iudicant. cùm uerò ad quæſtiones, quæ ſæpiſsi-
mè in diſputationem incidunt, parati & inſtructi
argumentorum copia uenire debemus, tum ma
ximè ad eas quibus capita prima propoſita, &
quæſtiones generales diſputantur: quoniam in
his ferè ij qui reſpondent, omnia ferè quæ uulgo
recepta ſunt, reſpuere ſolent. Iam definitionum
nobis magna uis ſuppetere debet: eaq; in prom-
ptu habere debemus maximè, quibus ea quæ
probantur, & prima declarantur, cum præſertim
B ex ijs ratiocinationes conſtent. Danda eſt eti- V.
am opera, ut ea in quę alia argumenta incurrunt,
teneamus. Vt enim in geometria utile eſt ele- *Simile eruditū.*
menta exercitatione parata & meditata habere:
& in numerorum ratione, prima quaſi capita in
promptu habere: magnaq; in hoc ipſo uis eſt, ut
alium etiam numerum multiplicatum cogno-
ſcant: ſic in argumentationibus principia tene-
re, & propoſitiones in ore habere. Quemadmo *Aliud ſimile à memoria.*
dum enim in memoriæ exercitatione loci collo-
cati & diſpoſiti, ſtatim faciunt ut redeant res no
bis in memoriam: ita hęc ipſa magnam nobis ad
diſſerendum copiam ſuggerent, quòd loci ipſi
certi ſint, quos ſpectemus. Sed locus commo- VI.
nis potius, quàm tota ratiocinatio, memorię mā
dandus eſt, quippe cum difficile ſit, mediocrem
principiorum & propoſitorum uim ac numerū
ſuppetere. Præterea argumentum unum in mul VII.
ta diſtribuere aſſueſcendum eſt nobis: ita tamen,
ut id obſcuriſsimè facere uideamur. Quod ita fi-
et, ſi quis longiſsimè aberrat à uicinitate eorum
de quibus agitur. Ea autem argumenta in hoc *Loci aliquot ad exercitationē accōmodati*
genere plurimùm ualebunt, quæ de toto genere
id maximè efficere poſſunt. Cuius generis illud
eſt, Non eſſe unam multarum rerum artem. Ea-
dem enim ratio eſt eorum quæ cum aliquo con-
feruntur, & contrariorum quę aduerſa dicuntur,
& coniugatorum. Atque etiam rationes quas VIII.
ab alijs accepimus, quaſi uniuerſales accipere de
bemus, etiamſi in parte ſint tractatæ. ſic enim ex
una multas etiam facere licebit. Quod fieri in IX.
arte rhetorica de enthymematibus eodem mo-
do iudicandum eſt. Is uerò qui reſpondet, hoc *Reſpondē cautio.*

 quantum

quantum poterit declinabit, ne ad totum genus A
reuocetur diſputatio: illique hoc uidendum eſt
ſemper, an de pluribus rebus communibus tra-
ctaretur facta ab alio argumẽtatio. Omnis enim
quæ de parte eſt, in uniuerſo genere continetur,
ineſtq́; in priuata & ſingulari cauſa uniuerſi gene
ris expoſitio & demonſtratio: quòd ſine uniuer
X. ſi generis locis nihil concludi poteſt. Vſus autẽ
argumentationum earum quę per inductionem
tractantur, ad rudes & ignaros: earum quæ per
ratiocinationem, ad peritos transferri accommo
XI. darique debet. Enitendumque eſt, ut ab ijs qui
argumentationes per ratiocinationem tractare
poſſunt, propoſitiones: ab ijs qui per inductio-
nem, ſimilitudinum collationes comparationeſ-
que accipiamus. ſunt enim utrique in hoc gene-
XII. re exercitati. Omnino is qui exercitationis gra
tia diſputat, conari debet utilitatem illam ex di-
ſputatione conſequi, ut aliquam inde referat aut
ratiocinationem ad aliquid probandum, aut pro
poſitionem, aut ſolutionem, aut oppoſitionem
(quæ inſtantia uulgò appellatur.) Et ut noter,
bene an perperam, aut ipſe aut alius diſputaue-
XIII. rit: & qua ratione utrunque euenerit. Ex his e-
nim tota hęc facultas conſtat, exercitatio autem
facultatis gratia ſuſcipitur. Sed ex ijs omnibus
quæ dixi, maximè quærendæ ſunt propoſitio-
nes & oppoſitiones: hoc eſt, ut uocantur, inſtan
Dialectici uis in quo. tiæ. Dialectici enim uis maximè cernitur in p-
ponendo, & reſiſtendo. Eſt autem proponere, u- *Opponere, & reſiſtere quid.*
num facere ex multis: quandoquidem unũ om-
nino ſumi debet, ad quod pertinet argumen-
tatio: reſiſtere uerò, eſt multa ex uno: aut enim
diſtinguit, aut euertit, cum ex ijs quæ propoſita
ſunt, hoc concedit, illud non concedit. Quoni- XIIII.
am autẽ uitioſę & iniquæ diſputationes cũ qui-
buſdã futurę ſunt neceſſariò, nec cum quouis di-
ſputationes inſtituere, nec quemlibet in ſocieta-
tem exercitationis recipere debemus. nam ad-
uerſus eum qui hoc unum agit, hoc conatur, ut
alterius argumenta quacunque ratione eludat,
æquum eſt omnino diſputare, tamen non ſem-
per decet. Quocirca non temerè cum quibuſuis *Cũ quouis non eſſe diſputãdũ.*
exercitationis cauſa conſidendum eſt. hinc enim
maledicta, hinc contumeliæ, hinc iracundæ con
tentiones, cõcertationesq́; naſcũtur. Neq; enim
fieri poteſt, ut qui unũ in locũ diſcendi exercen-
dæque artis gratia conueniunt, ſine concertatio
nibus diſputare deſinant. Atque ut finem dicen XV.
di faciam, parata & meditata argumenta nobis
eſſe debent ad eiuſmodi quæſtiones: quibus tra
ctandis, quo minor copia ſuppetẽt, eo ad plura
ualebunt. Quo ex genere ſunt & ea quæ per uni
uerſi generis quęſtionẽ fuſa ſunt, & ea quo-
rum ex tempore difficilior ſuppe-
ditatio & inuentio eſt.

FINIS.

CATALO-

CATALOGVS LOCORVM, QVI IN MARGINE TOPICORVM ARISTOTELIS NOTATI SVNT, QVOS IPSE LOCOS QVATVOR QVAESTIONVM GENERIBVS,

earumq́; attributis, ad differendi copiam ſubiecit.

LOCI AD IDEM & aliud, itemq́; ad multiplicis diſtinctionem. ex libro primo.

Idem ſiue aliud, dicitur numero, ſpecie, genere.
Idem numero dicitur, nomine uel definitione, proprietate, accidente.
Attributa queſtionũ dialecticarum.
Accidens,
Genus,
Proprium,
Definitio.
Hec ad categorias decẽ, tã quã ſumma rerũ omniũ genera referuntur: quæ ſunt:
Subſtantia,
Quantitas,
Qualitas,
Relatio,
Vbi,
Quando
Situm eſſe,
Habere,
Facere,
Pati.
Ex contrarijs.
Ex medijs contrariorum.
A diſparatis.
Ex priuantibus.
A coniugatis
A generibus ſummis.
A generum diuerſitate.
A definitione uerbi coniuncti.
Ab homonymo definitiõis.
Ex comparatione.
A diuerſorum generũ differentijs.
A ſpecie & differentia.
A ſimilitudine.

LOCI AD ACCIdentis quæſtionẽ ſimpliciter & ſine alterius comparatione propoſitam, ex libro ſecundo.

Ex genere.
Ex partibus.
Ex definitione.
Ex partibus alio modo.
Ab autoritate.
Ab eo quod multis modis dicitur.
A multiplici nõ homonymo
Ab enumeratione.
Ab ijs quæ cum aliquo conferuntur.
Ex genere ſubiecto.
Ex forma.
Ex genere perſequendo partes.
A definitionibus & ꝓprijs
Ex conſequentibus.
A notatione.
A diuiſione.
A polyonymia.
Ex contrarijs aduerſis.
A ſubiecto contrarij.
A contrarijs diſparatis.
Ex aduerſorũ cõſecutione.
Ex priuantibus.
Ab ijs quæ cum alio conferuntur.
A coniugatis & caſibus.
A coniugatis contrarijs.
Ex cauſis & effectis.
Ex maiore.
Ex minore.
Ex pari.
Ex adiectione.
Ex parte.
A tempore.
A loco.

LOCI AD ACCIdentis queſtionem cõparati, ex libro 3.

A bono diuturniore.
Ab autoritate.
A cauſſa meliore.
A natura.
A bono propter ſe.
A cauſſa per ſe.
A ſimpliciter bono.
A naturalibus bonis.
A meliore ſubiecto.
A proprio.
A digniore ſubiecto.
A fine.
A facultate.
A fine meliore.
Ab honore & precio maiore.
A conſequentibus.
A numero.
A uoluptate.
A tempore, opportunitate, & ætate.
A toto tempore.
A bono per ſe.
Ab interitu, abiectione, origine, acceptiõe, cõtrarijsq́;
A uicinitate & ſimilitudine boni.
A ſimilitudine melioris.
A nobilitate.
A difficultate.
A proprietate.
A uacuitate ægritudinis.
A generis præſtantia.
Ab amicitia.
A neceſſario.
A proprio.
A bono per ſe.
A diſſimulationis cauſſa.
A bonorum defectione.
A generis proprio.
Ab efficiẽtium cauſſarũ ui.
A cõiugatorũ cõſequentib.
A bonorũ inter ſe comparatione
Ab expetendorũ collocatione.
A laudabiliũ cõtentione.
A deſiderabili.
Ex adiunctione.
Ex detractione.
Ab honeſto.
A communiore bono.
A meliore fine.
A boni impedimento.
A natura.
A cauſſa efficiente.
A maiore efficiendi ui.
Ab uno, tertium ſuperante.
Ab uno duobus magis tale.
Ex coniunctione.
Ex detractione.
Ex minus admixto cõtrarijs.
A definitione ueriore.
Ex toto.
Ex partium remotione.
Ex contrarijs.
Ex coniugatis.
Ex cauſſis interimentibus & gignentibus.
Ex ueriſimili.
Ex maiore.
Ex pari.
Ex minore.
Ex cõparatione eorũ quæ ſunt eiuſdem generis.
Ex fictione paris.

LOCI AD QVAEſtionem generis, ex libro quarto.

Ex generis attributis.
A definitione ſubiecti.
A definitione accidentis.
A generum diuiſione.
A definitione generis.
A definitione ſpeciei.
Ab enumeratione formarũ
A ſubiecti definitione, ſiue diuiſione.
A ſubiecti & attributi diuiſione.
A ſynonymia.
A definitione generis.
A genere diuerſo.
Ex genere ſuperiore.
A definitione ſpeciei & generis ſuperioris.
A ſpeciei definitione.
Ab enumeratione.
A definitione dati generis, & ſuperiorum.
A definitione eorũ quæ cũ ſpecie communicãtur.
A differentia attributa.
A differentia ſubiecta.
A genere ſpeciei ſubiecto.
A differẽtia formæ ſubiectæ
A genere differẽtiæ ſubiecto.
Ab enumeratione differentiarum.
A ſpecie, natura priore.
A contrario genere definitionis.
A generis ſubiecto.
A ſynonymia.
A ſpecie unica.

A metaphora.
A contrario ſpeciei.
A contrario generis.
A contrario genere.
A contrariorum medio.
A medio inter ſpecies & genera.
A medio contrariorũ eiuſdẽ generis.
A contrario genere.
A formæ contrario.
A medio contrariorum.
A generis contrario.
A caſibus & coniugatis.
A ſimili & cauſſis efficientibus.
Ab ortu & interitu.
A cauſſis interimentib. & gignentibus.
A ui & uſu.
A priuantibus.
A diſparatis.
A relatis contrarijs.
A relatis non per ſe.
A relatione ſuperiorum generum.
A relatione per eoſdem caſus.
A relatione per caſuum conuerſionem.
A relatione per caſus pares.
A contrarij contrario genere relatorum.
Ab enumeratione relatorũ.
Ex habitu & actione.
Ex conſequentibus.
Ab eodem ſubiecto.
A ſubiecto & accidenti.
A ſpecie cum genere ex parte communicante.
Ex parte.
A ui & poteſtate.
A bono per ſe & propter ſe
A generum communione.
A generis & differentiæ cõmutatione.
Ex abſurdo.
Ex affectione ſpecies.
Ex affectione genus.
Ex parte.
A totius negatione.
Ex rerum omniũ quæ tranſcendentia uocant, conſequentibus.
A ſubiecto.
A ſynonymia.
A generis & ſpeciei contrario.
Ex pari.
Ex maiore.
Ex minore.
Ex maiori aut pari genere,
A ſpecie maiore, aut pari.
Ex generum & formarum comparatione.
A definitione generis.
A coniugatis.
A ſemper conſequentibus

LOCI AD PROprij quæſtionem, ex libro 5.

A notiorib. aut minus notis
Ab eo quod ex parte aut omnino & ſimpliciter.
Ab homonymia attributi.
Ab homonymia ſubiecti.
A repetitione eiuſdem uerbi
A negatione.
A communi uerbo.
Ab ocioſo & ſuperuacaneo
A proprij ſubiecto.
A parte ſubiecti.
A contrario.
Ab æquali naturæ ordine.
A poſteriore.
Ab accidente.
A præſenti tempore.
A ſenſu ſiue ſenſibili.
A definitione.
A genere.
A proprij reciprocatione.
A ſubiecto.
A proprij communione.
A tempore.
Ab eodem de iiſdem.
Ab eodem genere.
A diſtinctione.
Ex caſibus.
A natura.
Ab altero ſubiecto.
A proprio indefinito.
A definitione.
A ſimilibus eiuſdem generis partibus.
Ex toto & partibus.
Ex contrarijs.
Ex aduerſis.
Ex relatis.
Ex priuantibus.
Ex contradicentibus ſiue diſparatis.
Ex diuiſione.
Ex caſibus & coniugatis.
Ex coniugatis contrarijs.
A ſimili.
A proportione.
Ex cauſſis.
Ex forma.
Ex paribus.
Ex ui, ſiue à potentia.
A præſtantia.

LOCI AD QVAEſtionem definitiõis, ex libro ſexto.

Ex translatione
Ab inuſitato.
Ex contrarijs.
Ab ignoratione definiti.
A uerbi communitate.
A proprij remotione.
Ex generis & aliarũ definitionis partium anguſtia.
A repetitione.
A partis ad totum adiectione.
A prioribus & notioribus.
Ex contrarijs.
Ab eo quod idem ualet.
A differentia diuiſionis.
A præſtantiore genere.
Ex remoto aut proximo genere.
A differentia.
A negatione diſtributi.
A ſpecie pro differentia.
Ex genere pro differentia.
Ab accidente pro differẽtia
A ſpecie & indiuiduis.
A poſteriore quàm ſpecies differentia.
Ab alterius generis differentia.
A loco, in quo pro differentia.
A perturbatione, pro differentia.
A differentia relati.
Ab accidente relatorum.
A poſteriore habitu.
Ab alieno ſubiecto.
A tempore.
A poteſtate.
Ex maiore & minore.
Ex maiore non ſimul.
Ex duorum comparatione inæquali.
Ab inæquali trium comparatione.
A gemina pro una definitione.
Ab eorũ quæ definitio continet, definitione.
A relatis definitionis.
Ex medio & fine.
Ab ortu & actione.
A diſsimilitudine.
A differentiæ defectu.
A coniugatis & contrarijs.
A ſpecie relata.
A definitione contrarij relati.
Ab aduerſis.
A priuatione.
A priuãtibus ſine ſubiecto.
A priuantibus falſis.
Ex caſibus & coniugatis.
Ex idea ſempiterna.
Ab una ambiguorũ definitione.
Ab latenti homonymia.
Ab homonymi ignoratione
Ab autoritate.
A partis remotione.
A uerborum æqualitate.
A commutatione uerborũ.
Ab eadem ſignificatione.
A generis permutatione.
Ab orationis cõmutatione.
A definitione communi.
A diuerſo ſubiecto.
A relatis indefinitis.
A perfectione & habitu.
A fine medio, ſiue ex cauſſa deteriore.
A partium repugnantia.
Ex toto.
Ex partibus.
Ex partibus non conſtituentibus.
Ex ſubiecti unitate.
A ſubiecti ſiue totius diſtinctione.
A partium interitu.
A diſsimilitudine totius & partium.
Ex maiore.
Ex repugnantibus.
Ab homonymia.
Ab indefinita concretione.
A definitione confuſa.
A diuiſione.
A partiũ finibus diſtinctis.
A totius & partium finib. diſtinctis.
A partibus indefinitis.
Ex altero contrariorum.

LOCI AD QVAEſtionẽ, de eodem & altero: quę pars eſt definitionis, ex libro 7.

Ex coniugatis, caſibus, & contrarijs.
Ex cauſſis.
Ab eodem numero.
Ex conſequentibus.
A primis generibus diuerſis
A medijs generib. diuerſis.
Ex maiore.
Ex adiunctione.
Ex fictione ſiue ſubiectione.
A repugnantibus.
A diuiſione.
Ab alterius ſeparatione.
Ex contrarijs.
Ex genere contrario.
Ex contrarijs differentijs.
Ex caſibus & coniugatis.
A ſimilitudine ſiue proportione.
Ex maiore.
Ex pari.

FINIS.

RAPHAELIS VOLATERRANI in Elenchorum Ariſtotelis librum primum Eiſagoge.

ARiſtoteles librũ ſcripſit Elenchorũ, non ut fiant, ſed ut uitentur, ueluti medicinæ quædam non ad ſanitatem, ſed ad nitanda uenena præparantur. Syllogiſmum enim & litigioſum, & contentioſum, & ſophiſticũ, & ſyllogiſticum, & elenchum, continet eadem omnes ſignificatione. Nam elenchus dicitur ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod eſt deprehendere. docet enim, quomodo Sophiſtæ deprehendant, id eſt decipiant, aut decipientes deprehendãtur in mendacio, & propterea uitentur. Is igitur triplex eſt. aut peccat in materia tantum, qni ex apparentibus probabilibus rectè ſyllogizat: ut letum eſt amabile, letum autem eſt mors, mors eſt amabile: omnis ſtatua naturalis eſt, Hercules eſt ſtatua, Hercnles eſt naturalis. Secundus peccat in forma, qui item ex apparentibus probabilibus, non autem rectè ſyllogizat. ut omnis homo eſt animal, aſinus eſt animal, ergo aſinus eſt homo. nã adſumpta uera ſunt, ſed errat in forma. Tertius errat in utroq;, ex apparentibus etiam probabilibus. ut omnis homo eſt animal, nullum riſibile eſt homo, ergo nullum riſibile eſt animal. eſt apparẽs ſyllogiſmus, ſed arguitur minore negatiua in prima figura, peccat in forma: & minor eſt apparenter probabilis per talem ſyllogiſmum, etiam in forma peccantem. nullum accidens eſt homo, omne riſibile eſt accidens, nullum riſibile eſt homo. Qui igitur peccat in materia tantũ, ſyllogiſmus contentioſus, ſeu ſophiſticus elenchus dicetur. qui autem peccat in forma, iam non ſyllogiſmus, neq; elenchus, ſed apparens elenchus ac paralogiſmus dicitur. Denię; ſyllogiſmus eſt ſophiſticus, quando ambas, uel alterã habet propoſitionem falſam, forma uerò reſtat. Paralogiſmus autem, ſiue apparens ſyllogiſmus, quando forma errat, ſiue ſint falſæ, ſiue ueræ propoſitiones. Syllogiſmus pſeudographus, ſiue falſigraphus eſt, ueluti detorquens demonſtrantem. ex principijs enim ueris, ſed malè intellectis, falſum comprehendit. ut ſi dicat, omnes lineæ à centro ad circumferentiam ſunt æquales. at duæ lineæ à centro ad circumferentiam in non æqualibus circulis ductæ ſunt, ergo æquales: falſum erit. intelligitur enim in eodẽ circulo. Doctrinalis ſyllogiſmus idem & demonſtratiuus, de quo ſuprà narratum eſt. Tentatiuus autem idem eſt quod dialecticus. differt tamen, quod non eſt ex ſimpliciter opinabilibus, ſed tantum ex ijs quæ uidentur reſpõdenti, de quo ſcientiam ſe habere fingit. Enarratis diſputationum generibus, enumerantur quinque, quorum cauſa fit ſophiſticus ſyllogiſmus. Redargutio, falſum, opinabile: Solœciſmus, nugatio. Per primum Sophiſta uult uideri redarguere reſpondentem, quod non eſt. per ſecundum, falſum aliquid monſtrare. per tertium uult quod dicat contra opinionem multorum, ſeu plurium, ſeu ſapientum. per quartum, barbara grammatica & incognita utitur. poſtremò idem frequenter per nugationem quandam repetit. Poſt hæc uia fallendi duplex proponitur: in dictione, & extra dictionem. In dictione ſex modi, æquiuocatio, amphibologia, compoſitio, diuiſio, accentus, figura dictionis. quibus

A exẽpla ſunt huiuſcemodi: ac primũ æquiuocationis, duobus modis. Aut unum plura ſignificat, ſicuti canis, letum. uerbi gratia: omne letum bonum, malum eſt letum. malum ergo bonum. Sic melius quàm exemplum quod ponitur in textu Latino, de uerbo Expedit. nam expedit apud Latinos æquiuocum ad bonum & malum non propriè reperitur, ſed bene apud Græcos δέοντα. Secundò, quando una dictio per ſe tantum rem unam ſignificat, ſed addita alteri plura. ut qui ſurgebat, ſtat: & qui curabatur, ſanus eſt. ſurgebat enim ſedens, & curabatur ægrotans. Aegrotans enim per ſe rem unam ſignificat, ſed iunctum uerbo curabatur, ſignificat tam illum qui eſt, quàm qui fuit ægrotans. Amphibologia ſic fit: Quicquid ſcit, hoc ſcit: lapidẽ ſcit aliquis, ergo lapis ſcit. ſoluit Ariſtoteles, Maior eſt duplex. nam & ſcitum & ſciẽtem poteſt ſignificare. Si enim illud pronomen Hoc, conſtruatur cum primo uerbo, tunc ſignificat ſcitum: ſi conſtruatur cũ ſecundo, ſignificat ſcientem. Item: quicquid uidet, hoc uidet, lapidem uidet aliquis, ergo lapis uidet. quod eodẽ modo ſoluitur. Item: quicquid contingit dicere, contingit loqui. ſed tacentem cõtingit dicere, ergo tacentem contingit loqui. ſoluit Ariſtoteles, Minor enim eſt duplex. quia uel ſignificat quod tacens poteſt loqui, uel contingit dicere aliquem eſſe tacentem. Differũt inter ſe amphibologia & æquiuocatio, quòd in æquiuocatione ex eodem nomine diuerſa ſignificante probatur. Amphibologia ex oratione facit errorem, ſignificante non unum. Dico autem orationem, dictionum compoſitionem: nomen uerò dictionem ſimpliciter.

B Tertius modus compoſitione. ut ſedens poteſt ambulare: quæ propoſitio ſi ſit compoſita, falſa eſt: ſi diuiſa, uera, monſtrato ſedente, qui poßit ambulare. Item, nõ ſcribens ſcribere poteſt: & quicunq; ſcit literas, nunc didicit illas. Et qui unum ſolum poteſt ferre, poteſt plura ferre. Diuiſione ſic: quinq; duo & tria ſunt, ergo quinq; ſunt paria & imparia. Itẽ, quod eſt tantundem & amplius eſt æquale, ſed maius eſt tantundẽ & amplius, ergo maius eſt æquale. Item, ego te feci ſeruũ, exiſtentem liberum. Item: quadraginta uirorum centũ reliquit diuus Achilles. Accẽtu ſic, in pronunciatione ac diuerſitate acuti ac grauis: Feræ uenenum eſt, aduerbiũ eſt ferè, aduerbium ergo uenenum. Addẽdo autem hyphen, dictionis ſenſum uariat: ut Samothracia continens nomine coniuncta eſt, Samothracia inſula eſt continens, ergo nomine coniuncta eſt inſula. Hic carmen Horatianũ aut Virgilianum haud propriè ab interprete ponitur. Græci commodius quàm Latini hoc modo utuntur, qui accẽtus magis frequentant. Figura dictionis fit, quando non idẽ ſimiliter interpretamur, ut maſculinum fœmininum, uel contrà: uel neutrum fœmininum aut maſculinum. uel quando quale interpretamur quantum, uel faciens patiens. Paralogiſmi extra dictionem, ſeptem. Per accidens, per ubi & ſimpliciter, per ignorantiam elenchi, per cõſequens, per petitionẽ principij, per non cauſam ut cauſam, per plures interrogationes ut unam. Per accidens fit, quando idem adſignatur ſubiecto ſiue eſſentiæ, & accidẽti: ut Socrates eſt alius ab homine, Socrates eſt homo, Socrates ergo eſt alius à ſeipſo. Itẽ, Socrates eſt alius à Platone, Plato eſt homo, er-

go Socrates eſt alius ab homine. Nam non ſecundum naturã Socrates eſt alius à Platone, ſed per hypoſtaſin & proprietatem, quæ circa naturam ſunt, non autem naturæ. Cõcluſio uerò proprietatem ab his quæ ſunt circa naturam, ad naturam trãſtulit. Rurſus: Homo animal, animal genus, homo ergo genus. Item: Antonius homo, homo diſſyllabũ, Antonius ergo diſſyllabum. Item in ſecunda figura, uel intentionem & remiſsionem non recipit. dulce intentionem, & remiſsionem recipit: mel ergo non dulce. Item album ſecundum magis & minus eſt: cygnus, nix, ceruſſa, ſecundum magis & minus non ſunt, non ergo alba. Secundum quid ad ſimpliciter fit, quando aliquod dictum ſolum ineſt ſecundum quid, & ſumitur ineſſe ſimpliciter: ut quod opinabile eſt, eſt: & quod non eſt, eſt opinabile: ergo quod non eſt, eſt. Soluit negando conſequens: quid non eſt idem eſſe ſecundum quid, & eſſe ſimpliciter, ſicut eſſe opinabile, & eſſe. itẽ quod non eſt, homo non eſt: ſed aliquid eſt quod non eſt, ergo homo aliquid eſt, quod non eſt. ſoluit negando conſequens. item Indus eſt niger, & Indus eſt albus dentes, ergo eſt albus & niger: & ſic erit albus, & non albus. Ex ignoratione elenchi fit paralogiſmus, quando omittitur aliquid ad rationem ſyllogiſmi uel elenchi. eſt enim elenchus, ut inferius etiam dicitur, contradictio unius & eiuſdem, & quæ ſequũtur. uerbi gratia: duo ſunt duplum unius, & non ſunt duplum trium, ergo ſunt duplum & non duplum. Soluit: quia hoc eſt reſpectu diuerſorum, & non ad idem. Item decem dupla ſecundum longitudinem, & non dupla ſecundum latitudinem, duplum ergo non duplum. ſoluit, quod non arguitur ſecundum idem. Quartò ex conſequente, quando credimus conſequens conuerti cũ antecedente, cum quo tamen nõ poteſt conuerti: quia cum antecedens eſt, neceſſariò conſequens eſt. ſed cum conſequens eſt, putamus neceſſariò antecedens eſſe: ut ſi mel eſt, dulce eſt. ergo ſi dulce eſt, mel eſt. ſoluitur negando conſequens, à poſitione conſequentis, ad poſitionem antecedentis, quando non conuertitur. Item, ſi pluit, terra eſt madida: ergo ſi terra eſt madida, pluit. Item, hic corruptor eſt, ergo adulter. item, hic noctu errat, ergo furatur. Præterea Meliſſus ſic dicebat ad probandum infinitum: quod factum eſt, principium habet: ſed uniuerſum non eſt factum, quia ex nihilo nihil fit: ergo uniuerſum non habet principium, & ex conſequente infinitum. Ariſtoteles uerò inſtat, negando primum conſequens. Non enim ſequitur, omne quod factum eſt, habet principium. ergo omne quod habet principium, eſt factum. Quintò ex petitione principij, cum idem in concluſione repetit: uidelicet, anima eſt incorruptibilis. incorruptibile autem immortale eſt, ergo anima incorruptibilis. Hic cauſam dat, & recipit ex principio ad demonſtrandum. neque enim incorruptibile differt ab immortali, ſed idem diuerſis uerbis. Sextò, quando nõ cauſam ut cauſam dixit. Fit autem hic ſyllogiſmus per impoſsibile, uidelicet ſi aliquo dicente omni riſibili ineſt rationale, hinc in impoſsibile orationem deducens dicat, ſi rationale omni riſibili, & riſibile omni ſimiæ. ergo rationale omni ſimiæ, quod quidem impoſsibile. Hic enim non cauſa ponitur, ut cauſa. neq; enim eſſe omni riſibili rationale

A

(hæc quidem erat hypotheſis) cauſa fuit impoſsibilis, ſed dicendo minorem, quod omni ſimiæ ineſt riſibile, quoniam nulla ſimia uerè ridet, etſi riſum hominum imitatur. Septimò, quãdo plures interrogationes, ut unam facimus, hoc modo: utrum terra ſit cœlum, an mare. Item, an Socrates docet Platonem & Ariſtotelem, ſi concedatur. Socrates ergo docet hominem, ſed non homines. Item, demonſtratis duobus, quorum unum ſit bonum, alterum malum, an illa ſint bona, an non bona. ſi bona dicantur, cur ergo ſequitur, aliquod non bonum eſſe bonum. Hinc ſubdit quòd ſi negetur, tunc aliquibus ſuppoſitis contingit uerum facere elenchum contra reſpondentem. Poſtremò notandum, quòd fallacia dictionis in æquiuocatione nominis conſiſtit: extra dictionẽ uerò, in æquiuocatione intellectus. Nunc ad elenchi definitionem. nam omnes paralogiſmi in elenchi ueniunt ignorationem. Eſt enim contradictio eiuſdem & unius non nominis, ſed rei & nominis: non homonymi, ſed eiuſdem, ex datis, ex neceſsitate collectis, & non alijs quibuſdam: non cõmemorati à principio, ſed ſecundum idem & ad idem, ſimiliter & in eodem tempore. Debet igitur diſputans qui redarguere alium cupit, eius quod ille dicit oppoſitum colligere, in eodem & uno, non quidem in alio & alio. uerbi gratia: dicente aliquo Platonẽ de arte diſſerere, ſi alter contradicat Platonem non de arte diſſerere, intelligendo alium Platonem, non eſt elenchus. Propter hoc ait definitio, contradictionem unius & eiuſdem eſſe elenchum, non nominis, ſed rei: hoc eſt, non ſolum nominis, ſed

B

rei. ſi enim unum quidem ſit nomen, differentes uerò ſub eo res declaratæ, in alia ſignificatione non eſt elenchus. Sed neq; homonymi nominis. dicere enim animal ambulat, & animal non ambulat, & ambo uera, non eſt elenchus. eſt igitur eiuſdem & unius nominiſq; & rei contradictio, ex datis, ex neceſsitate collectis, & non alijs quibuſdam, non commemorati à principio: hoc eſt, non per aliud nomen acceptum quæſtionis in propoſitione, in rationẽ demonſtrationis. Nam ſecundum idem oportet quod exiſtat à principio, & non ſecundum aliam atq; aliam partẽ ſubiecti fieri contradictionem. Si enim idem lignum longitudine dicitur bicubitum, latitudine uerò non bicubitum: & item Aethiops corpore reliquo coloratus, dentib. uerò nõ coloratus, nõ fiet elenchus. Et ad idem quidẽ, non ad aliud oportet contradicere. dicere enim decem ad quinq; duplũ, ergo decem, non erit elenchus. Non ſolum autem ſecundũ idem, & ad idem fieri oportet contradictionem, ſed ſimiliter, & in eodem tempore. ſimiliter quidem, ut non dicatur de infante grammaticum, & non grãmaticum. Et rurſus de dormiente uidentem, & non uidentem: & hoc quidem poteſtate, illud energia accipiendo. in eodem autem tempore, ut non eundem hominẽ dicamus in uno tempore motum, in alio rurſus non motum. Ex datis ex neceſsitate elenchus fit, quando nõ ponimus nõ cauſam ut cauſam: ex accidẽte uerò & cõſequente, & ſi uidentur concludere ex datis, at nõ ex neceſsitate concludit, neq; idem. Neq; enim quæ ſecũdum eſſentiam exiſtunt prædicato, ex his neceſſe eſt ſubiecto prædicari: neq; ſi homo animal, animal autem eſt triſyllabũ, neceſſe eſt hominẽ eſſe triſyllabum: neq; rurſus,

ſus, ſi febricitans calet, neceſſe eſt ut qui calet febricitet: propterea in elenchi definitione ex neceßitate ponitur. Hinc liquet, quod (uti ſuprà diximus) paralogiſmi omnes in elenchi ignorationem apparent, quem ſi quis nouerit, nunquam decipietur captionibus, aut ſophiſmatis, quibus utuntur ſophiſtæ, nihil aliud quærentes quàm talibus coloratis ſyllogiſmis diſputantem irretire. Poſt hæc Ariſtoteles ponit differentiam ſophiſticorum elenchorum, ſiue paralogiſmorū, alios in forma, alios in materia peccare: deinde differentiam inter pſeudographum & litigioſum: dicitq; hunc ex proprijs principijs alicuius artis, ſed litigioſum ex cōmunibus: quæ omnia ſuprà in principio cōmemoraui. Deinde comparat litigioſum ad ſophiſtica, dicitq; eundem eſſe re, uerùm fine alium. Nam litigioſus litem tantum intendit, ſophiſta gloriam. Itaq; alterius eſt apparens uictoria: Sophiſtæ uerò apparens gloria. Deinde ſic ait: litigioſum deficere à dialectico, ſicut pſeudographus deficit à demonſtratiuo. Nam alter ex principijs dialecticis, alter ex principijs demonſtratiuis procedit: & alter, proprijs quarundam artium principijs. alter cōmunibus applicatur: hac tantū differentia, quòd pſeudographus eſt pſeudographus, reſpectu demonſtrationis: litigioſus autē non litigioſus, reſpectu dialectici. Poſt hæc confutat antiquorum opinionem, qui putabant opponentes problemata ab initio contra reſpondentem diſtinguere, æquiuocationē ſeu multiplex & uerbi & intellectus debere. Ariſtoteles autē dicit, minimè propalanda arma ſua aduerſario. Attamen hanc diſtinctionem neceſſariā reſpondenti eſſe, in fine primi libri Topicorum dixit. Litigioſum præterea, ſeu ſophiſticum tria oportere dicit habere: illationem, per quam ſyllogiſmus eſt: probationem, per quā dialecticus: & contradictionē, per quam elenchus eſt. Omnis igitur elenchus ſyllogiſmus eſt, ſed non contrà, quoniam in eo quod differit, dialecticus uocatur: in eo autē quod contra dicit, id eſt redarguit, elenchus. Præterea conditiones quatuor dialecticæ connumerat: primùm quod non eſt artis determinatæ: deinde quod nihil concludit propriè niſi in cōmuni materia: tertiò hoc differt à metaphyſica, quod illius ſubiectum eſt cōmune cum ſubiecto omnium ſcientiarum ex prædicatione. Dialectica uerò ſubiectum habet cōmune ex adplicatione. Poſtremò ex interrogatione procedendo diſputat in utranq; partem uel idiota, quanquā imperfectius quàm eruditus, reſpondentis ingenium tentando, ex quo tentatiua dicitur. Metaphyſica tantum demonſtrat citra interrogationē. In tertio tractatu ponit cautiones, quibus utatur opponens, ut reſpondentem deducat ad aliquā quinq; metarum ſuprà dictarū. Primò ad falſum & inopinabile deducet, ſi celabit propoſitum, id eſt concluſionē ſuam. ſecundò multa interrogabit, ut ſaltem aliquod inconueniens cōcedatur. tertiò reſpondentem laudabit, ut eo pacto delinitus propoſitis adſentiatur. quartò, ſi minus cōcedetur, aut in id ſe compulſum uiderit, ubi minus ſapiat aut intelligat, aut reſpondens cautior ſit, paulatim clamq; diſputatio aliò uerſum detorquenda. quintò non ſtatim interrogabit, ſed ſe diſcere uelle fingendo, ac paulatim propoſitū inſinuādo, ad ſenſum facilius eliciet. ſextò, ſi inopinabile extorquere

A uult, de ſecta aduerſarium interroget, ubi ſæpè inopinabilia dicunt, & quæ ſæpè aliter mente uolunt. uerbi gratia: præſtat mori, quàm uoluptuariè uiuere. Si ſecundum mentem adſentitur, tunc deducendus ad contrarium dictorum: ſi ſecundum dicta, ad mentem & uoluntatem. præterea ſi ſecundum naturam dicunt, tunc ad leges: ſi legem, ad naturam contrarium deducere. Deinde ſi ſecundum opinionem ſapientum, concedet contradicere per dicta plurium, ſi dicta plurium, per dicta ſapiētum. Poſtea docet quomodo ad nugationem uerborum deducat, ſæpius eadem ac ſuperuacuè repetendo: ut ſi dicatur cōcupiſcentia delectationis uel appetitus delectationis, quod idē eſt, & his ſimilia. Deinde ad ſolœciſmū dicit facilè poſſe deducere per uerba neutra propoſita, ſexū utrunq; & plura ſignificantia. ut quid eſt hoc? ſi reſpondeatur, lapis uel aqua, tūc fiet paralogiſmus contra reſpondentem, quòd ſe arbitrabatur maſculinum dixiſſe pro fœminino, & contrà: ſeu caſum pro caſu: ſiue in barbaram pronūciationem, quæ diuerſa ſignificet: ut pendere, cecidit, & his ſimilia, ſolœciſmus dicitur ad fallaciam dictionis pertinere. Vlterius dat alia præcepta & cautiones opponenti generatim, ut adſumpta diſsimulet, & ſine ordine ponat, ne uideatur ex eis aliquid poſſe concludi: deinde reſponſum citò prouocare, ne ſpaciū cogitandi det: reſpondentem quoq; ad iram prouocare, & de mente ac cogitatione deturbare, cauillis, iurgijs, irritando, ac contraria his quæ uolumus addendo ut facilius alterū concedatur: ut aut in omnibus patri obtemperandum, aut in B nullo reſiſtat, inſuper propoſita diſtinguenti, magisq; adſumpta quàm concluſionem interroget: nonnunquam adſumptis tanquam conceßis utatur, & his ſimilia nonnulla alia ab eo ponatur: præterea occurrat his quæ uidentur poſſe reſponderi.

IN ELENCHORVM LIBROS
Argumentū per Angelum Politianum.

NVnc leuißimè elenchos attingamus. Hi nō tā præſtant ut ſimus, quàm ut docti uideamur. aſpiciendi tamen nonnihil, ne facilè à Sophiſtis confutemur: quorum hi ſunt in diſputando fines, ut refellant, ut mentiri cogant, ut abſurda loqui, & barbara, & nugatoria. Loci eorum in uerbis, aut extra uerba. In uerbis æquiuocatio, ambiguitas, compoſitio, diuiſio, accentus, dictionis figura: nam ſubiectas generibus ſpecies omitto. extra uerba autem, quod ex accidenti, quod purè, & aliquatenus: tum confutationis inſcitia, & quod ex conſequenti, nec non principij acceptio, & poſitio non cauſæ tanquam cauſæ, & multarū interrogationum in unam colliſio: quos explicare longiſſimum, & fortaſſe (quoniam plerunq; ad Topica referuntur) ſuperuacuum. Hactenus Ariſtotelis ars omnis uel ratiocinandi, uel peculiariter demonſtrandi, uel differendi, uel poſtremò cauillandi: quam qui penitus inſpexerit, edidicerit, exercuerit, & ſecum quod opus eſt argumentando colliget, ac demonſtrabit, & cum alio diſputans facilè quod uolet, aut impugnabit, aut tuebitur.

SOPHISTICI ARGVMENTI inuentio ac diſtributio, pes Georgium Vallam.

ARgumenta ſophiſtica intra colorē ſunt poſita ueritatis. ut minus expertis hominibus ſtannum, argentum & orichalcum, aurum eſſe uidetur: ita ſophiſticum argumentum uidetur uerum, cum manifeſtò falſum eſſe deprehendatur. Sicut ergo ſolertibus medicis uenena eſſe cognita, nec non offendentia humanum corpus omnia debent: ita uerum in omni diſciplina exquirentibus, ſophiſmata & captiones omnes debent innoteſcere. Primùm quidem, quoniam nobis contingit multum in ſermone uerſari, expediuerit noſſe, quot modis unumquodq; dicatur, quæ ſimili modo, & quæ alio, tū nomina ſeu uoces, tum res dici poßint. Secundo loco, ut quæſtionibus poßimus alienis occurrere, nec nō noſtris hæſitationibus ſatiſfacere. Tertio loco, ut loquacitatem aliquorum poßimus contundere, qui rebus in omnib. ideo uidentur exercitati, & nullius rei expertes eſſe, in peßima uita alios alliciunt, quòd ſunt omnium ignarißimi, ſed ſola loquacitate redundantes: quales quidam fuiſſe rhetores arguuntur, Gorgias, Hippias, Protagoras, & Prodicus. His ergo de cauſis non prætermittenda uiſa eſt captionum, inq; ſermone tendicularum cognitio. Cū ergo tria ſint omnino, ut iā dictum eſt, argumentorum genera. uerum unū, alterum falſum, tertiū inter ea medium, quod probabile uel nō repugnans appellatur: primū quidem ab alijs doctrinā pariens, ab alijs demonſtratiuum nuncupatur, de quo mox dicetur. Hoc circa prima uerſatur, quandoquidem ex ſuis cuiuslibet diſciplinæ principijs definitis, & firmis, non ex reſpondentiū & intendentium approbationē opinione texuntur demon- A *ſtrationes. Secundum, quod medium diximus locum obtinere, partiuntur aliqui in probabile, ſeu dialecticum. & quod exquiſitiuum uocāt, id ex probabilibus fit. Probabilia autem, iam dictum eſt, quæ uidentur omnibus, uel plurimis, uel peritis, uel magnæ exiſtimationis uiris. Circa eadem fermè ſunt exquiſitiua, niſi quòd non ſunt ex cōmunibus, uel plurium opinionibus, ſed eorum qui reſpondeant, à quibus eam deprehendere expedit ſcientiam, in qua ſit experientia. cum dialecticus intra cōmunem ſermonē acceptionemq; diſciplinarum omnium contineatur, mathematicas inquam, & grammaticam, & reliquas: circa quæ & exquiſitiuus quo diximus modo uerſabitur, de quibus iam diximus. Tertium, quod falſum, quod ſophiſticum, quodq; captioſum diximus appellari, exquiſitiui faciē gerit. uerum circa falſa uerſatur, & in ipſa hallucinatur materia, declinatq; ad id quod ab opinione alienum eſt: quippe uel ex ſolis cōſtat particularibus, uel negatiuis, uel etiā ſimili figura. Propoſitiones in ſecunda ſumendo figura, de qua in parte dicetur indicanti: ueluti ſi dicas, hæc tunica eſt fortis, fortis eſt qui fortitudinem habet, hæc ergo tunica habet fortitudinem. Item, homo eſt animal, equus eſt animal, ergo homo eſt equus. De his igitur nunc nobis dicendum eſt. Primùm itaq; conſiderādum nobis eſt, quæ nam ita corrixantes, & his tendiculis & captiunculis inſudantes coniectent. Sunt nimirum hæc numero, ut quidam paucis metiuntur, tria. nam ea captio, aut in loquendo, aut in pronunciando, aut in ſcribendo eſt. Ariſtoteles autē quinq;* B *partes facit: elenchos, mendacium, admirabile, ſolœciſmū, & quintum, nugari eū qui diſputet. Id certè eſt cogere, idē ſæpius dicere. Elenchi, hoc eſt coarguendi ſpecies duæ: una quidem in dictione, altera uerò extra dictionem.*

Omnis in Elencho impoſtura, eſt uel circa
- Voces uel
  - ipſas, & uel ex eo quia
    - *Singulæ diuerſa multaq; ſignificant,* Aequiuocatio: *ubi τὸ διττὸν ἐγγράφως ineſt.*
    - *Compoſitæ iūctaq; multa ſignificant, idq; uel*
      - *Vna eademq; pronunciatione,* Ambiguitas: *ubi ſimiliter τὸ διττὸν ἐγγράφως ineſt.*
      - *Diuerſa pronunciatione, ubi τὸ διττὸν utrinq; ἀγράφως ineſt.*
        - Compoſitio.
        - Diuiſio.
  - *Accidentia uoci, ut circa*
    - *Tonum, ſpiritum, &c.* Accentus, *ubi τὸ διττὸν eſt ἀγράφως*
    - *Habitum orationis quendam,* Figura dictionis, *ubi τὸ διττὸν eſt nec actu, nec potentia, ſed φαντασίᾳ tantum.*
- Res, *eſtq; uel*
  - *quia non colligit. Vide libros Priorum.*
  - *quia oppoſitum non colligit, id eſt, non*
    - *Ex poſitis.*
    - *numerato eo quod principiò ponebatur.*
    - *unius, & eiuſdem, &c.*
    - *ſecundum idem / ad idem / eodem modo / eodem tempore* — *contra dictionem.*

ARISTOTELIS DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTARVM LIBER

primus, Nicolao Grouchio Rotomagenſi interprete.

Caput I. Propoſitio, qua de re, et qua methodo.

DE ſophiſtarum autem reprehenſionibus, & de ijs quæ ſpeciē habent reprehenſionū, reuera tamē fallaces ac uitioſæ concluſionea ſunt, nunc dicendum. In quo ego naturam Imitatus, ab ija potiſsimùm exordiar, quæ ſunt huius diſputationia prima ueluti elementa. Ac primùm quidem alias eſſe ueras ratiocinationes: alias, quæ tantū uideantur, nec ſint ratiocinationea, iam per ſe propemodum eſt perſpicuum. Atq; ut alijs in rebus, ita in argumentationibua propter quādam rerum inter ſe ſimilitudinem id accidit. Sunt enim inter hominea alij, quibua reuera ineſt bonua corporia habitua: in alija, aut tumor quidam talia, qualis eſſe hoſtiatum ſolet in ſacris curialibus per ęmulationem curiarum, aut fictua ad eam rem ornatua bonam corporis habitudinē imitatur. Sūt item, qui ſua ipſi forma pulchri ſunt: alij autem, qui per fucum tantùm tales uidentur. Nec diſsimilia eſt in reb. inanimatia ratio, in quibua ſunt nonnullæ, quę ut nidentur, ita reuera ſunt, aut argentum, aut aurum. aliæ cum non ſint, falſa quadam ſpecie iudicio ſenſuum uidentur: ut lithargyrina & ſtannea, uidentur eſſe argentea: quę felle rincta ſunt, aurea. Eodē planè modo ratiocinationes & reprehenſionea aliæ ſunt, aliæ propter

Ratiocinationum duo genera: ueræ, & fallaces.

B imperitiam nidentur. Sunt enim imperiti homines ijs propemodū ſimiles, qui procul res proſpiciunt. Ac uera qnidē tum ratiocinatio eſt, cum ex quibuſdā poſitis, quippiā ab ijs quæ poſita ſunt, diuerſnm ob id neceſſariò ſequitur, quia illa ſunt antepoſita. Reprehenſio autē, cum eſt ratiocinatio, per quā non modò cōcluſio, ſed eius etiā diſparatum conficitur. Fallaces autē in utroq; genere orationes ſunt, quæ idem quod illę efficere uidentur, nec tamē efficiunt. Id quod multis quidē ex cauſia euenit: ſed unua eſt inter omnes uulgatiſsimus & latiſsimè patens locus, ex rerū uocabulis. Quia enim ipſis per ſe rebua in medium prolatis, conſtare diſpntatio non poteſt, eoq; nobis, quaſi notia quibuſdam, pro rebus uti cogimut: propterea fit, ut idē ferè uſuueniat, quod in ſubducendis per calculos rationibus, nempe ut uerborum ac rerum eandem omnino eſſe rationē exiſtimemus. In quo nos lōgè lateq; erramus: tantum enim inter illa intereſt, ut uerborum & orationū certua ſit ac definitus nnmerus, rerum infinitus. Vnde efficitnr, ut una oratione aut nomine multas res ſignificari ſit neceſſe. Et quēadmodum in ſubducendis calcnlia qui rudes ſunt, & quid ſuo quiq; loco ualeāt calculi, neſciunt, ab ija, qni ſnnt in eo genere periti, facilè circūueniūtur: ita in ſermonib. cōferēdia, qui ignorant quæ ſit uerborū uis & ſignificatio, facilè, ſiue diſſerant ipſi, ſiue aliorum audiant ſermones, decipiūtur. Atq; illa quidem una cauſa eſt, præter alias quæ

Ratiocinatio uera.

Reprehenſio.

Fallacia.

Locus ſophiſtarum ampliſſimus ex rerū uocabulis.

A poſtea explicabuntur, cur ſæpè uideantur eſſe ratiocinationes aut reprehenſiones, quæ nō ſunt.

Quoniam autem quibuſdā illud eſt ingeniū, ut ſe operępretium maiua facturos exiſtiment, ſi ſapientes uideātur, nec ſint, quàm ſi eſſent, nec uiderentur (eſt enim Sophiſtice, ſimulata & nō uera ſapientia: & Sophiſta ia dicitur, qui ex ea quā præ ſe fert, non uera, ſed ſimulata ſapientia, quæſtum facit) illud profectò ex ijs perſpicuum eſt, tali ingenio natis hominibua magia elaborandū eſſe, ut ſapientia officium præſtare uideantur, quàm ut faciant, nec uideātur. Eſt autem (ut ſingula cum ſingulis conferā) ſapientis in re quaque officium, ut rogatua de ijs rebua quarum habet ſcientiam, nil falſum dicat: & ut, ſi quē in errore uerſari ſenſerit, illum coarguat, & de falſa opinione deducat. Quorum prius in bene reddēda ratione de ijs quę interrogantur, poſitum eſt: poſterius in bene interrogādo, ſi quid ſit de quo repoſcenda ſit ab altero ratio, cernitur. Neceſſe igitur eſt, ut qui ſophiſtæ munus probè fungi uelit, illud fallacium argumētorum genus, de quo paulo antè diximus, in primis exquirat: quādoquidem in eo tantum eſt momēti, ut hæc ſit una ratio, qua ſapientiæ opinionem, in qua illi ſunt omnia, conſequi poſsit, ſi talium argumētorum facultate inſtructus ſit. Ac eſſe quidem nonnulla huius generis argumenta, & huiuſmodi facultatem ab ija quos Sophiſtaa appellare ſolemus experi, ſatia explicatum eſt. Nunc quot ſint rationum ſophiſticarum genera, & quia ſit numerus ſingularum facultatum, ex qnibus conſtat hæc

Caput II. Sophiſtice qd, et ſophiſta quis.

Sapientis in quaq; re officium.

Sophiſtæ munus.

B tota facultas: & quot partea ſint huius tractationis quam inſtituimus, & ſi qua ſunt alia quæ ad huius artis perfectionē pertinent, dicamua. Sunt igitur ad diſſerendum quatuor omnino argumētorum genera. Vnum eſt eorum, quæ propriè ad docendum ſunt accommodata: alterum, eorum quæ dialectica uocantur. Tertio genere continentur ea, quæ ad probandum & examinādum alterum adhibentur. In quarto genere ſunt, quæ contentioſa appellantur. Atque illa quidem ad docendum ſunt accommodata, quæ conſtant ex proprijs cuiuſque diſciplinæ principijs, nec uim habent ab eo quod reſpondenti probatur. Credere enim, & indubitatam fidem habere eū oportet, qui diſcere aliquid uelit. Dialectica autē ſunt, quibus utraque para contradictionia ex probabilibua concluditur. Illa uerò ad tentandum & examinandum alterum apta dicuntur, quę ex ijs modò uim habent, quæ ei probantur, quo cum diſputamus: quæque talia ſunt, qualia ignorare non poſsit, qui ſibi alicuiua rei ſcientiam tribuit & arrogat. Qua uerò ratione id ſit faciendum, alijs in libris docuimua. Contentioſa autē ſunt, quæ ex ijs quæ probabilia uidentur, nec ſunt, aut concludunt neceſſariò, aut non concludunt, ſed modò uidentur. Ac de ijs quidem quæ ad docendum & demonſtrandum ualent, dictum eſt à nobia in Analyticia: de dialecticis autem, & ijs quæ ad examinandum alterum adhibentur, in ſuperioribus libris. Nunc de contentioſis dicamus.

Argumentorū genera quatuor.

διδασκαλικοί.

διαλεκτικοί.

πειραστικοί.

ἐριστικοί.

Primùm autem intelligēdum eſt, quot & quæ ſint ea quæ diſſerendo ſibi proponunt, qui contentionis

Caput III. Sophiſtarum propoſita v.

tentionis modò & uincendi cauſa diſputát. quæ ſunt quinque: Reprehenſio, falſum, incredibile, quodq; ſit contra omnium opinionem, ſolœciſmus: & quintum, cogere eum qui cum diſputát, nugari: quod eſt eiuſdem uerbi inepta & inania repetitio. Atq; illa quidem ſibi proponút, ut aut reuera aſſequantur, aut certè ut aſſequi uideátur. Hoc enim eſt qood primòm & maximè contendunt huiuſmodi homines, ut coarguere reſpondentem uideanrur: ſecundo loco, falſum aliquid uolunt concludere: terriò, ducere eò aduerſariũ, ut admirabile aliquid & contra opinionem hominũ dicere cogatur: quartò, ut eum, ſi poſsint, cogant ſolœciſmum cõmittere, quod eſt, aduerſarium ui rarionis adductum uideri non poſſe effugere, quin barbarè loquatur: poſtremò, ut ad ineptam eiuſdem uerbi iterarionem adducanr.

Reprehenſionum modi duo, uerborũ & rerum.

Verborum captinoes ſiue loci ſex.

Suot autem reprehenſionum generales duo modi: unus in uerbis, alter in rebus. Atq; ille quidẽ modus, in quo uis captionis ex uerbis oritur, in ſex partes diſtribuitur, quæ ſunt: Vocabuli multiplicitas, orationis ambiguitas, coniunctio, diuiſio, accentus, forma dictionis. Eſſe autem tot, nec plures partes, non modò inductione doceri, ſed etiam ratiocinarione, non una quidem fortaſſe, ſed hac certè demonſtrari apertiſsimè poteſt: nẽpe quia non poſsit præter illos modus alius reperiri, quo non idem ſemper iiſdem uerbis & orarionibus dicamus.

Ex homonymia.

Ex nominis multiplicitate hæ omnes captiones ducuntur. Quæ memoriter ab alio recitantur, ea grãmatici μανθάνειν: ergo qui docti ſunt, μανθάνουσι. Homonymum eſt μανθάνειν. interdum enim idem ualet quod intelligere rem aliquam, interdum ſignificat idem quod diſcere. Quod quenq; facete oportet, id bonum eſt: ſæpè autem uſuuenit, ut mala nos ſubire oporteat: malum igitur aliquod bonũ eſt. Oportere duobus modis accipi poteſt. uno modo, pro eo quod neceſſarium eſt: quæ ſignificatio ad mala ſæpè pertinet: ſunt enim, quæ licet mala ſint, nobis tamẽ neceſſariò ſubeunda ſunt. altero modo, quod bonum eſt, officioq; conſentaneum hoc uerbo intelligitur. Qui ſurgebat, ſtat: & qui conualeſcebat, ualet: atqui ſurgebat ſedens, & conualeſcebat ægrotans: ſtat igitur ſedens, & ualet ægrotans. Aegrotantem facere aliquid, aut pati, nõ haber unam tãtum ſignificationem: ſed interdum huius generis participia ſignificant eum qui nũc aur ægrotat, aut ſedet: interdum uerò, qui ægrotabat prius, aut ſedebat. Illud tamen uerum eſt, eum qui cooualeſcebat, ægrotantem etiamnum fuiſſe: qui autem ualet, non eſt ægrotans. niſi ita accipias, ut eum ſignificet qui prius ægrotabat.

Ex ambiguitate.

Ad ambiguitatem orationis hæc omnia ſunt referenda: Ego uellem me hoſtes capere. item illud: Quod quiſq; cognoſcit, illud ipſum cognoſcit. hæc enim orario uel ad cognoſcẽtem, uel ad rem cognitam referri poteſt. ſtem illud: Quod quis uidet, illud ipſum uidet: columnam autem uidet quiſpiam: columna igitur uidet. * Quod eſſe dicis, tu illud ipſum dicis: lapidem autem eſſe dicis: tu igitur illud ipſum, lapis ſcilicet, dicis. Poſtremò illud quoq; ambiguum eſt, σιγῶντα proloquinam & hoc dupliciter accipi poteſt. uno modo, ut ſignificet loqui aliquem qui taceat: altero, ut de rebus motis loqui aliqoem declaret.

**Exemplũ hoc licet omnino non exprimat græcum, tamen quantum patitur Latinus ſermo, ad græcum proximè accedit.*

Tres homonymiæ & amphiboliæ modi.

Sunt autem tres potiſsimum modi, quibus omnis homonymia & amphibolia cõtinetur. un⁹ eſt, quando aut oratio, aut uocabulum propriè ac per ſe multa ſigoificat: ut aquila, canis. alter eſt, quãdo ex uſu loquendi multiplicitas naſcitur. tertius, cum uerba coniuncta multis modis accipi poſſunt, ſeparata ſimplicem habét ſignificarionem: quale eſt illud, ſcire literas. ut enim multiplicia non ſint ſingula hæc uerba, ſcire, & literas, coniuncta tamen multis modis accipi poſſunt. aut enim ſignificant ipſas literas ſcientiæ capaces eſſe, aut uerò literarum cognitionem habere alterum. Ac modi quidem, quibus homonymia aut amphibolia continetur, hi ſunt, quos expoſuimus. nunc de coniunctione dicamus, ad quã hęc pertinent omnia: Poſſe ſedentem ambulare, poſſe non ſcribentem ſcribere. Etenim hæc duo nõ idem ſignificant, cum eſt coniuncta, & cum eſt diuiſa orationis ſententia. Eſt autem huius orationis, poſſe non ſcribentem ſcribere, ſententia coniuncta, cum ſignificat eum qui non ſcribit, poſſe, cum non ſcribit, ſcribere: diuiſa autem, cum eam uim habet, poſſe eum qui nunc non ſcribit, poſtea ſcribere.

Ex coniunctione.

Eſt etiam illud ex cõiunctione ductum: Quas ſcis literas, modò didiciſti eas. Item illud: Qnod unum ſolum poteſt ferre, multa poteſt ferre.

Ex diuiſione.

Ex diuiſione autẽ iſta ducuntur: Quinque ſunt duo & tria, atq; ita paria & imparia. Itẽ illud: Maius dicitur, quod tantum eſt quantum alterũ, & aliquid amplius: ergo quod maius eſt, tantum erit, quantum alterum, itaq; æquale. Neque enim idem ualet oratio, cum illius ſententia modò diuiſa, modò coniuncta accipitur. qualia ſunt hæc: Ego te ſeruum feci liberum: Quinquaginta hominum cẽtum heros liquit Achillea.

Ex accentu.

Ex accentu autem uix oritur captio, niſi ſi de ſcripto ſit controuerſia. nam in ſcripto & poëmate ſæpè locum habet. Quo modo liberatur eorũ calumnia Homerus, qui apud illũ dicunt abſurdè ſcriptum eſſe οὗ καταπύθεται ὄμβρῳ. dicunt enim, malè accipi accentum illius particulæ οὗ, quæ non circunflexo, ſed acuto nótari debet, hoc modo οὔ. Item cum ille locus Homeri reprehenditur, ubi de ſomnio Agamemnoois agitur, ita occurrunt, ut dicant non eſſe illa accipienda quaſi Iouis uerba, δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι: ſed iis uerbis imperare Iouem ſomno, ut det ipſe ſomnus Agamemnoni illud, ut fiat ſui uoti compos Agamemnon, ita ut δίδομεν pro διδόμεναι accipiatur. Ac de accentu quidem hactenus. Ex forma autem dicendi tũ duci iotelliguntur captiones, quãdo alterius uerbi ſpecie falſi in iis eandem eſſe rationem interpretamur, in quibus non eſt eadem ratio. uelutí cum maſculinum ad fœmininum genus transferimus, aut contrà fœmininum ad maſculinum: aut uerò, cum neutrum geous malè accipimus: & cum ad qualitatem transferimus quantitaté: aut contrà, ex qualitate facimus quanritatem: & cum id quod facere ſignificat, io patiendi ſignificatione accipimus. Deniq;, cum id quod certam quandam affectionem declarat, pro actione ſumitur. eodemq; modo in aliis omnibus categoriis, quomodo ſuperioribus libris à nobis diuiſæ ſunt. Illud enim uſuueoite iotei dum, ut quod

actiouem

actiouem non ſignificat, ſi tantum ſpeciem uocabuli ſpectes, ita accipiatur, quaſi facere aliquid ſignificet, uel hoc exemplo intelligi poteſt: Valere, dicendi forma ſimile eſt his uerbis, ſecare, ædificare: & tamen illud qualiratem & certam quandam affectionem ſignificat, hęc actionem: nec diſſimilis eſt io alijs tatio. Ac de locis quidē, ex quibus ductæ ex uerbo captiones eruuntur, ſatis.

Cap. IIII. De captionibus quæ rebus continentur, quarū ſunt genera VII.

Sequitur, ut de fallacibus cōclußionibus, quæ in rebus continentur, dicamus: quarum ſeptem ſunt genera. Primum eſt ex accidente. ſecundū, ex eo quòd ſimpliciter aliquid dicitur: uel non ſimpliciter, ſed cum aliqua adiectione, aut partis, aut loci, aut temporis, aut affectionis ad alterum. tertium, eſt ex ignoratione reprehenſionis. quartum, ex conſequenti. quintum, ex eo quòd ſumitur illud ipſum, quod iam inde à principio in quæſtione poſitum eſt. ſextū, ex eo quòd pro cauſa ponitur, quod minimè eſt cauſa. ſeptimū, ex eo qoòd quæ multæ ſunt interrogatiōes, pro una accipiuntur.

Ex accidente.

Ac fallaces quidem ex accidēte concluſiones tum ducuntur, quando rei ſubiectę & accidēti eadem omnia attribuūtur: quia enim multa ſunt in eodē ſubiecto, quæ eios modò ſunt accidentiā, propterea non neceſſe eſt eadem omnia rei ſubiectæ conuenire, & omnibus rei ſubiectę attributis. niſi uelimus fateri, omnia quæ ſunt, eſſe eadem: quemadmodum ſophiſtæ dicunt. in quo oel hac ratione utuntur: Si eſt diuerſus ab homine Coriſcus, eſt à ſeipſo diuerſus: Coriſcus enim homo eſt. uel iſta: Si eſt diuerſus à Soctate Coriſcus, ſit autem Socrates homò, diuerſum eſſe Coriſcum ab homine neceſſariò fatendum eſt. Hæc autem eſt huius captionis occaſio, quòd ita fortè accidit, ut is, à quo diuerſus eſt Coriſcus, homo eſſet.

Ex eo quod ſimpliciter, aut non.

Ex eo autem, quod omnino ac ſimpliciter eſſe dicitur, id quod uerè dici poteſt hoc uel illud eſſe, aut quod ex parte modò aliqua non propriè, tum uitioſa naſcitur concluſio, quando ita accipitur quod ex aliqua tantùm parte uerum eſt, quaſi omnino ac ſimpliciter uerum eſſet. ueluti ſi quis aut ex eo quòd res quæ non eſt, opinabilis eſt, uellet concludere, eſſe rem quæ non eſt (neq; enim idem ualet rem eſſe omnino, quod eſſe aliquid tale) aut contrà, rem aliquam quæ ſit, non eſſe, quia de illa negetur alia quædam res: uerbi gratia, quia uerum ſit rem illam nou eſſe hominem. Multum enim intereſt dicas, rem non eſſe ſimpliciter & ſine ulla adiectione: an uerò, non eſſe hoc aut illud. ſed quoniam, ſi uerba modò ſpectes, maxima eſt affinitas & coniunctio inter iſta, eſſe quidpiam, & eſſe: itemq; non eſſe quidpiam, & non eſſe: idcirco fit, ut diſtingui hæc inter ſe nou uideantur.

Non ſimpliciter.

Quod autem dixi, in eo quod non omnino eſſe, ſed cum adiectione tale aliquid eſſe dicitur: idem intelligendum eſt, quando id quod iu parte modò aliqua & quodam modo uerum eſt, ita accipietur, quaſi ſimpliciter omniq; ex parte uerum eſſet. exempli cauſa: Si Indus aliquis, cū ſit toto corpore niger, dentes albos habeat, erit igitur idem albus, & non albus. Item ſi pars una ſit uno colore tincta, alteraq; altero, inerunt igitur in eodem ſubiecto duo aduerſa. Porrò autem, harum captionum cauſa in quibuſdā facilè perſpi-

A citur: ueluti ſi, poſtquam ſumpſeris nigrum eſſe Aethiopem, roges, num ſit albus dentes (ut poëtæ loquuntur) tum eo ſumpto ad extremū omni abſoluta interrogatione putes te neceſſaria cōcluſione effeciſſe, nigrum eſſe eundem, & non nigrum. In alijs quibuſdam ſępè uſuuenit, ut ſit difficilis explicatio, idq; ex duabus potiſsimum cauſis. Prima eſt, quando ex eo quod cum adiectione alicui9 partis dicitur, ſimplex & abſoluta pronunciatio rectè ſequi uidetur: altera, cum ita alteri conueniunt alia, ut ſit difficilè perſpicere, utrū ex illis ſimpliciter ac omnino dici iudicandū ſit: quemadmodum euenire ſolet, cum duo aduerſa pariter alicui inſunt: tum enim aut utrunque, aut neutrum ſimpliciter dici admittandum uidetur. uerbi gratia, ſi dimidium totius cuiuſdam album eſt, & alterum dimidium nigrū, ſit ne illud nigrum potius an album appellandum, incertū eſt.

Ex ignoratione reprehenſionis.

Captioſa autem argumēta, quæ ex eo uim habere uidentur, quòd non ſit conſtitutum ac definitum quid ſit ratiocinatio aut reprehenſio, omnia ex omiſſa aliqua definitionis parte oriuntur. Etenim reprehēſio eſt, cōtradictio unius & eiuſdem nō nominis, ſed rei & nominis: atque adeò eiuſdem nominis, ut nō ſynonymū ſit, ſed idem ipſum. quæ cōtradictio ex ijs quæ ſunt poſita, ita ſequitur neceſſariò, ut in ſumptionibus non ſit acceptum illud, de quo inſtituta eſt diſputatio: quæ deniq; ita facta eſt, ut pars utraq; in eodem, ad idem eodem modò & eodem tempore ſumatur. Quæ omnia, quo modo reprehenſioni cōueniunt, eodē poſſunt errori omnino ac deceptioni cōuenire. B Quoniam ergo horum aliquid, quæ in definitiona poſita ſunt, prætermittitur: idcirco fit, ot reprehendere alterum uideatur, qui tamen reuera non coarguit: ut, duo ad unum ſunt dupla, ad tria nō ſunt dupla: eſt igitur aliquid duplum, & non duplum. Item, ſi unum cū uno collarum in longitudine ſuperet illud duplo, in latitudine autem noo duplo, uidebitur idem, facta etiam ad idem comparatione, duplum eſſe, & nō duplum: ſed non in eadem certè re utrunq; dicitur. Poſtremò ſi facta ſit ad idem comparatio, cernaturq; in eadem re utrunq;, & eodem modo, ad idem autem tempus utrunq; non pertinaat, erit etiam ex hoc loco ducta fallax & captioſa reprehenſio.

A principij petitione.

Verùm quæ ducta eſt ex hoc loco reprehenſio, poteſt etiam pertinere ad aliquem ex ijs, quos in uerbis eſſe diximus. Captiones autē, in quibus id ipſum accipitur in ſumptionibus, de quo eſt inſtituta diſputatio, ijſdem, & tot modis fiunt, quot, & quibus petitio principij committitur. Cauſa autem, cur ſpeciem aliquam reprehēſionum habere nobis uideantur, eſt, quia diſcernere interdum non poſſumus quid idem ſit cum eo, quod à nobis ad diſputandum propoſitū eſt, & quid diuerſum.

Ex conſequenti.

Fallaces autem ex conſequentibus reprehenſiones inde uim habent, quòd retrò uerti conſecutiones exiſtimemus, quæ minimè retrò commeant. Quia enim ex hoc illud neceſſariò ſequitur, ideo uiciſsim ex illo hoc effici neceſſariò opinamur. Atq; ex eodem hoc genere ſunt falſæ illæ opiniones, quæ gignuntur ex ſenſuum perceptione. Quia enim mellis conſequēs eſt flauus color, inde fit, ut ſæpè fel pro melle ac-

 cipiatur.

eipiatur. Et quoniam pluuiæ conſequena eſt, madefieri terrã: ſi madida ſit terra, pluiſſe ſtatim exiſtimamus. quod rsmen minimè neceſſe eſt. Pertinent etism ad hoc geoua illa ferè oratorum argumenta, quæ ex ſignis ducuntur. Illi enim, ue probent adulrerum eſſe aliquem, conſequentia accipiunt: ut quòd accuratius comptus, & omni genere ornatus ſit, aut quòd oberrste noctu cõſpicistur: quæ tamen multis ioſunt, quibus attributum illud ooo poſsit conuenire. nec diſsimilis eſt in ijs argumenris ratio, quibus hi otunrut, qui ſyllogiſmis, non ſignis diſſerunt. Quale eſt illud Meliſsi, quod infinitam eſſe uniuerſitatẽ hoc modo oſtendere conatur: Vniuerſitas eſt ingenita (nam ex nihilo nihil gignitur) quod autẽ genitum eſt, principium haber. Itaq; ſi ingenita eſt uniuerſitas, omni principio careat neceſſe eſt: infinita igirot. quæ profectò infirma eſt, minimeq; neceſſaria concluſio. Nam ut uerum ſit, omne quod generatum eſt, habere ſua quędam principia: cur, quæſo, uiciſsim id erit neceſſariũ, ut omne quod principium habet, geoirum ſit? Illud ſanè non magis neceſſarium quàm hoc: Si quis habet febrem, calet: ergo ſi quis calet, habet febrẽ.

Rhetorum argumenta ex ſignis, fallacia.

Sequirur locus, cum nõ cauſa tanquam cauſa accipitur: quò referẽdæ ſunt omnes captiones, quę ex eo naſcuntur, quòd io ſumptionibus aliquid tale accipiatur, quale potiſsimùm uideatur eſſe cauſa reprehenſionis, cum reoera ea non ſit cauſa, cur ad extremum illud efficiatur, quod concluditur. Quod in ijs maximè ratiocinationibus uſuuenit, quæ aduerſarium urgenr incommodo. Semper enim quod huiuſmodi ratiocinationib. B refellitur, eſt una ex ſumptionibus. Si igitur prętet neceſſarias ſumptiones ante concluſionẽ acceperis illud unde incommodum ſequi debeat, illa ſępè uidebitur eſſe cauſa, cur tu coargua ab ſurda concluſione aduerſarium, quæ non erit. Exempli cauſa, ſi probare uelis, quod idem non ſint uita & anima, & hac tu ratione utaris: Si aduerſatur omnino ortus interitui, & cuidam interitui aduerſabitur quidam ortus: eſt autẽ mors, quæ uitæ eſt contraria, interitus quidam: erit igitur uita ortus quidam, & uiuere gigni ac oriri. quod fieri omnino nõ poteſt: quare uerum illud non fuit, uitam & animã idem eſſe. Hac tu profectò ratione non confeciſti qood uolebas, nam ut illud nemo dicat, nil intereſſe inter animã & uitam, nihilominus idem illud incõmodum ſequitur, ſi illud modò admittat quiſpiam, cum mors interitus quidam ſit, eam eſſe uitæ contrariam, interitui autẽ generationem. Ac huiuſmodi quidem rationes non ſunt ita uitioſæ, ut nil omnino neceſſariò efficiant: ſed cum neceſſariæ concluſiones ſint, ad illud modò conficiẽdum quod propoſitum eſt, infirmæ ac minimè neceſſariæ dicuntur. neq; his captionibus reſpondentes modò falluntur, ſed etiam qui contrà diſputant, ſæpenumerò in concluſiones huius generis incurrunt, cũ ſe optimè argumentari exiſtimant. Atq; illa quidem ſufficiant de captionibus, quæ tum ex conſequenri, tum ex non cauſa ducuntur.

Ex cauſſa non cauſſa.

Poſtremus locus ſupereſt, duas interrogatiões quaſi unam accipere: quò tum referẽdæ ſunt captiones, cum non putat reſpõdens multas eſſe inter- A rogationes: ob idq; quaſi ad unam interrogationem, ſimplicem dat reſponſionem. Ac nonnullæ quidẽ interrogationes ſunt, quas facilè uidemus multas eſſe, ideoq; non eſſe ad illas ſimpliciter reſpondendum. cuius generis eſt iſta: Sit ne terra mare, an cœlum? In alijs quibuſdam non ita facilè perſpicitur: quas interrogationes ij qui reſpondent, perinde quaſi unum eſſet quod rogatũ eſt, aut admittunt, quia nil habent quod rectè ad interrogatum reſpondeant, aut coargui reprehendiq; meritò uidentur. exempli cauſa: Nunquid hic, & ille homo eſt? qui igitur hunc & illum cædit, hominem uerberat, nõ homines. Item illud: Poſitis quibuſdam, quorum partim bona ſunt, partim mala: Súntne illa omnia bona, an mala? Hic enim, utrumuis dixeris, uno modo habebit, qui contrà diſputat, unde te non ille quidem uerè coarguat, ſed uideatur certè reprehendere: aut unde eò te deducat, ut abſurdum aliquid dicere uideare. nam in bonis aliquid numerare, quod minimè bonum eſt, aut contrà in nõ bonis, quod bonum, abſurdum eſt. Alio modo, hoc eſt, ſi alia quædam præterea aſſumas, habebit unde te uera reprehenſione coarguat: ueluti ſi quis iam antè conceſsiſſet, eadem ratione unum & multa dĩci alba, nuda, cæca. nam ſi cæcum id appellatur, quod cum in genere eorum ſit quæ uidere poſſint, caret ſenſu oculorum: cæca illa dicẽtur, quæ non uident, cum in genere tamen earum rerum ſint, quæ oculorum ſenſu prædita eſſe poſſunt. Hic igitur ſi de duobus rogaueris, quorum unũ uideat, alterum non uideat, & alius ſimpliciter B reſpondeat, illud neceſſariò efficietur, utraq; ſenſum oculorum habere, aut cæca eſſe. quod fieri omnino non poteſt.

A multiplici pro una interrogatiõe.

Aut igitur illa & tot fallacium ratiocinationũ & reprehenſionum genera ſtatuenda ſunt, quæ & quot modò expoſuimus: aut ſi malimus unũ quaſi omnium principium conſtituere, reuocanda ſunt omnia ad ignorationem reprehenſionis. Nam poſſe omnes modos, quos paulo antè docuimus, referri ad definitionem reprehenſionis, poteſt his rationibus intelligi: Primùm, ſi infirma eſt concluſio. eſt enim hoc in definitione reprehenſionis poſitum, ut ex ijs quæ poſita ſunt, conficiat id quod uult: atq; ita conficiat, ut neceſſaria ſit reipſa concluſio, non tantùm uideatur. Deinde uerò, ſi ſingulas definitionis partes perſequamur, idem illud planum fiet. nam ex ijs captionibus quæ ſunt in uerbis, nõnullæ ex eo ducuntur, quòd dupliciter, non ſingulari ſignificatiõe aliquid dicatur: ut quę ſunt ex homonymia, ambigua oratione, & dictionis forma. ſolent enim iſta omnia, quaſi unum quidpiam ſignificarent, ita uſurpari. Reliquæ autem, ut quæ ſunt à coniunctione, diuiſione, & accẽtu, captionis inde originem habent, quòd nõ eadem ſemper oratio, aut nomen ſumatur. Atqui ut fiat reprehenſio, aut omnino ſyllogiſmus, oportebat ſicut eadem res eſt, ita eadem eſſe nomina, & orationes, atq; ita eadem: ut ſi de tunica, uerbi gratia, cõcludendum eſſet aliquid, non eſſet illud ſub nomine ueſtis concludendum, ſed ſub eodem ipſo nomine tunicæ: nõ quòd illud in altero nomine nõ tam uerum ſit, quàm in hoc: ſed quia ſub illo alte

Caput V.

Omnes enumeratos ſophiſtarum modos, ad unã reprehenſionis ignoratione poſſe reuocari.

ro nomine adhuc non confectum eſt neceſſariò, A qood propoſitum erat: ſed illa præterea interrogatio deber accedere, nónne idem unum ualeat, atque alterum? ſi modò nelis ei qui cauſam rogauerit, unde illud ſequeretur quod cōcludis, iuſta ratione ſatisfacere. Quòd autem captiones, quæ ab accidente ducuntur, huc reuocari poſsint, ex definitione ratiocinationis ſtatim fiet manifeſtū. Eſt enim eadem reprehenſionis quæ ſyllogiſmi definitio, niſi quòd præter ſyllogiſmi rationem adiungitur uerbum illud, contradictionis. Reprehenſio enim nil aliud eſt, quàm ratiocinatio, quę ad cooficiendam contradictionem pertinet. Si igitur quæ ex accidente captiones ducuntur, ſyllogiſmi non ſunt, nec reprehenſiones profectò erunt. Neq; enim ſi ex illo aotecedente efficitur boc conſequens, & hoc album ſit: neceſſariò conficitur, ut etiam illud antecedens album ſit. Sed nec illud neceſſariò concluditur, ſi triangulum habeat tres angulos pares duobus rectis, ei autem accidat, ut aut figura ſit, aut primum, aut principium: ex ijs inquam non poterit neceſſariò ſequi, eandem illam proprietatem conuenire figuræ, primò, aut principiò: quandoquidem huius rei demonſtratio non fiat de figura aut primo, quia figura ſit aut primū, ſed de triangulo hoc ipſo quod triangulum eſt. Quòd idem in alijs eiuſdem generis dicendum eſt. Quare ſi omnis reprehenſio eſt ratiocinatio, nulla erit ex accidente captio, quæ poſsit reprehenſionis nomine appellari. Veruntamen hoc maximè fallacium concluſionum genere falluntur & coarguuntur ab imperitis hominibus ij etiam, qui uel B arte aliqua, uel omnino ſcientia quadā ſunt prędiri. Ducunt enim illa ab accidentibus argumenta, quæ contra ſapientes obijciant: quę quoniam docti alioqui homines diſcernere ac diſtinguere rectè interdum non poſſunt, propterea ab illis interrogati aut concedunt: aut etiam quæ nō admiſerunt, ea ſe conceſsiſſe opinantur. Quæ uerò ex eo ducuntur, quod ſimpliciter & ex aliqua parte dicitur, in reprehenſionis ignorationem eo incurrunt, quòd in ijs affirmatio & negatio in eadem re non accipiuntur. Nam ei quod ex aliqua parte album eſt, id contradicit quod non eſt ex aliqua parte album: ei nerò quod omnino album eſt, id quod non eſt ſimpliciter album. Si igitor quod ex aliqua parte album eſſe dederit quiſpiam, ita alius accipiat, quaſi omnino album eſſe conceſsiſſet, eo modo nunquam illum uerè reprehendet: quòd autem reprehendere uideatur, ex eo proficiſcitur, quòd ignoratur quid ſit reprehenſio. Iam autem apertiſsimè omnium ad hoc caput referuntur illæ captiones, quas ſuprà ex definitione reprehenſionis appellauimus: unde etiam factum eſt, ut illo nomine uocarentur. Cauſa enim cur illæ aliquam habeant ſpeciē reprehenſionis, in prætermiſsione alicuius partis definitionis poſita eſt. Atque ſi diſtribuantur ſingula in partes, eo modo quo iam aggreſsi ſumus, communem eſſe omnibus captionibus hanc definitionis prætermiſsionem facilè perſpicietur. Quòd uerò huc etiam reuocentur captiones, quæ oriuntur ex eo, quòd illud ipſum, de quo inſtituta eſt diſputatio, aſſumitur, aut in

A quibus nō cauſa pro cauſa ponitur, uel ex ijs quę nominatim in definitiōe poſita ſunt, perſpici poteſt. Illud enim in definitione erat, ut concluſio neceſſariò ſequeretur propter illa quæ antè poſita eſſent: quod non fit in captionibus quæ non cauſam pro cauſa accipiunt. Item illud in definitione ponebatur, ut non inter ſumptiones acciperetur id, quod fuit à principio propoſitum ad diſſerendum: quod non obſeruatur in captionibus quibus cōmittitur petitio, ut uocatur, principij. Quæ uerò ex conſequentibus ducuntur, quaſi partes quædam in accidentium captionibus continentur. nam quod eſt alteri cōſequens, id in accidentium numero cenſetur. Illud tamen differt cōſequens ab accidente, quòd in uno tantum cernitur tractatio accidentis: ueluti flauum & mel idem eſſe, aut album & cygnum. Conſequentis autem uis & tractatio, non niſi in pluribus intelligi poteſt. nam ſi quæ ſint, quæ idem quod unum aliquid ualent, ea etiam idem ualere inter ſe poſtulamus: ex quo proficiſcitur reprehēſio illa, quæ ex conſequenti appellatur. Illud uerò pronunciatum non eſt ex omni parte uerum, ut ſi non per ſe, ſed fortuitò & per accidens albū ſit utrunque. in eo enim cygnus & nix idē ſunt, quòd utrunque album ſit. Aut ſi aliud exemplū malis, ſumatur argumentatio Meliſsi, ubi ille accipit idem eſſe, principium habere, & generatum eſſe: aut illa, in qua pro eodem accipiuntur, æqualia fieri, & eādem recipere magnitudinem. Quia enim quod factum eſt, principium habet: idcirco uult Meliſſus uiciſsim effici, ut quod principiū B habet, factum ſit: perinde quaſi idem ualeant iſta duo, propterea quòd principiū habeat quod generatum eſt, & quod eſt finitum. Quod idem in ijs quę æqualia fiunt, contingit. Nam ſi, quæ unā atq; eandem magnitudinem accipiunt, æqualia fiunt: uiciſsim etiam quæ paria fiunt, unā & eandem recipere magnitudinem poſtulatur: quo fit, ut ex conſequenti ducta ſit hæc uitioſa cōcluſio. Quoniam ergo ad reprehenſionis ignorationem reducuntur captiones accidentis, profectò dubium iam eſſe non poteſt, quin eò etiam referri poſsint quæ ex conſequentibus eruuntur. Sed illud certè, ſi modò diligentius attendas, alia etiā ratione melius doceri poteſt. Reliquæ ſunt captiones, quæ ex eo naſcuntur, quòd multæ interrogationes pro una accipiuntur: quæ inde uim habēt, quòd à nobis uis & natura propoſitionis non ſatis explicatè animo cernitur, ac ueluti in ſuas partes diſtribuitur. Eſt enim propoſitionis natura in eo poſita, ut unū de uno dicatur: nimirum quia non eſt alia definitio eius quod unum quidpiam huius generis eſt, quàm ipſius omnino generis: ut unius hominis eadem eſt quæ hominis definitio, & ſic alia. Si igitur ea eſt una propoſitio, qua unū de uno pronunciatur, erit profectò ipſius omnino propoſitionis natura in eo poſita, ut ſit talis aliqua interrogatio. Et quoniā ex propoſitionibus conſtat ſyllogiſmus: reprehenſio autem ſyllogiſmus eſt: propterea neceſſe eſt, ut etiam reprehenſio ex propoſitionibus cōſtet. Quapropter ſi ea demum propoſitio eſt, in qua unum de uno pronunciatur, illud iam dubium eſſe non poterit, quin huiuſmodi captiones ad

ignorationem reprehenſionis pertineant: utpote quæ nō propoſitiones, ſed quæ propoſitiones modò eſſe uidētur, accipiant. Ac ſi interrogatus quidem alius quaſi ad unam interrogationem reſpondeat, uera hinc naſcetur reprehenſio: ſin ille non ita reſpondeat, ſed uideatur modò reſpōdere, fallax, non uera erit reprehenſio. Quare omnes fallacium concluſionum modi in reprehenſionis ignorationem incurrunt. Atque illi quidem, qui in uerbis cernuntur, propterea huc pertinent, quia non uera contradictio, quod tamen eſt reprehenſionis maximè proprium, ſed falſa modò ſpecies contradictionis in eis exiſtat: reliqui autē alij propter definitionē ratiocinationis.

Caput VI. *Captionum ſophiſticarū cauſſæ.* Cauſa autem cur nos decipiant captiones, in quibus ineſt aut nominis multiplicitas, aut orationis ambiguitas, eſt, quia diſtinguere non poſſumus ea quæ multis modis dicuntur. Nam huius generis ſunt nonnulla, quorum multiplicitatem explicare non eſt facile: cuiuſmodi ſunt, ens, unum, idem. In ijs uerò quæ ex coniunctione & diuiſione oriuntur, erroris cauſa eſt, eo quòd nil putamus intereſſe inter coniunctam & diſtinctā orationē: ſicut in plurimis nullum eſt diſcrimen. Nec multum abſimilis eſt in ijs quæ ex accentu eruuntur, ratio: quia ſcilicet aut nuſquam, aut certè in plurimis nil intereſſe inter contentum & remiſſum uerbū uideatur. Quæ ex uerbi ſpecie ducuntur, propter quandam uerborum inter ſe ſimilitudinem, in errorem nos inducunt. Difficile eſt enim diſcernere, quorum ſit eadem ratio, & quorum diuerſa. Nam qui hoc præſtare poteſt, propè eſt, ut quid in quaque re uerum ſit, cognoſcat: idemq; ſcit, nos hac potiſsimùm ratione ſophiſtarum captionibus uinci: quia omne quod alteri attribuitur, ita accipim⁹, quaſi hoc aliquid, unamq; numero naturam ſignificet. Hæc enim ſunt, quæ ſubſtantiam, & id quod unum eſt, maximè conſequuntur, ſignificare hoc aliquid, & unam quādam numero naturam. Vnde etiam fit, ut hic captionis modus inter eos numeretur, qui ſunt in uerbis. Primùm, quòd per huiuſmodi captionem in errorem potius inducimur, dum aliquid cum altero tractamus, quàm cū animo eandem ipſam rē apud nos excogitamus. Atqui uerbis abſoluitur omnis ſermo, qui cum altero confertur: quod uerò apud nos taciti cogitatione tractamus, non tam ad uerba, quàm ad rem ipſam pertinet. Deinde uerò, quando euenit quenquā hac captione falli, dum tacitus apud ſe rē exquirit, ex eo ſemper oritur error, quòd ex uerbis rē conſideret. Poſtremò harum captionum omnis error ex ſimilitudine naſcitur, quæ profectò ſimilitudo nuſquam eſt niſi in uerbo. Captiones autem ex accidente eo nos in errorem inducunt, q, dijudicare & diſtinguere rectè non poſsimus, quæ ſint eadem, quæ diuerſa: quæ unū ſint, quæ multa: quibus attributis conuenire oporteat quæ rei inſunt, & quibus minimè. Quod idem in captionibus ex conſequenti dicendū eſt: quandoquidē conſequens pars quædam accidentis eſt. His accedit, quòd quoniam in multis uerū eſſe uidetur, ſi hoc eſt illius ita conſequens, ut ſeorſum ab illo eſſe nō poſsit, & uiciſsim illud ex hoc perpetua quadam coniunctione conſequi: idcirco quaſi reuera ac ſemper ita eſſet, ſuam argumētationem tractant qui his captionibus utuntur.

A

Fallimur autem captionibus, quæ ex omiſſa aliqua parte definitionis, quęq; ex eo quòd aliquid omnino dicitur, & quadam ex parte oriūtur, eo nomine, quòd res parum inter ſe diſtantes non rectè diſtinguimus. Nā quaſi nil plus ſignificet, eſſe quidpiam, aut quadam ex parte, quàm eſſe omnino, aut uerò eſſe quodam modo, aut hoc tantū tempore: ita in toto genere ac ſimpliciter concedimus. Nec diuerſa eſt in ijs ratio, quæ aut illud ipſum de quo eſt quæſtio, aſſumunt, aut non cauſam pro cauſa ponunt, aut unam faciunt interrogationem quæ multæ ſunt. Nam in ijs etiam erroris cauſa eſt paruum admodum rerum inter ſe diſcrimen: quia ſcilicet non ſatis ſubtiliter & accuratè perſpicimus propoſitiōis aut ratiocinationis definitionē, ob eā, quā ſuprà dixim⁹, cauſam.

Caput VII. Quoniam autē ex quot, quibusq; locis ducuntur uitioſæ ratiocinationes, quæq; uidentur modò, nec ſunt, iam tenemus: illud quoq; ſimul confectum eſt, qui & quot loci ſunt, ex quibus eruūtur ſophiſticæ omnino ratiocinationes & reprehenſiones. Ego uerò ſophiſticas ratiocinationes & reprehenſiones hoc loco ita accipio, ut nō modò complectantur eas quæ inani quadam & falſa ſpecie ueras ratiocinationes aut reprehenſiones præ ſe ferunt: ſed etiam eas quæ reuera ſunt ratiocinationes, habent tamen falſam quandam hac ex parte ſpeciem, quia ad eam rem, quam efficiunt, propriè accōmodata eſſe uidētur, nec ſunt tamē. cuius generis ſunt, quæ illud non præſtāt,

Sophiſticas ratiocinationes quas intelligat.

B

in quo potiſsimū munus pirastices, hoc eſt, quaſi rationis examinandi (quæ pars quædam eſt dialecticæ) poſitum eſt: quia ſcilicet non uerè coarguunt aduerſarium, nec manifeſtam faciunt eius imperitiam. Atq; illa quidem piraſtice falſum aliquid ſuis argumentis nonnunquam efficit: ſed illud euenit propter imperitiam eius, qui in re de qua agitur, tales potius rationes admittit. Sophiſticæ autem reprehenſiones, licet etiam neceſſariò concludant diſparata, non tamen manifeſtò alterius imperitiā coarguunt: quin etiam eis qui ſciunt, tenebras offundūt. Sed quòd eadem uia & ratione locos utriuſq; generis reprehenſionū complexi ſimus, hinc fiet manifeſtū. Nam quot, quibusq; de cauſis ſolet uideri auditoribus, ex ijs quæ interrogata ſunt, bene ac neceſſariò rem cōfici: ijſdem & tot reſpondenti idem illud uideri conſentaneum eſt. Ex illis igitur quos expoſuimus locis, aut omnibus, aut certè nōnullis, eruūtur falſæ ratiocinationes. Quod enim ſe non interrogatus quiſpiam admiſiſſe exiſtimat, idem profectò interrogatus nō diuerſa erit ſententia. Verumenimuero inter has ratiocinationes nonnullæ ſunt, in quibus ſimulac interrogantur ea quæ ad perfectam concluſionem deerant, confeſtim falſitas apparet: cuius generis captiones ferè ſunt, quæ ex uerbis ducuntur, & quę ad ſolœciſmum perducere aduerſarium conantur. Si igitur paralogiſmi, quibus diſparata cōcluduntur, omnes ad reprehenſionem ita pertineant, ut eo peccent, quòd ſpeciem modò inanem reprehenſionum præ ſe ferant: illud profectò negari non poteſt, quin falſæ ratiocinationes ex ijſdem & tot

tot locis ducantur, ex quibus reprehenſiones oriuntur, quæ fallaci ſpecie ueras imitantur. Atqui fallaces iſtæ & fucatæ reprehenſiones ex eo naſcuntur, quòd aliquam partem ex ijs quę ſunt in natura ueræ reprehenſionis prætermittũt. Vt enim quæque ex ſingulis partibus omittitur, ita fallax & fucata fit reprehenſio. uerbi gratia, quádo id quod concluditur, non ſequitur ex ijs quæ antè poſita ſunt, oritur illa captio, quam maximè in argumenta cadere diximus, quæ ad incommodum ducunt. Quę uerò multas interrogationes accipit pro una, eo peccat, quòd propoſitionis natura non rectè accipitur. Quæ ex accidente ducitur, & altera, quæ huius pars eſt, ex conſequenti, hoc habent uitij, quòd pro eo quod per ſe debear eſſe, illa accipiunt. Peccant etiam illæ manifeſtò contra definitionem, quarum concluſio non ad rem eandem, ſed ad uerba tantùm eadem pertinet. Præterea aduerſus id quod diximus, oportere cõtradictionem in toto genere ac ſimpliciter accipi, & in re eadem, & ad idem, & eodem modo, omnes captiones peccant, quæ id quod ex parte modò aliqua dicitur, ſumunt, aut huius generis aliquid, contrà quàm ſingulæ illæ particulæ ſignificant. Denique in eam partẽ definitionis, nõ accepto eo inter ſumptiones, quod à principio poſitum eſt in diſputatione, incurrũt omnes, quibus petitio principij committitur. Quare ex quot, quibusque locis paralogiſmi eruaorur, eadem hac uia perſpici poterit. Nam & ijs plures eſſe oequeunt, & in eos omnes quos enumerauimus, incurrere poſſunt. Illud autem hic intelligendum eſt, ſophiſticam reprehenſio- B nem, & ſyllogiſmum, non omnino, nec apud omnes eſſe reprehenſiooem, aut ſyllogiſmum: ſed apud hunc modò, uel illum. Ac ſi quidem ab eo qui reſpondet, alius non accipiat, uerbum multiplex unam habere ſignificationem: & quod ſimili forma uerbi profertur, rẽ declarare, quę ſit hoc aliquid, unumque numero: eodemque modo in alijs: illæ nullo modo aut reprehenſiones, aut ratiocinationes erũt: hoc eſt, nec apud omnes, nec apud eum quidem qui interrogarur. Sin illud ab aduerſario cõceſſum habeat, erit illa quidem, quod attinet ad reſpondentem, reprehenſio, & ſyllogiſmus: omnino autem, & apud omnes, nõ erit: quandoquidẽ non ſumptũ ſit, id quod reuera unũ ſignificaret, ſed quod uideretur modò, & ab eo acceptũ, qui talis, hoc eſt imperitus eſſet.

Cap. VIII. *Reprehenſionum aliæ propriæ artiũ ſingularum, aliæ omnium communes, quæ huiuſ ſunt artis.*

Neq; uerò nobis hoc loco elaborãdum eſt, ut ex quot, & quibus locis omnes ueræ reprehẽnſiones ducuntur, complectamur: quando illud ſine omnium rerum ſcientia cognoſci nõ poſsit. Nulla autẽ ars eſt, quæ hoc præſtare una queat. Sunt enim ſcientię propemodum infinitæ. unde etiam planum eſt, demõſtrationes eſſe infinitas: quæ eædem, uerę ſunt reprehenſiones. Nil enim demonſtratione concluditur, quòd idem reprehenſioue confici non poſsit, qua eum coarguas, qui contradictionis eam partem poſuerit quæ falſa eſt. Exempli cauſa, ſi quis dixerit, diametrũ eſſe comparabilem cum latere: is coarguetur demonſtratione, qua non eſſe comparabilem diametrum oſtenditur. Itaq; omnium rerum ſcientiam habeat neceſſe eſt, qui omnes omnium re- A prehenſionum locos ſit animo comprehẽſurus. Aliæ enim reprehenſiones ex geometriæ, alię ex medicinæ, aliæ ex aliarum cuiuſq; generis ſcientiarum initijs & concluſionibus ducuntur. At nerò falſæ etiam reprehenſiones non minus infinitæ ſunt, quàm illæ. quandoquidem nulla ſit ars, quæ ſuos non habeat falſos ſyllogiſmos: ueluti in geometria geometrici, in medicina medici. Quod autem dixi in quaq; arte falſos eſſe ſyllogiſmos, ſic accipi uolo, ut eo tantùm artis eſſe dicantur, quòd principia accipiũt ipſius artis. Perſpicuum igitur eſt, non eſſe nobis hoc loco explicandos omnes omnium reprehenſionum locos: ſed eos modò, ex quibus dialecticæ reprehẽſiones eruũtur. ſunt enim illi communes omnibus artibus & facultatibus. Ac debet quidem quiſque artifex, omnes quæ ad ſuam artem pertinẽt, reprehenſiones conſiderare, ſiue ſint illæ ueræ reprehenſiooes, ſiue ſpeciem tantum habesot uerarum: & quamobrem talis ſit unaquæque, explicare. Quæ uerò ex cõmunibus, quæq; nullius artis propriæ ſunt, conſtant, hæ dialectico ſunt conſiderandæ. nã ſi locos teneamus, uode ducuntur probabiles ad diſputãdum de quaq; re ſyllogiſmi, ſimul ex quibus reprehenſiones eruendæ ſint intelligimus: cũ præſertim nil ſit aliud reprehenſio, quam ſyllogiſmus contradictionis: ita ut tum ſit reprehenſio, quando aut uno ſyllogiſmo, aut duobus diſparata concluſa ſunt. Vnde igitur omnes huiuſmodi ex communoibus factæ reprehenſiones proficiſcantur, ex ſuperioribus libris intelligi poteſt: ſimulq; unde iſtarum reprehen- B ſionum diſſolutiones accipi poſſunt: quãdo eas ſoluere nil aliud ſit, quàm exceptione aliqua eas refellere. Ex ijs uerò quæ paulo antè dicta ſunt, cognoſcimus, quot, quibusq; ex locis oriantur non ueræ reprehenſiones: ſed quæ non illę quidem temerè cuiuis, ſed certis quibuſdam hominibus eſſe uideantur. Nam perſequi omoes cauſas, quibus uideri poſsint quibuslibet hominib. reprehenſiones, quæ non ſunt, infinitum eſt. Ex ijs ergo perſpicuũ eſt, dialectici eſſe, notatos habere omnes locos, unde reprehenſiones ex communib. conſtantes ducuntur, cuiuſcunq; generis illę ſint: hoc eſt, ſiue uerę, ſiue in ſpeciem rantùm reprehenſiones ſint: itemq; ſiue dialecticæ reuera ſint, ſiue dialecticę tantùm eſſe uideantur. aut uerò ex eo rationũ genere, quæ ad examinãdam & excutiendam alterius eruditioné adhibentur.

Caput IX. *Reprehẽdit illam diuiſionem qua uel ad nomen, uel ad ſententiam ſiue rẽ omnẽ referunt fallacem argumentationem.*

Non eſt uera illa argumentorum diſtributio, qua utuntur aliqui, dicentes, alia ad nomen, alia ad ſententiam pertinere. nam exiſtimare diuerſa eſſe argumenta, quæ ad nomen & quæ ad ſentẽtiam pertinent, ac non potius eadem eſſe quę utroque genere continentur, magna eſt amentia. Quid enim aliud eſt, non argumentari ad ſententiam, quàm non uti eum qui ſe rectè putat interrogare, aliquo uocabulo in ea ſignificatione, in qua eſt conceſſum à reſpondente? Quid uerò, nõne etiam hoc eſt de nomine contendere? Iam uerò quid eſt conferre argumentum ad ſententiã, niſi cum intellexeris, quod dixit reſpondens, ad id argumentum dirigere? Quòd ſi plura ſignificet aliquod uerbum, putent autem qui interrogat & qui reſpondet uno modo dici (ueluti ens &

Zenonis error, omnia unum.

& unũ moltiplicia ſunt: exiſtimabant tamen Ze
no qui interrogabat, & is quoque qui illi reſpon
debat, ono tantùm modo dici. ex quo factum eſt
à Zenone argumentum, quo omnia eſſe uoō con
cluderet) illam certè eandem argumẽtarionem,
ſiue ad nomen pertinere dicas, ſiue ad ſentẽriam
eius qui reſpondet, utroq; modo non malè dixe
ria. Sin plura ſignificare putent, non dubium eſt
quin ad ſentenriam illa non poſsit pertinere.
Primùm igitur in ijs argumentis quæ multipli-
citarem aliquam habent, illud uſuuenit, ut quæ
ſunt ad nomen, esdem ad ſententiam pertinere
cernantur. Deinde uerò nulla omnino argumen
tatio eſt, in quam illud, eſſe ad ſenrenriam, cade-
te non poſsit: quādoquidem eſſe ad ſenrenriam
& menrem alterius, nō ſit iu ipſa argumentatio-
ne poſitum, ſed in eo, quòd reſpondens hoc uel
illo modo affectus eſt ad ea quæ conceſsit. Tum
uerò nulla eſt conrrà, cui non poſsit accidere ut
ſit ad nomen, præſertim cùm hoc loco eſſe ad no
men idem ualeat, quod non eſſe ad meotem alte
rius. Nam ſi non omnes illuc referri poſsint, erũt
profectò aliquę reprehenſiones, quæ neq; ad no
men, neq; ad ſenrenriam erunt. Illi aurem alrero
horum geoerum omnes cōtineri dicunt: atq; ita
diuidunt, ut omnia generis reprehenſionea aut
ad uerba, aut ad ſenrenriam pertinere fateantur.
Atqui ex ijs quidem ſyllogiſmis, in quibus quę-
dam ineſt multipliciras, nonnulli ſunt qui ad no
men pertinent (nam illud abſurdũ eſt, uelle om
nea capriones quæ ex uerbis ducuntur, pertine-
re ad nomen) ſed illud certè negari etiam oō po
teſt, quin aliquæ ſint in eodẽ illo genere captioſę
& fallaces ratiocinationes, quæ nō ex eo uim ha
bent, quia ſit hoc uel illo modo affectus reſpon-
dens: ſed quoniam ipſa per ſe argumentatio con
tinet aliquam interrogationẽ, quę multis modis
dicatur. Iam uerò illud omoio o abſurdum eſt, ha
bere illos qui ſic diuidunt, prius rationem repre
hẽſionis, quàm ſyllogiſmi: & de illa priuſquã de
hoc diſſerere. Cũ enim reprehenſio ſyllogiſmus
quidam ſit, neceſſe eſt ut prius reſpiciamus quid
in ſyllogiſmo poſitum ſit, quàm quid in falſa re-
prehenſione: quæ aliud nihil eſt, quàm noo otra,
ſed fallax & fucata ratiocinatio, adhibita ad con
cludendum diſparara. Vnde etiam fit, ut omnis
caprionis uirium uel ſit in ſyllogiſmo, uel in con
tradictione (nam ad ſyllogiſmum oportet con-
tradictionem accedere, ut ſit reprehenſio) uel in
utroq;. ut aotem ſingulorũ exempla ſubijciam, il
la captio qua concluditur, σιγῶντα proloqui, uiriũ
habet, non in ſyllogiſmo, ſed in contradicendo:
illa uerò, qua dare aliquẽ poſſe quod non habet,
conficitur, utroq; modo uitioſa eſt. Illa poſtremò
qua efficitur, Homeri poema eſſe figuram, quia
circulus quidam ſit, in ſyllogiſmo uirium habet.
Quòd ſi qua erit argumentatio, quæ neutro mo
do uitioſa ſit, uera ratiocinatio cẽſebitur. Sed ut
eò redeamus unde digreſsi ſumus, illud hic ro-
go, an captiones quæ in diſciplinis uerſantur, ad
ſententiam pertineant, nécne? Et ſi in ea quiſquã
opinione ſit, ot triangulum purer eſſe uerbum
multiplex, isq; interrogatus in alia ſignificatione
concedat; quàm in qua de triangulo concluſit a-
lius, habere tres angulos pares duobus rectis, e-

A rit ne illa ad mentem & ſententiã alterius diſpu-
tatio, an potius non erit? Præterea ſi multis mo-
dis dicatur uerbum aliquod, eamq́ue multiplici-
tatem nec intelligat alius, nec ullam omnino eſ-
ſe ſuſpicetur: hic, quæſo, quónam pacto ad men-
tem & ſentẽtiam alterius collata eſt diſpotatio?
Aut quo tandem modo, ut ſit ad ſententiam di-
ſputatio, interrogare alius debet? niſi fortè adhi-
bita ſimul ambigui diſtinctione interrogandum
ſit, ut ſit huiuſmodi, uerbi gratia, interrogatio:
ſit ne uerũ, σιγῶντα proloqui, an falſum: an potius
uno modo uerum, & altero falſum? At enim ſi ni
hilominus hic ita reſpondeas, ut nullo modo fie
ri illud poſſe dicas, contrà autem alius diſputet,
nunquid erit ad ſententiam tuam diſputatum?
Atqui ad nomen etiam quin huiuſmodi argumẽ
tatio pertineat, negari non poteſt. non eſt igitur
unum quoddam captionum genus ad mentem
& ſententiam pertinentium: ſed illud modò ue-
rum eſt, oonnullas eſſe quæ ad nomen ſunt: nec
huius generis omnes eſſe poſſum, non dico quæ
ueræ ſunt reprehenſiones, ſed ne illæ quidẽ quæ
falſa ſpecie ueras reprehenſiones præ ſe ferunt:
quandoquidem multę ſint captiones, quæ ne ex
uerbis quidem ducũtur: quales ſunt, quæ ex ac-
cidente eruuntur, & aliæ nonnullę. Quòd ſi quis
exiſtimet, oportere eum qui interrogat, ſimul in-
terrogando multiplicitatem uerbi indicare, & di
ſtinguere hunc in modum: quũ dico σιγῶντα pro-
loqui, uolo intelligas, poſſe hoc uel illo modo ac
cipi: illa quidem certè primùm erit ualde abſur-
da & iniqua poſtulatio, præſertim cum illud ſæ-
B pè uſuuenire uideatur, ut qui interrogat, neſciat
omnino multis modis dici poſſe, quod rogat.
Quod uerò multiplex eſſe noo putes, illud ut di-
ſtinguas fieri non poteſt. Deinde uerò quid, quę-
ſo, hoc aliod erit, quàm docere? Hoc enim mo-
do res, ut eſt, illi explicatur & declaratur, qui nec
animaduertit, nec ſcit, nec omnino ſuſpicatur,
poſſe id de quo interrogatur, alio atque alio mo
do accipi. Nam quid uetat, quo minus huiuſ-
modi diſtinctio etiam in ijs argumentis locum
habeat, in quibus nulla eſt ambiguitas? exem-
pli cauſa, nónne quatuor unitates ſont pares
duobus binarijs, qui ſunt in quaternario? ita ta-
men, ut diuerſo modo io quatuor inſint duo bi-
narij, & quatuor unitates. itemq́ue illa, éſtne con
trariorum eadem ſcientia? ſed ita tamen, ut alia
ſint cognita, alia incognita. Quapropter qui i-
ſta diſtinctione utendum eſſe cenſent, ignorare
uideotur, aliud eſſe docere, aliud diſputare: &
quòd oporteat docentem non interrogare, ſed
manifeſtum facere id de quo agitur: diſputan-
tem uerò, eum modò, qui cum diſputat, in-
terrogare.

Caput X. De Pirastica, id eſt tentãdi ratione, & quid inter cōtentioſum diſputandi genus & ſophiſticum interſit.

Iam uerò poſtulare, ut is qui cum diſputatur,
aut dicat, aut neget, non eſt docentis ac demon-
ſtrantis rem, ſed eius qui te probare ac ueluti exa
minare uelit. Eſt enim rentandi & examinandi
ratio, pars quędam dialecticæ: ob eamq; cauſam
tota in eo poſita eſt, ut quid de quaq; re ſentiant,
non illi qui uerè docti ſont, ſed qui rerum ſibi ar-
rogãt cognitionẽ, cum ſint illarum imperiti, ob-
ſeruet atq; exquirat. Atq; ille qđidem, qui nō in
ſpeciem modò, ſed reuera cōmunia peruestigat
& exquirit,

& exquirit, dialecticus eſt:qui uerò id facere ui-
I. detur,nec facit,ſophiſta. Ac ratiocinationũ qui-
dem contentioſarum & ſophiſticarum unum ge
nus eſt,quo omnes continentur:quæ cum ex ijs
rebus conſtent, in quibus uerſatur tentandi ra-
tio,ſpeciem habent ſyllogiſmorum,nil tamẽ ne-
ceſſariò concludunt, etiamſi id uerum ſit quod
concluditur. Iſtarum enim uitium eſt in uerbo
II. medio,in quo uis conſecutionis poſita eſt. Alte-
rum genus eſt eorum paralogiſmorum,qui cum
propriè ad aliquam artem accommodati eſſe ui-
deantur,ad certam tamen quandam artem reue
ra non pertinent. neq; enim illi qui pſeudogra-
phi appellantur(quandoquidem illi ſunt paralo
giſmi de aliqua re facti, quę cuiuſdam artis pro-
pria ſit)contentioſi ſont exiſtimãdi,ne ſi illi qui-
dem pſeudographi uerum aliquid concludant:



qualis erat Hippocratis ratio,qua circulum qua-
drare per lunulas conabatur. Sed erit certè con-
tentioſa ratio,ſi talis ſit qualis erat Bryſonis qua
dratura:qua quidem ratione tametſi quadratum
circulo æquale dari concluderetur, tamen eo no
mine ſophiſtica eſt appellanda,quòd nõ propriè
Sophiſtica & contentioſa ratiocinatio.
eſt ad illam rem accommodata. Quare quęcunq;
ratiocinatio accommodata ad rem uidebitur,
quę non erit accommodata,etiamſi neceſſariam
habeat concluſionem, ſophiſtica tamen & con-
tentioſa erit appellanda: propterea quòd ea ſal-
tem ex parte, qua ad illam rem uidetur accom-
modata, fallacem habet quandam ſpeciem, per
quam decipimur, ac ueluti iniuria quadam affi-
cimur. Quemadmodum enim inter certandum,
quas aduerſario facimus iniurias,ſpeciem quan-
dam æquitatis præ ſe ferunt,& tamen reuera eſt B
iniqua certandi ratio:ſic in diſputatione iniquũ
certamen eſt, ubi ad nimiam contentionem res
progreditur. Nam ut in certaminibus,qui quauis
ratione uictores eſſe uolunt, nil non mouent, nil
non aggrediuntur: ita hic in diſputatione idem
Contentioſi & ſophiſtæ qui.
faciunt, qui ſunt ſupra modum litigioſi. Atq; ex
ijs quidem,qui tãtam adhibent contentionem,
quicunq; ſibi uictoriam proponunt: illi ſunt qui
propriè litigioſi & contentionis amatores cen-
ſentur:qui uerò gloriam,ex qua quęſtum faciãt,
Sophiſtice qd.
aucupantur, ſophiſtæ. Eſt enim ſophiſtice,quem
admodum ſuprà diximus,ratio quęſtus faciendi
ex ſapientiæ ſimulatione. Quo fit,ut demonſtra-
tiones etiam,quæ ſpecie quadam ueras imiten-
tur,potiſsimùm experant ſophiſtæ. Et rationes
quidem non ſunt diuerſæ, quibus litigioſi homi
nes,& quibus ſophiſtæ utuntur, ſed fine diſtin-
guũtur:& una eademq; probatio ſophiſtica erit,
& contentioſa:uerùm non eadem ratione. Nam
qua ad opinionem uictoriæ adhibetur, conten-
tioſa eſt:qua uerò ad opinionem ſapientiæ con-
Sophiſtice qd.
fertur,ſophiſtica. Etenim ſophiſtice eſt ſapientia
quędam ſimulata,non uera. Ferè aũt contentioſę
argumentationes eodẽ modo affectę ſunt ad dia
lecticas,quo modo pſeudographi ad geometri-
cas demõſtratiões. Vt enim nullæ ſunt captioſæ
concluſiones,quæ in ijſdẽ rebus cernũtur,in qui
Pſeudographi.
bus uerſatur dialectica: ita pſeudographi ijſdem
de rebus fiunt,de quibus geometra ſuas facit de
mõſtrationes. Verũ huiuſmodi quidẽ certè pſeu
dographi non ſunt cõtentioſi,quoniã ex princi-
A pijs & concluſionib. alicuius artis proprijs confi
ciũtur. Quæ uerò ex ijs rebus cõſtant, in quibus
uerſatur dialectica, ſi quaſi accõmodatæ ad aliã
rem demonſtrationes accipiãtur,erunt cõtentio
ſę. quemadmodũ his exemplis perſpici poteſt: Il
la ratio,qua per lunulas quadrari poſſe circulũ de
monſtrabatur,nõ eſt cõtentioſa: Bryſonis aũt ra
tio eſt contentioſa. Atq; illa quidẽ prior ratio, cũ
ex proprijs geometriæ principijs conficiatur, ad
nullã aliam artem quàm ad geometriã transferri
poteſt: hæc poſterior apud eos etiã uſurpari poto
rit,qui illius artis imperiti,omnino quid in qua-
q; re fieri poſsit,& quid nõ poſsit,ignorant: atq;
ita uſurpari,ut ad ſingula,ad quę adhibebitur, ac
cõmodata ſit. Eſt etiã in hoc eodẽ genere ratio,
qua Antiphon quadraturã circuli oſtẽdere cona
batur. Itemq; ſi quis, adhibita ratione Zenonis,
uellet oſtendere,non eſſe bonum poſt cœnam in
ambulare,non adferret propriã medicinæ ratio
nẽ,quandoquidẽ illa ſit cõmunis maximè ratio.
Si igitur eodẽ planè modo affectus eſt litigio-
Caput XI.
ſus homo ad dialecticum, quo ad geometram is
Dialecticus & Piraſtes nullũ certũ genus ſubiectum habent.
qui pſeudographos facit: non poterit profectò
ex ijs quæ propria ſunt,conſtare contentioſa ar-
gumẽtatio. Nunc autem dialecticus nullum cer
tũ genus habet,in quo quaſi in ſubiecto ſibi pro-
prio uerſetur: nec ulla in re demõſtrationes adhi
bet: neq; talis eſt artifex,qui omnium rerum cõ-
ſiderationem ſuſcipiat. neq; enim poſſunt res o-
mnes ſub unum genus cadere: nec ſi poſſent,ue
rè illud dici poſſet omniũ eadẽ eſſe principia. Vn
Demonſtratiò nõ utitur interrogatione.
de etiam fit,ut nulla earum artiũ quę in tractan-
da certa quadã natura demonſtrationib. utitur,
percontando diſſerat,& ſuas probationes ex in-
terrogatione accipiat. Cum enim non poſsit ex
utraq; cõtradictiõis parte accõmodata ad rẽ do-
cendã fieri ratiocinatio, non debet liberum eſſe,
utramuis partẽ admittere. Dialectica aũt percon
tatrix eſt, & totam uim habet ab interrogatione.
Atqui ſi demonſtrationes in diſſerendo adhibe-
ret dialectica, illam certè oporteret,ſi nõ omnia,
at certè prima pronunciata, & propria ſua princi
pia citra ullam interrogationẽ accipere: alioqui
ſi illa non admitteret alius,nil iam ſupereſſet, un
de id euerteret quod eſſet ab altero oppoſitum.
Planè autem generis eiuſdem eſt piraſtice cum
Piraſtice & Dialectica ſunt eiuſdẽ generis.
dialectica. neq; enim hæc tentandi & examinan
di ratio talis quædam ars eſt, qualis eſt geome-
tria: ſed cuius munus præſtare etiam indoctus
aliquis poſsit. Quid enim eſt cur non poſsit, qui
rei alicuius non habet ſcientiam, quaſi tentandi
cauſa cum eo diſputare,qui etiam ſit illius rei im
peritus? præſertim cum eò conferatur diſputa-
tio, ut non ex ijs conſtet quæ illi qui doctus ſit
perſpecta ſunt,quæq; ſunt rei propria: ſed ex cõ-
ſentaneis quibuſdam,& cõſequentibus rei: quæ
conſequentia huiuſmodi ferè ſunt,ut tametſi il-
la ſcias,nil tamen uetet te artem neſcire: at ſi ne-
ſcias,omnino artis cognitionem aſſequi nõ poſ-
ſis. Ex ijs ergo planum eſt, piraſticen non eſſe ſciẽ
tiam,quæ in certo quodam genere ſubiecto uer-
ſetur,ideoque de omnibus diſputationem ſuſci
pere. Habent enim omnes ſcientiæ communia
Idiotæ etiã Dialectica utũtur.
quædam, quibus utuntur: ob eamque cauſam
fit,ut omnes homines, etiam idiotæ, quodam

modo utantur arte dialectica,& pitaſtica:quan- A
doquidem nemo ſit, qui ad aliquem modũ non
uelit iudicium ferre de ijs qui aliquid profiten-
tur.Porrò autem ipſa communia omnibus ſunt,
& apud omnes eadem:quandoquidem non ſint
illa minus idiotis cognita,quàm alijs:etiamſi mi
nus aptè,& citra ullam artem tractare illa uidean
tur. Quo fit,ut nemo ſit qui refellere & reprehen
dere argumentis alterum non conetur. Omnes
enim nulla arte adiuti,ſed duce tantum natura il
lius ſunt muneris capaces: quod arte perfectum
& expolitũ,dialecticæ proprium eſt: illiusq; dia
lectici,qui adhibita diligenti diſſerẽdi ratione ad
tentandum & examinandum alterũ ſuas diſpu-
tationes confert. Quoniam autem hæc cõmmu
nia ſunt permulta, & tam latè diffuſa, ut nuſquã
non reperiantur:quæ tamen non ſunt talia,ut u-
nam quãdam communem naturam faciãt, & ad
unũ genus reuocentur,ſed uaga ſemper,& incer
tæ naturæ,perinde ut ſunt negatiões:pręter hęc
autẽ alia ſunt,quæ nõ uaga,ſicut iſta,ſed propria
ſunt:ex ijs profectò planum eſt nullam eſſe rem,
cuius diſputationẽ ex talibus quibuſdã ſuſcipe-
re ac periclitari nõ poſsimus.Illud quoq; perſpi-
cuum eſt,quandã eſſe in earum rerum tractatio-
ne artẽ,quæ nil habeat ſimile cũ ſcientijs demõ-
ſtratiuis.Quamobrẽ cõtentionis ſtudioſi homi-
nes multum diſsimiles ſunt ijs,qui pſeudogra-
phos faciunt:ut qui nõ ex principijs, quæ alicu-
ius generis propria ſint,fallaces concluſiones ef-
ficiant,ſed latè uagãtes in omni rerũ genere uer-
ſentur.Ac modi quidem illi ſunt, quos expoſui-
mus, quibus ſophiſtarum omnes reprehẽſiones
conficiuntur. Quòd uerò ſit dialectici hæc conſi B
derare omnia,quodq; iſtarum rerũ facultate ua-
lere debeat,hinc perſpici poteſt,quòd quæ ars in
propoſitionũ,hoc eſt,cõmunium locorum expli
catione uerſatur, eadem ſibi uniuerſam iſtam cõ
ſiderationem uendicat. Atq; illa quidem ſuffici-
ciant de reprehenſionibus fallacibus.

Caput XII. Quibus ex locis ſophiſtæ falſum concludũt & ad incredibile ducũt,percunctando.

Nunc de eo dicamus, quem ſecundum finem
ſophiſtę appellauimus,quibus ſcilicet modis fal
ſum aliquid ſophiſtæ conficiãt,& qua ratione eò
inducunt diſputationem, ut incredibile aliquid
& præter omnium opinionẽ ſequi uideatur. Ac
prima quidem ratio,ex percontandi quodã cer-
to genere ſumitur,in primisque ad illud efficien
I. dum ualet ratio interrogãdi.Qui enim ita aduer
ſarium interrogant, quaſi nulla certa re propoſi-
ta, de qua diſſeratur, nil profectò aliud præter
hoc inueſtigant. Nam qui temerè reſpondent,&
parum accurant quid dicant, facilius labuntur.
Cum uerò nil uidemus eſſe propoſitum, de quo
ſuſcepta ſit diſputatio, tum minus cogitare ſolo-
II. mus quid dicamus. Altera ratio eſt, quæ pluri-
mùm ualet,ad deducendum eò aduerſariũ,ut ad
mirabile aliquid aut falſum admittere uideatur:
nempe cum multitudine interrogationum eum
oneramus,etiã cum eſt aliquid propoſitũ de quo
diſputetur:ſimulq; poſtulamus, ut ꝓferat, quid
de ſingulis ipſe ſentiat:atq; ita,ſiue aliquid ex ijs
affirmet,ſiue neget,eò loci eum perducimus,ubi
argumentorum nobis copia ſuppetit. Verùm e-
nimuerò hoc tempore minus huic rationi fallen
di locus datur, quàm olim: nimirum quòd illud
A ſtatim rogari ſolet hoc tempore, quorſum hæc,
& quid ad id de quo inſtituta eſt diſputatio per-
tineant. Eſt autem cõmunis locus ad eruẽdum III.
tandem falſum aut incredibile aliquid,nullum à
principio conſtituere propoſitum, de quo diſſe-
ratur,ſed profiteri ſe diſcendi ſtudio interrogare:
dabit enim tandem occaſionem argumento hu-
iuſmodi diſsimulata rei conſideratio. Vt autem IIII.
falſum tu aliquid tandem concludas, proprius
eſt hic ſophiſticus locus, eò ſcilicet perducere ad
uerſarium,ubi argumentorum tibi ſit copia. Sed
illud certè interdum rectè,interdum uitioſe fieri
poteſt,quemadmodum nos ſuprà diximus.Iam V.
uerò ut admirabile quippiam & contra omniũ
opinionem elicias ab aduerſario, uidendum eſt
tibi, quam ſectam philoſophorum ſequatur is,
qui cum diſputas,ut illum interroges quidpiam
ex ijs quæ contra omnium opinionẽ dicunt hu
ius ſectæ philoſophi. Habent enim ſingulæ ſe-
ctæ ſuas quaſdam huiuſmodi ſententias.Eſt au-
tem ad eam rem primum ueluti elementũ, ut ſin
gularum ſectarum admirabiles ſententias inter
propoſitiones accipias. Verùm in promptu etiã
eſt iſtarum captionum ſatis apta ſolutio,ut ad ex
tremum neges ex tuis uerbis ſequi admirabilẽ
illam concluſionem, quam colligit aduerſarius.
Atque hoc ipſum genus diſſoluendi argumenti,
non iſto tantum loco accommodatum eſt: ſed
quicunque diſputando altercationes modò &
contẽtiones ſibi proponit,eodem iſto modo co-
natur aduerſarij rationes eludere. Alius locus VI.
eſt ex hominum uoluntate & ſermonibus.Aliud
enim ferè eſt tacitum hominum iudicium,aliud
B palàm loquuntur.& ſermones quidem ſunt quã
honeſtiſsimi: uoluntas autem & tacitum animi
iudicium id ſemper ſpectat, quod maximè utile
uidetur. Veluti nemo ferè eſt qui non ita loqua-
tur, longè præſtantiorem eſſe mortẽ glorioſam,
quàm uitam uoluptatibus affluẽtem:&, melius
eſſe,iuſtè per inopiam uiuere,quàm in magna o-
pum copia turpiter:at nemo etiam eſt qui nõ ſe-
quatur contraria. Ergo ſi defendat is quicum di
ſputas,quod homines potiſsimùm ſequuntur &
uolunt, oppones cõtrà uſitatas uulgo ſentẽtias.
Sin has uulgatas ſententias proferat, adferenda
contrà erunt,quæ interim tacitè homines uolũt
& ſequũtur. Vtrinq; enim ut admirabile aliquid
efficiatur,neceſſe eſt:quandoquidẽ futurũ eſt,ut
contradicat reſpondens,aut peruulgatis omniũ
ſermone ſentẽtijs, aut tacito hominum iudicio.
Alius locus eſt latiſsimè patẽs, per quẽ cogimus VII.
aduerſarium dicere aliquid admirabile (id quod
Callicles in Gorgia cõmemorat, quodq; omnes
ueteres captionum unicam ferè cauſam exiſti-
mabant) ex ijs quæ natura & quæ lege ſunt con
ſtituta.naturam enim legi contrariã eſſe: & iuſti-
ciã quidem lege eſſe honeſtã, natura uerò nõ ho-
neſtam. Sic igitur oppugnãdus eſt,qui, quod na
turæ conſentaneum ſit,proferat,ut legem illi ob
ijciamus:ſin legem teneat,contrà quę ſunt ex na
tura,proferenda erunt. Hic enim effugere nõ po
teſt,quin utrinq; admirabile aliquid dicat. Voca
bant autem illi naturam,id quod in quaq; re ue-
rum eſt:legẽ uerò,quod in multitudinis opinio-
ne poſitum eſt. Vnde perſpicuum eſt,illius ętatis
homines

homines Idem quod qui hodie ſunt, fuiſſe conatos, ut reſpondentem aut reprehenderent, aut cogerent tandem aliquid dicere contra omniũ opinionem. Porrò autem interrogationes quędam ſunt ſua ſponte tales, quibus reſpódere nó poſſis, quin utranq; in partẽ dicas admirabile quippiam: cuiuſmodi ſunt hæc, Sitne ſapientibus potius parendũ, an patri? Sintne honeſta potius facienda, an quæ utilia ſint? Vtrum optabilius, iniuriam pati, an facere? Iam uerò perducendus eſt aduerſarius ad ea, de quibus contraria eſt ſapientum ac multitudinis opinio. Ac ſi ille quidem cũ ſapientibus ſentiat, opponenda uulgi opinio: ſin uulgus ſequatur, quid ſentiant ſapientes contrà adferendum. Hi enim eos qui beati ſint, neceſſariò iuſtos eſſe exiſtimant: at multitudini incredibile uidetur, regem non eſſe beatũ. Verùm enim locus hic ab eo nó eſt diuerſus, qui ex legis & naturæ repugnantia dictus eſt. nihil enim aliud lex eſt, quàm multitudinis opinio: ſapientes uerò q. in rei natura poſitum eſt, & ueritatem ſequũtur. Ac de locis quidem, ex quibus eruuntur paradoxa, hactenus.

Caput XIII. De nugatione, & ſolœciſmo.

Sequitur, ut quomodo ad nugationem perducunt ſophiſtæ, dicamus. Ac primũ quidẽ, quid illud ſit quod appellamus nugari, ſuprà diximus: modò exẽpla ſubijciamus, quę ſunt huiuſmodi: Si nihil referat, nomen dicas an orationẽ. duplũ ergo idem ualet, quod ſimpli duplũ: ſi quando igitur ſimpli duplũ dicas, hoc dicis ſimpli ſimpli duplum: & ſi iterum pro hoc uerbo duplũ, accipias ſimpli duplum, ter idẽ erit repetitum, ſimpli ſimpli ſimpli duplum. Eodem etiá pertinet hæc captio: Nunquid uoluptatis eſt cupiditas? definitur aũt hæc, appetitio uoluptatis: eſt igitur cupiditas, appetitio uoluptatis uoluptatis.

I. Cernuntur autẽ omnes iſtæ captiones, aut in ijs quæ nõ per ſua tantum genera, ſed etiam per ſe ipſa ad aliquid dicuntur, cum interim una eademq; res ſit, cum qua utraq; comparãtur. ueluti, appetitio eſt alicuius appetitio, & cupiditas alicuius cupiditas: itemq; duplum alicuius duplum dicitur, & illud totum ſimpli duplum, alicuius etiam dicitur.

II. Aut uerò in ijs quæ cum ex genere eorum quæ cum altero conferuntur, nõ ſint, ita ſunt affecta ad ſubſtantiá, omninoq; ad ſua ſubiecta, quorum ipſa ſunt aut habitus, aut affectiones, aut ſimile aliquid, ut in definitione, qua quid illa ſunt explicatur, ipſa ſubiecta accipiantur. ut, impar definitur numerus medium habens. at enim ſemp in ipſo impari ineſt numerus: cum igitur illud dicis, numerũ dicis habentẽ medium numerum. Et hoc: Si ſimitas eſt naſi concauitas, ſimum aũt intelligi non poſsit quin naſum ſimul intelligas: profectò cum illud dicis, naſum, naſum concauũ dicis.

III. Porrò autem interdum uidentur nugationem efficere iſtæ captiones, cum nil tale reuera concludant: propterea quòd prætermittitur ab eo qui interrogat, neceſſaria ad eam rem interrogatio, nempe an duplum per ſe dictũ ſignificet aliquid, an nihil: & ſi quid ſignificet, utrum idem quod coniunctum cum altero, an aliquid aliud: quia inquam ijs interrogationibus omiſſis, ſtatim ad concluſionem acceditur: propterea nil reuera, ſed in ſpeciẽ tantum his captionibus

A conficitur: atque in eo captionis cauſa eſt poſita, quòd idem uerbum cum ſit illud ipſum quod oratio, per ſe tamen unum quippiam ſignificat. Solœciſmus quid ſit, paulo antè dictum eſt: reliqua igitur dicamus. Sanè uſuuenire poteſt, ut ſolœciſmum facias, nec uideare: & ut uideare, cum non facias. Veluti ſi uerum eſt quod Protagoras dicebat, maſculini generis eſſe hæc uerba μῆνις & πήληξ, is certè ſententia illius ſolœciſmum cõmittit, qui dicit μῆνιν οὐλομένην: at opinione aliorum nõ uidetur committere. qui uerò οὐλόμενον dicet, uidebitur ille quidem in hoc uitium incidiſſe, reuera autem non incidit. Perſpicuum igitur eſt, artis ſophiſticæ partem aliquam ad illud conficiendum poſſe conferri: ob eamq; cauſam multæ ſunt captiones, quibus uidetur quaſi ſyllogiſmo cõcludi aliquis ſolœciſmus, cum reuera nil tale neceſſariò conficiatur, non ſecus atq; in reprehenſionibus accidere ſolet.

Captiones ſolœciſmi unde ducantur.

Ducuntur autẽ omnes ferè fallaces concluſiones, quæ ad ſolœciſmum pertinent, ex neutro articulo, hoc: & quando caſus alicuius nominis, nec maſculinũ genus, nec fœmininum ſignificat, ſed quod eſt inter iſta quoddã ueluti medium. Nam hic maſculinũ declarat, hęc fœmininum: hoc autem propriã quidem habet ſignificationem, ut neutrum genus declaret, ſed tamen ſæpè ad illud utrunq; genus transfertur. ut ad iſtam interrogationem, Quid eſt hoc? tria iſta aptè reſpondeas, Calliope, lignum, Coriſcus. Ac maſculini quidẽ articuli & fœminini omnes caſus ſunt diuerſi: neutrius autem partim ijdem, partim diuerſi. Quo ſit, ut ſæpenumero quod in

B nominatiuo neutri articuli conceſſum eſt, ad maſculini accuſatiuum id alius transferat, aut alia quadam ſimili ratione caſum pro caſu accipiat. fallax autem concluſio ex eo oritur, quòd articulus neutri multis caſibus communis eſt: interdũ enim nominatiuum, interdum accuſatiuum ſignificat. At uerò ſi iſtos caſus dignoſcere uelis, uerbum uariè accipiendum eſt. ut cum nominatiuo, Eſt coniungas, cum accuſatiuo, Eſſe: ueluti, eſt Hipponicus, eſſe Hipponicum. Nec diuerſa eſt in fœmininis nominibus ratio, & in omnibus quę ſub communi nomine τῶν σκευῶν à Græcis comprehenſa (nos uaſa appellemus) maſculinorum aut fœmininorum inflexionem habẽt: ſola enim ea quæ deſinunt in ον, inflexionem ſequuntur τῶν σκευῶν, hoc eſt, neutri generis ſunt: ut ξύλον, σχοινίον: quæ uerò non habent illam terminationem, maſculina ſunt, aut fœminina. & illa tamen nonnunquam traducuntur ad genus neutrum: & ſub nomine τῶν σκευῶν interrogantur: ut ἀσκὸς maſculinum eſt, κλίνη fœmininum. Itaque in ijs eodẽ modo quo in ſuperioribus uerbum Eſt, & Eſſe, caſuum inter ſe diſcrimina indicabit. Eſt etiam ſolœciſmus non ualde abſimilis ijs reprehenſionibus, quæ ex eo ducuntur: quòd ut ſimilia accipiuntur, quæ non ſunt ſimilia, aut ſi ita uocare malis, quæ ex ſimili uerborũ ſpecie oriũtur. Vt enim illæ captiones ſunt in rebus quidam ueluti ſolœciſmi, ita hæ ſunt in uerbis ueri ſolœciſmi. homo enim & albũ, & uerba ſunt, & res. Ex ijs igitur quę dicta ſunt planũ eſt, ſi quando ſolœciſmũ uelis concludere, ex illis caſibus quos expoſuimus ſumẽdum tibi eſſe argumentũ. Ac de

generibus

generibus qoidem contentioſarum argumenta-
tionum,& partibus ſingulorum generum,& mo
dis omnibus, hactenus.

Caput XIIII. De diſpoſitiõe ſophiſtica ad celandam conclusionem.

Quoniam autem in collocatione eorum quæ
interrogantur non parum eſt mométi ut poſsis
(quemadmodum de dialecticis diſputatiooib.
paulo antè diximus) celare concluſionem: pro-
pterea abſoluta illa diſputatiõe, primùm omniũ
de ijs quæ ad diſpoſitionem pertinent agẽdum
I. eſt. Ac primùm ad reprehenſioné plutimùm ua
let longitudo orationis, quandoquidem multa
ſimul prouidere difficile eſt. Loci auté onde am-
plificandarũ argumẽtationũ rationes depromes,
II. ex ſuperioribus ſunt repetédi. Alter locus eſt, ut
celeritaté in interrogando adhibeas. Nam qui a-
liquanto tardiores te feſtinantem ſequi nõ poſ-
III. ſunt, minus prouidere poſsint quid dicát. Tum
illud iuuat plutimùm, ut aduerſariũ ad iram & al
tercationé prouoces. Qui enim ſunt in perturba
tione, minus ſunt cauti ad omnia. Rationes auté
quibus ad iracundiam impelles, hæ ſunt: ſi palá
profitearis te iniquũ alteri aduerſarium, & ſi im-
IIII. pudentiam maximam præ te feras. Alius locus
eſt, perturbatè interrogationea collocare, ſiue ad
ré mulras rationes adhibeas, ſiue io utráq; parté
arguméra adferas. Fit enim hac ratiõe, ut uno té-
pore des aduerſario aut multa, aut etiam contra
V. ria cogitanda. Atque ut rem in pauca conſeram,
omnes loci quos ad celandam concluſionem ſu
prà poſuimus, ſunt etiam ad diſputationem con
tentioſam accõmodati. Pertinet enim eò occul-
tatio, ut lateas: latêre autem uis, ut fallas. Quod

Ad eos qui ægrè reſpõdent.

autem attinet ad eos qui nil admittere ſolent q
I. ad rem facere exiſtimeot, illa nobis aduerſus eos
cautione utendum eſt, ut aut per diſparatum in-
terrogemus, quaſi contrariam partem uelimus
efficere: aut uerò ex æquo utranque partem in-
terrogando complectamur. Quando enim non
uideot huiuſmodi homines, quid potiſsimũ tibi
concedi uelis, minus difficiles ac protetui ſunt.
II. Iam uerò poſtquam alius tibi ſingulatim totius
alicuius generis partes, interroganti, in ſingulis
ita eſſe conceſsit, ut uniuerſum genus ad extre-
mum inductione colligas, non eſt ipſum rotum
genus interrogandum, ſed eo ut conceſſo uten-
dũ eſt. Ita enim ferè euenit, ut cum reſpondés ſe
admiſiſſe uniuerſum genus puret, tum ita etiam
auditoribus uideatur, quia adhuc meminerunt
inductionis paulo antè factæ, nec illas interroga
III. tiones fruſtra fuiſſe exiſtimát. Et ſi quádo gene-
ri uniuerſo nomen non eſt impoſitum, ipſa uten
dũ eſt ſimilitudine, prout cõmodum uidebitur:
IIII. nam ſæpè ſimilitudo obſcurior eſt. Ad ſumendá
autem propoſitionem plurimùm prodeſt, ſimul
aduerſa, ut illa quaſi inter ſe conferantur, interro
gare. uerbi gratia, ſi uelis tibi concedi, omnibus
in rebus parentibus eſſe obtemperandum, hunc
in modum interrogabis: Quid? putas ne parenti
bus eſſe parendum in omnibus, an potios in om
V. nibus repugnandum? Aut uerò ſi ſæpius, paren
dum eſſe ſumere ab aduerſario uelis, ſic interro-
gandũ: utrum multa ſint parentibus conceden-
da, an pauca? Hic enim multo potius (ſi modò pa
rentibus obſequi neceſſe eſt) multa eſſe concedé
da uidebitur, quàm pauca: præſertim cum rerũ

A aduerſatum cõpoſitio & collatio efficiat, ut res
maiores & magnæ hominibus uideãtur, itemq;
deteriores & meliores. Eſt porrò inſignis & fre- VI.
quens, ut quis reprehenſus uideatur, ſophiſtarũ
hæc impoſtura, poſtquã nonnullas ioterrogatio
nes propoſueris, licet ex ijs nil poſsis neceſſariò
conficere, ita extremum argumentationis ſubij-
cere, ut illud nõ interroges, ſed in modum cõple
xionis ita proferas, ſicut fieri ſolet in ueris ratio-
cinatiooibus, non igitur hoc & hoc. Eſt etiã hoc VII.
uerè ſophiſticũ, quando paradoxon aliquid accé
pis, urgere reſpondentem, ut quid ſibi uideatur
proferat, cum ſit illud quod à principio poſitum
eſt in quæſtione, probabile: & hac forma interro
gare, utrum tibi uidetur? Neceſſe enim eſt, ſi talis
ſit interrogatio, ut ad conficiendam ré ualeat, in-
de naſci aut reprehenſionem, aut admirabile ali-
quid, & contra hominum opioionem. Nam ſi ad
mittat, reprehenſio ſequitur: ſi neget, & ſibi non
ita uideri dicat, incredibile aliquid dicere uidebi
tur: at ſi non planè concedat, uideri tamen ſibi fa
teatur, ſi noo uerè conuictus, aliqoo certè modo
reprehenſus uidebitur. Alius locus eſt, ut qood VIII.
in diſceptatione oratorie magno ſtudio faciunt
oratores, idem nos in reprehenſionibus noſtris
facere contendamus: ot ſcilicet diligenter exqui
ramus, dicátne is qui cũ diſputamus, aliquid re-
pugnans, aut ijs quę à ſe dicta ſunt, aut eorũ ſen-
tentiæ quorum orationem & actiones maximè
probet & ſequatur: adde etiã, an aduerſetur opi-
nioni eorũ qui reuera tales, hoc eſt ſapiẽtes ſunt:
aut uerò qui non ſint huioſmodi, ſimiles tamen
talibus ſunt hominibos: poſtremò an contrà di-
B cat, quàm ſentit hominum pars maxima, aut eti-
am quàm omnes homines. Iam aoté ſicut reſpõ- IX.
dentes ſolent ſæpenumerò com urgentur, & ui-
dent ſe elabi uix poſſe quin coarguantur, fingere
neſcio quam multiplicitatem, cuius diſtinctione
euadant: ita etiam nobis interrogantibos eodé
illo præſidio interdum utendum erit, maximè
aduerſus eos qoi fortiter nobis reſiſtunt: ita ut ſi
quid ono modo uerum ſit, altero nõ uerum, illo
nos modo accepiſſe, non hoc dicamus. Qualiter
fecit Cleophon in Mandrobulo. Oportet etiam
traducta diſputatione ad alia, quæ reliqua erant
argumenta præcidere. Quo in loco hæ erunt par
tes reſpondentia, ut ſi hoc præſentiat uelle aduer
ſarium, iam antè illi occurrat, & pręd icat, ne rem
propoſitam deſerat. Interdum etiã ad aliud ſunt
argumenra dirigenda, quàm qood à principio
poſitum aſt in quæſtione: ſed illud ita accipien-
dum eſt, ſi modò nil habeas quod contra rem
propoſitam obijcera poſsis. Quo præſidio uſus
eſt Lycophron, cum iuſſus eſſet laudare lyram.
Quòd uerò attinet ad eoa qui probari ſibi ali-
quam propoſitionem, quam acceperis, poſtu-
lant: qooniã æquũ uidetur, ut ſubiecta probatio
ne illius reddas rationẽ, acceptis quibuſdam re-
bus ſingulis, tutius eſt, etiamſi de toto genere cõ
cludi poſsit, in ipſis ſingulatib. aduerſariõ ita re-
prehendere, ut quod affirmauerit, negare: aut q
negauerit, dicere oſtẽdamus, quàm ſi uniuerſum
genus concluderemus. quale eſt illud: Rerũ ad-
uerſarum eadem eſt diſciplina, aut non eadem.
Naq; uerò propoſitionis in modũ interroganda
eſt

eſt complexio: & quædam ſunt, quę ne interrogari quidem debent, ſed ut perſpicua & ab omnibus recepta ſomi. Ac de locis quidē unde eruuntur argumenta in contentioſis diſputationibus, & de ratione interrogandi, hactenus.

HIC QVIDAM DISCRIMInant, & ſecundum incipiūt librum, qui apud Ariſtotelem unicus eſt. Hinc Volaterranus Iſagogem ſcripſit, quam & nos hic interiecimus.

IN ELENCHORVM LIBRVM ſecundum, Raphaëlis Volaterrani Eiſagoge.

Libro ſecundo inſtituit reſpondentē, quum ſuprà opponentem docuerit. Monſtrat enim ſoluendi paralogiſmi modū nam plures deſtruere ſciūt, qui neſciunt cōſtruere, ſicut in ſignis mathematicis. Quapropter Socratē ait, ſolitum ſemper interrogare, reſpondere autem ſe profiteri neſcire. Hinc prouerbium tractum, Multi ſunt arguentes, pauci uerò ſoluentes. In primis reſpondens multiplicis æquiuocationē diſtinguat, quæ ſophiſmatis cauſa eſt. propoſitionē haud ſatis intellectam, aut dubiā, non facilè nec ſtatim concedat: ſed reſpondeat, fac ut ita ſit, ad inopinabile item, & de quo ſit uaria ſententia, dicere quod multi ita ſentiunt: item petere principiū, cum propius concluſioni cepit opponēs. Item, ſi utrunq; ſit propoſitū, conſequēti reſpondere debet: quoniā antecedente conceſſo, conceditur conſequens. Non itē contrà. Præterea cū duplex ſit falſus ſyllogiſmus, alter ſyllogiſticus qui falſis probat & peccat in materia, alter apparens ſyllogiſmus qui peccat in forma: primus æquiuocationis infirmatione ſoluetur: totúq; infirmabit, quot receperit falſas ſiue adſumptiones, ſiue cōcluſionē. In forma uerò peccantem ſoluet paralogiſmū cōpoſitionis & diuiſionis, oſtendendo non eandē eſſe orationē compoſitam & diuiſam. Ponit inſuper quoſdā paralogiſmos: ut quicunq; poteſt citharizare, citharizabit: ſed nō citharizās poteſt citharizare, ergo nō citharizās citharizabit. Soluit quod hoc poteſt: non citharizans citharizabit: ſed ille qui eſt non citharizās, poſtea poteſt citharizare. Deinde dicit, quòd pauci fiūt per accentū paralogiſmi. cuius ponit unum exemplū, quod apud Latinos hoc modo reperiri poteſt: Bonū eſt uiros iuſtos pendere, & bonum rurſus uiros iuſtos non pendere: ergo eſt idē pendere, & non pendere. Soluit, quod pendere diuerſa ſignificat, ſecundū accentus diuerſitatem. Paralogiſmi omnes extra dictionem, præter paralogiſmū fallaciæ petitionis principij, qui ſolus non peccat in forma, ſoluendi per infirmationē conſequentis. Ponit exempla multa, præſertim ſecundum quid ad ſimpliciter. ut iuſtū eſt iniuſto magis eligēdum, quo ad agendum uidelicet, non patiendum. Itē, ſcio hanc rem mihi iuſtè adiudicatā: ergo ſcio hanc rē meā eſſe. negatur cōſequens, quia non fuit iudicata ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Item, quod nō eſt, ipſum eſt opinabile: ergo quod nō eſt, eſt. Negatur conſequētia, quia eſt opinabile, nō eſt eſſe niſi ſecundū quid. In paralogiſmo petitionis principij ſoluitur dicendo opponēti, quod petit principiū. Difficilimè

A *autem ſyllogiſticos, id eſt eos qui in materia peccant, ſoluere. inter ſyllogiſticas uerò orationes eas maximè difficiles, de quibus dubium, an ſit oratio ſyllogiſtica, an non: & an ſit ſoluenda per deſtructionē, an per infirmationē. Et illa acrior, quando neſcimus ſecundū quod aſſumptum debeat fieri ſolutio. Itē illa acris, cuius defectus maximè latet. Poſtremò Ariſtoteles ſe gloriatur hāc artē inueniſſe, cū ante ſyllogizantes, ſine ordine, ſine præceptione aliqua cōfunderentur, inſtar artium mechanicarū, quarum nulla traditur certa uia. Quapropter ueniā petit, ſi minus perfecta ſit, cū à principijs ſit reducta debilibus, & paruis: ſicut & rethorica per Cteſiā primò, poſtea per Theodorum: gratias autem, ſi perfecta fuerit.*

ARISTOTELIS ELENCHORVM LIBER SECVNDVS.

Caput I. De utilitate harum exercitationum tripartita.

SEQVITVR nunc, ut de reſponſione agamus, & ut quomodo diſſoluedæ ſint captiones, & ad quam potiſsimum rem cōferende ſolutiones, & quem ad uſum ualeat huiuſmodi captionum ſophiſticarum tractatio, doceamus. Ac primū quidem utilis eſt duabus de cauſis ad philoſophiā. Vna eſt, quia cùm maxima pars iſtarū captionū ex uerbis ducatur, hoc nobis præſtat earum conſideratio, ut uerborum ambiguitatē facilius animaduertamus: & ut quę ſint ea, in quibus rerum ſimilitudo cū nominum ſimilitudine cōueniat, B quæq; illa in quibus uerborum ſimilitudinē res non imitantur, intelligamus. Altera eſt, quia ad res per nos ipſos animo tractandas, ueriusque exquirendas plurimùm ualet. Nam qui facile ab altero captioſa ratione decipitur, neq; id percipit: idē ſi per ſe aliquid conſideret, frequenter ſe ipſe fallaci concluſione impediet. Eſt autem & tertia præter illas duas utilitas ad gloriā cōſequendā: nēpe quòd hinc fiat, ut uidearis omnibus in rebus exercitatus, & nullius eſſe imperitus. Qui enim cū altero ſermonē cōfert, eiusq; qui cū diſputat, rationes aſpernatur ac uituperat, cū uitiū ipſe indicare nō poſsit, ſuſpicionē is præbet, difficilē ſe & iniquū alteri pręſtare non propter ueritatē, ſed propter imperitiā. Quomodo aūt reſpōdens huiuſmodi captionib. occurrere debeat, minimo negotio perſpici poteſt. ſiquidē omnes locos, unde fallaces cōcluſiones eruuntur, ſuprà rectè expoſuimus: etſi omnia cōmēta, omnes fraudes, quas in interrogādo ſolent adhibere ſophiſtę, ſatis explicatè docuimus. Neq; uerò idē eſt, ſumpta aliqua captione, illius uim perſpicere, & uitiū ubi ſit indicare, quod celeriter poſſe ei occurrere, qui te interrogat. Sępè enim accidit, ut quod ſcimus, mutatis & traiectis uerbis ignoremus. Porrò quēadmodū alijs in rebus omnibus, celeritas & tarditas tota pēdet ab exercitatione, ita planè in diſputationibus uſuuenit. Vnde efficitur, ut tametſi res nobis cognita ſit, ſępè tamen quia deſit meditatio exercitatioq; diſſerendi, expedire nos in tempore, & ut decet, nō poſsimus. Sanè idem hic propemodum euenit, quod in mathematicorum deſcriptionibus. Sicut enim plerúq; in conficiendis

ficiendis demonſtrationibus accidit, ut poſtquã diſſoluta res eſt, & ad ſua principia reuocata, cõponere eam rurſus non poſsimus: ita in reprehenſionibus uſuuenit, ut ſciamus quidem unde ducatur captio, eam tamen in partes digerere non ualeamus.

Caput II. De apparenti & ſpecioſa reſpondentis ſolutione.

Ac primùm quidem, ſicut probabiles nonnunquam rationes ad rem probandam potius quàm ueræ adhibendæ ſunt: ita in reſpondendo interdum ad opinionem potius quàm ad ueritatem conferendæ nobis ſunt argumentorum diſſolutiones. Contentioſis enim cum hominibus planè nobis pugnandum eſt, quaſi cum ijs qui uideantur modò coarguere, ac non uerò coarguant. Nam cum iſtorum hominum rationibus nullam tribuamus concludendi neceſsitatem, nõ debet profectò aliò pertinere noſtra ſolutio, quàm ut ne cõuinci coarguiq; uideamur. Etenim ſi reprehenſio eſt contradictio citra ullam multiplicitatem, quæ neceſſariò ex quibuſdam ſumptionibus efficitur: nulla certè neceſsitas eſt, cur te oporteat captionem ex multiplici nomine, aut oratione ambigua ductam, diſtinguere: quandoquidẽ nil poſsit neceſſariò concludere. Sed hac tantùm ratione utimur diſtinctione, quia ſpeciẽ quandam concluſionum, quę ad cõuincendum alterum ualeant, huiuſmodi captiones præ ſe ferant. Nobis igitur cauendum non eſt, ne coarguamur, ſed ne uideamur reprehendi: quandoquidẽ interrogationes multiplices, & ambiguæ, & huius generis aliæ captiones, ueram reprehenſionẽ obſcurant, & ſitne tandem conuictus aliquis, an non cõuictus, incertum reddunt. Quia enim hic licet ad extremum facta concluſione dicere B aduerſario, non eum concluſiſſe negationem eius quod affirmaueras, ſed in multiplici aliquo nomine, aut ambigua oratione uerſari argumẽtũ illius, etiamſi quàm maximè fieri potuit, ad idipſum, quod dixeras, pertinuerit argumentatio: quia inquam id ſemper huiuſmodi captionibus opponi poteſt, profectò neceſſe eſt, ut hac de cauſa ſemper incertum ſit, reprehenſus ſit necne is qui cum diſputatur. Nam uerũ dicat, necne, qui illud dicit, intelligi planè non poteſt. Quòd ſi adhibita antè multiplicis uerbi, aut ambiguę orationis diſtinctione, tum interrogaret, ad extremum non dubium eſſet, quin tu eſſes reprehenſus: atq; etiam illud fieret, quod his quidem temporibus poſtulari minus ſolet, ſuperioribus autẽ exigi ſedulò ſolebat, nempe ut reſpondẽs ad interrogatum, aut etiam, aut non, & nil amplius reſponderet. At his temporibus propter uitioſam qua omnes ferè utuntur, interrogãdi rationem, neceſſe eſt, ut qui reſpondẽt, aliquid amplius addant, quo uitium interrogationis corrigant. Nã ſi ipſi ſatis multiplicitatem interrogando diſtinguerent, neceſſe eſſet, ut aut etiam, aut non, reſpõderetur. Porrò autem ſi quis ueram eſſe reprehẽſionem exiſtimet, quia ſub multiplici nomine aliquid concluditur, is nullam reſpondenti rationẽ relinquet, qua reprehenſionem effugiat: cũ præſertim in ijs etiam quæ ſub oculos ſubiecta ſunt, neceſſe aliquando ſit, quantum quidem ad nomen attinet, quod affirmaueris negare, & quod negaueris affirmare. Nam quod ijs captionibus A diſſoluendis & quaſi emendandis, adferre ſolẽt aliqui, nil planè adiuuat. Aiunt enim non eſſe Coriſcum muſicum & non muſicum: ſed hunc quidẽ Coriſcũ eſſe muſicum, illum uerò Coriſcõ eſſe nõ muſicum. Quaſi uerò non eadẽ ſit oratio, ſiue hoc modo dicas, non adiecto articulo, Coriſcum eſſe muſicum, ſiue illo, hunc Coriſcum eſſe muſicum: quod illi tamen affirmare ſimul & negare coguntur. At non idem fortaſſe ſemper pars utraque ſignificat, quando ne nomẽ quidem ex quo conſtant, Coriſcus ſcilicet, idẽ ſemper ſignificet. Quare ad hanc captionem eludendam, nil omnino illud habet momẽti. Quòd ſi quis uim captionis in eo ponat, quòd primùm omnino Coriſcũ aduerſarius diceret, deinde adiecto articulo, hũc Coriſcum dixerit, is abſurdè faciet. Nam quid cauſæ eſt, cur id uni potius quàm alteri conueniat? præſertim cum utriuis addiderit articulum, non minus procedat captio. At uerò quoniã qui non diſtinxit ambiguitatem, efficit ut ad extremum auditoribus dubium ſit, an ſit cõuictus, an non: cum præſertim conceſſum ſit, in medio curſu argumentationis multiplex diſtinguere, ſi q. ſubſit: hinc profectò planum eſt, culpa eum non carere, qui multiplicem interrogationem ſimpliciter & citra ullam diſtinctionem admittit. Hinc enim efficitur, ſi minus ipſe reprehenſus ſit, at certè ut illius oratio pro conuicta & refutata habeatur. Fit autem plerunque, ut qui ambiguitatem perſpiciunt, eam tamẽ diſtinguere propterea minus curent, quòd frequenter huius generis interrogationes ab aduerſario proponantur, ne ſcilicet uideantur ſe ad omnia moleſtos & iniquos B aduerſario præbere: aut certè, quia nõ exiſtimãt ex eo poſſe captionem uim ullam accipere. Sæpè autem ad extremum neſcio quid præter illorum opinionem occurrit. Itaq; quoniam ita licet, nunquam tardi aut negligentes eſſe debemus in diſtinguendo: quemadmodum paulò antè diximus. Quòd ſi quæ multæ ſunt interrogationes, non quaſi unà acciperentur, nunquam fallax & captioſa ratiocinatio ex homonymia aut amphibolia naſceretur: ſed aut uera ſemper, aut nulla omnino fieret reprehenſio. Quid enim intereſt, ſub duobus nominibus diuerſis hoc modo interroges, ſuntne Callias & Themiſtocles muſici, an ſub uno nomine rebus diuerſis communi? Nam ſi plura uerbum ſignificet, qui illud interrogabit, plura interroget, non unum, neceſſe eſt. Si igitur haud rectè is facit, qui ad duas interrogationes unam poſcit, ſimplicemq; reſponſionem: dubium profectò eſſe non poteſt, quin ad ambiguam interrogationem nunquam oporteat ſimplicem dare reſpõſionem: ne ſi uera quidẽ ſit in omnibus ſignificatis interrogatio, quẽadmodum aliqui exiſtimant. Illud enim idẽ ualet, ac ſi interrogaretur, utrum domi ſint, an non ſint, Callias & Coriſcus? qui ſiue ambo ſint domi, ſiue non ſint, non minus fiunt utroque modo plures propoſitiones. Neque enim par eſt unam propterea fieri interrogationem, quòd utrunque uerum ſit: quandoquidem uſuuenire poſsit, ut uel ſexcentas huius generis interrogationes cõiungas, ad quas omnes uerum ſit dicere etiã, aut non: ueruntamẽ nõ eſt ad illas omnes una dãda reſponſio,

Inutilis quorũdam diſſoluendi ratio.

Diſtinctione quando, & cur utendum.

Diſtinctionis neceſsitas.

Multiplicis & ambigui cautio.

reſponſio, qoippe cum id aliud nihil ſit quàm diſputstioois leges tollere, & omnem diſſerẽdi rationem euertere. Atqui iſtæ moltæ interrogstiones perinde ſunt, sc ſi multis rebns diuerſis unũ nomen eſſet impoſitum. Vt igitur ad duas interrogationes non eſt danda ona reſponſio: ita ad interrogatum ambiguum nũquam eſt ſimpliciter dicendum aur etiam aut non. nam qui ſecus fecerit, is dixerit qoidem aliquid, at certè oon reſpõdeit. In diſputarionibus tamen quodammodo id probari ſolet, quia qoid inde ſequatur incertũ ſit. Quemadmodum igitur (quod etiam nos paulo antè diximus) reprehenſiones quædam uidẽtur quæ oon ſunt: ita ſolutiones nonnullæ erũt, quę in ſpeciẽ modò non etiã ueræ ſolutiones erunt: quas ſcilicet diximus interdũ potius adhibẽdas eſſe quàm oeras, in diſputatiooe cõtentioſa, & cum occurrere oolumus interrogstis moltiplicib.

Ad cautè reſpõdendum, præceptum.

Porrò aũt in reſpõdendo adhibẽda nobia eſt hęc cautio, ut ad ea quæ uera nobis eſſe oidebũtur, dicamus, Eſto. ſic enim fiet, ut mioimè nos cõuincere alius uideatur. Qoòd ſi cogere nos uelit admirabile aliquid dicere, tum maximè uti debemus uerbo, uideri. Hac enim ratiõe fiet, ut nec reprehẽſio, nec admirabilis cõcluſio cõfecta eſſe uideatur.

Ad petitionem principij, ſolutio.

Iam uerò cũ perſpicuũ illod ſit, quomodo fiat petitio principij: tó omnes ita exiſtimãt, reſpondenti negandũ eſſe quicquid proximè ad id accedit, de quo quęritor: nec ullã ex eo genere interrogationẽ eſſe admittendã, quaſi illo modo id ipſum, de quo ioſtitota eſt diſpotatio, petatur.

Ad incredibile, & ad falſum.

Cũ uarò tale aliquid ſibi cõcedi poſtulat alius, qood incredibile quidẽ aut falſum ſit, ex ra ta B meo propoſita cõſequatur: tum idẽ illud eſſe cũ eo de quo agitur dicendum eſt. Nã quæ neceſſariò ex re propoſita cõſequuntur, pro ipſo propoſito ſunt habẽda. Præterea quando genus uniuerſum ſub nomioe proprio nõ eſt ſumptum ab aduerſario, ſed ſub ſimilitudine, dicendũ eſt, nõ rectè eum accipere, quãdo non ita ſumit, queadmodum conceſſum eſt, oec quo modo interrogãdo ſumebarur. Hinc enim plerũq; naſcitur reprehenſio. Quòd inde excluſus, illis cautionibus uti nõ poſsis, proximum eſt ut recurras ad id, ut nõ rectè rem demonſtraſſe aduerſarium contendas. In quo uteodum eſt tibi definitione reprehenſionis, quam poſuimus, ut eam argumentis aduerſarij opponas. Ac ſi proprijs quidẽ nominibus & apertè interrogauerit, neceſſe eſt, ut aot ſimpliciter reſpondeas, aut adhibita diſtinctione. Quæ uerò ſuppreſsis quibuſdam uerbis breuiter admittimus, qualia ſunt quæ non spertè, ſed truncatim & imperfecta locutione ioterrogantur, ea msximè dant reprehenſioni occaſionem. exempli gratia, Nõone quod eſt Athenienſiũ, id eſt eorum poſſeſsio? certè. nec diſsimilis eſt in alijs ratio. At enim nónoe τῶν ζώων homo eſſe dicitur? certè. Eſt igitur homo animalium poſſeſsio. Sanè hominem dicimus eſſe τῶν ζώων, quia ſit animal: & Lyſandrum τῶν Λακώνων, quia Lacedæmonius ſit. Planum igitur eſt, non oportere, ubi obſcurum eſt & inuolutũ quod ab aduerſario proponitur, ſimpliciter rem concedere. Quando uerò ſic ſunt affecta duo inter ſe, ut uno poſito alterum eſſe neceſſe ſit, oec contrà, ſi boc ſit, illud eſſe oportet:

A uidendum eſt ei qoi reſpondet, ut cum rogsbitur, utrum eorum eſſe putet, illud potius ponat, quod minus Iatè patet. nam ex multis ſingulis difficilius eſt aliquid tandem neceſſariò concludere. Quòd ſi ad aliquid probandum ex eo ducat argumentum, quòd huic nil ſit contrariũ, illi aliquid aduerſetor: & ſi hoc uerum dicat, nos tamen contrs aliquid illi eſſe cõtrarium dicere debemus, ſed nullum eſſe illi nomen impoſitum. Suot autem ex ijs quæ oulgò feruntur quędsm, qoę ſi non coocedas, falſom dicere uidebere: alia uerò, quæ ut oon admitras, falli tameo te nemo putabit. cuius generis ſunt dubiæ, & in utramq; partem probabiles ſententiæ. Nam ſit mortalis an immortalis animantiom anima, non eſt apud uulgus cooſtitutum. In quibus igitur manifeſtũ non eſt, utrum potius aſſerendum ſit eorum quę alius interrogat: cuiuſmodi ſunt quæ ſententiæ appellantur (nam & ueræ de ſingulis rebus opiniones, & uniuerſæ oegatiooes, ut diameter nõ eſt comparabilis cum latere, ſententiarum nomine appellari ſolent) & præterea in quibus uera ex æquo pars utraq; eſſe uidetur: in illis inquam utriuſque generis interrogationibus, ſi reſpondẽdo ad uſum noſtrum uerba interrogationum cõmotauerimus in alia, commentum noſtrum minimè apparebit. Nam quia incertum eſt, utrum uerum ſit, ſophiſticè nil agere uidebimur: & quia utrãq; in partem ex æquo probabile eſt, falli nos nemo exiſtimabit: at interim illa noſtra uerborũ commutatio efficiet, ut reprehendere nos nullo modo poſsit sduerſarius. Iã uerò ut ſingulas tu B interrogatiooes præſenſeris, ita illæ tibi ſunt anteuertendæ, & multò antè oratione refutandæ. Iſta enim ratione aduerſarium tuũ maximè impẽdies, ne ad extremum quod uult efficiat.

Caput III. De recta loci ſolutione.

Quooiam autem illa eſt uera ſolutio, falſitatẽ ſyllogiſmi indicare, docẽdo ex qua potiſsimum interrogatione pendeat falſa cooclusio: fallaces autem ſyllogiſmi duobos modis dicuotur: uno, ſi falſum aliquid concluſum eſt: altero, ſi neceſſaria conſecutio eſſe uideatur, reuera autem ſyllogiſmus noo ſit: hinc ſanè perſpicuum eſt, præter illam quam modò dixi ſolutionem, eſſe etiam alteram, quę propriè accommodata eſt ad eos qui ſpeciem ſyllogiſmorum præ ſe ferunt, cum reuera nil neceſſariò concludaot: quæ ſolutio eſt interrogationum correctio, ad docendum cur ex ijs non ſequatur, ſed modò uideatur ſequi.

Negatio & diſtinctio, quando adhibenda.

Vnde illud efficitur, captiones, quarum non eſt uitioſus concludendi modus, ſoluendas eſſe negãdo: in quibus uitioſa eſt cõcluſio, in ijs diſtinctionem eſſe adhibendam. Rurſus inter eas rationes quarum eſt neceſſaria concluſio, aliæ ſuot quæ ueram, aliæ quæ falſam habent complexionem. Atque illę quidem, quibus falſa eſt concluſio, dopliciter diſſolui poſſunt, refutando ſcilicet, ac negando unam aut slteram ſumptionem: & indicando talem, hoc eſt falſam eſſe concluſionem. Quæ uerò propoſitiones modò falſas habẽt, nõ etiam concluſionem, hac taotùm ratione diſſoluentur, ſi quam ſumptionum falſam eſſe conſpicies, eam reſpuas, quippe cum uera ſit concluſio.

Rectè ſolutionis canon.

Itaque argumenta qui uolet rectè diſſoluere, hoc primùm ſpectabit, habeant oe uim concludendi

neceſſariam, an minus neceſſariam: tum deinda, utrum oera an falſa ſit complexio: idq; eò faciet, ut ea diſſoluat oel diſtinguendo, uel negando: & negando quidem aut hoc, aut illo, quo paulo antè diximus modo. Multum autem intereſt, utrum diſſoluatur argomentum, cum tibi ab alio obijcitur: an cum per ſe, nulloque ioterrogante, uis illius exquiritur. Nam ſtatim & in promptu occurrere captioni difficile eſt: per ocii autem, & com datur tibi cogitandi ſpacium, facile. Reprebenſionum quæ aut ex uerbi multiplicitate, aut ex orationis ambiguitate ducũtur, duo ſunt genera. unum earum, quę io altera ſumptionum eam babent ambiguitatem, nnde oritur captio: alterum earum, quibus in concluſione ineſt moltiplicitas. Exempli cauſa, captio qua σιγῶντα proloqui concluditur, ambiguam habet concluſionem: illa autem, qua efficitur, eum qui ſciat, neſcire tamen, quæ eſt huiuſmodi: Quod quiſque ſcit dicere aut facere, id ipſum ille ſcit, atque intelligit: atqui iſte ſcit dicere, hoc eſt, recitare carmina iambica: iſte igitur intelligit ſcitque iambica: illa inquam captio habet in altera ſumptionum ambiguitatem. Ac duplex quidem uerbum in ijs captionibus interdum ineſt reuera ac per ſe, interdum uerò non eſt reuera duplex, ſed ipſa modò oratio eſt, quæ dupliciter accipi poteſt, & partim uera, partim falſa eſt. In quibus igitur eſt in cooclusione multiplicitas, in ijs nulla omoino eſt reprehenſio, niſi iam antè qui interrogat, ab aduerſario acceperit contradicentem eius quam concludit. ueluti in ea captione, qua cęcum uidere concluditur, quid quæſo, niſi contrarium huius dixerit reſpondens, concludi poſsit, quod ad reprehenſionem ualeat? Quæ uerò ambiguas habent interrogationes, in ijs non neceſſe eſt ipſius multiplicis diſparatum antè acceptum eſſe: quãdoquidem non ad multiplex efficiendum pertineat argumentatio, ſed ex ipſo multiplici ducitur. Eſt igitur iam inde à principio multiplici aut nomini aut orationi ita occurrendum, ut partim id uerum eſſe quod interrogatur, partim falſum reſpondeamus: ueluti σιγῶντα proloqui, uno quidem modo ſumptum, uerum eſt, altero non uerũ. Itemq;, id faciẽdum eſſe quod facere oportet, una ſignificatione uerũ eſt, altera falſum. oportere enim multiplex eſt. Quòd ſi id nos à principio ſtatuerit, hæc nobis ratio erit reliqua, ut ad extremum argumentationis, concluſioni ab aduerſario factæ præter ſimplicem reſpõſionem aliquid addamus, quo uitium captionis indicemus. Verbi gratia, concludit aduerſarius, Accidit igitur σιγῶντα proloqui: tu contrà dicito, accidit uerò τὰ σιγῶντα proloqui, ſed τὸν σιγῶντα non accidit. Quod idem erit in ijs faciendum, quæ multiplicitatem habent in ſumptionibus. exempli cauſa, cum ad extremum cõcludatur: Non igitur intelligimus quod ſcimus: certè, reſpondebis. ueruntamen non cõcluſiſti, quę nos hoc modo ſcimus, eo nos non intelligere. neque enim idem ualet dicere, non intelligere omnino ſcientem, quod intelligere eum qui hoc modo ſcit. Vtq; ego unam quãdam generalem rationem eludendi iſtas captiones ſubijciam, illud ſemper nos cootendere debemus, etiamſi reuera concluſerit aduerſarius,

Multiplicis & ambiguæ reprehenſionis genera duo.

Ad multiplicẽ & ambiguã interrogationem reſponſio.

Generalis ratio captiones multiplicis & ambiguã diſſoluendi.

A quod oportuit: illum tamen nõ eam rem, quam aſſerimus, ſed oerba modò refutaſſe. Ex ijs uerò quæ modò expoſuimus, iam propemodum perſpicuum eſt quę ſit ratio ſoluendarum captiooũ, quæ ex coniunctione & diſtinctione ducuntur. Cum enim aliud cõiuncta, aliud diſtincta oratio ſignificet, ad extremum quando unum cõcludet aduerſarius, contrarium tibi erit ſubijciendum. Sunt autem omnes iſtæ captiones ex cõpoſitione & diſtinctione: Nunquid quo tu illum percuſſum uidiſti, eo ille percuſſus eſt? & nunquid quo is percuſſus eſt, id ipſum tu uidiſti? Atq; iſtæ quidem captiones habẽt neſcio quid ambiguitatis, ſed tamen ad locum ex conionctione referendę ſunt. Neq; enim duplex appellari poteſt, quod modò coniuoctam, modò diuiſam habet ſententiam: quãdoquidem oratio non maneat eadem, cum diſtincta accipitur, quæ antè erat cõiuncta. Niſi fortè dicamus ὄρος & ὅρος, cum ſic accentibus diſtincta proferuntur, adhuc retinere multiplicitatem: quæ tamen, quod attinet ad ſcripturam, ſunt unum idemq; uocabulum, cum & elementa eiſdem, & eodem modo ſcribantur: cæterùm notæ accẽtuum illic appoſitæ efficiont, ne cum pronunciantur, eadem ſint. Quocirca multiplex oratio non erit, quæ modò coniunctim, modò diuiſim accipi poteſt. Vnde etiam planũ eſt, non uerum eſſe, quod aliqui uoluerunt omnes reprehenſiones pertinere poſſe ad locũ ex multiplici. Eſt igitur ad ſoluendas iſtas captiones reſpondẽti adhibenda diſtinctio, non idem ſcilicet ualere ſi dicas uidiſſe te oculis, percuſſum: ac ſi diceres B uidiſſe te, oculis percuſſum. Quod idẽ in captione Euthydemi faciendum, quæ eſt huiuſmodi: Nunquid triremes, quę in Piręeo ſunt, nonc ſcis, cum in Sicilia ſis? Itemq; in hac, Putáſne malum ſutorem bonum eſſe? atqui fieri poteſt, ut quia malus ſit, & bonus ſutor ſit: quidam igitur malus ſutor, bonus erit. Item in hac: Nónne quorũ bonæ ſuot ſcientiæ, ea ſunt bona κακὰ μαθήματα? malorum autem bonæ ſunt ſcientiæ. mala igitur ſunt bona μαθήματα: atqui mala & μαθήματα ſunt, & ſunt mala: quare neceſſe eſt, ut ſint mala μαθήματα. Et, putáſne uerum eſſe dicere, modò te natum eſſe? tu igitur modò natus es. An aliud coniuncta, aliud diſtincta ſignificat hæc oratio? Certè. oerum enim eſt nunc, te natũ eſſe: ſed falſum eſt, te nunc natum eſſe. Quæ tu facere potes, & uti potes, ea nónne tu & eo modo reddere effecta poſsis? tu uerò non pulſans citharam, pulſare illam potes: tu igitur hoc efficere poteris, ut non pulſans citharam, pulſes tamen. At enim quod poſſe ſe alius dicit, noo ſic accipiendum eſt: quaſi non pulſans poſsit pulſare: ſed quaſi poſsit, cum deſinet unum facere, alterum ſtatim effectum reddere. Porrò autem aliter banc captionem diſſoloere aliqui conantur, dicentes, qoanqoam id conceſſum ſit, poſſe me quomodo poſsũ aliquid, eo modo illud effectũ reddere: nõ tamen rectè cõcludi, poſſe me nõ polſando citharã pulſare: quia nõ ſit cõceſsũ, omni modo quo poſsũ, ſed incertè quo modo poſſum, ita me facturũ. nunc aũt certũ eſt, idem nõ ualere, quomodo poſſum, ita faciam: & quocunq; modo poſſum, illo omni modo faciã. Verùm quàm illi malè ſoluant, hinc poteſt facilè intelligi,

Captiones ex compoſitione & diſiunctione quomodo diſſoluendæ.

Quorundã error.

Compoſitionis captiones diſtinctione ſoluendas.

Euthydemi ſophiſma.

Mala quorundã ſolutio.

intelligi, quòd cum neceſſe ſit omnes captiones
ex eodē loco ductas uno eodemq; modo diſſol-
ui,iſta diſſolutio non poſsit ad omnes huius ge-
neris accommodari:quinetiam illo modo occur
ri non poſsit omnibus,qui eandem iſtam captio
nem alio quouis modo proponerēt: ſed ad eum
modò qui ita proponit hanc captionem,non eti
am ad ipſam argumentationem,eſt accommoda
Ab accentu captiones quomodo diſſoluēde.
ta hæc ſolutio. Ab accētu captiones nullæ ſunt,
nec in ſcripto,nec in uoce: aut certè admodum
paucæ ſunt. qualis eſt iſta: Nónne » habitas,do-
mus eſt?certè.at nónne illud » habitas, eſt nega-
rio huius uerbi habitas?dixiſti autem, » habitas
domum eſſe:domus igitur negatio quędam eſt.
Quæ captio quomodo ſit diſſoluenda,nō eſt dif
ficile uidere.Non enim idē ſignificat illud » tono
Ad captiones ex uerborum ſimilitudine.
acuto prolatum », & circumflexo ». Noſſe etiam
rationē occurrendi captionibus,quę ducūtur ex
eo quòd uerborum ſpecie falſi pro iiſdem accipi
mus,quæ non ſunt eadem,non eſt difficile,quan
I. do genera categoriarum quot & quæ ſint intelli
gimus.Nā quod iſte interrogatus negauit in uer
bo quid eſt,ſubſtātiamq; ſignificante, id alius ut
affirmet,traducit ad id quod in genere quanto-
rum continetur, ut eorum quæ ad aliquid dicū
tur:quę tamen,ſi formam uerborum ſpectes,ſpe
ciem quandam præ ſe ferunt eorum quæ quid,
hoc eſt ſubſtantiam,ſignificant. ueluti in hac ca-
ptione: Putáſue fieri poſſe, ut tu eandem rem ſi-
mul facias,& feceris?At uidere tu idem potes &
uidiſſe,idq; eadem ratione. Et illa:Putáſne fieri
poſſe, ut aliquid ſit actio & paſsio ? Quid uerò?
nunquid ſecari,cremari, operari,genere dicendi
conueniunt,& pati omnia ſignificant? illa uerò,
dicere,currere,uidere,nunquid eodem modo di
cuntur?Atqui uidere,eſt operari:quare pati ſigni
ficat,quod tu tamē idem actionem ſignificare di
xiſti.Quòd ſi quia fieri non poſſe dixerit,ut idem
ſimul facias & feceris,idq; poſtea admittat, poſ-
ſe euenire,ut idem uideas & uideris:nōdum erit
hac ratione reprehenſus,modò non dixerit,uide
re,actionē ſignificare,ſed potius pati. nam ut re-
prehenſio fieret,id quoq; fuit præter illa interro-
gandum. Illud tamen uidetur auditoribus iam
eſſe conceſſum,quia admiſſum eſt, ſecare,eſſe a-
gere:& ſecuiſſe,egiſſe,& huius generis alia, quæ
genere dicendi illis ſunt ſimilia.Nam quod deeſt
argumento,ipſe per ſe auditor ſupplet: quaſi di-
cendi genere hoc non differat ab illis. Reuera au
tem hæc eodem genere dicēdi non continentur,
ſed propter uerbi ſimilitudinem ita ſecus quàm
eſt uidetur. Atq; ita in iis captionibus idem uſu-
uenit,quod in iis quoq; ducuntur ex homonymia:
in quibus ſi quis uerborū uim ignorat, putat re-
ſpondentem non modò in nomine, ſed etiam in
re eadem quod affirmauerat negare:cum tamē ei
qui contrà diſputat,neceſſe ſit ut aduerſariū coar
guat:interrogare præterea,an eadem ſemper ſi-
gnificatione accipiat,quod dicit.quo certè con-
II. ceſſo,uera ſequitur reprehenſio.Sunt autem, &
quæ ſequūtur captiones ſuperioribus ſimiles,ex
eodemq; loco ductæ: Si quis quod habuit, iam
non habet,nónne illud amiſit? At enim qui unū
modò ex decem calculis amiſit, iam non habet
decem calculos.An uerū eſt eum amiſiſſe,qui nō

A habet quod habuit:illud aūt non uerum,ſi tantū
non habet,quantum prius,aut tot quot antè ha-
buit,propterea tātū aut tot amiſiſſe? Ergo quod
primum in ſubſtantia interrogauerat,id trāsfert
in concluſione ad numerū:decē enim nō ſubſtan
tiam,ſed numerum ſignificant.Quòd ſi initiò ita
interrogauiſſet:Si quis modò non habet tot cal-
culos,quot antè habuit,nónne tot omnino ami-
ſit quot habuit?nemo id conceſsiſſet: ſed dixiſ-
ſet,uel ex iis aliquot,uel illa omnia amiſiſſe. Hu- III.
ius quoq; generis eſt captio, qua concluditur da
re aliquem quod non habet:quia cum non habe
at unum ſolum calculum,unum ſolum det alte-
ri.Atqui hoc nō eſt dare quod nō habes, ſed qua
tenus tu unum ſolum non habes. Nam hoc uer-
bum,Solum,non ſubſtātiam aut qualitatem aut
quātitatem ſignificat, ſed in comparatione ad al
terum cernitur, ut ſignificet non habere te illud
cum alio.Habet igitur illa captio eādem uim, ac
ſi quiſpiam ita interrogaret: Nūquid dare quiſpi
am poteſt quod nō habet?idq; negāte altero,ſub
iiceret:Quid uerò,nūquid dare citò poteſt quod
citò non habuit?quo ab aduerſario conceſſo,con
cluderet:Poteſt igitur dare quiſpiā quod non ha
bet.Nam quid apertius eſt,quàm eum qui ita ſit
argumentatus,nil neceſſariò confeciſſe? Etenim
citò dare,non eſt quippiam dare,ſed hoc modo.
Illud uerò nemo negauerit fieri poſſe,ut alio mo
do des quippiam quàm habeas: ueluti quod cū
uoluptate habes, id ægrè & cum moleſtia dede-
ris.Ad hunc eundem locum iſtæ quoq; ſuperio- IIII.
ribus perſimiles captiones pertinēt:Poteſtne ali
quis ferire alterū manu,quam non habet?aut ui-
B dere oculo,quem non habet? neq; enim unū tan
tum oculum habet. Huiuſmodi autem captioni *Captionū ſuperiorum, inutiles ſolutiones.*
bus ita occurrunt quidam, ut eum dicant unum
modò aut oculum,aut aliud quiduis habere,qui
plura habet. Alii uerò dicunt, id ipſum omnino
hūc accipere,quod alius dat: quippe cum unum
modò det iſte calculum, aliusq; non pluſquā u-
num ab altero accipiat. Alii item aiūt fieri poſſe,
ut quis id habeat quod nō accepit. ueluti ſi quis
dulce uinum accipiat, eo inter accipiendum cor
rupto,acetū quod non accepit habere.At illi qui
dem certè omnes illo modo captionē non diſſol
uunt,ſed (quod etiam paulo antè diximus) ho-
mini,non argumento occurrunt.nam ſi eſſet hęc
uera ſolutio,qui contrariū eius quod illi uolūt fa
ceret,non poſſet omnino iſtas captiones (quod
idem profectò in aliis omnibus uſuuenit) diſſol
uere. Ut ſi uera ſolutio eſt in diſtinctione multi-
plicis,dicēdo in una quidem ſignificatione uerū
eſſe,in altera non uerum:quicunq; ſimpliciter di
ci conceſſerit,is neceſſariò conuincetur, eritq; id
neceſſariò cōfectū quod uoluit aduerſarius. Sin
qui hoc fecerit,non conuincatur neceſſaria con-
cluſione,non erat profectò uera illa ſolutio. At- *Solutio uera.*
qui in iis de quibus agitur captionib.conceſsis
omnib.contrà quàm illi uolunt,nil neceſſariò cō
cluditur.Præter illas autem,quas propoſuimus,
iſtæ etiam quas modò ſubiiciam,ex eodem loco
ducūtur.Nónne quod ſcriptum eſt,id ſcripſit ali V.
quis?ſcripta autem eſt hæc oratio, quæ te ait ſe-
dere,nunc falſa, quæ tamen erat uera quādo ſcri
bebatur:ergo ſimul & uera & falſa ſcribebatur.

Etenim ueram & falſam dicere orationẽ aut opi A
nionẽ,non hoc,id eſt ſubſtantiá, ſed tale aliquid,
id eſt qualitatẽ declarat.Dixi autam opinionam,
VI. quia eadem eſt ratio illius,atq; orationis.Ad hoc
etiam genus iſta pertinent: Nónne quod quiſq;
diſcit,illud uerum eſt eſſe quod diſcit?diſcit autẽ
quiſpiam celerius,quod tardius eſt.Hic enim nõ
aſſumptum eſt,qood diſcit quiſpiá,ſed qoo mo-
VII. do diſcit.Itẽ iſta:Quod quiſq; perambulat,nón-
ne id padibus calcat? parambulat aũt aliquis to-
tum diem.Profectò hic nõ aſſumptum eſt,quod
VIII. quis perambular,ſed tempus in quo ambulat.I-
temq; cum calicem bibiſſe alterum dicimus,hoc
ipſum quod bibit non dicimus, ſed unde bibit.
IX. Eſt etiã in hoc genere iſta:Nóone quod ſcit quiſ-
que,id aut ab altero didicit,aut ipſe per ſe inue-
nit? At duobos ſumptis, quorum unũ didicetis,
alterum inueneris,in illa ambo neutrum eorum
cadere poteſt.Nam quod ſingulatim ſumptis re-
bus prius interrogabatur,id paulo pòſt conion-
X. ctis ſimul multis accipitur.Illa etiam,qua oſten-
ditur eſſe aliquem tertium hominem,prætet ide
am,& præter ſingulos hominea. homo enim,&
omne uniuerſale,nõ hoc aliquid,ſed tala aliquid
aut comparationem quandam ad aliud,aut affe-
ctionem quandam & modum, aot aliud huius
generis ſignificat. Eadem autem eſt huius ratio
atq; illius,qua quæritur,an Coriſcus,&Cotiſcus
muſicus,idem ſiot, an uerò diuerſi. nam ille hoc
aliquid,hic quale aliquid ſignificat. Itaq; non eſt
eadem unius atq; altarius expoſitio. Neque ue-
rò ab expoſitione uim habat iſta caprio, qua eſſe
aliqoem tertium hominam concluditur: ſed ax B
eo quod conceditur, eſſe id ipſum quod illud,i-
dem ualera,quod eſſe hoc aliquid.Neq; enim eſ-
ſa id ipſum quod Callias,aut id ipſum quod bo-
mo,idem ſemper ſignificabir, quod eſſe hoc ali-
quid.Quòd ſi in exponendo dicas,non ſignifica
ri hoc eſſe id ipſum quod illud, ſed potius eſſa ta
le quippiam,omnino nil intererit:quaodoquidẽ
ut hoc dixeris,nihilominus relinquatur uniuar-
ſale quoddam,non illud quidem ſeparatum, ſed
in ſingulis rebus cohærens,quale eſt homo.Per-
ſpicuum igitur eſt,non eſſa admittendum,uerba
quæ de multis dicuntur, hoc aliquid ſignificare:
ſed aut quantum, aut quale,aut ralatum quippi-
am, aut aliod quiduis huius generis. Omnibus
autem captionibus,quę io uerbo ſunt(ut tam ſe
mel complectar) hoc commune eſt,ut per cõtra-
rium eius,unde ducitur captio,ſemper diſſoluan
tur.Verbi gratia, ſi ax coniunctiona captio exi-
ſtat,diſſoluetur per diuiſionem: ſio ex diſtinctio
ne,per coniunctionam.Rorſum ſi in accentu acu
to poſita ſit captio,per grauem diſſoluitur:ſin ex
graui orta ſit,per acutum.Si uerò mulriplex no-
men eam effecerit,ita diſſoluitur, ſi contrarium
illius nominis,quod concludit alius,ponas: ue-
luti ſi ita eueniat,ut tu interrogatus, de animato
dixeris,ille contrà negationem concludere cone
tur:tibi ad extremum dicendum erit, de anima-
to te intellexiſſe.Sin dederis,eſſe inanimatum a-
liquid:contrà autem ille animatum aliquid con
cludat,tibi dicendum erit,ſin re inanimata te in-
tellexiſſe.Eademq; eſt ratio in amphibolia.Si au
tem docta ſit ex uerborum ſimili forma,à contra

Solutiones captionum enumeratarum.

Captiones quæ ex uerbo ſunt, omnes per contrarium diſſoluuntur.

rio petenda eſt ſolutio. ueluti ad illam captio-
nẽ,Nóone dare quiſpiam poteſt quod non ha-
bat? dicendum eſt,non dare quidem eum quod
non haber, ſed alio modo qoàm habat: nempe
quia non baber unum ſolum calculum.Ad iſtam
quoq;:Nunquid quod ſcit quiſq;,id didicit, aut
per ſeipſe excogitauit? reſpondendum eſt, oe-
rum quidem eſſe,quod ſcit,horum altero modo
id accepiſſe:ſed non eſſe oaceſſe,multis ſimul iũ-
ctis,quæ ſcit, ea altero modo aſſecutum fuiſſe.
Huic quoq;: Nónne quod perambolas, id pedi-
bus calcas? ſic occurrendum, id quidem quod
perambulo,me calcare:ſed noo tempus quo par
ambulo,& ſic alia.

Caput IIII. De captionib. accidentis diſſoluendis.

Captiones autem accidantis,omnes uoa ratio
ne diſſolui poſſunt.Quia enim incertum eſt, quã
do rei attribuenda ſunt quæ accidantibus cõue-
niunt,atq; illud quidẽ in quibuſdam uerũ uide-
tur:idq; ita fiari interdum neceſſarium eſſe aiũt,
in alijs uerò negant id eſſe neceſſarium:illud pro
fectò nobis ſtatuendum eſt,atq; ita debemus ad
uerſus huius generis omnes captiones eſſe con-
firmati,ut omnino illas ullam habare neceſſita-
tem negemus.In quo uidendum aſt, ut paratam
nos ſemper habeamus apertè captioſam ex hoc
genere concluſionem, cui ſimilem eſſe dicamus
eam,quam adfert aduerſarius. Sunt autem ex ac
cidente omnes quæ ſequuntur captiones: Sciſ-
ne quid ego ta rogaturus ſum? Noſtio eum qui
huc ad nos uenit,aut eũ qui hic abſcõſus eſt?Eſt-
ne hæc ſtatua opus tuum, aut hic canis tuus pa-
ter?Nunquid haud multoties pauca,ſunt pauca?
B perſpicoum enim eſt in ijs omnibus non eſſe ne-
ceſſe,ut eadem quæ accidentibus conueniunt,re
bus ſubiectis attribuantur. Nam in ijs ſolis quæ
natura & ſubſtantia non differunt,ſed unũ quip
piam ſunt,id uſuuenit,ut quæ uni attribuuntur,
eadem alteri omnia conueniant.Iam autem non
idem eſt bonum aſſa bonum,& eſſe id quod ego
ta uolo interrogare:neq; idam ualat, uenientem
aut abſcooſum, eſſe ocoientem aut abſconſum,
atq; eſſa Coriſcum.Itaq; non rectè efficitur,ſi Co
riſcum nouerim,aduenientem autem non noue
rim,eundam me noſſe,& non noſſa. Neq; ualet
cõcluſio,Hoc opus quoddam eſt,idq; meum eſt,
hoc igitur eſt maum opus:ſed concludẽdum eſt,
maam aſſe hanc poſſeſsionam,aut rem, aut aliud
quippiam buiuſmodi. Nec diſsimilis eſt io alijs
ratio. Cæterùm iſtas captionas diſſoluere non-
nulli conantur, adhibita diſtinctione ad poſtre-
mam interrogationem.aiunt enim fieri poſſe,ut
idem nos cogooſcamus, & non cognoſcamus,
ſed non eadem ratiooe. Eum igitur qui uenit,ſe
fatentur oon ooſſe, Coriſcum autam ſe noſſe a-
iunt:& concluſionem, qua efficitur aundem il-
los noſſe,& oon noſſe,ad extremum concedunt,
ſed tamen non eadem ratione. Atq; illud primũ
ut uera ſit diſſolutio,neceſſe eſt(quòd etiam ooa
paulo antè diximus) ut ad omnes eiuſdem geoa
ris captiones diluendas ſit accommodata.quod
in hanc cadere non poteſt:quandoquidẽ ſi nõ ex
uerbo noſſe,ſed ex uerbo eſſe,aur certo quodam
modo affectum aſſe, prononciatũ illud cõſtaret,
non habaret locum illa ſolutio.uerbi gratia, io il
la captione:Hic pater aſt,& aſt tuus:quid quæſo
loci

Error quorundam in diſſoluendo.

Vera diſſoluendi ratio.

loci habeat illa ſolutio? Vt enim in quibuſdã id A uerũ ſit, fieri poſſe ut idẽ tu ſcias & neſcias: at certè hæc captio nil habet cum illa commune. Porrò autem nil uetat, quo minus multis modis ſit uitioſa & fallax eadem captio: attamen non omnis uitij explicatio eſt uera captionis illius ſolutio: quippe cũ fieri poſsit, ut falſum eſſe id, quod concluditur, dicas: & tamen unde oriatur falſa illa concluſio, non oſtendas. Qualiter uſuuenire poteſt in argumentatione Zenonis, qua nil poſſe moueri, oſtẽdere conabatur. Quapropter ſi quis reſpondens cõtrà argumentari conetur, ut id abſurdum eſſe doceat quod alius cõcluſit, abſurdè faciet, tametſi uerè ac neceſſariò id cõfirmet. Neq; enim hoc eſt argumentum diſſoluere, præſertim cum ueram ſolutionem appellauerimus, talem falſi ſyllogiſmi explicationẽ, ut quare ſit uitioſus oſtendatur. Itaq; ſi quando argumentũ nil neceſſariò concludit, huius ipſius rei declaratio erit ſolutio: idq; dico, ſiue uerum, ſiue falſum aliquid illud argumentũ cõcludat. His accedit, quòd poſſit illa quidem fortaſſe ſolutio ad qualdã captiones ualere: at in ijs certè ad quas modò adhibetur, uix locũ habere poſſe uideatur. Nouit enim ille Coriſcum hoc ipſo quòd Coriſcus, & uenientẽ hoc ipſo quòd uenit: at noſſe idẽ & non noſſe, eſt tale aliquid: quale uſuueniret, ſi tu quod albus quidẽ ſit quiſpiã, noſſes, eundẽ aũt muſicum eſſe ignorares: ſic enim tu idẽ ſcires & ignorares, ſed nõ habita ratione eiuſdẽ rei. Hic uerò utrũq; nouit, & Coriſcũ quòd ſit Coriſcus, & uenientẽ quòd ueniat. In eodẽ errore, in quo ij quos modò diximus, uerſantur, qui cõcedendo omnẽ numerum eſſe multũ & paucũ, captionẽ ſe putant B diſſoluiſſe. Cũ enim nil neceſſariò iſta captio concludat, hoc prætermiſſo, ad id ſe conferunt, ut ueram eſſe concluſionẽ dicãt. omnẽ enim numerũ & multũ & paucũ eſſe, magno ſuo errore fatentur. Sunt etiã, qui dicẽtes multiplicitatẽ ineſſe in ijs uerbis, Eſt pater tuus, aut filius, aut ſeruus, captioſas illas concluſiones diſſoluunt. Atqui ut dicatur ad multiplicitatẽ pertinere reprehẽſio, perſpicuum eſt oportere, ut aut nomen, aut oratio, multa propriè ſignificet: hunc uerò huius eſſe filium, propriè dici nemo affirmare audeat, ſi hac oratione ſignificetur, hunc eſſe dominum huius qui alicuius eſt filius: ſed fortè temerè, & (ut ſic dicam) per accidẽs factum eſt, ut iſta ad extremũ coniuncta ſumerẽtur, in hunc modũ: Nónne hic tuus eſt? etiã. At iſte eſt filius: eſt igitur hic filius tuus. quia ſcilicet ita fortè accidit, ut idẽ & tuus eſſet, & filius non quidẽ tuus, ſed alicuius. Quod idem dicendum de captione, qua è genere τῶν κακῶν eſſe aliquod bonum concluditur, quia prudẽtia ſit malorum ſcientia. Nam aliquid eſſe aliquorum non dicitur multipliciter, ſed poſſeſsionem modò hoc ſignificat: aut ſi fortè multipliciter dicatur (ut certè uidetur dici, quandoquidẽ homo τῶν ζώων eſſe dicitur, nec tamen hic poſſeſsio ulla ſignificatur) nil tamen ad iſtam captionẽ pertinet. Etenim ſi ita aliquid ad mala affectum ſit, ut illa affectio in genitiuo caſu exprimatur, dicatur quidem illud cum aliqua adiectione, & hac ex parte eſſe τῶν κακῶν: omnino autem & ſimpliciter nõ dicetur eſſe τῶν κακῶν. Vnde efficitur, ut potius illa captio ſit referenda ad locum ex eo quòd quadã ex parte & ſimpliciter dicitur, quàm ad locum ex multiplici. Quanquam illud fortaſſe poſsit accidere, ut illa oratio, aliquod bonum eſſe τῶν κακῶν, dupliciter accipiatur, licet in ea de qua agitur captione non ſit multiplex. Verbi gratia, ſi ſeruus aliquis bonus, ſit mali domini. Niſi fortè ne hac quidem ratione poſsit illa multiplex appellari. neq; enim ſi ſeparatim uerum ſit, hoc eſſe bonũ, idq; eſſe illius, rectè coniunctim efficietur, hoc eſſe bonum illius. Quin ne illud quidem, hominẽ eſſe τῶν ζώων, multiplex eſt: quando ne alibi quidẽ, ſi quid dicamus ſuppreſſa aliqua particula, quæ ad plenam ſentẽtiam deſideretur, rectè diximus multiplicem eſſe orationem: quippe cum rectè ac ſine ulla multiplicitate dari mihi Iliadem iuſſero, ſi pronunciato dimidio uerſu ita dixerim, Da mihi [illegible].

Caput V.
De ſolutiõe ſex ultimorum locorũ, qui ſunt extra dictionẽ.

Captiones etiam, quæ ducuntur ex eo quod quaſi omnino ac ſimpliciter uerum ſit (tale quippiam eſſe dicitur, aut ex aliqua parte, aut alicubi, aut quodammodo, aut facta ad aliquid collatione, non autem ſimpliciter ac citra ullam adiectionem) captiones inquam illæ hac demum ratione rectè diſſoluentur, ſi ad concluſionẽ diligẽter aduertas, num contradictio horum aliquod uitium habeat. Aduerſa enim, omninoq; cõtraria, & aientia & negantia, omnino quidẽ ac ſimpliciter in re una dici nõ poſſunt: at quadam ex parte, aut facta ad aliquid cõparatione, aut quodammodo ſi pars utraq; ſumatur, in re una dici poſſunt: aut etiam, ſi pars una citra ullam adiectionem, altera cum adiectione alicuius partis ſumatur. Itaque ſi pars una ſimpliciter dicat, pars altera quadam ex parte neget, non poterit eſſe iſta ratione reprehenſio: id quod in contradictione, quæ ad extremum quaſi reprehenſionis cauſa concluditur, nobis eſt ſpectandum. Ad hoc autem genus captionum omnes pertinent quæ ſequũtur: Fierine po- I.
teſt ut ſit aliquid quod non eſt? at uerum eſt dicere, rem quæ non eſt, tale aliquid eſſe. Nec diſsimi- II.
li modo, non eſſe aliquid quod eſt, oſtenderetur: quia de re quæ ſit, uerum ſit dicere non eſſe hoc uel illud. Fierine poteſt, ut ſanctè iuret quiſpiã ſimul, & peieret? Fierine poteſt, ut idẽ eidẽ ſimul credat, & nõ credat? At illæ certè co ſunt captio- III.
ſę, quia plurimũ intereſt inter eſſe omnino, & eſſe hoc uel illud: quo fit, ut malè efficiatur, ſi res aliqua quæ non ſit, eſt hoc uel illud, omnino illam ac ſimpliciter eſſe. Itemq;, licet hãc quidem rem, & illa ex parte, ſanctè iuret quiſpiam: non tamen rectè concluditur, omni ex parte ſanctè iuraſſe. nã qui ſe peieraturũ iurauit, & peierat, is ſanctè quidem quod ad hoc pertinet, & hac modò ex parte, iurauit: omnino autem ac ſimpliciter non rectè. Is quoq; qui non credit alteri, non ſimul illi omnino credit, ſed quędam credit. Similis etiam IIII.
ijs eſt illa captio, qua ſimul aliquem poſſe mentiri & uerum dicere oſtenditur. Verùm quia difficile eſt ſtatuere, utrũ ei quod eſt uerace eſſe, tribuendũ ſit illud ſimpliciter, an ei quod eſt eſſe mendacẽ, propterea difficilis uidetur huius captionis explicatio. Atqui nil incommodi eſt, ſi dicamus eundẽ hominem ſimpliciter quidem mentiri, ex aliqua tamẽ parte uerũ dicere: aut ex parte aliqua

Captio una multis modis fallax eſſe poteſt.

Zenonis error.

Inutilis ſolutio

Vera ſolutio.

aliqua uerũ dicere, qui omnino tamẽ mentiatur. A
V. Nec ſecus profectò iudicandum eſt de ijs, in qui
bus quod dicitur, facta modò ad aliquid compa
ratione uerum ſit, aut ex aliqua parte inſit, aut ad
certũ quoddam tempus. Nam ex hac eadem cau
ſa omnes huiuſmodi captiones proficiſcuotur.
Nónne ſanitas bona, aut diuitiæ bonę? At ijs qui
parũ prudentes ſunt, quiq; ijs uti rectè oon poſ-
ſunt, non ſunt bonæ: ſunt igitur hæc booa, & nõ
bona. Nũquid bene ualere, aut io ſua ciuitate po
tẽtem eſſe, bonum eſt? atqui euenire tempus po-
teſt, cum id nõ ſit bonum: idem igitur eidem bo-
num, & non bonum. At hoc certè non eſt incom
modum, quod omnino ac ſimpliciter bonũ eſt,
huic aut illi id nõ eſſe bonum. Nóone id malum
eſt, quod non uult ſibi uir prudens? bonum autẽ
uir prudens non uult amittere: bonum igitur eſt
malũ, non rectè efficitur. Plurimũ enim intereſt
dicas, booum eſſe malum, an bonum amittere
VI. eſſe malum. Huic ſimilis eſt captio, quæ de fure
fieri ſolet. Neq; enim ſi fur eſt malus, propterea
oportet, ut eum capere ſit malum: non igitur qui
eum uult capere, malum uult, ſed potius bonũ,
quippe cum bonum ſit illũ capere. nam morbus
quoq; malum eſt: ſed eo liberari non eſt malum.
VII. Nónne iuſta ioiuſtis, & quę iure fiũt, ijs quæ iniu
ria, optabiliora ſunt? at optabilius eſt iniuria mo
VIII. ri, quàm iure. Nónne æquum eſt ſua quemq; ha-
bere? quę uerò tibi adiudicata ſunt falſo iudicio,
ſed tamen ut putauit iudex eſſe æquiſsimum, ea
legibus rata eſſe debent. eſt igitur idem æquũ &
IX. iniquum. Eſtne is condemnandus qui æqua pro
fert in iudicio, an qui iniqua? atqui æquum eſt, B
eum cui facta eſt iniuria, omnia proferre, quę ſuo
cum damno pertulit: erãt autem illa iniuſta. Hęc
omnia ſunt captioſa & fallacia argumenta. Neq;
enim ſi iniuria pati aliquid optabile eſt, ſtatim ex
iſtimandum eſt, omnino id magis expetendum
eſſe quod cum iniuria coniunctũ eſt, quàm quod
iuri coofentaneum. Sed omnioo quidem ac ſim-
pliciter ius eſt iniuria optabilius: nil tamẽ uetat,
quo minus iniuria, quod ad hoc uel illud attinet,
ſit magis expetenda. Itemq; ſua quenq; habere
æquum eſt, aliena iniquum: & tamen iudicium
hoc iuſtum eſſe nil prohibet, nimirum quia ut ę-
quiſsimum eſſe exiſtimauit iudex, ita iudicauit.
neq; enim oporret, ſi quid quod ad hãc quidem
rem attinet, aut hoc modo iuſtum eſt, omnino eſ
ſe iuſtum. Simili modo, ut ſint aliqua per ſe iniu-
ſta, fieri tamẽ poteſt, ut illa recitare, & io iudicio
edere iuſtum ſit. neque enim rectè efficies, iuſtũ
eſſe quippiam, ſi illud exponere iuſtum ſit: ſicuti
non eſt neceſſe, id eſſe utile, cuius narratio utilis
eſt. quod idem de rebus iuſtis ſentiendum eſt. Il
lud itaq; oon rectè concludebatur, quia ioiqua
erant quæ edidit is qui paſſus eſt iniuriam, pro-
pterea eum uincere, qui iniqua in iudicio protu-
lit. nam illa protulit quæ edere quidem ęquum
erat, ſimpliciter autem, & ad ferendum iniqua.
Captionibus autem quæ ex definitione reprehẽ
ſionis exiſtunt, ea ratione occurrẽdum eſt, quam
in ſuperiore loco ſubiecimus, exquirendo, an cõ
tradictio quæ ad extremum in concluſione pro-
ponitur, ijſdẽ omnino uerbis rebuſq; conſtet, an
in eadem re pars utraq; ſumatur, & ad idem, &

Solutiones ſuperiorũ captionum.

Captionum ex definitione reprehenſionis, ſolutio.

eodem modo, & in eodem tẽpore. Quòd ſi tam
inde à principio diſparata interroget alius, non
eſt fatendũ, fieri non poſſe ut idem ſit duplum &
non duplum: quin potius concedendum eſt fieri
poſſe, non eadem tam rẽ ratiooe. Id enim eſſet, ſi-
ne ulla controuerſia reprehendi & conuinci. Du
cuntur autem omnes iſtę captiones ex hoc loco:
Nunquid quanq; rem nouit aut ignorat, qui no-
uit aut ignorat quæ nam & qualis ſit res quæq;?
Atqui idem qui nouit Coriſcum quòd Coriſcus
ſit, eũdem quòd ſit muſicus ignorat: eandẽ itaq;
rem ſcit quiſpiã, & ignorat. Et rurſus, nónne ma
ius eſt quod quatuor cubitorum magnitudinem
habet, quàm quod trium? At fieri poteſt, ut ex tri
cubito fiat magnitudo quatuor cubitos in longũ
producta. Et neceſſe eſt ut omne quod maius
eſt, minore ſit maius. poteſt igitur fieri, ut idem
ſeipſo ſit maius & minus. His uerò quæ ducun-
tur ex eo quod idipſum, de quo à principio ſuſce
pta eſt diſputatio, ſumitur, ita occurrendum eſt,
ut ille quidem qui reſpondet, ſi talia ſumere ad-
uerſarium perſpiciat, nil eorum admittat, ne ſi il
la quidem ſint probabilia: ita tamen, ut interim
uera eſſe dicat illa quę non admittit. Sin ille non
perſpiciat à principio talia eſſe quæ ſumit aduer
ſarius, ignoratione ſuã in aduerſariũ propter hu-
iuſmodi argumentorũ uitium reijciet: dicens nil
eum tandem confeciſſe, nec bene diſputaſſe. De-
bet enim, ut ſit reprehenſio, abeſſe petitio princi
pij. Deinde uerò dicet reſpõdẽs, ſe illa admiſiſſe,
non ut ijs aduerſarius contra ſe uteretur: ſed ut
aduerſus illa diſputaret, eiuſq; contrarium con-
cluderet, quod captioſa ſua reprehenſione confe
cit. Quod uerò attinet ad eas quæ ex conſequen
tibus eruuntur, in eo ipſo unde uim habere argu
mentum uidetur, uitium indicandum eſt. Cum
enim duplex ſit argumẽtum à conſequentibus:
unum, in quo ex parte uniuerſum genus conclu
ditur, ut ex homine animal: alterum, in quo in-
ter contraria tractatur conſecutio. in priore gene
re dicendum nobis eſt, eo aduerſarium peccare,
quia uelit, ut ex hoc illud ſequitur, ita uiciſsim
ex illo hoc concludi, quod minimè neceſſe eſt: in
poſteriore aũt, quia uelit, ſi ex hoc antecedente il
lud conſequens efficitur, ex contrario anteceden
tia omnino ac ſemper confici contrarium conſe-
quentis. Cuius generis eſt argumentatio Meliſ-
ſi. nam ſi quod generatũ eſt, principium habet:
ex eo confici rectè exiſtimat, quod non eſt gene-
ratum, nõ habere principium. itaq; ſi ingenitum
eſt cœlum, non habere principium, adeoque eſſe
infinitum. Atqui non ita res habet: quandoqui-
dem inter diſparata conſecutio conuerſo ordine
tractanda ſit. In ijs autem captionibus quæ ori-
untur ex eo, quòd amplius aliquid adiectum eſt,
quàm ex quo ducendum fuit argumẽtum ad cõ
uincendum alterum, uidẽdum eſt, ſi eo quod di
xiſti ſublato, nihilominus ſequatur idem incom
modum. quod ubi ita eſſe compereris, tum id ti-
bi eſt planum faciendũ, dicendumq;, omnes pro
poſitiões te nõ eo admiſiſſe, quòd ueras illas eſſe
putares, ſed ut uideres quid tandem ad rem face
rent: iam autem omnino ad rem nil pertinere,
quæ ipſe ſumpſerat. Captionibus uerò, quæ plu
res interrogationes quaſi unam accipiũt, iã inde
ab

Ad principij petitionem.

Ad ea quæ ex cõſequentibus.

Ad captionem ex additione.

Ad plures interrogationes.

ab initio occurrendum eſt, idq; adhibita diſtin- A ctiõe. Eſt enim una interrogatio, ad quã ſimplex rectè adhibetur reſpõſio. Itaq; nec plura de uno, nec unum de plurib. affirmandum eſt, aut negandum. Porrò autem, ſicut in homonymis interdũ euenit ut utraq;, interdũ ut neutra ſignificatione uerum ſit quod interrogatur, eoq; accidit, ut qui quaſi ad ſimplicem interrogationem unã dedit reſponſionem, nullo inde poſsit urgeri incõmodo: ita in ijs de quib. agitur uſuueñit, ut quando plura de uno, aut unũ de plurib. uerè affirmatur, aut negatur, qui ſimplicem ad illa dederit reſpõſionem, quanquã in eo uitio non careat, nulla tamẽ hinc ducta ratione cõuinci reprehendiq; poſſit. Quando uerò illa partim uerè, partim falſo dicuntur, aut etiã quãdo plura de plurib. ita enunciantur, ut uno quodã modo utraq; utriuſq; conueniant, alio quodam modo non conueniant, tũ uerò maximè nobis cauendum eſt. Exempli cauſa: Acceptis duobus, quorum unũ bonum ſit, alterum malum, nónne illa uerũ eſt uno modo dicere eſſe bona & mala, & rurſus altero nec bona nec mala? neque enim utraq; attributa utriſque ſubiectis ineſſe poſſunt: idem igitur bonũ & malum eſt: & rurſus nec bonum nec malum. Item ſi quęq; res ſecum eſt eadẽ, & ab alijs diuerſa, ſumptis duob. diuerſis, in hunc modũ fiet captio: Hęc ad ſe cõparata, non ad alia, ſunt eadem: hæc eadẽ ad ſe comparata ſunt diuerſa: ſunt igitur eædem res à ſe inuicem diuerſæ, & eædem tamen. Itẽ, ſi bonus quiſpiã malus fiat, & malus quiſpiam bonus, hic etiã ex ſimplici reſponſione efficietur, unõ ex ijs duob. ſimul duo contraria, effici. Itẽ ac- B ceptis duob. inter ſe inęqualibus, uerũ eſt dicere illa ad ſeipſa cõparata eſſe æqualia: erunt igitur eadem aliqua inter ſe ęqualia & inæqualia. Neq; uerò ego illud negauerim, poſſe in has captiones aliam ſolutionem cadere: præſertim cũ illud uerbum Vtraq;, itemq; illud Omnia, multis modis dicantur. Vnde fit, ut non idem affirmetur & negetur niſi nomine tenus: quam uerã eſſe reprehẽſionem ſuprà negauimus. Cæterùm illud planũ eſt, nũquam illa incõmoda ſequi potuiſſe, niſi ex multis interrogationib. una facta eſſet, etſi unũ uni attributorum fuiſſet affirmando aut negando.

Caput VI. Ad nugationẽ & ſolœciſmũ.

Quod uerò attinet ad eas captiones, quæ eò ſpectant, ut ad ineptam eiuſdem uerbi repetitionem aduerſarium perducant, hac ratione perſpicuũ eſt omnes diſſolui poſſe, ſi negemus attributa quæ ad aliquid ſunt, ſeparatim ſumpta, præter ſe quicquã ſignificare. Exempli cauſa, ſi ſolum ac per ſe duplũ dicas, ſine adiectione ſimpli: tametſi uerum ſit in duplo ſimplum quodãmodo appellari. Etenim in hac oratione, Vno minus decem, uerbum illud Decem acceptum eſt, nec decẽ tamen illa oratione ſignificãtur. Itemq; in hac negatiune, Non facere, ineſt uerbum facere, atque adeo in omni negatione ineſt affirmatio: neq; tamen uerum eſt eum qui dicit hoc non eſſe albũ, ſignificare album eſſe. Duplum igitur nil quicquam fortaſſe præter ſe ſignificat, ſicut nec ſimplũ ſignificat id quod in ipſo intelligitur: aut ſignificat, non eodẽ certè modo ſeparatim atq; cõiunctim ſignificat. Neque etiam ſcientia in ſpecie ſumpta: ueluti ſi medicina eſt ſciẽtia, idipſum ſi- A gnificat quod cum in genere ſumitur, quod quidẽ erat ſcientia, ad id quod ſub ſcientiam cadit comparata. De ijs autem attributis quæ per ea ſubiecta definiuntur, de quib. ipſa dicuntur, illud primùm nobis dicendum eſt, non idem ſignificare uerbum aliquod ſeorſum, atq; in oratione acceptum. Curuum enim ſi cõmuniter ac per ſe ſumatur, idem ſignificat in ſimo & in uaro: at coniunctũ illac cum naſo, hac cũ cruribus, nil prohibet aliud atque aliud ſignificare: præſertim cum idem ſit, naſum curuum & naſum ſimũ appellare. Deinde uerò non eſt permittendum aduerſario, ut in recto caſu ſubiectum, cũ iſta uerba definit, accipiat: quãdoquidem falſa illo modo fiat oratio. neq; enim uerum eſt in recto, Simũ eſt naſus curuus: ſed in obliquo dicendum, ſimũ eſt naſi talis affectio. Quocirca nil abſurdum ſequitur, ſi in alio caſu uerbum illud naſus repetatur, dicẽdo naſum ſimũ eſſe, naſum habentem naſi curuitatem. Quod autẽ ad ſolœciſmos attinet, undẽ illi quidẽ ducantur, ſuprà expoſuimus: quomodo autem ijs occurrendum ſit, ex ipſis captionibus intelligemus. Nã iſtæ quas ſubijciam, ad ſolœciſmũ efficiendum omnes pertinent: Nonne quod uerè dicis hoc reuera eſt? dicis autẽ aliquid eſſe lapidẽ: eſt igitur aliquid lapidẽ. At enim qui lapidem dicit, non neutrum, ſed maſculinũ: non nominatiuum, ſed accuſatiuũ dicit. Quocirca ſi hunc in modum interrogaſſet alius: Nonne quẽ tu eſſe uerè dicis, eſt illud? ſtatim apparuiſſet illũ non latinè loqui: quemadmodũ ne is quidẽ latinè loqueretur, qui interrogaret, nónne hic eſt B quã tu eſſe dicis? Lignũ uerò, & alia quæuis nomina, quæ nec maſculina nec fœminina ſunt, an in illo modo mutatis caſibus interroges, nil refert. unde etiam fit, ut ſi illam captionẽ ad neutrũ accõmodes, nõ fiat ſolœciſmus: Nónne quod tu eſſe dicis, illud eſt? lignum autem tu eſſe dicis, lignum igitur eſt. Lapis autẽ, & articulus Hic, maſculinorum habet inflexionem. At uerò ſi interrogauerit quiſpiã, ſit ne iſte illa? tum ſubiecerit, nónne iſte eſt Coriſcus? & ad extremũ concluſerit, eſt igitur iſte illa: non erit profectò hoc modo concluſus ſolœciſmus: ne ſi Coriſcus quidẽ reuera idem ſignificet cum aliqua re quæ eſt fœminini generis, illud autem ita eſſe non admiſerit reſpondens. Nã ut aliquid tãdem conficiatur, illud præterea ad ſuperiores interrogatiões adiici debet. Quòd ſi neq; ita eſt, neque ita eſſe admiſerit reſpondens, omnino nulla fiet ratiocinatio, nec reuera, nec quod ad hũc quidẽ attinet qui interrogatur. Simili igitur modo & hic quoq; oporteret uerbum illud, lapidem, nominatiuum ſignificare. Quòd ſi nec ita ſit, neq; ita eſſe dederit reſpondens, omnino illi concluſioni nullus eſt locus: ſpeciem autem aliquam ex eo accipit. quòd qui ſunt reipſa diſsimiles nominis caſus, ſimiles eſſe uidentur. Quid? nónne hæc uerè dicetur eſſe illud ipſum, quod tu eam eſſe dicis? atqui tu hãc parmam eſſe dicis: eſt igitur hæc parma. An hoc modo nil confectum eſt? Certè. nam hæc, nõ parmam, in accuſatiuo ſibi iungit, ſed in nominatiuo parma: hanc autem, parmam indicat, in accuſatiuo. In hac quoque ſimile uitium eſt, Nónne hic eſt illud ipſum quod tu eum eſſe dicis: tu

Ad ſolœciſmũ.

aotem Cleonem eſſe dicis: eſt igitur hic Cleonẽ. A Neq; enim articulus hic, Cleonem in accuſatiuo ſibi iungere debuit: quippe cũ in prima interrogatione dictum ſit, quem tu eſſe dicis, hic eſt: nõ autem, hunc eſt. neq; enim qui hoc modo dixiſſet, latinè fuiſſet locutus, Noone ſcis tu illud? eſt autem illud lapis, ſcis igitur lapis. An pronomen Illud, nõ eodem modo ſumitur in priore propoſitione, Scisne illud? atq; in poſteriori, Eſt autem illud lapis? profectò in priore accuſatiuus erat, in poſteriore nominatiuus: Nónne hoc ſcis cuius tu habes ſcientiam? habes autẽ lapidis ſciẽtiam, ſcis igitur lapidis. Ao illud, hoc, demonſtrat lapidem in accuſatiuo, huius autẽ lapidis in geoitiuo? Atqui conceſſum eſt, cuius habes ſcientiam, hoc te ſcire, in accuſatiuo, non huius in genitiuo. Quare concludendum fuic, Scis igitur lapidem, nõ lapidis. Quòd igitur huiuſmodi captionibus noo cõcludatur ſolœciſmus, ſed uideatur modò concludi, & quomodo ijs occurrẽdum ſit, ex ijs quæ ſunt à nobis expoſita, planè intelligi poteſt.

Cap. VII. Captionũ alias eſſe faciles, alias difficiles, & acutas. Illud autem hoc loco nobis intelligẽdum eſt, non eſſe unius generis omnes captiones, ſed nõnullas eſſe in quibus facile ſit cauſam captionis perſpicere, nonnullas in quibus difficile: idq; dico uſuuenire etiam io ijs quæ ſuot eiuſdem generis: nam eiuſdem generis appellandæ ſunt, quæ ex eodem loco ducuntur. Ac eadem quidem captio alijs ex geoere earũ eſſe uidetur quæ ex uerbis ducuntur, alijs ex alio genere. Id quod propterea fit, quia ut quæq; res uariè cõmutatur, ita non æqoè ſemper ſolet eſſe perſpicua. Quemadmodum igitur inter eas quæ ex homonymia du B cuntur (qui certè locus eſt omniũ, unde oriũtur fallaces cõcluſiones, uulgatiſsimus) quædã ſunt quæ cuiuis etiam imperito ſunt apertæ. adeoq; ridicolæ & leues captiones ex uerbo propemodũ omnes eruũtur: cuiuſmodi ſunt iſtę, Vir

Faciles captiones. ferebat per ſcalas δίφρον: &, quò properatis? πρὸς τὴν κεραίαν. Et utra boum antè pariet? neutra, ſed retrò utraq;. Nunquid purus eſt Boreas? non, ſed impurus, qui médicos æquè & mercatores interficit. Nunquid ἄπαρχος ille eſt? nõ, ſed Apollonides. Eodẽ planè modo ex alijs locis huiuſmodi nõnullę

Difficiles. perfaciles ducũrur concluſiunculę. Sed etiã ſunt aliæ, quæ uel doctiſsimos quoſq; impediunt. Id quod eo argumẽto intelligi poteſt, q, inter ſe de nomiouũ ſignificationib. ſæpè diſſentire docti homines conſpiciuntur. uerbi gratia, utrum eodem ſemper modo accipiãtur unũ & ens, an alio atq; alio, parũ inter doctos conuenit. Quibuſdã enim uiſum eſt nullã ineſſe in ijs uerbis, unũ & ens, ambiguitatẽ. Alij ex eo diſſoluũt rationes Parmenidis & Zenonis, quòd ens & unũ multipliciter dicuntur. Nec ſecus fit in captionibus quæ ex accidẽte alijsq; locis eruuntur: nam in ijs quoq; aliæ facilè, aliæ difficilè perſpiciuntur. Atq; noſſe ex quo genere ſit quæq;, & utrũ reprehẽſionis uim habeat an minus, nõ eſt pariter in omnib. manife

Acutæ. ſtum. Porrò autẽ acuta argutaq; captio appellari ſolet, quæ multũ in animo relinquit dubitationis. Ea enim eſt quę acrius pungit, morderq;. Ambigendi autem duplex eſt cauſa: una, quæ locũ habet in ijs quæ concludendi uim neceſſariã habent, cũ dubitatur utra ſumptionum negãda ſit: A altera, quæ propria eſt fallaciũ cõtentioſarumq; concluſionũ, cũ de ratione indicaodi uitij, eiuſq; quod plus acceptũ eſt quàm oportuit ad neceſſariã concluſionem ambigitur. Itaq; inter eas quæ neceſſariò concludunt, ut quæq; eſt acutiſsima, ita plurimũ adfert dubitationis. Eſt autẽ illa acu *Acutiſsima.* tiſsima ratiocinatio, quæ ex ijs quæ ſunt quàm maximè probabilia, aliquid aut probat, aut refutat, quod eſt maximè probabile. Nam cum illa una ſit ratiocinatio, accepto diſparato concluſionis cum altera ſumptionum, ſemper neceſſariò quod uolet cõcludet, quãdoquidẽ neceſſe ſit, ut ex æquè probabilibus, hac ratiõe, ſemper quod ęquè probabile eſt, aut cõfirmetur, aut refutetur: qua ratiõe efficitur, ut ambigere hoc in loco neceſſe ſit. Eſt igitur illa in primis & maximè argu- I. ta, quæ pariter à concluſione & à ſumptionibus adfert dubitationẽ. Secundo loco, quę ab utriſq; II. ſumptionib. æqualem relinquit, utra negãda ſit, dubitationẽ. Cum enim ſit altera neganda, utra tandẽ ea ſit, non eſt facile decernere. Inter eas au *Contentioſarũ argutiſsima.* tẽ quæ fallaces & cootentioſę ſunt, illa primo lo I. co acuta cenſenda eſt, in qua non ſtatim apparet, ſit ne conſecutio neceſſaria nécne: & utrum ſit ea diſſoluenda negando falſam aliquã quæ ſumpta ſit propoſitionẽ, an diſtinguendo. Secundo loco II. numerabitur, quę id quidẽ minimè habet dubiũ, utrum ſit negando an diſtinguendo ſoluẽda: ſed tamen quę oam ex omoib. ioterrogationibus ſit neganda, & quæ diſtinguenda, an ſcilicet quę cõplexionis loco accipitur, an ex ſumptionibus aliqua, nõ ſatis intelligitur. Interdum igitur argu *Iudicium argumentationis.* B mentatio forma uitioſa, inepta eſt ac ridicula, nimirũ quãdo ſumptiões ualde incredibiles ſunt, aut falſæ: interdum minimè contemnenda eſt. Quando enim in argumẽtatione deſideratur talis aliqua interrogatio, ex qua potiſsimũ argumẽti uis duci debuit, qui illã nõ ſumpſit, tem tamen quaſi ratiocinatione cõcludit, is ineptam omnino ratiocinationẽ facit. Sin quod prætermiſſum eſt, ex genere eſt eorum quæ extrinſecus ad rem ualent, oon continuò illa argumẽtatio aſpernanda eſt: quin argumentatio bona eſt, culpa autem omnis eſt penes eum qui nõ rectè interrogauit. Sicut autẽ argumẽta uarijs modis diſſoluuntur: *Argumenta tribus ſoluuntur modis, & totidẽ tractantur.* uno modo, ut ad ipſam argumẽtationẽ pertineat ſolutio: altero, ut ad interrogantem, atq; adeò ad ipſam interrogandi ratiooem: tertio, ut ad neutrum conferatur. ita etiam trib. modis tractãtur interrogationibus argumenta: uno modo, ut ad id quod propoſitum eſt, omnes tuas rationes cõferas: alrero, ut reſpondentem perſequaris: tertio, ut diſpotando rationem habeas temporis. quod poſtremum tum euenit, cum plus temporis deſideratur ad refutãdam ſolutionem, quam dedit aduerſarius, quàm patitur ſpacium temporis, quod ad diſputandum conceſſum eſt.

Atq; illa quidẽ omnia hactenus expoſita ſunt, *Cap. VIII. Colligit ſummatim quid octo libris Topicorum, quid item Elenchorum libro docuerit.* ex quot, quibusq; locis ducũtur omnes captioſę concluſiones, quæ ſolẽtioter diſputandũ incidere: deinde quo modo ſit mendacij arguẽdus aduerſarius, & quibus rationibus eò perducendus, ut paradoxa aliqua dicere uideatur: tũ quibus ex cauſis potiſsimũ naſcatur ſolœciſmus: mox, quo modo interrogandum eſſet, quæq; eſſet interro-

gationum

gationũ collocatio: deinde, quis nã eſſet uſus tractationis huiuſmodi ſophiſticarũ captionum: poſtremò, quæ in uniuerſum eſſet ratio reſpondendi, & quomodo ſingulæ rationes & ſyllogiſmi diſſoluendi eſſent. Nũc reliquum eſt, ut poſtquã à capite repetierimus inſtitutum noſtrũ, de eoq́; pauca dixerimus, finem huic diſputationi imponamus. Hoc igitur à principio diximus, fuiſſe noſtrum inſtitutũ, ut inueniremus facultatẽ quandã differẽdi de quacunq; re propoſita, ex ijs quæ eſſent in re propoſita quàm maximè probabilia. Eſt enim hoc officiũ dialectices, tũ eius quæ per ſe dicitur, tum eius quæ in tẽtando & experiũdo cernitur. Sed quoniam par eſt, ſic eſſe hac arte inſtructũ dialecticum (ne qua in re hæc ars Sophiſticę, cui finitima eſt, cedat) ut nõ modò experiũdi cauſa probabiliter alterum interrogare poſsit, ſed etiã ut ſcientiam rei præ ſe ferat: propterea nõ tantũ illud quod modò dictum eſt, poſuimus huius artis officiũ, quod in exigẽda ab altero ratione cernitur, ſed etiã in eo, ut ſi quãdo à nobis exigatur ratio de eo quod defendendum in diſputatione ſuſcepimus, cõſtantiſsimè ac ſine ulla repugnãtia tueamur: idq́; ex ijs quæ ſunt quàm maximè probabilia. Cur autẽ id etiam partẽ muneris dialectici fecerim, paulo antè rationẽ ſubieci: ob quã etiã cauſam Socrates interrogabat ſemper, reſpondebat nunquã: quia ſe nil quicquam ſcire profitebatur. Illud porrò in ſuperiorib. libris explicatum eſt, quæ & quot ſint quęſtionũ genera, in quib. hęc ars uerſatur: & quæ eſſent, & in quo numero, ea ex quib. ipſa conſtaret diſputatio: tũ, quomodo earum rerũ magna copia nobis ſuppetere poſſet: poſtremò, de ratiõe interrogãdi, omninoq́; de collocatione, quę ſit interrogãdi obſeruanda: itemq́; de reſponſione, & ratione diſſoluẽdorũ argumentorũ diximus: omninoq́; expoſuimus cætera omnia, quæ uiſa ſunt ad illã differendi rationẽ pertinere. Poſt hæc autẽ docuimus de fallacib. & captioſis cõcluſionibus, queadmodũ etiã paulo antè dictum eſt. Quæ cũ ita ſint, profectò iã dubitari non poteſt, quin ſatis cõmodè ad exitũ à nobis id perductũ ſit, quod inſtitueramus.

Caput IX. De origine & progreſſu, & abſolutione artis differendi.

Iã uerò ne quis ignoret, qd nobis in explicatione huius artis uſuuenerit, illud intelligendũ eſt, eorum omniũ quæ inueniuntur, aliqua eſſe, quæ iã antè ab alijs aliqua ex parte cõprehenſa, ſubtilius poſtea, & quaſi particulatim elaborata, opera tandè eorũ qui illa poſtea accipiũt, longius progrediuntur, magnumq́; incrementũ capiunt. alia autẽ à prima origine inuenta, nõ ita multũ à principio progrediuntur: ſed tamẽ multo plus utilitatis habent illa initia, quàm reliqua omnis quę ex ijs proficiſcitur acceſsio. Eſt enim (ut dici ſolet) principiũ maxima pars totius, ideoq́; difficillimũ: Quanto enim ui & facultate maior eſt, tãto minore eſt magnitudine: eaq́; de cauſa difficillimè perſpicitur. eo autẽ inuento, nõ eſt difficile cõferre et adijcere reliqua. Porrò autẽ illud quod dixi, cùm in alijs ferè omnib. artibus, tũ in arte oratoria uſuueniſſe maximè conſpicitur. Qui enim huius artis principia inuenere, parum admodũ progreſsi ſunt: qui aũt nũc ſunt in eo genere illuſtres & probati, acceptis ijs quæ à multis tractata quaſi per ſucceſsionẽ paulatim proceſſerant, in eos fi-

A nes quos nunc habet, artem protulerunt. Tiſias quidẽ primus addere cœpit ijs initijs, quæ à primis inuentoribus profecta erant. Hunc Thraſymachus ſecutus eſt: cui deinde ſucceſsit Theodorus, alijq́; permulti, qui ſinguli ſuas quaſdã particulas adiecerunt: ut iam non ſit mirum, in tantã magnitudinẽ eam tandẽ excreuiſſe. At uerò huius artis, in cuius explicatione uerſamur, nõ pars quædã iam antè inuẽta & elaborata erat, pars altera minus explanata: ſed omnino nil in eo genere adhuc ab alijs traditũ extabat. Nã qui adhuc mercede conducti, natam ad contentiones differendi rationẽ docuerunt, idẽ ferè quod Gorgias ſequuti ſunt in docendo inſtitutum. Vt enim hic ad dicendum, ita illi ad diſputandum, orationes ediſcendas diſcipulis tradebant de ijs rebus, in quas ſæpius ſuos utriq; ſermones inducebant. Vnde efficiebatur, ut diſcipuli celeriter illi quidem, ſed citra ullam artem, quæ ab illis tradebantur, diſcerent. Illi enim ita demũ ſe rectè docere exiſtimabãt, ſi omiſſa arte, ipſum artis opus proponerent. ut ſi quis ſe profiteatur artem traditurum, qua ne pedes poſtea ullus offendat, effecturus ſit: ac poſtea non ſutoriã ille quidem doceat, neq; unde parari poſsint quæ ad eã rem ſunt neceſſaria oſtendat, ſed magnã calceorũ omnis generis multitudinem proferat: ſanè qui hoc fecerit, ad uſum quidẽ profuit, artem autẽ nõ attigit. Ac de arte quidem Rhetorica ſatis multa à ueteribus tradita habuimus: de hac autem differendi ratione nil planè habuimus, quod alijs acceptũ referamus: ſed nos longo uſu ſingula inquirẽdo,

B multum temporis magno cũ labore conſumpſimus. Si igitur uobis ea cõſiderantibus uideatur hęc ars illis, quæ nos tradidimus, initijs ſatis accuratè explicata, præ alijs diſciplinis, quæ ex longa ſucceſsione in tantam excreuerunt amplitudinem: hæ profectò ueſtrę ſunt, auditorúmue partes, ut ſi qua prætermiſſa ſint in tractatiõe huius artis, ea nobis bona cum uenia condoneris: & ſi qua rectè inuenta, magnas eo nomine nobis gratias habeatis.

SOPHISMATVM DESCRIPTIO.

Sophiſtarum propoſita ſũt quinque:

- *Reprehẽſio duplex.*
  - *In uerbis ſex ſunt modi, ex*
    - *Vocabuli multiplicitate.*
    - *Orationis ambiguitate.*
    - *Coniunctione.*
    - *Diuiſione.*
    - *Accentu.*
    - *Forma dictionis ſiue orationis.*
  - *In rebus ſeptẽ ſũt modi, ex*
    - *Accidente.*
    - *Simplici, aut quadam ex parte intelligẽtia.*
    - *Reprehenſionis ignoratione.*
    - *Conſequentibus.*
    - *Principij petitione.*
    - *Nõ cauſſa, pro cauſſa.*
    - *Multiplici, pro una interrogatione.*
- *Falſum.*
- *Admirabile.*
- *Solœciſmus.*
- *Nugatio.*

ELENCHORVM FINIS.

Ariſt.

ARISTOTELIS DE ARTE DICENDI LIBER PRIMVS, M. ANTONIO MAIORAGIO INTERPRETE.

IN TRES ARISTOTELIS DE arte dicendi libros, Argumentum.

ARiſtotelis in his tribus Rhetoricis libris propoſitum eſt, rationem uiamq; tradere, qua facultatem conſequamur probabiliter, ornatè, copioſeq; dicendi ad perſuadendum: cuius rei maximas eſſe utilitates aduerſus uituperatores quoſdam oſtendit. Artem eſſe Rhetoricam, quamuis multi dubitarent, accurata in principio diſputatione declarauit: non tamē è numero exquiſitarum perfectarumq; artium, ſed earum quæ coniecturales uocantur, qualis eſt medici & gubernatoris ſiue nauicularij ars. unde δύναμιν quoq;, ut affinem huic parem q;, dialecticen appellat: cum in manu ipſius non ſit poſitum, finem ſemper adipiſci, nec efficere quod uult aduerſantibus nonnullis rebus, quas ſuperare ipſa nulla ratione poßit: unde laudatur etiam, cū munere ſuo diligenter functa eſt, in eo quod probandum, perſuadendumq; ſuſcepit, quamuis uicta diſcedat. Tres igitur in libros ab ipſius artis elementis exorſus, rem totam contulit: quorum in primo cum tria genera dicendi cauſſarumq; feciſſet, ſingulorum generum propoſitiones locoſq; explanauit. Demonſtratis enim finibus ipſorum, quomodo quæ ad illos pertinerent, probari poſſent, docuit: ſed in extremo etiam ipſo, quomodo fides fieri à rebus artis expertibus poſſet, accuratè demonſtrauit. In altero libro, de animi cōmotionibus, hominumq; moribus, qui uariatis animi motibus, habitibus, ætatibus, uitæq; generibus, ualde immutantur, acutè, utiliterq; diſſeruit: cōmunes etiam locos, unde argumenta in utranq; partem, ad omne genus accōmodata: neq; ſolū uera, uerumetiam fallacia & adumbrata, demonſtrauit. Tertij libri duas partes fecit, in quarum priore, quæ ad actionem & ornatum orationis pertinerent, complexus eſt: poſteriore autem de orationis partibus, earumq; diſpoſitione diſputauit: atq; hoc modo Rhetoris munus abſoluit, quod poſitum eſt in eo, ut rationem tradat inueniendi, quibus fides fiat: deinde collocandi, tertiò eloquendi: itemq; quoniam ad perſuadendum tria oratori efficienda ſunt, ut auditores doceantur, ut permoueantur, ut concilientur. Docendi ratio primo libro continetur, permouendi ſecundo, tertio conciliandi & delectandi. Ita quod ueteres illi plenè ſubtiliterq; præſtare non potuerant, ipſe diuinitus perfecit: quæ abdita erant, euoluit, atq; ante oculos ſtudioſorum collocauit: cū eius antea magiſtri uix paruam artis pulcherrimæ partem attigiſſent, & quæ potius aliena à natura artis erant, atq; ad deprauandos iudices pertinebant, explicaſſent. Cum uerò artem hanc germen quoddam, & tanquam pullum ciuilis diſciplinæ ac diſſe-
A rendi rationis eſſe uelit, quod quaſi è radicibus ipſarum prodeat, & ex ambabus procreata conflataq; ſit: exiſtimare aliquis non ſine cauſſa poßit, ad partem eā philoſophiæ Rhetoricam referri, quæ πολιτικὴ uocata eſt. Magna enim præſidia ex hac arte ad tuendum ſtatum ciuitatis, eripiēdamq; è multis malis rempublicam, capi poſſunt: unde etiam quidā huius artis doctores, ſe politicos eſſe, & ſcientiam adminiſtrandarum ciuitatum tenere profitebantur. cuius ſententiæ certè fuiſſe Ciceronem & Quintilianum, eorum diſputationes libriq; teſtantur. Sed cum hanc è radicibus dialectices exortam tradat philoſophus, ipſamq; infrà manifeſtò dicat particulam eſſe ac ſimulacrum diſſerendi rationis: non peccaret, qui eam ad libros pertinere diceret, qui inſtrumenti nomine appellantur, cum & ipſa probare aliquid, ac demonſtrare uelle uideatur: quod & Simplicius in ſuis ad Categorias Commentarijs affirmat. Qui igitur huic ſententiæ accedent, eruditißimi uiri autoritatem ſequentur, nec à iudicio Ariſtotelis, req; ipſa ullam in partem aberrabunt. Quoniā uerò Ariſtoteles pluribus uoluminibus, quæ ad artem dicendi pertinent, tradatur
B tur præcepiſſe, quæri poßit, qui nam potißimum ex illis hi ſint. Scripſiſſe eum quidem de hac arte ad Theodectem, θεοδέκτεια nuncupata, memoriæ proditum eſt: quæ tamen alij à Theodecte ipſo excogitata, & literis mandata putarent: uulgoq; nunc tres hi libri, illi ipſi eſſe creduntur. Præterea, dicendi artes omnium ſuperiorum ipſum collegiſſe, duobuſq; uoluminibus expoſuiſſe, traditum eſt. Alium quoq; librum & ipſum de arte dicendi ſcriptū, Gryllum uocauit, cuius etiam Quintilianus meminit. Libros autem hos non eſſe illos, quos ad Theodectem miſit, liquidò affirmare poſſumus. In tertio namq; libro docet nonnulla, quæ breuiter illic tāgit, à ſe in Theodectijs enumerata eſſe: atq; ita loquēs, manifeſtò declarat, libros quos in manibus habebat, ab illis diuerſos eſſe. Si nāq; res aliter ſe haberet, dixiſſet, illa à ſe ſuprà explicata eſſe: non alios libros, in quib. id factum foret, appellaſſet. Crederem igitur omnino hos eſſe, quos ſignificauit Laërtius, cum in notandis libris Ariſtotelis, poſtquā docuit ipſum feciſſe συναγωγὴν artium ſuperiorum Rhetorū, addidit artis Rhetoricæ libros duos, niſi numerus librorū repugnaret. Ita enim quoq; nūc inſcribūtur, & plenè abſoluteq; his ipſis ars hæc traditur. duos Laërtius illos fuiſſe indicat: tres uerò hi ſunt, & tertium ueteres ſcriptores in teſtimonijs ex eo citandis nominant. Cū autem nuſquā Laërtius trium librorum mentionē fecerit, ſuſpicari quis poßit apud eū in numero mendū eſſe, ac ut fieri à librarijs ſolet, β pro γ, hoc eſt duorum charecterem pro trium nota ſcriptum errore fuiſſe.

ALIVD

ALIVD ARGVMENTVM.

TRibus in locis uniuerſitas rerum cernitur: in hoc uiuo cœli terræq;, & rectè mundi uocati opere: mox ubi uelut in ſpeculo relucet, mente: deniq; in oratione, hoc eſt, mentem hominum repræſentãte imagine. Nam nec extra mundum eſt, ſi quid rerum eſt: nec in mente, mundo altero, quicquam eſt quod non reluceat: nec quicquam concipi mente poteſt, quod in oratione hominum non uerſetur. Noua igitur mirandaq; uis orationis eſt, naturæ ſpectaculum omne, qualiter animo menteq; cõceptum eſt, per orationem ceu uiuam quandam picturam, in eius qui te audiat mentem & animum, tanquam tabellam, uiuis uerborum coloribus transferendi transſcribendiq;, ſic ut is qui audit ſui, tui, uerborumq; ac orationis oblitus, animi ſenſu in ipſas per orationem res totus transferatur transformeturq;. Vna eademq; & quidẽ anguſta facultas, quorſumcunq; adhibetur. Itaq; ſtultè faciunt, hanc qui infinita præceptorum turba ſpargunt. Eius prima in concipiendo mente, ſecunda in exprimendo uerbis, tertia in confirmãdo auditoribus rem uis uerſatur. Cætera enim omnia ciuilis facultatis, nõ huius ſunt: morum humanorũ, inſtitutorumq; ciuilium, ac hiſtoriarum omnium, antiquitatisq; totius, ac etiam rerum naturæ cognitio, unde uelut è fonte diuite uis hæc dicendi manat. In concipienda re non magna difficultas eſt, uigiles modò, attentiq; naturæ rerum ac negociorum humanorum uim & momenta ſpectare obſeruareq;, & in animum diligenter reponere uelimus: qui fons, ut iam diximus, eloquentiæ ſolus eſt. Res enim omnes in ani- B *mo non ſtupido ueſtigia quædam ſui, ſenſusq; uiuos natura relinquũt: quos ſi quis præſentes notet, præteritos iam facilè reuocabit: & his excitatus, nouas ſibi rerum imagines formasq;, quantum poſcit uſus, confinget. In exprimendo magna procliuitas eſt, ſi ſint res conceptæ ac impreſſæ bene, & ſi ſpectator, obſeruator, arbiter & iudex rerum animus oratoris bonus fuit. Lingua enim & os, & uultus & omnis pro habitu mentis mouentur. Itaq; non uerborum, ut ſtulti putant, ſed mentis uis elocutio eſt, ac regula hic breuis datur: pro ſtatu mentis dicturum, primùm bene mentem inſtituere: deinde in hãc tantiſper dum in linguã, in os, in oculos, in manus expreſſe totaq; referatur, incumbere. In conformatione plurimũ difficultatis eſt: hæc enim eſt, de qua præcepta tã infinita traduntur. Variare enim locum, tempus, perſonas, cauſas, momentaq; rerum in immenſum uidemus. Itaq; cum ſuperiora duo facultatis propria ſint, hoc uſus eſt inſuper exercitationis ciuilis cuiuſdã infinitæ. Pars igitur hæc in congreſſu hominum, ciuiumq; conſuetudine & luce ab ineunte ætate diſcenda eſt. Nos uerò accommodare prius eloquentiam, ſi dijs placet, ſeculo noſtro ſtudioſos cogimus, quàm eloquentiam ipſam tradamus. Tria hæc ſi Cicero uerbis totidem notauit, quid, quo quicq; loco, & quomodo dicatur, uidendum oratori eſſe. Facit idem hic Ariſtoteles, de primo primo, de conformatione ſecundo, de expreſſione tertio libro tradens.*

A RHETORICAM ARTEM ESSE

multis probat argumentis: eosq; reprehẽdit, qui proprijs huius artis relictis, ea quæ aliena ſunt tradidere.

Caput primũ.

RHETORICA Dialecticę ex altera parte reſpondet. ambæ enim in eiuſmodi rebus ſunt, quæ à cũctis hominibus quodammodo cognoſci atq; intelligi poſſunt: nec ſunt in aliqua definita ac certa ſcientia. Quocirca omnes homines utrarũq; ſunt aliquo modo participes. omnes enim aliquo uſque & exquirere, & rationem reddere, & defendere, & accuſare aggrediuntur. at ex imperitorum numero quidam hæc temerè caſuque faciunt, quidam autem habitu quodam animi, longo uſu cõparato. cum autem hæc utroq; modo fieri contingat, perſpicuum eſt, certa uia atque arte comprehendi poſſe. licet enim cauſam intueri, cur & qui ex uſu, & qui fortuitò hæc faciunt, id, quod uolunt, aſſequantur. hoc autem ipſum iam artis opus eſſe, nemo eſt quin fateatur. Sed qui hactenus de arte dicendi conſcripſerunt, paruã quandam eius particulam confecerunt: probationes enim ſolæ ad artem pertinent, reliqua uerò ſunt additamenta. at iſti nihil de enthymematibus loquuntur, quod corpus eſt, ac fundamẽtum fidei faciendæ: de ijs uerò, quæ ſunt extra rem poſita, plurima pertractant. nã criminatio, miſericordia, iracundia, cæteræq; huiuſmodi animi perturbationes nequaquam ipſius rei propriæ ſunt, ſed ad mouendum iudicem pertinent. Quòd ſi id in omnibus iudicijs fieret, quod in aliquibus ciuitatibus etiam hoc tempore fit, atq; in illis præcipuè, quæ bonis legibus fundatæ ſunt: nihil ſanè iſti haberẽt, de quo uerbũ facere poſſent. omnes enim exiſtimant legibus hoc caueri oportere: quidam etiam eo utuntur, & prohibent oratorẽ quicquã extra cauſam dicere: quẽadmodũ Athenis fit in Ariopago. & rectè quidem hoc ſentiũt: neq; enim conuenit iudicẽ diſtorquere atq; inflectere ad indignationẽ, uel inuidiam, uel miſericordiam. idẽ enim eſt, ac ſiquis eã, qua uſurus eſt, regulã obliquam ac tortuoſam efficeret. Præterea non dubium eſt, eius qui controuerſiã habet, nullas alias eſſe partes, quàm docere, rẽ aut eſſe aut non eſſe, aut factam aut non factam fuiſſe. utrum autẽ magna ſit an parua, iuſta an iniuſta, ſi lator legis non definiuit, ipſum per ſe iudicem intelligere oportet: non autem ab actoribus diſcere. Maximè uerò expedit bene inſtitutas leges omnia quæcunq; poſſunt, complecti ac definire, minimamq; partem ipſis iudicibus relinquere: primò, quia longè facilius eſt, unum aut paucos inuenire, quàm multos, qui bene ſentiãt, & leges ferre, ac uerè iudicare poſsint: deinde, quia legum lationes longo tempore, diligentiq; conſideratione fiunt: iudicia uerò plerunq; ſubita atq; repentina ſunt, ut difficilè ſit ipſos diſceptatores æquitatẽ atq; utilitatẽ rectè perſpicere ac

A ſimilitudinẽ Rhetoricæ et Dialecticæ.

A naturæ principijs.

Obſeruatio perit artem.

Probationes artis proprias eſſe, reliqua additamenta.

A legibus & moribus.

A ſimili.

Legibus, quàm iudicibus iudicia moderari, tutius.

ac tueri. Illud tamen maximum omnium, qoòd legiſlatoris iudicium non de ſingulis, neque de præſentib. rebus eſt, ſed de futuris, & de uniuerſo genere. ſententiæ uerò moderator & iudex de pręſentibus iam, & definitis rebus diſceptant, ac ſtatuunt: qui ſæpenumerò uel amore, uel odio, uel utilitate propria mouētur ita, ut nullo pacto amplius ueritatē intelligere, ac uidere ſatis queant, cum propria uoluptas, aut moleſtia uero iudicio tenebras offundat.

Quid & quantum iudici permittendum.

In cæteris igitur rebus (ut antea dixi) quàm minimis iudicē ipſum dominum conſtituere oportet. uerùm utrum facta res ſit an non facta, futura an nō futura, ſit nécne ſit, iudicibus ipſis omnino ſtatuēdum relinquere neceſſe eſt: neq; enim ullo modo fieri poteſt, ut hæc legiſlator præuideat. Quæ cum ita ſe habeant, perſpicuum eſt, eos ad artem ea reducere, quæ ſunt extra propoſitam materiam, quicunq; res alias explicant, ut qoid proœmium, quid nat rationē habere oportear, & quid onaquæq; alia ſũ partiũ. nihil enim aliud ſibi proponunt, quàm ut iudicem aliquo modo afficiant: de artificioſis uerò probationibus ne uerbum quidem faciũt, quibus ſolis acer in argumentationibus, & argutus orator fit.

Cur illi de iudiciali genere tā accuratè, de alijs nihil ſcripſerint.

Atque hac de cauſa cum eadem uia atq; ratione deliberationes & iudicia tractētur, ſitq; deliberarionis tractatio ſpecioſior, & ciuitatibus utilior, quàm conuentorum & iudiciorũ: de illa quidem nihil dicunt, de iudicijs autē omnes artem conſcribere aggrediuntur. nam in deliberatiuo genere longè minus prodeſt ea, quæ ſunt exrra cauſam, dicere: minuſq; calliditatis ac fallaciæ capax eſt ſentētiæ dictlo, quàm iudiciũ, B ſed magis aperta eſt, ac popularis. bic enim diſceptator ipſe de ſuis ac proprijs rebus iudicat. itaq; nihil aliud opus eſt, quàm oſtēdere, rem ita ſe habere, quemadmodum is ait, qui ſentētiam dicit: in iudicijs uerò nequaquam boc ſatis eſt, ſed auditoris animũ occupare permagni intereſt, quoniam de alienis rebus futurum eſt iudiciũ. itaq; ſæpè iudices ad ooluptatem ſeſe referētes, & ad gratiam audientes litigantibus gratificantur, nō uerè iudicant. atque hoc in cauſa eſt, ut multis in locis (ſicut antea dixi) lex prohibeat aliquid extra cauſam dicere, quod in ſententijs ipſi diſceptatores, quorum de re agitur, ſatis diligēter obſeruant.

Probationes eſſe Rhetoricæ proprias confirmat.

Iam uerò illud certum atq; exploratum eſt, eam uiam atq; rationem, quæ ad artem pertinet, totam in probationibus eſſe poſitam: probatio autem ac fides, quædam eſt argumenti cōcluſio. tunc enim maximè credimus, cum rectè concluſum eſſe putamus. rhetorica porrò concluſio probatioq; uocatur enthymema: hoc enim omnium probationum plurimum ualet. Eſt autem enthymema ſyllogiſmus ac ratiocinatio quædá: de omni uerò ſyllogiſmo tractare, Dialecticæ proprium eſt uel uniuerſæ, uel certè cuiuſdā partis eius. Non dubium eſt igitur, eum qui perſpiciēdi facultatem haber, ex quibus propoſitionibus, & quo pacto collocaris ſyllogiſmus fiat, acerrimum in argumentando, & argutiſſimum oratorem futurum: modò præterea intelligat, quæ ſit materia, quā tractent, & in qua uerſentur enthymemata & quomodo à demonſtratiuis ſyllogiſmis diſtinguantur. eiuſdem enim facultatis A eſt, & quid uerũ, & quid uериſimile ſit, intelligere. Huc accedit, quòd homines ipſi à natura ad ueritatem ſatis informati ſunt, & in maiori rerũ parte ueritatem conſequuntur. quapropter eiuſdem hominis eſt, qui ad uerum conijciendum aptus ſit, etiam ad res probabiles ita ſe habere, ut facilè eas indagare queat. Iam igitur cur ij, qui de arte dicēdi ſcribunt, quę ſunt extra cauſam perſequuntur, & cur ad iudiciale genus magis inclinarunt, ſatis oſtenſum eſt.

A Rhetoricæ utilitate, artem ipſam eſſe probat.

Vtilis eſt autem Rhetorica propterea, quòd res ueræ ac iuſtæ natura meliores ac potentiores ſunt, quàm contrariæ. quòd ſi non rectè iudicia exerceantur, neceſſe eſt eas à falſis & iniquis ſuperari: hoc autem uituperatione ac reprehenſione dignum eſt. præterea apud quoſdā homines, etiamſi exquiſitā ſcientiam haberemus, non facilè eſſet argumentis ab ea ductis, dicendo perſuadere. quæ enim à ſcientia proficiſcitur oratio, munus operamq; doctoris requirit, quod in perſuadendo fieri non poteſt. Sed omnem probationē & orationem à cōmunibus ac probabilibus ducere opus eſt, ut in Topicis etiam diximus, cũ doceremus, quomodo cum imperita multitudine congrediendũ ſit: iam uerò etiam opus eſt, res contrarias dicendo perſuadere poſſe, quemadmodũ in ſyllogiſmis ac diſſerendi ratione fieri ſolet: non quidem, ut utrunq; faciamus. neq; enim quę mala ſunt, perſuadere oportet, ſed ne lateat nos, quomodo hoc fieri poſsit, & ſiquis huiuſmodi oratione non iuſtè utatur, eam refellere ualeamus.

Solæ Dialecticæ & Rhetoricæ in cōtrarias partes diſſerunt.

Ex alijs autē artibus nulla eſt, quæ in contrarias partes diſſerat: uerùm Dialecticæ ac Rhetoricæ tantùm hoc proprium eſt. ambæ enim eodē modo in utranq; partē diſſerunt, & contraria colligunt: ſed tamen res, quæ his artibus ſubiectę ſunt, non eodē modo ſe habent. ſemper enim quæ ueræ ac meliores natura ſunt, illæ faciliùs etiam probantur & perſuadentur. dico autem, ut generatim & plerunq; fit. præterea ſi turpe eſt homini, non poſſe ſibi ipſum corpore opitulari: quāto turpius erit, oratione ſe defendere nō poſſe, quę magis, quàm uſus corporis, hominis propria eſt?

Obiectioni reſpondet.

Quòd ſiquis obijciat, maxima incommoda eum importaturum, qui iniuſtè hac dicendi facultate utatur: hoc iam cōmune eſt cum alijs bonis omnibus, præter uirtutem: & cum eis præcipuè, quę maximas utilitates adferre ſolent: ut cum fortitudine corporis, cum bona ualetudine, cum diuitijs, cũ arte imperatoria: quib. ſi iuſtè quis utatur, plurimùm prodeſſe: ſin iniuſtè, non mediocriter obeſſe poteſt.

Rhetorica materia ſicut Dialectica indefinita.

Iam igitur dicendi Artem nō eſſe in aliquo certo ac definito genere, ſicuti neque Dialectica eſt, & magnopere utilem eſſe, perſpicuũ eſt: præterea officium eius eſſe, non perſuadere, ſed ea uidere, quæ ad perſuadendum accommodata ſint: quod etiam in alijs omnibus artibus uſuuenit. neq; enim medici officium eſt ſanare, ſed uſq; eò rem perducere, quò ratio curandi patitur. nā fieri poteſt, ut is bene, atque ex arte curetur, qui bonā ualetudinē recuperare nullo modo poſsit.

Officium & finis.

Illud etiam manifeſtum eſt, eiuſdem artis eſſe, & quod appoſitum eſt ad perſuadendum, & quod uidetur appoſitum inuenire: quemadmodum Dialecticæ eſt, uerum ſyllogiſmum, & qui uerus uidetur,

tut,intelligere.fallax enim & captioſus diſputa-
tor nō ex facultáte,ſed ex uoluntate atq; delectu
debet æſtimari. ſed ea eſt differentia, quòd in ar-
te dicendi tam is, qui fallacibus utitur argumen
tationibus, quàm is, qui ſcientia contentus, eas
refugit, orator uocatur: in diſſerēdi uerò ratione
Sophiſta. diſtincta ſunt nomina. nam qui ſtudio fallendi
Dialecticus. ducitur, ſophiſta: qui autem facultatem quidem
habet fallendi, ſed ea nō utitur, dialecticus appel
latur. Sed age iā de ipſa arte dicere aggrediamur:
& quomodo, quibuſque argumentationibus ea,
quæ propoſita ſunt, aſſequi poterimus. rurſus er
go, tanquam à principio naturam eius definien-
do aperiamus, deinde etiā de reliquis dicamus.

QVID RHETORICA, EIVS
*item ſubiectum, quomodo ad Dialecticam af-
fecta, & quibus probationibus potiſſi-
mum nixa.* Cap. II.

Est igitur Rhetorica uis quædam, ac facul-
tas inueniendi, quid in quaq; re ſit ad per-
ſuadendum accōmodatum. hoc enim nul-
lius artis alterius officium eſt: nam artes aliæ ſin
gulæ tantum ea docere ac probare contendunt,
quę materię illius ſunt, in qua uerſantur: ut medi
cina, quid ſalubre, quid inſalubre ſit: geometria,
quæ ſint euenta, quæ magnitudinibus accidunt:
arithmetica, numeros. eodem modo aliæ artes
& ſcientiæ. Rhetorica uerò de omni, penè dixe-
rim, propoſita quæſtione appoſitè ad perſuaden
dum dicere poteſt. atq; ideo dicimus, eam nō in
aliquo proprio aut definito genere artis ſuę uim
habere. Probationum autem aliæ quidem exper B
tes artis, aliæ uerò artificioſæ ſunt. Expertes ar-
tis eas uoco, quæ noſtra opera nō pariuntur, ſed
extrinſecus aſſumuntur, ut teſtimonia, & quæ-
ſtiones, & eius generis cæteræ: artificioſas autē
eas, quas artis præſidio diſcimus: & cum inhæ-
reant in ipſa re, reperiri induſtria noſtra, atq; in-
de erui poſſunt. ita in ſuperiore genere de tractā-
dis argumentis, in hoc etiam de inueniendis co
Tria probatio- gitādum eſt. Earum uerò probationum, quas di-
num genera. cendo acquirimus, tria genera ſunt. nam aliæ in
I. uita ac moribus oratoris poſitę ſunt: aliæ in per-
mouendo atq; afficiendo, prout opus fuerit, au-
ditore: alię deniq; in ipſa oratione, cum aut pro-
batur aliquid, aut probari uidetur. Quæ à uita &
moribus probatio naſcitur, ea tunc fit, cum ita ha
betur oratio, ut eum qui dicit dignum, cui fides
habeatur, uideri faciat. probis enim uiris & ma-
gis & celerius credimus, atque hoc generatim in
omnibus quidem rebus: at in ijs præcipuè, quæ
certò ſciri non poſſunt, ſed uariè traduntur, om
nino bonorum uirorum ſentētijs acquieſcimus.
hoc autem etiam ipſo genere orationis conſeqoi
oportet: neq; ſatis eſt, oratōrem ante conceptam
de ſe bonam opinionem ad dicendum adferre.
neque enim audiendi ſunt quidam artis ſcripto-
res, qui oratoris ante perſpectam probitatem in
arte collocant: tāquam ſi boni mores ad tempus
oratione expreſsi, nullam ad perſuadēdum uim
haberent. quin auſim dicere, maximam ferè om
nium uim fidei faciendæ in moribus exprimen-
II. dis eſſe poſitá. Alterū genus probationis, quod
ab auditoribus proficiſcitur, fit cum motum ali-

A quem animi miſcet oratio. neq; enim eodem mo
do de aliqua re iudicamus. cū mœremus & gau-
demus, aut cū diligimus & odio proſequimur:
qua in una re tantum eos laboraſſe dicimus, qui
hactenus de arte dicendi conſcripſerunt. ſed de
his omnibus ſigillatim tractabimus, cum motio
nes animorum explicabimus. Tertium proba- III.
tionis genus oratione fit. cū aut uerum, aut quod
ueri ſpeciem habet, concludimus, ex eis argumē
ta ducentes, quæ in quaq; re ſunt ad perſuaden-
dum accōmodata. Cum igitur omnes artificio-
ſæ probationes per hæc fiant, perſpicuū eſt, eum
ſolum hæc tria conſequi poſſe, qui diſſerendi ra-
tionem, & morum atq; uirtutum cognitionem,
& perturbationum animi naturā perceperit, ut
ſciat, quid unaquæq; perturbatio ſit, & qualis, &
ex quib. excitetur, & quomodo. Itaq; fit ut Rhe- *Rhetorica pro*
torica ſit propago quædam, & quaſi pullulatio *pago Dialecti-*
Dialecticæ, & facultatis eius, quæ de moribus *cæ, & ciuilis*
tractat, quam rectè ciuilem ſcientiam appellabi- *ſcientiæ.*
mus. atq; ideo Rhetorica ſibi habitum ac formā
ſcientiæ ciuilis inducit: & qui huic arti incum-
bunt, partim ignoratione rerū, partim inani glo-
ria ducti, partim alijs etiam humanis cauſis ciui-
lem ſe tenere ſcientiam profitentur, cum particu
la tātum quædam, & imago Dialecticæ ſit, quē-
admodum initiò diximus. neutra enim earum
alicuius definitæ rei ſcientia eſt, ut quærat, quo-
modo res ea ſeſe habeat: ſed facultates quædam
ſūt inueniēdi, quid in quaq; re probabiliter dici
poſsit. Iā igitur de utriuſq; ui ac poteſtate, quoq;
modo inter ſe coniunctæ ſint, ſatis, ut opinor, di-
B ctum eſt. In probationibus autem, quæ aut ue- *Argumentatio*
rè demonſtrant, aut tantum uidentur demonſtra *num genera.*
re, quemadmodū in Dialecticis inductio eſt, &
uerus ſyllogiſmus, & præterea tantum apparens
ſyllogiſmus, ita etiā in hac arte. exemplum enim
inductio eſt, enthymema uerò ſyllogiſmus. uo-
co autem ego enthymema quidem, oratorium
ſyllogiſmum: exemplum autem, inductionem
oratoriam. omnes enim oratores cum aliquid di
cendo probare uolunt, aut exemplis, aut enthy-
mematibus utuntur, & præter hęc nihil habent.
Quare ſi omnino neceſſe eſt eum, qui probare ali
quid uelit, aut ſyllogiſmo, aut inductione uti,
quod ex ijs, quæ ſunt à nobis in libris Analyticis
explicata, perſpicuum eſt: neceſsitas cogit, ut u-
triuſq; illorum natura utriq; horum par, atq; ea-
dem ſit. Quæ autem differēria ſit exempli & en-
thymematis, facilè ex Topicis intelligi poteſt. ibi
enim de ſyllogiſmo & inductione iam antea di-
ctum eſt. nam cum ex pluribus & ſimilibus ita, *Inductio.*
ut uolumus, rem ſe habere oſtendimus, ibi qui-
dem inductio eſt, at in hac arte exemplum. neq; *Exemplum.*
illud dubium eſt, artem ipſam, facultatemq; di-
cendi hoc utrunq; in ſe bonum habere. ut enim
in libris de diſſerendi ratione, quos Methodicos
inſcripſimus, iam à nobis antea dictum eſt: ſic e-
tiam in his de Arte dicendi res ſe habet. Cum ue *Syllogiſmus.*
rò quibuſdam propoſitis aliud quiddam ab eis
eorum cauſa contingit eo, quòd illa uel genera-
tim uera ſint, uel plerūq; ſiant, in Dialectica qui-
dē ſyllogiſmus, in Rhetorica uerò enthymema *Enthymema.*
uocatur. ſunt enim dictiones quædam oratoriæ,
quæ potiſsimum exemplis conſtant: ſunt etiam,

A

quæ totæ argumentis & enthymematibus conficiantur: ſicuti oratores quidam exemplis magis, quidam argumentis delectantur. orationes autem, quæ couſtant exemplis, ſunt quidem ad dicendum accõmodatæ non minus, quàm aliæ, ſed illę, quæ ſunt enthymematib. refertæ, maiore quodam impetu animos cõmouent. Verùm quæ ſit utriuſque cauſa, quoque modo ſit utroq; utendum, alio in loco poſtea dicemus. nunc autem de ijs, quæ tractare cœpimus, magis enucleatè diſtinctéq; diſſeramus.

Probabile duplex.

Nam quod probabile eſt, id eſt eius naturę, ut per ſe eſſe non poſsit, ſed alicui ſemper probabile ſit. id autem duplex eſt: aliud enim ſimul atque auditũ eſt, ex ui ſua probatur, & creditur: aliud autem arte indiget, ut propoſitis rationibus demonſtretur. nulla uerò ars eſt, quæ quid in ſingulis rebus fieri debeat, cõſideret: ut medicina non docet quid Socrati, aut Calliæ ſalubre ſit: ſed quid homini ſic affecto, aut cunctis, qui eodem morbo laborant. hoc enim ad artem ſpectat: quod autem ſingulare eſt, atque indiuiduum, id infinitum habetur, & nulla ſcientia comprehendi poteſt.

Probabile.

neque igitur Rhetorica probabile quæret eiuſmodi, quod unius alicuius opinioni cõueniat, ut Socratis, aut Hippiæ: ſed quod omnibus, qui ita animo ſunt affecti, quemadmodum etiam Dialectica. nam neque illa ita ratiocinatur, ut uodique arripiat ſine ullo diſcrimine, quæ alicui uideantur, ſiquidem etiam deliris hominibus probabilia quędam uidentur: ſed ex ijs argumentatur, quæ ratione allata probari poſſunt: Rhetorica uerò ex ijs, quæ in conſultationem uenire conſueuerunt.

Rhetoricæ proprium.

Eſt enim artis oratoriæ proprium munus ea tractare, de quibus conſultamus, & quorum adhuc artes traditas non habemus, & apud auditores eiuſmodi, qui per multas rationes acutè rem intelligere non poſſunt. neque procul poſita ac lõginquiora ſpectare. Deliberamus autem de rebus illis, quæ uidentur in utranque partem cadere poſſe: de ijs uerò, quæ nullo modo fieri poteſt, ut aliter aut fuerint, aut futura ſint, aut ſint, nemo eſt qui deliberet, ſi modò ea ita ſe habere intelligat. neque enim in rebus eiuſmodi quiſquam aliter, quàm eo modo tantum, conſilium dare poteſt. Accidit autem ijs, qui aliquid ratione concludunt, ut quædam aliquando colligant ex rebus antea concluſis: quædam autem ex rebus, quæ nondum quidem concluſæ ſunt, ſed probatione indigent eo, quòd minimè probabiles eſſe uideantur. quorum alterum neceſſe eſt, difficile eſſe ad intelligendum ob longitudinem (diſceptatorem enim rudem eſſe ponimus, atque in diſciplinis minimè uerſatum) alterum autem ad perſuadendum haudquaquam accommodatum, eo quòd neque ex rebus manifeſtis, neque ex probabilibus proficiſcatur. Itaque neceſſe eſt enthymema atque exemplum ex rebus eiuſmodi eſſe, quæ nihil in ſe firmitatis habent: ſed aliter atque aliter ſe habere poſſunt, ut exemplum quidem inductionis, enthymema uerò ſyllogiſmi ſpeciem ac imaginem habeat.

Enthymema à ſyllogiſmo quid differat.

Ex paucis autem, & ſæpè ex paucioribus enthymema fit, quàm primus ille atque interſyllogiſmus. ſiquid enim notum atque exploratum fuerit, id ſanè nihil attinet dicere: quoniam ipſe auditor illud adiungit: ut ſiquis probare uelit, Dorieum certamen uiciſſe, in quo uictor corona donatur, ſatis erit dicere, Vicit enim Olympia. quòd autem in Olympijs uictor corona donetur, non opus eſt addere: omnes enim hoc ſciunt. Pauca uerò neceſſaria ſunt eorum, ex quibus oratorij ſyllogiſmi conficiuntur. maiori enim ex parte, quæ in iudicium ac deliberationem ueniunt, etiam aliter ſe habere poſſunt. ſolent enim homines de ijs rebus deliberare & cogitare, quas in uita gerunt: quæ uerò aguntur, eiuſdem generis omnia ſunt, neque quicquam, penè dixerim, eorum ex neceſsitate ſit. hæc autem ipſa, quæ plerunque fiunt, nec eodem modo ſe ſemper habent, neceſſe eſt ex propoſitionibus eiuſdem naturę cõfirmari, ſicuti neceſſaria ex neceſſarijs probantur: quod ex Analyticis libris clarius intelligi poteſt. Quare perſpicuũ eſt eorum, ex quibus enthymemata fiunt, aliqua quidem eſſe neceſſaria, ſed plurima ex eis eſſe talia, quæ plerunque tantum ſine ulla neceſsitate fiunt. ducuntur enim enthymemata ex ueriſimilibus & ſignis. itaque neceſſe eſt, ut horum utrunque alteri eorum reſpondeat, atque idem ſit.

Veriſimile.

nam ueriſimile eſt tanquam id, quod plerunque fit: non tamen abſolutè, ſicuti quidam exiſtimant, ſed quòd in eis uerſetur, quæ aliter etiam euenire poſſunt: & quòd ita ſe habeat ad id, cuius eſt uериſimile, ſicuti ſe habet id, quod generatim atque uniuerſe ſit, ad id, quod ſit ſigillatim & in parte.

Signorum genera duo.

Signorum uerò duo ſunt genera: quorum alterum ita ſe habet ad id, cuius eſt ſignum, ſicuti quod in parte

B

ſit, ad id, quod in uniuerſo genere: alterum autẽ ſicuti quod in uniuerſo genere ſit, ad id, quod in parte. quin ex his ipſis id ſignum, quod neceſſarium eſt, indicium uocatur uel propria nota. quod autem non eſt neceſſarium, caret certo ac proprio nomine, quo ab alijs diſtinguatur. At uerò neceſſaria illa uoco, ex quibus ſyllogiſmus ac firma cõcluſio ſit. quocirca genus hoc ſignorum τεκμήριον dicitur: hoc eſt, indicium ac propria nota. cum enim id, quod dixerint, nullo modo ſolui poſſe exiſtimant, tunc opinantur id ſignum τεκμήριον eſſe, atque ita ipſum appellant, tanquam quod iam probatum atque confectum ſit. priſca enim Græcorũ lingua τέκμαρ idem erat, quod extremum atque ultimum. Genus autem illud ſignorum, quod ita ſe habet ad id, cuius ſignum eſt, ſicuti ſingulæ res ad uniuerſum genus, tale eſt: ut ſiquis affirmaret, ſignum eſſe uiros ſapientes eſſe etiam iuſtos, quia Socrates erat ſapiens & iuſtus. hoc quidem certè ſignum eſt, ſed facilè diſſolui ac refelli poteſt, etiamſi uerum fuerit id, quod dicitur. nihil enim in ſe firmi habet, neque neceſſariò concluditur. Quòd ſi quis ita dicat, Hunc hominem ægrotare ſignum eſt eo, quòd febri laborat: aut, Hæc mulier peperit, quoniam lac habet: iam hoc erit firmum, & neceſſariè concluſum. atque hoc ſignorum genus ſolum τεκμήριον ac propria nota uocatur, ſolumque ſi uerum fuerit id, quod dicitur, refelli non poteſt.

Alterum ſignorum genus.

Alterum genus ſignorum, quod ita ſe habet ad id, cuius eſt ſignum, ſicuti quod eſt in uniuerſo genere, ad id, quod in parte eſt, ſit hoc modo: ut ſiquis diceret,

diceret, Hunc hominem febri laborare ſignum eſt eo, quòd crebrò reſpirat. ſed hoc facilè ſolui poteſt, etiamſi uerum fuerit: quoniam accidit etiam eum, qui febri non laborat, aliquando crebrò reſpirare. Quid igitur ueriſimile ſit, & quid ſignum, & propria nota, quaque ratione differant, ſatis pro tempore dictum ſit. planius enim atque dilucidius de his omnibus, & qua de cauſa partim quidem nihil certi concludant, partim autem concluſionem firmã ſtabilemque habeãt, in Analyricis libris iam antea diſputauimus.

Exemplum & inductio quomodo inter ſe affecta.

Quòd autẽ exemplum ſit idem, quod ioductio, & quibus in rebus inductio ſit, oſtenſum eſt. ſed tamen non ita ſe habet, ut pars ad totum, neque ut totum ad partem, neque ut totum ad totum: uerùm ut pars ad partem, & quod ſimile eſt, ad id cui eſt ſimile. cum enim ambo illa, quę ſumuntur, ſub eodem genere poſita fueriot, & alterum altero notius & apertius ſit, tunc id exemplum eſt: ut ſiquis probare uelit, Dionyſium appetere dominatum regium, cum ſalutis ſuæ cuſtodes petat, & dicat, Piſiſtratum antea cuſtodes petijſſe, cum regnum appeteret, & cum eos impetraſſet, tyrannidem occupaſſe, Theagenemq́; idem Megaris feciſſe, & alios, quoſcunque nouerit, idem feciſſe. omnes exemplum fient Dionyſij, quem adhuc ignorant, an ea de cauſa cuſtodes petat. hæc enim omnia ſub eodem genere ac propoſito continentur, quòd quicunq; regnum appetit, cuſtodes ſalutis ſuæ petit. Iam igitur unde probationes illæ ducuntur, quæ ſpeciẽ habent demonſtraodi, declaratum eſt. In ipſis

Enthymematũ differentia.

B autem enthymematibus maxima eſt differẽtia, quæ omnes ferè plurimum fallit: atque eadem eſt enthymematum differentia, quæ in differendi ratione ſyllogiſmorum eſt. nam enthymemata quædam ſunt ipſius artis dicendi propria: ſicuti ſyllogiſmi etiam quidam Dialecticæ proprij ſunt: quædam autem ad alias artes & facultates pertioent, quæ uel iam inuentæ ſunt, & excultæ, uel nondum planè cogoitæ, penituſq́ua perſpectæ ſunt. Itaque ſæpè fit, ut auditores fallãt: & qui eiuſmodi enthymemata magis quàm conueniat, amplectuntur, artis oratoriæ fines trãſiliunt. Hoc autem quod dico, clarius & apertius erit, ſi pluribus uerbis explicetur. Eos enim ego dialecticos & oratorios ſyllogiſmos uoco, qui ducuntur ex locis, in quibus latent argumenta.

Communes loci dialectici & oratorij.

Loci uerò dicuntur ij, qui communiter de rebus, quæ ad mores, & ad naturam, & ad ciuilem ſciẽtiam pertinent, & denique ad alia multa, quę ſpecie inter ſe differant, argumenta contioent: ut locus, qui ex maiore, & minore dicitur. neq; enim ex hoc loco magis de reb. iuſtis, quàm de rebus naturalibus, aut de qualibet alia re, uel ſyllogiſmo concludere aliquid, uel enthymemate probare licet. atqui hæc ſine dubio ſpecie differunt.

Loci proprij cuiusq; ſcientiæ.

Propria uerò cuiuſque artis argumẽta ſunt, quæ conſtant è propoſitionibus, ab arte illa ipſa deſumptis. exempli gratia, In rebus naturalib. propoſitiones ſunt, ex quibus nemo poterit aut enthymema, aut ſyllogiſmum formare, qui ad uitam & mores pertineat: & in moralibus rebus ſunt aliæ propoſitiones, ex quibus nihil concludi

A poteſt, quod ad naturam ſpectet: atq; eadem eſt in cæteris omnibus ratio. Illa uerò argumenta, quæ communiter ex locis ſumuntur, neminem poſſunt huius aut illius artis peritum facere, quoniam nullam habent certam ſibi ſubiectã materiam. atqui proprias artium propoſitiones quanto quis exquiſitiores elegerit, tanto magis à propoſito ſuo aberrabit, & in alia ſcieotia uerſabitur, quàm io Dialectica aut Rhetorica. ſi enim ad alicuius artis priocipia peruenerit, iam nõ erit Dialectica aut Rhetorica, ſed erit illa ipſa ars, cuius ea principia fuerint. maiorem autem partem enthymemata fiunt ex propoſitiooibus illis, quæ proprię peculiareſque ſuot alicuius artis, è communibus autem locis longè pauciora. Quemadmodum igitur in Topicis, ita etiam in hoc opere diſtinguendæ ſunt enthymematum ſpecies & loci, unde ſumontur argumenta. Voco autem ſpecies enthymematum, proprias cuiuſque generis propoſitiones: locos uerò, ſedes argumẽtorum, æqualiter omoibus communes. prius igitur de formis enthymematum, quàm de locis, dicamus. ac primò Rhetoricæ genera uideamus, ut cum ea, quot numero ſint, explicuerimus, ſigillatim deinde cuiuſq; generis elementa propoſitioneſq́; tractemus.

Loci definitio.

TRIA ESSE GENERA CAVſarum, *totidem auditorum: tria item tempora, & fines tres.* *Cap.* III.

SVnt autem Rhetoricæ genera numero tria: tot enim etiam auditorum genera reperiuntur. B nã ex trib. rebus oratio conſtat: ex eo qui dicit, ex materia de qua dicitur, ex eo apud quẽ uerba fiũt. quin etiã cuiuslibet orationis finis ad auditorẽ refertur. Neceſſe eſt autem ut is, qui audit, uel auſcultator tantum ſit, uel etiam diſceptator: diſceptator uerò, qui uel de præteritis ſtatuat, uel de futuris. & de futuris quidem ſtatuit, ut is qui in concione diceotem audit: de præteritis autem, ut iudex. at uerò auſcultator de oratoris facultate iudicat. Quare neceſſe eſt tria cauſarum eſſe genera: deliberatioois, iudicij, exornatioois. Deliberationis autem duæ ſuot partes: altera ſuaſio, altera diſſuaſio. nam & qui priuatè de re aliqua deliberaot, & qui publicè concionantur, ſemper horum alterutrum efficiunt. iudicij uerò partes ſunt, accuſatio & defeoſio: qui enim in iudicio uerſantur, horum alterum facere oportet. exornationis deniq; partes ſunt, laus & uituperatio. Quin etiam horum trium generum tempora diſtincta ſunt. nam deliberationi futurum tempus datur: qui enim deliberat, ſiue ſuadeat, ſiue diſſuadeat, de futuris delibarat. iudicio uerò præteritũ tempus eſt propoſitum. nam de rebus iam factis ſemper hic quidẽ accuſat, ille autem defendit. exornationis maximè quidem proprium eſt pręſens tempus. qui enim laudant uel uituperant aliquem, ea quæ tũc in eo ſunt, conſiderant: ſed tamen etiam præterita reminiſcentes commemorant, & de futuris coniecturam faciunt. Finis præterea cuique generi propoſitus eſt: & cum tria ſint genera, tres etiam erunt fines. nam in deliberando finis eſt utilitas,

Cauſarum ſiue generum fines.

tilitas, & detrimentũ. qui enim ſuadet aliquid, A
illud tanquam melius ſuadet: & qui diſſuadet,
tãquam deterius diſſuadet: alia uerò omnia huc
referuntur, ut ſi quid iuſtum aut iniuſtum, hone-
ſtum aut turpe dicatur. in iudicijs, quid æquum,
aut iniquũ ſit, quæritur. ſi qua uerò ſunt alia, huc
referuntur: in exornationibus qui laudant & ui
tuperant, honeſtum & turpe ſibi proponunt, &
reliqua omnia huc referunt. Quòd autem hi ſint
fines unicuique generi propoſiti, illud apertè de-
clarat, quòd de alijs rebus interdum ne conten-
dunt quidem, ut in iudicio, quin fecerit, aut quin
læſerit. ſed nemo unquam iniuſtè ſe feciſſe fate-
retur, alioquin omnis ſtatim controuerſia tolle-
retur. eodem modo qui conſulunt, alia ſæpenu-
mero non curant, ſed nunquam faterentur, ſe uel
inutilia ſuadere, uel ab utilibus retrahere. quin
ſæpè non uerentur dicere, non eſſe iniuſtum, aut
finitimos populos, aut eos, qui nihil læſerunt, in
ſeruitutem redigere. ſimili ratione, qui laudant
aut uituperant, non illud attendunt, utrum is, de
quo dicunt, utilia an inutilia fecerit: ſed etiam in
magna ſæpè laude ponunt, ſiquis utilitate pro-
propria neglecta, honeſtum aliquid effecerit: ut
Achillem in eo laudant, quòd opitulatus eſt Pa-
troclo ſodali ſuo, quãuis ſciret ea de cauſa ſe mo-
riturum, cum liceret ei uiuere. huic igitur mora
eiuſmodi in primis honeſta fuit, uita uerò fuiſſet
utilis. Perſpicuum eſt autem ex ijs, quæ dicta
ſunt, non aliter hæc tractari poſſe, niſi quis pri-
mò eorum propoſitiones habuerit. propoſitio-
nes uerò rhetorum, ſunt propriæ rerum notæ, ue
riſimilia, & ſigna: nã omnis ſyllogiſmus ex pro-
poſitionibus conflatur. enthymema uerò ſyllo-
giſmus quidam eſt, qui conſtat ex prædictis rhe-
torum propoſitionibus. Sed quia quæ fieri nul-
lo modo poſſunt, ea neq; poſſunt iam eſſe facta,
neque poſtea fieri (nam ea tantum fiunt, quę fie-
ri poſſunt: eodem modo, quę nunquam fuerunt,
neque futura ſunt, ea non fieri poteſt ut aut fa-
cta ſint, aut nunquam fiant.) ideo neceſſe eſt, ut
qui conſulit, & qui in iudicio, & qui in demon-
ſtratiuo genere uerſatur, propoſitiones habeat
de eo, quod fieri poteſt, aut non poteſt, ex qui-
bus intelligatur, utrum res facta ſit an non facta,
& utrum futura ſit an nõ. Præterea cum omnes,
qui laudant & uituperant, qui ſuadent & diſſua-
dent, qui accuſant & defendũt: non ſolum præ-
dicta demonſtrare conentur, ſed etiã rem uel ma
gnam uel paruam eſſe, uel bonam uel malam, uel
honeſtã uel turpem, uel ęquam uel iniquam, aut
per ſe conſideratam, aut aliarum comparatione:
perſpicuũ eſt, eos etiã oportere de magnitudine
& paruitate rerũ, & de maiori & minori propoſi
tiones habere, atq; illas & generatim & ſigilla-
tim: ut qđ maius bonũ aut minus, quod maius
peccatũ aut meritum, & de alijs eodẽ modo. Sed
hactenus dictum eſt, quarum rerũ propoſitiones
ſibi parare oratorẽ neceſſe eſt: deinceps uerò de
unoquoq; genere ſeparatim dicemus, ut quę ſint
ea, ex quib. deliberatio cõficitur, & ex qui-
bus orationes demonſtratiuæ:
tertiò uerò, de quibus
aſt iudicium.

Rhetorum propoſitionis tripartitæ.

DE GENERIS DELIBERATIVI
materia: hoc eſt, de ijs quæ in deliberationem cadunt. Cap. IIII.

AC primò quidem uidẽdum eſt, in quibus
bonis aut malis uerſetur is, qui deliberat:
neque enim uerſatur in omnibus, ſed in
eis tantum, quæ naturam eam habent, ut & fieri
& nõ fieri poſſint. quæcunq; uerò neceſſariè uel
iã ſunt, uel poſthac erunt, uel quę fieri non poteſt
ut aut nunc ſint, aut aliquando fiant, de ijs ſanè
deliberatio non eſt. Neque tamen de omnibus,
quæ contingere ſolent, eſt deliberatio: cum ali-
qua uel à natura, uel à fortuna bona ſint, quæ aut
contingere, aut non contingere poſſunt, de qui-
bus nemo deliberare poteſt. Sed planum eſt in
ijs eſſe deliberationem, de quibus conſultamus.
ea uerò ſunt, quæ ad nos tantum referri poſſunt,
& quorum principium agendi in noſtro arbitrio
poteſtateq; ſitum eſt. nam uſque eò conſultando
procedimus, donec inuenerimus, utrum à nobis
ea fieri, an nõ fieri poſſint. Singula igitur diligen
ter enumerare, atque in ſpecies digerere, de qui-
bus ſtatuere ſolent, & quantũ fieri poſſet, ex ue-
ritate perpendere, nihil opus eſt in pręſentia. ne-
que enim hoc rhetoricæ artis officium eſt, ſed al
terius, quæ diligentius, & accuratius ueritatem
inueſtiget. tantum uerò abeſt, ut aliquid Rheto-
ricæ detrahamus, ut etiam ei longè plura conce-
damus, quàm re uera concedi debeant. Quod
enim antea diximus, uerum eſt: nempe rhetori- *Rhetorica ex quibus cõflata.*
cam ex analytica ſcientia, & parte ciuilis faculta
B tis, quæ in moribus uerſatur, eſſe conflatam. ſimi *Rhetorica Dialectice & ſophiſtice ſimilis.*
lis eſt autem partim quidem Dialecticæ, partim
uerò ſophiſticis diſputationibus. Quòd ſiquis
uel Dialecticam, uel hanc artem, non tanquam
facultates, ſed tanquam ſcientias, exquiſitius tra
ctare uoluerit: imprudens earum naturam peni-
tus euertet, eo quòd illas ornandi ſtudio captus
tranſeat in ſcientias: quæ iam res aliquas certas,
in quibus uerſentur, ſubiectas habent, non autẽ
rationes, & argumenta tantum. uerùm nos, quæ
utilitatem afferant huic arti, in præſentia pertra-
ctemus: ita tamen, ut exquiſitam eorum explica-
tionem ciuili ſcientiæ relinquamus. Res igitur *Quinque maximæ deliberationis capita.*
maximę, de quibus omnes ferè conſultant, & de
quibus deliberantes in concione ſententiam di-
cunt, quinque numero ſunt: hoc eſt, de uectigali-
bus, de bello & pace, de cuſtodia regionis, de ijs
quæ importantur & exportantur, de ferendis le
gibus. Itaque ſiquis de uectigalibus bene conſul *De uectigalibus.*
turus eſt, eum redditus ciuitatis noſſe oportet,
quot, qualesúe ſint: ut ſiquis negligẽtia relictus
ſit, adiungatur: & ſiquis minor eſt, quàm confici
poſſit, augeatur. præterea publicos ciuitatis ſum
ptus noſſe debet: ut ſiquis ſuperuacaneus eſt, adi
matur: & ſiquis maior eſt, quàm conueniat, mi-
nuatur. nõ enim ſolum bona amplificando ditio
res euadunt homines, ſed etiam ſumptus detra-
hendo. hæc autem non tantum ex priuatarum
rerum ſcientia poſſunt intelligi, ſed etiam hiſto-
riarum peritum eſſe oportet, qui bene de his cõ-
ſulturus ſit, ut ſciat, quomodo aliæ nationes ad
hanc rem idoneas rationes inuenerint. Qui uerò
de

De bello & pace. de bello & pace conſulturus eſt, copias ciuitatis noſſe debet, & quæ paratę iam ſint, & quæ parari poſsint: qualesq́; ſint & illæ, quæ ſunt in promptu, & illæ, quæ præterea poſſunt adiungi: quin etiam quæ bella geſſerit, & quo exitu. neque tantum propriæ ciuitatis bella, ſed etiam finitimarum ciuitatum expendere opus eſt, & præterea uires eorum, contra quos bellum fore exiſtimatur: ut cum potentioribus pax habeatur, cum inferioribus in eorum, quibus conſilium datur, arbitrio ſit, utrum bellū gerere uelint. copias quoque ſpectare oportet, utrum ſimiles an diſsimiles ſint. nam hac de cauſa ſæpè contingit, uel ſuperiores in bello, uel inferiores eſſe. præter hæc etiam opus eſt non tantū ſuæ reip. bella, ſed aliorum etiam populorum animaduertere, & quem exitum illa habuerint, ſpectare: nam è ſimilibus rebus ſimilia euenire conſueuerunt. *De custodia regionis.* De cuſtodia regionis qui dicturus eſt, ſcire debet, qua ratione cuſtodiri poſsit, & quot ei rei copiæ, qualesque ſint neceſſariæ: præterea locos, ubi præſidia ſint collocanda, quæ niſi ſit peritus regionis, ſcire non poterit. atque hæc ideo noſcenda ſunt, ut ſi minor ſit quàm oportest, augeatur cuſtodia: ſi qua redundans, auferatur, & ad locos magis opportunos traducatur. *De annona.* De annona uidendū erit, quanta, qualisq́; ciuitati ſufficere poſsit, & cuius generis ſit ea, quæ ibi naſcitur, & quæ aliūde importatur: & quæ ſint eæ res, quas exportare & quas importare oporteat, ut conuentiones & pactiones cum eis fiant, quibuſcum opus eſt. Duo ſunt enim hominum genera, quos obſeruare neceſſe eſt, ne à ciuibus offendantur: nempe, qui potentiores ſunt, & qui rebus ſuppeditandis utiles eſſe poſſunt. Hæc omnia ſubtiliter uidendi facultatem habeat oportet, qui de ciuitatis ſecuritate conſulturus eſt. *De legibus.* Sed illud non parui ponderis eſt, ferendarum legum rationem intelligere, cum in legibus poſita ſit totius ciuitatis ſalus. *De reip. generibus.* Itaq; ſcire neceſſe eſt, quot ſint rerump. genera, & quæ cuique generi proſint, & quæ interitum adferant: ſiue illa reip. propria ſint, ſiue aliena, & ei contraria. uoco autem ea propria reip. quæ interitum adferant: quoniā uno excepto optimo ciuitatis ſtatu, reliquæ omnes reſp. & cum remittuntur, & cum efferuntur intereunt: ut popularis ſtatus non ſolum remiſſus fit imbecillior, & tandem in paucorum dominatum delabitur, ſed etiam ſi uehementer efferatur, interit: quēadmodum uitia prauitatesque naſi, qui uel grypus, uel ſimus ſit, non tantū remiſſę ad mediam rectamq́; formam ueniunt, ſed etiam uehementer auctæ, ut ſi ualde fiat grypus, aut ſimus naſus, eò tādem perueniant, ut ne naſi quidem formam naſus habere uideatur. Illud autem in ferendis legibus utiliſsimum eſt, non ſolum aduertere & conſiderare, quiſnam reip. ſtatus anteacto tēpore profuerit, ſed etiā apud exteras nationes quæ reip. ſpecies, quibus hominibus conueniant. Itaque *Peregrinationis utilitas.* perſpicuum eſt ad legum ferendarum ſcientiam plurimum conducere terrarum peragrationem, in qua multarum gentium inſtituta, legesq́; licet agnoſcere. at uerò in conſilijs publicis hiſtoriarum, & antiquitatis cognitio mirificè utilis eſt.

A Sed hæc omnia uidere, ciuilis ſcientiæ, non autē rhetoricæ proprium officium eſt. Res igitur maximæ, quarum cognitionem eum habere oportet, qui bene conſulturus ſit, hæ ferè ſunt. deinceps uerò dicamus, quomodo uel ex his ipſis, uel ex alijs, quæ in deliberationem cadūt, & ad ſuadendum, & ad diſſuadendum argumenta ducere poſsimus.

DE FELICITATE ET FINE *deliberantium.* *Cap.* V.

EST autem & priuatim ſingulis, & publicè ferè omnibus finis quidā propoſitus, ad quē aciem mentis dirigentes, omnia uel expetunt, uel fugiunt: atque (ut in ſumma dicam) ea eſt felicitas, & partes eius. Quare ſumamus, exēpli gratia, non ſubtiliter quidem, ſed ſimpliciter, quid felicitas ſit, & ex quibus conſtent eius partes. de hac enim, & de ijs quæ ad hanc referuntur, & de contrarijs huic omnes ſuaſiones & diſſuaſiones eſſe ſolent. quæ enim felicitatem efficere poſſunt, aut aliquam eius partem, aut ex minore maiorem, ea ſunt amplectenda: quæ uerò illam uel corrumpunt, uel impediunt, uel contraria ſunt, omnino ſunt fugienda. Ponamus igitur, *Felicitas quid.* felicitatem eſſe uitæ proſperitatem, cum uirtute cōiunctam: uel poſſeſsionem earum rerum, quibus uita cōtenta ſit: uel uitam cum ſecuritate iucundiſsimam: uel bonum, firmumq́; ſtatum poſſeſsionum & corporum, cum facultate cuſtodiēdi atque amplificandi. omnes enim ferè confitētur, felicitatem aut unum horum, aut plura ſimul eſſe. B Quòd ſi felicitas eſt huiuſmodi, neceſſe eſt *Felicitatis partes.* eius partes eſſe nobilitatem, gratiam, amicitiam proborum hominum, diuitias, bonam prolem, multitudinem filiorum, facilem ſenectutē, præterea corporis uirtutes, ut bonam ualetudinem, pulchritudinem, uires, magnitudinem, certandi robur: quin etiam gloriam, honorem, proſperam fortunam, uirtutem, atque eius partes, prudentiam, fortitudinem, iuſticiam, temperātiam. hac enim ratione nullius rei ad bene beateq́; uiuendū indigebit is, cui bona omnia & quę in eo ſunt & quę extrinſecus adueniunt, affatim adfuerint. nā præter hæc nulla bona ſunt. In ipſo uerò ſunt ea, quæ uel in animo ſunt, uel in corpore. extrinſecus adueniunt, ut nobilitas, amici, pecuniæ, honor. opes etiam atque fortunam adeſſe oportere cenſemus: ſic enim fiet uita ſecuriſsima. Hæc igitur ſingula quid ſint, definiendo aperiemus. *Nobilitas.* Nobilitas gētis & ciuitatis ea eſt, ſi ipſa ex ſeſe ſuos ciues genuit, uel ſaltem uetuſtam originem habuit: & ſi primi ductores eius illuſtres fuerunt, & ſi multi principes, atq; imperatores ex ea nati ſunt, quos æmulari alij ſtudeant. Priuata uerò nobilitas uel à uiris, uel à mulieribus pendet: & cum utriq; legitimè coniuncti ſunt, & quemadmodum etiam in ciuitate, cum primi auctores generis clari fuerunt uel uirtute, uel diuitijs, uel alia re, quæ in precio apud homines ſit: & ſi ex ea familia multi illuſtres fuerīt & uiri & mulieres, & iuuenes & ſeniores. *Bona proles.* Bona uero proles, & multitudo filiorum quid ſit, omnibus notū eſt. Atq; in rep. bona proles eſſe intelligitur, cū mul-

ri boniq́ue louenes in ea fuerint: & bona dicitur uel ex uirrure corpotis,ut com magnirudiné,pulchtitudiné,uires,certandi robur hsbet,uel ex uirtute animi.oam téperaotia & ſortitudo iuuenis uirtutes ſunt.ptiusrim aũt bona proles, & multitudo filiorũ intelligirur,cũ quis multos, & huiuſmodi uitturib. inſtrnctos habet filios, & mates,

Fœminarũ bona.

& fœminas.Fœminarum uirtus in corpote,uenuſtas & magnitudo eſt : in animo, temperanris & ſedulitas, ſtudiumq́; ſuorũ operum, modò tamé ne incidat in illiberslitatem. ſimiliter auté & priuatim & publicè, & in uiris & mulierib. ut bæc ſingula ſinr,ſtudere oporrer.nam qui impudicaa habent mulieres, ut Lacedæmonij, dimidia ferè

Diuitiarũ partes.

felicitatis parte carent. Diuitiarum partes ſunt pecuniæ,prædiotum multitudo,regionũ poſſeſſiones, & præteres ſupellectilium copia, & pecudũ,& ſeruorum: quæ res multitudine & magnitudine,& pulchritudine excellãt,& omoia ſecuta,

Vtilia. *Liberalia.* *Fructuoſa.* *Voluptuaria.*

liberalia & urilia ſint.Dicũtut autem utilia ea, quæ magis ſructuoſa ſunr:liberalia uerò,quę animi uoluptatisq́; gratia poſsidẽrut. fructuoſa illa uoco,unde teddirus uectigaliaq́; capiũtur:uoluptuaria,è quib. nihil prærer uſum capitur, quod

Securitas.

aliquo precio dignum ſit.Securitatis ille finis eſt, ut eo io loco , arq; eo modo prædia poſsideãtur, ut eotum uſus io domioi arbitrio ſit. id uerò ali-

Proprium. *Alienare.*

cuius proptium eſſe, aut noo eſſe dicitur,cum iu eius poteſtate eſt alienare.dico auté alienare, donare, & uendere. omnino diuitem eſſe magis in uſu,quàm in poſſeſsione ſitũ eſt : nam huiuſmodi retum actus atq; uſus ipſæ diuitiæ ſuot.Bona

Bona exiſtimatio.

exiſtimatio,eſt uirture præditum ab omnibus iudicari, uel tsle aliquid in ſe babere,quod omoes expetaot, aut mulri, aut boni uiri, aut prudẽtes.

Honor.

Honor autem eſt ſignum gloriæ , ex plutimis in alios meritis comparatæ.Iuſtè uerò maximeque honore afficiuntur ij, qui iam beneficia cootulerunt. uerumtamen etiam ille ſolet hoootari, qui alijs beneficiẽdi ſaculraté habet.Id auté beneficium bonore dignum puratur,uel quod ad ſalutem uitamq́; tuendã pertinet, uel ad opes, uel ad huiuſmodi bonũ sliquod, cuius nõ ſit facilis acquiſitio , quodq́; ſine magno lsbore parstur,uel ſemper, uel eo in loco,uel eo tẽpore: multi enim proprer tes quaſdã, quæ paruæ uidentur,honorem aſſequuntur:ſed id aut propter modum,aut

Honoris ſpecies.

propter occaſioné accidit. Honoris ſpecies ſunt immolstiones , monumenta uel carmine uel ſoluta oratiooe conſcripta, præmia certa,luci,ſuperiores in ſedendo loci,ſepolchra,imagines,& publica cibaria: & qoibus barbari utuntur,habitus sdorantium,& conſpectus euitationes,munera, quæ apud ſingulas gẽtes in precio ſunt. Etenim munus,eſt & poſſeſsiõis largitio, & honoris indiciũ: quo fit ut auari & ambirioſi muneram ſint appeteotes.nam utriq; in eis inueniunt,quod cõcupiſcunr.eſt enim in illis utiliras , quam appetũt auari: & honor,cui maximè ſtudẽt ambitioſi.

[Co]rporis uirtus,ualetudo.

Corporis uirtus,eſt bona naletudo. Quæ ita accipienda eſt,ut morbo uacuũ ſit corpus,& ad uſus bene cõſtitutum. multi enim ſano corpore ſunt, ut Herodicus dicitur, quos nemo tamé ob eã ualetudiné bearos iudicaret,eo q, uel ab omnib. humanis actionibus, oel ab earum maxima parte ſe

Pulchritudo.

abſtinent. Pulchritudo non eadé eſt in omni ætate, ſed diuerſa.nã adoleſcentis pulchritudo eſt,ſi corpus ita conſtirutũ hsbet,ut ad labores ſuſtioẽdos utile ſit, oel ad curſum , uel ad inſerendam uim: & ſi quandam ore ſuauiratem pręferat, quę ſpectantes uoluptate compleat.hac de cauſa Pentathli pulchertimi habenrur, quòd ad uim inſerendam, & ad celeritarem ſimul apri ſunt. Viri autem, & qui iam conſtanti ætate ſit, pulchritudo eſt, ut corpus ad militares labores idooeum habeat, & oris ſuauitstem cum qoodam terrote coniuoctam,præferat.Senis denique pulchritudo eſt, ſi cotpus habeat neceſſarijs laboribus largè ſufficiens , & ſi nullam ore triſtiriam oſtendat, eo quòd ijs morbis careat, qui ſenectutem

Vires.

deprsuare ſolent. Vires ex eo intelliguntur, cũ quis eam ſacultatem habet, ut alterum moueat, quomodocunque uoluerit. Neceſſe eſt autem alterum mouere oel trahendo, uel impellendo, oel tollendo, uel deprimendo , uel collidendo. quare robuſtus ille ualeosque aut his omnibus,

Magnitudinis uirtus.

aut quibuſdam horum oslebit. Magoirudinis uirtus ea eſt,cum quis & longirudine & altitudine, & latirudine multos alios antecedit : modò ne tanto maior ſit, ot ptopter exuperantiam cor-

Decertandi robur.

poris motus tardiores efficianrur. Decertandi robor ex ttibus cooſtat: magnitudine,uiribus & celerirate.oam & qui celer eſt, tobuſtus appellatur : qui enim crura qoodammodo uibrare, & celetirer mouere, atq; ex longinqoo loco poteſt, is natura curſor eſt : qui uerò ptemere, fortiterq́; tenere, ad luctam eſt idoneus: qui longè à ſe pellete, plagãq́; inferre poteſt, is erit pogil.Sed qui in utriſq; ualet, hoc eſt lucta & pugillstione,pancratiaſtes erit, qui in ttibus illis omnibus pen-

Bona ſenectus.

tathlus uocatur. Bona ſenectus eſt , cum tsrdè, atque ſine triſticia sduenit . neque enim qui celeriret ſeneſcit, bona ſenectute frui dici poteſt, neque qui ſerò quidem fit ſenex, oerùm cũ multis magnisq́; doloribus. Ad bonam uerò ſenectutem & corporis uirtutes , & fortunæ bona concurrant oportet. nã niſi ſine morbo ſuerir,& niſi uires conſeruet , noo erit expers moleſtiarum ac dolorum, nec uitam ptoducere poterit,nec proſperam ſortunam retinere. Eſt etiam alia ratio, qua quis erism ſine uiribus, & booa ualetudine dio uiuendi facultatem inueniat : multi enim ſine corporis uirtutibus in longum tempus uiram progogãt.ſed in pręſennia nihil opos eſt de huiuſ-

Gratia.

modi rebos exquiſitè diſpotare. Graria uerò,bonorumq́; uitorum amicitia quid ſit, ignorari nõ poteſt,modò quid ſit amicus,intelligatur.Eſt e-

Amicus.

nim is amicus,qui quæcunque arbitratut ei,qué amat, bono eſſe, eius ipſius cauſa facit. cui igitur multi ſunt huiuſmodi, is gratioſus dicitur: cui uerò boni uiri tales ſunt , is bonos amicos habere

Proſpera fortuna.

prædicatur . Proſpera ſortuna eſt, cum quæ à ſortuoa ptoueniont bona uel omnia , uel plurima , uel maxima alicui uel fiunt , uel iam præſtò adſunt. Eſt autem ſortuna nonnullorum cauſa, quæ etiam sb artibus efficiontur: ſed plerunque eorũ cauſa eſt, quæ nulla arre fieri poſſuot, ot eorum, quæ natuta quidem fiunt,ſed etiam contra

naturam

naturam fieri poſſunt. nam bonę ualetudinis ars cauſa eſt, pulchritudinis autem & magnitudinis ipſa natura. Omnino bona illa proficiſcuntur à fortuna, quæ maximè ſolent inuidiam concitare. quin etiam eorum bonorum, quæ præter omnem rationẽ eueniunt, fortuna cauſa eſt: ut ſi cæteri fratres deformes ſunt, hic autem formoſus: aut ſi theſaurum alij non uiderũt, hic autem inuenit: aut ſi is, qui propè ſtabat, iaculo percuſſus eſt, hic autem minimè: uel qui antea ſolebat frequentare, tunc non uenit, cum alij ſemel tantum uenientes, interfecti ſunt. hæc enim omnia fortunæ beneficio contingere uidentur.

Virtus. De uirtute quoniam in exornatione maximè proprius eſt eius locus, cum de laudando uerba faciemus, tunc quid ſtatuẽdum ſit, accuratè explicabimus. Quæ igitur ſpectare oportet eos, qui ſuadent, tãquam futura aut præſentia, perſpicuum eſt: & rurſus, qui diſſuadent. ſunt enim eis, quæ iam dicta ſunt, contraria.

Deliberãtis finis utilitas. Sed quoniam deliberanti propoſita eſt utilitas, & qui deliberant, non de fine ipſo, ſed de ijs, quæ ſpectant ad finem deliberãt: ea uerò ſunt, quę in ſingulis actionibus proſunt: & quod prodeſt, bonũ eſt: ideo de bono atq; utili generatim mihi dicendum, & quæ ſint eius initia atque elementa, quærendum arbitror.

DE VTILI ET BONO, EORVMque elementis & efficientibus. Caput VI.

Ponamus ergo bonum id eſſe, quod ipſum propter ſe ſit expetendum, & cuius gratia ſolemus aliud expetere: & quod res omnes expetunt, uel ſaltẽ illæ, quæ ſenſu præditæ ſunt, uel intelligentiam habent, uel ſi eis intelligentia B daretur, & quæcunq; ratio atq; intelligentia cuique dictaret: & quæcunq; ſingulis in rebus unicuiq; ratio tribuit atq; aſsignat, ea ſunt unicuiq; bona. Illud quoq; bonũ eſt, quo præſente res bene ſe habet, nec quicquã amplius deſiderat, & quod per ſe ſufficiens eſt. quin etiam quod hæc ipſa conficiendi & cuſtodiendi uim habet. bonum eſt: & quòd hæc eadem conſequuntur, & quòd contraria depellit atq; interimit. Duobus autem modis aliquid eſſe conſequens dicitur. uel enim ſimul, uel poſtea: ut ſiquis diſcit, conſequitur ut ſciat: ſed poſtea ſi bene ualet, conſequitur ut ualeat, ſed ſimul.

Valetudinis efficientia, tria. Quæ conficiendi uim habent, tribus modis dicũtur, partim ut bene ualere, & corpus habere bene conſtitutum, conficiens eſt bonæ ualetudinis: partim ut cibaria, quæ ſalubria ſunt, & conficientia ſanitatis: partim ut exercitatio corporis, quæ plerunque bonam efficit ualetudinem.

Bona confeſſa. His ita poſitis, neceſſe eſt bonorum adeptiones eſſe bonas, atque etiam malorum depulſiones. huic enim ſimul malum non habere conſequẽs eſt, illi autem poſtea bonum habere. item etiam pro minore bono maioris adeptio; & pro maiore malo minoris bona eſt. nam id totum, quo maius minori præſtat, fit illius quidem adeptio, huius autem depulſio.

Virtutes. Virtutes etiam bonas eſſe neceſſe eſt. nam qui eas poſsident, bene affecti ſunt, & ipſæ multa ac magna bona conficiunt, atq; earum laus in actione conſiſtit. ſed de ſingulis uirtutibus, quæ qualeſq; ſint, alio in A loco dicendum erit.

Voluptas. Voluptas præterea bona eſt: omnes enim animantes naturę inſtinctu eam expetunt. quare & quæ iucunda ſunt, & quæ pulchra, bona eſſe neceſſe eſt. *Iucunda.* *Pulchra.* iucunda enim ſunt efficientia uoluptatis: rerum autem pulchrarum aliquæ iucundæ ſunt, aliquæ ipſę per ſeſe ſunt expetendæ.

Felicitas. Vt autẽ ſigillatim aliqua dicamus, hæc eſſe bona neceſſe eſt: primò felicitatem, quia per ſe expetenda eſt, & ſe ipſa eſt cõtenta, & eius gratia multa alia expetimus: *Bona animi.* deinde iuſtitiam, fortitudinem, magnanimitatem, magnificentiam, atque alios huiuſmodi animi habitus (ſunt enim hæ uirtutes animi) *Bona corporis* tum bonam ualetudinẽ, pulchritudinem, cæteraque eius generis, quæ corporis uirtutes ſunt, & multarum rerum bonarum conficientes: ut bona ualetudo uoluptatis & uitæ. itaq; res optima uidetur eſſe bona ualetudo, quoniam duas res efficiat, quæ plurimi ab hominibus ęſtimantur: hoc eſt, uoluptatem, & uitam.

Bona externa, & fortunæ. Diuitiarum uſus fructuſq; bonus eſt: hæc enim eſt poſſeſsionis uirtus, & multorum commodorum conficiens. Amicus, & amicitia bona ſunt (nam amicus propter ſe eſt expetendus, & multorum bonorum efficiẽs) honor præterea, & gloria. ſunt enim res iucũdæ, multaq; commoda afferunt: & plerunq; accidit, ut in hominib. ea ſint, propter quæ honorantur. dicendi quoq; facultas, & agendi, quoniam ex eis multa bona proueniunt. Item ingenij acumen bonum eſt, & memoria, & docilitas, & animi celeres motus, cæteraq; eius generis omnia. nam eiuſmodi facultates bonorum conficientes eſſe ſolent. eodem modo ſcientiæ omnes, & artes: uiuere quoq; ipſum. nam etſi nihil aliud boni conſequatur, propter ſe tamen ipſum expetendum eſt. id etiam quod iuſtum, eſt bonum: nam ad communem utilitatẽ pertinet.

Bona cõtrouerſa. Hæc quidem ferè ſunt, quæ omnes bona eſſe cõfitentur. ſunt alia, de quibus controuerſia eſt, quæ illis argumentis bona eſſe probãtur: Cuius contrariũ eſt malũ, illud bonũ eſt: & id, cuius contrarium hoſtibus prodeſt: ut ſi noſtros ciues eſſe timidos maximè conducit hoſtibus, perſpicuum eſt, ciuibus maximè prodeſſe fortitudinem. & omnino, quod inimici cupiunt, & quo gaudent, eius contrarium utile nobis eſſe uidetur. ideo rectè dictum eſt ab Homero, Certè læti- *Iliad. 1.* cia Priamus afficeretur. neq; tamen hoc perpetuò uerum eſt: nam interdum fieri poteſt, ut eadem res aduerſarijs utilitatem adferat: unde prouerbio dicitur, homines ab infortunijs & malis conciliari, quoties idem utriſq; detrimentum affert. Id etiam bonum eſt, in quo nihil nimiũ eſſe poteſt: quod enim maius eſt quàm conueniat, id eſt malum. Et cuius cauſa multi labores ſuſcepti ſunt, aut multi ſumptus facti, bonum iam eſſe uidetur, & iam finis exiſtimatur, multarumq; moleſtiarum finis: quicquid autem finis rationem habet, id certè bonum eſt, unde huiuſmodi dicta uulgò iactantur, Certè Priamo glori- *Iliad. 2.* am: &, Turpe eſt manere diu: & prouerbium illud, In foribus hydriam. & quod multi expetunt, & pro quo digladiari inter ſe conſueuerunt. Quod enim omnes expetunt, id bonum eſſe ſuprà diximus. *Multi tãquam omnes.* multi uerò tanquam omnes

A uulgò oidentur:& qood eſt laudabile. nemo e-
nim id laudat,quod bonum non eſt, & quod eri
am inimici ac maleuoli homines laudsnt. nam
quod illi laudsnt,qui mala inde perpeſsi ſunt,pe
rinde eſt,ac ſi iam omnes bonum id eſſe fateren-
tur. queadmodũ enim illi ſunt improbi, quos a-
mici uitupersnt:ſic illi boni,quos neq; inimici ui
tuperant. ideo ſe contumelia affectos à Simoni-
de poëta Corinthij exiſtimarunt, quòd ita ceci-
niſſet,Corinthios non incuſat Ilium: & quòd ali
quis ex prudentibus & bonia uiris ac mulieri-
bus præcellere iudicauit.ut,Vlyſſem Palls, He-
lenam Theſeus,tres illæ deæ Paridem, Achillem
Homerus. & omnino quæcunque alijs conſultò
præponuntur:ſtatuunt enim homines ea facere,
quæ ſuprà dicta ſunt, & quæ mala ſint inimicis,
Poſſe fieri. amicis autem bona, & quæ fieri poſsint. hæc au-
tẽ duobus modis intelliguntur,uel quę quoquo
modo fieri poſſunt, uel quæ facilè nulloque ne-
Facilia. gocio. facilia uerò dicuntur ea,quæ uel ſine mo-
Diſſicilia. leſtia,uel breui tempore confici poſſunt: diffici-
le nanque uel moleſtia, uel temporis longitudi-
ne definitur. Bona quoque illa ſunt, quæ ita fi-
unt,ut homines uolunt. uolunt aũt uel nihil ha
bere mali, uel ſaltẽ minus mali quã boni: quod
tunc euenit,cum pœna uel nos latuerit, uel puſil
la fuerit. Et quæ propria ſunt, & quæ nullus ali-
us poſsidet,& quæ reliquis præſtant,bona ſuot
(in his enim honor ſpectatur) & quæ ipſis con-
gruentia ſunt: qualia ſunt, quæ uel propter ge-
nus & familiam, uel propter eius ipſius faculta-
tem alicui conueniuot: & quæ ſibi deeſſe putãt,
B etiam ſi parua fuerint. nam nihilominus ea ſibi a-
genda eſſe ſtatuunt, & quæ ſine labore ad exi-
tum perducuntur. nam ſunt ex eo genere, quæ
Sine labore. fieri poſſunt tanquam facilia. Dicuntur autem ea
ſine labore ad exitum perduci, quæ uel omnes,
uel multi uel pares, uel inferiores rectè perfece-
runt: & ea,in quibus gratificantur amicis,aut ini
micis dolorem inferunt: & quæcunque illi ſtu-
dent agere,quos admirantur: & ad quæ natura
ſunt aptiores, & in quibus exercitatiores:facili-
us enim ea,meliusque ſe perfecturos exiſtimãt,
& quæ nemo uir abiectus aggreditur:ſunt enim
ea maiori laude digna. & ea, quorum appeten-
tes ſuot:nam ea non ſolum iucunda, ſed etiam
alijs meliora eſſe uidentur. & ea precipuè,ad quę
natura proclines ſunt:ut uictoriæ ſtudioſi, ſi ui-
ctoriam ſperent:honoris auidi, ſi honor propo-
natur:auari,ſi pecuniæ, & cæteri eodem modo.
Ac de bono quidem atque utili ex ijs,quæ dicta
ſunt,argumenta ſumi poſſunt.

DE BONORVM ATQVE VTI- *lium comparatione.* *Cap.* VII.

SEd quoniam ſæpè accidit, ut duo proponan
tur,quæ ambo ſint utilia, ſed utrum utilius
ſit,dubitant: deinceps de maiori bono, ma-
gisque utili nobis dicendum eſt. id igitur quod
præſtat, eſt tantum, quantum id, quod ſupera-
tur,atq; amplius. ſuperatum autem in eo, quod
præſtat,incluſum eſt. & maius quidem, atque
plus ſemper ad aliquid,quod minus ſit,refertur:
magnum autem & paruum, & multum & pau-
cum cum multorum magnitudine,multitudine-
que conferuntur. & quidem quod præſtat, ma-
gnum eſt:quod autem ſuperatur, paruum. atq;
eadem ratio eſt de multo & pauco. Quoniam au *Boni definitiones repetit.*
tem id bonum eſſe dicimus, quod ipſum prop-
ter ſe,non propter aliud eſt expetẽdum,& quod
res omnes expetunt:uel quæ,ſi eis mens atq; in-
telligentia daretur,expeterent: & quod efficien-
di & conſeruandi uim habet, uel cui res eiuſmo-
di ſunt conſequentes: & quoniam id cuius gra- *Loci comparationis.*
tia eſt finis,& contrà finis eſt,cuius gratia fiunt a-
lia,idq; priuatim alicui bonum eſt, quod illi eſt
accommodatum: neceſſe eſt ut quæ plura ſunt I.
uno,& paucioribus,maiora ſint bona, modò in
eis unum illud, atq; illa pauciora connumeren-
tur. hoc enim modo præſtant, & quod in eis in-
cluſum eſt,ſuperatur: & ſi quod maximum eſt in II.
aliquo genere, maximo alterius generis præſta-
bit,etiam genus generi. & contrà, ſi genus ge-
neri præſtabit, etiam quod eſt maximum ma-
ximo: ut ſi maximus uir maxima muliere ma-
ior erit, etiam ſimpliciter uiri mulieribus ma-
iores erunt: & ſi mulieribus uiri maiores ſint,
etiam maximus uir maxima muliere maior e-
rit. eandem enim habent rationem exuperan-
tiæ generum,& eorum,quæ ſunt in ipſis generi-
bus maxima: & quando huic illud fuerit conſe- III.
quens,hoc autem illi non fuerit, certè hoc ma-
ius erit. Tribus autem modis aliquid cõſequi di- *Tribus modis conſequi aliquid.*
citur: aut uno & eodem tempore, aut deinceps,
aut ui ac poteſtate. nam uſus eius quod cõſequi-
tur,in altero conſiſtit. uno uerò & eodem tem-
pore uita bonam ualetudinem conſequitur, ſed
non contrà. neq; enim bona ualetudo conſequi
tur uitam: deinceps autem,ut diſciplinam conſe
quitur ſcientia,ui ac poteſtate:ut ſacrilegium fa-
cere plus eſt quàm furari. nam qui ſacrilegium fa
cit,etiam furabitur. Illa quoq; maiora ſunt, quæ IIII.
rem magnam magis exuperant:neceſſe eſt enim,
ut etiam illam maiorem exuperent. & quæ ma- V.
ioris boni conficientia ſunt, ea maiora ſunt bo-
na: hoc enim maioris boni natura poſtulat, ut
maius bonum conficiat. & cõtrà, maius illud bo VI.
num eſt,cuius conficiens eſt maius:ut ſi quod eſt
ſalubre,magis eſt expetendum, quàm quod eſt
iocundum, certè bona ualetudo uoluptate ma-
ior erit: & quod propter ſe expetẽdum, eo quod VII.
propter aliud,ut uires corporis rebus ſalubribus
præſtant:hæ nanq; propter aliud, illæ uerò pro-
pter ſe expetuntur. Quod eſt boni proprium, & VIII.
quod rationẽ finis habet,eo maius eſt,quod non
habet. nam hoc alterius gratia eſt, illud autẽ ſui-
ipſius:ut exercitatio fit bonę ualetudinis gratia.
Et quod minus eget alio uel alijs,maius eſt:quia IX.
magis quàm alia ſeipſo eſt contentum. illud au *Indigere minus quid.*
tem minus indigere dicitur, quod uel paucio-
ribus,uel facilioribus indiget. Et quando res ali- X.
qua ſine altera non eſt,aut non eſſe poteſt: altera
uerò ſine hac,certè illa maior eſt. id enim magis
quàm alia ſe ipſo contentum eſt, quod non indi
get:itaq; maius bonum uidetur. & ſi hoc alicu- XI.
ius rei principium fuerit,illud autem non fuerit:
& ſi hoc cauſa fuerit,illud autem non,eadem fe- XII.
rè ratione: quoniã ſine cauſa, & ſine principio fie

ri non

ri non poteſt, ut aliquid ſit, aut fiat. Et cum duo
principia ſunt, quod à maiore principio profici-
XIIII. ſcitur, maius eſt: & cum duæ ſunt cauſæ, quod à
XV. maiori cauſa naſcitur, maius eſt: & contrà propo
XVI. ſitis duobus principijs, quod rei maioris princi-
piũ eſt, illud eſt maius: & propoſitis duabus cau-
ſis, quæ maioris rei cauſa eſt, illa eſt maior. Ex ijs
quæ dicta ſunt, perſpicuũ eſt, utroq; modo poſſe
aliquid maius uideri. nam ſi hoc principium eſt,
illud autem non eſt, uidebitur eſſe maius: & con
trà, ſi non principium hoc eſt, illud uerò eſt prin
cipium. quod enim ultimũ finisq; eſt, maius eſt,
non quod principium: quemadmodum Leoda-
mas, cum Calliſtratum accuſaret, dixit, eum qui
conſilium dederat, magis in culpa eſſe, quàm qui
ſcelus commiſerat. neq; enim ſcelus illud com-
miſſum fuiſſet, niſi eius auctor & conſiliarius ex
titiſſet. at uerò cum accuſaret Chabriam, dixit, eũ
magis peccaſſe, qui fecerat, quàm qui conſulue-
rat. neq; enim flagitium extitiſſet, niſi eſſet inuen
tus, qui faceret. huius enim gratia deliberant, ut
XVII. quod ſtatutum fuerit, efficiat. Et quod rarius eſt,
affluenti eſt præſtantius, ut aurum ferro: quod
quamuis minus ſit utile, tamẽ eius poſſeſsio ma
ioris æſtimatur, quia difficilior eſt. quod in ali-
XVIII. quibus rebus contrà ſe habet: ſiquidem quod
uulgare eſt, ei quod eſt rarum, anteponitur, quo-
niam frequentior eſt uſus. id enim, quo ſæpius
Pindar. utimur, præſtat ei, quo rarius: unde dicitur, Opti
XIX. ma quidem aqua. Et omnino quod difficilius
eſt, procliuiore maius, eo quòd etiam rarius eſt.
XX. & contrà, nonnunquam quod procliuius eſt, dif
ficiliori præſtat: ſic enim ſe habet, ut uolumus.
XXI. Præterea id maius eſt, cuius contrarium eſt ma-
XXII. ius, & cuius priuatio maior: & uirtus non uirtu-
XXIII. te, & uitioſitas non uitioſitate maior eſt. nam il-
XXIIII. læ fines ſunt, hæc autem non ſunt fines. Et quo-
XXV. rũ opera pulchriora aut turpiora ſunt, ipſa ſunt
XXVI. maiora: & quorum uirtutes aut uitia maiora, eti-
am opera maiora ſunt. quoniam ut ſe habẽt cau-
ſæ & principia, ita etiam euenta: atq; ut euenta
XXVII. ſe habent, ita etiam cauſæ & principia: & quorũ
exuperantia magis expetenda, aut melior eſt, ut
acutè uidere magis expetendum eſt, quàm olfa-
XXVIII. cere, ergo etiam uiſus olfactu præſtantior: & ſo-
ciorum ſtudioſum eſſe magis decet, quàm pecu-
niarum: quare ſtudium ſociorum comparando-
XIX. rum, quàm pecuniarum laudabilius eſt. & con-
XXX. uerſo ordine, rerum meliorum exuperantiæ me
XXXI. liores ſunt, & honeſtiorum honeſtiores. Et quo
rum cupiditates honeſtiores & meliores ſunt, ea
quoque meliora ſunt, & honeſtiora: maiores e-
nim rerum maiorum ſunt appetitiones, atque i-
deo honeſtiorum & meliorum ſunt etiam me-
XXXII. liores & honeſtiores cupiditates. Et quarum re-
rum ſcientiæ pulchriores & exquiſitiores ſunt,
ipſæ quoque res ſunt pulchriores & exquiſitio-
res: quemadmodum enim ſcientia ſe habet, ita
etiam uerum, & unaquæque ſcientia, quod ipſi-
us eſt proprium præcipit ac tradit. atque hac de
cauſa rerum exquiſitiorum & pulchriorum etiã
XXXIII. ſcientiæ ſunt eadem ratione tales. Et quod pru-
dentes homines uel cuncti uel multi, uel plures,
uel præſtantiſsimi maius bonum eſſe iudicarẽt,

A aut antea iudicarunt, id eſſe tale neceſſe eſt, ſiue
ſimpliciter in omnibus rebus, ſiue in ea re, cuius
periti ſunt, iudicauere. eſt autẽ hoc etiam in alijs
omnibus commune, ut prudentes intelligant, &
quid, & quantum & quale, prout unaquæq; ars
& ſcientia tradit. At nos hoc loco de bonis uer-
ba facimus: nam antea bonum id eſſe ſtatuimus,
quod res omnes, ſi prudentiam haberent, ſibi eli
gerent. ex quo perſpicuum eſt, maius id eſſe bo-
num, quod prudentia magis expetit: & id, quod
melioribus adeſt, ſiue ſimpliciter, ſiue ex ea par-
te, qua meliora ſunt, ut fortitudo robori præſtat:
& quod uir melior eligeret uel abſolutè, uel qua XXXIIII.
tenus melior eſt, ut iniuriã accipere potius, quã
inferre. Id etiam quod iucũdius eſt, magis eſt ex- XXXV.
petendum, quàm minus iucundum. nam omnia
uoluptatem ſequuntur, & eius ipſius cauſa iucũ
dè uiuere cupiunt: quibus rebus boni, finisq; na-
tura iam à nobis ſuprà definita eſt. iucundius autẽ *Iucũdius quid.*
illud eſt, quod & minus habet moleſtiæ, & diu-
tius perdurat, & quod pulchrius eſt minus pul- XXXVI.
chro: nam pulchrum aut eſt iucundum, aut pro-
pter ſe expetẽdum. Ea quoq; maiora bona ſunt, XXXVII.
quorum ſibi homines, aut amicis auctores eſſe
malunt: quorum autem minimè uolũt auctores
eſſe, ea maiora ſunt mala: & diuturniora bona XXXVIII.
breuioribus, & ſtabiliora incertioribus. nam diu XXXIX.
turniorum uſus tempore præſtat, ſtabiliorum au
tem uolũtate: quoniam quod ſtabile ac firmum
eſt, uoluntatibus noſtris præſtò ſemper adeſt: & XL.
eo pacto, quo à coniugatis, & caſibus ſimilibus
alia conſequuntur: ut ſi fortiter ſe gerere pulchri
B us, & magis expetendum eſt, quàm temperãter,
etiam fortitudo magis erit expetenda, quàm tẽ-
perantia: & fortem eſſe magis, quàm eſſe tempe
rantem. Et quod omnes expetũt, maius eſt quã XLI.
quod non omnes: & quod plures, quã quod pau XLII.
ciores. bonũ enim id eſſe diximus, quod omnes
expetũt: itaq; maius id bonum eſt, quod magis
expetitur: & quod aut aduerſarij, aut hoſtes, aut XLIII.
diſceptatores, aut qui uerè iudicare poſſe cenſen
tur. illud enim perinde eſt, ac ſi omnes tale eſſe fa
terentur: hoc autẽ, ac ſi qui in ſua poteſtate rẽ ha-
bent, & eius ualde ſunt intelligentes. Atq; inter- XLIIII.
dum illud maius habetur, cuius omnes partici-
pes ſunt. labes enim atq; ignominia eſt, nõ illud
participare: interdũ illud, cuius nemo, aut pauci
ſunt participes: id enim eſt rarius. & quę laudabi XLV.
liora: nam eadem ſunt honeſtiora. & ea, quibus XLVI.
maiores honores tribuuntur: honor enim tan- XLVII.
quam æſtimatio quædã eſt. & quibus pœnæ ma XLVIII.
iores conſtitutę ſunt: & quę maiora ſunt eis, quę XLIX.
omnes magna eſſe confitentur, aut quæ magno-
rum ſpeciem præ ſe ferunt. Et quę in partes diſſe L.
cantur, maiora uidentur: nam in eis apparet plu-
rium rerum quędam exuperantia. unde etiã Poë
ta ſcribit, Meleagrum ab uxore ad bellum hac ra *Iliad. 9.*
tione fuiſſe concitatum:

Quot mala concurrunt, quoties crudeliter urbem
Diripiunt hoſtes, pereunt iuueneſq; ſeneſq;.
Ilicet ignis edax euertit tecta domorum,
Abducunt alij natos.

Præterea componendo, & quaſi ſuperſtruen- LI.
do fit, ut maius aliquid uideatur, quemadmodũ
Epichar-

Epichatmus facere conſueuit. nam partim eadẽ A
ferè ratione,qua diuiſio, etiam compoſitio,ma-
gnam oſtendit exuperantiam:partim,quia prin-
cipium & cauſa rerum magnarum eſſe uidetur.
LII. Quoniam autem id,quod difficilius eſt, & rari-
us, habetur maius: accidit ut etiam occaſiones,
ætates,loci,tempora,facultates res magnas effi-
ciant.ſiquid enim ſupra uires, & ſupra ætatem,
& ſupra æquales,& ſi opportunè,ſi loco, ſi tem-
pore geſtum fuerit,magnitudinem habebit &in
rebus honeſtis,&in bonis,& in iuſtis,atq; etiam
in contrarijs : quo ſenſu factum eſt epigramma
in uictorem illum Olympiorum,

His humeris antè,impoſita mihi corbe,redibam
Ex Argo,preſſus piſcibus,in Tegeam.

& Iphicrates ſe ipſum laudans, ita dicebat, Ex
LIII. quibus initijs ad hæc perueni? Atque id,quod in
natum &inſitum eſt,aſſumpto & aduentitio ma
ius, quoniam etiam difficilius eſt : unde Poëta
inquit,
Odyſſ.22. *Ipſe meo didici Marte.*
LIIII. & rei magnæ maxima pars:ut Pericles, cum fu-
nebrem orationem haberet,dixit, iuuentutem è
ciuitate bello ſublatam, non aliter ac ſi uer ex an
LV. no tolleretur : & quæ in grauiori tempore ſunt
LVI. utilia, ut in ſenectute, & in morbo. Et duobus
propoſitis, id quod fini propinquius eſt, etiam
LVII. maius. & quod priuatim alicui prodeſt, maius
LVIII. eſt ipſi,quàm quod omnibus abſolutè: & quod
fieri poteſt, melius quàm quod non poteſt.illud
enim in ipſo eſt, qui deliberat:hoc autem non.
LIX. & quæ in ipſo fine uitæ manent:nam magis finis
rationem habent,quæ ſunt ipſi fini accommoda
LX. ta atque uicina.Et quæ rei ueritatem ſpectantes B
Ad opinionem ſpectare quæ dicantur. ſumimus,anteponenda ſunt ijs,quæ ad opinio-
nem.Eorũ aũt, quæ ad opinionem ſpectant,hæc
definitio eſt,ut ea ſint, quæ nemo aggrederetur,
ſi illa clam hominibus fore exiſtimaret. hinc eſt,
quòd quibuſdam accipere beneficium,quàm fa-
cere,præſtantius uideri poſſet:illud enim,etiam
ſi lateat, expetitur. conferre autem beneficium
in alterum, ſi lateat,non ſanè uidetur quiſquam
LXI. expetere. Et quicquid magis optant homines
eſſe, quàm uideri, maius eſt. nam ad ueritatem
magis accedit:ideo ſunt,qui dicant iuſticiam te-
nuem puſillamque rem eſſe, quoniam præſtat
iuſtum uideri, quàm eſſe,ſed bene ualere non i-
LXII. tem:& quod ad multas res eſt utilius, ut ad ui-
uendum, & ad bene uiuendum, & ad uolupta-
tem,& ad res honeſtas conficiendas : quamob-
rem diuitiæ, & bona ualetudo maxima eſſe bo-
na uidentur,quoniam omnes commoditates in
LXIII. ſe habent : & quod minus habet moleſtiæ, &
LXIIII. quod uoluptati coniunctum eſt.nam plura ſunt
uno.eſt enim illic & uoluptas, quod eſt bonum,
LXV. & indolentia. Et duobus propoſitis,id quod ei-
dem rei adiunctum, efficit ut totum maius ſit,
LXVI. magis eſt expetendum. Et quæ cum præſen-
tia ſunt, clàm eſſe non poſſunt, maiora ſunt,
quàm quæ latent, quoniam ad ueritatem ma-
gis accedunt.itaque locupletem eſſe, maius bo-
LXVII. num uideri poteſt,quàm exiſtimari : & quod a-
mabile,& charum eſt, his quidem ſolum, illis au
tem cum alijs bonis coniunctum. quare non æ-

A qualis pœna legibus eſt conſtituta, ſiquis altero captum oculo cæcauerit, & ſiquis duos oculos habenti, alterum effoderit : nam illi id ereptum eſt,quod maximè charum erat.Iam igitur, unde ſumenda ſint argumenta & in ſuadendo& in diſſuadendo,ferè dictum eſt.

DE RERVMPVBLICARVM NVmero,formis,finibus & moribus.

Cap. VIII.

MAximum autem, & potentiſsimum omnium ad perſuadendi facultatem, & bene conſulendum id eſt,ſiquis reſpublicas omnes cognitas habeat, & uniuſcuiuſque mores,inſtituta atque utilitates intelligat : omnes enim utilitate mouentur. Illud autem utile eſt, quod ciuitatis ſtatum conſeruat.præterea decretum id firmum eſt, quod ab illo ordine factum fuerit, in cuius poteſtate omnia conſtituta ſunt. ſummæ uerò poteſtates ſecundum rerumpubl. ſtatus diſtributæ ſunt: quot enim rerumpublic. genera ſunt, totidem etiam ſunt ſummæ poteſtates. Sunt autem rerũpublic. genera quatuor: democratia,oligarchia,ariſtocratia, monarchia. itaque ſumma poteſtas, quæ de rebus iudicet, aut eſt eorum generum aliqua pars, aut totum.
Ac democratia quidem,eſt reipub. ſtatus,in quo *Democratia.*
ſortitione tantum magiſtratus diſtribuuntur.
Oligarchia uerò eſt,in qua ex cenſu magiſtratus *Oligarchia.*
eliguntur. Ariſtocratia dicitur illa, in qua magi- *Ariſtocratia.*
ſtratus diſtribuuntur ijs, qui diſciplinam perceperunt.diſciplinam autem eam intelligo, quæ à lege conſtituta ſit. Nam qui permanent in inſtitutis ciuitatis,in ariſtocratia magiſtratus gerunt:
B neceſſe eſt enim huiuſmodi uiros optimos uide
ri,unde etiam ariſtocratia nomen habet.Monar- *Monarchia.*
chia eſt,ut nomen indicat,in qua unus omnium dominus eſt:quæ ſi definita eſt, & ordinem quẽdam ſeruat,regnum uocatur: ſi uerò inordinata,
atque ex unius libidine,tyrannis appellatur. O- *Fines.*
portet igitur finem uniuſcuiuſque reipub.cognitum habere:nam ea ſingulæ quærunt, quę ad finem ſuum tendunt.eſt autem democratiæ finis, libertas:oligarchiæ,diuitiæ:ariſtocratiæ, quę ad diſciplinam legesque ciuitatis pertinent: tyrannidis,cuſtodia. Perſpicuum eſt igitur, oportere diſtincta & cognita habere omnia,quæ ad finem ſpectant,ut mores, ut inſtituta, res utiles.nam omnes,quæcunque eligunt, ad finem ſuum referunt.
Et quoniam fides non tantum argumentis *Fides fit argumẽtis & oratione.*
fit,ſed etiam oratione,quæ dicentis mores exprimit(credimus enim ei,qui ita affectus eſſe uidetur, ut aut uir bonus appareat, aut beneuolus,
aut utrunq;)opus eſt uniuſcuiuſque reipublicę *Mores.*
mores bene cognitos habere : mores enim cuiuſque ciuitatis,oratione expreſsi, neceſſe eſt ut ad perſuadendum uim habeant maximam : qui quidem ex eis,quæ antè dicta ſunt, facilè cognoſci poterunt.nam ex eo, quod ſibi quæque ciuitas propoſuit,apertè mores cognoſcuntur: proponunt autem ea ſibi,quæ ad finem referuntur. Sed iã quæ ſibi proponere debeant illi, qui ſuadent aliqua,tanquã futura & inſtantia, & unde poſsint argumenta de eo,quod utile eſt.ſumere, & præterea de morib.& inſtitutis, quib.ſinguli

ciuita-

ciuitatum ſtatus reguntur, quibus rationibus, & quomodo poſsimus dicendi copiam habere, quantum decuit in hac arte quærere, diximus. nam in libris de Republica de his accuratius pertractatum eſt.

DE GENERE DEMONSTRAtiuo, *in quo etiam de uirtute & uitib, de honeſto & turpi.* Cap. IX.

DEinceps autem de uirtute & uitio, de honeſtate & turpitudine dicamus: laudãti enim & uituperãti ſunt hi propoſiti fines. ſimul etiam illud commodum conſequetur, ut dũ hęc agimus, etiam illa declaremus, unde mores noſtros oſtendamus, quod erat ſecũdum probationis genus: ex iiſdẽ enim locis & nos ipſos, & alium quemlibet ita ornabimus, ut tanquam probis uiris, & uirtute præditis fides habeatur. Et quoniam ſæpè fit, ut uel animi gratia, uel ſeriò, ſtudioſeque laudemus non tantum hominem, aut Deum, ſed etiam ea, quæ anima carent, & quodcunque animal nobis uiſum fuerit: eodem modo, quo in ſupariori genere fecimus, etiam de his rebus uidendum, unde propoſitiones ſumendæ ſint. quare non exquiſitè, ſed exempli tãtum gratia de his etiam dicamus.

Pulchrum pro honeſto & ipſo pulchro.

Pulchrum igitur id eſt, quod cum propter ſe ſit expetendum, eſt etiam laudabile: uel quod cum bonum ſit, eſt etiam iucundum, quatenus bonum. Quòd ſi pulchrum eſt huiuſmodi, neceſſe eſt uirtutem eſſe pulchram: quoniam cum ſit bona, eſt etiam laudabilis. uirtus autem eſt, ut ferè uidetur, facultas comparandi, quæ bona ſunt, & eadem conſeruandi, & facultas multa & magna in alios merita conferendi, & quæ poteſt omnes omnibus in rebus adiuuare. Partes autem uirtutis ſunt iuſticia, fortitudo, temperantia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, manſuetudo, prudentia, ſapientia. Neceſſe eſt autem, omnium uirtutum eas eſſe maximas, quæ ſunt aliis utiliſsimæ, ſiquidem uirtus eſt facultas beneficia conferendi. atque hac de cauſa iuſti & fortes uiri maximè honorantur. hi enim in bello, illi uerò etiam in pace multis utiles ſunt. deinde liberales ideo ſunt in honore, quòd fortunas ſuas erogant, neque de pecuniis digladiantur, quarum reliqui mortales magnopere cupidi ſunt.

Virtus quid, eiusq; partes, & contraria.

Iuſtitia. Eſt autem iuſtitia uirtus, per quam ſinguli res ſuas habent, & eo modo, quo lex pręcipit: iniuſtitia uerò, per quam aliena contra legem poſsidentur.

Fortitudo. Fortitudo eſt uirtus, per quam homines res honeſtas in periculis aggrediuntur, easque gerunt, ut lex præcipit, & ſe legum miniſtros præbent: timiditas uerò, uitium eſt contrarium.

Temperantia. Temperantia uirtus eſt, cuius opera homines ita corporis uoluptates moderantur, ut lex iubet. Intemperantia uitium eſt contrarium.

Liberalitas. Liberalitas eſt, quæ pecuniis ſuppeditandis pluribus benefacit, cui contraria eſt illiberalitas.

Magnanimitas Magnanimitas eſt uirtus, quæ maxima in alios beneficia confert. huic contraria eſt animi paruitas.

Magnificẽtia. Magnificentia uirtus eſt, quæ in ſumptibus faciendis amplitudinem ſequitur. huic etiam animi paruitas & tenuitas eſt cõtraria.

Prudentia. Prudentia eſt uirtus rationis, per quam

A de bonis rebus & malis, quæ ad beatam uitam pertinẽt, homines bene conſulere poſſunt. Ac de uirtute quidem, & uitio, deque partibus eorum, quantum ad hanc præceptionem attinet, ſatis in præſentia dictum eſt. nam cætera dignoſcere, non eſt difficile: planum eſt enim, eas res, quæ uirtutis efficientes ſunt, neceſſariò honeſtas eſſe, quoniam ad uirtutem referuntur, & quæ à uirtute proficiſcuntur, quales ſunt uirtutis ſignificationes & actiones.

De locis laudis & uituperationis, & honeſtis & turpibus.

Quoniam autem ſigna, & huiuſmodi res, quæ ſunt alicuius boni opera, aut affectiones, honeſtæ ſunt, neceſſe eſt, ut quęcunque fortitudinis opera aut ſigna ſunt, uel fortiter geſta, ſint etiam honeſta. Et quæ iuſta ſunt opera, quæque iuſtè fiunt, non tamen quæ iuſtè patimur, ſunt honeſta. nam in hac ſola uirtute non ſemper quod iuſtè fit, eſt honeſtum. in luenda enim pœna, quæ legibus impoſita eſt, turpius eſt iuſtè, quàm iniuſtè plecti: ſed in aliis uirtutibus uno atque eodem modo ſeſe res habet. Et ea, quibus præmium propoſitum eſt honor, honeſta ſunt: & quæ magis honore, quàm pecunia compenſantur: & quæ cum ſint expetenda, potius aliena cauſa, quàm ſua fiunt: & quæ ſunt abſolutè bona, & quæ neglecta propria ſalute, pro patria geruntur ab aliquo: & quæ bona dantur à natura: & quæ non illi ipſi, qui habet, fructum afferunt. Nam quæ afferunt, eius ipſius gratia ſunt: & quæcunque mortuo ſæpius, quàm uiuo contingere ſolent. nam quæ uiuo fiunt, ipſius gratia facta uideri poſſunt: & quæcunque opera fiunt aliorum cauſa: minus enim ipſius gratia. & quæ B in alienis negociis curandis bene conficiuntur, non autem in ſuis: & quæ propter eos fiunt, à quibus beneficium acceptum fuerit. hoc enim iuſtum eſt. & benefacta in alios, quoniam ad proprium fructum non referuntur: & eorum contraria, propter quæ ſolent homines erubeſcere. nam propter turpia, cum aut ea dicunt aut faciunt, uel cum dicturi facturique ſunt, erubeſcunt, quemadmodum Alcæo poëtæ reſpondit Sappho. cum enim ille dixiſſet, Cupio tecum quædam loqui, ſed me deterret pudor: illa ſic inquit, Si te bonarum, aut honeſtarum rerum deſiderium teneret, neque lingua tua flagitium aliquod proferre tentaret, non ſanè pudor oculos tuos occupaſſet, ſed de re iuſta liberè uerba feciſſes. Et ea, de quibus homines anguntur, cum tamen non metuant, ſunt honeſta: de iis enim anguntur, & ſoliciti ſunt homines, quæ rectà ad gloriam tendunt. Honeſtiores etiam eorum uirtutes & opera ſunt, qui natura ſunt meliores, ut uiri, quàm mulieris: & uirtutes illæ, quibus alii magis frui poſsint, quàm illi, in quibus ſunt, qua de cauſa iuſtum, & iuſtitia honeſta eſt. Quin etiam hoſtes potius ulciſci, quàm cum illis in gratiam redire, honeſtum eſt: nam par pari referre, iuſtum eſt: quod autem iuſtum, eſt etiam honeſtum. præterea uiri fortis eſt, non pati ſe inferiorem eſſe. Victoria quoque, & honor in rebus honeſtis ſunt: expetuntur enim, etiamſi nullum fructum ferant, & quandam uirtutis exuperantiam oſtendunt.

Et quæ memoriam alicuius ornant, honeſta ſunt;

ſunt:& quanto magis ornant, tanto ſunt hone-
ſtiora.Et quæ mortuum etiam conſequuntur,&
quibus hooor comitatur, & quæ eximia ſunt,
quæq; ſolus aliquis poſsidet, honeſtiora putan-
tur:magis enim res buiuſmodi celebrãtur,& prę
dia minimè fructuoſa : magis enim liberalia
ſunt.Et quæ propria ſingulorum ſunt, babentur
hon eſta:& quæ ſunt indicia rerum apud ſingu-
las gentes laudatsrum,ut apud Lacedæmonios
alere comam honeſtum eſt. eſt enim ingenuita-
tis ſignum:neque enim facile eſt ei, qui comam
alit,aliquod ſeruile opus exequi. Honeſtum eſt
etiam nullam artem exercere mercenariam:nam
liberi hominis proprium eſt, non ad alterius ar-

Vitijs & uirtutib. affinia, ad laudem & uituperationem.

bitriũ uiuere. Aſſumends præterea ſunt ea, quę
uicioa ſuot & proxima rebus ipſis , uel ad lau-
dem,uel ad uitupetarionem :ut ſi cautum & ſibi
fidentem hominem,timidum & inſidioſum uo-
cemus:ſi fatuum,bonum:ſi lentum, mãſuetum.
& in quaque re ſemper ex conſequenribus id,
quod optimum uidetur , capiamus:ut ſi irscun-
dum & truculẽtum, ingenij ſimplicis hominem
dicamus:& ſi contumacem, magnificum & gra-
uem:& qui in eo,quod eſt nimium,peccant, ſi i-
ta probemus, quaſi in mediocritate uirtutibuſ-
que conſiſtant:ut ſi temerarium fortem , prodi-
gum liberalem appellemus . ſic enim imperitæ
multitudini eſſe uidebitur. Quinetiam ſubeſt ra
tio,cur in errorem plerique ducantur . nam qui
pericula non neceſſaria ſubit,multo magis uide-
tur id facturus,cum aliqus res honeſta poſtula-
bit:&qui pecuniss temerè profundit,is etiam a-
micis facilè ſubueniet.nam ab exuperãntia qua-
dam uirtutis prouenit,omnibus benefacere.Sed
uidendum eſt,apud quos quempiam laudes. nã
ut aiebat Socrates,non difficile eſt, Athenienſes
Athenis laudare.oportet autem id , quod apud
ſingulos in precio eſt,tale ſua ui eſſe dicere,ut a-
pud Scythas,uel Lacones,uel philoſophos:&o-
mnino,quod in precio eſt , ad honeſtum referri
deber,quonism propioquũ eſſe uidetur. & quæ
cunque illi conueniunr, qui laudatur, dicenda
ſunt:ut ſi res dignas maioribus ſuis geſsit, & ſi
hoc alijs rebus ab eo præclarè geſtis, reſpondet.
eſt enim beatum & honeſtum,honori parro ho-
norem adiungere:aut ſi præter id, quod conue-
niebat,aliquid in meliorem,honeſtioremq; par-
tem effecit:ut ſi cui res ſecundæ ſunt, is modera
tus ſit:&ſi cui fortuns eſt aduerſa,is magno ſit a-
nimo:aut opibus & dignitate auctus, melior &
placsbilior euaſerit. tale fuit illud Iphicratis di-
ctum,E quibus initijs,ad quas res.& uictoris O-
lympiorum:

His humeris antè impoſita mihi corbe.

atq; illud Simonidis,

Hæc habuit patrem,atq; uirum,fratresq; tyrannor.

Laus in actionibus conſiſtit.

Quoniam autem laus in actionibus conſiſtit,
& boni uiri proprium eſt,in rebus gerendis dele
ctum adhibere:danda eſt opera , ut oſteodamus
eum,quem laudamus, delectu adhibito res ſuas
geſsiſſe:sd quod probandum urile erit oſtende
re,ſæpius illum rectè feciſſe.Itaq; illa etiam,quæ
caſu fortuitoque contingunt, tanqusm conſilio
& ratione facta ſint,laudare debemus.nã ſi mul-
ta & ſimilia prolata fuerint,ea uirtutis & conſilij

A ſignom eſſe uidebũtur:laus enim eſt orstio,quæ

Laus quid.

uirtutis magnitudinem explicat. Quare res ge-
ſtas eius, quem laudsmus , ita tractsre oportet,
quaſi à uirtute profectæ ſint:lsudatio enim tota
sb actionibus pendet. Quæ uerò extrinſecus aſ-
ſumuntur,ad fidem faciendam ualent,ut nobili-
tas atque educatio.credibile eſt enim,è bonis pa
renrib.bonos naſci filios:&eũ,qui bene fuerit e-
ducatus,bonum futurum. qusre laudamus eos,
qui iam præclarè aliquid geſſerũt:actiones enim
& opera,ſigna ſunt habitus animi.& certè illum
etiam lsudaremus , qui nihil adhuc laude dignũ
geſsit,ſi certũ haberemus , eum talem futurum.
At uerò beari & felicis appellatio eadem eſt,dif-
fert tamen à laude atque encomio . nsm quem-
admodum felicitas uirtutem contioet,ita felicia
appellatio laudem & encomium complectitur.

Laudis & deliberationis communitas.

Habent autem quandam communem ſpeciem
demonſtratiuum genus,& deliberariuum . nam
quæ utiliter in ſuadendo conſilia dantur,ea com
mutato dicendi genere in laudationes tranſeũt.
Cum igitur ea ſint explicata,quę uirum probum
agere oportet,ſi uoluerimus eadẽ sd præceptio-
nes,ſusſiones que traducere,diceodi tantum ge-
nus mutare & cooue rtere opus erit:ut ſi quis ita
dicat,Non oportet quenquam efferri animo pro
pter ea,quę dsntur à fortuna:ſed propter ea,quę
in ipſo poſita ſunt. hoc præceptum erit , ſed illo
modo laus:Animo ſeſe efferebat non ob ea,quæ
data ſibi fuerant à fortuna, ſed quæ in ſe ipſo po
ſita habebat. quare cum aliquem laudare uolue-
ris,conſidera,quæ illi præcepta dares :cum sutẽ
B præcipere uolueris,uide quid eſſet in eo laudan-
dum.dicendi uerò genus neceſſsriò courrarium
eſt,cum id , quod immutatur, ex prohibente in
non probibens tranſierit. Vtendũ eſt etiam mul

Loci ad amplificandum in genere demõſtratiuo.

tis argumentis, quæ amplificandi uim habeant:
ut ſi ſolus,aut primus,sut cum paucis ſocijs feciſ
ſe dicatur,aut ipſius potiſsimùm in eo uirtus eni
tuit.hæc enim omnia ſunt boneſta. A temporib.
etiam,& occaſionibus amplificare licet: ut ſiqua
præter expectationem facta fuerint, & ſi ſæpius
eadem in re ſe rectè feliciterq; geſſerit:hoc enim
magnum uidetur,&non à fortuna,ſed ab eius cõ
ſilio fsctum.& ſi ea quæ bomines excitant,&ho
norem adferunt,ab eo quem laudamus,inuenta
fuerint,& præparata: &in quem prima fuit edi-
ta lsudatio,ut in Hippolochũ, ſicuti Hsrmodio
& Ariſtogitoni primis in foro ſtatuæ collocatæ
ſunt . eodem modo res ſeſe babet in contrarijs.
Quòd ſi non poteris eum per ſe copioſe laudare,
ex aliorum comparatioue laudes eius amplifica
bis:quod Iſocrstes faciebat ex conſuetudine do
cendi,quæ ad iudiciale genus pertinerent.ſed cũ
eis comparare opus eſt,qui cum laude uixerunt:
ſic enim eius digoitatem amplificare poteris , ſi
docueris,eum præſtantibus uiris anteponendũ.

Amplificatio propria exornationis.

Cadit autem in exornationes potiſsimùm am-
plificatio:oam in exuperãtia eſt,quæ ipſa rerum
honeſtarum una habetur. quare ſi cum præſtan-
tibus uiris non poſueris , cum alijs quibuslibet
conferas:omnis enim exuperãtia uirtutem quã-
dam uidetur indicare . omnioo uerò ex uniuer-
ſis dicendi formis , quæ tribus generibus com-
munes ſunt, amplificatio demonſtratiuo generi
maximè

maximè eſt accommodata.nam qui laudant,res manifeſtas & certas ſumunt:itaq; reſtat eis tantum magnitudinem & pulchritudinem adiungere. Exempla uerò delibetatiuo generi mæx imè conueniunt.nam ex præteritis futura conijcientes,quid ſit agendum,ſtatuimus. Argumentationes in iudiciali genere ſunt maximè neceſſariæ: quod enim factum eſſe dicitur, propterea quòd eſt incertum, cauſam & probationem requirit.Hæc ferè ſunt,ex quibus laudationes omnes,& uituperationea ducuntur,& quæ reſpicere eos oportet,qui laudant & uituperant:& unde encomia opprobriaq; conflantur.his enim cognitis,quæ contraria ſunt, facilè cognoſcuntur: nam ex contrarijs uituperatio conſtat.

Exempla deliberatiui.
Enthymemata iudicialis generis ſunt.

DE GENERE IVDICIALI. *Caput* X.

RELiquum eſt igitur,nt de accuſatione, & defenſione uerba faciamus,& ex quot numero,qualibusq; rationes colligere oporteat. Tria uerò ſunt,quæ in hoc genere ſnmere oportet:primò, quænam ſint, & quot,quæ ut conſequantur,homines iniuriam faciunt:deinde,quo modo affecti,quempiam iniuſtè lędant:tũ quoa qualesq; offendant:quæ ſingula deinceps declarabimus,ſi prius quid ſit iniuriam facere, definiuerimus.Eſt igitur iniuriam facere, ſpontè contra leges alicui nocere. leges uerò ſunt uel propriæ,uel communes. propriam legem eã uoco, quæ ſcripta eſt,& qua utimur in repub.communem uerò,quæ licet ſcripta non ſit, tamen ab omnibus probari,confirmarique uidetur.Sua ſponte dicuntur facere,qui ſcientea facinnt,& à nemine coacti.non tamen quæcunq; ſpontè faciunt, etiam conſultò,& delectu adhibito facinnt: ſed quæcunque facinnt conſultò, & adhibito delectu,ea ſcientes omnis faciunt.neque enim quiſquam,quod ignorat,id eligit. Quæ uerò impellunt homines,ut contra leges aliquem offendere nelint,& iniuſta facere non dubitẽt, duo ſunt: nitioſitas,& incontinentia. nam qui uel uno uitio,nel pluribus tenentur,in eo ipſo, quo uitioſi ſunt,etiam iniurioſi eſſe ſolent, ut auarus & illiberalis in pecunia quærenda,intemperans in explendis corporis uoluptatibus, mollis autem & ignauus in ocio amplexando,timidus in periculis euitandis.nam eos,qui cum ipſo periclitãtur, propter timorẽ deſerit. ambitioſus propter honorem iniurius eſt,iracundus propter iram,contentioſus propter uictoriam,amarus aſperq; natura propter ultionem:inſipiens eo, quòd de æquo, & iniquo peruerſe iudicat: impudens eo, quòd famam & exiſtimationem ſuam negligit. atq; eodem modo ſinguli alij in rebus ijs ſunt iniurij,quas auidè cupiunt.Reliqua enim,quę multa ſunt,partim ex ijs perſpicua ſunt, quæ iam de uirtutibus diximus,partim aũt intelligentur ex ijs,quę de perturbationibus poſtea dicemus.Reſtat ut explicemus,cuius rei gratia ſoleant homines iniuriã inferre,& quomodo affecti, & quib. nocere ſtudeant.primũ igitur diſtinguamus,quę ram appetentes,& quæ fugientes,iniuria quépiam afficere moliamur. Perſpicuũ eſt enim accuſatorem oportere diligenter aduertere, quot eo- A rum,& quanta ſint in reo,quæ cupientes homines iniuriam inferant:defenſorem autem, quot & quanta non inſint.

Tria in iudicijs uidenda.
Iniuriam facere.
Quæ ad iniuriam faciendam homines impellant.

Omnes autem omnia facinnt partim non per ſe ipſos,partim uerò per ſe ipſos:& quæ non per ſe ipſos facinnt,partim fortuitò, partim neceſſariè faciũt:& eorum,quæ neceſſariè, partim ab externa ui,partim ab inſita natura facere coguntur. quare omnia,quę nõ per ſe ipſos homines agũt, partim à fortuna proficiſcuntur,partim à natura, partim ab externa ui.Quęcũq; uerò per ſe faciũt, & quorum ipſi auctores ſunt,ea uel propter conſuetudinem,uel propter appetitum faciũt: & appetitum quidem uel rationis compotem, uel expertem rationis.eſt autem uoluntas, appetitus boni cum ratione:nemo enim aliud uult, quàm id,quod bonum eſſe iudicarit.appetitus uerò rationis expertes duo ſunt:ira,& cupiditas.Quamobrem omnia,quæ faciunt homines, neceſſe eſt ut ſeptem cauſarum oriantur ab aliqua: hoc eſt, uel à fortuna,uel à ui,uel à natura, uel à conſuetudine,uel à ratione,uel ab ira,uel à cupiditate. Velle autem,quæ agunt homines,etiam ex qualibet ætate,aut habitu animi diſtinguere, ſuperuacaneum eſt.nam ſi contingit in iuuentute citò iraſci,aut cupiditaribus trahi,hæc non ætati ſunt attribuenda,ſed iræ & cupiditati.neq; propter diuitias,aut paupertatem quicquam agunt: ſed uſu uenit pauperibus,ſuadente egeſtate, ut pecunias cupiant:diuitibus autem,ob facultatem,ut cupiãt minimè neceſſarias uoluptates.ſed etiam hi,quæ agunt,nõ aut diuitijs, aut paupertate impellente,ſed hortante cupiditate faciunt.eodem B modo iuſti & iniuſti,& alij, qui ex habitu animi quippiam facere dicuntur,propter hæc eadẽ faciũt:uel enim rationem,uel mores ſequũtur. ſed in hoc differunt,quòd aliqui bonis morib.& affectionibus ad agendũ impelluntur,aliqui uerò cõtrarijs.Illud quidem certè contingit, ut diuerſos habitus animi diuerſæ actiones conſequãtur.cõfeſtim enim fortaſſe temperanti propter temperantiam contingit,ut eum opiniones & cupiditates bonæ comitentur:intemperanti uerò, contrarię de ijſdem rebus.Itaq; diuiſiones huiuſmodi prætermittẽdæ ſunt,atq; illud conſiderandũ, quæ quibus cõſequentia ſint.ſiue enim albus ſit ſiue niger,ſiue magnus ſiue paruus,nihil eorum, quæ dicta ſunt,ideo cõſequi ſolet: ſed ſi iuuenis ſit aut ſenex,iuſtus aut iniuſtus, iã plurimi intereſt.& omnino uidenda ſunt omnia, quæ cum accidũt,hominum mores uariant atq; commutãt: ut ſi quis ſe diuitem eſſe exiſtimet, aut pauperẽ, permagni intererit:& ſi fortunatum,aut infortunatum.ſed de his poſtea ſuo loco dicemus:nunc ea,quæ reſtant,primò perſequamur. A fortuna igitur dicuntur ea prouenire, quorum cauſa incerta atq; indefinita eſt,nec certum ſibi finẽ propoſitum habẽt,neq; ſemper,neq; plerunq;, neq; ordinatè fiunt:quæ quidem omnia ex ipſius fortunæ definitione perſpicua ſunt. A natura proueniunt ea,quorum cauſa in ipſis conſtituta eſt, & ordinata:uel enim ſemper, uel plerunq; eodem modo fiunt.de ijs uerò,quæ contra naturã fiunt, nihil attinet hoc loco ſubtilius diſputare, utrum à naturæ aliqua ui,an ab alia quadã cauſa gignantur;

Factorum omnium cauſſæ.
Septem humanarum actionum cauſſæ.
Fortuna.
Natura.

tur:nam fortuna etiam eorum omniũ uideri cau A
Vis. ſa poteſt. Per uim ea fieri dicuntur, quæcunq; fi-
unt quidem ab aliquibus,ſed tamen contra cupi
ditatem &uoluntates eorum ipſorum,qui illa fa
Conſuetudo. ciunt.Conſuetudine faciũt homines ea,quę iam
antea ſæpius fecerunt,& ideo nunc facilius effi-
Ratio. ciunt. Conſilio ac ratione fiunt,quæ prodeſſe ui-
dentur.& ſunt è numero bonorum,quę ſuprà di
ximus,uel tanquam fines,uel tanquam ea , quæ
ad finẽ perducunt:& hoc,quando propter ipſam
utilitatem fiunt.nã etiam intemperãtes quædã,
quę ſunt utilia faciunt:non tamẽ propter utilita
Ira. tem,ſed propter uoluptatem. Propter excandeſ-
centiam autem & iram fiunt ea , quæ ad ultionẽ
pertinent. Differunt autem inter ſe ultio , & ca-
ſtigatio. Caſtigatio enim eius gratia eſt,cui do-
lor infertur:ultio uerò eius , qui ſuam iniuriam
ulciſcitur,ut animum expleat. uerùm quibus in
rebus excitetur ira,perſpicuum erit,cum de per-
turbationib. animi poſtea dicemus. Propter cu-
Cupiditas. piditatem ea fieri ſolent,quæcunque iucunda &
ſuauia uidẽtur. nam & quod alicui familiare eſt,
&in quo quis diu uerſatus ſit,inter res iucundas
connumeratur.multa enim, quæ natura ſua iu-
cunda non ſunt,tamen iucundè faciũt homines,
cum aſſueuerint.Itaq;,ut ſummatim dicam,quæ
cunque per ſe ipſos homines faciunt , ea om-
nia uel bona ſunt,uel bona uidentur : uel iucun-
da ſunt, uel ſpeciem iucunditatis habent, & quo
niam quæ per ſe ipſos agunt homines, ea ſpontè
faciunt, & quæ non per ſeipſos,ea non ſpontè:ſe
quitur ut quæcunq; ſpontè faciunt , ea uel bona
uel ſimulata bona ſint:uel iucunda, uel iucundi-
tatis ſpeciem habentia. Ego enim etiam libera-
tionem malorum,&eorum,quæ mala uidentur,
& minoris mali optionem pro maiore in bonis
colloco, quodam enim modo ſunt expetenda:
& præterea rerum moleſtarũ, & earum,quę mo
leſtæ uidentur,liberationem uel minoris mole-
ſtiæ optionem pro maiori,eodẽ modo in iucun-
dis numero. Videndum igitur, quæ ſint utilia,
quæ iucunda.ſed quia de utili iam ſuprà in deli-
beratiuo genere diximus,reliquum eſt,ut in præ
ſentia de iucundo diſſeramus.Eas uerò definitio
nes huic præceptioni ſatisfacere debemus exiſti
mare,quæ de ſingulis rebus prolatæ, neq; obſcu
ræ,neq; exquiſitæ fuerint.

DE IVCVNDIS, EORVMQVE *generibus & contrarijs.* Caput XI.

Voluptas. POnamus igitur uoluptatem, motum animi
quendam eſſe,& ſubitam,ſub ſenſumq; ca-
dentem inſtaurationem,ad explendam na-
turam.huic autem contraria eſt moleſtia. Quòd
I. ſi uoluptas eſt huiuſmodi,perſpicuum eſt,id eſſe
iucundũ, quod eius affectionis efficiẽs eſt : quod
autem eam affectionem interimit, aut quod illi
contrarium ſtatum inducit,moleſtum eſt.neceſ-
ſe eſt igitur eſſe iucundum plerunque,cum quia
ad id accedit,quod ipſi eſt ex natura: & pręcipuè
cum ea,quæ fiunt à natura, ſuam ipſorum natu-
II. ram recuperarint. Et conſuetudo iucunda eſt:
id enim,cui quis aſſueuit,iam illi tanquam inna-
tum inſitumq; eſt : nam ipſa conſuetudo quan-

A dam cum natura ſimilitudinem habet. quod e-
nim crebrò fit,non multũ abeſt ab eo , quod ſem
per fit.quæ uerò ſemper fiunt,à natura proueni-
unt:quæ crebrò,à conſuetudine. Et quod nõ eſt III.
uiolentum,eſt iucundum:uis enim contra natu-
ram eſt.ideo neceſsitas omnis eſt moleſta , recte
que dictum eſt à poëta quodam:

Inſuaue eſt ſemper,fieri quodcunq; neceſſe eſt. Eueni,Ethi.4.

Et ſedulitates,ſtudia, contentionesque animi
moleſtæ ſunt.hæc enim omnia neceſſaria ac uio
lẽta ſunt,niſi fortaſſe quis in eis diu uerſatus fue
rit:tunc enim conſuetudo iucunditatem parit.
contraria uerò ſunt iucunda:ideo ceſſationes,o-
cia,relaxationes,ludi,quietes,ſomnus in iucun-
dis ponũtur:nihil enim horum eſt neceſſarium.
Id etiam omne,cuius cupiditate tenemur,eſt iu- IIII.
cundum:cupiditas enim, rei iucundæ appetitus
eſt.cupiditatum autem aliæ ratione carent, aliæ Cupiditas quid
ſunt cũ ratione coniunctæ. ratione carentes eas
uoco,quas non iudicio,cogitationeq; noſtra ſuſ-
cipimus. ſunt autem eiuſmodi , quæ natura no-
bis ineſſe dicuntur:ut quæ propter uſum corpo-
ris nobis hærent,ut alimẽti gratia ſitis & fames,
& cuiuſq; nutrimenti appetitio : & quæ guſtatu
percipiuntur,& quæ in Venereis rebus,& omni
no,quę tactu delectant:& odorum ſuauium,qui
naribus ſentiuntur, & audiendi uidendiq; cupi-
ditates.cum ratione coniunctę ſunt cupiditates
illæ.quas alicuius oratione perſuaſi homines cõ
cipiũt:multa enim & uidere & acquirere cupiũt,
cum ab alijs ea laudari audiunt, & eorum uerbis
fidem habent. Et quoniam iucunditas in quadã V.
B affectione ſentienda poſita eſt , phãtaſia uerò ſen
ſus quidã eſt,ſed infirmus, & ei, qui recordatur, Phantaſia.
aut ſperat,phantaſia comitatur eius rei,quam re-
cordatur,aut ſperat:perſpicuum eſt,hoc ita poſi-
to,uoluptates etiã ex actiori recordatione & ſpe
concitari:fit enim aliquo modo ſenſus . Itaq; ne- Voluptas om-
ceſſe eſt,omnia iucunda aut propter ſenſum eſſe nis tribus mo-
pręſentia,aut propter recordationem præterita, dis percipitur.
aut propter ſpem futura . ſentiunt enim homi-
nes res præſentes,recordantur præteritas , ſpe-
rant futuras . Neque tantum ea iucunda ſunt
ex recordatione,quæ cum adeſſent,erant iucun-
da:ſed quædam etiam, quæ moleſta fuerunt, ſi
poſtea quippiam honeſtum atq; utile conſequa-
tur.quo fit,ut illud rectè dictum ſit:

Suauis eſt laborum præteritorum memoria. Euripides.

& illud:

Nam iuuat inſanos hominem meminiſſe dolores, Homeri O-
Quos tulit,infeſtis fortunæ caſibus actus. dyſſ.15.

huius aũt rei cauſa eſt, quoniã eſt etiã iucundũ,
nihil habere mali.In ſpe ſunt ea iucunda,quæ cũ
præſentia ſunt,uel oblectare,uel prodeſſe multũ
uidentur, uel quę ſine ulla moleſtia proſunt . Et
in ſumma,quęcunq; nobis lęticiam adferunt, cũ
præſentia ſunt,eadem & ſperantes & recordan-
tes plerunq; delectant . itaq; etiam iraſci iucun-
dum eſt:nemo enim illi iraſcitur , quem ſe nullo VI.
modo putat ulciſci poſſe:neque illis,qui ualde i-
pſum opibus,potentiaq; ſuperãt, aut ſi iraſcitur,
leuius remiſsiusq; iraſcitur : quemadmodum eti
am Homerus de ira cecinit,

Dulcior effuſo,quæ melle in pectore gliſcit. Iliad.18.

Quin maximam cupiditatum partem uoluptas
quædam

quædam conſequitur. nam aut dum recordan- A
tur ſe cupiditatem ſuam expleuiſſe,aut dum ex-
pleturos ſe ſperant, quodam genere uoluptatis
afficiuntur:ut qui febre laborant, cum ſiti pre-
mũtur,& recordati fuerint,ſe aliquando bibiſſe,
ſperantq́; futurum ut bibant, gaudio afficiũtur:
& qui amant,cum de amoribus ſuis aut loquun-
tur,aut ſcribunt,aut canunt,ſemper lætantur:nã
in his omnibus,cum apud illos deliciarum ſua-
rum memoria uigeat, quaſi ſentire ſe eas exiſti-
mant. & hoc omnibus amoris initium eſt, cum
non tantum præſenti ſpecie gaudent, ſed etiam
abſentem reuocantes in memoriam diligunt.ita
que tunc amare incipiunt,cum id, quod cupiũt,
abeſſe dolent.Quin etiam in luctibus & lamen-
VII. tationibus quædam uoluptas innaſcitur. dolor
enim exiſtit ex eius deſiderio, qui mortuus eſt:
uoluptas autem ex recordatione, & quaſi cõſpe
ctu eiuſdem,dum ſibi illum penè cernere uiden-
tur,& quę dum uixit,egit,& quibus moribus e-
rat præditus,apud ſe repetunt. itaq; illud etiã ab
Homero dictum eſt:
Iliad.23. *Sic ait,& cunctis flendi eſt exorta cupido.*
VIII. Vlciſci etiam inimicum,ſuaue eſt. nam quod
moleſtum eſt,niſi aſſequamur, id iucundum eſt,
cum aſſequimur:irati enim maiorem in modum
dolent,niſi ſuas iniurias ulciſcantur:quòd ſi ſpe-
IX. rent ulciſci,gaudent.Vincere etiam ſuaue eſt nõ
ſolum uictoriæ ſtudioſis,ſed etiam alijs omnib.
nam in uictoria quędã eſt excellentiæ opinio,cu
ius deſiderio tenentur omnes aut remiſsius, aut
X. uehementius.Et quoniam uincere ſuaue eſt, ne-
ceſſe eſt etiam,ut omnes ludi concertatorij,ut in B
quibus pugnæ ſimulacra ſunt,& in quibus fiſtu
la,cantuq́; contenditur, & in quibus diſputatur,
ſuaues ſint,quoniã in eis uincere ſępè contingit:
& talorum ludus,& pilæ,& aleæ, & teſſerarum.
Eodem modo in grauibus honeſtisq́; ludis ſæpè
XI. iucunditas exiſtit.nam hi tunc iucũdi ſunt, cum
quis aſſueuerit:illi uerò ſtatim ſunt iucũdi, ut ue
natio,& omnis ars,qua feræ captantur.ubi enim
XII. contentio eſt,ibi eſt etiam uictoria.Itaq; iudicia-
lis etiam labor,& controuerſæ diſputationes ijs
iucundæ ſunt, qui iã aſſueuerint, & eas tractare
XIII. poſſunt.Honos præterea, bonaq́; exiſtimatio in
ter res ſuauiſsimas numerantur,propterea quòd
unicuiq; naſcitur huiuſmodi de ſe opinio, quòd
talis ſit, & quòd uirtutis ſit ſtudioſus: & multo
magis,cum hæc audiuerit ab eis,quos uerè ſentī
re exiſtimat.tales autem ſunt uicini potius, quã
qui interuallo locorum diſiuncti ſunt:& familia
res,& noti, & ciues potius,quàm externi: & qui
nunc uiuunt, potius quàm poſteri: & prudentes
magis,quàm imprudentes:& multi magis, quã
pauci.uériſimilius enim eſt eos, quos dixi, uera
ſentire,quàm qui ſunt eis contrarij.nam quos a-
liquis ualde contemnit,ut pueros & belluas, ab
eis non curat ſibi honorem aut gloriam attribui.
intelligo autem ipſius gloriæ cauſa.nam ſi curat,
XIIII. propter aliud aliquid curat.Et amicus res eſt iu-
cunda:nam amare iucundum eſt.neq; enim quiſ
quã uini amator eſt,qui non uino gaudeat. con-
trà uerò,ſuaue eſt etiam amari:nã qui amatur,co
gitat,ſe uirum eſſe probum,quòd eius probitatē
expetant omnes,qui eam cognoſcunt.amari aũt

eſt ipſum propter ſe charũ eſſe atq; diligi.Admi- XV.
ratione quoq; affici iucundum eſt:quia qui quẽ-
piam admiratur,eum etiã honorat.Adulari præ- XVI.
terea res eſt iucũda,atq; etiã aſſentator ipſe,ſi qui
dem admirantis & diligẽtis ſpeciem habet aſſen XVII.
tator.Eadem etiã ſæpè facere iucundũ eſt: quod
enim familiare eſt,etiam iucundum.Et commu- XVIII.
tatio res eſt iucunda:nam commutari naturæ ac
commodatũ eſt.quod enim ſemper idem eſt, in
exuperantiã tranſit,& pręſentẽ habitum corrum
pit:unde bene dictum eſt,Omniũ rerum uiciſsi- *Viciſsitudo iucunda.*
tudo eſt iucunda.hac de cauſa,quæ fiunt interpo
ſito temporis ſpacio,iucunda ſunt: & homines,
& res poſt longum tempus delectant: quoniam
præſentem ſtatum commutant.huc accedit etiã,
quia id,quod interpoſito tẽpore fit,rarum eſt.Di XIX.
ſcere quoq; iucundũ eſt:& admiratione duci,ple
runq; eſt ſuaue.nã cum admiramur,diſcere cupi-
mus:& quod eſt admirabile,deſideriũ excitat:at XX.
que in diſcendo proficiſcimur in eum ſtatũ, qui
nobis naturalis eſt.Pręterea beneficia in alios cõ XXI.
ferre,& ab alijs accipere,iucundum eſt.nam acci
pere beneficium,eſt id aſſequi, quod quis cupit:
conferre autem,eſt habere, & præſtare alijs,ac ex
cellere:cuius utriuſq; rei homines cupidi ſunt.
Quoniam aũt iucundũ eſt,dare beneficium,ideo XXII.
propinquos etiam corrigere & emendare,iucun
dum eſt:& abſoluere, quæ ab alijs inchoata atq;
imperfecta relicta ſunt.Et quia diſcere,& admi-
rari iucundum eſt,illa quoq; omnia, cæteraq́; e-
iuſmodi iucũda eſſe neceſſe eſt,quæ per imitatio XXIII.
nem facta ſunt:ut pictura & ars ſtatuaria, & poë
tica,& deniq; quicquid imitatione bene expreſ-
ſum fuerit,etiamſi illud minimè iucundum fue-
rit,quod exprimit imitatio. neq; enim quiſquã
ex hoc uoluptatem capit,ſed quia colligit hoc il
lud eſſe,quo fit ut aliquid diſcere uideatur.Et ſu XXIIII.
bitę rerum mutationes,ut in tragœdijs,iucundę
ſunt:& è periculis euadere, quibus aliquis penè
oppreſſus fuerit.hæc enim omnia concitant ad-
mirationem.Et quoniam quod eſt ex natura, iu XXV.
cundum eſt, & quæ ſunt eiuſdem generis, ſunt
ex natura: fit ideo ut quæ ſunt eiuſdẽ generis ac
ſimilia,plerunq; iucunda ſint: ut homo homini,
equus equo,iuuenis iuueni. unde fluxerunt illa
prouerbia,Æqualis æqualem delectat:&,Simile *Prouerbia.*
ſemper ſimili gaudet:&,Fera feram agnoſcit:&,
Semper graculus cum graculo, & reliqua huius
generis.Quoniam autem quod ſimile eſt,cogna XXVI.
tumq́;,iucundum ſibi ipſi omne eſt,& unicuique
erga ſe ipſum maximè hoc accidit: neceſſe eſt o-
mnes homines ſui ipſorũ amatores eſſe aut ma-
gis,aut minus.uniuerſa enim huiuſcemodi maxi
mè ſunt erga ſeipſum. Et cum omnes ſe ipſos a-
ment,neceſſe eſt ut etiam ſua cuiq; iucunda ſint,
ut opera & orationes.ideo pleriq; ſolent adula-
tores amare,& eos,à quibus amantur,redamare,
& honoris appetentes eſſe,& filios ſuos diligere:
ſunt enim filij tanquã parentũ ipſorum opera.Et XXVII.
inchoata perficere,iucũdũ eſt:nam eorũ,qui per-
ficiunt,iam illud opus eſſe uidetur. Et quoniam XXVIII.
regnare ſuauiſsima res eſt,etiã ſapientem uideri
eſt ſuaue:præditũ enim eſſe ſapientia regiũ eſt.
eſt enim ſapientis,multarũ & admirabilium re- *Sapiẽtia quid.*
rum ſcientia.Et quia pleriq; homines ſunt hono- XXIX.

ris auidi, neceſſe eſt ut alios reprehendere & coarguere iucũdum ſit.

XXX. Et quo in ſtudio ſe quiſq; putat excellere, in eo aſsiduò uerſari iucundum eſt: quemadmodum Euripides ait,

Nam quiſq; ad id frequens adeſt,
Magnamq; in illo temporis partem terit,
In quo ipſe ſe præſtantiorem exiſtimat.

XXXI. Eodem modo, quia ludus, & omnis animi relaxatio, & riſus in rebus iucundis eſt, neceſſe eſt ut omnia ridicula iucũda ſint, ſiue ſint homines, ſiue dicta, ſiue facta. ſed quæ ad iocos ridiculaq; pertinent, in libris de Arte poëtica ſeparatim à nobis explicata ſunt. Hæc igitur de iucundis dicta ſufficiant. nam quæ moleſta ſunt, ex contrarijs intelligi facilè poſſunt. Et hactenus quidem oſtenſum eſt, quarum rerum gratia homines iniuria cęteros afficiãt: deinceps autem, quomodo ipſi affecti ſint, qui iniuriam faciunt, & cuius generis homines offendant, explicemus.

Ars poetica Ariſtotelis.

QVI QVALESVE HOMINES, ET *quibus de cauſis iniuriam facere ſoleant.*
Caput XII.

ATque illi quidem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, qui ſperant rem effici poſſe, & à ſe effici: & præſertim cum facinus ſuum putant fore clàm, aut ſi fortè res patefacta fuerit, impunè ſe abituros: aut ſi iudicij pœna lenior, quàm facti præmium, ſiue ipſis res ea fructum allatura eſt, ſiue illis, quos charos habent. Quæ uerò ſint ea, quę fieri poſſe uideãtur, & quę non poſſe fieri, poſtea declarabimus: ſunt enim partium omnium artis rhetoricę communia. Atque illi potiſsimum maleficiorum impunitatem ſperant, qui dicendi facultate præſtant, & qui in rebus gerendis multum ualent, & qui iudicialiũ controuerſiarum bene periti ſunt: & ſi amicorũ, diuitiarumq; copiam habuerint. maximè uerò, qui his præſidijs fulti ſunt, elabi ſe poſſe confidunt: ſin minus, etiam tum confidunt, cum amicos huiuſmodi, uel adminiſtros, uel ſocios habuerint. propter hæc enim & iniuriam facere, & latêre, & non dare pœnam poſſunt: & ſi amici eia fuerint, quibus iniuriam fecerunt, aut ipſis iudicibus. nam amici non præcauentes, ad iniuriam ſunt expoſiti: deinde antea placantur, quàm rea in iudicium ueniat. iudices autem illis gratificantur, quibus amici ſunt, & aut penitus abſoluunt, aut parua pœna multãt. Latêre ſolent illi, quibus crimina non côueniunt: ut ſiquis infirmo corpore dicatur, alium uſque ad necem uerberaſſe, & ſi pauper, & deformis homo de adulterio accuſetur. & quę ualde illuſtri loco, atq; ante oculos poſita ſunt, in eis latet iniuria, quoniam ea nemo cuſtodit: etenim exiſtimant, nullum in eis peccatum: & quæ tam magna ſunt, ac talia, ut ea nullus unquã admiſerit: nam hæc quoq; nemo præcauet, aut cuſtodit. omnes enim, ut ſolitos corporis morbos, ita etiã ſolitas iniurias diligenter obſeruant: quo uerò morbo nemo unquam oppreſſus eſt, eũ nemo reformidat. Eos etiam inuadũt, qui aut nullũ inimicum, aut multos habent. illi enim ſe latêre poſſe exiſtimãt, quia nulla eſt cuſtodia: hi uerò latẽt ideo, quia nemo putaret eos in quenquam impetũ facturos, qui ſui corporis

Impunitatẽ qui potiſsimum ſperant.

Quorum crimina maximè lateant.

Paradoxum.

A circa ſe cuſtodes habeat: & quia paratã defenſionem habent, ſe talẽ hominẽ nunquam fuiſſe auſos aggredi. Illi quoq; faciũt iniuriã, qui uel modum, uel locum, uel diſpoſitam occultandi rationem facilẽ habent: & qui etiãſi facinus celare nõ poſsint, tamẽ uel iudicij periculũ à ſe remouere, uel in longinquũ tẽpus differre, uel iudices ipſoa corrumpere poſſunt: & qui licet multati pecunia fuerint, tamẽ pœnã multamq; poſſunt à ſe depellere, aut in longũ tempus differre ſolutionẽ, uel propter egeſtatem nihil habent, quod amittere poſsint: & quib. certa ſunt lucra, uel magna, uel propinqua, pœnæ uerò uel paruæ, uel incertæ, uel longinquæ. & in ea re, in qua nulla pœna par atq; æqualis utilitati reperitur, quod in ſe dominatus regius habere uidetur: & quibus iniuriæ quæſtũ adferunt, pœnę uerò tantũ ignominiam: & quibus contrà accidit, ut ſi quẽ læſerint, ex ea re laudem adipiſcãtur: ut ſi unà contingat patria & matris iniurias ulciſci, quod Zenoni accidit: pœnæ uerò ſint aut pecuniarũ, aut exilij, aut alicuius huiuſmodi rei: utriq; enim, aut utroq; modo ſe habentes, iniurioſi ſunt: non tamen ijdem, ſed uita & moribus inter ſe contrarij: & qui flagitia ſua ſæpius occultarunt, aut deprehenſi pœnas non dederũt: & qui ſæpè ſua ſpe deiecti ſunt, & infelicem exitũ habuerunt. quidã enim in his etiã rebus, ſicut in bello, reperiuntur, qui rurſus belli fortunã tentare uoluerũt: & quibus uoluptas ſtatim ex facto propoſita eſt, moleſtia uerò poſtea: uel lucrum eſt præſens, pœna uerò ſera. tales ſunt incontinentes homines: nam incontinẽtia uerſatur in eis rebus omnibus, quas uehemẽ-

B ter appetunt: & quibus contrà iam moleſtia aut pœna præſens eſt, uoluptas autem & utilitas poſterior & diuturnior cõſequetur: nam continentes & prudentiores homines talia conſectantur. & qui uideri poſſunt aut caſu feciſſe, aut neceſsitate impoſita, aut natura impulſi, aut conſuetudine: aut deniq; qui ſperant, ſe probare poſſe per imprudentiam peccaſſe, non autem ſcientes uolentesq; læſiſſe: & qui ſperant fore, ut non ſummo iure, ſed ex æquo & bono ſecum agatur: & quicunq; ſunt indigentes. duobus autem modis indigẽtes dicuntur: uel rerum neceſſariarũ, quales ſunt mendici aut pauperes: uel exuperãtium rerũ, quales ſunt diuites, & ij, de quibus omnes bene exiſtimant: & ij, de quibus peſsima eſt opinio. nam illi ſe latêre poſſe ſperant, quòd nemo de eis malè exiſtimat: hi uerò, quòd nullam amplius exiſtimationis iacturam facere poſſunt. Atque his quidem de cauſis ad iniuriam faciẽdam aggrediuntur homines. quos autem, & quales lædant, iam uideamus.

Eos igitur lædunt, qui ea poſsident, quorũ ipſi ſunt indigẽtes uel ad uſus uitę neceſſarios, uel ad exuperantiã, uel ad perfruẽdas uoluptates: & eos qui lõginqui, & eos qui propinqui ſunt, nam hi facilè celeriterq; poſsũt expilari. ab illis uerò uenit tarda ultio, ut qui Carthaginenſes depopulãtur: & qui ſunt incauti, ſeq; ac ſua non cuſtodiũt, ſed creduli ſunt: tales enim homines facile eſt occultè lædere. & qui ſunt inertes ac deſides: neq; enim ab eis in iudicium uocari reformidant. & qui uerecundi ſunt: huiuſmodi enim homines

Incontinentia circa quæ.

Indigẽtes, duobus modis.

Qui maximè iniuria affici ſoleant.

propter

propter pecuniam digladiari nolunt. & qui iam à multis iniuria ſunt affecti, neq; tamé unquam quenquam in iudicium uocarunt: ſunt enim hi, (quod prouerbio fertur) Myſorũ præda. & quos nunquam, & quos ſæpius læſerunt. nam utriq; ſunt incauti. illi, quia ſuſpicione carent: hi uerò, quia non amplius timét. & qui ſunt infames, aut qui facilè poſſunt accuſari: tales enim iudicio experiri non audent, quia iudices reformidant: neque ſi experiantur, fidem facere poſſunt. quo in numero ſunt etiá ij, qui multis odio ſunt, & qui inuidiam habent. & contra quos anſam arripere poſſunt, quod aut maioribus ſuis, aut ſibi, aut amicis, aut eis, quorum ſalutem charam habent, uel malefecerint, uel facere ſtuduerint. nam (ut eſt in prouerbio) Sola occaſio maliciæ ſufficit. Eos etiam lędunt, qui uel amici, uel inimici ſunt. nam amicos lædere, facile eſt: inimicos auté, ſuaue. & qui uacui ſunt ab amicis, & qui dicendi facultatem non habent, nec in rebus gerendis ſtrenui ſunt. hi nanq; uel iudicio non experiuntur, uel antea placátur, uel rem ad exitum non deducunt: & quibus non utile eſt tempus terere, dum aut iudicium fiat, aut multa diſſoluatur: quales ſunt peregrini, & agricolæ, & opifices. nam hi parua accepta pecunia remittũt iniurias, & facilè deſiſtunt. & qui in alios ſæpè iniurioſi fuerunt, & qui tales iniurias intulerunt, quales patiuntur. nam ferè nihil iniuriæ uidetur is feciſſe, qui quépiam lædit in ea re, qua ſolitus eſt ille ſæpè alios lædere: ut, exépli gratia, ſiquis eum pulſaret, qui multos ſolitus ſit contumelijs uexare. & qui pręterito tempore malè ipſis fecerunt aut facere uoluerunt, aut in præſentia uolunt aut poſtea facturi ſunt: habet enim hoc in ſe iucunditatem & honeſtatem, & tale eſt, ut omni ferè iniuria carere uideatur: & quos ſi lædunt, aut amicis gratificantur, aut eis quos ſuſpiciunt, aut amoribus ſuis, aut dominis, aut eis à quibus omnino pendent, aut à quibus aliquid commodi ſperant: & quibus crimina iam intulerint, & quibus cum amicitiam diremerint. hęc enim ferè uidentur nullam in ſe iniuriam continere, quemadmodum ſe Calippus contra Dionem geſsit. & quos uident ab alijs læſum iri, niſi ipſi præoccupauerint: tunc enim ſibi non amplius deliberádum cenſent, quémadmodum dicitur Æneſidemus Geloni quædã munera miſiſſe, quòd eos in ſeruitutem redegiſſet, quos ipſe inuadere ſtatuerat, niſi is præoccupaſſet. & quos ſi læſerint, multas deinde res iuſtas facere poterunt, quibus culpã eam facilè deleant: quemadmodum Iaſon Theſſalus dicere ſolebat, oportere quædam iniuſtè facere, ut facultas acquiratur, qua multa deinde iuſtà fiant. Ea uerò peccata committunt homines, quę uel omnes alij, uel multi committere ſolent, quoniam ſe facilè ueniam cõſecuturos exiſtimant: & quæ ſe non difficulter occultare poſſe ſperant. talia uerò ſunt, quæ citò abſumuntur, ut cibaria: uel quę uariari facilè poſſunt commutata forma, uel colore, uel temperamento: uel quæ multis in locis facile eſt ita abdere, ut non appareát: qualia ſunt ea, quæ facilè huc & illuc tranſportantur, & quæ paruis in locis occultantur: & præterea, cum auctor iniurię poſsider aliqua, quæ uel eiuſdem ge-

Prouerbium. *Prouerbium.* *Exemplum.* *Exemplis mouentur homines ad iniuriã.*

A neris ſint, uel eis ſimilia, quæ furatus eſt. Eas etiam iniurias inferunt, quas qui patiuntur, pudet proferre, ut quæ uxoribus fiunt, aut ipſis, aut filijs: & quas ſiquis iudicio perſequi uelit, nimis apperés litium eſſe uideatur. tales ſunt leues paruæq; iniuriæ, quibus uulgò ſolét homines ignoſcere. Quemadmodum igitur affecti homines iniurias faciant, & quas, & quibus hominibus, & quibus de cauſis, ex his intelligi ferè poteſt. Nũc uerò, quæ ſint iniuſtæ actiones, & quæ iuſtæ, diſtinguamus, atq; hinc initium ſumamus.

DE INIVRIA IVREQVE *factis.* Cap. XIII.

QVæ iuſta ſunt atq; iniuſta, duplici lege definita ſunt, & duplici perſonarum genere. Legem autem duplicem uoco, quòd aliqua propria ſit, aliqua communis. propria eſt illa, quæ ad ſingulas tantum ciuitates aut nationes pertinet: quę uel non ſcripta eſt, uel ſcripta. Communis uero lex ea dicitur, quæ inſita eſt à natura. eſt enim quoddam iuſtum, atque iniuſtum, natura commune, quod omnium mentes occupauit, quamuis conſenſio nulla hominum interceſſerit, neq; ita inter ſe pepigerint: quéadmodum Antigona Sophoclis dicere uidetur, iuſtum eſſe Polynicem ſepelire, quamuis interdictum eſſet, tanquam id natura iuſtum ſit:

Hoc nanq; non hodie aut heri, aut ſemper fuit,
Nec quiſquam homo ſcit, eius ortus unde ſit.

& quemadmodum Empedocles ait de non interficiendis animantibus: hoc enim non aliquibus quidem iuſtũ eſt, aliquibus autem nõ iuſtũ.

B *Sed lex ſumma hæc eſt, extenſa per æthera magnum,*
Aeraq; immenſum, cunctis mortalibus alma.

& quéadmodũ ait Alcidamas in oratione Meſſeniaca. Quod aũt ad perſonas attinet, duobus modis diſtincta ſunt ea, quæ facere, aut non facere oportet: uel enim ad totam ciuitatem, uel ad unum aliquem eorum, qui in ciuitate ſunt, referuntur. itaq; duobus modis iuſtè, & duobus modis iniuſtè nos gerere poſsimus. uel enim erga unum certum ac definitum ciuem, uel erga totam rempubl. nam qui adulterium committit, aut uerberat, unum certum hominem iniuria afficit: qui uerò militiam detrectat, totam offendit rempubl. Cum igitur iam diſtincti ſint iniuriarũ modi, & cum aliæ in rempubl. aliæ uel in unum priuatũ, uel in plures fiant iniurię: deinceps, ſi prius explicuerimus, quid ſit iniuriam pati, reliqua perſequemur. Eſt autem iniuriam pati, contra iuſticiam offendi ab ijs, qui ſponté offendunt. nam iniuriam facere, iam ſuprà docuimus eſſe uoluntarium. Quia uerò neceſſe eſt eum, qui iniuriam patitur, detrimento affici, & inuitum illud accipere: ſatis ex eis, quę ſuprà dicta ſunt, intelligi poteſt, quæ ſint detrimentorum genera. nam bona & mala prius diſtincta ſunt per ſe: & quę ſint ea, quæ ſponté faciunt homines, nempe quæ intelligentes faciunt. Itaque neceſſe eſt, omnia crimina uel contra totam ciuitatem, uel contra priuatos committi: uel ignorante illo & inuito, qui iniuriam facit, uel uolente & intelligente. Quas autem iniurias ſponté, & intelligés quiſpiam facit, eas uel conſultò & cogitatò, uel perturbatio-

Lex duplex. *Iuſtè & iniuſtè duobus modis facere poſſumus.* *Iniuriam pati.* *Sponte facere.*

ne aliqua animi facit. ac de ira quidem tunc dice A mus, cum animi perturbatiooes explicabimus. quæ uerò de induſtria faciunt homioes, & quomodo affecti, iam ſuprà dictum eſt. Et quoniam

Status definitiuus.

ſæpè rei ſe feciſſe confitentur, & tamen facti nomẽ non concedunt, aut id quod nomine illo eppellatur, ut ſuſtuliſſe quidem, ſed non furtum feciſſe: & priorem percuſsiſſe, uerùm contumelia non affeciſſe: & rem babuiſſe, non adulterium cõmiſiſſe: & furtum feciſſe, nõ autem ſacrilegium, quòd ea res Dei non eſſet: & coluiſſe quidem agrum, ſed non publicum: & cum hoſtibus collocutum eſſe, ſed non prodidiſſe. ideo hæc omnia definire atq; explicare opos erit, quid ſit furtum, quid contumelia, quid adulterium: ut ſi crimen illud reo uel hærere, uel non hærere oſtendere uoluerimus, aperiendi quid æquum ſit, fecultatem habeamus. In omnibus enim bis quæſtionibus controuerſia eſt, utrum quod factum dicitur, iniuſtum improbumq; ſit, an non iniuſtum. nam in deliberatione conſilioque peccatum eſt, & omnis iniuſticia. His autem nominibus animi ſenſus & conſilium indicatur: ut contumelia, furtum. neque enim qui percuſsit, omnino contumeliam impoſuit, niſi alicuius gratia id fecerit: ut ſi uoluit eum ignominia afficere, aut ipſe uoluptatẽ capere. neque omnino qui clã aliquid ſuſtulit, furtum cõmiſit, niſi id fecit, ut alteri dãnum afferret, & id quod ſuſtulit, ipſe haberet. eadem ratio eſt etiam reliquorum omnium, quam

Iuſtorum & iniuſtorum duo genera.

borum eſſe diximus. Quia uerò iuſtorum & iniuſtorum duo eſſe genera docuimus, & aliqua quidem ſcripta eſſe, aliqua uerò non ſcripta: de ijs, B quæ ſcripta ſunt, & legibus conſtituta, iam dictum eſt: quæ uerò non ſcripte ſunt, ea turſus bipertitò diſtribuuntur. nam alia ſuur, quæ & uirtutis & uitij quandam exuperantiam in ſe continent: in quibus ſunt uituperationes & laudes, ignominiæ & honores, & præmia: ut ei, qui beneficium dedit, gratiam habere: & ei beneficiũ reddere, à quo acceperis, & promptum eſſe ad amicos auxilio ſubleuandos, & cætere, quæ ſunt eius geueris. elie uerò ſunt propriæ legis & ſcriptæ quaſi ſupplementa quædam. nam quod æqoum & bonum eſt, id etiam iuſtũ eſſe uidetur.

De æquo & bono, eiuſq; cõtrarijs.

Eſt aotem æquum & bonum id, quod præter ſcriptam legem iuſtum eſt. quod quidem accidit partim inuitis, partim intelligentibus legum latotibus. atque inoitis quidem, cum eliquid eos latet: intelligentibus uerò, cum omnia defioitè nequeunt explicare, ſed neceſſe hebent generatim ſcribere, quamuis non ita ſemper ſe res babeat, ſed plerunque: & cum propter infinitatem non facilè poſſunt omnia perſequi, ut uulnerare ferro, & quauto, & quali: deficeret enim prius uita hominem, quàm omoia dinumerere poſſet. nam ſiquid adhuc indefinirum ſit, de quo legem ferre oporteat, de eo neceſſe eſt ſimpliciter & uniuerſe ſtatuere. Quare, ſiquis annulum ferreum habens, elate menu quempiam percuſſerit, ex uerbis legis ille reus eſt, & ioiuſtè facit: re uera autem non fecit iniuſtè. & hoc eſt, quod æquũ & bonum appellatur. Cum igitur æquum & bonum ſit eiuſmodi, perſpicuum eſt, quænam æqua & bona ſint, & quæ contraria: & qui ſint æqui & boni homines, & qui contrà. nam illa ſunt æque & bona, in quibus quamuis lapſi ſint bomines, tamẽ eis ueniem dare oportet. Aequum etiam eſt, non pari pœna dignos ſtatuere errores & iniurias, neque errores & infortunia. Sunt

Infortunia.

autem ille infortunia, quæ præter cogitetionem eueniunt, & à nullo animi uitio: errores

Errores.

uerò, qui non quidem præter cogitationem accidunt, ſed tamen malicia careot. iniuriæ ſunt il-

Iniuriæ.

læ, quæ & à cogitetione, & ab animi uitio proficiſcuntur: nam etiem quæ impellente cupiditate fiunt, à malicie proueniunt. Humanę etiam naturæ, imbecillitatique ignoſcere, æquum ac bonum eſt: & non ed legem ipſam, ſed ad legislatorem animum teferre: & non uerba legis, ſed legislatoria ſententiam ſpectare: neque factum ipſum, ſed eius, qui fecit, animum conſiderare: neque pertem tantum, ſed rem uniuerſam perpendere: & qui reus eſt, non qualis nunc ſit, ſed qualis anteacto tempore fuerit: & maiori ex parte: & potius bonorum, quæ quis acceperit, quàm malorum recordari: & accepta potius beneficia meminiſſe, quàm collata: & acceptam iniuriam æquo animo tolerare: & uerbis megis quàm factis, de re decerni uelle: & ad arbitrum potius, quàm ad iudicem rem deferri uelle. erbiter enim æquum & bonum ſibi proponit, iudex autem ipſam legem. neque ulle alia de cauſa repertus eſt arbiter, niſi ut æquum & bonum ualeat. Ac ea quidem, quæ de æquis & bonis dicenda erãnt, hoc modo declarata ſint.

DE MAIORIBVS ET MINORIbus iniurijs *loci ad amplificandum.* *Caput* XIIII.

INiuriæ uerò maiores illæ ſunt, quæ à maiore iniuſticia proueniunt. Itaque minimæ quæq; Iniuriæ maximæ ſunt: ut Calliſtratus Melanopum accuſat, quòd tribus dimidiatis obolis, deo dicatis, templi ædificatores fraudaſſet. ſed in rebus iuſtis, iuſticiaque contrà accidit. hæc autem talia ſunt, eo quòd maiore quadam ui ſuperant, ut qui tres dimidiatos obolos furatur, etiã quiduis aliud facilè committeret. interdum igitur, quod maius eſt, hoc modo iudicatur, interdum etiam ex damni magnitudine. Illa etiam maior eſt iniuria, cui par pœna nulla inueniri poteſt, ſed omnes ſunt inferiores: & cui nulla medicina poteſt edhiberi. difficile eſt enim, & omni potentia maius: & in que, qui paſſus eſt malum, pœnas iudicio ſumere non poteſt. id enim inſanabile eſt, ſiquidem pœna eſt caſtigatio, & medicina quædam. & ſi qui læſus eſt, & iniuriam accepit, in ſeipſum grauiter enimaduertit. nam multo maiori pœna dignos eſt, qui iniuriam intulit: ut Sophocles pro Euctemone, qui cum iniuriam accepiſſet, ſe ipſum iugularat, dixit, ſe non minorem reo pœnem irrogaturum ea, qua qui contumeliam paſſus fuerat, ſe ipſum multauerat. & quã ſolus, aut primus, aut cum paucis fecit. Sæpius etiam in idem peccatum incidere, graue eſt. Illud quoque maius eſt, propter quod remedium ac pœnæ quæſitæ ſunt, & inuentæ: ut Argis eos puniunt, qui ſunt in cauſa, ut noua lex conſtituatur, aut carcer ædificetur. Et quod

magis

magis belluinos mores imitatur, peccatum grauius eſt: & quod conſultò & cogitatò committitur: & quod in animis eorũ, qui audiunt, potius metum, quàm miſericordiã excitat. Et hæc quidem propria rhetorum ſunt, ut uno facto multa iura ſuſtuliſſe, aut uiolaſſe, dicãt: ut iuſiurandũ, dextras, fidem datam, ius coniugij, ſic enim multarum iniuriarum exuperantia demonſtratur. & in eo loco, ubi ſontes puniũtur, quod ſalſi teſtes faciunt: quem enim locum à ſcelere uacuũ relinquent, qui etiam in ipſo iudicio ſcelus admittere non dubitant? & ea, in quibus homines erubeſcere maximè cõſueuerunt: & ſi eum læſit, à quo beneficium acceperat: multis enim modis iniuſtus eſt. & quòd damnum inferat, & quòd benemerenti non gratiam referat. Maius etiam oſtenditur, quod cõtra ius non ſcriptum commiſſum eſt: nam uiri melioris indicium eſt, nulla coactũ neceſſitate iuſtum eſſe. quę enim ſcripta ſunt, ea neceſſariò ſeruantur: quæ uerò non ſcripta, non neceſſariò. contrà etiam magis peccare uidetur, qui contra iura ſcripta quippiam committit: nã qui ſcelera, quæ terribilia ſunt, cõmittit, nec pœnas reformidat: quãto magis in eis iniuſtus erit, unde nullum ſibi damnum impendêre uideat? Ac de iniuria quidẽ maiore & minore dictũ eſt.

DE ARTIS EXPERTIBVS LOcis & argumentis. Cap. XV.

DEinceps à nobis ea percurrenda ſunt, quæ ad probationes artis expertes, pertinere uideantur: nam hæ iudicialium controuerſiarum propriæ ſunt. ſunt autem numero quinq;: B leges, teſtimonia, tabulæ, quæſtiones, iuſiurandum.

Leges. Ac primò quidem de legibus dicamus, & quomodo eis in ſuadendo ac diſſuadendo, in accuſando & defendendo utẽdum ſit. Planum eſt enim, ſiquis ſcriptam legem cauſæ ſuæ contrariã habeat, ad communem legem ei confugiendum eſſe, & æquo ac bono, tanquam iuſtiore, utendum: & dicendum, hoc eſſe æquiſsima ſententia iudicare, ſiquis non omnino ſcriptis legibus adhærere uelit: & æquum & bonum ſemper idem manere, nec unquam immutari, ſicuti neq; communis lex: inſitum eſt enim in ipſa natura, ſcriptæ uerò leges ſæpè uariantur. unde illud in Antigona Sophoclis dictum eſt, ubi tuetur illa factum ſuum, quod licet contra Creontis legem fecerit, non tamen contra legem non ſcriptam:

Hoc nanq; non hodie aut heri, at ſemper fuit.
Ideo ego non timeo uiri ullius minas.

& iuſtum id eſſe, quod eſt uerum atq; utile, non autem, quod ſpeciem tantum habet: itaq; ſcripta lex non eſt iuſta. neque enim legis officium exequitur: & rebus iudicandis præpoſitum eſſe iudicem, tanquam argentarium, qui id iuſtum, quod ſimulatum & adulterinũ eſt, ab eo, quod eſt uerè iuſtum, diſcernat: & ſi lex, qua premimor, aliquo modo contraria eſt iam probatæ legi, aut ſi ſecum ipſa pugnat: ut interdum altera lex iubet rata eſſe, quæcunque inter ſe homines pepigerunt, altera uerò uetat pactiones fieri contra leges: & ſi ſit ambigua lex, ut quis eam torquere poſsit, tunc uidere oportet, in quã partem iuſtum atque utile conueniat, deinde il-

Contrariæ leges. *Ambiguæ.*

A louti: & ſi res illæ, propter quàs lata lex fuit, non amplius manent, lex tamen adhuc ſeruatur, tunc laborandum eſt, ut id notum fiat, & hac ratione contra legem pugnandum. Quòd ſi ſcripta lex pro nobis facit, tunc dicendum eſt, æquiſsima ſententia iudicare, non eſſe ideo iudicibus conceſſum, ut contra legem aliquid ſtatuant, ſed ne fortaſſe peierent, ſi uim ac ſententiã legis non bene perceperint: & neminé eſſe, qui quod abſolutè bonum eſt, quærat, ſed quod ſibi ipſi: & nihil differre, non latas eſſe leges, & in nullo eſſe uſu: & in alijs artibus non utile eſſe diſcedere à præceptis, & callidè aliquid excogitare, ut cõtra medicum: neq; enim tantum detrimenti adfert erratum medici, quantum mala conſuetudo non illi parẽdi, qui imperium habet: & hoc eſſe, quod in probatis legibus prohibetur, ne quis ipſis legib; quærat, aut uelit eſſe ſapiẽtior. Et de legibus quidem hæc dicta ſint.

Teſtes. ¶ Teſtium uerò duo ſunt genera: nam alij ſunt antiqui, alij noui. nouorum autẽ partim periculi participes ſunt, partim extra periculum poſiti. *Veteres autores.* Antiquos teſtes uoco poëtas, & claros auctores, uirosq; illuſtres, quorum ſunt aperta iudicia, ut Athenienſes Homeri teſtimonio de Salamine uſi ſunt, nuper etiam Tenedij contra Sigienſes Periandri teſtimonio ſunt adiuti: & Cleophon cõtra Critiam Solonis elegijs uſus eſt, dicens, eius familiam iampridẽ fuiſſe petulãtẽ. neq; enim aliter Solõ unquã ita ceciniſſet:

Dic flauo Critiæ, ut ſtudeat parêre parenti.

& rerum quidem præteritarum teſtes ſunt huiuſmodi, futurarum autem etiam uates & augures: *Vates.* B ut Themiſtocles cum nauali prælio confligendũ eſſe probare uellet, oraculum interpretatus eſt, quod iubebat, ut ſe ligneo muro defenderent. *Prouerbia.* Quin etiam prouerbia ſunt ex eo genere, quod dictũ eſt, teſtimonia, ut ſiquis cuipiam ſuadeat, ne ſibi ſenem amicũ facere ſtudeat, & hoc utatur prouerbio, Io ſenem ne quod beneficium contuleris: & ſiquis hortetur quẽpiã, ut eos filios tollat, quorum patres iã necarit, atq; illud proferat:

Stultus, qui natos occiſo patre relinquit.

Noui teſtes. Noui autem teſtes ſunt, qui cum noti illuſtresq; ſint, iam de aliqua re iudicium fecerunt: nam horum iudicia ſunt eis utilia, qui de iiſdẽ rebus ambigunt: ut Eubulus in iudicijs contra Charetem uſus eſt eo, quod aduerſus Archibium Plato dixerat, rẽ hanc increbreſcere, pluresq; eſſe in ciuitate, qui ſe improbos eſſe fateantur. noui etiam teſtes ſunt, qui periculi participes fiunt, ſi mẽtiti uiſi fuerint. Atq; huiuſmodi teſtes tantum illud teſtantur, factum fuerit necne, ſit an non ſit: de qualitate uerò nihil dicunt, ut ſi iuſtum an iniuſtum ſit, utile an inutile. qui autem remoti ſunt, etiam de his maximè ſunt idonei teſtes. ſed omnium maximè fide digni ſunt antiqui, quia corrumpi nõ poſſunt, & probationes ab eorum teſtimonijs ducuntur. *Contra teſtes.* Quòd ſiquis teſtes non habeat, poterit dicere, iudicium ex argumẽtis fieri debere, & hoc eſſe æquiſsima ſententia iudicare: neq; enim argumẽta pecunijs deprauari poſſunt, neq; coargui ſolent, quòd mentiantur ac fallant. *A teſtibus.* Qui teſtes habet contra eum, qui non habet, dicet, argumenta nequaquã pœnæ ſubiecta eſſe, nihilq; opus fore teſtimonijs, ſi ad probãdũ uerba

Teſtimonia quarum ſint rerum.

ſufficerēt. Sunt autem teſtimonia uel de ſe ipſo, uel de aduerſario, uel de facto, uel de uita ac moribus. itaque perſpicuum eſt, nunquam fore, ut teſtimonio utili careamus. nam ſi de facto teſtimonium habere nō poſſumus, quod aut cauſam noſtram confirmet, aut aduerſarij refellat: certè de moribus non deerit teſtimonium, quod uel æquitatem noſtram oſtendat, uel improbitatem aduerſarij. Reliqua uerò, quæ de teſte quæri ſolent, amicus ne ſit an inimicus, an neutrū, & ſpectatæ fidei, an infamis an medius, & quæcunque ſunt eius generis differentiæ, ex eiſdem locis ſumuntur, unde etiam enthymemata ducuntur.

Tabulæ.

Quod ad tabulas attinet, quibus pacta & conuenta continentur, nulla alia oratione opus eſt, niſi ut eas orator augeat, aut deprimat, fidem eis addat, aut adimat. Nam ſi pro ſe faciunt, illis fidē addere, ratasq; facere: ſi pro aduerſario, fidem adimere contendat. quod autem ad fidem eis addēdam, aut adimendam ſpectat, nihil differt à teſtium tractatione: quales enim ij fuerint, qui tabulas ſcripſerint, aut aſſeruarint, talem etiam fidem habebunt ipſę tabulæ.

A tabulis.

Cum autem certum eſt, tabulas eſſe confectas, ſi pro ſe faciunt, debet eas orator augere, dicens, eas propriæ ac priuatæ legis uim habere. & tabulæ quidem ratam legē non faciunt: leges autem eas tabulas, quæ legitimæ ſunt, corroborant. & omnino lex pactum quoddam & conuentum eſt: itaq; ſiquis pacti & conuenti tabulas aufert, leges etiam ipſas tollit. Præterea maior pars eorum, quæ homines inter ſe contrahunt, & ſpontè faciunt, tabulis continentur: itaq; ſiquis eas irritas faciat, omne commer- B cium hominū inter ſe tolletur. Et alia, quæ huic diſputationi conueniunt, ſatis patent, in promptuq; ſunt.

Cōtra tabulas.

Quòd ſi tabulæ nobis contrariæ fuerint, & pro aduerſarijs faciant, primò, quę ſuprà diximus de contraria lege, conuenient ad hanc rationem omnia. nam pecabſurdum eſſet, cū malè poſitis legibus, quibus nos legislatores decipiunt, parendum eſſe non putemus, ſi tabulis parēre neceſſarium eſſe dicamus. Deinde iudicem ipſum eſſe iuſticiæ diſpenſatorem certum eſt: nō igitur tabulas ſpectare, ſed id, quod iuſtius eſt, debet. & iuſtum quidem nemo detorquere poteſt neq; fraude, neq; neceſsitate ulla, quia natura tale eſt: tabulæ uerò & deceptis, & coactis hominibus ſæpè fiunt. Ad hæc ſpectare oportet, an alicui legi, uel earū quæ ſcriptæ ſunt, uel quæ ſunt cōmunes, an rebus iuſtis & honeſtis tabulæ contrariæ ſint. uidendum etiam eſt, an tabulæ, quæ proferuntur, alijs tabulis uel poſterioribus, uel prioribus contrariæ ſint. uel enim poſteriores eorunt ratæ, uel priores irritæ: uel ſi priores rectæ ſint, in poſterioribus erit fraus. id autem arripiemus, quod cauſæ noſtrę utile fuerit. Conſideranda eſt etiam utilitas, & ſiqua in re tabulæ iudicibus aduerſentur, & cætera eius generis, quæ facilè uideri atq; intelligi poſſunt.

Quæſtiones.

Quæſtiones uerò, teſtimonia quædam ſunt, quæ uidentur ea de cauſa fidem facere, quia neceſsitas quædam eis ineſt. itaq; non difficile eſt earum uim intelligere, & quæ de ipſis dici poſſunt excogitare.

A quæſtionibus.

Nam ſi pro nobis faciant, eas augere poterimus, ac dicere, ſolas ex omni genere teſtimoniorū eſſe ue- A ras.

Cōtra quæſtiones.

Quòd ſi nobis contrariæ fuerint, & pro aduerſario faciant, ueritatem earū euertere licebit, de genere toto quęſtionum diſputando. quibus enim neceſsitas adhibetur, ij non minus falſa, quàm uera dicere ſolent. nam uel dolorem tolerantes, uerum occultant, uel facilè mentiūtur, ut citius à cruciatu liberentur. Ad hæc proderit exēpla proferre, quæ alias acciderunt, & ipſis iudicibus cognita ſunt.

Iuſiurandum.

Iuris uerò iurādi ratio quadripertita eſt. aut enim aduerſario dat, & ipſe etiam capit iuſiurandum. aut neutrum facit, aut alterū facit, alterum nequaquam. uel enim iuſiurādum dat, neq; tamen capit: uel capit ipſe, neq; tamen aduerſario dat. præterea uidendum eſt etiam, an iuſiurandum iam conceptum fuerit, ſiue ipſe iurauerit, ſiue eius aduerſarius.

Contra iuſiurādum.

Qui iuſiurandū deferre non uult, is dicet, aduerſarios facilè peierare, ut poſteaquam iurauerint, nihil reddant: ſe uerò confidere, fore ut iudices non iuratos aduerſarios condemnent: & ſe malle iuratorum iudicum periculum facere, quod melius eſt, quia iudicibus ipſis credat, aduerſarijs autem non credat. Qui non capit oblatum iuſiurandum, dicet, ſe pecuniarum cauſa iurare nolle: quòd ſi improbus eſſet, facilè iuraret. melius enim eſſe, alicuius utilitatis gratia, quàm nullius, improbum eſſe: iuratus enim pecuniam haberet, non iuratus autē minimè haberet. ſic enim propter bonitatem ac uirtutem, non autem propter peierandi timorē iurare nolle uidebitur. cui loco Xenophanis illud dictum bene congruit, non eſſe æquam prouocationem impij aduerſus pium hominem: ſed B conſimilem eſſe, ac ſiquis robuſtus imbecillum uel ad uerberandum, uel ad uapulandum prouocaret.

A iureiurādo.

Quòd ſi iuſiurandum oblatum recipit, dicet, ſe ſibi ipſi credere, non autem aduerſario: atque illud Xenophanis dictum ita conuertet, ut dicat, parem eſſe prouocationem, cum impius iuſiurandum defert, pius autem iurat: præterea indignum eſſe, nolle ſe iurare in ea re, de qua petit, ut iurati iudices ſententiam ferant. Si uerò defert alijs iuſiurandum, dicet, pium eſſe deis ipſis rem totam cōmittere: neque opus eſſe aduerſario, ut alios iudices roget, cum ipſi de tota re iudicandi poteſtas detur: & rem abſurdam eum facere, qui iurare nolit in ea re, de qua poſtulat, ut iurati iudicent. Quia uerò planum iam factum eſt, quid ſigillatim dicendum ſit: patet etiam, ſi copulare duos modos opus fuerit, quid ſit adferendum. ut ſi ipſe quidem capere uelit, non autem dare: aut ſi dare quidem non abnuat, ſed minimè uelit oblatū accipere: aut ſi ſimul & dare, & accipere ſit paratus, aut neutrum facere uelit. nam ex eis, quæ dicta ſunt, hæc copulantur: itaque rationes etiam ex iiſdem copulari neceſſe eſt. Quòd ſi iam ab ipſo conceptum iuſiurandum fuerit, quod huic præſenti contrarium ſit, dicet non eſſe periurium. nam qui facit iniuriam, ille ſpontè facit: ſed peierare, eſt iniuriam facere: quæ uerò fiunt uel ui, uel dolo, nequaquā ſpontè fiunt. huc igitur referre periurium oportet, ac dicere, id in mente, non autem in lingua eſſe.

Peierare & iniuriam facere.

Quòd ſi aduerſarius aliàs iurauerit. dicendum eſt, eum omnia ſubuertere, qui non ſtat eis, quæ iuratus affirmauit. hac enim de cauſa ſe-

cundum

cundum leges non niſi iurati iudices ſententiam ferũt. Nos igitur, inquier ille, poſtulamus, ut uos iudices eis maneatis, quæ iurati indicauiſtis, & ipſi non manebimus? Cætera etiam huius generis quærenda ſunt, quæ ad amplificandum pertineant. Ac de probationibus quidem, artis expertibus hæc dicta ſufficiant.

LIBRI PRIMI FINIS.

ARISTOTELIS DE ARTE DICENDI, LIBER SECVNDVS, M. Antonio Maioragio interprete.

DE SECVNDO PERSVASIOnis genere: id eſt, quomodo oratorem affectum eſſe ipſum oporteat, & auditores afficere. Caput I.

HACTENVS ea ſunt à nobis demonſtrata, quæ ad ſuadẽdum & diſſuadendum, uituperandnm & laudãdum, accuſaudum & defendendũ neceſſaria ſunt, necnõ quæ opiniones, quæque propoſitiones eis rebus accõmodatæ ſunt: ex eis enim ſumunrur, & ex eis fiunt argumenta, quibus in unoquoque dicendi genere uramur. Sed quoniam Rhetorica finem ſibi proponit ipſum iudicium (nam eriam in deliberarionibus iudicant) & iudiciale genus nihil aliud eſt quàm iudiciũ, neceſſarium eſt non tãrum ad ipſam orationem aduertere, ut probandi uim habear, & fidem facere poſsit: ſed etiam ſe ipſum afficere, & iudicẽ, qualem eſſe oportet, præparare. permagni enim intereſt ad faciendam fidem primùm in deliberarionibus, deiode eriã in iudicijs, ut orator uir bonus eſſe uideatur, atq; erga eos, qui diſceptãt, bene animarus. præterea refert etiam, quomodo illi ipſi ſint affecti. Er oratorem quidem bonum uideri, urilius eſt in deliberationibus: auditorem uerò bene affectum eſſe multum in iudicijs prodeſt. neque enim eadem ſentiunt, qui amant & qui oderũt, qui ſunr irato animo, & qui placato: ſed uel omnino diuerſa ſentiunt, uel ſaltem magnitudine diuerſa. qui enim amat eum, de quo iudicium facturus eſt, uel nihil inìquè feciſſe, uel parum peccaſſe cenſer: qui autem odit, contrarium ſentit. Quòd ſi quis cõcupiſcit, & bene ſperat, cum iucundum eſt id, quod fore putarur, ſibi id euenturum, & bono futurum arbitratur: at ſi nulla cupidirate trahitur, & ęgrè fieri poſſe putat, contrarium exiſtimat. Quòd aurẽ oratores ipſi fide digni uideantur, tria ſunt in cauſa: tot enim etiam ea ſunt, quibus ad credẽdum inducimur, præter argumenta. illa uerò ſunt prudentia, uirtus & beneuolentia. Decipiũtur enim homines in ijs, de quibus uerba faciunr, aur conſultant, uel propter hæc tria omnia, uel propter horum aliquid nam uel propter imprudentiam

Rhetoricæ finis, iudicium.

Orator uir bonus.

Tria commendant oratorẽ.

A non rectè ſentiunt, uel ſi rectè ſentiant, propter improbitatem ſententiam ſuam non aperiunt: uel denique prudẽtes quidem, ac boni uiri ſunt, ſed non ramen amici. quo fit, ut aliqui ſcientes intelligentesque non optima conſulant. præter hæc autem nihil eſt. Neceſſe eſt igitur ut is, qui hæc tria habere uiſus fuerir, apud auditores fidem inueniat. ſed quomodo prudentes, & boni uiri uideantur ex eis, quæ ſunr à nobis alibi de uirtutibus explicata, ſumendum eſt: ex eiſdem enim locis poterit orator & alium ornare, & ſe ipſum talem oſtendere. de beneuolentia uerò atque amicitia nũc, cum de permotionibus animi uerba facere aggrediamur, pariter dicamus.

DE AFFECTIBVS, SIVE ANImi permotionibus, in quibus tria uidenda eſſe docet: qui nam permoueantur, & quibus, & quas ob cauſſas. Caput II.

SVnt autem illæ permotiones, quæ efficiunt, ut homines immutati non eodem modo de ijſdem rebus ſentiant, quas ægritudo uoluptasq; conſequitur: cuius generis ſunt, ira, miſericordia, merus, cæteraq; huiuſmodi, & quę ſunt ijs conrraria. Sed quæ in ſingulis fiunt, tres in partes diſtribuere oporter: ut de ira, exempli gratia, quomodo affecti facilè iraſcantur, & quibus iraſci ſoleant, & quas ob res. nam ſi unum, aut alterum tantum horum habeamus, & nõ omnia teneamus, nullo modo fieri poterit, ur animos au-
B dientium ad iram commoueamus: idem eriam de reliquis permorionibus ſenriendum. Quemadmodũ igitur in rebus traditis propoſitiones deſcripſimus, ita etiam in his faciamus, & eodẽ modo ſingula diſtinguamus. Sir igitur ita, libido cum dolore ſperatæ punitionis, propter apparentem negligenriam uel in ſe, uel in ſuorum quempiam, conrra id, qood oportebat. Quòd ſi ita eſt huiuſcemodi, neceſſe eſt eum, qui iraſcitur, ſingulis ſemper hominibus iraſci, ut Cleoni, nõ autem homini: & quia aur ipſum, aut quempiam ſuorum uel contempſit, uel id facere cogitauit. quin etiam omni iræ uoluptatem quãdam comitari neceſſe eſt, quæ à puniendi ſpe proficiſcitur. iucundum eſt enim arbirrari ſe conſecuturum ea, quæ quis uehementer optat. nemo autem illa concupiſcit, quæ nullo modo conſequi poſſe arbitratur: ſed qui alicui iratus eſt, ea cupit, quæ à ſe fieri poſſunt. itaque de ira bene illud dictum eſt:

Ira, & quomodo affecti homines ad eã proni ſint, & quas ob cauſſas.

Dulcior effuſo, quæ melle in pectore gliſcit. Iliad.18.

nam cum propter hoc uoluptas quædam conſequitur, tum etiam, quia tota mente, quomodo poſsint inimicum ulciſci, cogitant: illa igitur uehemens cogiratio uoluptatẽ parir, nõ aliter atq; in ſomnis accidit. Et quoniam negligentia, eſt opinionis actio in ea re, quæ nullius eſſe momenti uideatur: mala enim, & bona ſtudio digna eſſe putamus, & ea præterea, quę ad hæc referuntur: quæ uerò uel nihili ſunt, uel ualde exigua, nullo in precio habemus: tria ſunr negligẽtiæ genera, cõtemptio, uiolẽtia, cõtumelia. Nã & qui contẽnit, is negligit: quę enim nullius momẽti eſſe cẽſent,

Negligentia.

Negligẽtiæ genera tria.

ſent,ea cõtemnunt,atq; eadem,quę nullius ſunt A momenti,negligunt. Et qui uiolentus eſt,negligere uidetur. *Violentia.* eſt autem uiolentia,ſtudium impediendi uoluntates alienas : nõ ut ipſe aliquid acquirat,ſed ne alij, quod uolunt, aſſequátur. quatenus igitur nihil ſibi acquirit, negligit. perſpicuum eſt enim,eum credere ſibi nihil illud nocere poſſe:nam timeret,non autem negligeret. neque in aliquà re alicuius ponderis prodeſſe poſſe:nam ſtudium adhiberet, ut illi amicus eſſet.

Contumelia. Et qui contumeliam infert, negligit. eſt autem contumelia,cum quis lædit,ac dolore afficit aliqué in ea re,unde illi,qui patitur, ignominia naſcitur : non ut qui contumeliam infert, aliquid plus habeat, quàm antè haberet, ſed tantum ut uoluptatem capiat. nam qui talionem reddunt, non contumeliam inferunt,ſed ulciſcuntur. Cauſa uoluptatis eorum, qui contumelioſi ſunt, ea eſt, quòd exiſtimant ijs, quibus malefecerint, ea ratione ſe magis præſtare : quo fit ut iuuenes & diuites contumelioſi ſint, quoniam in contumelia inferenda ſe antecellere cæteris exiſtimãt. Ex *Ignominia.* cõtumelia uerò naſcitur ignominia:& qui ignominia quempiam afficit, illum negligit. quod autẽ nullius precij eſt, id nullam habet æſtimationem neque boni neque mali: quamobrem iratus Achilles ita inquit,

Iliad.1. *Affecit me ignominia,quoniam abſtulit ipſum,*
Quod Danai dederant munus mihi.

& alibi,

Iliad.9. *Me tanquam infamem tempſit,profugumq́; rebellem.*

cum propter hæc indignaretur. dignum autem cenſent, ſe ab illis obſeruari, qui genere,opibus, B uirtute ſunt inferiores : & denique, in quacunq; re quiſpiam plurimum excellit, in ea uult obſeruari : ut diues in pecunijs à paupere, diſertus in dicendi facultate ab indiſerto & infante, & qui imperat, ab eo, qui ſubiectus eſt imperio : & qui imperare dignus eſt,ab eo,qui parẽre debet. unde dictum eſt:

Iliad.2. *Ab Ioue natorum,certè ira eſt maxima regum.*

& alibi,

Iliad.1. *Quin etiam deinceps iram ſub pectore ſeruat.*

indignantur enim propter excellentiam ſuam. Ab illis etiã obſeruari uult, à quibus aliquis exiſtimat, ſe beneficijs affici oportere. ij uerò ſunt, de quibus aliàs benemeritus eſt, uel quibus in pręſentia benefacit aut ipſe,aut propinquus eius aliquis, aut alius quiſpiam ipſius gratia, uel etiá ſi uelit, aut aliàs uoluerit obſequi. *Summatim repetit ſuperiora* Ex his iã perſpicuum eſſe poteſt, quomodo affecti homines iraſcantur, & quibus, & quas ob res. iraſcuntur enim,cum animo dolent : nam qui dolet animo, ſemper alicuius rei deſiderio tenetur. Itaque ſiue quis ei directò reſtiterit, ut ſitienti ne bibat, ſiue non directò tamẽ idem facere uidetur : & ſi quis illi aduerſetur, & ſi cum poſſit,non adiuuet,ſiue quocunq; alio modo ſic animo affectum perturbarit. omnibus enim iraſcitur. Quare qui morbo laborant,qui paupertate premuntur,qui amant, qui ſitiunt, & deniq; qui aliquid deſiderant, & id aſſequi nõ poſſunt, iracundi ſunt,& nullo negocio concitantur. præcipuè uerò illis iraſcũtur, qui eos in præſenti ſtatu negligunt:ut ægrotans ei,qui morbum ſuum negligit: pauper ei,qui paupertatem: miles ei, qui bellũ: amans ei,qui amorem,atq; eodem modo in reliquis. ducitur enim unuſquiſq; ab animi perturbatione,in qua prius erat,ad iram,quæ in ſingulis rebus excitatur. Ad hæc iraſcitur,ſi contrà accidit,quàm expectabat: maiorem enim dolorem adfert magnum & inſperatum incommodum, quemadmodum etiã magnum,& inſperatum bonum magis delectat, cum ex animi ſententia ſuccedit. Itaq; ex his intelligi poteſt,quæ horæ,quæ tempora,quæ affectiones,quę ætates facilè ad iram commoueant, & quando, quoq; in loco magis concitentur. illud etiam planum eſt,omnes magis ad iram pronos eſſe,cum magis his rebus tenentur. Atq; hactenus, quomodo affecti homines, proni ſint ad iram,dictum ſit. Eis autem iraſcũtur, qui uel de- *Quibus potiſſimum homines iraſcantur, & quibus de cauſſis.* rident, uel ludibrio habent, uel dictis laceſſunt: nam hæc facere, contumelia eſt: & ijs,qui lædũt in rebus,quæ ſpeciem habent cõtumeliæ: neceſſe eſt autem, ut talia ſint ea,quæ faciunt, neq; ut talionem reddant, neque ut aliquam utilitatem habeant : iam enim per contumeliam facere uidẽtur. & ijs, qui ipſos uituperant, & contemnũt in eis rebus, quibus ipſi maximè ſtudent : ut ſi quis in philoſophia maledixerit eis, & ſpreuerit, qui ſe multum in ea profeciſſe gloriantur: & qui formæ ſtudent, ſi quis eos in ea re uituperet: atq; ita in reliquis. & multo magis iraſcuntur, quando ſuſpicantur ea ſibi non adeſſe, quibus ſtudẽt: uel omnino ſe expertes eſſe: uel non firmiter tenere,uel etiamſi teneant, non exiſtimari. nam cũ exiſtimant ea ſibi firmiter adeſſe, nihil curãt eos, B qui ſe in ea parte uituperant. Et magis amicis iraſcuntur, quàm ijs qui ſunt inimici : putant enim conuenire magis ab eis ſe bene tractari, quàm contrà. Illis etiam iraſcuntur, qui uel ipſos honorare, uel de ipſis curam ſuſcipere conſueuerant, ſi poſtea non idem efficiunt : nam ab eis ſe tunc contemni putant : niſi enim hoc eſſet, idem eos eſſe facturos. & ijs, qui accepta beneficia nõ reddunt,aut non æqualem gratiam referunt : & ijs,qui conatibus ſuis reſiſtunt, ſi inferiores fuerint : omnes enim iſti contemnere uidentur. & hi quidem,tanquam ſe inferiores,negligunt : illi uerò,tanquam ab inferioribus beneficia acceperint. & ijs, qui in nulla ſunt exiſtimatione, ſi negligere uideantur, magis iraſcuntur. diximus enim iram eſſe propter negligẽtiam aduerſus eos, quos non conuenit : conuenit autem inferioribus, non negligere præſtantiores. Et amicis iraſcuntur, niſi uel bene dixerint, uel bene fecerint: & multo magis, ſi contraria fecerint, & ſi nõ aduerterint, quib. rebus indigeant : ſicut apud Antiphontem Plexippus Meleagro iraſcitur. hoc enim negligentiæ ſignum eſt,non aduertere : nã quæ curamus,ea nos latẽre non ſolent. & ijs,qui infortunijs,quæ ipſis accidunt,lætantur:& omnino, qui in aduerſa ipſorũ fortuna ſecuro ſunt animo: hoc enim uel inimici, uel negligentis iudicium eſt. & ijs, qui nõ curant,etiamſi dolorem adferunt, unde etiam mala nunciantibus iraſcuntur : & æquo animo audientib. ea,quę exiſtimationem ipſorũ lædunt, æquoq; animo res malas intuẽtibus. nã qui hoc faciunt, uel negligẽtibus, uel inimicis ſimiles ſũt: amici enim angũtur,nec

quiſquam

quiſquam eſt, cum propria mala uidet, quin doleat. Præterea illis iraſcuntur, qui ſe negligunt apud quinq; hominum genera: apud eos, quibus cum de honore cōtendunt: apud eos, quos admirātur: apud eos, quibus eſſe admirationi ſtudēt: apud eos, quos uerecundantur: deniq; apud eos, quibus ipſi ſunt uenerationi. apud hæc hominū genera ſiquis ipſos neglexerit, maximè iraſcuntur, & ijs, qui negligunt ea, quibus opem non ferre turpe eſſet: ut parentes, filios, uxores, imperio ſubditos. & qui beneficiorum acceptorum gratiā non referunt: eſt enim hęc negligentia prętet id, quod conuenit. & ijs, qui diſsimulatione utūtur, cum ipſi ſerio agant: ſignum enim contemptiōis eſt diſsimulatio. & ijs, qui ſunt in alios benefici ac liberales: niſi etiā ipſis beneſaciant. contemptionis enim ſignum eſt, non iiſdem rebus aliquem dignum iudicare, quibus omnes alios iudicant. Obliuio quoq; iram commouet: ut ſiquis nomen alicuius penè oblitus fuerit. nam etiam obliuio negligentiæ ſignum eſſe uidetur: ſiquidem ab incuria naſcitur obliuio, incuria uerò negligentia eſt. Quibus igitur hominibus iraſcantur, & quomodo affecti, & quas ob res, ſimul explicatum eſt. Planum autem eſt, oratorē oportere iudices oratione ſua tales efficere, quales ij ſunt, qui in iram procliues ſunt: atque aduerſarios eis culpis affines eſſe oſtendere, quæ iuſtam iram commouent, & tales eſſe, quibus iraſci meritò debeant.

DE LENIENDA IRA, AC DE *lenitate ipſa eadem ratione qua de ira diſſeruit.* Cap. III.

QVoniam autem iraſci, & leniri contraria ſunt, & ira lenitati: uidendum eſt, quomodo affecti homines lenes ſint, et erga quos ſe leniter gerant, & quibus de cauſis leniantur. eſt autem lenitudo, ſedatio animi, atq; ab ira ceſſatio. *Lenitudo quid* Cum igitur homines iraſcantur negligentibus, negligentia uero uoluntaria ſit: perſpicuū eſt, eſſe lenes aduerſus eos, qui aut nihil horum faciunt, aut inuiti faciunt, aut ſaltem facere uidētur: & erga illos, qui aliquid fecerunt contrà, quàm uoluerant: & aduerſus eos, qui in ſe ipſos eadem cōmittunt: nemo enim uidetur ſe ipſum negligere. & aduerſus eos, qui fatentur quidem, ſed feciſſe pœnitet: ceſſant enim ab ira nō aliter, ac ſi illi, quos pœnitet eius rei, qua dolent, pœnas iam dederint. hoc autem ex punitione ſeruorū intelligi poteſt: nam eos, qui pernegant, & contradicunt, atrocius punimus: in eos uerò, qui fatētur, ſe iuſtè puniri, miriores ſumus, & ab ira ceſſamus. id autem in cauſa eſt, quòd aperta negare impudentia eſt: & impudentia, eſt negligentia & contemptio quædam. quos enim ualde contemnimus, eos non ueremur. In eos etiam lenes ſumus, qui ſe humiliter demiſſeq; gerunt, neque contradicunt: uidentur enim ſe inferiores confiteri. & qui ſunt inferiores, timent: nemo autem timentibus iraſcitur. Quòd autem ira ſtatim ceſſet in eos, qui ſe humiliter & demiſsè gerunt, declarant etiam canes, qui proſtratos non mordēt. Iis etiam lenes ſumus, qui ſeriò nobiſcū agunt, cum nos etiam ipſi ſeriò agimus: uidentur enim noſtri eſſe ſtudioſi, non autem nos contemnere. & ijs, qui pluribus in rebus, quàm petieramus, nobis gratificantur: & ijs, qui rogant & deprecātur: nam humiliores demiſsioresque fiunt. & ijs, qui neque contumelioſi ſunt, neque deriſores, neque contemptores aut ullius hominis, aut bonorum, aut eorum qui nobis ſimiles ſunt. & omnino ex contrarijs rebus ſcrutari oportet, quæ lenire animum poſsint. Iis etiam lenes ſunt, quos timent, & quos uerentur: nam donec ita affecti ſunt, illis iraſci non ſolent. nullo enim modo fieri poteſt, ut quis ſimul timeat, & iraſcatur. Et ijs, qui ira perciti, commiſerint aliquid, aut non iraſcuntur, aut leuius iraſcuntur: neque enim propter negligentiam feciſſe uidentur. nam nemo iratus negligit, ſiquidem negligentia ſine animi dolore eſt, ira uerò ſemper eſt cum dolore. Et ijs lenes ſunt, qui ipſos uerentur. Et qui contrario modo ſunt affecti, quàm cum in ira ſunt, perſpicuum eſt eſſe lenes: ut cum ludunt, cum rident, cum dies feſtos agunt, cum quid rectè geſſerunt, cum aliquid ex animi ſententia ſucceſsit, cum ſecuri ſunt. In ſumma, lenes ij ſunt, quibus doloris uacuitas adeſt, & uoluptas non contumelioſa, & qui bona ſpe ducuntur, & qui multo antè tempore, non autem recenti re, iram conceperunt: tēpus enim irā mitigat. *Lenes qui ſint omnino.* Quin ab altero prius ſumpta pœna, maiorem in alterum iram minuit atque ſadat. unde bene Philocrates, cum iratum in ſe populum haberet, & quidam ei dixiſſet, Cur non cauſam tuam dicis, & te defendis? Nondum eſt tempus inquit. Quando igitur? Cum alium prius condemnatum uidero. *Philocratis dictum.* Lenes enim fiunt, cum in alium iram ſuam effuderint. quod quidē Ergophilo contigit, cui cum iudices magis infenſi eſſent, quàm Calliſtheni, tamen eum abſoluerunt, cum pridie Calliſthenē morte damnaſſent. *Ergophili exemplum.* Et ſi iudicio conuicerint, leniores fiunt: & ijs, qui maius aliquod incommodum acceperint, quàm illis irati ipſi feciſſent: exiſtimant enim idem eſſe, ac ſi ipſi pœnas de eis ſumpſiſſent. & ſi priores ſe læſiſſe putant, ac ſe iuſtè pati. neq; enim cōtra id, quod iuſtè factum eſt, ira concitatur: quoniā non amplius ſe contrà quàm oportebat, pati arbitrātur, unde ſolet ira commoueri. quapropter oratione prius caſtigare oportet: hac enim ratione minus etiam ſerui dolent, cū puniuntur. Ceſſant etiam ab ira, qui putant non intellectum iri ultionem à ſe profectam: aut nō propter illa, quę paſsi ſunt. nam ira contra ſingulas perſonas accēditur, quod ex eius definitione perſpicuum eſt. itaque rectè dictum eſt ab Homero:

Dicito, Me euerſor Troiæ cæcauit Vlyſſes. *Odyſſ. 9.*

tanquam ſibi non uideretur ultus iniurias, niſi ille ſenſiſſet, & à quo, & qua de cauſa tam malè tractatus fuiſſet. Quare neque ullis alijs iraſcuntur, quos non ſentire exiſtimant, neque mortuis: quippe qui malorum extremum iam perpeſsi ſint, neque amplius dolituri ſint, aut ſenſuri, quarum rerum deſiderio tenentur irati. quare bene de Hectore cecinit Homerus, uolens Achillis iram contra mortuum ſedare:

Quis furor eſt, terram ſenſu uexare carentem? *Iliad. 24.*

Planum igitur eſt, ex his locis ducenda eſſe argumēta ab illis, qui placare animos uolunt. atq; eos quidem

quidé his rationibns mirigare oportet. Illos au-
té,quibus irati ſunt,oſtendere debemus,aut ter-
ribiles eſſe,aut uenerstione dignos,aut beneme
ritos,sut inuitos feciſſe,aut denique propter ea,
quæ fecerunt, magnum snimo dolorem ſentire.
Iam ueiò, quos amare ſoleant homines, & odiſ-
ſe,quibusq; de cauſis,oſtédamus:ſed prius,quid
amicitia ſit,& quid amare,doceamus.

DE AMORE ET AMICITIA,
eiusq; contrarijs, eadem methodo.
Caput IIII.

Amare quid. ESt igitur amare, uelle alicui bona euenire
nó ſua, ſed illius ipſius cauſa, quem diligit:
& quantú in eo eſt,efficere,ut illa eueniant:
amicus uerò ille eſt, qui amat, & redamatur. illi
igitur exiſtimantur amici, qui inter ſe mutuò ſic
Amicus quis. affecti eſſe uidentur. His ita poſitis, neceſſe eſt
I. illum amicum eſſe, qui gaudet alicuius rebus bo
nis, doletq; malis,non alia, ſed illius ipſius tantú
cauſa.omnes enim gaudent,cú illis,quos amant,
quæ uolunt,euenerunt:& cum accidunt contra-
ria, dolét.itaq; dolores & uoluptates indicia ſút
II. uoluntatis. illi etiam inter ſe ſunt amici,quibus
eadem bona ac mala ſunt,& qui eoſdem babent
amicos,& eoſdem inimicos: neceſſe eſt enim,ut
in eis ſit uolunratum coniunctio. nam cum eadé
uelit alij,quæ ſibi ipſi, certè illi amicus eſſe uide-
III. tur. Illis etiam amici ſunt, à quibus beneficium
acceperunt uel ipſi,uel ij,quos diligunt,charosq;
habent:& præcipuè, ſi beneficia fuerint uel ma-
gna, uel prompto snimo collata, uel opportuno
tempore: & aut ipſorú cauſa, aut eorum,quibus
IIII. ipſi benefacere uelle exiſtimantur. Amicos etiá
amicorú amant, & amantes eos, quos ipſi amát:
& amatos ab eis, qui ab ipſis amátur: & eos,qui
eiſdem ſunt inimici,& qui illos odio proſequun
tur,quos ipſi oderunt,& qui odio habentur ab il
lis,qui ipſis odio ſunt.his enim omnibus eadem
eſſe bona uidentur: quo fit, ut illis bene uelint,
V. quod amici proprium eſt. Amant etiam eos,qui
benefici ſunt uel in pecunijs erogandis,uel in ſa-
lute danda:quare liberales, & fortes uiros bono
rant,atq; etiam iuſtos.tales uerò exiſtimant eos,
qui non uiuunt ex alienis rebus:ut qui ſuo ſibi la
bore uictú quærunt, quales præcipuè ſunt agri-
VI. colæ,& qui ipſimet opus faciunt. Temperantes
etiam amant, propterea quòd minimè ſint iniu-
ſti: atq; eadem de cauſa diligunt eos, qui remoti
VII. à negocijs uitam degunt. Eos etiam amamus,
quibus amici fieri ſtudemus, ſi modò ſe id uelle
oſtéderint.tales autem ſunt,qui præclara aliqua
uirtute ualét,uel qui in honore ac precio ſunt aut
apud omnes, aut apud optimos uiros, aut apud
eos quos admiramur,aut denique apud eos, qui
VIII. nos admirantur. Amamus etiam eos, qui motú
ſuauitate præſtant, & quorum iucunda eſt con-
ſuetudo.tales autem habentur, qui ſunt ingenio
placidi, neq; ſiquid peccatum eſt, faciles ſunt ad
reprehendendum, & qui neq; contentioſi ſunt,
neq; litium amatores:nam huiuſmodi homines
pugnant,aduerſanturq; alijs.qui autem pugnát,
uelle contraria uidentur.& qui iocoſe facereque
alios mordent, & aliorum morſus æquo animo
ſuſtinent, quoniam ad eundem finem ambo ten

A dunt, cum & inuadi æquo animo, & inuadere
ingenioſè poſsint Eos quoq; amamus, qui no- IX.
ſtra bona laudant, & ea præcipuè,quæ ueremur,
ne in nobis planè ſint:& qui mundi ſunt,atq; ele X.
gantes in apparatu,in ueſtitu,in omni deniq; ui-
ta:& qui neq; uitia,neq; beneficia exprobrare ſo XI.
lent:nam qui hæc faciunt, cótentioſi ſunt.& qui XII.
non recordantur iniurias, neq; aliorum peccata
obſeruant, ſed placabiles ſunt: nam quales erga
alios eſſe uidentur,tales etiam in nos futuros exi
ſtimamus.& qui neq; maledici ſunt, neq; incom XIII.
moda maculasq; uel propinquorum, uel noſtra
ſcire uolunt, ſed bona tantum: hoc enim uir bo-
nus facere ſolet. & qui iratis non aduerſantur, XIIII.
aut aliquid ſeriò agentibus: nam qui hoc faciút,
cótentioſi ſunt. Illos quoq; amát omnes, quos XV.
ſui ſtudioſos eſſe intelligunt, ut qui ipſos admi-
rantur,& eſſe bonos exiſtimant, & ipſorum con
ſuetudine delectantur: & præcipuè, qui hoc fa-
ciunt in eis rebus, in quibus ipſi cupiunt admira
biles uideri, uel uiri boni, uel ſuaues & iucundi. XVI.
Pares etiá amát, atq; eiſdem ſtudijs deditos,niſi
fortè moleſti fuerint, aut ex eadem arte uictum
quæſierint:túc enim accidit,quod ait Heſiodus, *Prouerbium*
Et figulus figulo. *lib.1.*
& qui earundem rerum deſiderio tenentur,mo- XVII.
dò ſint eiuſmodi res, ut eas æqualiter ambo con
ſequi poſsint:ſin minus,idem accidit, quod in ar
tificibus. Eos quoq; amant,quibus cum adeò fa- XVIII.
miliares ſunt, ut nó pudeat coram eis illa facere,
quæ uulgò turpia uidentur, niſi fortè illos con-
temnant. Et eos amant,apud quos uerentur illa XIX.
B cómittere,quæ re uera turpia ſunt,& apud quos
in honore ac precio eſſe ſtudent. Et quos optant XX.
æmulos atque imitatores habere rerum ſuarum,
non autem obtrectatores, eos aut amant,aut ſibi
amicos fieri cupiunt: & quos in acquirendis ali- XXI.
quibus bonis adiuuarent, niſi fortè in ipſos gra-
uiora mala caſura eſſent. Eorú quoq; amicitiam XXII.
expetunt, quos uident non minus abſentes ami
cos diligere, quàm præſentes. itaque nemo eſt,
quin eos diligat, qui mortuorum etiam amicitiá
colunt: & omnino quicunq; amicis ualde ami- XXIII.
ci ſunt,& eos cum opus eſt,non deſerunt:cùm e- XXIIII.
nim omnes bonos diligant, tum eos præcipuè, XXV.
qui boni amici ſunt,& qui nihil apud ſe fingunt.
tales autem ſunt, qui mala etiam ſua narrant &
aperiunt: nam (ut ſuprà dictum eſt) cum ami-
cis nos non pudet ea dicere, aut facere, quæ uul-
gò turpia uidentur. itaque ſi quem pudet,is non
amat:certè quem non pudet, is amans eſſe uide-
tur. Eos quoque amamus, qui non formidoloſi XXVI.
ſunt, & quibus confidimus: nemo enim, quem
metuit,diligit. Amicitiæ ſpecies ſunt,ſodalitas, *Amicitiæ ſpecies.*
neceſsitudo,cognatio,cæteraq; eius generis. Có *Cauſa.*
ficiens autem amicitiæ beneficium eſt, & præci-
puè, quod ultrò defertur, non expectatis preci-
bus, & quod quando collatum eſt, non comme-
moratur. tunc enim intelligitur ipſius gratia fa-
ctum eſſe,non alia de cauſa.Quod autem ad ini- *Inimicitiarum*
micitias & odium attinet,perſpicuum eſt,ex có- *& odij loci, tũ*
trarijs locis ſumenda eſſe arguméta. Inimicitia- *quid inter irã*
rum uerò conficientia ſunt,ira, uiolentia, crimi- *& odiũ inter-*
natio. Sed ira concitatur tantú ex ijs rebus, quę *ſit. 1.*
ad ipſum tantú referuntur: inimicitiæ uerò etiá
exijs,

ex ijs, quæ minimè ad ipſum pertinét. ſępè enim
aliquem odio proſequi ſolemus, ſi talem eſſe ſu-
II. ſpicamur. Huc accedit, quòd ira ſemper contra
ſingulos excitatur, ut contra Calliam, aut Socra-
tem: odium autem etiam cõtra genera hominũ:
nam furem, & calumniatorem omnes oderunt.
III. atq; ira quidem tempore ſanari poteſt, odiũ non
IIII. poteſt. Præterea ſtudet ira dolorem inurere, ſed
inimicitiæ magis damnum importare geſtiunt.
nam qui iratus eſt alicui, uult eum ſentire, cum
ulciſcitur: inimicus uerò nequaquam hoc curat.
V. Quæ uerò dolorem faciunt, omnia ſenſum mo-
uent: ſed quæ maxima mala ſunt, minimè ſen-
tiuntur, ut iniuſticia, & dementia: prauitas enim
VI. præſentia ſua nullam dolorem adfert. Ita etiam
adiunctam habet ægritudinem, ſed odium ægri
tudine uacat. nam qui iratus eſt, dolet: qui autẽ
VII. odit, non dolet. Et iratus ob multas aduerſarij
calamitates nonnunquam ad miſericordiam fle
ctitur: qui autem odit, nunquam ulla mouetur
miſericordia. nam iratus uult eum, cui iraſcitur,
uiciſsim angi, & dolorem ſentire: ſed qui odit,
uult eum quẽ odit, extingui ac perire. Ex his per- *Vtilitas ſupradictorum.*
ſpicuũ eſt, quomodo quis amicos & inimicos
oſtendere poſsit qui ſint, & qui non ſint, quomo
do facere poſsit, & qui ſe dicunt eſſe, quomodo
diſturbare queat: & cum eſt controuerſia, utrum
aliquid propter iram, an propter inimicitias fa-
ctum ſit, quomodo ualeat, in quam partem uo-
luerit, qui dicit, id traducere. Quæ uerò timeant
homines, & quos, & quomodo affecti, planum
fiet ex ijs, quæ modò dicemus.

DE METV, EIVSQVE CONtrarijs, eodem ordine. Cap. V.

Metus quid. Eſt autem metus, ægritudo quædã, uel per-
turbatio ex opinione impendentis mali,
quod aut interitũ nobis, aut dolorem ad-
ferre poſsit. neq; enim omnia mala timentur, ut
ne iniuſtus fiat, aut hebeti tardoq; ingenio: ſed
ea tantum, quæ uel magnos dolores, uel interi-
tum adferre poſſunt: & præcipuè, ſi illa non lon-
ginqua ſint, ſed proxima, ut iam impendẽre ui-
deantur. nã quæ ualde longinqua ſunt, non me-
tuuntur. ſciunt enim omnes fore ut moriantur:
ſed quoniam id propè non eſſe putant, ideo nul-
lam curam ſuſcipiunt. Quòd ſi metus eſt huiuſ-
Horribilia quæ. modi, neceſſe eſt ut ea omnia ſint horribilia &
pertimeſcenda, quę nos perdendi uim magnam
habere uidẽtur, aut eiuſmodi detrimenta impor
tandi, quę acerrimos animi dolores pariant. Ita-
que talium etiam rerum ſigna terrorẽ incutiunt.
tunc enim in proximo iam eſſe uidetur id, quod
eſt horribile. hoc uerò ipſum periculum eſt, hor-
ribilis rei appropinquatio. tales ſunt inimicitiæ,
iræq; illorũ, qui malum aliquod importare poſ-
ſunt: manifeſtum eſt enim eos & uelle, & poſſe,
quo fit ut ad inferendum malum parati ſint. Et
iniuſticia, ſi uires nacta fuerit, horribilis eſt: iniu-
ſtus enim is eſt, qui conſultò ſe iniuſtè gerit: uir-
tus quoque affecta contumelia, ſi uires adepta
eſt. perſpicuum eſt enim, cum afficitur contume
lia, ſemper eam ulciſci deſiderare: ſed cũ poteſt,
tunc id efficere. Metus etiam eorum, qui malum
aliquod inferre poſſunt, horribilis eſt: nã huiuſ-

A modi homines ſemper ad offendendum parati
ſunt. Et quoniam pleriq; ſunt improbi, & cupi-
ditatis ſiti trahuntur, atq; in periculis timidi, ple
runq; etiam horribile eſt, in aliorum eſſe poteſta
te. quare, q aliciuius magni facinoris cõſcij ſunt,
ijdem ſunt etiam horribiles, ne aut facinus illud
indicent, aut ſocios deſerant. Et qui iniuriam fa-
cere poſſunt, ſemper eis formidabiles ſunt, qui
ſunt ad iniuriã expoſiti: plerunq; enim homines
facultatẽ nacti iniuriam inferũt. & qui iniuriam
acceperunt, uel ſe accepiſſe arbitrantur: ſemper
enim ulciſcendi tempus obſeruant. Et qui iam
fecerunt iniuriam, ſi poteſtatem habent, horribi-
les ſunt, cum ſemper talionem reformident: hoc
autem eſſe horribile, iam ſuprà dictum eſt. & qui
de ijſdem honoribus aut pręmijs certant, ſi eaſ-
dem ambo conſequi non poſſunt: tales enim in-
ter ſe perpetuò digladiantur. Et qui ſunt horri-
biles ijs, qui meliores ſunt, etiam infirmioribus
ſunt horribiles: facilius enim infirmiores, quàm
meliores, lædere poſſunt. atque eadem de cau-
ſa ſunt etiam horribiles illi, quos meliores refor-
midant: & qui necẽ eis attulerunt, qui ipſis præ-
ſtantiores erant: & qui minores aggredi ſolent.
uel enim iam horribiles ſunt, uel elato animo ſta
tim fient. Horribiles etiã ſunt ij, qui iniuriam
acceperunt, & qui inimici ſunt, aut aduerſarij: nõ
ſi ad iram procliues ſunt, & liberè loquuntur, ſed
ſi ſedati ſunt, & diſsimulatores & uerſuti. incer-
tum eſt enim, an propè ſint ad malefaciendum:
neque unquam perſpicuum eſt, quàm longè ab-
ſint. Omnium autem horribilium illa maxima
B ſunt, in quibus ſiquid peccatum fuerit, non eſt e-
mendãdi locus: ſed uel omnino corrigi nequeũt,
uel remedia nõ ſunt in noſtra, ſed in aduerſario-
rum poteſtate: & in quibus uel nulla ſunt auxi-
lia, uel multum ardua. Vt autem ſummatim di- *Horribilia quæ.*
cam, horribilia ſunt illa omnia, quę cum alijs eue
niunt, uel impendent, miſericordia digna ſunt.
Atque hæc quidem ferè ſunt, quæ horribilia di-
cuntur, & quæ maximè homines timere ſolent.
ſed quomodo affecti ſint animo, qui timent, iam
dicamus. Cum igitur metus cum expectatio- *Qui timent, quomodo ſint affecti.*
ne ſit patiẽdi aliquid, quod perdere ualeat, per-
ſpicuum eſt, neminem eorũ eſſe in metu, qui ni-
hil ſe mali paſſuros arbitrantur. neque enim quiſ
quam ea timet, quæ ſe non paſſurum putat: neq;
eos metuit, à quibus nihil mali expectat: neque
eo tempore timet, cum nihil mali futurum arbi-
tratur. Neceſſe eſt igitur, eos eſſe in metu, qui ſe
aliquid mali paſſuros exiſtimant à certis perſo-
nis, & qui quæ paſſuri ſunt, & quo tempore, co-
gitant. qui autem plurimis fortunę bonis abun-
dant, aut ſe abundare putant, ij ſe nihil paſſuros
arbitrantur, atq; inde contumelioſi ſunt, & alio-
rum negligentes, & audaces ac confidentes. ta-
les autem efficiunt diuitiæ, robur corporis, ami-
corum copia, potentia. Neq; illi timent, qui ſe iã
grauia paſſos exiſtimant, & qui iam omnem fu-
turi ſpem abiecerunt, ut qui ad extremum ſuppli
cium ducũtur. ſed qui timet, neceſſe eſt, aliquam
ſalutis ſpem habeat in ea re, de qua ſolicitus eſt:
cuius rei ſignum eſt, quòd metus cogit homines
diligentius conſultare: nemo autem de rebus eis
conſultat, in quibus nihil amplius ſpei relictum

eſt.

Metus tractatio.

eſt. Itaq; cum utile erit inducere timorem iudi- A cibus, tunc eis rationibus uti oportebit, quibus oſtendamus eos tales eſſe, ut pati poſsint: ut ſi dicamus, alios etiam maiores paſſos fuiſſe, uel oſtẽdamus pares aut hoc tempore pati, aut antea paſſos eſſe, & ab ijs, à quibus nihil mali metuebant, & præterea paſſos ea, quæ nunquam putaſſent, & quo tempore minime expectabant.

De contrario metus affectu, cõfidentia, eodem modo.

Cum autẽ planum factum ſit, quid ſit metus, & quæ ſint ea quæ metuenda ſunt, & quomodo affecti homines metuant: ex eiſdem perſpicuum etiam eſt, quid ſit confidere, & quibus in rebus cõfidentes ſint, & quomodo affecti confidant. nam confidẽtia timori contraria eſt, & quæ confidentiam adferunt, eis contraria ſunt, quæ metum incutiunt.

Confidentia quid.

Quare cõfidentia, ſpes quædam eſt cum opinione proximæ ſalutis futuræ, & rerũ horribilium uel non futurarum, uel longè remotarum. Confirmatur enim animus, cum mala longè abſunt, & quæ confidentiam adferunt, ſunt uicina: & ſi peccatum corrigi atq; emendari poteſt, & ſi auxilia uel multa, uel magna, uel utraque ſimul adeſſe uidentur: & ſi iniuriam neq; nos accepimus, neq; alijs intulimus: & ſi uel nulli ſunt aduerſarij, uel ſi ſunt, nocẽdi facultatem non habent, uel etiamſi habent facultatem, nobis amici ſunt: uel ſi beneficia in nos contulerunt, aut à nobis acceperunt: uel ſi plures ſunt, quibus eadem conducunt, aut præſtantiores, aut utruoq; ſimul. Ipſi uerò homines hoc modo confidentes eſſe ſolent, ſi multis in rebus proſperè ſe geſſerunt, & nullum incõmodum paſsi ſunt: & ſi in pericula ſæpius inciderunt, & tamen incolumes euaſerũt. Duo- B

Duæ confidentiæ cauſſæ.

bus enim modis homines timore non cõcutiuntur: uel quòd ea mala nunquam experti ſunt, uel quòd auxilia parata habeant: id quod accidit in marinis periculis. nam qui tẽpeſtatem nunquã experti ſunt, ij ſe incolumes euaſuros confidunt: qui uerò habẽt auxilia, propter uſum & experiẽtiam confidunt. Confidunt etiam, cum uident rẽ illam paribus & ſimilibus metum non adferre, neq; inferioribus, & ijs, quibus ſe præſtantiores arbitrantur: exiſtimant autem ſe illis præſtare, quos uicerunt, aut ſi ijs uel potentiores, uel ſimiles uicerunt: & ſi plura & maiora ſibi adeſſe putant eorum, quibus qui excellunt, horribiles eſſe ſolent: qualia ſunt, pecuniæ magnitudo, robur corporum & amicorum & regionis, & apparatuum belli aut omnium, aut maximorum. Confidunt etiam, ſi iniuriam intulerint aut nemini, aut paucis, aut non huiuſmodi hominibus, quos timere debeant: & omnino, quoties ſperãt deos ſibi fore propitios, & aliquid boni portendere uel ſignis, uel oraculis, uel alijs quibuſdã rebus: iracundia nanq; confidentes homines facit. cum autem quis non iniuriam facit, ſed eam accipit, tunc iracundia mouetur: Deus uerò creditur eis eſſe auxilio, qui iniuriam acceperunt. Confidentes etiam ſunt, cum priores aggrediuntur, & exiſtimãt uel tunc ſe nihil incõmodi pati, uel poſtea nõ paſſuros, uel quod cupiunt cõfecturos. Ac de ijs quidẽ, quæ metũ incutiũt, & de ijs quę cõfidẽtiã adferũt, hactenus dictũ ſit. Quibus aũt in reb. uerecundi ſint homines, atq; inuerecũdi, & erga quos, & quomõ affecti, deinceps explicandũ eſt.

A DE VERECVNDIA, AC TRIbus in ea conſiderandis. Cap. VI.

Verecundia quid.

ESto igitur uerecundia, quædam ægritudo perturbatioq; in eis malis, quæ ignominiã ac dedecus ferre uidẽtur, cum aut ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt:

Inuerecundia.

inuerecundia uerò, negligentia quædam eſt, & animi ſecuritas in eiſdẽ illis malis.

Verecundiæ cauſæ.

Quòd ſi uerecũdiæ natura ea eſt, quã explicuimus, neceſſe eſt in eiuſmodi malis homines uerecũdari, quæ uel ipſis turpia ſunt, uel eis, quorum curam habent. talia uerò ſunt ea opera, quæ ab animi uitio proficiſcũtur: ut in prælio clypeum abijcere, uel in fugã uerti, quòd à timiditate naſcitur: uel depoſitum non reddere, quod naſcitur ab iniuſticia: & rem habere, quibus cũ nefas eſt, uel ubi, uel quando non oportet, quod intemperantiæ proprium eſt: & quæſtũ ex minutis rebus facere, aut turpibus, aut ex ijs, ex quib. fieri non poſſe uideatur, ut à pauperibus, & mortuis. unde celebratum eſt prouerbium illud, etiã

Prouerbium.

à mortuo tributũ exigere: à ſordibus enim hoc, & illiberalitate naſcitur. & eis, qui indigent, non pecunia ſubuenire, cum poſsis, aut minus quàm oporteat, ſubuenire: & à tenuioribus, minusque abundãtibus auxilium & pecuniam capere: aut mutuò eam ſumere, cum exiſtimatur aliquis à te petiturus: aut iterum petere, cum aliquis, quos dedit, numos repetiturus eſt: aut contrà repetere, cum iterum ille petiturus eſt. Turpe eſt etiam aliquid laudare, ut illud poſcere uidearis, & cum ſemel repulſam paſſus ſis, nihilominus idem petere. nam hæc omnia ſordium, illiberalitatisque B ſigna ſunt: in præſentia uerò coramque laudare

Aſſentationis ſigna.

quempiam, adulationis eſt: & bona plusquam ſatis ſit, laudare, mala uerò obſcurare: & cum quis dolet, maiorem eo dolorem oſtendere: & alia quæcunq; ſunt huiuſmodi, turpia ſunt, quoniam indicia ſunt aſſentationis. Turpe eſt etiam eos labores ferre non poſſe, quos aut ſeniores, aut delicati homines aut qui cum imperio ſunt, aut deniq; imbecilliores ferunt: hæc enim omnia molliudinis ſigna ſunt. & ab alio beneficiũ accipere, idq; ſæpius: & alicui beneficia exprobrare, turpe eſt: hæc enim ſigna ſunt animi puſilli, ieiuni, atque abiecti. & de ſe ipſo prædicare, ac magna quædam polliceri: & quę aliorum ſunt, ſibi uendicare: quod arrogantię ſignum eſt. Atq; eodem modo in ſingulis animi uitijs facta, indiciaq;, & quæ ſunt ijs ſimilia, turpia ſunt, & infamiam adferunt. Præterea turpe eſt, non eſſe participẽ rerum honeſtarũ, earum inquam, quas uel generatim omnes participant, uel pares ſimilesq; uniuerſi, uel ſaltem plurimi. pares autẽ ſimilesq; uo

Pares qui.

co illos, qui ſunt eiuſdẽ nationis, ciuitatis, ętatis, familiæ, deniq; qui æquo iure uiuunt. nã omnino turpe eſt, non huiuſmodi rerũ eſſe participẽ, ut eruditionẽ aliquo modo non deguſtaſſe, atq; ita de reliquis. Quę omnia turpiora ſunt, ſi ipſius culpa eueniſſe uiſa fuerint: ſic enim ab animi uitio magis ꝓficiſci uidẽtur, ſi ipſe cauſa fuerit malorum, quæ uel antea fuerũt, uel nunc adſunt, uel poſtea futura ſunt. Verecũdantur autẽ homines, cũ aut patiuntur, aut iam perpeſsi ſunt, aut ſe paſſuros intelligũt ea, quæ ignominiã & opprobria ferre

ferre poſſunt. huiuſmodi uerò ſunt ea, quæ uel ad obſcœnum corporis miniſterium, uel turpiũ factorum pertinent, in quibus quis contumelia afficitur. Et quæ ad intemperantiam attinent, ſiue quis uolẽs, ſiue inuitus patiatur, turpe eſt: & quæ ad uiolentiam, cũ inuitus patitur. nã huiuſmodi patientia ab ignauia & timiditate proficiſcitur, ſicut etiam iniurias acceptas non ulciſci. Hæc igitur, cæteraq; huius generis ſunt, quæ homines uerecundantur. Quoniam autem uerecundia opinio quædam eſt ignominiæ, atq; eius ipſius gratia, non autem eorum, quæ inde proueniunt: & nemo bonam quærit famam, niſi propter illos, qui de ſe exiſtimant: neceſſe eſt homines affici uerecũdia propter illos, quorum rationem ducunt. Eorum autem rationẽ ducunt, qui ſui admiratione capti ſunt, & eorum, quos ipſi admirantur, quosq; in admirationem ſui trahere deſiderant, & quibuſcum de honore ac dignitate contendunt, & deniq; quorum exiſtimationẽ non contemnunt. At uerò ſui admirationem apud eos mouere uolũt, atq; ipſi etiam eos admirantur, qui bonum aliquod in ſe habent eorum, quæ honore digna iudicãtur: & à quibus impertiri ſibi quippiam ardenter cupiunt, cuius illi domini ſunt, ut amatores. Cum paribus autem ſimilibusq; de honore ac dignitate contendunt: uiros uerò prudentes obſeruant, tanquam eos, qui uera prædicare ſoleant. tales autẽ ſunt ſenes atq; eruditi. Illa etiam uerecundiam mouent, quæ in oculis omniũ ac propalam fiunt: unde etiã prouerbium illud, pudorem in oculis eſſe. Atq; hac de cauſa magis eos uerecũdamur, qui ſemper nobiſcũ futuri ſunt, & qui noſtras aduertunt actiones, eo quòd hæc utraq; ſint in oculis: & eos, qui eidem culpę minimè ſunt obnoxij: perſpicuũ eſt enim, eos in cõtraria eſſe ſententia. & qui minimè procliues ſunt ad ignoſcendũ eis, qui peccare uideantur. nam quæ aliquis ipſe facit, ea dicitur uicinis non uitio uertere: quare quæ non facit, ſine dubitatione uitio uertit. Eos quoq; ueremur, qui omnia facilè enunciant: nihil enim differt, non uideri peccaſſe, & peccatum non enunciari. illi uerò facilè enunciant, qui iniuriam acceperunt, eo quòd obſeruare ſoleant: & maledici. nã ſi nihil peccãtib. detrahunt, quãto magis peccantes inuadent? & qui in notandis proximorũ peccatis occupati ſunt, quales ſunt deriſores, & comici poëtæ: nã hi quoq; quodãmodo maledici ſunt, & peccata enũciant. Eos etiam ueremur, apud quos uoti cõpotes ſemper fuimus: ij enim nos admirari quodãmodo uidẽtur. Atq; ideo ueremur etiã eos, qui tunc primùm à nobis aliquid petunt: quippe cum apud eos nihil adhuc exiſtimatio noſtra læſa fuerit. tales etiã ſunt ij, qui nobis amici fieri deſiderant: cõſpexerunt enim, quę optima ſunt in nobis. quare Euripidis reſpõſum ad Syracuſanos iure laudatur. Veteres quoq; familiares noſtros ueremur, qui nullius flagitij nobis conſcij ſunt. Solent autẽ uerecũdari homines nõ ſolũ in eis, quę dicta ſunt, quę re uera ſunt obſcœna, ſed etiã in eis, quæ ſigna ſunt: ut nõ modò cum Veneri indulgẽt, ſed etiã cum eius rei ſignũ aliquod edũt: neq; tantum cũ turpia faciunt, ſed etiam cum de illis loquuntur. Eodem modo nõ

Verecundia quid, & erga quos ſit.

Pudor in oculis, prouerbiũ.

Ariſtot. rum. I.

A tantũ prædicta homines ueremur, ſed eos etiã, qui poſſunt illis, quę fiunt à nobis, enũciare: quales ſunt eorum ſerui aut amici. Nihil autem omnino ueremur eos, quos ualde contemnimus, & quibus nõ credi ſolere putamus: nemo eſt enim, qui puerulos aut belluas uereatur. neq; eadẽ de cauſa ueremur familiares & externos. nam familiares in eis rebus ueremur, quæ ad ueritatẽ ſpectant: externos uerò in eis, quę ad opinionem & inſtituta. Qui autẽ uerecundia capiuntur, ita ſunt affecti: primò, ſi apud ſe habeãt huiuſmodi homines, quales diximus eos eſſe, quos uereri ſolemus. tales autem erant, uel qui nobis admirationi ſunt, uel qui nos admirentur, uel quibus admirationi nos eſſe cupimus: uel quorũ ope aliqua in re indigemus, quam non obtineremus, ſi exiſtimationem perdidiſſemus: atq; hi uel ſi pręſentes ſint, ac uideant: quemadmodũ Cydias in concione dixit, cum de Samiorum agrorum diuiſione tractaretur: rogabat enim Athenienſes, ut mentibus ſuis cogitarent, omnes Græcos non ſolum audituros eſſe, ſed etiã in corona ſtare, atq; adeſſe ut ſpectarent, quæ ab ipſis decernerẽtur. uel ſi in propinquo loco ſint, & facilè percepturi, quæ à nobis fiant. Quare, qui in calamitate ſunt, ab ijs conſpici nolunt, qui ipſos olim æmulabantur: nam qui æmulãtur, etiam admirari ſolent. Quin etiã illi pudore afficiuntur, quicunq; aliquid habẽt, quod dedecus adferat, uel à ſe cõmiſſum, uel à maioribus ſuis, uel ab alijs quibuſdam, quibuſcũ propinquitate aliqua coniuncti ſunt: & deniq;, quorum infamiam ad ſe pertinere putant. Tales

B autem ſunt ij, quos prædiximus, & præterea qui ex ipſis pendent, ut quorum magiſtri aut conſiliarij fuerunt. Præterea pudore afficiũtur, qui paria aliquos ſimilesq; habent, quibus cum de honore ac dignitate certant: multa enim eorum uerecundia commoti faciunt, & multa etiam prætermittunt. Et cum in conſpectu eorum futuri ſunt, & cũ eis uerſaturi, qui peccati conſcij ſunt, magis etiam tunc uerecundãtur. unde Antiphon poëta, cum iuſſu Dionyſij ad ſupplicium duceretur, & uideret alios, qui unà ſecum erant morituri, cum è carcere exirent, capita obuoluere, dixit: Quid eſt, quòd capita obuoluatis? an ueremini, ne quis horum cras uos uideat? De uerecũdia igitur hæc dicta ſint: quæ uerò ad inuerecundiã pertinent, ex contrarijs erunt manifeſta. Quibus autem hominibus gratiã habeamus, & quibus de cauſis, & quomodo affecti, tũc erit perſpicuũ, cum gratiam ipſam definiuerimus.

Verecũdi quomodo ſint affecti.

Cydiæ dictum.

Antiphontis dictum.

DE GRATIA EADEM VIA, SED *breuiter.* *Caput* VII.

Sit igitur illa gratia, per quam is, qui facultatem habet, dicitur egenti beneficium ſuppeditare: non quòd aliquid iam acceperit, neq; quòd utilitatem aliquam inde ſperet: ſed tãtùm ut illi commodet, cui beneficium tradit. Magna uerò illa gratia eſt, quæ ualde egentibus præſtatur, uel quæ magna & ardua tribuit, uel quæ opportunè fit, uel quam aut ſolus, aut primus, aut copioſe præſtitit. Indigentiæ uerò, ſunt appetitiones, atq; illæ præcipuè, quæ nos angunt, cum eas explere non poſſumus. tales ſunt omnes cu-

Gratia quid.

Magna gratia.

X 2 piditates,

piditates,ut amor: & cum quis eſt in aliqoo do- A lore corporis,aut in periculo:;nam qui periclitatur,& qui dolet,concupiſcit.atque hac de cauſa, qui paupertate premuntur, & qui io exilio ſunt, ſi quis eis in minimis etiá rebus ſubueniat, propterea quòd multum indigent, & in tali tempore conſtituti ſunt,magnum ſe beneficiũ accepiſſe exiſtimant:ut qui ſtoream io Lyceo præbuit.Oportet igitur io huiuſmodi rebus ac temporibus ſubuenire. quòd ſi oon ſint eiuſmodi,ſaltem ſint uel patia,uel maiora.

Gratiæ tractatio.

Cum igitur planum factum ſit, & quando, & quibus in rebus baoeficiũ ſiat, & quomodo affecti ſiot ij, qui faciunt:perſpicuũ eſt etiam his rationibus præparandos eſſe auditores, ut demõſtret orator, hos quidem aut eſſe, aut fuiſſe iu buiuſmodi triſticia,atq; indigentia: illos autẽ in tali neceſsitate ſuppeditaſſe aliqoid, quod eos ſubleuare poſſet.

Contra gratiã.

Ex bis etiá facilè perſpici poteſt,quomodo remoueri gratia poſsit, & effici,oe beneficium præſtitiſſe uideantur. uel enim dicemus eos commodi ſui gratia ſubuenire, aot iam ſubueniſſe, quod beneficium uocari non debet:uel caſu fortuitoq; accidiſſe,uel oeceſſitate coactos ſubueniſſe,uel eos beneficium reddidiſſe, non autem dediſſe, ſiue illi ſe debere ſcirent,ſiue ignorarent: nam utroq; modo aliquid pro aliquo redditur.quare neq; hoc modo beneficium eſt. Singula etiam ſumma genera conſiderãda ſunt:nam beneficium eſt, uel quòd rem hác tradidit, uel tantam, uel talem, uel tali tempore, uel in opportuno loco.

Signa parũ beneuoli animi.

Signum autem nõ beneuoli animi eſt, ſi iu re mioori non ſubuenerunt: aut ſi inimicis eadem commoda,uel æqualia,uel B maiora tribuerunt: tunc enim perſpicuũ eſt,eos noſtri cauſa nequaquá ea feciſſe.oel ſi quis ſcieos res uiles & abiectas tribuat: nemo enim eſt, qui ſe uilibus & abiectis rebus egere fateatur. Ac de gratia quidem collata,aut non collata ſatis dictũ ſit. Quæ autem res miſerabiles ſint, & quorum hominum miſereamur, quomodoq; ipſi affecti, deinceps dicamus.

DE MISERICORDIA.

Caput VIII.

Miſericordia quid.

EST autem miſericordia, quædam ęgritudo, ſuſcepta ex opinione mali,quod aut ioteritum,aut dolorem adferat ei, qui illa fortuna ſit indignus:in quod quidẽ malum,fieri poſſe putamus,ut oel nos incidamus, uel eorũ aliquis, qui chari oobis eſſe debent:& præſertim,cum id malum propinquum eſſe uidetur.

Qui miſericordia moueãtur.

Illud enim planum eſt,neceſſe eſſe ut is, qui moueri miſericordia debet, talis ſit, ut aliquid mali pati poſſe exiſtimet aut ſe, aut ſuorum quempiam: & malum eiuſmodi,quale dictum eſt in definitione,aut illi ſimile,aut propinquũ.Atq; hac de cauſa, qui omnino perditi ſunt,miſericordia oõ mouentur: nihil enim amplius ſe paſſuros exiſtimát,cum iam perpeſsi ſint: & qui ſe ualde fortunatos exiſtimant.nam hi potius contumelioſi ſiot: cũ enim omnia ſibi adeſſe bona cenſeant, planum eſt eos non timere, ne aliquid mali patiantur: nam boc etiam ipſum bonum eſt. ij uerò putaot ſe in aliquod malum cadere poſſe, qui antea paſsi quidem ſunt,ſed incolumes euaſerũt:atq; etiá ſenes cùm propter prudentiam,tũ propter uſum mul- A tarum rerum: & imbecilli,& ij qui natura timidiores ſunt,& qui doctrina ſunt exculti: nam hi res bomanas bene repotant. & qui parentes aut liberos,aut coniuges habent: hæc enim ipſorum ſunt,& prædictis malis expoſita. & qui io fortitudinis affectione non ſunt, ut io iracundia, aut confidentia:oam buiuſmodi affectiones,quid futurũ ſit,non cogitant. & qui nequaquá ad contumeliá procliues ſunt: nam huiuſmodi homines, qui cõtumelioſi ſunt, nõ cogitant ſe malũ aliqd pati poſſe. Sed qui inter hos interiecti ſunt,miſericordes eſſe ſolent. neq; rurſus ij, qui in magno timore poſiti ſunt:neq; enim miſericordia mouẽtur, metu perculſi, quoniam de propria ſalute ſoliciti ſuot. Et qui putát aliquos æquos & bonos eſſe, miſericordia mouentur: nam qui nemioem probum eſſe putat, is omoes homines malo dignos eſſe iudicabit. Atq; omoino talis eſt quiſq;, cum recordatur ſibi, aut ſuis talia mala eueniſſe, uel timet ne aliquando aut ſibi, aut ſuis eueniát. Quomodo igitur affecti homines miſericordia moueantur,dictũ eſt.

Miſerabilia quæ ſint.

Quæ uerò miſerabilia ſint, ex definitione ſatis patet. quæ enim ægritudinẽ & dolorem adferunt, & ad interitum perducũt, omoia miſerabilia ſunt: & quæcunq; perdẽdi & deſtruendi uim habent, & quæ mala à fortuna proueniunt,magnaq; ſunt. Quæ uerò dolorem adferuot,& interitum,ſunt mortes,uerbera corporum,uexationes,ſenectus,morbi,& cibi penuria.quæ à fortuna proueniũt mala,hæc ferè ſunt: amicis penitus ſpoliari, aut cum paucis relinqui, quo fit ut miſerabile ſit, ab amicis & familiarib. B diuelli:deformitas,imbecillitas corporis, membri alicuius priuatio: & uode bonũ aliquod prouenire oportebat,inde malum accidere, atq; boc ſæpius euenire: & cum bonum aliquod tunc accidit,cum iam prodeſſe non poteſt: ut Diopithi, qui cũ ei à rege munera miſſa fuiſſent, mortuua eſt innentus. & ſi cui nihil unquam boni accidit, uel ſi accidit,eo frui non potuit.

Diopithi munera.

Atq; bæc quidẽ, & cætera huiuſmodi ſunt, quæ homines ad miſericordiam moueant. Miſerentur autem eorum, qui familiares ſunt, niſi fortè ſint magna neceſsitudine coniuncti: nam bos non aliter ac ſe ipſos haoent.itaq; Amaſis,cum ad ſupplicium doci filium ſuum uideret, lacrymas non effudit,ut fertur: cum autem amicum mendicantem conſpexiſſet,tunc illacrymauit:hoc enim miſerabile eſt, illud uerò atrox & terribile. quod enim atrox eſt, differt ab eo, qood eſt miſerabile: quippe q, eijcieodi miſericordiam uim babeat,& ſępius in contrarium ualet.

Amaſis exemplum.

Mooẽtur etiam miſericordia, cum intelligunt,rem atrocem eſſe propioquam. Parium etiam ac ſimilium miſerentur: ſunt autẽ pares ac ſimiles uel ætate, oel moribus,uel babitibus, uel dignitate, uel genere:in his enim omnibus magia apparet, eiſdem periculis expoſitos eſſe.nam omnino boc etiam in loco ita ſtatuendum eſt, omoia quæ ne accidát nobis,timemus, cum alijs eueneriot,ſolere nos ad miſericordiam cõmouere.

Pares qui.

Quoniam autẽ res acerbæ, cum propè eſſe uidentur, miſericordiam mouent:cũ autem longè abſunt,ot quæ multis annis antea fuerunt,aut pòſt futora ſuot,quas neq; timent,neq; recordantur, uel non omnino miſericordia illa-

rum

rum mouentur, uel non eodẽ modo: neceſſe eſt A eos, qui repręſentantur formis, uocibus, ueſtitu, ac deniq; actione, longè miſerabiliores eſſe. hoc enim modo efficiunt, ut malum propè uideatur, cum ipſum oculis ſubijciant, qood aut futurum eſt, aut iam præterijt. Atq; hac de cauſa, quæ nuper acciderunt, aut breui futura ſunt, miſerabiliora uidentur: quio etiam ipſa indicia atq; facta, ut ueſtes illorum, qui caſua acerbos pertulerunt, & quæ ſunt eius generis: & orationes, quas habuerunt ij, qui eſſent io calamitate, ut qui iam iam eſſent morituri. Maximè uerò miſeratio cõcitatur, ſi in illis acerbiſſimis caſibus fortes, & conſtanti animo fuiſſe dicantur. nam hæc omnia, quia uicina uidentur, magis miſericordiam mouẽt: quòd ille qui patitur, ea fortuna ſit indignua, & acerbitaa illa quaſi oculia ſubijciatur.

DE NEMESI SIVE INDIGNATIONE: *& quid ea ab inuidia differat.* *Cap.* IX.

MIſericordiæ uerò maximè opponitur illa, quæ nemeſis dicitur: quam noa indignatiooem appellare poſſumus. nã alicuius infortunio, qui indignè patiatur, angi ac dolere, quamuia ab eiſdem moribus proficiſcatur, tamẽ ei quodammodo cootrarium eſt, quod eſt dolere proſpera alicuius fortuna, qui ea ſit indignus. Atq; hæ commotiones ambæ, bonæ indolis ac naturæ ſunt. decet enim cum eis dolere, atq; eorum miſereri, qui mali aliquid indignè patiuntur: illis autem indignari, qui præter merita ſua fortunati ſuot: quicquid enim præter dignitatẽ accidit, iniuſtum eſt. B atque hac de cauſa deis etiam ipſis hoc attribuimus, ut indignentur. Poſſet autem aliquis ſuſpicari, inuidiam miſericordię eodem modo eſſe contrariam, tanquam uicina ſit, & eadem, quę oemeſis: ſed ab ea diuerſa eſt. quãuis enim etiam inuidia ſit ægritudo, quæ animũ perturbat ob alterius res ſecuodas: non tamẽ ob eius res ſecuodas, qui ſit indignua, ſed qui ſit æqualia aut ſimilis. Cõmune autem eſt omnium, qui inuident, & qui indignantur, ut id efficiant, non qnia ſibi detrimentum aliquod ex eo prouenire poſſit, ſed quia bonum ei, cui nollent, acciderit: neq; enim iam eſſet iouidia, aut oemeſis, ſed potius metus, ſi quis ideo doleret, aut perturbaretur, quòd ex alterius bona fortuna ſibi malum aliquod eſſet euenturum. Illud uerò perſpicuum eſt, diuerſas animi affectiones ab inuidia, atq; ab indignatione coocitari. nam qui mœrore conficitur, cum uidet indignos aduerſa fortuna concuti, idem lætabitur, aut ſaltem dolore carebit, cum uiderit malo dignos homines iofortunijs agitari: oeq; enim quiſquam uir probus dolorẽ cõcipiet, cum parricidas aut ſicarios extremum pati ſupplicium intellexerit: decet enim io rebus eiuſmodi gaudere, quemadmodum etiam cum aliquis pro dignitate fortuoatus eſt, & bene rem ſuam gerit. hæc enim ambo iuſta ſunt, & bono uiro lætitiam adferunt: nam neceſſe eſt, ut ſperet ad ſe quoq; peruentura eſſe cõmoda, quæ ſui ſimilia conſecutus eſt. Hæc autem omnia ſuot eiuſdem uitæ atq; naturæ, ſicuti contraria cõtrarios etiã mores indicãt: idẽ eſt enim, qui malis aliorũ delectatur, & qui eſt inuidua. nam ex qua re quiſpiam angitur, cum oritur, aut iam adeſt, neceſſe eſt hunc eadem gaudere, cũ eam uidet euaneſcere atq; interire. Quapropter hæc omnia miſericordiam excitari prohibent. inter ſe uerò differunt ijs de cauſis quæ traditæ ſunt: & omnia æqualiter utilia ſuot ad efficiẽdũ, ne res aliquæ miſerabiles eſſe uideantur. Primùm igitur de libera indignatione, quẽ nemeſio uocant, dicamus, & quibus homines indignantur, & quas ob res, & quomodo affecti: deinde etiã de reliquia uerba faciamus, quamuis hæc plana ſint ex ijs, quæ iam ſuprà dicta ſunt. Nam ſi indignati nihil aliud eſt, quàm dolere proſpera alicuius fortuna, qui ea ſit iodignus: primùm illud perſpicuum eſt, nõ fieri poſſe, ut quis propter omnia bona, quæ eueniunt, indignetur: nemo enim ei, qui iuſtus aut fortis euadit, aut uirtutem aliquam acquirit, indignatur. neq; enim ob res, quæ ſunt his contrariæ miſericordia commouetur: ſed ex diuitijs & potentia, & cęteris huiuſmodi rebus indignatio naſcitur, quibus (ut in ſumma dicam) boni taotum uiri digni ſunt, atq; illi, qui à natura conſecuti bona ſunt, ut nobilitatem, pulchritudinem, & quæ ſunt eius generis cætera. Et quoniam quod antiquum eſt, parùm diſtare uidetur ab eo, quod eſt naturale, neceſſe eſt ut eis, qui bonum idem poſſident, ſi nuper id acquiſiuerunt, atq; ideo feliciter ac proſperè uiuunt, magis indignemur. maiorem enim nobis dolorem inurunt, qui nuper diuites facti ſunt, quàm qui diu in amplo patrimonio uixerunt: eodem modo qui magiſtra- B tus & potentiam, & copiam amicorum, & multos ac probos filios, & huius generis cætera nuper adepti ſunt: atq; etiam cum propter hæc aliquod aliud eis bonum acciderit. magis eoim offendunt animos noſtros noui diuites, ſi propter diuitias aliquem honorem ac magiſtratum acquiſiuerint, quàm qui iampridem diuites erant: quod in reliquis etiam rebus accidit eodem modo. Huius autẽ rei cauſa eſt, quòd alteri res ſuas habere uidentur, alteri uerò minimè: quod enim ſemper eodem io ſtatu ſpectatum eſt, id æquum iuſtumque uidetur, quo fit ut alteri minimè ſuas res habere uideantur. Et quoniam non omne bonum cuiuis homini congruit, ſed eſt proportio quædam, & coouenientia: ut, exempli gratia, ſpecioſa arma non iuſto uiro, ſed forti conueniunt, & claræ nuptiarum affinitates non ijs, qui nuper diuites facti ſunt, ſed nobilibus atq; illuſtri genere natis, congruentes ſunt: fit ut etiam cum probus uir, quod ei oon coouenit, aſſequitur, aduerſus eũ indignatio concitetur. Res etiã illa mouet indignatiooẽ, quãdo inferior cũ ſuperiore cõtendit, & præcipuè, ſi eodem ſtudio atq; artificio diſpares fuerint. unde illud ab Homero dictũ eſt:

Indignari quid.

Quas ob res homines indignẽtur, & contra quos.

Ille redit retrò, non auſus tendere contra
Aiacem, Telamone ſatum: nam Iuppiter ipſe
Indignabatur forti committere inertem.

Quòd ſi non in eodẽ ſtudio fuerit inferior, tamẽ quocunq; modo minor cum ſuperiore contẽdit, indignationem mouet, ut ſi muſicus cũ iuſto uiro de dignitate contendat: nã iuſticia multo pręſtantior eſt arte muſica. Iam igitur planum eſt, cõtra quos homines, & quib. de cauſis iodignatio

mooeatur.hæc enim ſunt,qnę diximus,& ſiqua A ſonr eius generis cætera. Eorum autem animi facilè mouentur ad indignationé, qui maximis bonis digni ſunt, & ea poſsident, cum etiá indignos eadé poſsidere uident:neq; enim iuſtú eſt, diſsimiles homines paribus bonis accumulari. Secúdo loco mouétur ad indignationé,qui probi ſtudioſiq; uiti ſunt:ná huiuſmodi bomines uerè iudicant,& quę iniuſta ſunt,oderunt.tertiú genus eſt eorum,qui honores apperunt, & aliquas ſibi res gerendas mandari cupiót, & præcipuè, ſi illos honores deſideranr, quos alij iá eis indigni conſecuti ſunt.Deniq; illi facilè indignanrur,qui pręclara de ſe ipſis iudicia faciũr,atq; eis rebus ſe dignos putant,quib.alios non putát. atq; bac de cauſa, q ſaruili ingenio ſunt, & abiecti homines, & honoris cótemptores, non mouentur ad indignationé:nihil enim eſt eiuſmodi,quo ſe dignos exiſtiment. Ex ijs,quæ dicta ſunt,etiá manifeſtú eſt,quando uel gaudere, uel ſalté non dolere debemus,cú aliq homines aduerſa fortuna premótur, &ré ſuam inſeliciter agunr, aot quæ cupiũt, nó eonſeqountur : ná ex contrarijs cótraria perſpicua ſunt.Quapropter his rarionib.orator ſanè iudices ita præparare ſua oratióe poterir, ut eos, qui ſui miſereri dicũt opoitere, doceat indignos eſſe, qui miſericordiam conſequantur : non auté fieri poſſe certum eſt, ut eorum quis miſereatur, qui miſericordia ſunr indigni.

Qui facilè indignentur.

DE INVIDIA. CAP. X.

NEq; illud obſcurú eſt, propter quæ bona, & quibus bominibus,& quomodo affecti ſoleant inuidere:ſiquidé inuidia, eſt ægritudo quędá, concepta ex felicitate eorú bonorú, qoę dicta ſunt,cum parib.ac ſimilibus eueniunr, nó ut qui inuidet,aliquod inde cómodum ferat, ſed quia nollet eos,quib.inuidet, ea bona poſsidere. Illi autem inuidia mouentur, quibus aliqui pares ſunr,aut uidenrur. pares auté uoco aut genere,aut cognatione,aut ętate,aur babitu animi, aut dignitate, aut fortunis, & qui omnia ferè bona conſecuti ſunt. qoo fit,ur qui res præclaras gerunt,& qui fortunati ſunt,ad inuidiá ſinr procliues, quoniá quicquid alijs boni contingit, id ſibi eripi exiſtimant. & qui eximios honores in aliqua re ſunr adepti,& præcipuè,qui ſapientiæ,uitæq; beatæ compotes eſſe uidetur:& qui gloriæ ſunt appetentes, magis inuidi ſunr, quàm quos gloria non cómouet: & qui ſapientes uideri uolunt,cú eius gloriæ ſinr appetentes,quæ ſapientię debetur.Deniq;, qui in aliquo ſtudio laudam aſſequi cupiunt, omnibus inuident, qui in eodé curſu uerſantur:& qui anguſto puſilloq; ſunt animo:nam eis omnia uidenrur eſſe magna. At uerò propter quæ bona ſoleant inuidere,iam dictú eſt. omnes enim res atq; opera,ex quibus laudé, honorem & gloriam quærũt, & omnia fortunæ cómoda gignere inuidiam ſolenr, & ea maximè, quę aut ipſi appetunt,aut ſe habere oportere cenſent. Ob eas etiá res inuidia mouetur, quibus ſe aut paulo ſuperiores, aut paulo inferiores eſſe uident. Nec dubium eſſe poteſt,quibus inuideant: nam hoc unà cú alijs dictum eſt. Illis enim inuidét,qui propinqui ſunt, aut tépore, aut loco, aut ętate,aut gloria:quáobré illud uulgò celebratur,

Inuidia quid.

Qui inuidere ſoleant.

Cur inuideant.

Quibus inuidere ſoleant.

Vicinus inuidere uicino ſolet.

Prouerb.

Inuident etiam illis, quibus cum de honore certanr. certant autécum ijs,quos modò diximus, cum ijs uerò, qui multis antea ſeculis uixerunr, aut poſtea ſunt oriruri,uel qui iá mortui ſunr,nemo de honore contendit:neq; cum ijs, qui apud Herculis colomnas habitát, neq; cú ijs,à quibus putant ſe longo interuallo aut ſuo, aut aliorum iudicio ſuperari:neque contrà cum ijs,quibus ſe multum præſtare exiſtimant. & quod de perſonis, idem etiam de rebus ſentiendum. Quoniam autem æmulos ſtudiorum ſuorum, & riuales,& deniq; omnes,qui eadé deſiderant, ſuperare contendunr,neceſſe eſt etiam,ut eiſdem maximè inuideant:unde dictum eſt,

Et figulus figulo.

Prouerb. Heſiod.lib.1.

Et qui ſerò, uel nunqnam id, qnod cupiebant,aſſecuti ſunt,ijs inuident, qui celeriter idem, ac facilè acqoiſiuerunr. Atq; illis etiam inuident, qui id quærũt, quod ſi aſſequi potuerint,& ad exitú perducere,probro ipſis futurum ſit: nanq; etiam huiuſmodi bomines propinqui ac ſimiles ſunt. perſpicuum eſt enim,ipſorú culpa fieri,ut id non aſſequantur:quare dolor moleſtiaq;,qoam ex eo capiunt,inuidiam gignit.Eis præterea ſolenr inuidere,qui poſsident illa, quę ipſis conueniebát, aut quæ qnondam ipſi poſsidebant: quare ſenes iunioribus inuidenr. Et qoi magnos ſumptus in aliqua re comparanda fecerunt, ijs inuidenr, qui paruo ſomptu rem eandem aſſecuti ſunt. Quin illud quoq; planum eſt, quas ob res huiuſmodi homines gaudeant,& quib. in perſonis, & qoo- B modo affecti : quo enim modo non ſunt affecti cum dolenr, eodem modo affecti, contrarijs rebus lætabórur. Quòd ſi ita præparati iodices fuerint,& demonſtratum erit eos,qui uel miſericordiam, uel aliquod bonum conſequi digni habiti fuerát,rales eſſe, qoales diximos:planum eſt,eos nunquam miſericordiam conſecuturos ab illis, in qnorum poteſtate res tota poſita eſt. Iam uerò qoomodo affecti ſint, qui æmolantur, & qoæ bona, & in quibus hominibus poſita ſoleant æmulari, deinceps perſpicuum fiet.

Inuidiæ tractatio.

DE AEMVLATIONE ET CONtemptione. Cap. XI.

EſT enim æmulatio, quædam ægritudo, qoę naſcitur ex eo, quòd in ſimilib. ac paribus uideantur eſſe bona quædam honorifica, quæ bona poſsint etiam in eum cadere, qui ita afficitur : non quòd alij bona illa euenerint, ſed q, eis ipſe careat. qno fit, ot ęmulatio bona ſit, & bonorum uirorum affectio : ſed inuidia mala eſt, & malorum hominum. nam æmulatio concitat hominé, ut talis fiat, quo poſsit illa bona conſequi: ſed inuidia proximum conatur eiſdé bonis ſpoliare. Neceſſe eſt igitur eos ad æmulandum procliues eſſe, qui ſe eis bonis, quæ non habent, dignos exiſtimant. nullus enim eis ſe bonis dignú cenſet, quæ nullo modo fieri poſſe uidétur. Quapropter adoleſcétes & magnanimi uiri ſolét æmulatores eſſe, & q ea bona poſsidét, qoę honoratis uiris conueniunt. talia uerò ſunt, diuitiæ, copia amicorú, magiſtratus, & cętera ei⁹ generis. ná q a huiuſmodi bona cóueniunt eis, q bene animo conformati

Aemulatio quid.

Qui ad æmulandum procliues.

conformati ſunt, tanquam ipſis quoq; conueni- A at probis eſſe uiria, idcirco talia bona æmolātor. Atq; illi etiam æmulatores ſunt, quos alij bonis dignos exiſtimant. Et quorum aut maiores, aut cognati, aut domeſtici, aot gẽs, aut cioiras in precio ac honore fuit, earundem rerum æmulatores ſunt: nam ea iam propria aſſe bona potaot, atqoe illis ſe dignos arbitrantur. Quòd ſi bona, quibus bonos debetur, æmolanda ſunt, neceſſe eſt uirtutes eiuſmodi eſſe, & quęconq; bona ſunt alijs otilia & benefica: nam omnes beneficos, & probos uiros honorãt, atq; in precio habent, nec nõ cuncta ills, quibus propinqoi ac uicini frui poſſunt: quales ſunt diuitię, pulchritudo magis, quã bona ualetudo. Neq; obſcurum eſt, quinam ſint æmulandi: nempe ij, qui huiuſmodi bona poſſident, qualia ſunt ea, quæ diximus, ut fortitudo, ſapieotia, magiſtratus. nam qui magiſtratum gerũt, de multis benemereri poſſunt: imperatores, oratores, cæteriq; omnes, qui talia præſtare poſſuot. Illi etiam æmulandi ſunt, quibus plurimi ſimiles eſſe ſtudeãt, uel quibus plurimi noti, uel amici fieri cupiunt: & quos multi admirãtur, aut quos ipſi illi admirãtur: & quorum laudationes & encomia uel à poëtis, uel ab oratoribus prædicantur. Contemount autem eos, qui ſunt his cõtrarij. contemptio enim æmulationi cõtraria eſt & æmulari atq; cootemnere ſunt inter ſe contraria. oeceſſe eſt autem eos, qui ita affecti ſunt, ut uel aliorum æmulatores ſint, uel ſui æmulatores habeant, contemptores eſſe eorum hominũ, qui ſunt malis ijs obnoxij, quæ cõtraria ſunt illis bonis, quæ æmulamur. Quare ſæpenumerò fortunatos homines contemnõt, cum eis quidem for B tuna proſpera eſt: ſed tamen ſine ijs bonis, quibus honor tribui ſolet. Sed iam ſatis dictum eſt, quibus modis perturbationes animis inferãtur, aut euellaotur inſitæ, unde fidei faciendæ rationes ducuntur. Poſtea de moribos ſermonem inſtituemus, qui ſecundum animi commotiones, habitus, ætates, fortunas uariantur. uoco autem animi commotionem, iram, cupiditatẽ, cæteraq; eius geoeris, de quibus ſuprà diximus: habitus uerò, uirtutes & uitia. ſed de his etiam antea dictom eſt, & ſimul explicatũ, quæ ſibi ſinguli homines proponaot, & quarum rerum gerẽdarum ſtudio teneantur. ætates autem ſuot, adoleſcentia, media ætas, ſenectus. fortunas uerò uoco nobilitatem, diuitias, ciuilem potentiam, & ea, quę ſunt his contraria: & deoique proſperitatem, & infortunium.

Æmulationẽ quæ excitent.

Qui non ſint æmulandi.

Contemptio æmulationi contraria.

Commotiones & habitus differunt.

Aetatum diuiſio, & fortunarum.

DE MORIBVS ET AFFECTIBVS

adoleſcentium: quem locum & ſequentium ætatum Horatius in Poetica æmulatus.

Caput XII.

ADoleſcentes igitur, qood ad mores attinet, cupiditatibus æſtuant, atq; illa conãtor efficere, quæ concupierint. Sed ex omnibos corporis uoluptatibus maximè Veneri dediti ſunt, atq; in ea potiſsimum incontinẽtes eſſe ſolent: uerùm facilè mutantur, & ea, quorum cupiditate trahuntur, citò faſtidiont. & uehementi quidem cupiditate mouentur, ſed in eis ardor ille celeriter extinguitur: illorum enim uoluntates acutæ quidem ſunt, ſed non tamen diuturnę, qualis ægrotorum ſitis ac fames eſſe ſolet. Præterea facilè excandeſcunt, & leui de caoſa iraſcũtur, atque illum animi impetum ſequuntur, & omnino ſemper inferiores & uicti ab ira diſcedũt. nam propter ambitionem ac honoris ſtudium pati non poſſunt, ut ab ullo negligantur: ſed grauiter ferunt, cum ſe iniuria affici exiſtimant. Et ambitioſi ſunt, uel potius uictoriæ cupidi. cupit enim adoleſcentia cæteris antecellere: uictoria uerò quædam excellentia eſt. Et hæc ambo potius, quàm ſtudium pecuniæ ſequũtur: neq; enim pecuniæ deſiderio trahuntur, quoniam egeſtatẽ aut indigentiam nondum experti ſunt, quemadmodum illud Pittaci dictum in Amphiaraum oſtẽdit. Neq; prauo ingenio ſunt, ſed ſimplices & aperti: qoia oondum multa flagitia didicerunt. Sunt etiam creduli, qoia non ſæpè decepti ſunt. Et bona ſpe aluntur eo, quòd natura calidi ſunt, non aliter atq; illi, qoi uino madent: ſimul etiam, quia nondum multis in rebus ſpe fruſtrati ſont, magnaq; ex parte ſpe uiuunt. eſt enim ſpes futuri temporis, memoria uerò præteriti. adoleſcentibos autem, quod futurum tempus, lõgum eſt: quod uerò pręteritum, eſt paruum. primis enim temporibus ætatis nihil eſt, quod ſe meminiſſe putet: omnia uerò ſpetant. Et propter hanc quã dixi, cauſam facilè decipiuntur, quia facilimè ſperant. Fortiores quoq; ſuot alijs, quoniam iracondi ac ſpei ſemper pleni: quorum alterum non timere, alterum cõfidere facit. neq; enim quiſqoã iratus timet, & qoi boni aliquid ſperat, audẽtior B euadit. Et uerecundi ſunt, quia nihil aliud adhuc honeſtum eſſe cenſent, niſi quod ex inſtitutione legeqoe didicerunt. Sunt etiam magoanimi adoleſcentes, quia nondom uitę miſerias ſenſerunt: ſed expertes ſunt earum, quę in uita accidont, neceſsitatum. nam ſe magnis rebus dignũ eſſe cenſere, magnanimitas eſt: hoc aõt eius eſt propriũ, qui ſpei plenus ſit. Et ea potius amplecti uolunt, quæ honeſta ſunt, quàm quę utilia, magisqoe ex inſtitotione uiuũt, quàm ex ratiocinatione: nam ratiocinatio ad otilitatẽ impellit, uirtus autem ad honeſtatem. Et ſtudioſi ſunt amicorum atq; ſodalium magis, quàm in alijs ætatibus conſtituti, propterea quòd eorum conſuetudine delectãtur, & nondum quicquam ad otilitatem referũt, ita neq; amicos. Et quicquid peccãt, in eo, quod eſt maius & uehementius, peccant, & contra Chilooia præceptum, omnia nimis faciunt. nimium enim amant, nimium oderunt, atq; ira in alijs rebus omnibus: quippe qui & ſe ſcire omnia exiſtiment, & affeuerent omnia, qoæ cauſa eſt, ut nimis etiam omnia faciant. Et quas iniurias faciũt, eas propter contumeliam, oon propter maliciam, ioferunt. Et facilè miſericordia commouentur, quoniam omnes probos eſſe, ac meliores quàm ſint, exiſtimant: ſua enim ipſorum innocẽtia cæteros metiontur, itaq; illos indigna pati iudicant. Et riſus ſtudioſi ſunt, quo fit ut faceti iocoſique ſint: urbanitas enim, erudita quædam contumelia eſt. Tales igitur ſunt adoleſcentium mores.

Pittaci dictum ignotum.

Chilonis præceptũ, Ne quid nimis.

DE MORIBVS SENVM. *Caput* XIII.

AT uerò ſenes,& qui iã grandes natu ſuot, cootrarija fetè moribus plerunq; prædiri ſunt. Quoniam enim multos annos uixerũt,pluribusq́; iu rebus decepti ſunt,atq; ipſi aberrarunt,& magna oegociorum para malia abundat:nibil planè cõfirmare ſolent, ac lõgè mioua quàm oporteat,omnia tractant,& ſe opiuati, nõ ſcire quicquam,prædicant: & de quaq; re ambigentes,ſemper adiungunt, Forſan & Fortaſſe, atque ita omnia dicunt, nibil autem aſſeoeranter efferunt. & iogenio ptaoo moroſoq́; ſunt: eſt enim cacoëthia, uitium, cum in deteriotem partem omnia capiũtur. Et ſuſpicioſi ſunt, eo quòd nemini credant:creduot autem nemini propter experientiam & uſum. atq; eadem de cauſa neq; uehementer amant, neq; uehementer oderuot: ſed ex Biantis præcepto amaot, tanquam oſuri: & oderunt,tanquam amaturi. Parui quoq; animi ſunt,quoniam longa ætas eorum ſpirirus fregit. nihil enim magnum,nihil eximium apperũt: ſed ea tantum,quæ ſunt ad uitam neceſſaria,cupiuot. Atq; illiberalea ſunt: oam pecuniæ in eis numerantur,quæ ſunt ad uitam neceſſaria. ſimul etiam longo uſu didiceruot,quàm difficile ſit pecuuiam acquitere,& quàm facile ſit eandẽ amittere. Sunt etiam rimidi,ſemperq́; uetentut,ne aliquid ſibi mali contingat. nam contrario modo affecti ſuot atq; adoleſcẽtes: ſunt enim gelidi ac refrigetati,adoleſcẽtes aũt ſeruentes. quare ſenectus aditum timiditati patefecit: timor enim refrigeratio quædam eſt. Et cupidi uitæ ſuot,præſertim exacta ætate,atq; extremo tempote: cupiditas enim abſentium retum eſt. & omnes,cuius rei indigentes ſuot,eam maximè deſidetant. Difficiles etiam,& queruli ſunt, quod ipſum quandã animi anguſtiã indicat. Et in uiuẽdi ratione ſibi utilitatem,non boneſtatem propoount: atq; hoc ſupra modum faciunt, eo quòd ſui ipſotum amãtes ſint. nam quod utile eſt, priuatum uſum reſpicit:quod autem hoocſtum eſt,communem. Inuerecũdi quoq; potius, quàm uerecundi ſuot: cum enim non æquè honeſtatem ac utilitatem curent,paruũ faciunt etiam,quales uideantur. Neque ulla ſpe ducuntut, cùm ptopter expetientiam (magna enim negociorum pars malis abundat,unde fit ut io deteriorem partem pleraq; cadant) tum etiam ptopter timiditatem. uiuuntq́; memoris potius, quàm ſpe. quod anim reliquũ eſt uitæ,paucum eſt: præteritum autem, eſt multum. & ſpes ipſa futuri tẽporis eſt, memoria uerò prætetiti. quæ quidem cauſa eſt etiam loquacitatis io ſenibua: neq; eoim ceſſant ea narrarẽ, quæ ſuperiori tempore geſta ſuot, quoniam ex recordatione uoluptatem capiunt. Iræ ſenum acres quidem,& acutæ ſuut,ſed tamen imbecillę: cupiditates uerò partim omnioo defecerũt,partim autem languidæ factæ ſunt. itaq; neq; cupiditate flagrant,neq; aliquid impulſu cupiditatia efficiunt, ſed ad lucrum omnia referuot. quare temperati eſſe uidentur huiuſmodi homines: cupiditates enim remiſerunt,& pecuniæ ſeruiunt. Et magis iu degenda uita ratiociuationem, quã

A morem ſequuntur: nam ratiocinatio ad utilitatẽ, mos ad uirtutem ſpectat. Et quas iniurias faciunt,magia propter maliciam,quàm ptopter contumeliam,iofarunt. Moueotur etiam miſericordia,non tamen ea ratione,qua iuoenes. nam iuuenes ptopter humanitatem, ſenes propter imbecillitatem miſericotdes ſunt: exiſtimant enim omnia iocommoda ſibi ita uicina eſſe, ut ea iam paſſuri ſint. hoc autem miſericordia propriũ eſt. uode queruli ſont ac moroſi,minimè uerò faceti,neq; iocorum ſtudioſi. querulum enim, & iocoſum cootraria ſunt. Adoleſcentiom igitur,& ſeniorum mores buiuſmodi ſoot. Quare,cum omnea eas orationes apptobeut, quæ moribue ſuis conueniunt,ac ſimiles ſunt, nequaquam obſcurum eſt, quomodo poſsiot oratores ita dicere,ut & ipſi,& oratiooes ſuæ tales eſſe uideãtur. *Tractatio.*

DE MEDIAE AETATIS HOminum *moribus.* *Cap.* XIIII.

QVi in media ætate conſtituti ſunt,perſpicuum eſt, eos mores eriam medios ſeruare,& quod in utriſq; illis nimium eſt,amputare. Neq; enim ualde confidẽtes, quod eſt audaciæ, neque ualde rimentes ſunt,ſed in utroq; ſe bene gerunt. Neq; omnibus temerè creduot, neq; omnibus fidem derogant, ſed ex oeritate potius omnia iudicant. Neq; tantum ſibi honeſtatem in degenda uita, neq; tantum utilitatem, ſed utranq; proponunt. Neq; ad parſimoniam, neq; ad largitionem ioclinãt: ſed ad id quod maximè conuenit. Eodẽ pacto ſe habent in eis, quæ B ad iram & ad cupiditatem pertineot. Et temperantea ſuot cum fortitudine,& fortea cum temperantia. nam in adoleſcentibus & ſeniboa bæc diſtincta ſunt. adoleſcentes enim fottes ſunt,uerùm intemperantes: ſenta autem temperantee ſuut,ſed timidi. Atq; (ut in ſumma dicam) quaſcunq; res utiles adoleſcentia & ſenectus ioter ſe dioiſerunt, eas ſimul omnes habet ætas media: in quibus autem illæ ętatea uel excedunt uel deficioot,eas ad mediocritatem & conuenientiam hæc eadem ætas adducit. Viget autem maximè corpus ab anno trigeſimo ad quintum & trigeſimum uſque: mẽtis autem uigot atq; animi nono & quadtageſimo anno maximè perſpicitur. Ac de adoleſcentia quidem,ſenectote, & media ætate,earumq́ue ſingulatum moribus hæc dicta ſufficiant: at uerò de fortunæ bonis, quæ moree hominum oariate ſolent,deinceps dicamus.

DE MORIBVS HOMINVM EX *fortunæ bonis,ac primùm de* Nobi*litate.* *Cap.* XV.

NObilitatia ille moa eſt, ut qui eam poſsidet,hooorìs ſit appetentiot. eſt enim hoc commuoe omnium, ut cum booum aliquod poſsident,illud accumulare ſtudeaot. Nobilitas autem parentum ac maiotum, dignitae eſt,quam qui poſsident,ad alios cootemnendos proni ſunt: atque illos etiam, qui in eiſdem bonoribus ſunt, in quibus ipſotum maiores fuerunt: quoniam hæc interuallo temporis remota magis,quàm propinqua ac nuper facta,ſolent honora-

honorari, & gloriatione digna uideri. Nobile uerò dicitur id, quod in familiæ uirtute conſiſtit: generoſum, quod à maiorum ſuorum natura nõ degenerat, quod maiori ex parte nobilibus non contingit: multi enim uili atque abiecto animo ſunt. Vt enim in agris, & ijs, quæ terra naſcuntur, ſic etiam in familijs plerunque fœtus uberior exiſtit. & interdum ſi bona familia fuerit, naſcuntur in ea per aliquod tempus eximij uiri, deinde paulatim iterum ſe remittit. nam præclari ingenij familię in mores inſaniores degenerant, ut qui ab Alcibiade genus ducunt, & à Dionyſio priore: quæ uerò ſtabili pacatoque ingenio ſunt, ad ſtoliditatem & ignauiam delabuntur, ut qui à Cimone & Pericle, & Socrate progeniti ſunt.

DE MORIBVS DIVITVM. *Caput* XVI.

QVi autem mores à diuitijs proueniant, in promptu eſt omnibus uidere. Sunt enim diuites contumelioſi ac ſuperbi. hanc uerò labem inurit eis diuitiarum copia. nam ita ſunt affecti, quaſi omnia bona poſsiderent. ſunt enim diuitiæ, quaſi precium ac æſtimatio dignitatis omnium aliarum rerum: unde fit, ut diues omnia ſibi emere ac parare poſſe uideatur. Sunt etiam delicati & arrogantes. ac delicati quidẽ ſunt, cùm propter ipſas diuitias, in quibus uerſantur, tum quia felicitatem ſuam oſtentare gaudent: arrogantes autem & elati, quoniam omnes ferè in eis rebus uerſari ſolent, quas ipſi amant atq; admirantur, & quia putant alios eadem æmulari, quæ ipſi ſuſpiciunt. Atque hæc iure ſuo quodam modo faciunt: multi ſunt enim, qui illorum ope, qui facultates habent, indigeant. unde illud eſt Simonidis poëtæ dictum de ſapientibus & diuitibus. cum enim Hieronis uxor ab eo petiſſet, utrum præſtaret diuitem ne eſſe, an ſapientem: diuitem reſpondit. dixit enim, ſe paſsim uidere ſapientes in foribus diuitum commorantes. Atq; etiam ideo ſunt arrogantes, quia ſe dignos imperio cenſent: nam ea ſe tenere putãt, quę qui poſſident, alijs imperare digni ſunt. Verùm (ut in ſumma dicam) inſipientis fortunati diuitiæ mores exprimunt. Plurimum uerò differunt mores eorũ, qui nuper diuites facti ſunt, ab eis, qui iam pridem erant diuites: quòd noui diuites magis omnibus uitijs, atq; illis deterioribus cumulati ſunt. quædam enim eſt quaſi ignorantia diuitiarum, nuper eſſe ditatum: & iniurias inferunt, nõ quidem ob maliciam, ſed uel per contumeliam, uel per incõtinentiam: ut cum pulſant homines, & ſtuprum committunt.

Simonidis dictum.

DE MORIBVS EORVM QVI *imperant.* *Cap.* XVII.

EOdem modo mores eorũ, qui cum imperio ac poteſtate ſunt, maiori ex parte ſunt perſpicui. Partim enim iiſdẽ moribus præditi ſunt, quibus diuites, partim melioribus: ſunt enim potentes honoris appetentiores, & animo magis uirili, quàm diuites. expetunt enim eas res, quas propter potentiam tractandi facultatem habent. Sunt etiam multo magis ſtudioſi

A propter curam ac diligentiam, quam habere coguntur, ut potentiam conſeruent. Sunt excelſo potius animo, quàm moleſto: dignitas enim eos conſpectiores efficit, atque hac de cauſa modeſtè ſe gerunt. eſt autem excelſitas, animi quędam lenis & honeſta grauitas. Quòd ſi fortè potentes iniuriam inferant, non in paruis & minutis rebus, ſed in magnis obeſſe ſtudent. Fortunæ proſperitas eos mores habet, qui ſigillatim explicati ſunt. nam quæ magnæ proſperitates eſſe uidẽtur, ad hæc, quæ modò diximus, tendunt: & præter ea bonam magnamque liberorum copiam, & quæ corporis bona ſunt, fortunæ proſperitas affert. Solent autem homines ſuperbiores & incõſideratiores ob proſperitatem eſſe. in illo uerò uno, quod optimũ eſt, fortunati excellunt, quòd piè deos colunt, atque in illos bene affecti ſunt, eisque confidunt propter ea bona, quæ beneficio fortunæ conſecuti ſunt. Ac de moribus quidem, qui ab ætate, atque à fortuna proueniunt, ſatis dictum eſt. nam quæ ſunt ijs, quæ diximus, contraria, facilè ex contrarijs intelligi poſſunt, ut qui ſint pauperis & infortunati, & impotentis mores.

Illud uerò non dubium eſt, quin omnis uſus orationum, quæ perſuadendi uim habent, ad iudicium referatur. in ijs enim rebus, quas nouimus, & de quibus iam iudicauimus, non amplius opus eſt oratione. Eſt autem iudicium etiam, ſi quis cum uno tantum probabili oratione utatur, uel ſuadendo, uel diſſuadendo, ut qui admonent, aut aliquid perſuadere conantur, facere ſo-

Omnem orationis uſum ad iudicium referri: iudicium uerò cõmuniter & propriè dici.

B lent: neq; enim minus eſt iudex, quòd unus tantum ſit. nam quicunque eſt ille, cui aliquid perſuadendum ſit, is (ut in ſumma dicam) iudex eſt, ſiue contra litigantem quis diſſerat, ſiue propoſitam aliquam cauſam defendat: nam oratione uti neceſſe eſt, atq; illa refellere, quę contrà dici poſſunt: cum eis enim, tanquam cum aduerſario, contendit. eadem ratio eſt etiam in exornationibus: ad auſcultatorẽ enim tanquam ad iudicem, habetur oratio. Sed omnino tamen propriè dicitur ille iudex, qui in ciuilibus controuerſijs de ijs, quæ in quęſtionem ueniunt, ſententiam fert. nam de controuerſijs, quæ in foro uerſantur, & de quibus in concione conſultant, quomodo ſeſe habeant, quæritur. Quod autè ad rerum publ. mores attinet, in deliberatiuo genere ſatis à nobis antea dictum eſt. quare ſimul etiam declaratum uideri poteſt, quomodò, quibusque rationibus poſsimus oratione noſtra ſingularum mores exprimere. Cum autem in unoquoque dicendi genere diuerſi fines ſint, & de omnibus eis ſumptæ ſint ac declaratæ opiniones atque propoſitiones, ex quibus fidem faciunt, & qui deliberant, & qui laudant, & qui litigant: & preterea demonſtratum ſit, unde ducantur orationes, quæ bene mores exprimant: ſupereſt, ut ea commemoremus, quæ communia ſunt omnium generum. Neceſſe eſt enim, ut in omni genere dicendi quæratur, quid fieri, aut non fieri poſsit: & hi quidem demonſtrare conentur aliquid futurum, illi uerò factum eſſe. quin etiam de magnitudine rei diſſerere, commune eſt omnium generum: omnes enim & amplificare,

Quæ ſint omnium generũ cõmunia.

plificare, & imminuere ſolent, & ſuadentes & A diſsiduantes, & laudantes & uituperantes, & accuſantes & defendentes. Hæc poſtquam explicuetimus, tunc communiter de enthymematibus, ſiquid habemus, dicere conabimur, ac de exemplis etiam: ut quæ reliqua ſunt, adiungentes, incœpto operi finem imponamus. Ex locis autẽ communibus amplificatio demonſtratiui generis eſt maximè propria, ſicut antea dictum eſt: quod uerò factũ eſt, iudicialis generis. de factis enim rebus iudicium fieri ſolet. deniq; quod fieri poteſt, & futurum eſt, deliberantibus conuenit. Primùm igitur de eo, quod fieri, aut non fieri poteſt, uerba faciamus.

Cuiusq; generis propria.

DE EO QVOD FIERI AVT NON *fieri poteſt: itemq; de magnitudine aut paruitate facti, ad amplificandum in quouis genere.* Cap. XVIII.

AC quidem ſi contrarium eiuſmodi eſt, ut aut eſſe, aut factum eſſe poſsit, etiam alterum contrarium eandem naturam habebit: ut ſi fieri poteſt, ut aliquis bonam ualetudinem reciperet, eundem etiam in morbum incidere potuiſſe, certum eſt. eadem enim eſt contrariorum poteſtas, quatenus contraria ſunt. Et quæ ſimilia ſunt, ſi alterum eorum fieri poteſt, etiam alterum poterit. Et ſi quod difficilius eſt, effici poteſt, etiam id, quod eſt facilius, poterit effici. Et ſi quid poteſt fieri bonum, aut pulchrum, id etiã ſimpliciter fieri poterit. difficilius eſt enim, domum eſſe pulchrã, quàm domũ eſſe. Et quod principiom habere poteſt, id etiam finem habe- B bit. nihil enim fit, neque fieri incipit eorum, quæ nullo modo fieri poſſunt: ut quòd dimetiens lateri ſit comparabilis, hoc neq; initium capit ſui ortus, neq; fit. Et quod finem habere poteſt, id etiam principium habebit: nam à principio cuncta proueniunt. Et ſi quod poſterius natura, aut ortu factum eſſe contingit, etiam id, quod prius eſt: ut ſi fieri poteſt, aliquem eſſe uirum factum, idem etiam puer fieri potuit: nam hoc prius fieri ſolet. & contrà, ſiquis puer fieri poteſt, etiam uir fieri poterit: nam illud eſt principium. Illa quoque effici poſſunt, quorum amor & cupiditas à natura inſita eſt. nam plerunque fit, ut nemo diligat, aut cupiat ea, quæ fieri nullo modo poſſunt. Et ea, quorum ſcientiæ atque artes ſunt, naturam hanc habent, ut eſſe & gigni poſsint. Et ea fieri poſſunt, quorum principium ortus eſt in eis, quæ nos cogere, aut perſuadere poſſumus. hæc autem ſunt, quibus aut opibus præſtamus, aut domini ſumus, aut amici. Et quorum partes effici poſſunt, etiam totum: & contrà, ſi totum fieri poteſt, etiã partes. nam ſi obſtragulum & ligula, & ſolea fieri poſſunt, etiã calcei poſſunt fieri: & ſi calcei, poteſt etiam obſtragulũ & ligula, & ſolea. Et ſi genus fieri poteſt, etiam ſpecies fieri poterit: & ſi ſpecies, etiam genus. ut ſi nauis fieri poteſt, etiam triremis: & ſi triremis, etiam nauis. Et ſi alterum eorum, quæ ſub eandem rationem cadunt, fieri poteſt, etiam alterum poterit: ut ſi duplum fieri poteſt, etiam dimidium poterit: & ſi dimidium, etiam duplum. Et quod ſine arte, atque apparatu fieri poteſt, id magis fieri poterit adhibita arte ac diligentia. unde ab Agathone dictum eſt:

Fortuna quædam agenda nobis obijcit,
Quædam ſimul fert caſus & neceſsitas.

Et ſiquid à deterioribus, uel impotentioribus, uel imprudentioribus fieri poteſt, id multo magis ab ijs, qui ſunt his contrarij, fieri poterit: unde dictum illud Iſocratis, qui rem indignam eſſe dixit, & grauem, ſi Euthynus quidem didiciſſet, ipſe uerò nõ poſſet inuenire. Quæ uerò fieri non poſſunt, facilè percipiuntur ex cõtrarijs eorum, quæ dicta ſunt.

Quod ſi quæratur, utrum aliquid factum ſit, an non factum, his modis conſiderare poteſt. Primò, ſi quod à natura fieri minus eſt aptum, factum eſt, etiam id erit factum, quod fieri magis eſt aptum. Et ſi quod poſterius fieri conſueuit, factum eſt, id etiam quod prius, factum eſt: ut ſiquis rem aliquam oblitus eſt, etiam aliquando illam didicit. Et ſiquia quippiam efficere potuit, & uoluit, non dubium eſt quin fecerit. omnes enim cum aliquid poſſunt & uolunt, id etiam efficiunt, cum nihil eis impedimento ſit: & ſi uoluntatem habuerit, nullaque res eum externa prohibuerit: & ſi res illa fieri potuit, & qui feciſſe dicitur, iratus erat: & ſi facultatem habuit, & concupiuit. nam plerique ſi potuerint, ea faciunt, quorum deſiderio tenentur: improbi quidem propter incontinentiam, probi uerò, quia res tantum iuſtas deſiderant. & ſiquid futurum erat, aut aliquis facere paratus erat: nam probabile eſt, cum quis facturus fuerat, etiam feciſſe. & ſi omnia facta ſunt, quæ naturæ ordine uel ante illud, uel eius gratia fieri ſolent. ut, ſi fulgurauit, etiam tonuit: & ſi ſolicitauit, etiam confecit. Et ſi ea facta ſunt, quæ naturæ ordine poſtea conſequuntur, uel quorum gratia fiunt alia, factum etiam illud eſt, quod eſt prius, & quod aliorum gratia fit: ut, ſi tonuit, etiam fulgurauit: & ſi confecit, etiam ſolicitauit. Ex his autem omnibus aliqua neceſſaria ſunt, aliqua maiori ex parte fieri ſolent. Quod uerò non factum eſſe dicitur, facilè probatur ex contrarijs eorum, quę dicta ſunt. Atque ex ijſdem locis intelligitur etiam, quid futurum ſit. Nam quod eſt in poteſtate noſtra, atque uoluntate ſitum, id etiam erit. Et quæ cupiditas iubet, & ira & cogitatio, ſi poteſtati coniuncta ſunt, erunt. Præterea, ſi in procinctu eſt ut fiat, aut ſi futurum eſt, erit: nam plerunque fiunt ea potius, quæ futura erant, quàm quæ non futura. & ſi iam omnia extiterunt, quæ natura præcedere ſolẽt: ut ſi nubes coactæ ſunt, imber erit. Et ſi quod huius gratia fit, factum eſt, uerisſimile eſt etiam hoc futurum: ut ſi fundamentum, etiam domus.

Factum ne ſit, an non.

An futurũ ſit, necne.

De magnitudine autem & paruitate rerum, & de maiore & minore, & omnino de magnis & paruis ex ijs, quæ iam tradita ſunt, nobis perſpicuum eſſe poteſt. nam in ijs, quæ diximus de genere deliberatiuo, de magnitudine etiam bonorum, & de maiore ac minore ſimul diximus. Quare cum in unoquoque genere finis propoſitus bonus ſit, & utilitas, honeſtas, æquitas, perſpicuum eſt, inde ſumendas eſſe cuiuſque generis am-

De magnitudine & paruitate rerum.

ris amplificationes. At uerò præter hæc de magnitudine ſimpliciter, & de exuperantia quærere, inanem eſt ſuſcipere ſermonẽ. nam ad uſum maiorem adferunt utilitatẽ, quæ ſigillatim traduntur, quàm quæ generatim atque uniuerſe. Ac de eo quidem, quod fieri poteſt aut non poteſt, & utrum aliquid factum ſit, an non factum, & utrum futurum ſit, an non futurum, denique de magnitudine & paruitate rerum, hæc dicta ſufficiãt: reliquom eſt, ut de probationibus, quæ communes ſunt omnium generum, dicamus, cũ iam de proprijs dixerimus.

DE COMMVNIBVS OMNIVM GE- *nerum probationibus, quæ ad duo rhetoricarum argumentationum genera referuntur, Exemplum atque Enthymema.* *Caput* XIX.

SVnt autem communium probationom genera doo: exemplum atq; enthymema. nam ſententia enthymematis pars eſt. primò igitur de exemplo dicamus, qood inductioni perquàm ſimile eſt. inductio uerò quoddã eſt principium. *Exemplorũ diuiſio.* Duo ſunt exemplorum genera. alterum, quo res geſtas commemoramus: alterum, quo nos ipſi fingimus aliquid perinde ut geſtum. atque hoc ſecundum genus iterum diuiditur in dno: quorum alterum collatio, alterum fabula dicitur, quales ſonr Æſopicæ & Lybicæ fabulæ. Eſt autem exemplum, res quædam huiuſmodi, ut ſiquis diceret, oportere contra Perſarum regem arma parare, neque pati ut in ſuam poteſta- B tem Ægyptum redigat. Etenim antea Darius non prius in Græciam traiecit, qoàm Ægyptum cepiſſet, ſed ea capta traiecit. atqoe iterum Xerſes non prius Græciam inuaſit, quàm Ægyptum occupauit: qua cum potitus eſſet, tunc inuaſit Græciam. Quare etiam iſte capta Ægypto, copias iu Græciam traijciet. non igitur hoc illi permittendum. *Collatio.* Collatio eſt, qua Socrates frequenter uti ſolebatur ſiquis dicat, magiſtratus ſorte creari non oportere. Nam id eſſet ſimile, ac ſiquis athletas eligeret ſorte, non qui pugnare ualeant, ſed qui fortè contigerint: uel ſorte ducta, nautarum aliquem ſumeret, cui nauis gubernaoda traderetur: tanquam oporteat eum, quem ſors uoluerit, non qui peritus ſit, nauem gubernare. *Fabula.* Fabula eſt, ot ea Steſichori contra Phalarim, & Æſopi de turbulento oratore. Steſichorus enim, cum Himerenſes ducem exercitua ſui cum ſumma poteſtate Phalarim creaſſent, atq; illi cuſtodes corporis dare conſtituiſſent: cum alia multa diſſeruiſſet, tandem eis hanc fabulam narrauit: Equus olim pratum ſolus depaſcebat, cum ceruus ſoperueniens illi paſcuã diſturbauit. equus uerò ceruum punire cupiens, quendam hominem interrogauit, an ſibi ſuam operam in puniendo ceruo præſtare poſſet: ille ſe poſſe reſpondit, modò frænum equus reciperet, ac ſe in dorſum aſcendere pateretur, manu iacula geſtantem. qnam cum equus conditionem accepiſſet, & hominem dorſo recepiſſet, non modò ceruum non puniuit, ſed in homi- A nis ſeruitutem redactos eſt. Vos igitur, inquit, cauete, ne cùm uelitis hoſtes ueſtros ulciſci, idem quod equus ille, patiamini. iam enim frænum recepiſtis, poſtquam ducem exercitus cum ſumma poteſtate Phalarim elegiſtis: quod ſi cuſtodes etiam illi corporia dederitis, & aſcendere permiſeritis, iam in eius ſeruitutem deuenietis. Æſopus in Samo cum oratorem quendam turbulentum defenderet, qui rei capitalis inſimulabatur, & de uita periclitabatur, ita dixit: Vulpes quædam cum fluuium pertranſire uellet, in uoraginem decidit: & cum exire inde nullò modo poſſet, multa mala diu perpeſſa eſt, plurimæque caninæ muſcæ cuti eiua adhæſerunt. Cum autem herinaceus per eam regionem uagaretur, atque illam conſpexiſſet, miſericordia motus interrogauit, an caninas muſcas à ſe abigi uellet? illa uerò non permiſit: & cum huius rei cauſam herinaceus peteret, dixit: Quoniam iſtæ iam ſatiatæ ſunt, & parum ſanguinis exugunt. quòd ſi tu iſtas abegeris, aliæ fame confectæ ſuperuenient, quæ reliquum ſanguinem meum totum abſument. Eodem modo, inqoit, ô uiri Samij, nihil hic orator uobis amplius nocet: eſt enim locuples. Quòd ſi hunc interficiendum curaueritis, alij pauperes ſuccedent, qui depeculantes rempublicam pecunias omnes ueſtras conſument. *Fabularum uſus.* Sunt autem huiuſmodi fabulæ concionibus accommodatæ: atque hanc in ſe commoditatem habent, quòd arduum eſt, res geſtas, & exempla ijs, quæ tractantur, ſimilia inuenire: fabulas autẽ, facile eſt. nam eas ita fingere, ſicuti collationes licet, modò B quis id, quod ſimile eſt, perſpicere poſsit: quod ij facilè faciunt, qui ſapientiæ ſtudijs incubuerunt. Ac fabulæ quidem facilius excogitantur, ſed in deliberationibus exempla longè ſunt utiliora: nam quæ futura ſunt, plerunque paria ſimiliaque ſunt ijs, quæ iam facta ſunt.

Exẽplorũ trãctatio, & uſus. Is autem poterit exemplis tanquam demonſtrationibus uti, qui argumẽtorum copiam non habuerit: nam per ea fides ſit. Quod ſiquis habet argumenta, debet exemplis pro teſtimonijs uti, quæ tanquam probationes & concluſiones ſint argumentorum. Nam exempla ſi præponantur argumentis, uim inductionis habent: ſed oratoribus inductio non eſt, niſi paucis admodum locis accommodata: at uerò ſi poſtponantur, teſtimoniorum uim habent. Teſtis autem ubique ad perſuadendum aptus eſt. atque ideo cum quis exempla proponit, neceſſe eſt ut multa cõgerat: quòd ſi poſtponit, unũ ſatis eſt. nã etiam teſtis unus, qui probatæ fidei ſit, multum adiuuat. Quot igitur ſint exemplorum formæ, quomodoque ſit eis utendum, & quo tempore, declaratum eſt. Quod autem ad ſententias dicendas attinet, com quid ſentẽtia ſit, expoſitum fuerit, ſimul etiam perſpicuum erit, quibus de rebus, quo tempore, quibusq; perſonis conueniat in oratione ſententias proferre.

DE SENTENTIA, EIVS- *que generibus.* *Caput* XX.

Sentẽtia quid. SEntentia igitur eſt enonciatio, non quidem ſingulàtum rerum aut hominũ, ut qualis ſit

Iphia-

A Iphicrates: uerùm generis oniuerſi. neq; tamen omniom rerum abſolutè generatimq́;, ut ſiquis rectum curuo contrarium eſſe dixerit: ſed earum rerum omnium, quæ ad humanas actiones pertinent, & quas in agendo uel expetimus, uel declinamus. Quare cum enthymemata nihil aliud ferè ſint, quàm argumentationes, ſiquis in eiuſmodi rebus, uel cõcluſiones, uel principia enthymematum ſine argumẽtatiooe ſumat, eruot ſententiæ: qualis eſt illa,

Euri p. Medea.

Quicunq; prudens eſt uir, is ne liberos
Optet ſuos nimis ſcientes effici.

hæc quidem eſt ſententia. quòd ſiquis adinogat cauſam, & cur ita ſit, explicet, iam totum ſimul erit enthymema: ut,

Non præter eam, cui applicant ſe, ignauiam,
Parant ſibi liuorem acerbum ciuium.

& illa,

Nemo beatus rebus eſt in omnibus.

rurſus illa,

Eurip. Hecub.

Nemo omnium omnino uirorum liber eſt,

eſt ſententia: ſed ſi iuogatur cum ſequenti, fiet enthymema.

Fortunæ enim aut eſt ſeruus, aut pecuniæ.

Sententiæ ſpecies quatuor.

Quòd ſi ea eſt ſententiæ natura, quã diximus, neceſſe eſt quatuor eſſe ſeotentiç ſpecies. uel enim rationẽ adiũctã habet, uel ſine adiecta ratione profertur. atq; illæ rationis ac probationis egent, quæ uel admirabile quippiam, uel controuerſum enunciãt: quæ uerò oihil alienum à multorum opioiooibus habent, nullius rationis indigent. Ex his quædam ſunt, quæ oeceſſariò nullam rationem requitunt, eo quòd ab omnibus B cognoſcuntur: ut illa, Corpus habere bene conſtitutum, optimom eſt, ut nobis quidem uidetur: in hanc enim ſeotentiam pleriq; omnes conſentiunt. quædam uerò, ſimulac enuociãtur, perſpicuæ ſunt eis, qoi aduertunt: ut illa,

Eurip. Troad.

Nemo eſt amans, qui ſempiternè non amat.

Earum autem, quæ rationis egeot, aliquæ ſunt enthymematis partes: ut illa,

Quicunq; prudens eſt uir.

Sentẽtiæ enthymematicæ.

& quæ ſequuntur. aliquæ uerò uim habent enthymematis, unde uocãtur enthymematicę, neq; tamẽ ſunt enthymematis partes: quæ quidẽ etiã magnopere præcellunt. tales ſunt illæ, in quibus eius, quod dicitur, cauſa apparet: quemadmodum illa,

Ne immortale odium mortali in pectore ſerues.

nam ſiquis ita enunciet:

Ne immortale odium ſerues,

erit ſententia: id uerò quod adiungitur,

-mortali in pectore,

caoſam exprimit. eodem modo etiam illa, Eum mortalia curare decet, qui mortalis eſt, non immortalia.

Sententiarũ tractatio.

Ex ijs quæ dicta ſunt, iam perſpicuõ eſt, quæ ſententiæ ſpecies ſint, & quibus rebus ſingulæ conoeniant. Quoties enim de illis ambigitur, aut aliquid præter opinioocm cootioent, tunc ſemper addenda eſt ratio: ſed uel præponere licet rationem, & oti ſententia pro concluſione: ut ſiquis ita dicat, Ego quidem, quoniam declinare inuidiam oportet, atq; ignauiæ nomen fugere, dico, ſapientiæ ſtudijs operam dare non oportere: uel ipſam enunciare ſententiam, deinA de rationem addere. qooties autem nõ ſunt quidem præter opinionem, ſed aliquid obſcuritatis habent, tonc rotundè & concinnè ratio eſt adiũgenda. Conueniunt etiam huiuſmodi locis apophthegmata Laconica, & quæ per ęnigmata proferuotur: ut ſiquis idem diceret, quod Steſichorus apud Locreoſes dixit, non oportere contumelioſos eſſe, ne cicadæ humi canant. Seniori autem homini potiſsimum conuenit ſententias dicere, atq; illi pręcipuè, qui magnum rerom oſum habeat: indecorum eſt enim puero ſententias dicere, ſicuti etiam fabulas comminiſci. de ijs uerò quenquam dicere, quorum ignarus eſt, ſtulti ac rudis iogenij propriom eſt. huius autem rei ſignum eſt, quòd agreſtes homines maximè ſententias loquootur, & facilè de re qualibet enunciant. Generatim autem aliquid proferre, quod nequaquam generale ſit, maximè conuenit in conqoeſtione atq; amplificatione: & hoc oel in principio, oel poſtquam aliquid cooclusom fuerit. Licebit etiam oti peruulgatis commooibusq́; ſententijs, ſi cauſæ ooſtræ profuerint. nam quia communes ſunt, tanqoam omniũ cooſenſu probatæ, rectè ſe habere uidentur: ut ſiquis, qui adhortetur ad periculum ſubeuodum eos, qui litare ooo potuerint, id dicat:

Apophthegmata & ænigmata.

Communes ſententiæ.

Iliad. 12.

Augurium, ut patriam ſerues bellare, ſecundum eſt.

Iliad. 17.

& qui concitat ioferiores, Mars eſt communis. & qui adhortatur ad filios inimicorum, etiam innocentes interficiendos:

Staſini eſt.

Stultus qui natos, occiſo patre, relinquit.

Prouerbia.

Quædam etiam prouerbia uim ſententiarum B habẽt: ut illud prouerbium, Atticus inquilinus. Licet etiam ſeotentias proferre contra illas, quę iampridem ſuot peruulgatæ. uoco autem peruulgatas, ut illa eſt, Noſce te ipſum: & illa, Ne quid nimis. atq; hoc tuoc faciendum eſt, cum uel is, qui dicit, ex ea re melior eſſe uidebitur, uel aliqua perturbatiõe commotus erit. eſt autem cum animi perturbatiooe dictum, ut ſiquis iratus affirmet, falſum eſſe, quòd ſe ipſum ooſcere oporteat. Nam hic, inquiet, ſi ſe ipſom nouiſſet, nunquã exercitum ducere ſe dignum eſſe cenſuiſſet. melior eſſe uidebitur, qui dixerit, oon eſſe uerum, quod aiunt, ita amare oportere, ut aliquando ſis oſurus: ſed potius oportere ita odiſſe, ut ſis amaturus. Sed oportet oratiooe patefacere, quid ipſi ſentiamus: qoòd ſi non contingat, cauſam addere oportet, ut ſi uel ita dicamus, Amare oportet, oon quemadmodom aiunt, ſed tanquam ſis ſemper amaturus: illod enim alterũ ioſidiatoris eſt. uel hoc modo, Neqoaquam mihi placere poteſt id, quod uulgò dicitur: uerum enim amicum ita amare oportet, tanquam perpetuò ſis amaturus. ſed neq; illud probo, Ne quid nimis: nam improbos homines ſupra modum odiſſe cõuenit. Magnam autem in dicendo otilitatem adferunt ſententiæ, propter inanem auditorum læticiam & opinionem. gaudent enim, ſiquis generatim locutus, eas opiniones tetigerit, quas ipſi ſigillatim habent. Quod autem dico, clarius exponam: ſimul aorem perſpicuum erit, quomodo ipſas opioiones uenari oporteat. Nam ſententia, quemadmodum antea dictum eſt, generalis eſt enuociatio. qui uerò audiunt, tunc lætaotur, cum id geoe-

Prouerbij explicatio.

De ſententiarũ utilitate.

I.

generatim dicitur, quod ipſi antea in parte uerum eſſe credebant: ot ſiquia malos ulcinoa, aut filios improbos habeat, eum ſanè probabit, qui dixerit, Nihil eſt uicinitatem oleſtiva: aut, Nihil ſtultius, quàm liberos procreate. Quare diligenter oportet aliqua ratione conijcere, quid ſentiãt exiſtimentq́; auditores: deinde generatim illud enooциare. Atq; hæc quidem una eſt utilitas, quę
11. ex ſententija dicendia percipirur Eſt etiam altera longè melior, quòd ſententiæ moratas orationes efficiunt. Orationes autem mores habere dicuntur, in quibus dicentia ſenſus aperitur: quod in omnibus ſententija dicendis accidit, eo quòd qui ſententiam dicit, generarim eounciat, quid ipſe de rebus expetendis ſentiar. quare ſi bonæ ſententiæ fuerint, probum etiam oratorem oidori ſaciunt. Atq; hæc quidem de ſententia, & qnid ipſa ſit, & quot eius ſint ſpecies, & quomodo ſit utendum ea, quamq́ue utilitatem habeat, dicta ſufficiant.

DE ENTHYMEMATVM INuentione. Cap. XXI.

DE argumentis uerò iam generatim primò dicamua, quemadmodũ ea quætere oporteat: deinde ſigillatim etiam eorum locos explićemus. ſunt enim hæ duę inter ſe diſtinctæ ſpecies. Quòd autem enthymema ſyllogiſmus quidam ſit, antea dictum eſt, & quomodo ſit ſyllogiſmus, & in qoo differat à dialecticis: oeq; enim quæ remota ſunt, neq; cuncta in colligendo ſumere oportet. illud enim obſcorũ eſt propter diſtanriam: hoc aotem garrulitatis eſt, eo quòd perſpicua dicuotur. Atq; hæc etiam cauſa eſt, cur
B imperiti homines apud plebem facilius quã erobditi, quod oolunt, perſuadeãt: qoemadmodom poetæ quoq; teſtantur, imperiros in corona plebeiorum elegãtius dicere. docti enim uiri ad res ſuas probandas communibus & generalibos utuntur: indocti uerò ſumont ea, quæ cognira habent, atq; io promptu ſuot. Quare non ex omnibus, quæ probabilia uidẽtur, ſed ex certis ac definitia ſumenda ſunt argumenta: ut ex eis, quę uel diſceptatores ipſi probanr, uel ij, quorum ſententiam ſeqountur. & illud perſpicuum eſſe debet uel omnibua, uel maximę parti, ita eis uideri. noque tanrum ex neceſſarijs colligendum eſt, ſed etiam ex eis, quæ plerunq; fiunt.

Delectus.

Cognitio rerũ.

Atque illud primò ſciendum eſt, neceſſe eſſe, ot qui de aliqua re dicturua eſt, & argumentaturus, uel orarorio ſyllogiſmo, uel qoocunq; alio, quæ in ea re ſunt, cognira & perſpecta habeat uel omnia, oel ſaltem aliqua. nam ſi nihil cognitum habueris, nihil arit, unde argumentari poſſis. Dico autem hoc modo, ut ſi conſilium dandum ſit Athenieoſibus, utrum bellum ſuſcipiendum ſit, nec ne, quomodo id ſacere poterimus, niſi copiaa eorum cognitas haboerimus? utrum nauales ſint, an pedeſtres, an otrioſque generis, & quantæ ſint: deinde quæ ſint eorum uectigalia, qui amici, qui inimici: præterea quæ bella iam antea geſſerint, & quomodo, cæteraq́; eius generis. Et ſi laudandi fuerint, quomodo id præſtabimus, niſi naualem eorum pugnam & uictoriam apud Salaminem inſulam, aut terreſtre prę
A lium in Mararhone cognitum habuarimus, aut quæ pro ſalute filiorum Herculis geſſerunt, & ſiquid eſt aliud huiua generis? omnes enim à bonia, quæ inſunt in aliquibus, uel ineſſe uidentur, laudare conſueuerunt. eodem modo ex conirarijs uituperant: aduerrunt enim, ſiquid in eis turpe eſt, aut ineſſe uidetur: ut quòd Athenienſea reliquos Græcos in ſeruitutem redegerunt, & quòd Aeginetas & Potidæataa, qui cum ipſis cõtra barbarum pugnauerant, & ſe ſtrenuè fortiterq́ue geſſeranr, ſibi ſeruire coëgerũt, & ſiqua ſunt huiuſmodi. præterea quæruut etiam, an in aliquem alium errorem aut peccatum uniuerſa ciuitas delapſa ſit. Idem quoque in accuſando ac defendendo fieri ſolet: nam ea ſpectantes, quæ inſunt, accuſant & defendũt. Nihil autem intereſt ſiue de Athenienſibus ſiue de Lacedęmonijs, ſiue de aliqoo deo ſiue de homine agatur. etenim ſi Achilli conſilium dare uoluerimus, aut eum laudare aut uituperare, aut accuſare aut defendere: quæ ipſiua perſonæ hærent, aut hærere uidentur, ſumenda ſunt, ut de illis dicamus. quòd ſi laudamus aut uituperamus, ſpectare oportet, ſiquid in eo ſit honeſtum aut turpe: ſi accuſamua aut defendimus, ſiquid iuſtum aut iniuſtum: ſi conſilium damus, ſi quid eſt, quod prodeſſe aut obeſſe poſsit. Idem etiam in qualibet re ſaciendum eſt: ut ſi quæratur, utrum bona ſit iuſticia, an non bona, ex ija, quæ ipſi iuſticiæ, aut bono inſunt, colligere oportet. Quare cum omnea ita demonſtrare uideantur, ſiue accuratius, ſiue negligentius argumententur. neque enim ex omnibus ſine diſcrimine, ſed ex ijs, quæ ſin-
B gulis rebus adſunt, propoſitiones ſumunt: & hoc cum ratione faciunt, quoniam perſpicuum eſt, aliter fieri nullo modo poſſe: haud dubium eſſe poteſt, quin ſit neceſſarium, quemadmodũ in Topicis dictum eſt, in ſingulis rebus delectas habere propoſitiones earum rerum, quæ ſæpè accidunt, ac maximè opportunæ ſuot. Atque etiam in rebus, quæ nuper euenerunt, idem ordo ſeruandus eſt. neque enim reſpicere oportet ad ea, quæ ſunt infinita: ſed quæ rebua illis adhærent, de quibus eſt oratio: atque illa potiſsimum colligere, quæ ad rem ipſam quàm proximè accedant. quãto enim plura quis habuerit eorum, quæ rebus adſunt, taoro ſacilius demonſtrabit: & quanto ea propinquiora fuerint, tãto ad probaodum erunt accommodatiora, & minus communia. uoco autem communia hoc modo, ut ſi quis Achillẽ laudet, quòd homo fuerit, & quòd ex numero ſemideorum, & quòd ad bellum Troianum profectua ſit: hæc enim alijs etiam multis acciderunt. Quare qui hæc commemoraret, nõ magis Achillem, quàm Diomedem laudaret. Propria uerò illa dico, quæ nemini alij contigerunt: ot qoòd Hectorem Troianorum optimum interfecerit, & Cygnum, qui cum uulnerari non poſſet, Græcos omnea exire de naui prohibebat, & quòd omniũ eſſet maximè iuuenis, & quòd iureiorando non aſtrictus ad id bellum profectus ſit: & alia, quæ ſunt huius generis. Atque hic qoidem unus eſt ac primus delectus habendi locus, ijs ſimilia, qui in Topicis traduntur.

Delectus habẽdus.

Infinita omittenda.

Cõmunia quæ.

Propria quæ.

DE ENTHYMEMATVM ELEmentis, *ſiue locis.* Cap. XXII.

QVæ uerò ſint enthymematum elementa, iam dicamus. elementum autem, & locum enthymematis pro eodé capio. Primùm igitur dicamus, de quibus neceſſe eſt primùm dicere. nam enthymematum ſunt ſpecies duæ: quędam enim demõſtrant aliquid eſſe, aut non eſſe: quædam autem refellunt. quæ ita inter ſe differunt, ſicut in Dialecticis elenchus & ſyllogiſmus. Atq; illud enthymema demonſtrare dicitur, quod ex conceſsis propoſitionibus concludit: illud autem refellere dicitur, quod ex propoſitionibus non conceſsis concludit. Ac iam ferè ſingulis in dicendi generibus declarati ſunt à nobis utiles ac neceſſarij loci. nam in unoquoq; genere delectæ ſunt à nobis propoſitiones, & oſtenſum, ex quibus locis argumenta ſumantur de bono & malo, de honeſto & turpi, de iuſto & iniuſto. quin etiam de moribus, & animi commotionibus, & habitibus eodem modo locos antea declarauimus. Nunc uerò alio modo generatim atque uniuerſe de omnibus agamus, & dicamus accuratè, qui loci ſint ad refellendum, & qui ad demonſtrandum accommodati: nec non, unde ducantur ea, quæ ſpeciem quidem habent enthymematum, licet re uera non ſint enthymemata, quoniam neque ſyllogiſmi ſunt. His autem declaratis, definiemus etiam, unde ſolutiones & obiectiones ad argumenta labefactanda ſumi poſsint.

Locorum unde argumenta ſumātur in utranq; partē, explicatio.

Atque unus quidem eorum, quę demonſtrāt, enthymematum locus eſt à contrarijs. ſpectare enim oportet, an contrario contrarium inſit. nam ſi non inſit, erit negandum: ſi autem inſit, erit affirmandum. ut ſiquis probet, temperatè uiuere bonum eſſe: quoniam intemperantem agere uitam, noxium eſt. uel quemadmodum in oratione Meſſeniaca: Nam ſi bellum præſentium malorum cauſa eſt, ea per pacem emẽdare ac corrigere opus eſt. & illud,

I. *Ex contrarijs.*

Si minſtam illum eſt omnis iracundia,
Qui quempiam læſit per imprudentiam,
Non eſt habenda ei ulla iure gratia,
Neceſsitate qui coactus profuit.

& illud:

Falſum quod eſt, ut ſæpè fit probabile
Dicendo: ſic plerunq; contrà uſu uenit,
Vt uera non queant probari ullo modo.

II. *Ex caſibus & coniugatis.*

Alius locus eſt à caſibus ſimilibus: nam eodẽ modo uel ineſſe, uel non ineſſe oportet. ut ſiquis probare uelit, non omne iuſtum eſſe bonum. Nam etiam quicquid iuſtè fit, bonum eſſet. nunc autem iuſtè mori, non eſt expetendum.

III. *Ex relatis, ſiue affectione.*

Alius locus eſt ab ijs, quæ ſub eandem rationem cadunt. nam ſi eorum alteri contigerit uel honeſtè, uel iuſtè aliquid facere, etiam alteri perpeti: & ſi uni iuſsiſſe, etiam alteri paruiſſe: ut Diomedon publicanus de uectigalibus dixit, Si enim uobis ea uẽdere non turpe eſt, neque nobis emere. & ſi qui damnum accepit, honeſtè & iuſtè multatus eſt: ita etiam qui damnum illud dedit. & contrà, ſi qui damnum dedit, honeſtè & iuſtè fecit: ita etiam, qui paſſus eſt. Sed hoc in loco poteſt exiſtere A captio: ſi enim quiſpiam iuſtè necatus eſt, etiam iuſtè paſſus eſt. uerùm à te fortaſſe pati non debuit, atq; ideo ſeparatim conſiderare oportet, an qui paſſus eſt, pati dignus erat, & qui fecit, facere debebat: deinde ita eis uti, ſicuti cauſa poſtulat. nam interdum hæc inter ſe diſcrepant, neq; quicquá prohibet, quin diſcrepare poſsint: ut in Alcmæone Theodectis,

Quis non tuæ ſcelus parentis oderat?

at ille reſpondit, oportere ſeorſum hæc, diſtinctéque conſiderare: cumq; Alpheſibœa rogaret, quo modo, ſubiunxit ille:

Dignam mori illam cenſuerunt, non tamen
A me necandam.

Et quemadmodum in iudicio Demoſthenis, & eorum, qui Nicanorem occiderant. poſtquam enim iuſtè interfeciſſe iudicati ſunt, etiam ille iuſtè necatus exiſtimatus eſt. & de illo, qui Thebis necatus eſt, de quo iudicium eſt conſtitutum, utrum mori dignus eſſet: tanquam non iniuſtum ſit, eum interficere, qui mori dignus ſit.

IIII. *Ex maiore & minore.*

Alius locus eſt ex maiore & minore: ut, Si ne dij quidem omnia ſciunt, multo minus homines. hoc autem eſt huiuſmodi, Si res non ineſt in eo, in quo magis eſſe deberet, perſpicuum eſt, neq; in eo eſſe, in quo minus eſſe debet. illud autem, Qui patrẽ cædit, etiam propinquos cæderet, ex minore: nam ſi id ineſt, quod minus eſſe debet, etiam id ineſt, quod magis eſſe conſueuit. Hic autem locus in utranque partem ualet, ſiue rem ineſſe demonſtrandum eſt, ſiue non ineſſe: item etiam, ſi neque magis, neque minus. unde illud di- B ctum eſt:

V. *Ex pari.*

Dicendus eſt ergo miſer parens tuus,
Qui filios amiſerit: non autem erit
Oeneus miſer, cui Græciæ flos totius
Extinctus eſt natus?

&, Si non iniuſtè geſsit Theſeus, neque Alexander: &, Si Tyndaridæ non iniuſtè geſſerunt, neque Alexander: &, Si Hector iuſtè Patroclum interemit, etiam Achillem Alexander: &, Si alij artifices non ſunt improbi, neque philoſophi: &, Si imperatores non habentur mali, quamuis ſæpè uincantur, ita neque ſophiſtæ. Si priuatus quiſque gloriæ ueſtræ debet eſſe ſtudioſus, etiam uos Græcorum gloriam curare debetis.

VI. *A tempore.*

Alius locus eſt à tempore, quod ſpectandum eſt: ut Iphicratea in oratione contra Harmodium, Si prius quàm hæc gererem, poſtulaſſem à uobis, ut mihi ſtatuam erigeretis, ſi ea confeciſſem, nónne eam mihi decreuiſſetis? nunc poſtquam confeci, non decerneris? ne igitur committatis, ut quod beneficium expectantes pollicemini, id accepto beneficio auferatis. & rurſus, ſiquis Thebanis diceret, debere eos aditum in Atticam Philippo tradere. nam ſi hoc petiſſet, priuſquam contra Phocenſes eis auxilium tuliſſet, certè polliciti fuiſſent. abſurdum igitur erit, ſi quoniam illis fidem habuit, neq; id tunc contendit, ei nunc tranſitum non dederint.

VII. *Ex reiectione, per comparationem.*

Alius locus ſumitur ex ijs, quæ contra nos dicuntur, cum ea uertimus in aduerſarium. locus autem hic multum excellit, ut in Teucro. quo loco uſus eſt Iphicrates contra Ariſtophontem, eum interrogans, an ipſe accepta pecunia naues proditurus eſſet. qđ cum

cùm ille negaſſet, Ergo, inquit, quod tu, cum ſis Ariſtophon, non feciſſes, ego Iphicrates feci? ſed oportet aduerſarium uideri procliuiorem ad iniuſtitiam, alioqui res ridicula uideretur: ut ſiquis hoc contra Ariſtidem accuſantem diceret. ſed ad accuſatoris perfidiem hoc referendum eſt; omnino enim debet accuſator eſſe reo melior. hoc autem ſemper coarguere oportet. Generatim autem abſurdus eſt homo ille, qui in alijs ea reprehendit, quæ uel ipſe fecit, uel nactus occaſionem faceret: uel qui alijs ea ſuadet, quæ ipſe nec facit, nec ullo modo faceret. Alius locus à definitione: ut, Dæmonium nihil aliud eſt, quàm uel Deus, uel dei opus. qui uerò putat aliquod opus eſſe dei, neceſſe eſt illum etiam deos eſſe putare: & quod Iphicrates dixit, Ille maximè generoſus eſt, qui optimus. etenim in Harmodio & Ariſtogitone nihil antè generoſum fuit, quã generoſe ſe geſſerũt: & quòd ipſe propinquior eſſet. Nam res, inquit, meæ geſtæ magis ſunt propinquæ factis Harmodij & Ariſtogitonis, quàm tuæ. & quemadmodum in Alexandro ſcriptum eſt, omnes in hac eſſe ſententia, ut intemperantes eos exiſtiment, qui non unius corporis pulchritudine ſui contenti ſunt. unde etiam Socrates dixit, ad Archelaum ſe proficiſci nolle, propterea quòd contumelia ſit, beneficia non poſſe reddere, non aliter, atq; nõ poſſe iniurias ulciſci. Omnes enim iſti rem ipſam definientes, & quid ſit aperientes, concludunt ea quæ uolunt. Alius locus eſt, cum aperitur, quot modis aliquid dicetur: ut in Topicis de eo, quod rectè factum dicitur. Alius locus à diuiſione: ut, Si omnes, qui iniuriam faciunt, trium rerum aliqua impelluntur, uel hac, uel iſta, uel illa, & duabus rebus impelli nullo modo potuit: de tertia uerò neque ipſi aduerſarij infirmant. Alius locus ab inductione: ut illud ex Peparethia, matres de filijs ubique uerum diſcernere. nam Athenis, cum Mantias orator de filio dubitaret, illi mater indicauit: & Thebis, cum Iſmenias & Stilbo de filio contenderent, Dodonis Iſmeniæ filium eſſe dixit, itaque poſtea Theſſaliſcum Iſmenię cenſuerunt: & quod Theodectes uſus eſt in lege, Si nemo proprios equos eis committit, qui negligenter alienos curarunt, neque quiſquam naues ſuas eis tradit, qui alienos euerterunt. & ſi hoc in rebus omnibus ita ſe habet, non debemus eis uti in ſalute noſtra tuenda, qui ſalutem alienam malè defenderunt. & quo Alcidamus utitur, ut probet, ſapientes ab omnibus honorati. Parij enim Archilochum, quamuis maledicus eſſet, honorarunt: & Chij Homerum, quãuis eorum ciuis non eſſet: & Mytilenæi Sapphonem, quanquam eſſet mulier: & Lacedæmonij Chilonem in ſenatum elegerunt, cum tamen ad literarum ſtudia duriores eſſent: & Itali Pythagoram, & Lampſaceni Anaxagoram peregrinũ hominem ſepulchro decorarunt, & in hunc uſq; diem colunt: atq; Athenienſes, Solonis legibus utentes, beati fuere: & Lacedæmonij, dum Lycurgi legibus uſi ſunt; & apud Thebanos, cum primùm ciuitatis principes ſtudio ſapientiæ ſe dare cœperunt, ſtatim beata ciuitas extitit. Alius locus à rebus iudicatis aut ijſdem, aut ſimilibus, aut contrarijs: & præcipuè, ſi omnes ſemper ita

VIII. Ex definitiõe.

IX. Ab homonymia.

X. A diuiſione ſiue remotione.

XI. Ab inductione.

XII. A rebus iudicatis, ſiue ab autoritate.

A iudicarunt: ſin minus, ſaltem quamplurimi, aut qui ſapientes ſunt uel omnes, uel maior eorum pars, aut qui probi uiri ſunt: uel ſi ipſi iudicas aliès ita ſtatuerunt, uel ij quorum iudicium ipſi iudices ſequuntur, uel ſi ita illi iudicarunt, contra quos ſtatuere nihil licet, ut qui domini ſunt: aut quibus nõ honeſtũ eſt contradicere, quales ſunt dij, parentes, magiſtri: quemadmodum in Mixidemidem Autocles dixit, Si Eumenides ſibi honeſtum eſſe duxerunt, in Areopago cauſam ſuam tractari, Mixidemides non honeſtum ſibi ducat? uel quemadmodum Sappho dixit, mori omnino eſſe malorum, quoniam etiam dij ita iudicarunt: niſi enim ita eſſet, mori uoluiſſent. uel quẽadmodum Ariſtippus contra Platonem, qui neſcio quid (ut illi uidebatur) arrogantius dixerat. Atqui ſodalis noſter nihil unquam huiuſmodi protulit. Socratem uerò innuebat. & Hegeſippus in Delphis Apollinem interrogauit, cum iã oraculum Olympici Iouis audiſſet, an eadem illi, quæ patri uiderentur, tanquam turpe eſſet, cõtraria ſancire. & quod de Helena ſcripſit Iſocrates, eam eſſe ratæ uirtutis, quoniam Theſeus ita iudicauit: & de Alexandro, quem tres deæ iudicem elegerunt: & de Euagora, quòd uir eſſet eximius: quoniam, ut ait idem Iſocrates, Conon factis opibus, alios omnes poſthabuit, atque ad Euagoram profectus eſt. Alius locus ab enumeratione partium: ſicut etiam in Topicis, Si anima motus eſt, qui men eſt motus? aut enim hic, uel ille. & illud exẽplũ ex Theodectis Socrate, Quod fanum uiolauit? quam deum non coluit eorum,
B quos ciuitas ueneretur? Alius à conſequentibus. quoniam in plurimis rebus accidit, ut aut bonum & malum aliquod conſequatur ex eo quod ſequitur, licet ſuadere aut diſſuadere, accuſare aut defendere, laudare aut uituperare: ut, Eruditionem conſequitur inuidia, quod eſt malũ: & ſapientia, quod eſt bonum. non eſt igitur ſciẽtijs danda opera, quoniam inuidiam ſubire non oportet. imò uerò ſcientijs opera danda eſt, quoniam ſapientem fieri oportet. Hic locus in arte Callippi præcipuè tractatur, in qua ſumitur etiam, quod fieri poteſt, & alia, de quibus à nobis iam antea dictum eſt. Alius etiam à conſequentibus, quando ex duobus contrarijs, quæ conſequuntur, aut ſuadere, aut diſſuadere opus fuerit, & eo, quo diximus modo in utranque partem uti. Differt autem hic locus à ſuperiore, quoniam in eo quæcunq; euenerint, opponuntur: hic autem tantum ea, quæ contraria ſunt: ut ſacerdos quædam filium ſuum in concione uerba facere, & agere cum populo prohibebat. Nam ſi iuſta dixeris, aiebat, homines te odio proſequẽtur: ſi uerò iniuſta, deos offendes. Imò uerò dicere aliquis, cõcionari oportet. nam ſi iuſta dixeris, deos tibi conciliabis: ſin iniuſte, homines. hoc autem idem eſt cum eo, quod uulgò dicitur, Lutum & ſalem oportet emere. Et hæc ratio βλαίσωσις, hoc eſt inuerſio, uocatur: cum duorum cõtrariorum utrunq;, bonum & malum conſequitur ita, ut utraque ſint utriſque contraria. Alius eſt locus: quandoquidem homines non eadem palàm & occultè probare ſolent, ſed palàm quidem iuſta & honeſta maximè laudent, occultè uerò magis

XIII. Ab enumeratione.

XIIII. A conſequentibus.

XV. Ab inuerſione, ſiue à conſequẽtibus cõtrarijs.

XVI. Ab occulta, ſiue à contraria opinione.

utilia cupiũt,cum ex his quiſpiam conatur alte A
XVII. Ex proportione. rum concludere. Atq; hic quidem locus præter
cæteros,qui cõtra communem opiuionem pro-
feruntur, plurimum ualet. Alius locus,cum ea-
dem ex propotrione conueniunt: ut Iphicrates,
cum eius filium,qui magno quidem erat corpo-
re,ſed adhuc ætate puerili, cogere uellet onera-
publica ſuſtinere, dixit: Si pueros, qui magno
ſunt corpore,uiros exiſtimatis,ergo etiam uiros,
qui puſillo corpore ſunt,pueros exiſtimare debe
tis.& quo Theodectes uſus eſt in lege: Nam ſi
propter modeſtiam probitatemq; mercenarios
milites ciuitate donatis, ut Strabacem & Chari
demum, non eos milites mercenarios extermi-
XVIII. Ab euentu conſequente. nabitis,qui nefaria ſcelera perpetrarunt? Alius
locus ab euentu,ſi idem eſt,ut etiam eadem eſſe
dicantur ea, à quibus id euenit: ut quod Xeno-
phanes dicebat, eodem modo impios eſſe illos,
qui dicerent deos eſſe natos,atque eos,qui dice-
rent deos interire.Nam utroque modo fit, ut ali
quando dij non ſint.& omnino quod euenit, ex
utroque probare oportet, unum atq; idem eſſe:
ut,Non enim de Socrate, ſed de toto hoc ſtudio
iudicaturi eſtis,utrum philoſophiæ danda ſit o-
pera,nécne.& terram & aquam dare, eſſe idem
quod ſeruire:&communis pacis fieri participes,
idem eſſe,atque imperatum facere. Cum autem
alterutrum ſumi poſsit,id erit ſumendum,quod
XIX. A diuerſis hominum ſtudijs. nobis utile eſt. Alius locus eſt ex eo, quòd iidem
non eadem ſemper eligunt aut antea,aut poſtea,
ſed diuerſis temporibus diuerſa:ut in illo eſt en-
thymemate,Si cum in exilio eſſemus, pugnaui-
mus,ut in patriam rediremus:nunc poſtquam re
uerſi ſumus,in exiliũ abibimus, ne pugnemus? B
aliquando enim in patria manere pugnando ele
gerunt, aliquando uerò patria potius diſcedere,
XX. Ex alia cauſſa. quàm pugnare uoluerunt. Alius locus eſt, cum
quis dicit,aliquid eius gratia eſſe, aut factum eſ-
ſe,cuius gratia neque eſt,neque factum eſt,ut ſi-
quis alicui quid donaret, ut illud deinde idem
auferens,dolorem inureret.unde etiam illud di-
ctum eſt:

Felicitates atq; opes dat maximas
Fortuna multis,non quòd illos diligat,
Sed de gradu præſtantiore ut decidant.

& illud ex Antiphontis Meleagro,

Non tam necandi cauſa apri conuenerant,
Quàm maximæ uirtutis ut teſtes forent
Meleagri apud Græcos.

& illud ex Theodectis Aiace, quòd Diomedes
Vlyſſem ſocium elegerat,non quòd eum hono-
raret,ſed ut comes ſe eſſet inferior. nam etiã hac
XXI. Ex cauſſis per ratiocinationẽ. de cauſa hoc à Diomede fieri potuit. Alius locus
eſt communis diſceptantium & deliberantium,
ut ea conſideremus,quæ uel impellere,uel retra-
here poſſunt, & quorum cauſa ſolent homines
aliquid aut efficere,aut euitare: hæc enim ſi ad-
ſunt,rem aggredi oportet.ut ſi fieri poteſt, ſi faci
le eſt,ſi utile uel ſibi uel amicis,uel noxiũ & per-
nicioſum inimicis: aut ſi minor eſt pœna quàm
id,quod expetunt. nam his rationibus ſuadere
ſolent, & contrarijs diſſuadere. quin ex iiſdem
& accuſant & defendunt: quibus enim argu-
mentis diſſuadent, iiſdem etiam defendunt: &
quibus ſuadent,etiam accuſant. Vno uerò hoc

A loco tota Pamphili & Callippi ars continetur.
Alius locus ex ijs,quę fieri quidem uidentur,ſed XXII. Ab incredibilibus factis.
ſua ſponte incredibilia ſunt: quoniam non cre-
derentur,niſi aut iam eſſent,aut propè eſſent. I-
mò magis credi debent: homines enim aut ea,
quæ uera ſunt,aut ueriſimilia credunt. quod ue-
rò incredibile eſt,neque ueriſimile, & tamen fit,
id ut uerum ſit,neceſſe eſt:neque enim quia ueri Androclis dictum.
ſimile ſit,aut probabile ita uidetur, ſicuti Andro
cles Pittheus dixit,cum legem reprehenderet,&
ei dicenti obſtreperẽt,Egent leges alia lege,quæ
corrigat:nam & piſces ſalis egent. Atqui ueriſi-
mile non eſt,neq; probabile, cum in ſalſo piſces
nutriantur, ſalis indigere. atqui etiam oliuæ e-
gent oleo, cum tamen hoc incredibile ſit, ut ex
quibus oleum conficitur,illæ oleo indigeant.
Alius locus ad refellẽdum accommodatus,cum XXIII. A diſſentaneis.
inter ſe diſsidentia ſpectamus, ſiquid in aduerſa
rij perſona poſsimus inuenire,quod diſsideat ex
omnibus eius temporibus,actionibus, orationi
bus:ut,Iſte quidem ſe uobis amicum eſſe ait, ſed
tamen cum XXX.tyrannis coniurauit:aut etiam
ſeorſum in perſona noſtra:ut,Iſte quidem ait,me
ſectatorem eſſe litium, ſed tamen non poteſt o-
ſtendere quenquam à me unquam in iudicium
uocatum.partim uerò in noſtra, atque in aduer-
ſarij perſona:ut,Iſte neminem unquam ſua pecu
nia ſubleuauit, ego autem multos ueſtrûm ab
hoſtibus captos redemi.Alius locus eſt,cum ho- XXIIII. A cauſſa purgante.
mines,uel res non uidentur affines ei culpæ,cu-
ius accuſantur,cauſam eius criminis, quod præ-
ter opinionem accidit, explicare. eſt enim ali-
quid,propter quod ita uideatur:ut,Mulier quæ-
B dam cum ſe filio ſubieciſſet,ut eum blandius ſa-
lutaret,uiſa eſt ſtuprum cum adoleſcente illo cõ
miſiſſe:ſed explicata cauſa,ſtatim crimen ſolutũ
eſt,& in Aiace Theodectis Vlyſſes Aiaci cauſam
explicat,cur cum ipſe eſſet Aiace fortior,non ta-
mẽ eſſe uideretur.Alius locus eſt à cauſa:ut ſi cau XXV. Ex cauſſa efficiente.
ſa extiterit,factum eſſe dicatur: ſi non extiterit,
non eſſe factum.nam ſimul eſt cauſa cum eo, cu-
ius eſt cauſa,& ſine cauſa nihil eſt, ut Leodamas
in defenſione ſua dixit. cum enim Thraſybulus
eum accuſaret, ac diceret, eius nomen tanquam
infamis & hoſtis in columna,quæ in arce erat,o-
lim inciſum fuiſſe,ſed ab eo cum XXX. rerũ po-
tirentur,fuiſſe abraſum:reſpondit,illud non eſſe
ueriſimile.Nam mihi,inquit, XXX.tyranni ma-
gis crediſſent,ſi quas cum populo geſsiſſem i-
nimicitias,in columna ſcriptas uidiſſent. Alius XXVI. A collatiõe melioris.
locus eſt,uidere an melius alia ratione ac uia po-
tuiſſent ea geri,quæ uel ſuadet facienda eſſe, uel
facit, uel iam fecit.Perſpicuum eſt enim,niſi ita
ſit,eum non feciſſe:nam nemo ſciens uolensque
ea,quæ deteriora ſunt,eligit.Sed hoc falſum eſt.
ſępe enim accidit,ut quod facere melius erat,po
ſtea cognoſcatur,cum incertum eſſet antea. Ali- XXVII. A contrario facto.
us locus eſt,uidere an quicquã geri debeat,quod
rebus iam geſtis contrarium ſit: ut Xenophanes
cum ab eo petiſſent Eleatæ, utrum cum Matu-
tæ ſacrificarent, lugerent necne: conſuluit,ut ſi
deam illam eſſe putarẽt, ne lugerent:ſi hominẽ,
ne ſacrificarent. Alius locus eſt ex ijs, quæ malè XXVIII. Ex errore & malefactis.
facta ſunt,uel accuſare,uel defendere: ut in Car-
cini Medea,quidam eam accuſant,quòd filios in

terfecerit,

terfecerit,quoniam illi nuſquam apparebant:in A
hoc enim peccarat Medea, quòd filios ſuos amá
daſſet . ſed ipſa ſe defendit, quòd non filios,ue-
rùm ipſum Iaſonem interfeciſſet.Nam omuino
peccaſſem,inquit,niſi hoc feciſſem,cum illud al-
terum perpetraſſem. Hic autem locus , atq; hæc
ſpecies argumentandi totam priorem Theodo-
XXIX. ri artem continent . Alius locus eſt à uomine,ut
Ex nominis no tatione. quo Sophocles uſua eſt,

Ferrina uerè diceris:nam ferrea es.

& quemadmodum in deorum laudibus canere
conſueuerunt,& quemadmodum Conon Thra-
ſybulum à nomine temerarium in conſilijs ca-
piendis appellabat:& Herodicus Thraſymacho
dixit,Semper Thraſymachus es:&Polo,Semper
Polus es : & Draconem legislatorem inſimula-
bat,quòd eius leges non hominis, ſed draconis
eſſent:erant enim aſperę.& quemadmodum He
cuba apud Euripidem contra Venerem dixit :

Accommodatum nomen eſt tibi inditum,
Regina cum dementiæ tu ſola ſis.

& quemadmodum Chæremon:

Pentheus futuræ ſortis agnomen tulit.

Enthymemata uerò,quæ redarguunt, magis
Iudicium argumentorum. excellunt,quàm ea quæ demonſtrant,propterea
quòd paruo anguſtoque in loco contraria colli-
gunt,quæ inter ſe collata ,: ſtatim auditori certi-
ora fiunt.Omuium autem argumentationum &
quæ refellunt, & quæ demonſtrant , illæ maxi-
mè commouere animum ſolent, quæ cum pro-
ferri incipiunt,intelliguutur:uon tamé quia ſint
in promptu . nam ſimul etiam ipſis ſecum gau-
dent auditores, cum uim argumenti pręſentiūt.
probantur etiam illa argumenta,quæ ſimulac di B
cta ſunt, intelliguntur. Sed quoniam plerunque
Argumentatio alia uera, alia apparens. accidit,ut aliquis uerè ſit ſyllogiſmus,aliquis nō
uerè,ſed tantum ſyllogiſmi ſpeciem habeat : ne-
ceſſe eſt ut idem etiam de enthymemate eueni-
at,ut aliquod uerè ſit enthymema, aliquod non
uerè , ſed tantum eſſe uideatur , cum præſertim
enthymema ſyllogiſmus quidam ſit.

DE SOPHISTICIS ENTHYMEmatum locis. *Caput* XXIII.

I. *A forma dictionis.* LOci uerò fallacium enthymematū hi ſunt:
ac primus quidem eſt in elocutione, cuius
una pars eſt (ut in diſſerendi ratione docui
mus)cum quis,etiam ſi non collegerit,tamen ex
tremā parte aſſeuerātet cōcludit: ut, Nou eſt igi
tur hoc & hoc,quare neceſſe eſt ut hoc atq; hoc
ſit.quin enthymema uidetur, quoties quis ora-
tione contorta,& ex cōtrarijs conflata utitur: nā
huiuſmodi elocutio ſedes eſt enthymematis.
hęc uerò fallacia ſimilis eſt ei,quæ in Dialecticis
à forma dictionis uocatur.eſt autem in hac re uti
le,ut quis dicendo uideatur concludere, multa-
rum argumentationum capita ſimul proferre:
ut , Nos quidem ſeruauit, alios puniuit , Græ-
cos in libertatem uindicauit. nam unumquodq;
capitum horum ex alijs probatum eſt:cum autē
ſimul omnia componuntur, uidetur ex eis ali-
II. quid confici . Altera pars naſcitur ex multiplici
Ab homonymia. nominis ſignificatione:ut ſiquis diceret murem
magna uirtute præditum eſſe, à quo præſtan-

tiſsima omnium ſacra denominata ſunt : nam
myſteria ſunt omnium aliorum ſacrorum pręſtā
tiſsima.uel ſiquis canem laudās,etiam eum, qui
in eſt cœlo celebraret,aut Pana deum: quoniam
Pindarus dixit,

Beatæ quem magnæ deæ
Varium uocant dij canem.

uel quòd nullum habere canem,indecorum eſt.
Quare perſpicuum eſt, canem eſſe honorificum.
& ſiquis diceret , Mercurium deorum omnium
maximè liberalem eſſe:ſolus enim dicitur com-
munis Mercurius. & ſiquis diceret , orationem
eſſe rem præſtantiſsimam, quòd boni uiri nō pe
cunijs,ſed oratione digni ſint. nam eſſe dignum
oratione,non uno modo dicitur. Alius locus eſt, III.
cum quis quod ſeiunctum eſt, dicendo compo- *A disiuncti compoſitione, & contrà.*
nit:aut quod compoſitum eſt,ſeiūgit . quoniam
enim idem uidetur, cum tamen non idem ſæpe-
numerò ſit:id amplectendum eſt, quod utilius
eſſe uidetur.eſt autem hæc Euthydemi ratio: ut,
Scis triremem in Piræo eſſe:nam utrunque ſepa
ratim nouit.& ſiquis dicat, eum qui ſcit elemen
ta,ſcire etiam carmen:nam carmen idem eſt . &,
Si duplum eſt inſalubre, neq; ſimplum erit ſalu-
bre.nam abſurdum eſt,ſi ambo ſunt bona,unum
eſſe malum.atque hoc quidem modo in refellen
do ualet,illo uerò in demonſtrando : neq; enim
ex duobus malis unum bonum eſſe poteſt. To-
tus autē hic locus captioſus eſt.tale eſt illud Po-
lycratis in Thraſybuli laudem,quòd Thraſybu-
lus XXX.tyrannos ſuſtuliſſet : coniungit enim.
atque illud Theodectis in Oreſte ex diuiſione
prolatum,

Eam,maritum quæ necauit,emori,
Patrisq; mortem uindicare filium,
Iuſtum eſt,ut hæc effecta ſunt.

nam hæc ſi coniungantur, fortaſſe non erunt iu- *Loci extra locutionem.*
ſta.poteſt etiam hæc à defectione fallacia progre
di,quoniam ablatum eſt,à quo . Alius locus eſt, IIII.
cum quis amplificatione utitur in confirmando *A petitione principij.*
aut refellendo:hoc eſt,cum rem ipſam amplifi-
cat,antequam factum eſſe oſtendat . reus enim,
cum crimē amplificat,inducit opinionem, quòd
ipſe non commiſerit:accuſator contrà, cum indi
gnatur,facit ut reus feciſſe uideatur . Hoc igitur
non eſt uerum enthymema:decipitur enim audi
tor,& factum, aut non factum credit, quamuis
nihil fuerit demōſtratum. Alius locus eſt à ſigno. V.
nam hoc etiam ueram concludendi rationē non *A ſigno.*
ſeruat : ut ſiquis diceret in ciuitatibus utiles eſſe
amatores . nam Harmodij atq; Ariſtogitonis a-
mor Hipparchum tyrannum ſuſtulit : uel ſiquis
probare uellet, Dionyſiū eſſe furem, eo quòd im
probus ſit.hoc enim nihil concludit : neq; enim
quilibet improbus eſt fur,ſed contrà potius,om
nis fur eſt improbus. Alius locus eſt ab acciden- VI.
te:ut quod ait Polycrates in laudē muriū, quòd *Ab accidente.*
auxilio fuerint,deuoratis arcuum neruis . uel ſi-
quis diceret,ad cœnam uocari, rem eſſe honorifi
centiſsimam. Achilles enim,cum in Tenedo uo-
catus ad cœnam non fuiſſet, Græcis magnopere
ſuccenſuit. At ille tanquam contemptus,& igno
minia affectus,ſuccenſuit:quod accidit,quia non
inuitatus ad cœnam fuerat. Alius locus eſt à cōſe VII.
quente:ut in Alexādro, quòd uit eſſet excelſo a- *A cōſequente.*

nimo,quia ſolus in Ida monte, relicta æqualium A
conſuetudine,uitam ageret.nam quia excelſo a-
nimo uiri tales ſunt,etiam hic talis uideri poſſet:
& quis ueſtitu nimio indulget,&noctu uagatur,
adulter eſt:tales enim ſunt adulteri.eodem mo-
do,ſiquis mendicos diceret eſſe beatos, quòd in
ſacris locis ſuo arbitrio canunt & ſaltant: atq; e-
xules itidem beatos, quòd ubicūq; terrarum uo
luerint,domicilium habere poſsint.quoniam e-
nim hæc ij facere poſſunt,qui beati uidentur, eti
am qui hæc faciunt,beati uideri poſſent. Differt
autem,quomodo hęc fiāt,atq; ideo etiam in de-
VIII. fectionem incidit. Alius locus eſt,cum eam dici-
A cauſſa pro cauſſa. mus eſſe cauſam,quæ cauſa non eſt:ut quod unà
cum facto,aut pòſt accidit. nam illud ita accipi-
unt,quaſi propter factum euenerit:& hoc ij præ
cipuè utuntur,qui in repub.uerſantur:ut Dema-
des aiebat, Demoſthenē in adminiſtratione rei-
pub.malorum omnium cauſam & auctorē fuiſ-
ſe.Nam poſtquam is ad rempubl. acceſsit, bellū
IX. exortum eſt. Alius locus eſt,cum nec quãdo, nec
Ex prætermiſſione temporis & modi. quomodo res geſta ſit,explicatur:ut ſiquis dicat,
ab Alexandro iuſtè Helenam abductā fuiſſe,quo
niam illi pater optionem dederat, ut quem uel-
let,ſequeretur.neq; enim ſemper eodem modo,
ſed initiò tantum optionem dedit,quo tempore
pater eam in poteſtate habebat. uel ſiquis dicat,
cædere liberos homines,eſſe contumeliam.neq;
enim hoc quocunq; modo uerum eſt, ſed quan-
X. do quis iniurioſe cędere cœperit. Præterea,ſicut
Ab eo quod ex parte, ad id quod ſimpliciter & omnino. in contentioſis diſputationibus fit adumbratus
falſusq; ſyllogiſmus,cum abſolutè ſimpliciterq;
ponitur aliquid,quod nō ſimpliciter,ſed cum a- B
liqua adiunctione poni debet,ut apud Dialecti-
cos probatur id, quod non eſt eſſe. Quod enim
non eſt,eſt id,quod non eſt:& quod percipi non
poteſt,ſcientia non comprehendi. ſcitur enim id
percipi non poſſe,quod non poteſt percipi.ſic e-
tiam in rhetoricis fit adumbratum enthymema
falſumque,cum id ſimpliciter eſſe ueriſimile po-
nitur, quod aliqua ex parte tantum eſt uerisimi-
le.Hoc autem generatim non fit,ſicut etiam Aga
thon ait:

Veriſimile forſan quis eſſe diceret,
Multa euenire,quæ eſſe non ueri ſolent
Similia.

fit enim aliquando id, quod non erat ueriſimile:
quare ueriſimile eſt etiā,præter ueriſimile.Quòd
ſi ita eſt,id etiam quod ueriſimile non eſt, ueriſi-
mile erit,ſed non tamen ſimpliciter:uerùm ſicut
in contentioſis diſputationibus, cum non addi-
tur ex qua parte,& quo cum collata,& quo in lo
co gignitur captio:ita etiam in hac arte, cum de
ueriſimili uerba fiunt,quod non ſimpliciter, ſed
aliquo modo ſit ueriſimile. ex hoc autē loco ars
Coracis eſt conſcripta. Nam ſi reus affinis nō eſt
culpæ,cuius accuſatur:ut ſi fuerit infirmo corpo
re,qui pulſaſſe dicitur,facilè defenditur: non e-
nim eſt ueriſimile.quòd ſi culpæ affinis eſt, ut ſi
fuerit robuſtus,dicetur non eſſe ueriſimile,quo-
niam ſciebat ille,ſi feciſſet, ueriſimile uiſum iri:
eodem modo etiam in alijs.nam uel affinem eſ-
ſe culpæ,uel non affinem oportet. utraq; autem
uidentur eſſe ueriſimilia:ſed alterum tantum eſt
ueriſimile, alterum uerò non ſimpliciter ueriſi-

A mile eſt,ſed quemadmodū diximus. Et hoc eſt,
quòd iactant, cauſam inferiorem dicendo ſupe- *Protagoræ & reliquorum ſophiſtarum arrogãs dictum.*
riorē fieri poſſe:unde homines iure optimo Pro-
tagoræ profeſsionem æquo animo ferre non po
terant.falſum eſt enim,non autem uerum, ſed tā
tum ueriſimile uidetur : neq; in ulla arte reperi-
tur,præterquam in rhetorica & ſophiſtica.Ac de
argumentationibus quidem, & quæ ueræ ſunt,
& quæ tantum apparent,hactenus dictum eſt:
ſequitur ut dicamus etiam, qua ratione diſſol-
ui poſsint.

DE ARGVMENTATIONVM SOlutione. *Cap.* XXIII.

DVobus autē modis argumentationes diſ-
ſoluuntur:uel contrà argumentando, uel
reprehendendo.perſpicuum eſt autem,ex
iiſdem locis in contrarias partes diſputandi fa-
cultatē ſuppeditari:nam argumētationes ex pro
babilibus ducuntur,uerùm probabilia ſępè ſunt
inter ſe contraria. Reprehenſiones uerò (ſicut in *Reprehenſionum modi quatuor.*
Topicis traditur)quatuor modis adferūtur : uel
enim ab ipſa re,uel à ſimili, uel à contrario, uel à
rebus iudicatis. Dico autem ab ipſa re : ut ſiquis *Ab ipſa re.*
concluſerit amorem eſſe bonum,duobus modis
adfertur reprehenſio,uel generatim atq; uniuer-
ſe.cum quis dicit,omnem indigentiam eſſe ma-
lam,uel ſigillatim,atq; ex parte. quoniam uulgò
non diceretur, Caunius amor, niſi etiam amores
quidam eſſent improbi. In contrarijs adfertur re *A contrarijs.*
prehenſio:ut ſi concluſum ſit,à bono uiro cun-
B ctos amicos beneficijs accumulari. Sed neq; im-
probos (dicet aliquis) cūctos amicos incommo
dis afficit In ſimilibus autem,ut ſi concluſum ſit *A ſimili.*
eos,qui iniuriam acceperunt, ſemper odio proſe
qui. Sed neq; ij,qui beneficium acceperunt,ſem-
per diligunt. Res uerò iudicatæ ſumuntur à præ *A rebus iudicatis.*
claris & illuſtribus uiris:ut ſiquis cōcluſit,ebrijs
ignoſci oportere,quoniam imprudentes peccãt,
adfertur reprehēſio.Non igitur eſſet Pittacus lau *Pittaci lex in ebrios peccantes.*
dandus,qui maiores pœnas in ſuis legibus pro-
poſuit,ſiquis ebrius peccaſſet.Et quoniam ea,ex
quibus enthymemata fiunt, quatuor numero *Enthymemata ex quatuor ſumi.*
ſunt:probabile , exemplū,indiciū,ſignum . nam
enthymemata,quæ conſtant ex eis, quæ plerūq;
ita fiunt,uel fieri uidentur , ea ſunt ex probabili- *Probabile, quibus modis refellatur.*
bus:quæ aūt inductione conſtant, ex uno ſimili
uel plurib.hoc eſt,cum quis poſito generali uult
illud ex ſingulis probare,ſunt ab exemplo : quæ
uerò conſtant ex neceſſario ſigno , ſunt ab indi-
cio:quæ deniq; fiunt uel ex generali ſigno uel ſin
gulari,ſiue illud uerum ſit ſiue non , ſunt à ſigno.
ſed probabile non ſemper uerum eſt,licet plerū-
que fiat:perſpicuum eſt , nos huiuſmodi enthy-
memata ſemper euertere poſſe,atq; illis occurre
re.quæ reprehenſio erit quidem apparens , non
tamen ſemper uera:nam qui occurrit, non ideo
refellit,quia non ſit probabile, ſed quia nō ſit ne
ceſſarium.Atq; ideo propter fallacem hanc con-
cludendi rationem argumentis magis abundat
defenſor,quàm accuſator,quoniam accuſator ue *Defenſor.*
riſimilibus utitur ad probandum. ſed non idem *Accuſator.*
eſt,ſoluere aliquod argumētum, quod non ſit ue
riſimile,& quod non ſit neceſſarium:quod enim
plerunq;

plerunq; ſit, ſemper refelli poteſt, aliter non eſſet A
uerisſimile, ſed ſempiternom & neceſſarium. Iu-
Index. dex autem exiſtimat, cum ita refutatum ſit, aut
non eſſe uerisſimile, aut nihil ad iudicium ſnom
pertinere: ſed fallaci concluſione decipitur, ut di
ximus, neq; enim oportet ipſum tantũ ex neceſ-
ſarijs iudicare, ſed etiam ex uerisſimilibus. & hoc
eſt quod dicitur, æquisſima ſententia iudicare.
Non igitur ſatis eſt, ſi defenſor docuerit non eſſe
neceſſarium, ſed oportet ut oſtendat etiam, non
eſſe uerisſimile. hoc autem fiet, ſi in reprehenſio-
ne docuerit, rem plerunque aliter fieri ſolere. Po-
Reprehẽſionis modi duo. teſt autem duobus modis adferri reprehenſio,
uel à tempore, uel à rebus. quòd ſi utrunque con
iungatur, tunc erit firmiſsima: nam ſi plerunque
Signorum reprehenſio. res ita ſit, hoc erit magis uerisſimile. Reprehen-
duntur etiam ſigna & argumenta, quæ à ſignis
ducuntur, etiam ſi extent, apertaque ſint, quem-
admodum antea dictum eſt. nam in Analyticis
declaratum eſt, nullum ſignum uim habere con
Exemplorum reprehenſio. cludendi. Atque etiam exemplorum eadem re-
prehenſio eſt, quæ uerisſimilium: nam ſi unõ tan-
tum proferre poterimus aliter factum, ſoluta eſt
argumentatio: quoniã non eſt neceſſaria, quam-
uis & plura, & ſæpius aliter facta fuerint. at ue-
rò ſi plura fuerint, & ſæpius eodem modo facta,
contendendum eſt id, de quo agitur, uel non eſ-
ſe ſimile, uel non ſimiliter factum, uel deniq; ali-
Indicia quomodo reprehendã tur. quo modo ab alijs differre. Indicia uerò & pro-
priæ notæ argumenta nequaquam in eo repre-
hendi poſſunt, quòd non rectè cõcludant, quod
ex ijs, quæ dicta ſunt in Analyticis, perſpicuum
eſt. reſtat igitur, ut demonſtremus id non eſſe ue B
rum, quod dicitur. quòd ſi certũ eſt eſſe uerum,
& eſſe propriam rei notam, nullo modo labefa-
ctati poteſt: iã enim omnia dimonſtratione cla-
Amplificationem & diminutionem non eſſe enthymematis elemẽta. ta ſunt. Iam uerò amplificatio & diminutio nõ
ſunt enthymematis elementa. idẽ enim ego ele-
mentum & locum appello. Eſt autem elemen-
tum ſiue locus, in quem multæ argumẽtationes
incidunt: amplificatio uerò & diminutio ſunt ar
gumentationes ad aliquid oſtendendum, quod
ſit magnum aut paruum, quemadmodum etiam
quod ſit bonum aut malum, quod iuſtũ aut in-
iuſtum, & in cæteris eodem modo. hæc autẽ om
nia ſunt, in quibus ſyllogiſmi atq; enthymemata
uerſantur. Quòd ſi nullum horum eſt locus en-
thymematis, neq; amplificatio aut diminutio e-
rit locus: neq; argumenta, quibus refellimus, di-
uerſam habent ſpeciem ab ijs, quibus confirma-
Argumentum duobus modis ſolui. mus. Perſpicuum eſt enim duobus modis argu-
mentum ſolui, uel per demonſtrationem, uel per
reprehenſionem. per demonſtrationem, ut cum
probatur contrarium: exempli gratia, ſiquis de-
monſtrauit rem factam eſſe, qui ſoluere uult, oſtẽ
dit non eſſe factam: & contrà, ſiquis oſtendit nõ
eſſe factam, qui uult ſoluere, factam eſſe demon-
ſtrat. quare nõ eſt in argumentandi ratione diffe
rentia: ambo enim ijſdem utuntur, cum aut eſſe,
Reprehẽſio nõ eſt enthymema, & quid ſit. aut non eſſe argumentantur. Reprehenſio uerò
non eſt enthymema, ſed quemadmodum in To-
picis docetur, nihil aliud eſt reprehenſio, quàm
opinionem aliquam in medium adferre, qua pla
num fiat, non eſſe bene concluſum, aut aliquid
ſumptum, quod falſum ſit. Ac de exemplis qui-

A dem, & ſententijs & argumentationibus, & dé-
nique de ijs, quæ ad ſenſus animi proferendos
pertinẽt, qua ratione poſsimus eis abundare, &
quomodo ea ſoluere ualeamus, ſatis dictum
eſt: reliquum eſt, ut etiam de elocu-
tione & diſpoſitione uer-
ba faciamus.

SECVNDI LIBRI FINIS.

ARISTOTELIS DE ARTE DICENDI, LIBER TERTIVS, M. ANTO- *nio Maioragio interprete.*

SVMMA ET PRIMA TOTIVS *artis dicendi capita & partes recenſet, de quibus duobus iam libris diſſeruit, & quid hoc libro traditurus ſit, proponit: nimirum de actione, elocutione, & collocatione partium orationis.* *Caput primum.*

CVM tria ſint, quæ in doctrina di
cẽdi pertractare oporteat, primũ
unde probationes ducantur, alte
rum qua ſit utẽdum elocutione,
tertium quomodo partes oratio
nis diſponendæ ſint: iam de pro-
bationibus dictum eſt, & oſtenſum, quot ſint il-
la, ex quib. ducantur. diximus enim eſſe tria, atq;
B ea quæ ſint explicuimus, & cur eũ numerum nõ
excedant. omnes enim qui de aliqua re iudicatu
ri ſunt, uel quia ipſi affecti ſunt aliquo modo, uel
quia putant eos qui dicunt, dignos eſſe, quibus
fides habeatur, uel quia claris argumentis proba
tum eſt, in perſuaſionem inducuntur. dictum eſt
etiam, unde trahantur enthymemata: ſunt enim
quæ dicuntur enthymematum ſpecies, ſunt etiã
qui loci nominantur. Reliquum eſt ut de elocu-
tione dicamus: neq; enim ſatis eſt ea tenere, quæ
dicenda ſunt: ſed etiam ſcire oportet, quomodò
ſint dicẽda. hoc enim multum etiam prodeſt ad
efficiendum, ut oratio bene morata uideatur. Ac
primò quidem (ut ordo naturæ poſtulat) quęſi-
tum eſt id, quod re ipſa primũ erat, unde res ipſę
probabilitatem habeant. ſecundo loco quæſitũ
eſt, quomodo in oratione & elocutione res in-
uentæ diſponãtur. tertium id eſt, quod horũ om
nium uim habet maximam, ſed nondum à quo-
quam pertractatum eſt, quod ad actionẽ & pro-
nunciationem facit. quę res etiam à tragicis atq;
epicis poëtis ſerò animaduerſa eſt: nã initiò poë-
tæ ipſi tragœdias ſuas agebant. Perſpicuum eſt
autem, etiã in arte dicendi tale aliquid eſſe, quod
ad actionẽ pertinet, quale in arte poëtica: de qua
re cùm alij quidam ſtudioſe pertractarunt, tum
præcipuè Glauco Teius.

DE ACTIONE. CAP. II.

EST autem actio in uoce poſita, quomodo ſci
licet uocẽ ipſam uariare opus ſit, ad ſingu-
los animi motus exprimẽdos: nã aliquãdo
magna, aliquãdo parua, aliquãdo media opꝰ eſt:

& quomodo ſonis uocis, & acuto, & graui, & flexo ſit utendũ: quibus præterea numetis in unoquoq; dicendi genere. Tria ſunt enim quæ cõſiderãt ij, qui in hoc ſtudio uerſantur: hoc eſt, magnitudo, ſonus, numerus: quibus qui bene utuntur, ij ferè ſolent ex certaminibus uictoriã reportare. & quemadmodum In arte poëtica plus hoc tempore ualẽt hiſtriones, quàm poëtæ: ſic etiam in ciuilibus controuerſijs, quod uitio ſit rerump. nondũ tamẽ de ijs, quę ad actionem ſpectãt, ars ulla cõſcripta eſt: quod nõ mirũ eſt, cũ etiam illa, quib. ornatur oratio, ſerò in lucẽ uenerint. Et ſanè, ſiquis rectè reputet, tota res leuis ac reijcula eſt: uerùm cũ omnis ars dicẽdi ad opinionem hominũ accõmodetur, ei curã & ſtudium impendere debemus, non tanquã rectæ honeſtæq; rei, ſed tanquam neceſſariæ. nam certè æquum erat, ut nihil aliud in oratione quæreretur, quàm ut ijs, qui audiunt, nec moleſtiam nec lætitiam adferremus: iuſtum eſt enim, ipſis tantum rebus in iudicio contendere. cætera uerò omnia, quæ præter probationes adhibentur, ſuperuacanea ſunt: ſed tamen (ut antea dictum eſt) propter auditoris uitium plurimum ualent. Quin eloquendi ratio, genuaque dicendi quiddam neceſſarium habet in omni diſciplina. aliquantum enim intereſt ad rem explicandam, hoc an illo dicendi genere quis utatur: non tamen tantum, quãrum in hac arte. uerùm hæc ex opiniõne pendent, & auditoris gratia quæruntur: itaque nemo geometriam hoc modo docere inſtituit. Ars igitur illa cum in lucem uenerit, idem efficiet, quod ars hiſtrionica. quidam tamẽ hactenus nonnihil de B ea præcipere tentarunt, ut Thraſymachus in Miſerationibus. Atque hoc quidem, quod ad agendum attinet, à natura potius habetur, & paruo eget artificio: quod autem ad ornandam orationem ſpectat, id iam artis indiget. quare qui hoc facere poſſunt, eodem modo uictoriam ex contentionibus reportant, ſicut oratores illi, qui plurimum in actione ualent. nam quæ ſcribuntur orationes magis ornatu ipſo uerborum, quàm ſententijs ualent.

Pronunciandi neceſsitas.

DE ORIGINE ELOCVtionis. Caput III.

COeperunt autem primi poëtæ, ſicuti conſentaneum eſt, aliquid de elocutione tractare. ſunt enim nomina ſimulacra quædã: atq; in nobis nulla pars eſt, quæ magis quàm uox ad imitandum apta ſit: unde etiam artes cõfectæ ſunt, ut epica & hiſtrionica, atque aliæ. Et quoniam poëtæ, qui plerunq; res inſulſas proferunt, propter elocutionem gloriam & honorem acquiſiuiſſe uidebantur: ideo factum eſt, ut elocutio poëtica primùm probaretur, qualis eſt Gorgiæ. quinetiam hoc tempore multi imperiti homines exiſtimant, tales oratores optimè loqui. ſed hoc minimè uerum eſt: alia eſt enim oratoria, alia poëtica elocutio, quod ex ipſo euentu poteſt intelligi. neq; enim qui tragœdias conſcribunt, adhuc eo dicendi genere utuntur: ſed quẽadmodum tetrametros uerſus reliquerũt, & ad iambos ſe contulerũt, eo quòd ex omni metrorum genere iambicum eſt orationi ſolutæ ſimi-A limum: ſic etiam ea uerba reliquerunt, quæ à cõmuni loquendi conſuetudine abhorrent, & omnem illum ornatum abiecerunt, quo priſci poëtę tragici utebantur, & quo adhuc utũtur ij, qui uerſus heroicos pangunt. itaq; ridiculum eſt eos imitari, qui ipſi non amplius eo dicendi genere utuntur. Quare perſpicuum eſt, non eſſe nobis omnia diligenter explicanda, quę ad elocutionem attinent: ſed tantum quæ ad elocutionem oratoriã, de qua ſermonem inſtituimus. nam de illa alias diximus in ijs, quæ de arte Poëtica ſunt à nobis pertractata. maneat igitur illa firma.

DE ELOCVTIONIS VIRTVtibus & partibus. Cap. IIII.

HOc autem in loco definitum ſit, elocutionis uirtutem eſſe ſplendorem: cuius rei ſignum eſt, quòd niſi oratio ſit clara & aperta, finem ſuum non aſſequetur. Sed nec humilis, nec nimis elata eſſe debet, uerùm ipſis rebus conueniens. nam poëtica locutio non humilis quidẽ eſt, ſed tamen ſolutæ orationi non conuenit. Ex nominibus autem, & uerbis illa præcipuè dilucidam orationem efficiunt, quæ propria ſunt: nõ humilem autem, ſed excultam & ornatam alia reddunt, de quibus in arte Poëtica dictum eſt. nã uerborum immutatio facit orationẽ uideri grandiorem. Quemadmodũ enim erga peregrinos, & erga ciues affecti ſunt homines, ita etiam erga orationem. quare peregrinam reddere oportet orationem: res enim externas homines admirantur. quod autem gignit admirationem, ſuaue eſt. Ac in poëtarum quidem ſcriptis multa ſunt, quę hoc efficiunt: ſed ibi ea conueniunt: nam res & perſonæ, de quibus agunt poëtæ, ualde à cæteris remotę ſunt. ſed in oratione ſoluta multo paucioribus uti licet ornamentis, cum etiam ipſum argumentum multo ſit inferius. quàm enim eſſet indecorum, ſi ſeruus, aut ualde iuuenis elegãtiori ſermone uteretur, aut cũ quis de ualde exiguis rebus uerba faciat? eſt enim etiam in ſoluta oratione decorum, quod & contrahi & dilatari debeat. Quare danda eſt opera, ut id clàm fiat, ne uideamur fictè atque artificioſe dicere, ſed ut nobis dictat ipſa natura: ſic enim erit probabilis oratio. illo uerò modo totum accidit contrariũ: nam oratorem, tanquam inſidiatorem, ſuſpectũ habent non aliter, atque permixta uina. Debet igitur eſſe oratio, qualis eſſe Theodori uox uidebatur, ad aliorum hiſtrionum uocem comparata: nam eius ipſius qui dicebat, illa eſſe uidebatur: uoces autem reliquorum alienæ. Facilè uerò artificium occultatur, ſiquis è communi ſermonis conſuetudine uerba ſeligens, orationem ſuam componat: quod Euripides obſeruat, & primus hanc rationem oſtendit. cum autem è nominibus & uerbis oratio conſtituatur, & nominum tot ſint ſpecies, quot in arte Poëtica, declaratum eſt, rarius orator, & paucioribus in locis uti debet peregrinis & iunctis nominibus, & factis: ubi uerò liceat uti, poſtea dicemus. cur autem ijs abſtinere debeat, iam dictum eſt: nempe quia magis quàm oporteat, orationem immutant. Propria uerò tantum nomina, & ſua & tranſlata ad ſolutam orationem exornandam

Prima uirtus orationis, ut ſit dilucida.

Oratio ſua ſpõte fuſa.

Oratio immutata.

Occultandum artificium.

Oratio qualis eſſe debeat.

Delectus uerborum.

Solutæ orationis uerba.

ſunt

ſunt utilia. cuius rei ſignum eſt, quòd his ſolis omnes utuntur: nam in loquendo translatis, & ſuis, & proprijs nominibus quilibet utitur. Quare dubium eſſe non poteſt, quin ſi quis hoc rectè fecerit, conſequatur ut & peregrina uideatur eius oratio, & ars lateat, & apertè dicat, quæ locutionis oratoriæ uirtus eſt.

Ambigua.

Ex nominibus ea, quæ ſunt ambigua, ſophiſtæ conueniũt: ex eis enim fallaciter concludit. quæ uerò cognominata ſunt, poëtæ ſunt utilia. uoco autem propria & cognominata, ut eo & proficiſcor: nam hæc ambo propria ſunt, & inter ſe cognominata.

Propria & cognominata uerba.

Quid igitur hæc ſingula uerba ſint, & quot ſint translationis ſpecies, & quem fructum poëtæ & oratori ferant translationes, dictum eſt (ut antea monuimus) in arte Poëtica.

De transferendis uerbis.

Tanto autem maiorem induſtriam in transferendis nominibus oratio ſoluta poſtulat, quanto pauciora ad exornandũ adiumenta, quàm uerſus, habet: cum præſertim orationem dilucidam & iucundam, & peregrinam translatio faciat, neque eam ab alia re quiſquam accipere poſsit.

Epithetorũ & translationum proportio & modus.

Oportet autem & addita ad nomen, & translationes accommodatas ſumere. hoc autem fiet, ſi proportio conſeruabitur: ſin minus, indecorum apparebit. contraria nanq; inter ſe collata maximè perſpiciuntur, ſed uidere oportet, ſicuti iuueni purpura, ita ſeni quid conueniat: neque enim eadem eum ueſtis decet. Et ſi quem exornare uolueris ab eis, quæ ſunt in eodem genere præſtantiſsima, translationẽ ſumere debes: ſi uerò uituperare, ab eis, quæ ſunt deterrima. dico autem hoc modo, quoniam contraria ſunt in eodem genere: ut ſi quis dicat, mendicantem deprecari, deprecantem uerò mendicare, quoniam utrunque eſt petere, certè id faciet, quod antè dictum eſt: quemadmodum Iphicrates Calliam uocabat Metragyrten, non autem daduchum: ſignificabat enim eũ non eſſe initiatum. nam eum non metragyrten, ſed daduchum appellaſſet. ambo enim hæc nomina ſunt miniſtrorum magnæ Deæ: ſed alterum honeſtum eſt, alterum abiectum. & eos, qui Dionyſij ſodales erant, alij Dionyſij adulatores, ipſi ſe artifices appellabant: hæc autem ambo translata ſunt: ſed alterum ſordidorum eſt hominum, alterum contrà, & prædones hoc tempore ſe lucrifactores uocant. quare licet eum, qui ſe iniuſtè geſsit, dicere lapſum eſſe: qui uerò lapſus eſt, iniuſtè ſe geſsiſſe: & eum, qui furatus eſt, ſumpſiſſe aut depopulatum eſſe. Illud autem, quod apud Euripidem Telephus ait, remis imperare, & in Myſiam aſcendens, indecorũ eſt. maius eſt enim imperare, quàm conueniat: itaque non latet.

Error in ſyllabis.

Eſt etiam interdum in ſyllabis ipſis error, cum non iucundæ uocis ſigna ſunt: ut Dionyſius cognomento Aeneus in Elegijs ſuis poëſim appellauit, ſtridorem Calliopes, quoniã ambæ uoces ſunt: ſed improbãda eſt translatio, quæ fit in uocibus non ſignificantibus.

Translatio ne longè petatur.

Præterea uidendum eſt, ne longè ducãtur translationes, ſed ex propinquis, atque eiuſdem generis: ut quæ proprium nomẽ non habent, eis illud imponatur, quod ſtatim aſſine eſſe uideatur: ut in celebri illo ænigmate,

Aenigma.

Vidi hominem, qui alteri homini æs igne conglutinabat. hæc enim res proprio nomine caret, ſed A tamen in ambobus eſt appoſitio quædam: conglutinationem igitur appellauit ipſam cucurbitulæ adiectionẽ.

Aenigmata.

Atq; omnino ex bene confectis ænigmatibus licet egregias translationes ſumere: nam ex translationibus fiunt ænigmata. quare non dubium eſt, ratione ſumptam eſſe translationem. Debet etiam à rebus pulchris ac ſpecioſis duci translatio. nominis autem pulchritudo (ſicuti Lycimnius tradit) aut eſt in ſono, aut in ſignificatione, & turpitudo ſimiliter. Sed præter hæc tertium quiddam eſt, quo fallax ea concluſio ſophiſtarum ſoluitur. neq; enim uerum eſt id, quod Bryſon dixit, neminem eſſe qui turpiter loquatur, cum præſertim idẽ ſignificetur, ſiue hoc ſiue illo modo dixeris. hoc autem falſum eſt: nã aliud alio nomen magis eſt proprium, & rei magis ſimile, & magis accõmodatum, ut res oculis quaſi ſubijciatur. prǽterea licet idem ſignificent, non tamen eodem modo ſe habent hoc & illud nomen. quare hac etiam de cauſa aliud alio pulchrius aut deformius nomen exiſtimandum eſt. ambo quidem & honeſtum & turpe ſignificant, ſed non quatenus eſt honeſtũ aut turpe, uel eandem rem aut magis aut minus exprimũt.

Translationes unde ducendæ.

Translationes igitur hinc ducẽdæ ſunt: hoc eſt, à rebus honeſtis, uel ſono, uel poteſtate, uel aſpectu, uel alio aliquo ſenſu: plurimum enim intereſt, ſi quis auroram dicat (ut Homerus) roſeam, & ſi purpuream, & quod adhuc eſt deterius, ſi rubram. quinetiam in eis, quæ nominibus adiunguntur, licet à deteriori & turpiori additamentum ſumere, ut Oreſtes matricida: licet etiam ab honeſtiore, ut patris ultor. B & Simonides, cum illi paruam mercedem traderet is, qui mulabus uictoriã cõſecutus fuerat, noluit eum carmine ſuo celebrare, tanquam indignum putaret in mulas carmen condere. poſtquam uerò iuſtam illi mercedem tribuit, ita canere cœpit:

Saluete ô uolucrum filiæ equorum.

atqui etiam aſinorum erant filiæ.

Nomina diminutiua.

Poſſunt etiam ipſa nomina diminui. eſt autem diminutio, quæ uel bonum, uel malum minus uideri facit: ut Ariſtophanes in Babylonijs cauillatur, cum pro auro dicat aurulũ, & pro ueſtimẽto ueſtimentulũ, & pro cõuicio conuiciolũ. Cautè uerò rẽ utranq; tractare oportet, & in utraq; modum ſeruare.

DE QVATVOR FRIGIDAE *elocutionis modis.* Cap. V.

Coniuncta uerba. I.

QVatuor autem modis elocutio frigida fit: primò, in coniungendis nominibus: ut Lycophron cœlum appellauit multiforme, & terram magniceruicam, & litus anguſtiuium: & Gorgias adulatorem uocauit ptochomuſum: dixit etiam ἐπιορκήσαντας, καὶ κατευορκήσαντας: Id eſt, peierantes & deierantes. & quemadmodum Alcidamas, Furore quidem animus plenus, igniuoma uerò facies erat: &, Finiferentem exiſtimauit eorum alacritatem futuram: &, Perſuaſionem orationem ſtatuit eſſe finiferentem: &, Cæruleicolorem maris planiciem. quæ omnia propter duplicationem uidentur eſſe poëtica. Atq; hæc una quidem eſt frigidæ locutionis cauſa.

Peregrina. II.

Altera uerò eſt, cum quis peregrinis uocibus utitur: ut Lycophron Xerſen Pelorium hominem appellauit.

appellauit.dixit etiã,Sciron Sinnis homo.& Alcidamas dixit, Arbyrma poëſis, & Naturæ atathaliam, & Mera animi incenſus ira,punctusq;.

Epitheta uitioſa.III.

Tertius modus frigidæ locutionis eſt, cum quis epithetis uel longè petitis,uel intempeſtiuis,uel crebris utitur.Nam in poëſi,lac album dicere cóceditur: at uerò in ſoluta oratione ſunt indecentia huiuſmodi epitheta. Quædam etiam, ſiquis crebrius utatur, artem detegunt, planumque faciunt,eam eſſe poëſim. quæ quidem uti oportet, quoniam quotidiani ſermonis conſuetudinem immutat, & elocutionem peregrinam facit: ſed

Oratio ſubita, & nimis ornata.

mediocritate opus eſt, quoniam ſi modum excedit,maius eſt uitium, quàm ſiquis ex tempore loquatur. nam ſubita dictio uirtute caret, nimis autem ornata, uitioſa eſt.Quapropter Alcidamãtis oratio frigida uidetur, qui non tanquam condimentis, ſed tanquam cibis, utitur epithetis, adeò crebra & magna,& aperta uſurpat. nó enim ſudorem, dicit, ſed humidum ſudorem: neque, Ad Iſthmia,ſed Ad Iſthmiorum celebritatẽ: neq; leges,ſed ciuitatem reginas leges: neq; curſu,ſed Animi impetu curſono: neq; muſeũ, ſed inquit, Cum naturæ muſeũ accepiſſet, & triſtem animi curam: neque gratię,ſed,Popularis gratiæ fabricator,& diſpenſator uoluptatis audientium: neque ramis,ſed,Syluæ ramis occultauit:neq;,Corpus uelauit:ſed,Corporis pudorem,& cupiditatem animi repręſentatricem: hoc autem & iunctũ eſt,& epithetõ,quare poëma fit:& ira immẽſam probitatis exuperantiam.Itaq; cum poëtico more loquantur, quia rem indecoram faciunt,& ridiculi, & frigidi fiunt,& propter loquacitatem incidunt in obſcuritatem. quicquid enim inculcatur ei, qui iam rem percepit, ſplendorem adimit,& tenebras offundit.Solent autem homines uulgò iunctis uti nominibus, cum alicui rei nomen nó eſt impoſitum,& facilis eſt compoſitio:

Coniuncta & peregrina quibus conueniãt.

ut χρονοτριβεῖν, quod eſt tempus fruſtra conſumere.ſed ſi hoc frequentius fiat, erit omnino poëticum. quare iuncta nomina dithyrambicis poëtis ſunt aptiſsima: ſunt enim maximè conſonantia.uoces autem externæ poëtis heroicis conueniunt:habent enim in ſe granditatem & maieſtatem. at uerò trãslatio iambicis apta eſt, quo metri genere nunc utuntur, ut antea dictum eſt.

Frigidæ tranſlationes.IIII.

Quartus modus frigidę locutionis fit in tranſlationibus. ſunt enim etiam indecoræ tranſlationes: & hæ quidem propter ridiculum. nam etiã comici poëtæ tranſlationibus utuntur: illę uerò propter nimiam granditatem tanquam tragicæ ſunt. Quinetiam obſcuræ fiunt, ſi longè petantur:ut Gorgias,Pallida atque exanguia negocia: Tu uerò hæc turpiter ſeminaſti, malè autem meſſuiſti.nimis enim poëticè dicta hęc ſunt. & quẽadmodum Alcidamas,philoſophiam eſſe legum

Philoſophia quid.

Odyſſea quid.

propugnaculum,& Odyſſeam eſſe pulchrum humanæ uitæ ſpeculum, & nullum huiuſmodi ludicrum poëſi adferens. nam hæc omnia ſunt aliena à fide facienda, propterea quæ dicta ſunt. Illud uerò Gorgiæ contra hirundinem, quæ ſuperuolans cibi reliquias in eum demiſit, optimè poëtæ tragico conueniret. dixit enim,Turpe tibi ò Philomela. nam aui quidem licet id effeciſſe,non turpe fuit:uirgini uerò turpe fuiſſet.ſcitè

A igitur conuicium fecit, dicens id,quod fuerat:non autem,quod eſt.

DE IMAGINE, EIVSQVE MOdis & uſu. Cap. VI.

IMago uerò etiam ipſa tranſlatio eſt:parum enim ab ea differt. nam cũ poëta de Achille dicit,Tanquam leo irruebat, imago eſt: cum autem,Leo irruebat,eſt tranſlatio. quoniam enim ambo fortes ſunt, tranſlato nomine Achillem uocauit leonem.Vtilis eſt autem imago etiam in ſoluta oratione, ſed ea rarò utendum, quoniam magis poëtas decet.uſurpandæ uerò ſunt imagines eo modo, quo trãslationes:nihil enim aliud ſunt,quàm tranſlationes,modo tantum,quo dixi, differentes. Sunt autem imagines huiuſmodi,ut Androtion contra Idrieum dixit, eum ſimilem eſſe canibus, qui uincti catenis domi tenentur.nam illi ſoluti poſtea in omnes incurrunt:ſic Idrieum uinculis ſolutum factum eſſe acriorem. & Theodamas Archidamum dicebat Euxeno, geometria priuato, eſſe ſimilem. Hac igitur proportione etiam Euxenus erit ſimilis Archidamo, geometriis aucto: & id,quod eſt in Platonis Politia, eos qui mortuorum corpora ſpoliãt, catellis eſſe ſimiles,qui lapides quidem mordẽt, ſed eos, qui iecerunt, non attingunt.& quod de populo dixit, eum eſſe ſimilem nauclero ualido quidem, ſed ſurdaſtro:& quod de poëtarum uerſibus, quos adoleſcentibus nulla pulchritudine præditis dixit eſſe ſimiles. nam illi quidem cum defloruerint,hi uerò ſi diſſoluantur,nequaquam B ſimiles eſſe uidentur.& quod Pericles de Samijs dixit,eos ſimiles infantibus eſſe, qui cibum quidem capiunt, ſed tamen plorant: & de Bœotijs, quòd ſimiles ſint ilicibus, quæ ſe uiciſsim frangunt,ita Bœotios inter ſe præliari.& Demoſthenes dixit, populum eſſe ijs ſimilem, qui in naui nauſeant:& Democrates nutricibus oratores cóparabat, quæ cibos ipſæ deuorant, ſaliua uerò pueros inungunt. & Antiſthenes Cephiſodorũ, tenuem ac gracilem hominem,thuri dixit eſſe ſimilem, quod cum abſumitur, læticiam adfert. has enim omnes, & tanquam imagines, & tanquam tranſlationes proferre licet. Quare quæcunque probantur, cum tanquam tranſlationes prolatæ fuerint, perſpicuum eſt, etiam imagines eſſe poſſe: nam imagines nihil aliud ſunt, quàm tranſlationes,quæ orationis conformatione indigeant. uerùm ſemper oportet eam tranſlationẽ,quæ à proportiõe ducitur,ab utraq; parte ſibi reſpõdere,atq; in rebus eiuſdem generis fieri: ut ſi phiala clypeus Bacchi dicitur,etiam clypeus rectè Martis phiala uocabitur. Ac oratio quidem ex ijs,quæ dicta ſunt,componitur.

Proportio trãſlationis.

DE EMENDATA ET PVRA locutione. Cap. VII.

INitium autem & fundamentum elocutionis, eſt emendatè loqui:quod ex quinque præcipuè rebus conſtat. Prima cura eſt in coniun- 1. ctionibus, ut quis eas, ſicuti natura poſtulat, uel antè uel pòſt in ordine collocet, ut inter ſe reſpõdeant:ut, Ille quidem: &, Ego quidem. Poſtulat uerò: &, Ille uerò. ſed eas oportet ita inter ſe reſpondere,

ſpondere, ut facilè memoria comprehendi poſ-
ſint: quod fiet, ſi non nimis longo interuallo diſ-
iunctæ fuerint. Neque opus eſt coniunctionem
ullam aliam ante coniunctionem neceſſariam
collocare: nam hoc paucis in locis conuenit. ut,
Ego uerò, poſtquam mihi rem narrauit (uenit
enim ad me Cleon rogans atq; obſecrans) pro-
fectus ſum, eis in ſocietatem aſſumptis. nam in
his uerbis multę cõiunctiones interpoſitæ ſunt,
antequam neceſſaria coniunctio reddatur: & ſi
magnum interuallum eſſet inter initium, & il-
lud uerbum, Profectus ſum, eſſet obſcura locu-
tio. Atq; hic quidem unus eſt emendatè loquen-
II. di modus in coniunctionibus. Alter modus eſt,
cum proprijs ac ſuis nominibus res appellantur,
III. non autem circunſcribuntur. Tertius, cum am-
Qui obſcurãt orationem. bigua uitantur, niſi fortaſſe quis id dedita ope-
ra faciat. hoc autem faciunt ij, qui cum nihil ha-
bent, quod dicant, aliquid tamen dicere uideri
uolunt: huiuſmodi enim homines poëtico mo-
re talia proferunt, quod etiam Empedocles fa-
cit. nam circuitus ille uerborum cum longus ſit,
facilè decipit, & auditores ita afficiuntur, ſicut
Oraculum ambiguum. imperita multitudo, cum ariolos audit ambigua
loquentes. temerè enim aſſentitur: ut,

Hero.d.li.1. Cic. de Diu. lib.2. *Crœſus Halim penetrans magnam peruertet opũ uim.*

nam arioli de omni negocio generatim loquun-
tur: ſic enim omnino minus peccatur. Qui enim
par impar ludit, multo facilius diuinare poteſt,
ſi uel paria, uel imparia eſſe dixerit, quàm ſi cer-
tum numerum explicare uoluerit: ita qui dicit
aliquid futurũ, facilius diuinabit, quàm qui ex-
plicuerit, quando ſit futurum: quo fit, ut uates
non adiungant, quando. Hæc enim omnia ſimi-
lia ſunt, quare niſi ſicubi alicuius rei gratia, ſunt
IIII. fugienda. Quartus modus eſt, cum genera di-
ſtinguuntur, quod Protagoras fecit, qui dixit,
alia nomina eſſe uirilia, alia muliebria, alia neu-
tra. hæc enim etiam accuratè ſeruanda ſunt: ut,
Illa autem reuerſa, & collocuta diſceſſit. Quin-
V. tus modus eſt, cum res multas & paucas, & ſin-
gulas rectè quis appellat: ut, Hi cum acceſsiſſent,
me percuſſerunt. Omnino uerò quod ſcribitur,
huiuſmodi eſſe debet, ut & legi, & proferri faci-
lè poſsit, quod eodem modo fit. hoc autem non
habet ea locutio, in qua multæ ſunt coniunctio-
nes, & quæ non facilè diſtingui atque interpun-
gi poteſt: qualia ſunt Heracliti ſcripta. magna
enim difficultas eſt, ſcripta Heracliti notis atque
interpũctionibus diſtinguere: quia dubium eſt,
utram parti uerba hęreat, poſteriori ne, an prio-
ri. quod ex eius operis initio intelligi poteſt, ubi
ita inquit: Rationis eius, quæ uerè eſt, ſemper
imperiti ſunt homines. Incertum eſt enim, utri
parti illud aduerbium Semper, ſit applicandum.
VI. Præterea fit ſolœciſmus, cum non redditur uni-
Solœciſmus. cuique uerbo, quod exigit, niſi fortè inter ſe con-
iungantur eo uerbo, quod utrique conuenit: ut,
Strepitum & colorem non benedixeris, uidens
VII. quia non eſt commune: ſed, Sentiens, quod eſt
Obſcuritas ex perturbato ordine. commune. Fiet etiam obſcura locutio, niſi ini-
tiò poſueris id, quod multis interpoſitis poſtea
dicendum eſt: ut, Paraueram, poſtquam cum eo
collocutus fuiſſem hæc, & hæc, & hoc modo, di-
ſcedere. rectius ergo dixeris, Paraueram diſce-
A dere, poſtquam collocutus cum eo fuiſſem hæc,
& hæc, & hoc modo.

DE AMPLITVDINE ORATIONIS. Caput VIII.

AD locutionis autem amplitudinẽ & gran-
ditatem hæc proderunt: primùm, ſi defini I.
tionem loco nominis ponas. exempli gra
tia, ſi non circulum dicas, ſed figuram planam,
cuius extremitas paribus à medio radijs attingi-
tur. qui uerò breuitati ſtudet, is contrà nomen lo
co definitionis ponat. Quòd ſiquid acciderit ob-
ſcœnum, aut parum decorum, id ſi erit in defini-
tione, nomen uſurpabimus: ſi autem in nomine,
definitionem. Erit etiã grandis oratio, quæ tranſ II.
lationibus & epithetis illuſtrabitur, modò ne in III.
poëticam licentiam exeat. & ſi ex uno plura fiãt,
quod poëtæ ſæpè faciunt: ut quamuis unus tan-
tum portus ſit, tamẽ dicunt, Intra portus Achai-
cos: & illud,

Luctu ſcatentes has tibi do epiſtolas.

& ſi nomina non cõiungantur, ſed ſeparatim ſin IIII.
gula proferantur: ut, Eius mulieris, quæ noſtra
eſt: & contrà breuiter hoc modo: Noſtræ mulie-
ris. & ſi in dicendo copulæ adiungantur. nam cõ V.
tra breuius dicitur detracta copula, modò ne diſ
ſoluta ſit oratio: ut, Eò profectus ſum, ac diſſerui:
&, Eò profectus diſſerui. Atque etiam illa Anti- VI.
machi ratio utilis eſt: nempe ea commemorare,
quæ rei non adſunt: quod ille facit in celebrãdo
colle Teumeſo: ut, Eſt quidam modicus collis,
B uento perflatus. nam hoc modo infinitè poteſt
oratio amplificari. Quæ ratio in utranq; partem
utilis eſt: hoc eſt, & in bonis, & in malis, quę non
adſunt, commemorandis. unde etiam poëtæ no
mina confinxerunt ἄχορδον & ἄλυρον, hoc eſt, exper
tem chordæ, & expertem lyrę: quas appellatio-
nes à priuatione ſumpſerunt. quæ res in eis po-
tiſsimum tranſlationibus nomen habet, quę ex
proportione ducuntur: ut ſiquis diceret, tubam
eſſe ſonum lyræ expertem.

DE ORATIONIS DECORO. Caput IX.

DEcorum autẽ illa ſeruabit oratio, quę mo-
tus animi miſcebit, & quæ mores expri-
met, & quæ ſubiectis rebus cõueniet. Erit I. *Oratio rebus conueniens.*
autem rebus conueniens, ſi neq; de rebus ampliſ
ſimis tenuiter & ſummiſsè, neq; de tenuibus re-
bus grauiter & amplè quis dixerit. Sed neque
abiecto nomini ornatus eſt adhibendus, alioqui
comœdia uidebitur: quod crebrò facit Cleophõ.
talia enim quædam profert, ac ſi diceret, Vene-
randam ficum. Motũ animi miſcebit oratio irarũ II. *Oratio affecta.*
plena, cũ de aliqua contumelia agetur. Quòd ſi
impia & turpia facta tractanda ſunt, id cum indi
gnatione, cauteque & quaſi timidè faciendum:
ſi uerò laudabilis, cum animi uoluptate: ſi miſe-
rabilia, demiſsè atq; humiliter, & in cæteris eodẽ
modo. locutio enim reb. accõmodata, ad perſua-
dẽdũ plurimũ ualet: nã animus auditoris in erro
rẽ trahitur, qui ea uerè dici putat, quoniã in eiuſ-
modi rebus ita ſe homines habẽt. Quare, licet ita
ſe res non habeat, ut orator dicit, tñ ita ſe habere
putant,

purant.atq; anditor ſemper eodem modo affici-
rut,quo orator, eriamſi nō uerè dicat:qua de cau
ſa multi oratores ita uehementer cōmouent au-
11. ditores,ut eos quaſi attonitos reddant.Quin hęc
Oratio morata. à ſignis ducta demōſtratio bene morata eſt: quo
niam ſingula hominum genera,ſingulosq; babi-
tus ſua quędam propriaq; cōſequitur oratio.ge-
nera aurē inrelligo ſingulas ætates, ur puer, uir,
ſenex,& mulier & uir, & Lacō uel Theſſalus:ha-
bitus uerò intelligo, quibus uita hominū infor-
matur:nō enim quolibet habitu uita conforma-
tur. qui igitur habitui nomina accommodabit,
mores etiam affinget orationi:neque enim eadē,
aut eodem modo impolitus atq; agreſtis homo
diceret, quæ politus & bonis artibus excultus.
Decori tractatio, ad occultandum artificium. Afficiuntur etiā auditores ea ratione, qua ad ſa-
tieratem uſq; utuntur ij, qui orationes ſcribunt,
Quis autem neſcit? Omnes intelligūt.aſſentitur
enim auditor, uerirus ne quod cæteri omnes in-
telligūt,ipſe ſolus ignoret. Hac autem ratione &
rempeſtiuè & intempeſtiuè uti licet, ſicut etiam
reliquis pręceptorum generibus.ſed omnis exu
perantiæ remediū eſt id,quod uulgò dicitur,O-
portet ipſum ſe ſua uoce corrigere.tunc enim ue
rum uidetur, quoniam ipſum oratorem non la-
tet id,quod facit. Neq; ſeruanda ſemper eſt pro-
portio,ut omnia cōſentanea uideantur: ſic enim
fallitur auditor. Dico autem, ut ſi nomina dura
fuerint,non ſemper etiam dura uoce & uultu, &
reliquis quæ conſentanea ſunt,uratur is, qui di-
cir: alioquin aperta fient omnia, neq; quicqnam
latère poterit .ſi uerò aliquid ſetuſtum fuerit,ali
quid non,tegitur artificium,cum tamen idem fa
ciat:uerumtamē ſi mollis duriter,aut ſi dura mol
liter proferantur,fide prorſus carebit oratio.Qui
Affectæ orationis uerba. autem commouere animos uelit,ei maximè cō-
uenient epitheta, iuncta nomina, & peregrina.
Ignoſcitur enim iraro, ſi dixerit, ſe paſſum eſſe
malum uſq; ad cœlum extenſum,aut admodum
uaſtum: & quando iam orator auditores obſede
rit, atq; extra ſe rapuerit uel laude uel uitupera-
tione, uel ira uel amicitia : ut etiam Iſocrates fa-
cit in Panegyrico in extrema parte cum ait,Famā
autem:& illud,Qui quidem tolerarunt.nam ex-
tra ſe rapti oratores huiuſmodi uerba fundunt,
quæ qui audiunt,eodem pacto affecti recipiunt,
atq; approbant . quare etiam poëſi conueniunt,
cū poëſis res quędā diuina ſit. Vel igitur hoc mo
do,uel cū ironia licet huiuſmodi uerba uſurpare,
ſicuti Gorgias faciebat,& in Phædro Socrates.

DE FORMA ET NVMERIS *orationis.* Cap. X.

AT uerò forma orationis neq; uerſibus con
ſtare, neq; numerorum prorſus expers eſ-
ſe debet. illud enim orationi fidē adimit,
quoniam artificioſe ficta eſſe uidetur:& ſimul au
ditorem auertit à cauſa, facitq; ut attēdat, & ex-
pecter, quando ſimile aliquid ad aures accedat,
ſicuti pueri ſolent præconem præoccupare, quē
ſibi patronum adoptet is, qui manumittitur, ut
Cleonem. hoc autem genus orationis, quod eſt
numerorum expers,ſiue caret,neq; conſiſtit. O-
portet autem aliqua terminatione concludi, nō
tamē metrica.nam inſuaue eſt, & obſcurū, quod
A non terminatur: omnia uerò numero finiun-
tur. Sed is numerus,qui in orationis forma ſpe- *Rhythmus numerus eſt ſolutæ orationis.*
ctatur, rhythmus eſt, cuius etiam metra partes
ſunt:quo fit, ut oratio rythmum quidem habe-
re debeat,non autem uerſum,alioquin eſſet poë-
ma:neq; tamen exquiſitè rhythmū ſeruare opor
ter, ſed quadantenus. Ex numeris autem orato *Numeri qui apti ſint.*
rijs herous grandis eſt, & elegāa,& indigens har
moniæ.iambus autem ipſa eſt imperitorum ora-
tio : ideo ex omni genere carminum in iambica
maximè loquentes incidunt. oportet aurē in di-
cendo effici granditatem, & in admirationē in-
ducere. At uerò trochæus cordaci aptior eſt,
quod apertè tetrametra declarant,in quibus nu-
merus incitatus eſt,& lubricus.Reliquus eſt pæ-
an, quo quidem uſi ſunt ij, qui à Thraſymacho
profecti ſunt,ſed tamen eius naturam non intel-
ligebant. eſt autem tertius pæan,atq; inter illos
medius,quos diximus.eſt enim,ut tria ſi ad duo
conferantur : ex illis uerò alter eſt, ut unum ad
unum:alter autem,ut duo ad unum,harum autē
proportionum ſeſquialtera media eſt. atque hic
pæan. Reliqui igitur propter iam prædictas cau
ſas relinquendi ſunt, & præterea, quia ſunt apti
uerſibus:pæan autem admittendus. nam ex hoc
uno prædictorum omnium uerſus nullo modo
conficitur, quare maximè latet. nunc igitur uno
tantum pæane utuntur,atq; in orationis princi-
pio : ſed à principio finem differre oportet.Duæ *Numeri principijs apti.*
uerò ſunt pæanis ſpecies inter ſe contrariæ,qua-
rum altera principio conuenit, ſicuti etiam utun
tur:atq; is eſt pæan, cuius prima ſyllaba lōga eſt,
B tres uerò poſtremæ breues ſunt:ut,Delogena,ſi-
ue Lyciam,& Auricomenate Iouis : alter autem *Numeri finientes.*
contrà, cuius tres primæ breues ſunt, poſtrema
longa : ut,Domuerant,Sonipedes. atq; hic bene
concludit: breuis enim ſyllaba,quoniam eſt im-
perfecta, mutilam ac mancam efficit orationē.
itaq; ſententiam oporret longa ſyllaba termina-
ri,atq; ipſum finem notū eſſe, non ſcriptoris ope
ra, neq; propter aliquam appoſitam notam, ſed
propter numerum.Iam igitur declaratum eſt,nu
meroſam eſſe oportere orationē,non autem ex-
tra numerum : & qui numeri tales eam faciant,
quoq; modo ſint in ea collocandi.

DE PENDENTE, ET AMBITV *concluſa oratione.* Cap. XI.

ELocutionem uerò duplicē eſſe neceſſe eſt:
uel tractam ac pendentem,quæ copulatio-
ne fit una,quales ſunt dithyramborum can
tiones:uel ambitu comprehēſam,& ſimilem ua-
terum poëtarum antiſtrophis.Sed tracta ac pen-
dens elocutio priſcorū eſt,qua Herodotus Thu-
rius in hiſtoria utitur, atq; eo tēpore ferè omnes
utebantur,nunc autem perquàm pauci. Voco au
tam tractam ac pendentem elocutionē, quæ nul
lum ex ſe finem habet,niſi res,quæ exponitur,ad
finem peruenerit . quæ ſanè eſt iniucunda, quo-
niam infinitè fertur: omnes enim uidere finem
exoptāt.quapropter curſores, cum ad flexiones
peruenerunt, uehementer anhelant,& penè defi
ciunt,cum antea nō laborent, quia metam pro-
ſpiciunt. ac tracta quidem, pendensq; oratio ta-
lis eſt. Ambitu uerò cōprehēſa eſt,quæ periodis *De periodis.*
conſtat.

conſtat. periodum uoco orationem, quæ principium & finem ex ſeſe habet, & eam magnitudinem, quę facilè perluſtrari poſsit. Huiuſmodi autem oratio ſuauis eſt, & facilè percipi poteſt. & ſuauis idcirco eſt, quia eſt illi contraria, quæ infinitè fertur: & quia ſemper auditor aliquid ſe tenere exiſtimat, cum ſemper aliquid concluſum ac determinatum accipiat: cōtrà uerò, nihil præuidere, nihilq; abſolutum habere, eſt iniucundū. facilè autem percipitur, qoia memoriæ facilè mādari poteſt. & hoc accidit, quia numerum habet in periodis, quod omnium maximè aptū eſt ad recordandum: atque hæc cauſa eſt, cur omnes facilius carmina, quàm ſolutam orationem recordentur, quia numerum babent, qui ea metistor. Oportet autē in periodo ſententiā etiam ipſam finiri, non autem abrumpi: quod fit in illis iambicis Sophoclis,

Hæc eſt quidem Calydon. Solum potitus eſt,
Quo olim Pelops. =

fit enim quādoq;, ut ſi periodos diuiſa fuerit, ſenſus contrarius eliciatur, ſicut in prædicto exemplo poteſt quis ſuſpicari, Calydonem in Peloponeſo eſſe. *Periodus duplex.* Duplex autem periodus: nam altera membris conſtat, altera ſimplex eſt. ex membris conſtat ea locutio, quæ perfecta eſt, & diſtinctas partes habet, & ſpiritum dicentis non impedit, non in ipſa diuiſione, ſicut in prædicta periodo, ſed in toto ambitu: membrum uerò eſt altera periodi pars. Simplicem periodum eam appello, quæ ex uno membro conſtat. *Periodorū modus.* Oportet autem & membra ipſa, & periodos neq; mutilas eſſe, neq; longas. nam quod mutilum eſt ac paruum, ſæpè cogit auditorem offendere, atq; hærere: neceſſe eſt enim, ut cum auditor adhuc ultrà tendit animo, & ad menſuram illam termini, quem in ſe ipſo concepit, ceſſante oratore, quaſi retrò trahatur, & quaſi obice quodam impeditus, offendatur. Longæ uerò periodi deficere cogunt auditorem. quęmadmodum enim ij, qui ſpacia conficiunt, & ultra ſtatutum terminum progrediuntur, eos poſt ſe relinquunt, qui unà deambulabant: ita longæ periodi iā in orationē exeunt, & lyricorū cantionib. ſimiles fiunt. quare idē hac in re contingit, quod Democritus Chius Melanippidi per iocum obiecit, cum ille pro antiſtrophis anabolas uſurpaſſet:

Vt nocet ille ſibi, alium qui lædere quærit,
Sic carmen longum uati ipſi peſſima res eſt.

hoc enim ipſum etiā in eos aptè dici poteſt, qui longis membris delectantur. contrà uerò, quæ breuiora quàm opus ſit, habent membra, ne periodi quidem ſunt: nam ipſum auditorem præcipitem rapiunt.

DE CONCINNITATE ORA-*tionis.* *Caput* XII.

ELocutio uerò, quæ membratim profertur, partim diſtincta ac libera eſt, partim oppoſita, ac ſibi mutuò reſpondens. *Libera oratio.* diſtincta, ut illa Iſocratis: Sæpius admiratus ſum eos, qui celebritates congregarunt, & eos, qoi gymnica certamina cōſtituerunt. *Oppoſita.* oppoſita uerò, ac ſibi reſpōdens eſt illa, cum uel in utroq; membro contrariū eſt alteri contrario conſtitutum, uel idē mem-

A brum è contrarijs conſtat. Nā ijs, qui ſecuti ſunt, multo plura quàm domi poſsidebant, acquiſiuerunt: ijs uerò qui domi remanſerunt, ſatis agri, quo ſe alerent, reliquerunt. hæc enim ſunt contraria, remanere & ſequi, plura & ſatis. Itaque & pecuniarum egentibus, & frui uolentibus: nā acquirere & frui inter ſe opponuntur. & illud, Sæpè accidit in eiuſmodi rebus, ut prudentes aberrent, & inſipientes rectè gerant. Statim quidem præmia fortium uirorum obtinuerunt, ſed non ita multo pòſt imperiū maris acquiſiuerunt. Terram quidē nauigaſſe, maria uerò ambulaſſe. Helleſpontū quidē iunxit, Athonem uerò perfodit. &, Qui natura ciues eſſent, lege priuati ſunt ciuitate: ex eis enim alij malè perierunt, alij turpiter ſeruati ſunt. Priuatè quidem ſeruis uti barbaris, publicè uerò negligere, ſociorum multos ſeruos eſſe: uel uiuentes habere, uel moriētes relinquere, & quod in Pitholaum & Lycophronem quidam in iudicio dixit, Hi cum domi eſſent, uos uēdebant: poſtquam ad nos uenerunt, ipſi empti ſunt. in his enim omnibus id eſt, quod antea diximus. Iucūda uerò eſt huiuſmodi locutio, quoniam contraria maximè nota ſunt, & cum inter ſe cōferuntur, fiunt etiam notiora: & quia ratiocinationis formam præ ſe fert. *Elenchus quid.* elenchus enim nihil aliud eſt, quàm contrariorum collectio. atque hæc quidem exornatio contentio uocatur. *Compar.* Compar uerò dicitur, cum æqualia membra ſunt. *Similiter deſinens & cadēs.* Aſſimilatio uocatur, cum extremæ partes utriuſq; membri ſimiles ſunt. Neceſſe eſt autem hoc uel initio, uel in fine fieri. atq; initio quidem nomi-
B na ſemper ſimilia ſunt: in fine uerò ſimiles ſunt extremæ ſyllabę, uel eiuſdem nominis caſus, uel nomen ipſum. Initio igitur fiunt hoc modo,

Agrum enim accepit ægrum ab eo:
Placati donis, pacatiq; ore fuerunt.

in fine uerò hoc modo, Non putarunt hoc ipſum ſibi peperiſſe, ſed eius cauſam fuiſſe: In cura quidē plurima, in ſpe uerò minima. caſus autē eiuſdem nominis hoc modo: Dignus uerò ſtatua ærea, non dignus ære. idem nomen hoc modo, Tu illi cum uiueret, dicebas malè, & nunc in eū ſcribis malè. fit etiā in una extrema ſyllaba: ut, Quod nam paſſus eſſes malum, ſi hominē uidiſſes ignauum? *Coniuncta ornamenta.* Poſſunt etiam interdum hæc omnia coniungi, ut idem ſit & contentio & compar, & ſimiliter deſinens. Principia uerò periodorū in libris ad Theodectē ferè ſunt à nobis enumerata. *Ergo non ſunt hi libri ad Theodectem.* Sunt etiam quædam falſæ ſimulatæq; contentiones, ut Epicharmus fecit: Interdum enim ego cum illis eram, interdum uerò apud illos. Et quoniam de his iam ſatis diximus, ſequitur ut aperiamus, unde urbana & pręclara dicta deducantur. ac illa quidē conformare, uel ingenioſi hominis eſt, uel exercitati: uiam autem ac rationem oſtendere, diſciplinæ huius proprium eſt. De illis igitur dicamus, atque enumeremus omnia, ſed hinc potiſsimum exordio ſumpto.

DE ORATIONE VRBANA, *& ſuaui.* *Caput* XIII.

NAtura hoc inſitum eſt omnibus, ut cū aliquid facilè diſcunt, uoluptatem ſentiant: nomina uerò ſemper aliquid ſignificant.

Quare quæcunq; nomina rei alicuius noticiá no A
bis inſerunt, ea iucundiſsima ſunt. ac peregrina
quidē uocabula nobis ignota ſunt, propria uerò
ia cognita: tranalatio igitur maximè hoc efficit.
Cum enim quis ſenectutē appellat ſtipulam, no-
bis inſerit cognitionē ac noticiá propter genus:
hęc enim ambo uiriditatem amiſerunt. Quinetiā
poëtarum imaginea idem efficiūt. quare ſi bene
politæ fuerint, urbanus ſermo uidetur. eſt enim

Imago quid.

imago (ſicut antea dictum eſt) tranalatio, quæ
tantum adiunctione differt. atq; ideo minus eſt
iucunda, quia longius protrahitur: neq; dicit hoc

Vrbanitas in ſententia.

illud eſſe, quod animus auditoris quærit. Neceſ-
ſe eſt etiam, eam elocutionem, atq; illa argumen
ta urbana eſſe, quę nos in alicuius rei cognitionē
celeriter ducunt. quare neq; argumenta illa pro-
bātur, quæ patent, atq; in promptu ſunt. dicò au
tem eſſe in promptu, quę ſunt omnibus nota, &
quæ non indigent ut quærantur. Neq; illa probá
tur, quæ cum expoſita ſunt, adhuc tamen igno-
rantur: ſed illa, quæ cum exponuntur, ſtatim nos
in cognitionem ducunt, etiamſi prius nihil ſcire-
mus: uel quæ paulo pòſt cogitatione percipiun-
tur. hoc enim modo gignitur in nobis cognitio,
ſed illo, quem ſuprà diximus, nequaquā. Atq; in
ſententia quidem eorum, quæ dicuntur, talia po
tiſsimū excellunt argumenta: in locutione uerò
conformanda, ſi contraria contrarijs opponātur:
ut, Cū alijs omnibus cōmunia ſit pax, tamen exi-
ſtimant ſuis priuatis rebus utilius eſſe bellum.

Vrbanitas in uerbis.

bellum enim paci contrariū eſt. In uerbis erit ur-
banitas, ſi translata fuerint: modò ne tranalatio
ſit aliena, quæ nō facilè perſpici poteſt: neq; uul- B
garia, quæ nihil commouet: ſed quæ rem oculis
ſubijcit. magis enim oportet res uidere, quę fiāt,

Tres ſuauitatis figuræ.

quàm quæ fieri poſtea debeant. Tria igitur hæc
ſunt conſideranda: translatio, contentio, euiden

Translatio ex proportione, præſtātiſsima.

tia. cum autem translationum genera ſint qua-
tuor, illæ maximè excellunt, quę fiunt ex propor
tione: quemadmodū Periclea dixit de iuuentu-
te, quæ in bello perierat, ſic è ciuitate ſublatam,
ut ſi quis uer ex anno tolleret. & Leptines de La-
cedæmonijs dixit, non oportere pati, ut Græciæ
alter oculus erueretur. & Cephiſodotus, cū Cha
res Olynthiaci belli tempore uellet adminiſtra-
tionis ſuæ rationes reddere, id ęgrè ferens dixit,
eum cum in fumo populum incluſum haberet,
uelle reddere rationes. idem cū Athenienſes ali-
quando hortaretur, ut in Eubœam irent frumen
tatum, dixit, oportere Milciadis decretum in ex-
peditionem proficiſci. & Iphicrates, poſtquam
Athenienſes cum Epidaurijs, & omni ora mariti
ma fœdus percuſsiſſent, id ægrè ferēs dixit, ipſos
belli uiatica ſuſtuliſſe. & Pitholaus eam nauem,
quę Paralus uocabatur, dixit eſſe clauam populi,
Seſtum autem arcam Piræi frumentariam. & Pe
ricles Aeginam tolli iubebat, quæ eſſet Piræi lip
pitudo: & Mœrocles, cum probum quendam ho
minem appellaſſet, dixit, ſe illo non eſſe impro-
biorem: illum enim ternis uſuris improbitatem
exercere, ſe uerò denis. & illud Anaxandridæ
iambicum de filiabus ſuis, quæ nubendi tem-
pus tranſierant:

O uirgines uos non ſtitiſtis nuptijs.

& Polyeucti in quendam Speuſippum, hominē
corpore attonitum, cum non poſſe cōquieſcere, A
quamuis à fortuna in pentesyringo morbo colli
gatus eſſet. & Cephiſodotus triremes uocabat pi
ſtrina uaria: Cynicus autem cauponas uocabat
Attica phiditia: Aeſion uerò dixit, Athenienſes
in Siciliam ciuitatem effudiſſe. atq; hæc quidem
tranſlatio eſt, & ſubiectio ſub oculos. Et illud, Ita
ut Gręcia clamorem ediderit, quodāmodo tranſ
latio eſt, & ſubiectio ſub oculos. & quemadmo-
dum Cephiſodotus admonebat, ut cauerent, ne
multas hoſtiles irruptiones facerent in concio-
nibus. & Iſocrates apud eos, qui in celebritatib.
concurrunt, & in funebri oratione, æquum eſſe,
ut in ſepulchro, quo ſepelirentur ij, qui in Salami
ne occubuerant, Græcia tonderetur: quoniā unà
cum eorum uirtute etiam libertas Græciæ ſepe-
liebatur. nam ſi dixiſſet, æquum eſſe, ut Græcia
lugeret, cum unà cum eis uirtus ſepeliretur, eſſet
translatio, & ſubiectio ſub oculos: cum uerò di-
xerit, Vnà cum eorum uirtute etiā libertas Græ-
ciæ, eſt etiam quædam cōtentio. & quemadmo-
dum dixit Iphicrates, Iter orationis meæ fiet per
medias res, à Charete geſtas: hæc enim transla-
tio eſt à proportione: & qđ addidit, Per medias,
rem oculis ſubijcit. & qui ita dicit, Pericula con-
uocanda ſunt, quæ periculis auxiliū ferant, tranſ
latione utitur, quæ rem oculis ſubijcit. & Lyco-
leon pro Chabria, Neq; eius æneam ſtatuam re-
uerebimini, quæ uobis pro illo ſupplicat? tranſ-
latio nanque fuit illo tempore, ſed non ſemper:
uerùm ſemper eſt ſubiectio ſub oculos. nam eo
periclitante ſupplicat imago, ita que inanime fit
B animarum. Quod eſt commentarium rerum à ci
uitate geſtarum? Et illud translatè dictū eſt, Om
ni ſtudio meditanres, ut ſpiritus frangant, atque
humilia ſentiant: nam meditari, eſt quodammo-
do augere. & illud, Deus mentē in animo lumen
accendit: utrunque enim aliquid illuſtrat. Neq;
enim bella diſſoluimus, ſed differimus: ambo
enim futura ſunt, & dilatio, & huiuſmodi pax.
& dicere, fœdera trophæū eſſe multo pulchrius,
quàm ea quæ in bellis ſtatuuntur. Quoniam tro
phæa minutis ſæpè rebus geſtis, & uno fortunæ
impetu ponuntur, fœdera uerò omni bello ex
ſententia confecto: tranalatio eſt. hæc enim am-
bo ſunt inſignia uictoriæ. & illud, Ciuitates pro-
pter hominum uituperationem graui pœna mul
tantur. nam multari pœna, eſt detrimentum ex
legibus accipere. Ac urbana quidem dicta duci à
translatione, quę fit ex proportione, & ſubiectio
ne ſub oculos, declaratum eſt.

DE EVIDENTIA. CAP. XIIII.

Dicendum eſt etiam, quid ſit ſubiectio ſub
oculos, & quomodo ea fieri poſsit. Dico
autē ex eis nominibus conſtare ſubiectio-
nem ſub oculos, quæ res eas ſignificant, quæ ali-
quid agant: ut ſi quis dicat, hominem probum eſ
ſe quadratum, translatio quidem erit: nam am-
bo perfecta ſunt, ſed tamen nullum actum ſigni-
ficat. illud uerò, qui florentem ætatis uigore ha
beat, actum exprimit. & illud, Te uerò tanquam
ſolutum ac liberum, actum continet: & illud,

Hinc concitati cum impetu Græci ruunt. *Eurip. Iphigenia.*

concitati enim & actus & translatio eſt, quo ge-
nere

nere multis in locis Homerus uſus eſt: nam per A translationem quæ inanimata ſunt, animata eſſe dicit. Sed ex omnibus ea maximè probantur, in quibus actus exprimitur, ſicut in illis:

Odyſſ.11. *Ille pudore uacans, iterum lapis ima petebat:* &c,
- uolat ecce ſagitta: &c,
Iliad.10. *- cupiens attingere: -* &c,
Iliad.11.12. *Stant terræ deſixa, optantq; in corpore figi*
Spicula: - &c,
Iliad.15. *At cuſpis pectus pertranſit plena furoris.*

In his enim omnibus, quoniam animata finguntur, actus apparet. nam pudore uacare, & furore quodam agitari, & alia, ſunt actus. Hæc autẽ inter ſe copulauit per trãslationem ex proportione. Sicut enim ſe habet lapis ad Siſyphum, ſic impudens ad eam rem, cuius ipſum non pudet. hac eadem ratione utitur etiam in probatis imaginibus in eis, quæ ſunt inanimata:

Curuæ albeſcentes nunc hinc, nunc inde recurrunt.

fingit etiam omnia moueri ac uiuere: eſt autem ipſo actus quædam imitatio. *Translatio unde ducenda.* Translationem autem ducere oportet (ut antea dictum eſt) à propinquis rebus, non tamen perſpicuis: quemadmodum in philoſophia ſolertis acutique hominis eſt cernere, quid in rebus multum inter ſe diſtantibus ſimile ſit: ſicut Archytas dixit, idem eſſe arbitrum & aram: quoniam ad utrunq; is, qui iniuriam accepit, confugere ſolet. uel ſiquis diceret, anchoram & cremaſtram idem eſſe: ambo enim idem efficiunt. ſed in eo differunt, quòd alterum infernè, alterum ſupernè pendet. & adæquatas eſſe ciuitates in multum diſtantibus rebus, idem ualet: nã & in ſuperficie, & in poteſtate eſt B æqualitas. *Vrbanitas à trãslatione & errore.* Maior autem pars urbanorum dictorum à translatione, & ab errore quodam proficiſcitur: magis enim perſpicuè res intelligitur, cũ aliter quis exiſtimabat. nam tunc animus ſecum dicere uidetur, Quàm uerum hoc eſt, ſed ego decipiebar. *Apophthegmata urbana.* quinetiam apophthegmata, quæ ſunt urbana, ex eo gratiam habent, quòd aliud ſignificãt, quàm uerba dicãt: ut illud Steſichori, Quòd cicadæ apud eos humi cantabunt. & uoces, quæ acutè formantur in ænigmata, propter eandem rationem iucundæ ſunt: nam in eis eſt cognitio, & trãslatè dicuntur. Id etiam ſuaue eſt, quod ait *Res nouæ.* Theodorus, res nouas dicere. Fit autem, cũ præter opinionem id fuerit, & nullo modo (ſicut ille ait) conſentaneum opinioni, quam de eo prius habebant: ſed quemadmodum in ridiculis leniter immutata, delectare ſolet. *Cauillationes.* quod idem etiam faciunt cauillationes, quæ mutatis fiunt literis: quæ res in uerſibus etiam decipit, cum aliud dicitur, quàm auditor expectat: ut, Ingrediebatur autem, ſub pedibus habens perniones: ille uerò putabat, calciamenta uelle dici. Hoc autem oportet ſtatim ut prolatum eſt, perſpicuum eſſe. *Ridicula ex inuerſione literarum.* Ridicula uerò, quæ ex literis naſcuntur, efficiunt ut nõ dicatur id, quod dici uidetur: ſed id, quod inuerſum nomen ſignificat. ut illud Theodori in Niconem citharœdum, θράττει σε. fingit enim dicere, Conturbat te: ſed in errorem inducit, nam aliud intelligit. quare iucundum fit ei, qui poſtea rem intelligit, quoniam niſi Thracem eſſe exiſtimaret, non urbanum dictum eſſe putaret. & illud, Vult ipſum depopulari. ſed aduertendum

A eſt, ut ambo commodè dicantur. Idem accidit etiam in urbanis dictis: ut ſiquis diceret, Athenienſibus maritimum principatum non fuiſſe malorum principium, quoniam profuit: uel quemadmodum dixit Iſocrates, imperium ciuitati fuiſſe malorum principium. nam utroq; modo id dictum eſt, quod quiſquam dici non exiſtimaſſet, & cognitum eſt eſſe uerum. nã dicere principiũ eſſe principium, nihil habet, quod argutum ſit: uerùm non ita ait, neq; negat id, quod principiũ dixerat, ſed alio modo. In his enim omnibus, ſiquis nomẽ cõmodè protulerit, in quo uel translatio ſit, uel ambiguitas, tunc bene ſeſe habet: ut, Intolerandus non intolerandus, ambiguè dixit. *Nomen tranſlatum uel ambiguum.* uerùm ſit commodè ſemper, cum uerbum iteratur. & illud,

Hoſpes non poteris fieri, quàm ſis magis hoſpes.

uel non magis, quàm te oporteat: nam idem eſt. uel, Non decet hoſpitem ſemper eſſe hoſpitem: nam hæc quoq; diuerſa ſunt. hãc uim habet etiã illud Anaxandridæ celebre dictũ, *Anaxandridæ dictum.* Pulchrum eſt ſanè mori prius, quàm quicquam morte dignũ geras. nam idem eſt, ac ſi dixiſſet, Dignũ eſt mori, quando quis non eſt dignus mori: uel ita, Dignum eſt mori, cum quis non eſt dignus morte, uel cum quis non facit, quæ morte digna ſunt. *Translationis uenuſtas.* Et forma quidem locutionis in his omnibus eadem eſt, ſed quanto breuius, magisq; contrariè prolata fuerint, tanto ſit elegantior oratio. cauſa uerò eſt, quia contrariæ res propè collocatæ, rem melius intelligi faciunt, & breuitas temporis celeriorem gignit ſcientiam. uerùm oportet ut ſem B per adſit, uel in quem dicantur, uel elegans dicendi ratio: ſiquidem id, quod dicitur, uerum eſſe, non autem inane uideri debet. alterum enim eorum ſine altero habere poteſt: ut, Mori oportet nihil in uita delinquentem, ſed urbanum non eſt. Dignam oportet dignum uxorem ducere, at urbanitate caret: ſed urbanum erit, ſi utrunq; ſimul habuerit: ut, Dignũ eſt mori, quando quis non eſt morte dignus. Quanto uerò plura coniuncta habuerit, tanto fiet urbanior oratio: ut ſi nomina translata fuerint, & ea trãslatione, quæ probatur, & contentio & compar adhibeatur, & euidentiam habeat. *Imagines urbanæ.* Atq; etiam imagines (ut iam ſuprà dictum eſt) ſunt excellentes quodammodo translationes: ſemper enim ex duobus conſtant, ſicuti translatio, quæ fit ex proportione: ut clypeum dicimus eſſe Martis phialam, & arcum eſſe citharam ſine fidibus. quæ cum ita pronunciantur, nõ eſt ſimplex translatio: ſed cũ dicimus, arcum citharam, & clypeum phialam, tunc eſt ſimplex. Atq; hoc etiam modo fingũtur imagines: ut ſimiæ tibicinem eſſe ſimilem, & ſtillanti lucernæ luſcioſum: ambo enim contrahuntur. bene uerò fiunt imagines, cum in eis incluſa eſt metaphora. licet enim uti imagine dicentes, clypeum eſſe Martis phialam, & parietinas eſſe pallium attritum ædificij, & Niceratum eſſe Philoctetem demorſum à Pratye: quemadmodum Thraſymachus aſsimilauit eum, cum uidiſſet Niceratum à Pratye ſuperatũ, in heroicis uerſibus componẽdis adhuc ſordidatum eſſe, & incõpta coma. In quo genere maximè explodũtur poëtæ, niſi bene ſe geſſerint, etiamſi aliter fuerint

excellentes: dico auté, ut cum quiſpiá ita inqoit:

Diſtorta, ut apium, crura procedent gerit,
Sicut Philammon, iuga gerens cum Coryco.

Atq; huiuſmodi cætera ſunt imagines. quòd autem imagines ſint tranſlationes, iam ſæpè dictũ eſt. *Prouerbia ſunt tranſlationes.* Et prouerbia ſunt tranſlationes à ſpecie ad ſpeciem: ut ſiquis domũ importet aliquid, unde commodum ſperet, & ex eo poſtea damnum accipiat, ut Carpathius leporé. ambo enim id quod dictum eſt, pertulerũt. Vnde igitur urbana dicta ducantur, iam dictum eſt, & cur ea tantum oblectent. *Superlatio, tranſlatio quædã eſt.* Quin etiã ſuperlationes ingenioſæ quædam tranſlationes ſunt: ut in eum, qui ſuggillatis faciem inquinatam habeat. Exiſtimauiſſetis eum eſſe morotum calatbum: eſt enim quidã rubor in ſuggillato, ſed modus nõ ſeruatur. quinetiam imago, in qua dicitur, tanquam hoc aut illud, eſt ſuperlatio, quę dicédi genere tãtũ differt:

Sicut Philammon, iuga gerens cum Coryco,
Putauiſſetis ipſum Philammonem præliari cum Coryco.
Diſtorta ut apium crura procedent gerit:

Putabam eum nõ crura, ſed apia habere, adeò diſtorta ſunt. *Superlatione qui utantur.* Habent autem ſuperlationes puerile quiddam: uehementé enim animi motum indicant. itaq; irati præcipuè ſuperlationib. utuntur:

Iliad. 9.
Non mihi ſi tam multa daret, quàm magnus arenæ eſt
Pulueris & numerus,
Non ducam uxorem (mihi crede) Agamemnone natã:
Quamuis ingenio ſapientem Pallada uincat,
Et pulchræ Veneri præſtanti corpore certet.

Hoc genere maximè utũtur Attici oratores: quare ſenem uti ſuperlatione minimè decet.

DE VARIIS DICENDI GENERIBUS. *Caput XV.*

Illud uerò ſciendum eſt, in unoquoq; genere propriã atq; ſuam eſſe locutionem. neq; enim eadé eſt locutio, qua ſcribimus aliquid, & qua in cõtentionibus utimur: neq; ea quæ ad deliberatiuum genus pertinet, eadem eſt cum ea quæ ad iudiciale: uerùm utrunq; ſcire oportet. nam in altero ſatis eſt emédatè loqui, in altero uerò ſcribere, ne cogatur ſilere, cum quis alijs quippiam impertiri cupit: quod ijs accidit, qui ſcribendi rationem ignorant. *Scriptio.* *Contentio.* Locutio apta ſcriptionibus eſt exquiſitiſsima: contrà, quæ contentionibus apta eſt, in actione maximè conſiſtit. ſed huius duæ ſunt ſpecies, quarũ altera ad mores, altera ad motus animi pertinet. Atque ideo hiſtriones huiuſmodi fabulas potiſsimum exquirũt, & poëtæ tales hiſtriones deſiderant. probantur autem ij poëtæ, qui etiam in legendo delectant, ut Chæremon: nã diligens eſt non aliter, atq; is qui orationes ſcribit. & Lycimnius ex eorum numero qui dithyrambici dicũtur. *Orationum cõparatio.* Quòd ſi inter ſe cõparentur orationes, quæ ſcriptæ ſunt, in cõtentionibus humiles anguſtæq; uidentur: quæ uerò habitæ ſunt, cum in manibus ſumũtur, ſimiles ſunt imperitorum orationibus. huius autem rei cauſa eſt, quòd in cõtentionibus illa conueniunt. itaq; illa etiam, quorum uis in actione poſita eſt, ſublata actione cum ſuo munere non fungantur, frigida atq; inſulſa uidentur, ut quæ ſunt diſſoluta. *Repetitione qui uti poſſunt.* Et eandem ſententiam ſæpè repetere in ſcribendo, non ſine cauſa damnatur: in contentionibus autem etiã oratores utũtur. ſunt enim hęc actio- A ni conuenientia. neceſſe eſt autem, ut orationem uarient, qui idem dicunt, quæ res tanquam aditum munit ad actionem: Iſte eſt, qui uos expilauit: iſte eſt, qui decepit: iſte eſt, qui deniq; uos hoſtibus prodere tentauit: quemadmodum etiam Philemon hiſtrio faciebat in Alexandridæ Gerontomania, quando uerba faciunt Rhadamanthus & Palamedes, & in prologo Piorũ, ubi Ego ſæpius iteratur. Nam ſi hæc actione non adiuuatur, fit id quod prouerbio dicitur, Trabẽ geſtans: ſicuti etiã diſſoluta. ut, Veni, occurri, rogaui. neceſſe eſt enim actionem adhibere, nec ut ſi res una tantum dicatur, eodem habitu animi, ac ſono uocis uti. *Diſſoluta.* Habent præterea quiddam peculiare, quæ diſſoluta ſunt: in æquali enim tempore multa dici uidentur. *Coniuncta.* nam coniunctio ex multis unũ efficit, quæ ſi detrahatur, perſpicuum eſt fieri cõtrarium, ut ex uno fiant multa. habet igitur amplificationem, Veni, narraui, ſupplicaui: multa enim ſunt. Videtur autem omnia negligere, quæ narro, quæ dico. hoc idem etiam Homerus facere uoluit in illo loco, Nireos, q ex Simo: Nireus, qui Aglaiæ filius: Nireus, qui pulcherrimus. nam de quo multa dicta ſunt, neceſſe eſt etiam ut ſæpius dictum ſit: & ſi ſæpius, etiam multa dici uidentur. itaq; amplificauit, cum ſemel tantum de illo mentionem fecerit, & hac fallacia fecit, ut Nirei nomen memoriæ hæreat, etiamſi poſtea nuſquam illum nominet. *Deliberatiui generis elocutio.* At uerò deliberatiui generis locutio ſimilis eſt prorſus umbratili picturæ, in qua quanto maior fuerit eorũ quæ picta ſunt, turba, tanto longius ſpectatur. quare quæ expoſi- B ta ſunt in utriſq;, & ſuperuacanea, & deteriora uidentur. *Elocutio iudicialis generis.* At in iudiciali genere debet exquiſitior eſſe locutio. quòd ſi corã uno iudice res agatur, tanto magis elaborandum eſt. nam minus præſidijs artis uti licet: facili⁹ enim perſpici poteſt id, quod cauſæ proprium ſit, & quod alienũ, & contentionis ſtudium abeſt. itaq; iudicium eſt incorruptũ. Quapropter non in omnib. dicendi generibus ijdem oratores excellunt: ſed ubi maximè actione opus eſt, ibi minimè debet eſſe minuta diligentia. quæritur autẽ actio, ubi opus eſt etiã uoce, & præſertim magna. *Demonſtratiui generis oratio.* Locutio igitur demõſtratiua maximè idonea eſt ad ſcribendum, quoniã eius officium eſt, ut legatur: ſecundo loco iudicialis eſt ad ſcribendum idonea. *Reprehendit quorundam de elocutione diſtinctionem.* Quòd autem quidam ita locutionem diſtinguunt, ut dicãt, & ſuauem & magnificam eſſe oportere, ſuperuacaneum eſt: cur enim magis eam ita, quàm temperãtem & liberalem, & ſiqua huiuſcemodi uirtus eſt? nam eam ſuauem (ut perſpicuũ eſt) efficient ea, quæ dicta ſunt, ſiquidem locutionis uirtus à nobis rectè definita eſt: cuius enim rei gratia diximus, dilucidam locutioné eſſe oportere, & nõ humilem atq; abiectã, ſed cum re cõuenientem? nam ſi nugatoria fuerit, non erit dilucida, neq; ſi fuerit breuis & conciſa: ſed clarum eſt medium conuenire. & quæ dicta ſunt, ſuauem efficient, ſi bene mixta fuerit, & loquendi conſuetudo, & peregrina uerba, & oratorius numerus, & uis perſuadendi cum eo, quod decorum eſt. Ac de locutione quidem dictum eſt, & communiter de omnibus, & ſpeciatim de unoquoq; genere: ſupereſt ut etiam de ordine dicamus.

DE PARTIBVS ORATIONIS, *earumq́; ordine & diſpoſitione.*

Caput XVI.

A

SVnt autem orationis partes duæ: neceſſe eſt enim rem primò, de qua agitur, exponere: deinde illam argumentis cōfirmare. Quare, cum rem narratis, poſtea non confirmare, aut cōfirmare, cum rem nun expoſueris: tale eſt, ut pręſtari non poſsit. nam qui argumentis utitur, aliquid cōfirmat: & qui rem exponit, id ideo facit, ut poſtea confirmet. horum autem alterum propoſitio, alterum probatio eſt, quamadmodum ſi quis diuideret aliquid in quæſtionem & demonſtrationem. Nunc autem ridiculè diuidunt: narratio in iudiciali tantum genere uerſatur. nā demonſtratiui & deliberatiui generis, qualem ipſi uolunt, quomodo narratio eſſe poteſt? uel quæ contra aduerſarium dicuntur, uel peroratio quęnam eſt in exornationibus? Procœmium autē, & comparatio & enumeratio tunc in deliberatiuo genere ponūtur, quando inter eos, qui ſententiā dicunt, controuerſia eſt, ſiquidem etiam accuſatio & defenſio adhibetur, ſed non quatenus eſt deliberatio. ſed neq; peroratio in omnibus iudicijs adhibetur: ut ſi parua fuerit oratio, aut res eiuſmodi, quę facilè memoria comprehendi poſſit: nam ex longitudine detrahi ſolet. Neceſſariæ igitur ſunt partes duę: propoſitio, & probatio. ac propriæ quidē hæ duæ partes ſunt: ſed ſi plures fuerint, tunc erit, procœmium, propoſitio, probatio, peroratio. nā quæ ad reprehendēdum aduerſarium attinent, probationi ſubijciuntur: comparatio uerò, eſt amplificatio ſuarū rationū, quo fit ut pars quędam ſit amplificationis. nam qui hoc facit, aliquid confirmat. ſed non procœmiū, neque peroratio hoc facit, ſed tātū reducit in memoriā. Quòd ſiquis ita diuidat, ut Theodori diſcipuli faciabant: erit alia pars narratio, alia ſupernarratio, alia prænarratio, alia reprehenſio, alia ſuperreprehenſio. ſed tunc nouum nomen ponere oportet, cum aliquam rem nouam ab alijs differentē adferimus: alioquin eſt res inanis & nugatoria, ſicuti Licymnius in arte ſua facit, qui nominat aggreſsionem & digreſsionem, & ramos.

Partes orationis neceſſariæ.

B

DE PROOEMIO. CAP. XVII.

PRocœmium igitur, principium eſt orationis, ſicut in poëſi prologus, in tibicinis cantu proaulium: nam hæc omnia principia ſunt, & quaſi uiæ munitio ei, qui pertranſire uelit. At proaulium quidem ſimile eſt procœmio demonſtratiui generis. nam tibicinea quicquid ſibi uidētur bene canere poſſe, id præcinentes cum ſequenti cantu copulant: ſic etiam in demonſtratiuo genere ſcribendæ ſunt orationes. quicquid enim uoluerit orator, initiò dicere poteſt: deinde progredi, & cū oratione id coniungere, cuios rei omnes exemplum ſibi aſſumunt procœmiū illud Iſocratis in encomio Helenæ: & quamuis à propoſita materia aberrarit orator, tamen illa cōmoditas aderit, ut tota oratio non ſit unius generis. Ducuntur autem exordia demōſtratiui generis à laude, uel à uituperatione: ut Gorgias in Olympico, Apud multos admiratione digni ſunt uiri

Procœmium generis demōſtratiui cui ſimile.

Demonſtratiui generis exordia unde ducātur.

A Græci. laudāt enim eos, qui celebritates conſtituerunt: Iſocrates autem uituperat, quòd corporis uirtutibus præmia ſtatuiſſent, ſapientia uerò præditis nullum uictoriæ præmium poſuiſſent. Ducuntur etiam exordia à conſilio: ut, Quoniam probi uiri ſunt honorandi, ideo mihi Ariſtidem laudandum ſuſcepi. uel ſiquis dicat, ſe huiuſmodi uiros laudare uelle, qui uulgò non celebrantur, non quia fuerint improbi, ſed quia cum fuerint egregij, tamen in tenebris latent, ſicut Alexāder Priami filius. nā qui ſic exorditur, conſulrat. Quinetiam àb ijs, quæ propria ſunt iudicialis generis, exordia ducūtur, quæ perſonam auditoris reſpiciunt: ut, ſi de re incredili fiat oratio, uel ardua, uel communi ac peruulgata: tunc enim uenia petenda eſt, ut Chœrilus,

At nunc, cum omnia iam uulgata. =

Quapropter exordia demōſtratiui generis ex his ducūtur, ex laude, ex uituperatione, ex ſuaſione & diſſuaſione, ex ijs quæ perſonam auditoris reſpiciūt. oportet autem uel peregrina eſſe, uel accommodata rei, quæ ad ipſam orationē ducunt. Procœmia uerò iudicialis generis aduertendum eſt idem ualere, quod fabularum prologi, & heroici carminis exordia. nam principia dithyrambicorum ſimilia ſunt demōſtratiui generis exordijs: ut, Propter te, tuaq; munera atq; ſpolia. in fabulis autem, & heroicis uerſibus principium eſt ſpecimen orationis futuræ, ut præuideant auditores, de quib. rebus ſermo futurus ſit, & ne eorum animus ſuſpenſus ſit: quod enim indefinitū eſt, huc & illuc uagari cogit. at qui principiū tra-

Exordia iudicialis generis.

B dit tanquam in manum, facit eum, qui tenet orationem, ſequi ac percipere. Atque hac de cauſa dixit Homerus:

Iram diua refer. = &,
Dic mihi muſa uirum. = & ille alter,
-eſto mihi carminis auctor,
Vt magnum ex Aſia bellum proceſsit in oras
Europæ. =

Tragici etiam poëtæ docent initiò, quid tota fabula cōtineatur. quod ſi nō ſtatim faciant, ut Euripides, at certè in prologo prius quàm abſoluatur, id faciunt: quemadmodum etiā Sophocles,

Pater mihi fuit Polybus. =

& comœdia idem ſeruat. Procœmij uerò maximè neceſſarium ac proprium munus eſt, finem inſtitutæ orationis aperire. Quare ſi cauſa perſpicua fuerit, aut parua, licebit nō uti principio. reliquæ uerò ſpecies, quib. utuntur, remedia quædā ſunt, & cōmunia. ea uerò ducūtur uel ab oratore ipſo, uel ab auditore, uel à cauſa, uel ab aduerſario. Ex oratore ipſo, atq; ex aduerſario ducuntur ea quæ ad inferendum crimen, & diſſoluendum pertinent: ſed non tamen eodem modo. nam qui defendit, ſtatim criminibus occurrere debet: qui uerò accuſat, debet in peroratione criminari. reus enim cum ſe inſinuare contendat, neceſſa habet omnia quæ obſtant, remouere: quare in primis aduerſarij criminationem diſſoluere oportet. accuſator uerò debet in peroratione criminari, ut facilius auditores ea recordari poſsint. Quæ ad auditorem pertinent, eò ſpectant, ut uel eum nobis beneuolum faciamus, uel in aduerſariū concitemus, & intentum, ut attentum reddamus,

Procœmij proprium.

Procœmij loci quatuor.

uel contrà: non enim ſemper prodeſt attentum A
reddere. quare multi riſum conátur excitare. Ad
Docilitas. docilitatem uerò cõducunt omnia, ſiquis etiã id
ſtudeat, ut uir bonus eſſe uideatur: nã talibus ui-
Attentio. ris ſe præbent attentiores. Attẽti fiunt auditores
propter res magnas, proprias, admirabiles & iu-
cũdas: quare admonere eos oportet de huiuſmo
di rebus orationem eſſe. quòd ſi eos non atten-
tos eſſe uolumus, dicemus rẽ eſſe puſillam, nihil
ad eos pertinentem, moleſtam ac odioſam. Illud
uerò tenendum eſt, hæc omnia eſſe extra cauſam
poſita. nam ad deprauatum auditorem ſpectant,
& ad eum, qui libenter audit, quæ nihil ad rem fa
ciunt. nam niſi talis ſit, nihil opus eſt procemio:
ſed ſufficit id, quod cauſa poſtulat ſummatim di
cere, ut iudex caput illud tanquam corpus cauſæ
Attentio omnium partium communis. totius habeat. Attentos uerò facere, cõmune eſt
omnium partium, cũ opus eſt: nam alibi magis
ubiq;, quàm initiò, remittunt animũ. itaq; ridicu
lum eſt, hoc initiò conſtituere, quoniam attenti
tunc maximè ſunt auditores. quare quoties ſeſe
offert occaſio, captanda attentio eſt: Mihi animũ
aduertite: neq; enim mea magis, quàm ueſtra res
agitur. &, Dicam uobis acerbũ facinus, ounquã
aliàs à uobis auditum, aut non tam admirabile.
hoc enim eſt id, quod Prodicus dixit, ſe cum au-
ditores dormitãtes aduerteret, aliquid in medio
ſermone inſerere ex illa ſua quinquaginta drach
marum demonſtratione. Quòd autẽ ad auditorẽ
habeantur procemia, non quatenus auditor eſt,
In procemijs duo ſunt. haud dubiũ eſſe poteſt. omnes enim in procemijs
uel criminantur, uel metũ diſijciont: Dicã, ô rex,
nõ quãto ſtudio. Quid exordiris? Et qui malam
cauſam habẽt, uel habere uidentur, procemijs u- B
tũtur. nam in quouis loco potius cõmorati me-
lius eſt eis, quàm in ipſa cauſa. itaque ſerui etiam
non ad interrogata reſpondent, ſed uerborũ am
bagibus utuntur, & longis exordijs. Quomodo
uerò beneuolentiam captare oporteat, antea di-
ctũ eſt, & de cæteris huiuſmodi ſingulis. & quo-
niam bene dictum eſt ab Homero,

Odyſſ. 14. *Effice, ut aduen am diua ad Phæaces amicus,*
Aut miſerabilis.

Demonſtratiui generis exordium. hæc duo diligenter conſideranda ſunt. In exor-
dijs demõſtratiui generis efficere oportet, ut au-
ditores unà laudari putent ſe, uel genus, uel ſtu-
dia ſua, uel aliquo alio modo. Quod enim ait So
crates in Menexeno, uerum eſt, Non difficilè eſt
Athenienſes Athenis laudare, ſed Lacedæmone.
Deliberatiui exordia unde ſumantur. Deliberationum autem exordia à iudiciali gene
re ſumuntur. natura enim deliberationes nulla
habent exordia, quoniam ſciunt auditores, de
Quatuor tempora exordij in deliberatione. qua re uerba ſint facienda: & res ipſa nullo indi-
get procemio, niſi uel propter ipſum oratorem.
uel aduerſarium, uel ſi res nõ tanta exiſtimetur,
quantam ipſe uult, ſed uel maior uel minor. Ita-
que uel criminari neceſſe eſt, uel crimina diſſol-
uere, uel amplificare uel minuere. horum igitur
gratia deliberationes procemio indigent, uel or-
natus cauſa: nam niſi procemium habuerit, uide-
tur temerè, ſubitoq; effuſa. tale eſt encomium
Gorgiæ in Elienſes: nulla enim brachiorum
extenſione, nulla manuum commo-
tione ſtatim incipit, Elis
beata ciuitas.

A DE CRIMINIBVS IN EXORDIO DEPELLENDIS, AUT INFERẼDIS. *Cap. XVIII.*

DE criminatione id primò dicendũ, quæ ua I.
lent ad delendam ex animis malam exiſti-
mationem, eadem etiam ad crimina depel
lenda. nihil enim refert, utrum alicuius ſermone
ſit excitata illa opinio, nec ne: quare hoc genera-
tim prodeſt. Alius modus eſt, ut ita criminationi II.
occurramus, ſicut in iudicio illis, de quib. argui-
mur: uel non eſſe factum, uel non eſſe pernicio-
ſum, uel non illi, uel non tam magnũ eſſe, uel non
iniquũ, uel non magnũ, uel nõ turpe, aut rem eſſe
puſillam. nam de rebus huiuſmodi ſolet eſſe con
trouerſia, quemadmodũ Iphicrates contra Nau-
ſicratem. dixit enim, ſe feciſſe quod ille dicebat,
atq; etiam læſiſſe, nihil tamẽ iniqui ſe cõmiſiſſe.
uel ſiquid iniuſtè factum eſt, id compenſare hoc
modo: Si detrimẽtum attulit, at fuit honeſtum:
ſi moleſtũ, at utile, uel aliquid huiuſmodi. Alius III.
modus eſt, cum dicimus, aut errorẽ fuiſſe, aut for
tunæ culpa eueniſſe, aut neceſsitate: quemadmo
dum Sophocles ſe tremere dixit, non ut calum-
niator obiecerat, quo ſenex uideretur, ſed neceſ-
ſariò: non enim ſua ſponte ad annos octoginta
perueniſſe. Licet etiã finem, cuius gratia factũ eſt
aliquid, cõmutare: ut, Lædere nolebat, ſed aliud
efficere. &, Nõ hoc ſtudebat, quod calumniator
ait, ſed accidit, ut is læderetur. eſſet autẽ odio di-
gnus, ſi id efficere ſtuduiſſet. Alius modus eſt, cũ IIII.
aduertitur, an is qui calumniatur, in eadẽ culpa
ſit hoc tempore, uel antea fuerit uel ipſe, uel ali-
quis ex eius propinquis. Alius modus, ſi illi cõ- V.
B prehenduntur in illa criminatione, quos omnes
fatentur, nequaquam illi affines eſſe: ut, Si purus
eſt adulter, ergo etiã hic atq; ille. Alius modus, VI.
ſi alios falſo inſimulauit, uel alius eoſdẽ, uel ſine
criminatione alicuius tales exiſtimabãtur, qua-
lis ipſe nunc, qui tamen non culpæ affines eſſe re
perti ſunt. Alius modus, ſi criminantem recrimi- VII.
neris. nam abſurdum eſt, ſi ille dignus eſt, cui nõ
credatur, ut eius oratio fidẽ faciat. Alius modus, VIII.
ſi iam factum eſt iudicium: quemadmodũ Euri-
pides contra Hygiænontẽ in cauſa, quæ antido-
ſis dicebatur, cum accuſaretur tanquam impius,
quòd carmen illud feciſſet,

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

quòd iuberet peierare. Dixit enim, eũ iniuſtè fa-
cere, qui iudicia ex certamine Liberi patris in fo-
rum adduceret: ſe enim ibi rationem iam reddi-
diſſe, aut redditurum, ſi ibi uellet accuſare. Alius IX.
modus, ſi calumniam ipſam uituperes, & oſten-
das, quàm graue malũ ſit, quoniã iudicia cõmu-
tat ac perturbat. Communis locus ambobus eſt
ſigna commemorare: ut in Teucro Vlyſſes ait,
Teucrum eſſe Priamo ſanguine coniunctũ, quo-
niam Heſione Priami ſoror fuit: ille uerò dixit,
patrem ſuum Telamonem Priamo hoſtẽ fuiſſe,
neq; ſpeculatores indicaſſe. Alius modus accu- X.
ſatoris proprius, ſi paulùm laudet, ut grauius &
diutius uituperet, & ſi quod magnum eſt, breui-
ter tranſeat: uel ſi multa bona proponat, deinde
unum, quod ad cauſam faciat, crimen proferens,
uituperet. tales enim ſunt maximè artificioſi, at-
que iniquiſsimi calumniatores, qui in rebus bo-
nis aduerſarium lædere conantur, cum ea malo
permiſceant.

Cõmunis locus

permiſceant. Illud uerò commune eſt & crimen inferẽti & dſpellenti, quoniam fieri poteſt, ut eadem res plurib. de cauſis facta ſit, qui criminatur, eam deprauare dſhet, atq; iodeteriorem partem inflectere: contrà, qui crimina diſſoluit, in meliorem partem trahere: ut quòd Diomedes ſocium elegerit Vlyſſem, ideo factum ſſe, qooniam optimum eum Græcorum exiſtimsbat. Imò uerò dicer alius, quia ſolum eum, tanquam ignauum ac imbellem, ſibi nõ fore æmulum iudicabat. Ac de crimiuatione quidem hæc dicta ſiot.

DE NARRATIONE. *Cap.* XIX.

Narratio exornationum.

NArratio uerò In exornationibos non perpetua eſt, ſed in plures partes diſſecta: nã actiones & res geſtas commemorare opus eſt, ex quibus oratio cõſtituitur. Conſtat autem oratio tantum ex ijs, quæ ſunr artis expertia (neq; enim is qui dicit, auctor eſt rerum geſtarum) tum ex ija, quæ ab aite proueniunt: ur cum rem factam eſſe docete opus eſt, ſi fuerir iocredibilis, uel qualis ſit, aur quanta, uel hæc ſimul omoia. Quapropter interdum nõ oportet uti perpetua oarratione, quoniam difficulter memoriæ mandaotur: quæ ita confirmaotur, ut ex his quidem actionibus fortis eſſe cognoſcitur, ex illis uerò ſapiens aut iuſtus: atq; hæc otatio ſimplicior eſt, illa oerò uaria, & non exilis. Sed quæ oota ſunt & peruulgata, tantum reducere io memoriam opus eſt: quo ſit, ut multa natratioue nihil indigeat: ut ſi uolueris Achillem laudare, ſciunt enim omnes eius tes geſtas, ſed eis uti oportet: ſi uerò Critiam, nairare oportet, neq; enim multi ſciunt, quæ geſſerit. Ridiculè uerò faciunt ij, qui dicunt narrationem breuem eſſe oportere. atqui quod quidam piſtori panem ſuhigenti, percontatiq;, durúmne, an mollem ſuhigeret? Quid? Bene, inquit, omnioo ſuhigere non licet? idem huc etiam accõmodari poteſt. Neq; enim ptolixa uti narratione oportet, neq; prolixo exordio, neque probationibus. ſed ueq; hac in parte rectè ſe habet, breuiter conciſeq; narrare: uerùm quod medium eſt, ſeruaoe decet: hoc eſt, dicere, quæ ſatis ſint ad rem explanãdsm, uel quæ in opinionem inducant, rem eſſe factam, uel eum læſiſſe, uel iniuſtè ſe geſsiſſe, uel cætera eiua generis, quęcunq; uolnerit. aduerſario uerò contraria conuenient. Inſerete etiam natrationi debes, quæ prohitatẽ tuam ſignificent: ut, Ego quidem nunquam admoners deſtiti, quæ iuſta eſſe ſentieham, oe filios deſereret. uel quæ declarent alteriua improbitatem: ut, Ille uerò mihi reſpondit, ſibi ubicunque fuerit, alios nõ defuturoa filios. quod Ægyprios reſpõdiſſe, cum à rege ſuo defeciſſent, ſcribit Herodotua. oel quæ iudicibus ipſis iucunda ſint. Defeoſori autem narratio miuor eſt: ſed ſunr huioſmodi controuerſiæ, uel noo eſſe factum, uel non detrimentõ attuliſſe, uel uõ iniuſtè factum, uel non tam magnum eſſe. Quare non eſt in eis commorsndum, quæ certa ſunt, niſi cauſæ proſint, ut factum quidem eſſe, ſed non eſſe iniuſtũ. Præterea res eas geſtas oartare oportet, quæ dũ fiunt, neq; miſetationem neq; indignationẽ commouent. exemplum eſt huius rei apologus Alci A noi, quem apud Penelopen ſexaginta uerſihus explicuit: & ſicut Phayllus circulum abſoluit, & quslis eſt Oenei prologus.

Simplex narratio.

Narratio uaria.

Breuitas narrationis.

Narratio medium tenere debet.

Probitas narrantis.

Narratio defẽſoris.

Narratio morata.

Moratam autem oportet eſſe narrstionem, quod facilè fiet, ſi quid mores efficiat, intellexerimus. Atque illud primò, qua mente factom ſit, oſteudere, mores indicat: nam qualia eſſe mens oſtenditur, tales etiam mores habentur. mẽs sutem à fine, quem ſibi cõſtituit, uel bona, uel mala dicirur. atq; hac de cauſa mathematicæ locutiones non habent mores, quoniam mentem ac delectum nullum habent: nam actionia fine carent: at uerò Socratici ſermones habent mores, qooniam de rebus eis ſunt, quę alicuius gratia fiuot. Sed ea quoq; morata dicuntur, quæ cuiuſq; mores conſequũtur. ut, Hęc dicebat, & eudem tẽpore diſcedebat, hoc enim sudaciam, & ruſticitatem morum indicat: &, nõ tanquam ex præmeditatione dicere, quemadmodum boius temporis oratores ſolent, ſed tanquam ex mente arq; delectu: Ego qoidem hoc oolebam, & facere cõſtitueram: &, quamuia mihi nõ prodeſſet, tamen honeſtiua eſſe putabam. illod quidem prudẽtia eſt, at hoc prohi uiri. prodentia enim eſt id ſequi, quod otile ſit: probi uerò, quod honeſtum.

Incredibilibus cauſſæ adiungendæ ſunt.

Quòd ſi res fide careat, tunc illi cauſam adiungere oportet: quemadmodum Sophocles exemplo nobis eſt in Antigona, quæ dicir, ſe magia frattem curare, quàm maritum, aut filios. uam hoa etiamſi perdideiit, ſe poſſe recuperare:

Vtriſq; uerò mortuis parentibus,
Non frater ullus exoriri unquam poteſt.

Quòd ſi cauſam nullam adferre poteris, dictè B non ignorare, quæ dicis, incredibilia uideri, ſed tamen tuam eſſe naturam eiuſmodi. oeque enim creditur, aliquem ſua ſponte facere id, quod utile noo eſt.

Motus animorum in narratione.

Debent etiam in oatratione poni, quæ mouere animum poſsiot: ut ſi uarrentur ea, quæ commotiouea ſequuntur, aut quæ nota ſuut ijs, qui audiunt, & quæ priuatim uel ſibi, uel aduerſario propria ſunt: Ille uerò diſcedens, ad me frequenter oculos conuertehst. & quod de Cratylo dixit Æſchines, quòd exibilaret, & manibus exploderet. hæc enim fidem faciunt, quoniam ea, quæ nota ſunt, eorum ſunt iodicia, quæ ipſi neſciunt. plurima oerò huiuſmodi licet ab Homero ſumere:

Aſt anus ad faciem palmas utraſque tetendit: Odyſſ.19.

nam qui lugere incipiunt, oculos mauu tangere ſolent.

Statim uerò te ipſom inſinua, probumque oirum oſtende: contrà preme aduerſsrium, ut deincsps in tota otatione te atque illum talem exiſtiment: ſed occultè hoc facito. Quod autem hoc facilè ſit, licet ex eis intelligere, qui nobia aliquid annunciant: quamuis enim de eà re nihil anteà ſciremus, tamen ſtatim quandam opinionem concipimus. Mdltis autem in locia narrare opus eſt, & aliquando non eſt in principio oarrandum.

Deliberationis narratio.

In deliheratione narratio locum nou habat, quoniam de rebus futuris nemo narrat: ſed ſi ulla narratio fuerit, de præteritis erit, ot in memoriam ea reduceutes, de futuria melius conſulrent. Sed ea quæ præterita ſunt, uel uituperant, uel laudaut: Ita-

que tunc deliberantis munus non exequuntur. A

Incredibile.

Quòd ſi fuerit incredibile, quod narras, debes polliceri, te ſtatim cauſam allaturum, uel eorum arbitrio rem commiſſurum, quorum ipſi uoluerint: ut Iocaſta in Oedipode Carcini ſemper pollicetur, cum eam interrogaret is, qui filium quęrebat: & Æmon apud Sophoclem.

DE PROBATIONE, HOC EST, *confirmatione & refutatione.* • *Caput* XX.

Probatiões ad quæſtionem ſiue ſtatum accõmodari debere.

PRobationes autem ad fidem faciendam plurimum ualere debent. Et quoniam quadripertitò quæſtiones diſtributæ ſunt, ea confirmare oportet, quæ in controuerſiam ueniunt, & de quibus cum aduerſario cõtenditur: ut ſi de facto controuerſia eſt, in iudicio maximè hoc erit argumẽtis confirmandum. Quòd ſi te non læſiſſe dicas, hoc probare debes: aut ſi dicas nõ eſſe tam magnum, aut iuſtè factum. non enim hęc aliter confirmanda ſunt, quàm ſi fuerit de facto controuerſia. Illud uerò ſciendum eſt, in hac ſola de facto controuerſia neceſſarium eſſe, ut alter litigantium improbus ſit: neque enim ignorantia controuerſiæ cauſa eſt, ut ſi quidam inter ſe de æquo iuſtoq; contẽderent. quapropter in hoc diu commorandum eſt, in alijs uerò minimè.

Generis demõſtratiui confirmatio.

In exornationibus ea cura eſſe debet, ut quę honeſta atque utilia facta dicuntur, plurimum amplificentur. nam ea credi opus eſt, ſiquidem rarò probationem requirunt, niſi fortè ſint incredibilia, uel aliquis alius auctor eorum exiſtimetur.

Cõfirmatio deliberationis.

In deliberationibus poteſt aliquis differere, uel non futura ea, de quibus deliberant: uel futura quidem, B ſed non iuſta, non utilia, non tam magna. Aduertendum eſt etiam, utrum aliquid, quod falſum ſit, dicat, quamuis extra cauſam: nam hæc aliorum iudicia uidentur, nempe eum mentiri.

Exempla ſunt deliberationis: enthymemata, iudicialis generis.

At ex probationibus exempla ſunt deliberatiuo generi accommodatiſsima, enthymemata uerò magis iudiciali conueniunt. nam deliberatio eſt de futuro, quare ex rebus iam factis exempla ad probandum ducere oportet. iudicium autem eſt de ijs, quæ ſunt, aut nõ ſunt, in quibus magis eſt probatio & neceſsitas: quod enim præteritũ eſt, in ſe neceſsitatem habet. non oportet autem inculcare & continuare enthymemata, ſed cũ alijs probationibus permiſcere, alioqui ſe uiciſsim infringunt: nam eſt etiam modus in quantitate.

Odyſſ. lib. 4.

Chare mihi, poſtquam tot tantum es uerba locutus,
Quot ſolet effari prudens. -

Non eſſe omnia argumentis confirmanda.

non enim dixit, Talia. Neq; res omnes argumentis confirmandæ ſunt: alioqoin idẽ efficies, quod nonnulli faciunt philoſophi, qui ſyllogiſmos adhibent ad ea, quæ notiora ſunt, ac certiora quàm ea quæ ſumũt.

In permouendo argumentis utendũ nõ eſſe.

Et cum animos commouere uis, ne argumento utaris: uel enim commotionem extrudet, uel inane fruſtraq; dictum erit argumẽtum. nam commotiones animi ſe uiciſsim expellunt, nec ſimul eſſe poſſunt, ſed uel euaneſcunt, uel imbecilliores redduntur. neque cum mores exprimere oratione uolumus, oportet ſimul argumenta quærere: nam demonſtratio neque mores, neque uoluntatem ac delectum exprimit.

Sententijs ubi utendum.

Sententijs autem utendum eſt & in narratione, A & in confirmatione: nam ad mores exprimẽdos ualent. ut, Ego uerò pecuniã ei credidi, quamuis ſcirem nemini fidem habendam eſſe. quòd ſi uehementius, & cum animi motu, Neque tamen me pœnitet, quamuis iniuriam ac detrimentum acceperim: iſtis enim lucrum ſupereſt, mihi uerò æquitas ac iuſticia.

Deliber. difficultas unde.

Eſt autem difficilius in deliberatiuo, quàm in iudiciali genere uerſari: & meritò, quoniam de futuro deliberatio eſt, iudicium uerò de præterito. quod iam ab auguribus etiam ſciri poteſt, quemadmodum dixit Cretenſis Epimenides: is enim non de futuris diuinabat, ſed de præteritis, quæ tamen eſſent obſcura.

Lex iudiciorũ fundamentum.

Quin in iudicialibus controuerſijs lex eſt tanquam fundamentum: qui uerò principium habet, is facilius probationem inuenire poteſt. neque in deliberatione multæ ſunt* commorationes, ut in aduerſarium, uel de ſeipſo, uel in mouendis affectibus: hæc enim in hoc genere minimè omnium reperiuntur, niſi quis à cauſa diſceſſerit. quare debent hæc tantum fieri, cum alia nõ habet orator, quæ dicat: quemadmodum Athenis oratores faciunt, atque etiam Iſocrates in deliberationibus accuſat, ut Lacedæmonios in Panegyrico, & Charetem in oratione ſociali.

διατριβὰς uocat Ariſtoteles: nos hoc loco fortè rectius, diuerticula, ſiue diuortia, ſiue congreſsiones.

Laudes undiq; cumulandæ.

In exornationibus uerò oportet laudes hinc atque inde cumulando, refertam & plenam orationem reddere: quod Iſocrates facit. ſemper enim aliquid, quod laudet, adiungit. & hoc eſt, quod Gorgias profitebatur, ſibi nunquã orationem defuturam. nam ſi Achillem laudat, Peleum celebrat, deinde Æacum, deinde Iouem: atque eodem modo fortitudinem extollit, & hæc aut illa tangit, quod idem eſt.

Argumenta cũ moribus exprimenda.

B Quòd ſi argumenta poteris inuenire, debes ſimul & mores exprimere, & argumentis uti: ſi te argumenta defecerint, totum te ad mores conferas: atque hoc ſanè probo homini magis congruit, ut ipſe potius bonus appareat, quàm oratio exquiſita.

Argumenta quæ excellant.

Ex argumentis uerò, quæ uim habent refellendi, magis excellunt, quàm quæ confirmant: quæ enim refutationem continent, maiore ui concluſa eſſe planum eſt, propterea quòd inter ſe collata contraria ſunt euidentiora.

Refutationis uia duplex.

nam quæ contra aduerſarium dicuntur, non diuerſam habent ſpeciem, ſed ſunt è probationum numero: partim enim reſiſtendo atque occurrendo ſoluuntur, partim contrà argumentando.

Diſpoſitio cõfirmationis & refutationis.

Oportet autem eum, qui uel in deliberatione, uel in iudicio prior dicit, cauſam primò ſuam confirmare: deinde illis, quæ contrà dici poſſunt, occurrere, & ea diſſoluere, atque extenuare. ſed tamen, ſi multa ſunt, quæ in contrariam partem dici poſſunt, prius erunt illa refutanda, quemadmodum fecit Calliſtratus in concione Meſſeniaca: prius enim ea refutauit, quæ contrà dici poterant, deinde ſua confirmauit. Quòd ſiquis ſecũdo loco dicat, prius ea quæ obiecta ſunt ab aduerſario, refutare debet uel diſſoluendo, uel contrà argumentando, & præcipuè ſi illa fidem feciſſe uiſa fuerint. ſicut enim animus eum hominem non recipit, qui multis criminibus inſimulatus fuerit: eodem modo neq; orationem, ſi aduerſarius uerè dixiſſe uiſus fuerit. Oportet autem auditoris animum ad futuram orationẽ præparare. quod facilè fiet, ſi cõtra

ria

ria refutaueris. quæ cum uel omnia reprehende
ria aduerſariorum argumenta, uel ea quæ maxi-
mè firma ſunt, uel quæ excellunt, uel quæ fa-
cilè refelli poſſunt, tunc rationes tuas confir-
Eurip. Troad. mare debes:

Primò refellam, quæ deis obiecta ſunt.
Iunonem ego. -

De morib. uel ſuis, uel alienis, quomodo dicẽdum. in his enim id primùm attigit, quod erat infirmiſ
ſimum, ac de confirmationibus quidem hæc di-
cta ſint. Quod ad mores attinet, quoniam de ſe-
ipſo prędicare, uel inuidioſum eſt, uel prolixum,
uel habet qui contradicant, & de altero dicere,
uel conuicium, uel ruſticitatem oſtẽdit: opus eſt
aliquem, qui hoc faciat, cõformare. quod Iſocra-
tes facit in oratione, quam ad Philippum miſit,
& in ea, quæ antidoſis dicitur: quo modo uitu-
perat etiam Archilochus. nam in iambicis ſuis
patrem, de filia ſic loquentem inducit:

Nil prorſus eſt, quod non fiat pecunia,
Aut quod futurum non queat iurarier.

& Charonem fabrũ inducit in eis iambicis, quo
rum principium eſt:

Nil cur opes Gygis. -

quemadmodum etiam Sophocles Æmonem in
ducit, cum patre pro Antigona loquentem, tan-
quam ea dicerent alij. Quin interdum licebit ar-
gumenta commutare, atq; ex eis ſententias face
re: ut, Sunt autem à prudentibus cum hoſtib. fœ
dera ferienda, cum fortunam habẽt proſperam:
ſic enim maximè poterunt eſſe ſuperiores. argu-
mentando uerò ſic proferetur, Si fœdera cum ho
ſtibus ferire oportet, quo tempore ſunt utiliſ-
ſima, & cum meliores conditiones eſſe ſolent,
tunc maximè ferienda ſunt, quando fortuna
eſt proſpera.

DE RATIONE INTERROGANdi & reſpondendi. Cap. XXI.

QVod ad interrogationem attinet, maxi-
mè opportunum eſt ea uti, cum alteràm
partem aduerſarius ipſe dixerit, ut dein-
de ex interrogatione ſequatur id, quod abſurdũ
eſt: ut Pericles Lamponẽ interrogauit de initia-
tione ſacrorum deæ Salutaris: & cum ille dixiſ-
I. ſet neſas eſſe illa audire, niſi quis eſſet initiatus,
II. petiuit, nũ ipſe ea ſciret? quod cũ affirmaſſet, Et
quomodo, inquit, cum minimè ſis initiatus? Se-
cundò tempeſtiuum eſt interrogare, cum alterũ
planum eſt, alterum non eſt dubium, quin is qui
interrogatus ſit, conceſſurus. cum autem unam
propoſitionem interrogaueris, nõ debes iterum
id interrogare, quod perſpicuum eſt, ſed conclu-
dere: quemadmodum Socrates, cum Melitus di
xiſſet, eum non putare deos eſſe, petiuit ab eo,
num exiſtimaret dæmonium aliquid eſſe? quod
cum ille fateretur, dixit, Dæmones uel deorum
filij ſunt, uel aliquid in ſe diuinum habent. quod
poſtquam illę affirmaſſet, Fierine poteſt, inquit,
ut aliquis putet deorum filios eſſe, ipſos autem
III. deos eſſe non putet? Tertiò debes interrogare,
cum oſtendere uis, ipſum aduerſarium ſibi ipſi
contraria dicere, uel quæ ſint ab opinione cõmu
IIII. ni aliena. Quartò cum nihil habet, quod reſpon-
deat, niſi fallaciter & captioſe. nam ſi ita reſpon-
derit, Eſt ſanè: &, Nõ eſt: uel, Partim quidem eſt,
A partim non: uel, Ex aliqua partẽ eſt, ex aliqua nõ,
perturbantur auditores, ac dubitant. Aliter au-
tem interrogatione uti non debes. nam ſi tibi oc
curterit aduerſarius, ſuperatus eſſe uideberis. Ne
que enim multa licet interrogare, propter audi-
toris infirmitatem. quare etiã argumenta, quàm
maximè fieri poteſt, contrahenda ſunt. Cum I.
autem ad ambigua reſpondendum eſt, tunc di- *Quãdo & quo modo reſpondendum.*
ſtinguere opus eſt, & longa uti oratione, non au-
tem conciſa. Ad ea uerò, quæ contraria uiden-
tur, ſtatim in reſponſione ſolutio adhibenda eſt, II.
prius quàm quod reliquum eſt, interroget aduer
ſarius, & concludat. neque enim difficile eſt ui-
dere, quanam in parte ſit ratio: ſed ex Topicis,
cum hoc intelligi poteſt, tum etiam, quæ ſolu-
tiones adhibendæ ſunt. Verùm qui concludit, III.
ſi ex interrogatione concludit, cauſam debet ad
iungere: ut Sophocles interrogatus à Piſandro,
num ipſe ſententia ſua, ſicut alij publici conſilij
auctores, dominatum Quadringentorum con-
firmaſſet? ita reſpondit, Quid? ait ille, nónne tea
improba tibi illa uidebatur? Ita, inquit. Ergo tu
ſpontè rem improbam confirmaſti? Certè, in-
quit, neque enim erant alia meliora. ſic etiam La
con, cum magiſtratus ſui rationem redderet, E-
phorus enim fuerat interrogatus, an eius ſocij
& collegæ iuſtè condemnati uiderentur: reſpon
dit, uideri. Quid? nónne tu eadem cenſuiſti? Cen
ſui, inquit. Ergo etiam tu iuſtè condemnari de-
bes. Minimè, ait ille: nam collegæ pecunia cor-
rupti illa cenſuerunt: ego uerò non pecunia, ſed
quia ita ſentiebam. Itaque poſt concluſionem ni IIII.
B hil interrogare oportet, neque etiam ipſam con-
cluſionem, niſi cum adeò uera & certa eſt cauſa, *An ridiculis ſit utendum.*
ut labefactari non poſsit. De ridiculis uerò, quo-
niam uſum aliquem in forenſibus cauſis habe-
re uidentur, & Gorgias dixit, res ſerias aduerſa-
riorum riſu diſcuti debere, contraque riſum re-
bus ſerijs, ſatis dictum eſt in ijs quæ de arte Poe-
tica ſunt à nobis tradita. nam ibi, quot ridiculo- *Ridiculi genera duo.*
rum ſpecies ſint, oſtendimus. Sunt autem ridi-
cula, quæ libero atque ingenuo homini conue-
niant, ſunt etiam quæ non conueniant. itaque *Diſſimulatio: ſcurrilitas.*
uidendum eſt, ut apta ſibi quiſque ſumat. Diſsi-
mulatio uerò magis ingenuum decet, quàm ſcur
rilitas. nam diſsimulator propriæ uoluptatis
gratia ridiculis utitur: ſcurra uerò, ut alterum
oblectet.

DE PERORATIONE. Caput XXII.

IAm uerò peroratio quatuor ex partibus con-
ſtat. primum ex ea, quæ efficit, ut auditor no-
bis bene uelit, aduerſarijs malè: deinde ex am
plificatione & diminutione: tum ex animorum
commotione, ut afficiatur auditor: poſtremò ex
enumeratione. Fit enim hoc naturæ quodam or
dine, ut poſtquam orator oſtenderit, ſe uera dicẽ
re, aduerſarium autem falſa, tunc laudet & uitu-
peret, & cauſam urgeat atque expoliat. Alte- *Conciliare;*
rum autem ex duobus conſiderare oportet: uel I.
ut oſtẽdat ſe bonum ipſis auditoribus fuiſſe, uel
generaliter bonum. aduerſarium uerò uel ipſis
auditorib. malũ, uel abſolutè malũ. Sed alibi ſunt
à nobis iam expoſiti loci, unde bonos aut malos
con-

Augere. conformare homines poſsimus. Poſtquam autē
II. hoc demonſtratum fuerit, tunc naturę ordine ſe
quitur, ut uel augeamus uel imminuamus: opus
eſt enim, ut res ſint conceſſæ prius, quàm de ea-
rum magnitudine diſputari poſsit. nam etiá cor
porum auctio atq; incrementum fit ex eis, quæ
iam prius aderant. Sed unde uel amplificatio uel
imminutio ducatur, iam ſuprà loci ſunt expoſiti.
Permouere. Poſtea uerò, cum iam perſpicuum eſt, quę & quā
III. ta ſint ea, quæ tractantur, permiſcere motus ani
morum opus eſt. Sunt autem hi potiſsimum, mi
ſericordia, indignatio, ira, odium, inuidia, æmula
tio, ſimultas: qui quidem unde ſumantur, antea
Enumerare. declaratum eſt: itaq; reliquú eſt enumerare, quæ
IIII. ſparſim antea dicta ſunt. Hoc autem commodè
fiet, ſi id ſeruetur, quod in proœmijs quidam de-
bere ſeruari non rectè iubent. aiunt enim eadem
ſæpius in proœmio reperi debere, ut facilius per
cipiantur. Sed ibi rem tātum exponere opus eſt,
ut ne lateat id, de quo futurum eſt iudicium: hic
uerò ſummatim ea repetere oportet, quæ demō
Enumerationis modus. ſtrata ſunt. Initium autem enumerationis illud
erit, cum dicet orator, ea ſe præſtitiſſe, quæ polli
citus fuerat. itaq; repetere oportet, quæ ſunt ex-
poſita, & quare. Quin ex aduerſariorum conten
tione dicuntur ea, quæ in peroratione repetun-
tur. conferre autem oportet, uel quæ de eadem
re ambo dixerunt, uel quæ non ex aduerſo: ut, I-
ſte quidem de hac re ſic dixit, ego uerò hæc, atq;
hac de cauſa. uel per ironiam: ut, Iſte quidem hęc
commemorauit, ego uerò hæc. &, Quidnam fe-
ciſſet, ſi hæc probaſſet, non autem illa? uel per in-
terrogationem: ut, Quid à me non exquiſitè pro
batum eſt? uel, Iſte quid confirmauit? uel igitur
hoc modo per collationem, uel ordine naturæ
non immutato, ſicuti res antea dictæ ſunt, hoc
modo, ut ſi prius ea reperas, quæ ipſe probaſti:
deinde ſi uolueris etiam ſeorſum, quæ dixit ad-
Dicendi genus perorationis. uerſarius. In peroratione conuenit illud dicendi
genus, quod diſſolutum uocatur, ut pere
oratio, non autem oratio ſit: Dixi,
audiuiſtis, rem tenetis,
iudicate.

ARTIS DICENDI FINIS.

FRANCISCI PHILELPHI PRÆFATIO IN ARISTOTELIS RHETORIcam ad Alexandrum regem.

CVM ſuperiore anno Bononiæ docerē, clariſsime pater, quod ea in urbe nemini maioribus aut honoribus aut præmijs unquam contingit, cœpere nonnulli & nobiles & magni uiri dare operam Græcis literis, quippe qui iam animaduertiſſent, ſi ſecus facerent, ne non pro dignitate ad latinum eloquium eniterentur. Quare cum Ariſtotelis præcepta illa his Græcè legerem, quæ de ciuilibus cauſis ad Alexandrum regem cùm pro autoris more doctiſsimè, tum, ut ſemper, diſertiſsi
A *mè ſcripta ſunt, ſummis à nobis precibus contenderunt id efficerem, ut ea latinè loquerentur. Cenſebant enim prudētes uiri, quòd longè plus & utilitatis & ornamenti ex his latinis à me factis, quoniam & illi latinè loqui quàm Græcè mallent, quàm ſi Græca eſſent, aſſequerentur. Non enim eò Græcas literas tantopere omnes diſcere ſtudemus, quò his apud Athenienſes Byzantiosúe utamur, ſed ut illarum ſubſidio atq; ductu, latinam literaturam atq; eloquentiam melius teneamus, & lautius. Præterea neſcio quo pacto qui minus & diu & multū Græcos codices pertractarint, & ſeſe illis totos dediderint, nuſquam incredibilem illum ac propè diuinum Lactei græcorum eloquij lepôrem atq; dulcedinem, neque apud oratores, neque apud poëtas, neque apud philoſophos percipiunt: quo fit, ut noſtri ferè omnes qui aures delinire concupierint, malint initiò Græca latinè, quàm eadem græcè lectitare: ignorantes hi quidem & utilium admodum fore uolentibus græca diſcere, ut græcæ uoces græciq; concētus illorum auribus die noctuq; obſtrepant: & quemadmodum grauitate Latinos græcis, ita nobis ſuauitate illos & quadam quaſi dictionis ambroſia ac nectare mirum in modum antecellere. Id igitur ita familiaribus à me illis efflagitantibus, obſtinatiſſimè refragari cœpi, tum quia uidebam rem à nobis peti cùm ſua natura difficilem (eſt enim in arte uerbum ſæpius è uerbo exprimendum: quod ne abſurdè fiat, laboris nonnunquā maximi, interdum autem propter ſermonis uel diſsimilitudinem uel anguſtias, noti eſt) tum quia non eo me pollere ingenio uſuúe intelligerem, qui maieſtatem Ariſtotelicæ di-*
B *ctionis latinæ interpretationis filo exprimerem. Proinde nolebam aut ineptus apud aliquos aut temerarius iudicari. Sic igitur pro uirili parte refragantibus nobis, clarus uir, mihiq; amiciſsimus, & tui nominis eximius prædicator Albertus, is qui per id temporis Bononiæ quæſtorem pro ſummo pontifice gerebat, idem cœpit, quod illi antea conſueſſem, ſtudioſiſsimè à nobis contendere. Qui tametſi pro ſuo iure omnia apud me poteſt, eo tamen facilius perſuaſit, quòd unam hāc rem fore diceret, qua præcipuè gratificari manſuetudini tuæ quirē. Aiebat enim te unum eſſe, qui pro regia iſta & innata tibi animi magnificentia generoſitateq;, & inaudito quodā ſplendore, magnitudineq; ingenij, cū reliquas omnes illuſtres diſciplinas, inſignesq; uirtutes maximi penderes, tum haſce elegantiores artes in primis. Id mihi uir ille & amicus & grauis perſuaſit haud difficulter, utpote quem uera loqui non minus uoſſe quàm uelle, iampridem animaduertiſſem. Quod quidem cùm alijs multis rebus de illo expertus ſum, tum in ijs laudibus quas de tua felici & auguſta illa Bononienſi legatione dies noctesq; prædicabat. eas enim ita ponebat ante oculos, ut nihil poſtea Bononienſiū reipub. acciderit, quod non multo antè impendêre uel lapides ipſi præuiderint. Et profectò ſi tua ſequi ueſtigia, quibus ea res erat in manu, noluiſſent, neq; ipſi excidiſſent, neq; tanta tamq; præclara urbs in tātas calamitates ærumnasq; decidiſſet. Sed de his aliàs. Cum hāc igitur traductionem non ingratam tibi futuram intelligerē, ut amiciſsimo homini morem gererē, id eſt, ut me ipſum tuo nomini cum Alberto meo dedicarem,*

dicarẽ, oblitus ſum noſtri: omnia uincit amor, rem difficilimam, & meis imparem uiribus ſum aggreſſus. Audentes fortuna iuuat. Potuit Homericus ille Aiax Hectora, quem neque Vlyſſes, neque Neſtor in prælium prouocantẽ excepiſſet, ſola audacia & aggredi, & ſingulari certamine ſuperare. potuit & Troas idem ab incenſis iam nauibus, ſuſis Achiuis omnibus, arcere. Potuerimus fortaßis etiã nos, etſi minus orationis Ariſtotelicæ uitorem, at ipſa certè ſenſa latinis uerbis explicare. Verùm ne id unum omiſerim, nos à Fabio Quintiliano nonnullis in dictionibus interpretatione diſcrepaſſe, idq́; non inconſultò factitatum: ut quod ille δημηγορικὸν, uerbum è uerbo exprimens, concionale genus, & προκατάληψιν præſumptionem dixerit, nos uſitatiore uocabulo deliberatiuum, & præoccupationem nõ abſurdè (ut arbitror) exprimere maluimus. Sic & alia pleraque inueniri contigerit. nam quamuis perdoctus ille quidem & acutus uir fuit, ueluti certè eſt, noluit tamen in nonnullis uerbis & rebus magis ſe ſui quàm Ciceronis ſimilem dici. Nos autẽ & M. Tullij, & Horatij Flacci, & Euſebij, Hieronymi, qui latiniſsimi ſimul & eloquẽtiſsimi extiterunt, teſtimonio & autoritate freti, in id maximè ſtudemus, ut quæ à Græcis transferimus, nihil aliud, quoad eius rei fieri poßit, quàm latinitatem ſapiant. Proinde & hoc præſentis operis ad numerum charactera ac figuram pro uirili parte traduximus. Suſpicies igitur præſens hoc quicquid eſt munuſculi manifice pater: quod, ſiquidem autorem ipſum tecum reputes Ariſtotelem, non te minus è regia proſapia genito magnanimo principe, quàm Alexandro Macedonum rege dignum exiſtimes. Si uerò noſtram in te obſeruantiam, ſi noſtram in Albertum & in preclaram omnem Albertorum familiam dilectionem amoremq́; cõſideres, & eximium certè id, in primisq́; deuotum. Cæterùm ſi hiſce te rebus delectari intellexero, efficies ut propediem huic quaſi præludio maiora fortaſſe quædam ualentioraq́; certamina ſubnectam. Interea uerò hunc Ariſtotelem lectitabis intueberisq́; magna ex parte quæ à maioribus noſtris de bene dicendi ſcientia & tradita nobis & relicta ſunt, ab Ariſtotelico fonte præcepta illa quæque emanauiſſe. Qua quidem ex re eo magis eorum impudentia miranda eſt, qui cum ſe Ariſtotelicos dici uolunt, & loquendo & ſcribendo abſurdiſsimi ſimul, & infantiſsimi planè reperiuntur.

IN RHETORICAM AD Alexandrum, Argumentum.

Hic liber, qui Ariſtotelis ad Alexandrum de ciuilibus cauſsis inſcribitur, tanquam artis dicendi quãdam partitionẽ & ſummam continet, ingenioſam ſanè, atque utilem: ſed longè illis tribus libris, qui ad Theodectem inſcribuntur, inferiore. Verùm illud erit operæprecium inueſtigare, primùm ſit ne Ariſtoteles uerus huius libri autor: deinde, ſi is non eſt, ecquis nominari poſſe uideatur,

A Ariſtotelis autem non eſſe, præterquam quòd diuerſo genere docendi atque dicendi, ac opinionum diuerſitate ſatis intelligitur, indicijs etiam nonnullis, autoritatibusq́ue cognoſci poteſt. Nam ſecundo libro priorum Analyticorum, Ariſtoteles ipſe cum genera ſignorum traderet, inquit: Aiunt enim indicium eſſe id, quod rei ſcientiam gignit. quibus uerbis non ſuam, ſed aliorum ſententiam eum referre, nemo non uidet: Rhetoricæ uerò ad Alexandrum autor, hanc ipſam de ſignis ſententiam ſiue ut ſuam, ſiue ab alijs acceptam, tanquam ueriſsimam tradit. Vbi enim & ipſe ſignorum naturam tradit, ſic ait: Signa uerò efficiunt, alia quidem opinionem, alia uerò ſcientiam. Id autem optimum eſt, quod ſcientiam efficit. Hoc autem Ariſtoteles nõ faceret, ut opinionem, quam uno loco non probarit, alio tanquam firmam & ueram ſibi aſciſceret, & uendicaret. Quid, quòd hanc notam certam propriamq́;, qui ad Alexandrum ſcribit, τεκμήριον non appellat, nec uocabulis certas ab incertis notas diſtinguit. τεκμήριον enim pro coniectura apud eum uſurpatur. τεκμήρια namque ea eſſe definit, quæcunque aliter geſta fuerint, atque illud de quo tunc agitur, factum dicatur: aut cum ipſamet oratio ſibi ipſi aliqua in re contraria fuerit, quod qui audiunt illis rebus contrarijs inter ſe moti, coniecturam faciunt, nihil ueri in illis uerbis aut factis eſſe. Ad hæc, Laërtius Ariſtotelem ad Alexandrum de Rhetorica ullum opus ſcripſiſſe, dum eius uitam ſcribit, nuſquam tradit. Mitto ſcribendi uiam atque rationem Ariſtoteli familiarem,
B mitto acumen, atque alia id genus, ex quibus non inſulſi homines eum non eſſe huius libri autorem facilè uident. Cuius autem id opus fuerit, etiamſi difficile ſit, danda tamen eſt opera, ut aliquid afferamus, unde lector certius aliquid poßit de autore ſuſpicari. Quintilianus quidem in tertio libro cum diuiſionem artis dicẽdi traderet, quam Anaximenes magni nominis Rhetor fecerat, hanc ipſam affert, quam autor huius Rhetorices probat. Anaximenes, inquit, iudicialem & concionalem, generales partes eſſe uoluit: ſeptem autem ſpecies, hortandi, dehortandi, laudandi, uituperandi, accuſandi, defendendi, exquirendi, quòd etiam ἐξεταστικὸν uocat: quarum duæ primæ deliberatiui, duæ ſequentes demonſtratiui, tres ultimæ iudicialis generis ſunt partes. Hæc ipſa ad uerbùm initio huius Rhetorices leguntur. Anaximenem uerò, magnum oratorem cognitum Alexandro Macedoni fuiſſe, uel ex eò liquet, quòd ſalutem ab eo Lampſacenis ciuibus ſuis, quibus rex ille ualde iratus erat, callidè extorſiſſe, Pauſanias tradit. Aequalem uerò fuiſſe Ariſtotelis, atque eiuſdem temporibus floriſſe Siculus Diodorus decimoquinto libro Bibliothecæ, teſtatur. Claros enim doctrina uiros enumerans, qui unà uixiſſent, Iſocratem & auditores ipſius, Ariſtotelem, Anaximenem Lampſaceum, Xenophontem, Ariſtippum, atque Antiſthenem, nec non Aeſchinem Socraticum, nominauit: qui tamen, ſi diligenter attendantur, non omnino pares inter ſe ætate fuerũt. Libros quoq; ſuos quoſdã ad Alexandrũ miſiſſe, indicio Harpocrationis cognoſcitur, qui in Lexico, quo uocabula à decẽ oratorib.

Attia

Atticis uſurpata, explicauit, inde non ſemel teſtimonia citat. Scripſerat etiam res geſtas Philippi patris Alexandri, unde eoſdem libros Philippicos uocaſſe uidetur, ut idem oſtendit. Idem proditum eſt memoriæ à Laërtio, cum uitã Anaximenis Mileſij ueteris phyſici exponeret. Alterã præterea hiſtoriam confecerat Anaximenes hic, quam ἑλληνικὰ *inſcripſerat. Eam cum ab ortu deorum & primo genere hominum auſpicatus eſſet, produxerat uſque ad prælium, quod apud Mantineam factum eſt, in quo Epaminondas fortiſsimus imperator occubuit. Cunctas deniq; res geſtas & Græcorum & Barbarorum ille duodecim libris complexus erat, ut Diodorus in eodem libro narrat. Summo autem ſtudio ſolitum eum in ſcribendo ſectari omnes concinnitates, ut non minus belle quàm Ephorus, & Theopompus, & ipſi hiſtoriæ ſcribendæ dediti: atque ab optimo magiſtro inſtituti, in orbem redigeret orationem, affirmat Plutarchus in eo commentario, quo de repub. gubernanda multa utilia præcepta collegit: quod etiam genus dicendi ornatum ac floridum in curiam forumq; comportauit. Neq; enim domi tantum res geſtas ſcripſit, dicendiq; præcepta literis mandauit, ſed in aciem proceſsit: iudiciaq; ac deliberationes attigit, omniq; demum ſcribendi genere ſummus quidam ac perfectus eſſe uoluit: quamuis nõ plenè quod cupiuit, præſtare atq; efficere potuerit, ut memoriæ prodidit Halicarnaſſeus Dionyſius in Iſſei oratoris uita, cum rationem redderet, cur multorum qui clari eloquentia fuerant, nec paruam laudem in ſcribendo habuerant, uitas formasq; dicendi non explicaret. Hunc enim quoq; inter eos nominat. quo etiam magis hic liber, qui multam habet ſermonis elegantiam, cõuenire illi uidetur. Hæc ſunt quæ apud me non parum habent momenti, ut & non eſſe hunc librum Ariſtotelis putarem, & Anaximenis Lampſaceni eſſe exiſtimarem. Verùm quicunq; huius ſit autor, utilia continet cauſſarum tractandarum præcepta, & uetuſtatem redolẽtia: atq; ob id dignus eſt qui à ſtudioſis eloquentiæ cognoſcatur.*

ARISTOLELES ALEXANdro regi S. D.

Hoc proœmio Regem ad copioſe loquentem ſapientiam hortatur.

SVM ruis literis factus certior, nonnullos ſæpè ad nos miſiſſe, qui ut ciuilium cauſarum præcepta ad te perſcriberem, à me peterent. Ego uerò haud negligẽtia quidem ulla in hoc uſq; tempus rem diſtuli, ſed ut quærerem ita diligenter de his ad te ſcribere, ut alius certè nemo qui hiſce in rebus elaboraſſet, diligentius unquã ſcripſerit. Hæc igitur rectè mihi fuerat ſententẽria. Nam quemadmodum ueſtium decore atque magnificentia cæteris hominibus præſtare maximè ſtudes, ita etiam dicendi inuentionem, ac uim eam ut accipias nitendum eſt, quæ pulcherrima ſit, apprimeq; præclariſsima. Longè enim pulchrius eſt, ac regale magis, animo eſſe bene conſtituto, quàm habitum corporis ueſtibus ornatũ pulchris intueri. Abſurdum enim eſt, eum qui rerum geſtarum gloria cæteris antecellat, uidere humillimis quibuſdam in dicendo cedere, A præſertim cum non ſis neſcius, eos qui in populari principatu uerſentur, res omnes ad populũ: qui uerò ſub unius imperij ductu conſtituti ſint, ad rationem orationemq; referre. Quemadmodum liberas ciuitates communis lex, quæ ad honeſtiſsimum aliquem finem ducat, dirigere conſueuerit: eodem etiam modo & oratio tua queat eos quos imperio tenes, ad id agere quod cõducibile ſit, & utile. etenim lex (ut ita dixerim) oratio quædam eſt, quæ communi ciuitati conſenſu definita iubet, quo pacto unumquodque agendum ſit. Accedit ad rem quod neq; tibi obſcurũ exiſtimo, ſolere nos laudibus eos perinde atque honeſtos & fortes proſequi, qui & ratione utuntur, & omnia ea duce agere pergũt: qui uerò abſque ratione & oratione quicquam faciunt, tanquam atroces immaneſq; odimus. Qua quidem re factum eſt, ut & malos eorum uitium oſtendẽtes malè affecerimus: & bonos, eorum uirtutem declarantes, quaſi beatos, admirandos, imitandoſq; uoluerimus. Sicq; & quomodo futuras calamitates euitaremus, boniſq; inſtantibus fruemur, adinuenimus. Proinde & imminentes difficultates effugimus, & abſentes utilitates comparauimus. Nam ueluti uita quæ nulli mœrori ſubiacet, eligenda, ita prudens eſt oratio deligenda. neque id te prætereat oportebit, quòd hominum plurimis, alijs quidẽ lex ipſa, alijs uerò tua tum uita, tum oratio exemplo datur. Vt cunctis igitur, tum Græcis, tum Barbaris antecellas, omni tibi ſtudio annitẽdum eſt: quo his qui uerſantur in his exemplis, ita horum imitationem per uirtutis elementa pulchrè effingant, ut haud ſi B bi deteriora conſulant, ſed eius ſe participes & fieri cupiant & exoptent. Rerum eſt præterea humanarum auguſtiſsimum, cõſultatione uti. quare nec in ſuperuacaneis uulgaribus rebus ſtudium tibi terendum eſt, ſed pro uirili potius parte elaborandum, ut ipſam bellè conſultandi artem perdiſcas & teneas. Quis enim ſanæ mentis dubitarit, ſiquis inconſultò quid egerit, amẽtię quidem: ſin autem ratione duce, ſapientiæ ſignum eſſe? Intueri etiam licet eos omnes qui optima inter Græcos repub. utuntur, oratione prius quàm rebus conuenire. itemq; apud eos qui inter Barbaros dignitate præſtant, orationem rebus anteire. quippe qui probè norint, eam quę ratione orationeq; perſpectio utilitatis cognitioq; fit, eſſe quãdam ſalutis arcem: & eiuſmodi certè arcem, quæ non manu facta, uerùm & inexpugnabilis quidem ſit, in primiſq; ſecura opinanda. Sed uereor hac de re plurib. ad te ſcribere, ne fortaſsis oſtentare meipſum uidear, hiſce præſertim in rebus quæ probatione non indigent, ſed planè patent & in promptu ſunt omnibus. Quamobrem hæc omnia miſſa faciens, illa dixerim ſolùm, de quibus in omnem uitam dicendum eſt: hoc unũ eſſe quo cæteris animalibus præſtamus, præclarum quoddam ab immortali Deo adepti uideamur. Nam ſiquidem & cupiditate & ira & alijs huiuſcemodi affectionibus utuntur, etiam reliqua quæq; animalia, oratione autem homo duntaxat: abſurdum profectò maximè omnium cedat, ſi qua una re beſtijs antecellimus, eam bene uiuendi ducem præ negligentia reliquerimus.

Oratione diſtamus à cæteris animantibus.

Proinde

Proinde te iam pridem ſua ſponte incitatom etiam atq; etiam hortor, ut diceodi philoſopbiam omni ſtudio complectate. nam ueluti corpus bona ualetudine, ita & animus diſciplina eruditioneq; ſeruatur. huius enim ductu haudquaquam tibi in rebus gerendis aberrare contigerit, quin potius omnia (nt ita dicam) quæ tibi iam parta ſunt bona, planè tuebere Quòd ſi præterea oculis uidere, iucundum eſt: animi luminibus cernere, peuitusq; perſpicete, admirabile certè plurimum. Rurſus autem quemadmodum imperator ſoi eſt ſeruatot exetcirus, ita etiam eloquêtia, quæ ſapienriæ côiuncta ſit, humanæ eſt uitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atq; bis ſimilia operæ precium puto, ut miſſa hoc tempore faciamus. Monuiſti autê tuis literis, ne quis omoino mortalium hunc librum accipiat, quippe qoi non ſia neſcius, ſicuti pareotes quos ex ſe genuerint, magis quàm ij quibus ſuppoſiti ſuot, partus amare ſolent: eodemq; modo ij qui præclarum aliquid ex ſe inuenerint, maiore ad id ſtudio afficiuotur, quàm quibus eo uti contigerit. Non ſecus enim pro inuentis atque pro liberis emori periclitentur: enlmuero ij quos Patios oocant ſophiſtæ, quooiam nihil ipſi pro ioerti quadam negligentia patiunt, ne diligunt quidem, ſed acceptis pecunijs ab ſe dimittunt. Hanc igirur ob rem te uehemêter moneo & exhortot, ita hæc dicendi prçcepta ſerues, atq; tueare, ut cum & ipſa adoleſcunt, nullius opibus uiolentur, ſed boneſtè tecũ decoreq; unà uiuant, & com in adultam ætatem euaſerint, immortalem gloriam nanciſcârur. Adſumpſimus autem (ſicuti nobis Nicanor expoſuit) ſiquid hiſce de tebus apud cætetos attis ſcriptores expolitũ elimatumq; inuenimus. Impendes autem operam etiã hiſce duobus libris, qoorum alter meus eſt, eas continens artes, qoas ad Theodecten ſcripſetam: alter autem eſt Coracis. Reliqua uerò omnia quæ ſiue ad ciuilia præcepta, ſiue ad iudicialia pertinent, ſepatatim hoc in libro ſcripta ſunt: quapropter ex hiſce ad te commentatijs ad ea conſeqnenda abundè tibi adiumenta ſuppetent. Vale.

Eloquentia cũ ſapientia coniuncta, humanæ uitæ gubernatrix.

CIVILIVM CAVSSARVM DIVIſio, *& de genere deliberatiuo.*

TRIA ſunt genera ciuilium cauſarum, deliberatiuum, demonſtratiuum, iudiciale. horum autem ſpecies ſunt ſeptem, ſuaſio, diſſuaſio, laus, uituperatio, accuſatio, defenſio, & quçſtio aut ipſa ſecũdum ſeſe, aut ad aliud. Species igitur in quibus omnis uerſatur oratio, hæ ſunt numero. his autem urimur & in conſultatione ciuili, & apod iudices, & circa alicuius cettç perſonæ dictionem: de quibus quidem omnibus ita poterimus aptè dicere, ſi ſigillatim uniuſcuiuſque ſpeciei uim & uſum & exercitationem numero compçehenderimus. Et primùm quidê de ſuaſiooib. eſt, diſſuaſionibusq; dicendum. Ipſarum enim uſus io demonſtratiuo deliberatiuoq; genere locum in primis habet. ut igitur ſummatim dixerim, ſuaſio eſt, ad aliquid eligendum aut dicendum agendumúe exbortatio. Diſſuaſio uerò, ne quid eligatur, aut dicatur, agaturúe, dehortario. His aotem ita definitis, ſuaſor oſtendat oportet hæc ad quç exhortatur, & iuſta, & legitima, & utilia, & honeſta, & iucunda, & facilia factu eſſe: quod ſi minus id poterit, demonſtrandũ erit cum ad laborioſa & grauia quædã exhortetur, hæc factu & poſsibilia eſſe, & quàm neceſſaria. diſſuaſor aût ex contrarijs dehortetur oportet, ut neq; iuſtũ, neq; legitimum, neq; utile, neq; honeſtũ, neq; iucundũ, neq; factu poſsibile hoc ſit, uel ſaltê & laborioſiſsimũ id eſſe, & minimè neceſſariũ. Omnes autem actiones harũ utriuſq; ſunt cauſarũ participes: quare dubitandũ nõ eſt, quio oratio harum alteram contineat. Quæ igitur ſuadentea diſſuadenteſq; deſiderare conueniat, hæc ſunt. Definire aût iam aggrediar unumquodq; horum quid ſit, demonſtrabiturq; unde ea nobis in dicendo ſuppeditemus. Iuſtum igitur eſt, hominum plurimorũ non ſcripta conſuetudo, honeſta turpiaq; determinãs. id uerò eſt, honorare parêtes, amicis benefacere, & beneficijs gratiam referre. hæc enim & his ſimilia non iubent ſcriptç leges hominibus faciunda, ſed conſuetudine non ſcripta, & communi quadam lege legitimum ſit. iuſta igitur hæc ſunt. Lex aût eſt, communis ciuitatia conſenſus, qui ſcriptis præceperit quomodo unumquodq; agendum ſit. Vtile uerò eſt, prçſentium bonorum conſeruatio, aut abſentium comparatio, aut malorũ inſtantium propulſatio, auc fururotum incommodorum inhibitio. Hoc aût diuidas oportet, priuatis quidem hominibus in corpus, & animũ, & res extrarias. corpori enim eſt utile robur, formæ dignitas, bona ualetudo: aoimo uerò fortitudo, ſapientia, iuſtitia. Extraria uerò ſunt amici, pecuniç, poſſeſsiones. His autem contraria inutilia ſont. Ciuitati aût utilia talia quædam ſunt: concordia, uires ad bellũ, pecuniæ & prouentuũ copiç, ſociorũ uirtus atq; multitudo, ac ſummatim reliqua his ſimilia utilia eſſe ducimus: quç uerò his contraria ſunt, inutilia. Honeſta uerò ſunt, ex quibos ſplêdor aliquis atque illuſtris honos in eo qui aliquid geſſerint, emanaturus ſit. Iuconda aût, quæ afficiõt gaudio. Facilia uerò ſunt, quç breui tempore & minimo labore impêſaq; abſoluuntur. Poſsibilia autem, quæcunq; fieri natura poſſunt. Neceſſaria uerò, quæ ut fiaot, arbitrij noſtri non eſt, ſed tanquam ex diuina quadã aut humana neceſsitate omnino fiunt. Iuſta igitur & legitima, & utilia, & honeſta, & iucunda, facilia & poſsibilia, & neceſſaria hæc ſunt. De his autem dicere abundè poterimus, & ex antedictis, & his ſimilibus, & ipſis cõtrarijs, & ab ijs quæ iudicata ſunt, aut à dijs immortalibus, aut à claris hominibus, aut à iudicibus, aut ab aduerſarijs noſtris. Cuiuſmodi igitur iuſtum eſſet, declarauimus: ſimile autê iuſto eſt huiuſmodi. nam quemadmodũ iuſtũ exiſtimamus obtemperare parentibus, itidem conuenit filios parentum res geſtas imitari. & ueluti beneficis benefacere iuſtum eſt, ita & ij à quibus mali nihil ſuſcepimus, iuſto ſimile eſt nõ nocere. Hoc igitur modo ſimile iuſto capiendum eſt. Ex contrarijs autem opus eſt exemplum ipſum perſpicuum faciamus. Nam ueluti iuſtum eſt in eos animaduertere, qui aliquid perperã patrauerint:

Suaſio. *Diſſuaſio.* *Loci.* *Iuſtum.* *Lex.* *Vtilia.* *Honeſta.* *Facilis.* *Neceſſaria.* *Similia & contraria, eorũq; tractatio.*

ita ijs qui nos beneficio ſouerint, referre gratiam A decet. Id autem iuſtum quod ab aliquibus claris uiris iudicatum fuerit, ſic erit accipiendum: Verùm neque nos ſoli odio hoſtes inſequimur, maloque afficimus, ſed & Athenienſes, & Lacedæmonij iuſtum eſſe iudicant inimicos multare. Iuſtum igitur hoc modo crebra exercitatione accipies. Legitimum uerò quale etiam ipſum ſit, antè à nobis definitum eſt. Oportet autem ubi uſui ſit, ut is qui ſententiam dicit, legem etiam adſumat: deinde ſimile legi ſcriptæ, eſſet uerò huiuſmodi. Nam ſicut legumlator maximis animaduerſionibus fures plectendos uoluit, ita & ſeductores maximopere ſunt multandi. Etenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentē: & ueluti legumlator hæredes eos ſtatuit, qui genere proximi ijs eſſent, qui ſine filijs interiſſent: eodem modo & huius pecuniarum rerum que liberti me nunc dominum fieri decet. nam cum ij qui ipſum liberarint, hac luce orbatis, proximus ipſe ſum cognatione, iuſtus certè ſum qui illius res omnes dominio teneam. Legitimo ergo ſimile adſumitur hoc modo. Contrarium uerò ſic: Siquidem lex prohibet publica priuatim diſtribuere, perſpicuum eſt, eos qui illa diſtribuunt, iniuria omnes afficere à legumlatore iudicatos. nam ſi eos leges ornari iubent qui honeſtè rebus communibus iuſteque præfuiſſent, nequaquam obſcurum eſt, quin & publicarum rerum diſsipatores mulcta dignos exiſtiment. Ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit, ex iudicatis autem hoc modo. Neque ipſe ſolum præſentem legem harum cauſa rerum à legumlatore poſitam dico, ſed etiam antea ipſi iudices B authore Lyſitida æquè atque nunc à me dicitur, ſententiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes, multipliciter demonſtrabimus. Vtile autem quale ſit, antea definiuimus. Aſſumendum eſt autem in dicendo etiam ſi quid ex utili inciderit: eodemque modo tractandum quemadmodum in iuſto legitimoque tradidimus: & ſic crebris in locis oſtendendum. Eſſet autem utile ſimile huiuſmodi. Sicuti nanque in bello conducit eos qui plurima ualent animi magnitudine, primos in acie ordinare: eodem modo in rebuspublicis permagnæ utilitati eſt, prudentiſsimos multitudini, iuſtiſsimosque præeſſe. & quemadmodum hominibus in bona ualetudine cauere ne in aduerſam incidant utile eſt: ita etiam pacatis urbibus, concordiaque utentibus conducibile eſt, ſeſe ab omni ſeditione cuſtodiant. Similia ergo utili hoc modo crebrò tractanda ſunt. Ex contrarijs autem utile ſic perſpicuum fit. Nam ſi conducit eos ciues qui æqui & boni ſunt, honoribus proſequi, ita punire improbos, utilitatis plurimum adfert: & ſi quidem inutile eſt nos ſolos aduerſus Thebanos bellum gerere, utile erit ut Lacedæmonios ſocios nobis adſciſcamus, itaque aduerſum illos belligeremus. Ex contrarijs igitur ſic utile clarum efficies. Vtile uerò à claris uiris iudicatum hoc pacto adſumes: Nam & Lacedæmonij ubi Athenienſes bello ſuperaſſent, uſui ſibi fore exiſtimarunt ne eorum urbem in prædam uerterent: & Athenienſes rurſus cum A poſſent Spartam funditus euertere, conducere ſibi arbitrati ſunt, ſi Lacedæmonij ſupereſſent. Et Iuſtum quidem & legitimum & utile ſic tibi tractandum eſt. Honeſtum uerò & facile & iucundum & poſsibile & neceſſarium quomodo & hæc ſuperiora te tractare conueniet, & de his quidem & hiſce dicere commodè poterimus.

QVAE SINT CONſultanda.

RVrſus autem definiemus, quantum & quale, & quid tum in curia, tum in concione conſultabimus. nam ſi horum ſingula planè tenuerimus, res ipſæ pro unaquaque nobis conſultatione uerba ſuppeditabunt. Communes autem ſpecies quas diu antè nouerimus, facilè in unamquamque cauſam inducere poterimus: quapropter eæ ſunt nobis diuidenda, de quibus uulgò conſultant omnes. Vt ſummatim ergo dixerimus, eæ de quibus orationem habemus, propoſitiones ſeptem ſunt numero. *Septem conſultationis propoſitiones.* neceſſe enim eſt nos & conſultare, & orare tum in ſenatu, tum apud populum, aut de ſacrificijs, aut de legibus, aut de apparatu ciuili, aut de ſocietatibus ac fœderibus aduerſus alias urbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarum prouentibus. hę igitur propoſitiones ſunt, de quibus omnis eſt nobis & conſultatio, & oratio. Harum autem unamquamque diuidamus, conſideremusque quibus modis oratione in his utendum fuerit. De ſacrificijs autem abundè dicere neceſſe eſt. *Sacrificia.* Aut enim dicimus præ B ſenti in ſtatu ea ſeruanda eſſe, aut ut magnificentius, aut ut in his humilius quodammodo agendum ſit. Cum igitur dixerimus in præſenti ſtatu ea ſeruanda eſſe, cauſas inueniemus, ex iuſto quidem dicentes, iniuſtum apud omnes eſſe, præter conſuetudines patrias quicquam agere, quodque omnia uaticinia hominibus iubent patrio more ſacrificia eſſe facienda, & quòd eorum qui urbes primò condiderunt, & templa dijs immortalibus erexere, diuini cultus maximè ſunt diuque obſeruandi. Ex utili autem dicemus, quòd ad rei pecuniariæ impenſam aut priuatim aut publicè conducet, ubi pro patrio more ſacrificijs ſit indultum, & quòd ad ciuium audentiam ea res confert non mediocriter: quippe quòd grauioris armaturæ peditibus equitibusque ac uelitibus ludos celebrantibus, ciues ea ambitione delectari audentiores fient. Ab honeſto autem dicemus, ſi hoc modo celebritates pulchras ſpectari contigerit. A iucunditate uerò, ſi & uarietas quædam circa deorum ſacrificium ad ſpectandum acceſſerit. A poſsibili autem ſi in eiuſcemodi ludis nihil fiat neq; parum, neque minus. Cum igitur in rebus diu conſtitutis conſultatio uobis habetur, cum hæc tractamus, operæpretium eſt de antedictis, aut de horum ſimilibus conſideremus, & ea pro rei natura edocemus. Cum uerò conſultemus ut ad ſplendidiorem quendam apparatum ſacrificia traducantur, eæ ſunt cauſæ nobis adferendæ, quibus meritò conſuetudines patrias mouere uideamur, dictitantes, adde-

dere

dere præſentibus quicquam, id haud eſſe ſoluere, ſed augere potius res antea conſtitutas ac firmatas: deinde & quod conſentaneum ſit, deos immortales beneuolentiores in eos eſſe, à quibus magis uenerentur. Item quòd neque maiores ipſi eundem ſemper modum in ſacrificijs obſeruabant, ſed pro tempore, proq́ue ſecundis rebus & priuatim & publicè deorum cultum legibus ſanciebant: poſtea uerò quod ueluti in cæteris rebus omnibus conſueuimus, ita & reſpublicas atque priuatas domos adminiſtramus. Dicas enim, opus eſt, ſi qua ex his ita conſtitutis utilitas ciuitati, aut ſplendor aut uoluptas futura eſt. quæ quidem omnia ita tractabis, ueluti in ſuperioribus dictum eſt. Cum ad humilius exhortamur, primùm quidem temporibus eſt accommodanda oratio, dicendumq́ue quibus in rebus deterius nunc habeant quàm antea habuiſſent: deinde uerò quòd ne cõſentaneum quidem ſit, Deos ſacrificantium ſumptibus, ſed pietate potius gaudere. itẽ quòd eos qui ſupra uires quicquam faciunt, & dij & homines quàm ſtultiſsimos iudicant. demum uerò quod nec in hominum arbitrijs publici ſumptus modò, uerùm & in ſecundis aduerſisq́ue rebus exiſtunt. Has igitur cauſas & harum ſimiles in ſacrificiorum propoſitionibus habebimus. Vt autem & quæ ad optimum ſacrificium pertinent ſciamus, & exponere & ſancire hoc etiam deſiuiam. Eſt enim id unum omnium quidem optimum ſacrificium, quod aduerſus Deos piè ac diuinè, ad ſumptus uerò moderatè, ad bellum autem utiliter, ad ſpectacula uerò ſplendidè habuerit. Aduerſus autem deos habebit piè, ſi patriæ conſuetudines inſtitutaq́ue non ſoluantur: moderatè uerò ad ſumptus, ſi non quæcunque ad pompam miſſa fuerint, conſumantur. Ad bellum autem utiliter, ſi equites & milites unà compoſitè ludos agant: ad ſpectacula uerò ſplendidè, ſi & auro, & ijs huiuſmodi rebus, quæ haud ;conſumuntur, magnificè quis utitur. Quę igitur aduerſus deos ſeruanda ſunt, perpulchrè ex his conſtituemus. Ex ijs uerò quæ antea diximus, planè ſcire poterimus, quibus modis oratio de unoquoque ſacrificandi genere haberi poſsit. *Leges.* De legibus autem, deq; conſtitutione ciuili rurſus eodem modo tractemus. Etenim leges ſunt, ut ſummatim dixerim, ciuitatis publici conſenſus, qui ſcripti terminant atq; imperant, quid unumquodque agendum ſit. Eæ uerò leges colendæ ſunt, quibus magiſtratus pauci quidem ac multi ex ſortitione, id quod ſeditione uacat, maximè autem ex totius multitudinis ſuffragijs in popularis principatibus deſignentur. ita enim & ipſe populus, quoniam in ipſo ſit eos donare honoribus, quos uoluerit, haudquaquam accipientibus inuidebit, & clariores magis magisq́ue probitati ſtudebunt, utpote qui intelligant uſui ſibi futurum, apud ciues ſe probari. *Apparatus ciuilis.* Quæ igitur circa comitia in populari dominatu ſanciri oporteat, hæc ſunt. Quæ uerò ad reliquam adminiſtrationem pertinent, ſigillarim exponere operoſum admodum fuerit. Verùm ut breuiter dixerim, id obſeruari oportet, ut multitudini leges impedimento ſint, ne locupletum rei inſidientur, diui-

A tes autem indicant, ut ultrò ad publica miniſteria munificentiſsimi ſint. Hoc autem aſſequi poterunt, ſi locupletes pro ea quam in publicum munificentiam exhibent, ſtatutis quibuſdam honoribus ab ipſis legibus donentur, ſicq́ue & agricolas pauperibus, & nauium gubernatores uectoribus anteponant. ſic enim & locupletes non inuiti reipublicæ inſeruient, & plebes non calumniæ, ſed miniſterijs ſtudebunt. Opus eſt præterea in conditis legibus ſeueritatem ineſſe, qua neque agrum ad egeſtatem redigere, neque morientium ſubſtãtias publicare fas ſit: & magnos ijs cruciatus inſcribere qui hæc obſeruare neglexerint. Decet autem aliquem ijs honeſtum ſepulturæ locum ante urbem publicè dari, qui pro patria bellando periſſent, & eorum filios ad pubertatem uſque publicis alimentis enutriri. huiuſcemodi igitur leges in populari principatu ferendæ ſunt. In oligarchijs uerò, quæ paucorum dominatu adminiſtrantur, magiſtratus æquè ſunt in omnes illius ordinis uiros diſtribuendi legibus. Horum autem plurimi quidem ex ſortitione, maximi uerò magiſtratus occulto ſuffragio, & iureiurando, & magna cum diligentia atque ſtudio decernendi ſunt: in eos autem qui ullis in ciues uti contumelia perrexerint, maximæ ſunt pœnæ conſtituendæ. plebs nanque non ita ægrè patitur quòd magiſtratibus caret, quàm grauiter & moleſtè fert quod afficitur contumelia. Ciuium autem controuerſias perbreui diſſoluere, neque in tempus trahere conuenit. Neque uulgus in urbem ex agro eſt congregãdum. nam

B ex huiuſmodi conuentibus plebes turbantur, paucorumq́ue principatus reſcindunt. Vt paucis igitur dixerim, debent in popularibus principatibus leges cohibere plebem, ne locupletiorum bonis inhient inſidienturq́ue: in paucorum uerò principatibus, auertere illos qui rempubl. gerunt, & ab imbecillorum contumelijs, & à calumnijs inſimulationibusq́ue in ciues. Quæ igitur & in legibus, & in omni conſtitutione ciuili deſideranda obſeruandaq́ue ſunt, ex his cognoſces. Is autem orator qui quicquam lege ſuadere uoluerit, hanc oſtendat oportet æqualem eſſe ciuibus, & reliquis legibus conſentaneum, ciuitatiq́ue conducibilem ad quietem, & concordiam maximè, uel ad ciuium probitatem, aut ad publica tributa, aut ad ipſius reipublicę gloriam, aut ad urbis potentiam, aut ad aliud huiuſmodi aliquid uſui cedere. Aduerſarius uerò primùm conſiderabit, an minus lex illa communis ſit omnibus, deinde an reliquis legibus non conſentiat, ſed aduerſetur potius quodãmodo. prętereà an ad horum quæ antè dicta ſunt conductura ſit nihil, ſed contrà nocitura potius. De legibus igitur, deq́ue conſtitutione ciuili ex his & contendendo & orando nobis facilius aditus fiet. *Societates & fœdera.* De ſocijs autem, deq́ue aduerſus alias urbes fœderibus dicere incipiemus. Fœdera igitur atque eorum ordines neceſſe eſt publicis conuentionibus fiant. ſocij uerò pro ea temporum ſunt conditione faciundi, cum aliqui ſuis uiribus infirmi ſunt, aut bellum aliquod uideatur impendere, aut eo eſt cum aliquibus ineunda ſocietas, quod bello quoſdam à ſe defecturos putant. Hæ igi-

turſunt cauſæ, hiſque conſimiles quibus plures A nobis adſciſcimus ſocios. Neceſſe eſt autē cum ineundam ſocietatem perſuadere uolueris, eam maximè tempeſtiuam oſtēdas, declaresque eos ſocios apprimè iuſtitiam colere, & bene antea rempublicam affeciſſe, eſſeque potentiſsimos, & in proximo reſidere: quòd ſi minus hæc omnia potueris, quæ ſubeſunt, oratione complecte te. Cum autem ſocietatem diſſuaſeris, primùm oſtendas oportet, haud nunc eam facere opus eſſe, deinde quòd neque hi iuſti ſint, poſtea uerò quòd & malè nos prius affecerint: ſin id minus poterimus, dicemus eos à nobis porrò habitare, neq; facultatē his eſſe quo nobis opportunè adſint auxilio. Ex his igitur hiſque ſimilibus, circa faciundas aut non faciūdas ſocietates, & diſſuadendi ſuadendique uſum facilè cognoſcemus. Rurſus autem & pacis & belli faciundi maxima nobis argumenta capiantur. Cauſæ itaque bellandi aduerſus aliquos ſunt huiuſmodi: Par autem eſt de ijs tempeſtiuè nunc ultionem capiamus, qui nos antea iniuria laceſsiuerunt: ut nunc iniuria prouocati, pro nobis ipſis, aut pro cognatis, aut pro ijs qui benefici erga nos fuerint, aut quo auxilio ſimus iniuſtè affectis ſocijs, aut publica pro utilitate, aut ad gloriam, aut ad opes, aut ad uires, aut ad aliud quippiam huiuſmodi bellum ſuſcipiamus. Cum igitur ad bellum uoluerimus auditores exhortari, debemus ex his cauſis, quàm plurimas dicendo complecti, ac demum demonſtrare eorum plurima quibus bellantes ſuperiores fiant, ipſis auditoribus adeſſe. Superiores etenim omnes fiunt aut deorum beneuolentia, quam bonam fortunam ap- B pellauerimus: aut corporum multitudine atque robore, aut pecuniarum affluentia, atque imperatoris prudentia, aut uirtute ſociorum, aut opportunitate locorum. Ex his igitur & ſimilibus quæ maximè rei congruant, bellum ſumi oportere exhortabimur, aduerſariorum partes deprimendo, noſtras autem augendo atque amplificando. Quòd ſi futurum bellum impedire ſtuduerimus, primùm eæ cauſæ inueniendæ ſunt, quibus demonſtretur aut omnino, aut nullam, aut paruas humileſque moleſtias afferri, quibus ad bellum rapiſmur. Deinde quòd bellum minimè conducit: eritque percurrendum, quæ hominibus bello ſoleant accidere calamitates. Ad hoc item oſtendendum, quæ uictoriam ſolent in bellando efficere, ea hoſtibus magis adeſſe. Hæc autem ſunt quæ paulo antè commemorauimus. Futurum itaque bellum ex ijs rebus diſſuademus. Quòd ſi ab inſtanti bello quieſcendum eſſe cohortabimur, ſiquidem conſultores ſuperiores fuerint, hoc ipſum primùm dicendum erit, decere eos qui mente ualent, haud operiri quo ad cauſam eant: ſed cum uincunt, pacem faciundam ijs eſſe. Deinde quoniam ea belli natura ſit, & pleroſque ex eis qui ſecunda in eo fortuna primùm uſi ſunt, ad poſtremum perdant: pacis uerò contrà, ut & uictos ſeruet, & uictoribus rerum bello adeptarum fructum adferat: exponendum etiam erit, eas quæ in bello cùm multæ, tum uariæ mutationes fieri ſolent. Qui ergo ſuperiores in bello fuerint, ex huiuſ- A modi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autem quibus aduerſæ in bello res extiterint, tum ex ipſis caſibus exhortamur: tum uero à quibus iniuriam antè ſuſceperint, ſuis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergant: tum ex ijs periculis quæ antea quàm pacem noluiſſent, perpeſsi fuerint: tum denique quod ſatius partem aliquam ſuarum fortunarum potioribus ipſis cedere, quàm bello periculoſe decernere, quo ipſi unà cum ſua re pereant. Summatim autem id ſciamus oportet, tunc ſolere omnes homines bellum inuicem ſoluere, cum aut iuſta hoſtes rogare arbitrentur, aut cum aduerſus ſocios ulla fuerit exorta contentio, aut bello defatigati ſint, aut aduerſarios timuerint, aut ipſi inter ſeſe diſsideant. Quam ob rem quæ ex his omnibus atq; horum ſimilibus commodatiſsimè in rem fuerint colligens, quàm facillimè & de bello poteris, & de pace diſſerere. Reliquum eſt, ut de pecunijs comparandis iam ſequamur. Primùm igitur conſiderandum erit, ſi quid ex urbis poſſeſſionibus neglectum eſt, quod neque redditum afferat, neque dijs immortalibus dedicatum ſit: ueluti ſunt quidam publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouentus, ubi ij priuatis hominibus aut uenditi, aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. huiuſmodi nanque cenſus omnium maximè communis eſt ſemper: quòd ſi nihil ſit huiuſmodi, neceſſe erit pro ſingulorum copijs tributa inferantur: ut pauperibus quidem indictum ſit corpora, locupletibus autem pecunias, opificibus uerò arma præſtent aduerſum pericula. Summatim autem oportet eum qui de huiuſ- B modi prouentibus narret, dicere eos æquales ciuibus & diuturnos ac magnos eſſe: hoſtibus autem ſecus. Propoſitiones igitur de quibus in deliberatiuo uerba faciemus, & harum partes de quibus operationem & ſuadendo & diſſuadendo conſtituemus, ex antedictis cognoſcemus. Rurſus autem propoſitiones de laudatiua uituperatiuaque ſpecie deinceps dicere aggrediemur.

De bello & pace.

De pecunijs comparandis.

DE GENERE DEMONſtratiuo.

Laudatiua igitur ſpecies (ut compendio utar) eſt & uoluntatum & rerum geſtarum & uerborum illuſtrium amplificatio, & eorum quæ abſint accommodatio: uituperatiua autem contrà, illuſtrium horum extenuatio, obſcurorum uerò exaggeratio. Et digna quidem laude ea ſunt quæ iuſta, quæ legitima, quæ utilia, quæ honeſta, quæ iucunda, quæ facilia factu ſunt: quæ quidem omnia cuiuſmodi ſint, & quo pacto ijs abūdè utamur, in ſuperioribus dictum eſt. Oportet autem eum qui laudat, oratione oſtendat in hoc ſeu homine, ſeu in rebus huius aliquid ineſſe, quod aut ipſe geſſerit, aut per ipſum manarit, aut ex hoc contigerit, aut huiuſmodi gratia factum fuerit, aut quod ſine hoc patratum non ſit. Eodem uerò modo & uituperator oſtendat oportet horum contraria ineſſe in illo quem uituperatum uelit. Quòd ex hoc contigerit, hoc modo: Ex ſtudioſa corporis exercitatione uictoriæ contingunt, & ex ocio in ægrotatio-

Laude digna.

nem

nem inciditur. item ex philoſophiæ ſtudio homines circa prudentiam ſont acriores, & ex negligentia ſunt rerum neceſſariarum indigentes. Quòd huiuſmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à ciuibus coronentut, permultos labores, permultaque pericula mortales perferunt: & ut ijs quos diligunt gratificentur, aliud curant nihil. Quòd autem ſine hoc patratum non ſit, hoc modo: Neque ſine nautis naualium pugnarum uictoriæ, neque ſine potu ebrietates fiunt. Hæc autem atque ijs ſimilia perinde ut ſuperiora percurrens, & laudare, & uituperare abundè poteris. Amplificationes uerò extenuationesque ac talia ſimul quoq; hoc modo tractabit. Primùm quidem oſtendes (ueluti modò docebamus) ab hoc multa uel bona uel mala effecta eſſe. Vnus igitur amplificandi modus hic eſt. Secundus autem modus eſt, cum iudicatum aliquid trāsfers, ſi quid laudes, bonum: ſin autem uituperes, malum: deinde cōferas oportet quod abs te dictum ſit, & adinuicem compares, ex tuis maxima, ex aduerſarij uerò dictit minima enarrando, & hoc modo magnum illud iudicatum oſtendas. Tertius modus eſt, ut ad illud quod abs te dictum eſt, minimum quid ex ijs quæ ſub eandem ſpeciem cadunt compares: ſic enim quod abs te dicitur, maius apparebit: ueluti mediocri ſtatura homines maiores apparent, cum ad minores cōparantut. Amplificare autem poteris hoc modo: Si magnum ſit hoc bonum iudicatum, magnum appareat malum neceſſe eſt, ubi cōtrarium huic aliquid narraueris. Eodē uerò modo, ſi magnū malum exiſtimatur, ubi huic contrarium dixeris, magnum bonum apparebit. Amplificabis autem & hoc pacto uel bona, uel mala, ſi eum gradatim oſtenderis, quòd præmeditatus iam diu fuerit, quòd de induſtria multa gerere aggreſſus ſit, quòd permultum tempus geſſerit, quibus cum nemo alius, quòd poſt hos poſt quos alius nemo, quòd ſponte, quòd ex ſententia: quòd ſi omnes pariter atque hic fecerimus, profectò benè beateque, aut contrà malè miſereque uixerimus. Oportet autem & conſequenti continuatione uti, & rem alteram tāquam in alteram properando amplificare, hoc modo: Cuius uerò amici curæ ſunt, hunc rectè conſentaneum eſt ſuos etiam colere parentes: qui autem ſuos parentes colit, hic profectò uolet etiam patriæ benefacere. Summatim autem, ſi multarum, ſiue bonarū, ſiue malarum rerum eum cauſam oſtenderis, eæ magnæ uideantut neceſſe eſt. Conſiderandum eſt etiam qualis res ipſa uidebitur, eam ſuis partibus diuidendo, ſingillarimque narrando, quæque maior uiſa fuerit, eam hoc modo explicare conueniet. Amplificādo igitur ubi hoc pacto tractaueris, & plurimas facies & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bona & mala, ſi contrario modo tractaueris, ſicuti in magnis diximus, & tum maximè, cum nullius eum rei autorem demonſtraris: uel ſi id minus, quòd minimarum & paruiſsimarum. Quomodo igitur & laudando & uituperando amplificabimus atque extenuabimus quæcunque uoluerimus, ſcire ex ijs poterimus. Amplificationum autem cauſæ in alijs quoq; ſpeciebus utiles ſunt: ſed plurima i-

De amplificatione & extenuatione.

A pſarum uis in laodationibus uituperationibusque conſiſtit, de quibus quidem ex antedictis plauè adiumenta nobis ſuppeditabimus.

DE GENERE IVDICIALI.

RVrſum autem ſimili modo accuſandi defendendique ſpeciem, quæ circa iudicialē uerſatur cauſam, quibusq; rebus cōſtat, & quomodo ijs uti conueniat, diuidamus. Accuſatio quidem eſt (ut breuiter dixerim) iniuriarum delictorumq; expoſitio. Defenſio autem eſt, delictorum & iniuriarum, quæ uel in accuſationem, uel in ſuſpicionem uenerint, diſſolutio. Cum utraque uerò ſpecies hanc uim habeat, accuſatori quidem dicendum eſt, quandoquidem improbitatis aduerſarios criminetur, eorum facinora, & iniuſta, & iniqua eſſe, ac ciuium multitudini pernicioſa: cum uerò ſtultitię criminetur, quòd & ipſi agenti inutilia ea ſunt & turpia & iniucunda, & quæ perfici nullo pacto queant. hę & ijs ſimiles aduerſus improbos uanosque, argumentationes ſunt. Eſt præteres & hoc accuſatori obſeruandum, aduerſus cuiuſmodi crimina ſupplicia ſunt à legibus conſtituta, & circa quæ ipſi iudices mulctas dèfiniunt. Cum lex itaque pœnam definierit, hoc eſt duntaxat accuſatori conſiderandum, ut demonſtret facinus patratum eſſe. cum iudices autem crimen admiſſum ſciunt, crimina illa quæque, aduerſariorumque delicta augeri conuenit, ac maximè quidem demonſtrari ſponte illum & de induſtria, non forte quadam, ſed dedita uehementer opera, iniu-

B riam intuliſſe. quod ſi minus hoc fieri abs te potuerit, putasque potius ab aduerſario demonſtratum iri, ſe modò deliquiſſe, aut quòd hæc agere probè meditato ſibi, minus proſperè ſucceſſerit, debes ueniæ apud auditores aditum intercludere, inquiens nequaquam aduerſarios decere, ut poſt geſtum negocium ſe imprudenter errauiſſe dicant, ſed antè potius uereri quàm gerant. Deinde, quòd quamuis ille imprudenter geſſerit, aut ei aduerſe ſucceſſerit, oportet ipſum tam ob caſus atque imprudentiam longè mulctare magis, quàm qui horum neutrum perpetraſſet. Præterea quòd etiam legumlator eos qui imprudenter deliquiſſent, non pœnæ immunes, ſed iudicio obnoxios fecit, ne omnibus errando noceant. Dicendum eſt etiam, quòd ſi talia reſpondentem admiſerint, nonnullos ſunt habituri ad iniuriam quàm promptiſsimos. nacti nanque occaſionem, quæcunque uoluerint efficient: ſi uerò aberrauerint, rem in fortunam reijcientes, ſupplicio ſe liberabunt. Accuſatores igitur ex huiuſmodi rebus ueniæ locus auferendus eſt, ſicuti antea dictum eſt. Multorum malorum cauſæ, aduerſariorum facinora per exaggerationes demonſtranda ſunt. Species igitur accuſandi perficitur ex his partibus. Defendendi autem ſpecies tribus præceptis conſtat. Aut enim defenſori oſtendendum eſt, ſe nihil eorum, quorum accuſator patrauiſſe: aut ſi cogatur fateri, enitendum eſt, ut geſtum à ſe negocium & legitimum & iuſtum, & honeſtum, & publicæ utilitati uſui eſſe oſtendat. ſi hoc autem oſtendere nequiuerit, aut in imprudentiam, aut in fortunam

Accuſatio.

Defenſio.

Accuſatori quæ ſeruanda.

Defenſori tria præcepta.

geſta negocia conferens, & iscturas ab his profectas quàm minimas oſtendens, ut ſibi ignoſcatur operam dabit. Iniuriam autem & imprudentiam, & caſum ita definias, quod ex meditatione mali fit quippiam, id iniuriam ponere, inquiens oportere pœnas maximas in huiuſmodi rebua capere. quod uerò per ignorantiam detrimenti quid agitur, imprudentiam eſſe diceodum eſt: quod autem non ſponte, ſed aliena potius ui aut fortuna quadam nihil eorum quæ rectis conſilijs adminiſtrata ſunt perficit, caſum eſſe ponendum eſt. diciroq; iniuriam inferre, malorum eſſe hominum proprium: imprudenter uerò delinquere, & circa rem gerendam aduerſam fortunam pati, non eſſe ſibi priuatim modò, ſed commune & ipſorum iudicium, & aliorum quorunque hominũ. Coactua aurem ex huiuſmodi cauſis quid fateri, ut tibi ignoſcatur precabere, & ut per imprudentiam caſumque delinquere ribi cum auditoribus ipſis commune eſſe oſtendas, ſtudebis. Oportet autem defenſorem undiq; intueri, quibus in criminibus leges ſupplicia iuſſere: iudices uerò ipſi pecunijs puniũt. Et cum lex ſupplicia iuſſerit, demonſtrandum erit, aut omnino nihil patrauiſſe, aut legitimè iuſteque feciſſe: cum iudices uerò conſtituti fuerint punitionis æſtimarores, rurſus eodem modo haud dicẽdum eſt quòd hæc non egerit, ſed elaborandum eſt potius, ut oſtendat ſe paruo detrimento aduerſarium affeciſſe, & inuitum deliquiſſe. Ex his igitur atq; ſimilibus, accuſando defendendoque uerba ſuppeditabimus: reliquum eſt, ut iam quæſtionis ſpeciem pertractemus.

B

DE QVAESTIONE, SIVE IN*terrogatione.*

VT igitur ſummatim dixerim, quæſtio eſt uoluntatum uel rerum uerborumúe ad inuicem, aut ad aliam diſſentientem uitam demonſtratio. Oportet autem quærentem quærere, ſicubi aut uerbum eius quem quærer, aut actiones, aut uoluntates inter ſe diſcrepant, præceptum uerò hoc ſit. Conſiderandum erit in præterito tempore, ſi cui quis antea amicus cum eſſet, rurſum inimicus, & iterum huic ipſi amicus effectus fuerit, ut aliud quid contrariũ, aut quod petulantiam & flagitium ferat, geſſerit, geſturuſúe ſit, ſi quãdo ipſi detur occaſio, quod anteactia rebus eius contrarium ſit: identidem quoque intuere, ſi quid dicendo contrarium nunc ijs dicit, quæ prius ab eo dicta fuerint, aut ſi quid ijs quæ dicuntur, aut quæ antea dicta ſunt contrarium dixerit. Eodemque modo ſi quid dicere uoluit ijs contrarium quæ ab ipſo antè dicta ſunt, aut uelit opportunitate oblata: identidem uerò aſſumendæ ſunt etiam ad alia præclara ſtudia eius qui quærit uitæ contrarietates. Quærendi ergo ſpeciem ſi hoc pacto tractaris, nullum relinques quæſtionis modum. Harum autem omnium ſpecierũ quas ſuperius partiti ſumus, oportet etiam diuiſim qualibet pro commodo uti, & unà ipſarum proprietates commiſcere: hæ nanque differentias habent maximas: enimuero communis earum eſt ad inuicem uſus, & idem quod & hominum ſpecies patiuntur: hi nanq; partim ſimi-

A les ſunt, partim uerò diſsimiles tum aſpectibus, tum etiam ſenſibus. Sic autem determinatis ſpeciebus, rurſum quibus indigent, communiter enumerabimus, & quomodo his uti conueniat, quæremus.

QVAE COMMVNIA SVNT O*mnibus generibus.*

PRimùm igitur & iuſtum, & legitimum, & utile, & honeſtum, & iucundum, reliquaq; deinceps, quemadmodũ ab initio ſum partitus, ſpeciebus omnibus ſunt communia: uerũ tamen in ſuadendo maximè his utimur. Secundo autem loco amplificationes extenuationesq; præ cæteris omnibus utiles ſunt: harum uerò uſus in laudem ac uituperationẽ maximè cadunt. Demum autem probationes ſunt, quibus etſi circa omnes cauſarum partes utendum eſt, in accuſationibus tamen defenſionibusq; quàm utiliſſimæ ſunt. his naq; plurimæ controuerſiæ indigent. Sunt præterea & præoccupationes, & poſtulata, & iterationes & orationis prolixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio: hæc enim & his ſimilia ſpeciebus omnibus ſunt communia. Quoniam igitur de iuſto & legitimis, ac de his ſimilibus prius determinauimus, & eorum uſum enarrauimus, & de amplificationibus quoq; extenuationibusque diximus, iam de alijs declarabimus.

DE PROBATIONIBVS.

B VT igitur à probationibus primùm incipiamus, duo ſunt earum genera: ſiunt enim aliæ quidem ex ipſis uerbis & negocijs & hominibus, aliæ uerò appoſitæ ſunt ijs, quæque dicuntur, & quæ geruntur. nam icota, & exempla, & coniecturæ, & commentationes, & ſententiæ, & ſigna, & argumenta, & probationes ex ipſis uerbis, & hominibus, & negocijs ſunt: appoſitæ autem probationes, teſtes, iuramẽta, & quæſtiones exiſtunt. Opus eſt autem harum unamquanq; probationum intelligere qualis ſit, & unde idonea in eam uerba abundè nobis ſuppetẽt, & quid demum eæ inuicem differunt. Icos igitur, quod probabilem propoſitionem dicimus, illud eſt, quod cum dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent. Dico autem, ueluti ſi quis inquiat uelle patriam magnam eſſe, & neceſſarios rebus ſecundis uti, aduerſis autẽ inimicos: atq; his ſimilia ſummatim probabilia uidentur. Quilibet enim auditorum qui huiuſmodi deſiderijs teneatur, ipſe ſibi de hiſce deq; ſimilibus rebus conſcius eſt: quamobrem hoc nobis in dicendo ſemper ſuadendum eſt, ſi rei de qua loquimur conſcios auditores perceperimus: hiſce enim rebus pareſt credere eos maximè. Vis ergo probabilis eſt huiuſmodi. ipſum uerò in tres diſtribuemus ſpecies. Vna quidem eſt, quæ eas perturbationes accuſando aut defendendo uerbis comprehendit, quibus homines natura afficiuntur: ueluti ſi quem aliqui floccipenderint, aut timuerint, aut eandem rem ſæpiſsimè fecerint, aut iterum uoluptate, uel dolore, uel libidine affecti fuerint, aut cupiditate uacarint, aut diui-

Probationum genera duo.

Icos, id eſt probabile.

Probabilis partes tres.

diuitijs abondarint, aot aliam hoiuſmodi per-
turbationé,ſiue animis,ſiue corporibus, ſiue ali-
quo illorum ſenſuom,quibus homines afficiun-
tur, palsi fuerint. hæc nanq; & his ſimilia, quæ
cómunes ſunt humani ingenij perturbationes,
audirotib. nota ſunt. Quæ igitur ſecundum natu
ram hominib. fieri conſueuere,quęq; dicendo có
prehendéda dicimus, ſunt huiuſmodi. Altera ue
rò probabilis pars eſt mos,quem pro conſuetudi
ne ſinguli facimus. Tertia uerò ſpeciea lucrű eſt.
nam ſæpè lucrandi gratia naturæ uim adferétes,
conſultò mores inducimus. His auté ita determi
natis,in ſuadendo quidé ac diſſuadendo demon
ſtrate pro quæſitis oportet,ut hoc negocium ad
quod ipſi exhortamur uel cui aduerſamur, ita ſit
ſicuti à nobis dicitur, uelut ea, quæ huic negocio
ſimilia ſunt, hoc modo fiant quo nos dicimus,
aut plurima,aut omnia. Contra res igitur,hoc pa
cto probabile eſt capiendű: contra homines ue-
rò,in accuſationibus quidem,ſi potueris,demó-
ſtrabis aduerſariű hoc idem negociű ſæpè antea
patrauiſſe: ſin id minus poteris, huic ſimilia de-
monſtrato. oſtendere autem elabora, quod hæc
facere,conducibile ei fuerat. Hominű autem plu
rimi, quoniã ipſi utile omnib. rebus anteponűt,
itidem etiã alios omnia gerere huius genera fa-
cilè putant. ſiquidem igitur ab ipſis aduerſarijs
probabile capere potueris,ita illud inducito: ſin
id minus quiueris,à ſimilibus tibi quæ homines
conſueuere,inferenda ſunt. Dico auté ut huiuſ-
modi,iuuenis eſt quem accuſas, quæ ij qui id æ-
tatis ſunt agunt, hæc ipſum feciſſe dicito. nam
B pro ſimilitudine etiã quæ aduerſus hűc dicűtur,
facillimè credétur. Eodéq; modo ſi eius ſocios ta
les oſtenderis, qualem hűc eſſe dicis. Etenim ob
eam quæ huic cum illis conſuetudo eſt, uidebi-
tur ijſdem rebus indulgere, quibus amici ſolent.
Itaq; probabile accuſatoribus hoc pacto tractan
dű eſt. Defenſores auté maximè oſtendant opor
tet,ut minimè prorſus omniű quicquã antea ea-
rum rerű quarű inſimulantur, neq; ipſi, neq; ami
corum aliquis, neq; ipſorum ſimiliű quis unquã
egerit,utq; nihil in ijs utilitatis conſequi potuiſ-
ſet. Quòd ſi liquidű ſit, hoc idem te antea patra-
uiſſe,cauſam in ætaté reijcies, & aliquam huiuſ-
modi aliam afferes cauſam, qua tunc nó abſurdè
erraueris. Dic auté, nec ea tempeſtate dum hæc
geſſeras conduxiſſe tibi, nec etiam nunc códuce-
re potuiſſe. Sin autem nihil huiuſmodi abs te pa-
tratum ſit, ſed ex tuis amicis aliqui talia quædã
fecerint, dicendum eſt, haudquaquã iuſtum eſſe
te ab illis calumnia affici. etiã q; demonſtrandű,
eorű ſocios qui tibi conſuetudine iuncti ſint, &
moderatos & honeſtos eſſe. ſic enim inſimulatio
né ambiguam reddes. Quòd ſi ſimilium aliquos
demonſtrarint eadé patrauiſſe, abſurdum eſſe in-
quies, ſi propterea q̃ alij quidam deliquiſſe appa
reant, creditum eant te eorum aliquid quib. in iu
diciű arceſſeris, factitaſſe. Siquidem igitur inficia
tus fueris haud ea feciſſe quorum accuſaris, ſic te
per probabilia reſpondere oportet. Ita nanq; ac-
cuſationis uetiſimilitudiné infirmabis. Si uerò fa
teri compellaris, ex multorű conſuetudine ſimi-
litudinem negocijs tuis uindica, quàm maximè,
inquiens, ut plurimi uel potius omnes & hoc, &

Probabile contra perſonas.

A ſimilia agant, ſicuti etiam abs te factitatum ſit.
Quòd ſi hoc demonſtrari nequeat, confugiendű
eſt ad caſum, & ad imprudentiã, & ut tibi igno-
ſcatur enitendum, omneſq; hominum perturba
tiones quibus ratione deficimur, complectendę.
hæ autem ſunt, amor, ira, uinolentia, ambitio, &
ijs ſimilia. Itaq; ijs præceptis probabile pulcher-
rimè tractabimus.

DE EXEMPLIS.

EXempla aotem ſunt res his quæ factæ ſunt
ſimiles, & his de quibus nonc loquimur có
trariæ. Iis uerò utédum eſt, cum quod ipſe
affirmas, ubi minus ueriſimile ſit, id te perſpicuű
facturum dicas. nam ſi minus fidei per probabile
præſtetur, ubi didicerint rem aliã ei ſimilem de
qua loqueris, ita habuiſſe, ut à te dicitur, magis
crediderint uerbis tuis. Sunt auté exemplorum
duo genera. res nãq; partim ratione, partim prę-
ter rationé fiunt. quę uerò ratione fiunt, facilè cre
duntur: quæ autem præter rationé, non credun-
tur. Dico auté ſicuti ſi quis ait diuites eſſe paupe-
ribus iuſtiores, adducitq; iuſtas aliquas uirorum
diuitum actiones, huiuſmodi exempla ſecundű
rationem uidentur eſſe: plurimi enim putant di-
uites pauperibus iuſtiores. Quòd ſi quis rurſus
enunciet, diuitum quoſdã ob pecunias iniuriam
intuliſſe, eo uſus exemplo, q̃ præter rationé ſit,
planè efficiat, quo locupletibus fidei minus adhi
beatur. Identidé etiam, ſi quis earű rerum exem-
plum afferat, quę rationi ſimiles ſunt. Quoniã La
cedęmonij quandoq; ut Athenienſes freti eſſent
magna ſociorum manu, hoſtes expugnauere. &
B ſic auditoribus ſuadet ſocios multos eſſe faciun
dos. Huiuſmodi ergo exempla ſecundű rationé
ſunt: omnes enim exiſtimant in bellis multitudi
né non parum mométi ad uictoriã ferre. Si quis
autem oſtendere uoluerit, non hanc eſſe uincédi
cauſam, earum rerum utatur exemplis, quæ prę-
ter rationé factæ fuerint, inquiens: Vt Athenarű
exules cum quinquaginta primű uiri duntaxat
& tribu aſſumpta etiam aduerſus eos qui admo
dum plures in urbe fuerant, quanquam Lacedæ
monijs ſocijs utebantur, bello in urbem rediere.
Thebani auté Lacedęmonijs atq; omnibus pro-
pè Peloponneſijs in Bœotiam impetum facien-
tibus, hi ſoli ad Leuctra cómiſſo prælio, Lacedæ
moniorű uires perfregere. Dió uerò Syracuſanus
cű militib. tribus milib. Syracuſas nauigans, Dio
nyſium longè maiore ui fretum debellauit. Iti-
dem autem & Corinthij, cum in Syracuſanorum
auxilium nouem triremibus iſſent, Carthaginen
ſes, qui centum & quinquaginta nauibus in Sy-
racuſanorum portus appulißent, atque urbem
omnem præter arcem haberent, nihilo tamé mi-
nus expugnauere. Summatim uerò hæc, atque
ijs ſimilia, quæ præter rationem ſint geſta, ea in
conſultationes improbare conſueuere, quæ pro
ratione fiunt. Exemplorum igitur natura eſt
huiuſcemodi. Iis uerò utroq; modo utédum eſt.
Nam cum res quæ ratione fiunt, dixerimus, oſté
demus ut plurimum hoc pacto negocia perfici.
Cum autem quæ præter rationem fiunt, loqui-
mur, afferemus quæcunque temeritate uidentur
facta, rectiſsimo fine concluſa. Cum aduerſa au-
tem hæc dixerint, oportet oſtendere hæc per-

Exemplorű genera duo.

Secundum rationem.

Præter rationé

inde ac fortunato caſu aliquo accidiſſe:eritq; dicendum eiuſmodi res quàm rariſsimè contigiſſe: quæ uerò à te ſpectarentur, quàm ſæpiſsimè. Exemplis igitur ita uti conuenit. Eoſmuero cum ea quæ nulla ratione ſont facta,in medium attulerimus,opus eſt eorum quàm plurima complectamur,dicamosq; nihil ea magis quàm hæc fieri conſueuiſſe. Exemplis uerò non ex ijs ſolùm, uerumetiam ex contrarijs eſt utendum: ſicuti ſi oſtenderis aliàs quoſdam uſos ſocijs,& propter ea ipſorum ſolutam amicitiam,& afferas. Nos uero ſi æqualiter ac pro cõmodis erga ipſos rem geſſerimus, ſocietatẽ multum temporis conſeruabimus. & iterũ, ſi quos alios, quoniã imparati deſcendiſſent in bellum, deuictos ſuperatosq; oſtẽdas, ita dixeris, ſi inſtructi bellum aggredi uoluerimus, meliores certè ſpes de uictoria babuerimus. multa uerò aſſumes exempla tum ex præteritis, tum etiam ex inſtantibus negocijs. plurimæ namq; res partim ſimiles, partim diſsimiles inuicem ſunt. Quamobrem ob id cauſæ exemplis abundabimus, & quæ ab alijs dicũtur, haud difficilè refellemus. Exemplorũ ergo genera, & quomodo ijs uti oporteat, & unde multa capienda ſunt, ex antedictis cognoſcere poſſumus.

Exempla contraria.

DE CONIECTVRIS.

Coniecturæ autem ſunt, quæcunq; hiſce rebus, de quibus omnia habetur dictio, repugnarint, & quibus ipſa ſibi oratio aduerſatur: auditorum enim plurimi ijs cõtrarietaribus quæ dicendo agendoúe contingunt, coniectant ſani ineſſe nihil neq; in dictis, neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens ſiue ipſa ſibi aduerſatij eõtradicit oratio, ſiue res ipſa eſt dictioni cõtraria. Cõiecturæ igitur huiuſmodi ſunt, & ita uti ubertim poteris.

DE COMMENTATIONIBVS.

Commentationes uerò ſunt nõ eæ modò, quæ orationi atque negocio aduerſantur, ſed & alijs rebus omnibus. Aſſumes autẽ multas, easq; tractabis quemadmodum in quærendi ſpecie dictum eſt. Conſiderabis etiam, ſicubi ipſis ſibi diſſentit oratio, aut ſi geſta negocia iuſtis, aut legi, aut utili, aut honeſto, aut poſsibili, aut facili, aut probabili, aut mori dicentis, aut rerum conſuetudini aduerſatur. Huiuſmodi igitur cõmentationes ſunt contra aduerſarios aſſumendæ: his uerò contrariæ pro nobis dicendæ ſunt, quippe qui oſtendamus & negocia, & uerba noſtra iniuſtis, & ex legibus, & inutilibus, & improborum hominum moribus, & ſummatim ijs qui nequam cenſentur, maximè aduerſari. Oportet autem harũ ſingulas breuiter, & nominib. quàm paucisſimis eloqui. Cõmentationib. igitur hoc modo copioſiſsimè uti optimeq; poterimus.

DE SENTENTIA.

Sententia uerò (ut ſummatim dicam) eſt aduerſus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autem duo genera ſunt: alterum quidem credibile, alterum uerò incredibile. Cum ergo credibile dixeris, nullæ ſunt reddendæ cauſæ. Nam neq; quod dicitur ignoratur, neq; non creditur quidem. Cum uerò incredibile dixeris, cauſæ paucis ſunt dicendæ, ut & dicacitatem & incredulitatem effugias. Sententiæ autem eæ ſemper afferendæ ſunt, quæ ſint rebus præſentibus quàm cõſentaneæ, ne quod dicitur, inconcinnum, uiolentumúe appareat. Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex ſuperlatione, aut ex ſimilitudine. Sententiæ autem ex propria natura huiuſmodi ſunt: Nemo mea ſententia, rerum imperitus, grauis imperator eſſe poteſt. Altera autem talis eſt: Prudentium uitorum certè eſt, ex rerum præteritarum exemplis operam dare, ut inconſulta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiuſmodi ſententias facies mus. Ex ſuperlatiõe uerò tales: Acerbiora mihi uidentur fures quàm latrones admittere. Nam hi clanculum, hi uerò palàm pecunias eripiunt. Sententias igitur ex ſuperlatione hoc modo multas faciemus. Ex ſimilitudine autem huiuſmodi: Qui pecunias auferunt, idem faciunt mea ſententia, quod hi ſolent qui urbes produnt: utriq; enim crediti, iniuria credentes afficiunt. Alia uerò huiuſmodi eſt: Videntur mihi aduerſarij tyrãnos planè imitari. Nam etiam illi quarum ipſi rerum iniurias alijs faciunt, pœnas dare indignum putant: quæ autẽ alijs crimini dant, uehementiſſimè horum cauſa illos cruciant. & hi ſiquidem ipſi aliquid mihi debent, haud reddunt: ſi quid uerò ijs ego debeo, & id, & fœnora reſtitui ſibi decere arbitrantur. Sententijs igitur ita tractando, affatim abundabimus.

Sententiæ unde ſumendæ.

DE SIGNO.

Signum uerò eſt, alterius aliud, non quoduis cuiuſuis, neq; omnis omne, ſed quod aut antè fuerit, aut in ipſo negocio, aut pòſt fieri cõſueuerit. Eſt autem ſignum, & factum, non facti ſolum, ſed & non facti. Identidem uerò & nõ factum non ſolum non facti, uerùm & facti. Signa uerò efficiunt alia quidem opinionem, alia uerò ſcientiam. Id autem pulcherrimũ eſt, quod ſcientiam efficit: ſecundo autem loco, quod opinionẽ maximè uerisſimilem operatur. Signorum autẽ copia nobis ubertim erit (ut ſummatim dicam) ex eorum ſingulis quæ dicuntur, quæ geruntur, quę uidentur, pro unoquoq; aſſumendo, tum ex magnitudine, tum ex paruitate eorum quæ nobis mala bonaúe contingunt. item ex teſtimonijs, & teſtificatis, ex noſtris, ex aduerſariorum fautoribus, ex ipſis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, ex alijs multis. Hinc igitur ſignorũ multitudine abundabimus.

Signa triplicia.

Signorum copia.

DE ARGVMENTO.

Argumentum autẽ eſt (ſic enim elenchon interpretamur) quod aliter ſe habere nõ poteſt atque ipſi dicimus. Aſſumitur autẽ ex natura neceſſarijs, ut nos dicimus, aut aduerſarius: & ex ijs quæ natura fieri aut poſſunt, aut non poſſunt ſicuti aduerſarij dicunt. Natura igitur neceſſarium eſt, ſicuti uiuos cibis indigere, & ijs ſimilia. Vt uerò nos dicimus, neceſſarium eſt affectos uerberibus ea confiteri, quæ cædentes iuſſerint. Natura autem fieri non poteſt, puellum argenti tantum furto ſubripuiſſe, quantum ferre nequeat, & id ferentem abiiſſe. Vt autẽ aduerſarius dicat, fieri non poterit, ſiquidem dixerit quibus tẽporibus Athenis debiti tabellas nos

Argumenta unde ſumantur.

nos feciſſe: ipſi autem poſſumus auditoribus demonſtrare. ut, Ea tempeſtate ad aliam quandam urbem aberamus. Argumenta igitur ex ijs atq; ſimilibus faciemus. Prorſus uerò & ex ipſa conditione, & ex negocijs, & ex alijs probatiões omnes tranſegimus. Conſideremus etiam, quid itẽ inuicem eæ differunt.

DE SVPERIORVM LOCOrum differentijs.

PRobabile igitur ab exemplo hoc differt, quòd probabilis ipſi auditores notionem habẽt, exempla uerò ex contrarijs & ex ſimilibus fieri poſſunt. Cõiecturæ autem ſolum ex dictionibus actionibusq; contrarijs conſtant. Verùm commentario à coniectura hanc habet differentiam, quòd coniectura quidem circa dictionem actionemq; contrarietas quædam eſt, commentatio uerò & circa reliquas ſpecies cõtrarietates excipit: aut, quod & coniecturam non eſt in nobis aſſumere, niſi circa res & uerba repugnantia quædam fuerit: commentatio uerò è multis locis trahi dicendo poteſt. Sententiæ autem à commentationibus differunt, quòd eæ ſolum ex contrarijs conſtant: ſententias uerò & cũ repugnantijs, & ſimpliciter ipſas ſecundum ſeſe oſtendere poſſumus. Signa autem à ſententijs & ab omnibus antedictis hanc habẽt differentiam, quòd reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores: ſignorum autem quædam, ut etiam perſpicuè hi cognoſcant efficiunt. item quòd ex reliquis nequaquam contigerit, ut ipſi plurima ſuppeditare poſsimus: ſigna uerò plurima facilè queunt fieri. Item & argumentum à ſigno hãc habet differentiam, quòd ſignorum quidem aliqua opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem ueritatem iudices edocet. Verborum igitur rerumq; probationes eiuſmodi ſunt: & unde his abundemus, quidq́ue inter ſe differunt, poſſumus ex antedictis cognoſcere: quæ autem opponuntur eis, ſingilatim percurramus. Opinio ergo dicentis eſt, ſuam aduerſus negocia declarare ſententiam.

Opinio.

Opus autem eſt, earum ſe rerum de quibus orationem habuerit, peritum eſſe oſtendat, demonſtretq́ue ſibi conducere non mediocriter, ut ueritatem de his loquatur: aduerſarium uerò demõſtret nullam prorſus de quibus contrà enunciet, tenere peritiam, opinionemq́ue identidem oſtẽdat. Sin hoc fieri nequierit, dicendum erit, ſolere etiam rerum peritos errare nõnunquam. Si hoc autem dici nequeat, dicetur pernicioſum aduerſarijs eſſe, de hiſce rebus ueritatem loqui. Itaque hoc modo dicentis opinionibus utemur, & noſtra aſſerendo, & aduerſarijs contradicendo.

DE APPOSITIS SIVE ASSVMptis probationibus, ac primùm de teſtimonio & teſtibus.

Teſtimoniorũ & teſtium tria genera.

TEſtimonium uerò eſt rei cognitæ uoluntaria confeſsio. Neceſſe autem eſt aut ueriſimile teſtificatum eſſe, aut non ueriſimile, aut ad credendum ambiguum. Eodem quoque modo teſtem aut probabilem, aut improbabilẽ, aut ambiguũ eſſe. Cũ ergo teſtificatũ ueriſimile

A fuerit, & teſtis uerax, teſtimonia epilogis minimè indigent, ni fortaſſe decoris gratia, uel ſentẽtia, uel cõmentatione uti paucis uolueris. Cũ teſtis autẽ ſuſpectus fuerit, demonſtrandũ erit, ut neque gratia, neque cruciatu, neque lucro aliquo hic mendacij quicquam teſtificaretur. Docendũ eſt etiam, neque conducere quidem mendoſum teſtimonium. nam & utilitates paruas eſſe, & argui difficillimum, præſertim cum deprehenſum, non ſolùm argento, uerùm & gloriæ & perfidiæ pœna leges plectendum uolunt. De teſtium igitur fide ita loquemur. Ii autẽ qui teſtimonio contradicunt, oportet teſtis moribus detrahant, ſi improbus fuerit: aut teſtificatum quærendum eſſe dicãt, ſi minus probabilitatis habuerit: aut horum utrique cõtradicant, & in unum omnia aduerſariorum uitia flagitiaq; congerant. Conſiderandum eſt etiam, an teſtis ei cui teſtimonium dicit, amicus eſt, aut ſi ſecum negocij alicunde eſt particeps, aut ſi ei quem contrà teſtificatur, inimicus eſt aut pauper: hi etenim alij gratia, alij cruciatu, alij lucro mendacij ſuſpicioni obnoxij teſtificãdo exiſtunt, & falſorum teſtium legem de his legumlatorem tuliſſe inquiemus. Proinde abſurdum eſſe dicemus, quibus legumlator non crediderit, iudices qui ſecundum leges iudicare iurati ſunt, teſtibus ipſis credant. Hoc igitur modo teſtium fidem infirmabimus. Poterimus autem & teſtimonium imprudentibus aduerſarijs noſtris ſubducere, hoc pacto: Dic mihi ô Callicle teſtimonium. Per Deos immortales nullo modo ſum dicturus, nam me prohibente hæc geſta

A teſtibus.

Contra teſtes.

B ab hoc ſunt: & ob id in ferenda ſententia falſus teſtis falſi teſtimonij pœnæ non erit obnoxius. Cum igitur teſtimonium ſubducere nobis conduxerit, ſic eo utimur, quòd ſi aduerſarij tale quid fecerint, demonſtrabimus eorum uerſutiã; & ſcriptis teſtimoniũ dicere iubebimus. Quomodo igitur & teſtibus & teſtimonijs uti cõueniat, ex his ſciemus.

DE QVAESTIONE.

QVæſtio uerò eſt, in uita conſcij hominiũ confeſsio. Cum nobis igitur utile fuerit eam uehementem efficere, dicendum erit, ut priuatim quidem homines de ualde neceſſarijs, ciuitates autem de maximis rebus ex quæſtionibus probationes capiunt, quodq́ue certior teſtibus eſt quæſtio: nam teſtibus mentiri cõducit ſæpè: quibus autem quæſtiones admotæ ſunt, ueritatem loqui, plurimum utilitatis afferri: ſic enim cruciatu celerrimè liberantur. Cum uerò quæſtiones improbare uolueris, primùm quidem dicendum erit, ut quæſtionibus cruciati, ijs à quibus traditi ſunt, hoſtes fiunt, & propterea nonnihil in heros mentiuntur: deinde quòd quærentibus plerunque non uera confitentur, quo maturius doloribus ſeſe eximant. Erit etiam demonſtrandum, nonnullos liberos homines, quò celerius ſupplicium effugerent, aduerſum ſemetipſos tormentis affectos ementitos. Quamobrem magis conſentaneum eſſe, ſeruos aduerſus dominos, quò ſuum effugiant cruciatum, ementiri, quàm multos dolores, & corporibus & animis tolerare, quò cæteri nihil mali patiantur, ubi mentiri ipſi noluerint.

A quæſtionibus.

Contra quæſtiones.

Quæſtiones

Quæſtiones igitur ex his atq; horum ſimilibus A probabiles & improbabiles conſtituemus.

DE IVREIVRANDO.

IVſiurandum eſt, cum diuina ueneratione dictio, probationis expers. Cum igitur augere ipſum uoluerimus, ita dicendum erir: Nemo certè peierare uellet, cùm diuini ſupplicij metu, tũ decoris apud homines: eritq; ſubdeodũ, latêre homines poſſe, deos autem non poſſe. Cũ aduerſarij uerò ad iuſiurandũ confugerint, ſi extenuare id uoluerimus, demonſtrandum erit, eorundẽ eſſe hominũ, ut malè agant, & peierare nõ curẽt. Nam qui facinoroſus deos latêre putat, hic neq; peierans ſupplicium ſe ire ſottitum potat. Et iuſiurandom quidem eodem modo quo etiam reliqua aotedicta rractauimus, planè dicendo nobis ſuppetere. Summatim autẽ omnes probationes, quemadmodum propoſuimus, iã percurrimus, dedimusq; non eam uim ſolùm, quàm earũ quęlibet haberet, uerumetiam quid inrer ſe differũt, & quo pacto his uti cõueniar, oſtendimus. Nũc autem edocebimus de reliquis paribus, quæ & trium ſpecierum ſunt, & in omnem orationem plurimum decoris & utiliratis adferunt.

Iuſiurandi tractatio.

DE PRAEOCCVPATIONE.

PRæoccupatio igitur eſt, qua & auditorũ exiſtimationes, & eorũ qui contradicturi ſunt, uerba præuenientes, obuias difficultates remouebimus. Auditorum autem exiſtimationes hoc ſunt modo præoccupandæ: Admirantur autẽ aliqui fortaſſe ueſtrûm, qoòd ipſe iuuenis ita de rebus magnis uerba facere aggreſſus fuerim. B & ruriun: Nemo ſeſe mihi difficilem obuiam offerat, qoòd de his ſim uobis reb. conſulturus, de quibus alij quidã audacter apud uos eloqui cunctãtur. Quæ igitur moleſtè auditores laturi ſunt, ſic præoccupando. Cauſas ueras oportet, quibus rectè facere conſulrando uideare: urpote qui demonſtres oratorum inopiam, periculorum magnitudinẽ, aut publicã utilitatẽ, aut aliã huiuſmodi cauſam, qua auditorum indignationẽ ſoluturus ſis. Quòd ſi nihilominns auditores turbẽtur, breuirer dicendum eſt, uel tanquam in ſententię uelut in cõmentationis figura, quarum omnium abſurdiſsimũ uenire quidem tanquam ea hiſce de rebus conſulturos qoę optima ſint: nunc aotẽ quandoquidem uolunt eos audire qui ſeotentiã dicunt, arbitrari pulchrè couſolere poſſe: & rurſum honeſtum eſt, aut ipſos aſſurgentes ſententiam dicere, aut dicentes audire quæconq; ex ſuffragijs facere ipſi ceoſuerint. Deliberatiuo igitur in genere ſic eſt & pręoccupationibus utendum, & tumultibus occurrendum. In iudiciali autem pręoccuparionibus utemur: quemadmodum etiam in prædictis. Occurremus autem tumultibus, ſiquidem in orationum principijs fiant, boc modo: Nónne igitur abſurdum eſt, legumlatorẽ quidem iuſsiſſe duas orationes aduerſariorum cuiq; reddendas, uos autem iudices ex lege iudicare iureiurando aſtringi: deinde oeunam quidẽ orationem audire uelle, & eam quidem orationẽ quæ tantam conſilij uim haber, ut in ea audienda rectiſsimè ſitis ſententiã laturi: uos autem in his adeò tiegligentes eſſe, ut cũ neq; ipſa dictionũ initia pertuleritis, iã omnia accuratiſsimè A didiciſſe exiſtimetis? Et alio modo: Qui non abſurdus eſt, legumlatorem quidem in pari ſententiarum numero imperere reo uictoriã dari: uos autem uſqueadeo contrà de ijs ſentire, ut neq; ioſimulationi reos reſpondentes audiatis: & illum quidem ob maius reorum periculum bancipſis prærogatiuam atq; priuilegium in ferendis ſententijs impartiri, uos aurẽ contrà ijs, qui ullo ſine periculo accuſatum ueniunt, neq; conrentioſos neq; pertinaces eſſe: eos uerò qui cum metu periculo q; criminibus reſpondent, clamoribus corripere arq; perterrere? Siquidem igitur io orationum initijs turbæ fiant, hoc pacto erit ijs occurẽdum. Quod ſi quid in dictiooia progreſſu dicentem turbauerit, ſiquidem pauci qoidam id agãt, erunt bi corripiendi: dicendumq; ipſorum profectò eſſe iuſtitiæ, ut ſeſe nunc ad audiendum præſtent, ne alijs rectè iudicandi impedimento ſint: cum uerò audierint, ut nũc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omuis tumultuetur, non ipſos iudices, ſed ipſum te corripias oportet. Nã ſi illis moleſtus fueris, iram in te coottrahes. Si te uerò accuſaris ac dixeris deliquiſſe, ut ueniã cõſequare, facilè præſtabis. Opus eſt etiam iudices deprecemur, ut nos dicẽtes benignè audiant, & quarum rerum clàm ſententiam ſunt laturi, iam perſpicuam mentem ponant. Vt autem breuiter cõplectamor, turbis ſummatim occurremus uel ſenrentijs, uel cõmentationibus: oſtendemusq; perturbantes aut iuſto, aut legitimo aut publico utili aut honeſto repugnare: ex hiſce oanq; maximè fit, ut auditores à tumultibos acquieſcant. B

Præoccupationibus in genere iudiciali quomodo utendũ.

Motus & clamores quomodo compeſcendi.

Quomodo igitur præoccupationibus apod auditores utendum ſit, & quo pacto turbis occurtẽdum, ex antedictis cognoſcemus. Quæ autẽ ab aduerſarijs ueriſimiliter dici poterunt, rurſum quomodo præuidenda ſuot, demonſtrabo. Forteq; ſoam deflebit inopiam, cuius non ego quidem, ſed buius mos erit cauſa. Et rurſus, Audio ipſum et hoc illudq; dicturum. In ſuperiore ergo oratione, quę aduerſatij dicturi uideãtur, ſic pręoccupando & ſoluere & infirmare oportet: etenim tametſi firmiſsima ſunt quorum inſimulamur, non itidem magna ijs, qui iam antea audierint, uidentur. Quòd ſi ſecundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint, & aduerſarij quæ dictori ſumus præoccupatiot, ea rurſum contrà anticipando, ita à nobis ſolueods ſunt. Hic autem nedum multa de me mentitus apud uos fuerit, ſed certò ſciens ſeſe à me redargutum iri, meam orationem occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti ſibi præſtireratis, in me audiendo attentiõe ſitis: uel ne ipſe orationem habeã apud uos ob eam quã hic de me prius calumoiam habuerit: ſed planè puto oportere uos meam dictiooẽ ex me ipſo potius quàm ex aduerſario meo cognoſcere: & ſi hæc ab eo ſunt prius dicendo inſimulata, quas non mediocres dixerim eſſe couiecturas, eum uihil nonc ſani dictitare. Vtitur autẽ & Euripides in Philoctete pulcherrimè hac ſpecie hoe modo: Dicemus ipſi licet, & hic noſtram putet iam perdidiſſe dictionem, ſuggerens iniuriã feciſſe. Verùm ex me meas res diſce, ſeſe pandet hic de ſe loquens. Quemadmodum igitur

Quibus ſecundo loco dicendum, quid facere debeant.

præoccu-

præoccupationibus & erga iodices, & erga aduerſarios ſit utendum, ex his ſciemus.

DE POSTVLATIS.

Poſtulata duplicia.

POſtulara uerò in orationibus ſunt, quæ ab auditoribus oratores poſtulant: horum autem alia ſunt iuſta, alia uerò iniuſta. Iuſtum quidem poſtulatum eſt, per quod ijs quæ loquimur, attentionem præſtari, ac benignè audiri petimus. iniuſtum uerò, quo ſecuodum leges noa iuusri, ac nihil præter leges in nos deceroi, & caſibus ignoſcendum poſtulamus. Siquidem poſtulatum prçter leges fuerit, iniuſtum: ſi uerò ſecundum leges fuerit, iuſtum ditur. Poſtulata igitur ſunt huiuſmodi: ipſorum aurē diffeteotiss diuiſimus, quo iuſtum & iniuſtum poſtulatum dignoſcentes, nō ineptè ijs uti poſsimus, & ne nos aduerſarij lateant, cum iniuſtum quicquam à iudicibus flagirant. Et de ijs quidem & ex antedictis ſcire poterimus.

DE ITERATIONE.

Iterationū modi quatuor.

ITeratio autem eſt breuis admonitio. ea uerò utendum eſt tum circa partiom, tum circa totius orarionis exitum. Irerabimus autē ſummatim, uel ratiocinando, uel interrogando, uel enumerando, uel eligendo. Ipſorum autem unōquodq; quala ſit demooſtrabo.

Ratiocinatio.

ratiocinari igitur eſt huiuſmodi: ambigo autem ipſe quidem quid hi fecerint, niſi uos planè antea reliquiſſent: arguebatur autem aduerſus hanc utbem noſtram cū exercitu proceſsiſſe: nihil uerò eorum unquā quæ ſpopondiſſeot, factitatunt. itaq; ratiocinari eſt huiuſmodi.

Enumeratio.

Enumerare autē tale eſt. Demooſtraui aurem ipſoa qui priores ſocietatem ſoluere, qui primū nos ſunt adorri, quo rempore aduerſus Lacedæmonios bellū gerebamus, quidq; maximè ſtuduere uibem noſtram in prędam uertere. enumerare igitur eſt huiuſmodi.

Electio.

Ex electione autem admonere eſt huiuſmodi: Recordari oportet contigiſſe nobis, ut poſteaquam ſocietatem eum ijs iniuimus, nihil unquam mali ab hoſtibus paſsi ſumus. Nam cum ſępenumero nobia auxilio ueniſſent, Lacedæmiooos, qui noſtrum agrum deuaſtarent, propulſarunt: multas etiam pecunias, etiā hoe tempore ad nos deferunt. Ex electione igitur hoc modo admonebimus,

Interrogatio.

ex interrogatione uerò hoc modo: Libēter autem ex iſtis quærerem, quid uobis pro conuentis haud ſoluunt: neq; enim indigentes ſe dicere sudeāt, quippe qui rantum pecuniarū ex hoc ſolo quotannis accepiſſe demooſtreotur. Neque dixerint quidem multū æris circa rempublicam conſumpſiſſe. Prorſus enim minores impenſas, quàm reliqui omnes inſulani pertulere. Ex interrogationibus igitur hoe pacto tractabimua.

Ironia.

Ironia uerò, quam tum ſimulandi, tum diſsimulandi caullationem oocamus, eſt cum aliud ditimus, & aliud dicere ſimulamus. Eius autem forma ſit huiuſmodi, ut in antedictia breuiter commorando perſiſtam: nequaquam uerò dicere oportet, mea ſententia, ut hi qui multa ſe bona factitaſſe prædicant, malis plurimis ciuitatem affecerint: nos uerò qui ab ijs ingratitudinis catpimur, & ijs auxilio ſępè fuerimus, & iniuriam nemini intulerimus. Cū igitur aliquid ſimulamua omittere, eo quòd breuiter dicimus, hoc pacto admooemus.

A Res uerò contrarijs nominibus appellare ita fit: Hi quidē probi uiri multorū malorum ſocij extitera, nos autem ignaui plurimorū fuimos bonorum autores. Ex ijs igitur breuiter admonentes iterationibus utemur, & circa ſingularū partium & circa totius orationis exitum.

Contrarijs nominibus appellare.

DE FACETIIS EE ORA-
tionis copia.

VNde autem facetè dicendum, & pro arbitrio orationia prolixitate utendum ſit, ruiſus exponemus. Hic igitur facetè dicendi locua eſt, ſiquidem commentationes totas mediasúe dixerimus: ita ut quod reliquum eſt, medium auditores ipſi comprehendant, quo locis & ſententijs uti conuenit.

Facetorum diſpoſitio.

Opus eſt autem in totam orationem facetias balce diſpartiamus, uerbaq; commutemus, neq; eaſdem ſemper, in eandemq; ſententiam frequentes afferamus: & hoc pacto noſtra comis apparebit oratio.

De copia orationis.

Qui uerò dicendi prolixitate uti uoluerit, opus eſt rem diuidat, & quæ qualibet in parte inſint, quamq; naturam ſapiant, edocear, eorumq; uſum omnem, tum propiium, tum communem, & ipſas cauſaa enarret. Quod ſi longiorem quoq; uoluerimua orationem efficere, pluribus nominib. circa ſingula utendū eſt: eritq; ſingulis in orationis partibus iterandum, & iterationē ipſam paucis abſoluendum: in fine uerò orationis hæc omnia, de quibus ſigillatim dixeras, cōgeſtim ponas, ac de rebus omnibus dicas conuenit. Hoc igitur modo prolixiores reddi oratiooes poterunt.

De breuitate.

Qui au-
B tem dicendi uoluerit breuitate uti, oportet totū negociū uno uocabulo complectatur, & hoc maximè quod in ipſa re breuiſsimū inſit. Opus eſt etiam paucis uti copulis, plurima uerò coniungere: nominibus ita uti, ut una dictio duabus ſeruiat rebus, eritq; frequens illa iteratio è partibua amoueoda, & in orarionum duntaxat finibos iterandum. Et hoc quidē modo breues poterimus orationes efficere.

De mediocritate.

Quòd ſi mediocritate uti io dicendo uolueris, partium maximas deligens, de hiſce uerba facias oportet. Eſt etiam medijs utendum nominibus, quæ ſcilicet neq; longiſsima, neq; breuiſsima, neq; multa de aliqua una re ſint, ſed mediocria potius. Oportet & epilogus ex intermedijs partib. neq; omnino auferri, neq; ubiq; rurſum inferri. Sed quæ maximè auditoribus nota eſſe uolueris, in ijs maximè ad finem iterationibus uti conoenit. Ex hiſce igitur quandocunq; libuerit, prolixitate uti in dicendo quibimus. Quod ſi facetam uolueris orationem ſcribere, permaximè tibi obſeruandum eſt, ut uerborum mores hominibus ſimiles queas reddere. Id autem efficies, ſi qui magni, qui curioſi, qui mediocres ſunt mores, conſideraris. De ijs igitur poteris hac oia cognoſcete: de nominum uerò compoſitione iam declarabimus. eſt enim etiam hoc apprimè neceſſarium.

DE COMPOSITIONE.

De tribus figuris.

PRimùm igitur figuræ nominom ſunt tres: ſimplex, compoſita, & translata. Eodem etiam modo poſitiones ſunt tres: una quidem, quæ uocalem in coonexionibua terminat; & à uocali incipit. Secuoda uerò quæ à muta incipiens;

De quadrupli ci ordine.

cipiens, in mutam deſinit. Tertia autem, quæ A mutas uocalibus iungit. Item ordines ſunt quatuòr, quorum unus ſimilia nomina aut inuicem collocat, aut diſpergit: alius uerò, qui eiſdem rationibus utitur, aut inuicem mutat: tertius uerò, qui uno multiſúe nominibus rè appellat: quartus aũt ordo eſt, quo geſta negoria nominamus, aut prçterimus. Quo igitur pacto pulcherrimæ orationis filũ texendum ſit, nunc edocebimus.

DE INTERPRETATIONE, *ſiue elocutione.*

PRimùm quidẽ interpretationem ipſam in duas partes diſtribuere, deinde conuenir dilucidè dicere. In duas uerò partes interpretationem diſtribuimus hiſce modis: uno, quòd ipſe poteſt & hoc, & aliud. ſecũdò, quòd hic quidem haud poteſt, alius autẽ poteſt. tertiò, quòd hic & hoc & aliud poteſt. quartò, quòd neq; ipſe neq; alius poteſt. quintò, quòd ipſe quidem poteſt, alter uerò non poteſt. ſextò, quòd ipſe quidẽ alterum poreſt, alius uerò non poreſt alterũ. horum autem unumquodque ex hiſce perſpicies. Quod etenim ipſe poteſt & hoc & aliud, huiuſmodi eſt. Ego autem non harum dũtaxat rerum autor uobis extiti, uerùm & Timotheo, qui aduerſus uos eſſet expeditiones ducturus, impedimento fui. Quod uerò hic non poreſt, alter autẽ poteſt, tale eſt. Ipſe quidem non potis eſt qui pro uobis legatione fungatur: hic uerò qui Spartiarũ ciuitati amicus eſt, facillimè apud eos quæ uultis queat efficere. Quod hic autem poteſt, & hoc & aliud, eſt huiuſmodi. Non autem in bellis B ſolum hic ſe robuſtiſsimum & fortiſsimum prçſtitit, ſed & conſilijs ciuium cedit nemini. Quod autem neq; ipſe neq; alius poteſt, tale eſt. Neque ipſe parua munitus manu hoſtes queat, neq; alius quiſquam ciuium expugnare. Quod uerò ille poreſt, ipſe autem nequit, eſt huiuſmodi, nempe, Hic corporis ualet uiribus, ego uerò ſum corpore imbecillus. Quod autem ipſe aliud poteſt, ille uerò non poteſt aliud, huiuſmodi eſt equidẽ: Ipſe qui clauo & gubernaculis præſim ualeo, hic autẽ neq; qui temo utatur potis eſt. Figuræ igitur interpretandi duas partes facies, hoc modo omnibus in rebus idem modus ſeruandus eſt. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rurſum eſt conſiderandum.

DE ORATIONE DILVCIDA.

PRimùm quidẽ quodcunq; dixeris, proprijs ſuiſq; nominibus appella: & quicquid ambiguum fuerit, euitato. Caueas etiam oportet, ne uocales deinceps ponas. Aduertendũ eſt præterea, ut quos articulos uocãt, opportunè & aptè loces. Item conſideres opus eſt, ne confuſa ſit, neq; perturbata nominum compoſitio: talis enim oratio & obſcura eſt, & cognitu difficilis. Coniunctionibus uerò quaſcunq; antè dixeris, conſequentes reddito copulas. Coniunctiones autem coniunctionibus reddere ita ſit: Ego quidem ad quod temporis dixeram, affui: tu autem quando te uenturum dixeras, non uenisti. Item cum eadem coniunctio cõſequens ſit: tu etenim & illorum autor extitiſti, & horũ autor ipſe re.

De cõiunctionibus igitur dictum eſt, ex quibus licet & reliqua quæq; coniectari. Ipſa uerò nominum ſtructura, neq; confuſa neq; perturbata fieri debet. & confuſa quidem eſt huiuſmodi, ſicuti cum dixeris, Graue eſt hunc uerberibus afficere. nam obſcurum eſſet qui eſſet cædens: quod ſi ita dixeris, graue eſt hunc uerberibus ab hoc affici: perſpicuam reddes orationẽ. ſtructura igitur nominum confundere tale eſt. Vt autem aduertas quo pacto articuli ipſi tempeſtiuè apteq; addantur, ex hiſce tibi liquidum fiet. [illegible]. hic ipſe homo hunc ipſum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem, exempti uerò obſcuram apud Græcos efficient. Contingit autem & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis ſeruari conuenit, huiuſmodi ſunt. Vocales autem iuxtà inuicem ponẽdæ non ſunt, niſi aut aliter obſcura reddatur oratio, aut replicatio quædam, aliaue ſegregatio fiat. ambigua uerò fugere ita quibimus: quædam nomina diuerſis ſeruiũt rebus, ſicuti ludus quem ludimus, & ludus ſchola: oportet autem in huiuſmodi nominibus ſemper id complectamur, quod proprium eſt ſignificatum. & dilucidè quidem in nominibus, ſi hæc fecerimus, loquemur: ex ſuperiorib. uerò prçceptis in duas partes interpretatiões diſtribuem?.

DE QVIBVSDAM FIGVRIS, *ac primùm de contentione.*

DE contentionibus autem, & comparibus, & ſimiliter cadentibus iam dicere aggrediamur. nam & his quoq; nobis opus erit. Eſt igitur contentio, quæ contrarium nomen ſimul & uim oppoſitis rebus habet, aut horum alterum. Quæ igitur contrarium nomen ſimul & uim habet, huiuſmodi eſſe poterit. Non enim iuris eſt hũc meis rebus uſurpando locupletari, me uerò meis priuatum rebus pauperie ita premi. Contentio uerò nominibus ſolis erit huiuſmodi: Det enim locuples ac felix pauperi & egeno. Vt autem contentio hæc ſit: Ego quidem hunc aduerſa ualetudine laborantem curaui, hic autẽ mihi maximorũ autor malorum extitit. nã hoc loco non in nominibus, ſed in ipſis rebus cõtrarietas eſt. Quæ ergo & ui & nomine contentio fuerit, ea erit longè pulcherrima. reliquç uerò cõtentiones duæ ſunt.

DE COMPARI.

COmpar autem eſt, quando duæ pares enũciantur clauſulç. Pares autem eſſe poterũt multæ etiam paruæ clauſulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figuram uerò habet compar huiuſmodi, aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinẽ. hæ nanq; clauſulæ, neq; ſimiles, neq; contrariæ, ſed tamen inuicem pares ſunt.

DE SIMILITER CADENTE.

SImiliter uerò cadens eſt, quod compari quidem maius eſt: non enim pares ſolùm clauſulas, uerùm & ſimiles, & ſimilibus efficit uerbis. eſt autem huiuſmodi: quantum te docet orationis imitatio, tantũ adſit delectationis machinatio. Maximè uerò ſimiles fieri oportet exitus dictionum:

dictionum: ijs nanq; uel in primis efficitur ſimiliter cadens. Similes auté dictiones ſuut ex ſimilibus ſyllabis, in quibus plurimæ literæ eædem ſuut: ſicuti militibus nullis ualet, & uiribus multis caret: quæ uerò uel extra artem poſita ſunt, ea ultrò idipſum demonſtrabunt. Sed de his hactenus ſatis. etenim iuſtum. & honeſtum, & utile, reliquaq; & ipſa quæ ſunt tenemus, & unde his af fluamus, ex antedictis planè cognoſcimus. Eodé autem modo quæ ſint amplificationes extenuationesq;, & ex quibus hę locis deſumantur intelligimus: identidem uerò & præoccupationes, & poſtulata ab auditoribus, & iterationes, & facetias, & orationũ prolixitates, & ipſius interpretationis ſtructuram omnem ſcimus: quas ob res cõmunem omnium ſpecierum uim atq; differentiam, ipſarumq; uſum omné ſi ex antedictis tenuerimus, aſſuefecerim⁹ facilè noſmetipſos qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumenti ex ipſis plurimùm tũ dicédo, tum ſcribendo conſequamur. Igitur præcepta cauſarum hoc pacto accuratiſsimè per partes diſtribueris. Vt auté pro unaquaq; ſpecie ad humani corporis effigiem uerba locari conueniat, & quæ ſint circa orationis partes obſeruanda, & quomodo hiſce partibus ſit utédum, rurſum oſtendam. De exordijs igitur dicendum eſt prius. ea uerò ſeptem ſpeciebus communia ſunt, & omnibus in negotijs congruè dici poterunt.

DE EXORDIIS.

Exordium eſt (ut compendiò dixerim) oratio quædam quæ rebus ijs de quibus reliqua futura eſt dictio, ſummatim expoſitis, auditorum animos ad attentionem idoneè, & quoad fieri dicendo poteſt ad beneuolentiã nobis comparat. hæc enim per exordium præſtari conuenit. quomodo autem ea utamur, primùm quidem deliberatiuo in genere, & ſuadendi ſpecie oſtendam. *Propoſitio.* Cum rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere uoluerimus, fieri poterit hoc modo: Surrexi, ut quo pacto pro Syracuſanis bellandum ſit, conſulam. uel hoc modo: Surrexi, ut quid ſentiam dicam, qui non deceat nos Syracuſanis auxilium ferre. Hoc igitur modo ſummatim rem exponemus. *Attentio.* Qui uerò ad attentionem exhortemur, ſcite ex hiſce poterimus, ſi nos ipſi animaduerterimus quib. & uerbis & rebus ad audiendã ſententiã attenti ſumus. Nempe his ſumus attenti, cum de magnis uel terribilibus, uel ad nos pertinentibus rebus conſultamus, aut cum orantes ipſi demonſtraturos ſe dixerint iuſta illa eſſe, & honeſta, & utilia, & facilia, & uera, ad quæ nos gerenda exhortantur: aut cum nos rogauerint ſe attétè audiamus. Quemadmodum igitur ipſi alijs ſolemus, ita & nos, ſi quæ ex præmiſsis cõmodiſsima in præſentem ré fuerint delegerimus, eaq; auditoribus perſpicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. *Beneuolentia.* Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. beneuolentiã uerò comparabimus, ſi conſiderauerim⁹ primùm quo in nos animo ipſi ſint, beneuolóne an infeſto, aut neq; bono, neq; malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere ſupetuacaneum cedat. Verùm ſi omnino id facere uoluerimus, oportet paucis cum diſsimu-

A latione quadã id fieri, hoc modo: Quanta ſit mea in hanc urbem beneuolentia, utq; ſæpenumero ſuaſu meo quæ factu eſſent utilia geſſeritis, & qua me præterea ad cómunia cómoda præbeo iuſtitia, quippe qui publicarum magis quàm priuatarum mihi rerum habendam rationé cenſuerim, nequaquam à me dici opus exiſtimo. hoc enim uobis perſpicuum eſt & cognitum: uerùm quòd & nunc, ſi fidem adhibere mihi uolueritis, conſuleris in rem, pulcherrimè hac de re ut uos edoceam dabo operã. Hoc igitur modo eos qui bono ſunt in uos animo, in conſultationibus beneuolétię admonebimus: ſi uerò auditores neq; nobis infeſti ſunt neq; beneuoli, dicendũ eſt, & iuſtum eſſe, & conducibile, eos his ciuibus beneuolos fieri, qui nullum ſui dederunt experimentum. deinde oportet laude auditores demulcere, quòd iuſtè & grauiter quæ dicuntur iudicare cõſueuerint. item & extenuationes afferendæ: ſicuti ſi dicatur, Surrexi non tam ulla dicendi ui elegantiaue confiſus, quàm exiſtimans ea à me narrari, quæ ad cõmunem utilitatem, cõmodumq; accedant. Cũ igitur auditores neq; à nobis alieni, neque beneuoli nobis ſunt, ex huiuſmodi rebus beneuolentia captabitur. ſin autem calumniæ obnoxij apud auditores fuerint, neceſſe eſt aut ipſos in ſeſe, aut res de quib. dicũt, aut ipſam demum orationem calumnias continere. hæ autem calumniæ, aut ex præſenti, aut ex præterito tempore trahuntur. *Crimina in exordio quomodo diluẽda, ſi ex præterito tempore ſumãtur.* Ex præterito quidé tempore, ſi qua improbitatis ſuſpicio de aliquo habeatur, primùm in auditores præoccupatione utendum eſt, atq; dicendum ita: Neq; ipſe quidé ignarus ſum me apud uos calumnia affectum eſſe, ſed omnem ego de me inſimulationem falſam eſſe demonſtrabo. Poſtea ſummatim enumerãdo in B exordijs dicédum erit (ſi quid in rem tuam oratione complecti queas, & aut uituperanda iudicia) neceſſe enim eſt, ſiue publicè, ſiue priuatim calumnia de quopiã facta ſit, uel eſſe, uel fore iudicium, uel nolle accuſatores iudicium ſumere: eritq; dicendũ ut iudicatũ iniuſtè fuerit, quodq; inimicè nobis homines nocuerint, aut ſi minus hoc uериſimile uiſum fuerit, dicendum erit ſatis id eſſe debere, quod minus tunc ex ſententia nobis ceſſerit: iniuſtum autem eſſe, cum res iudicatæ iam fuerint, rurſum eaſdem calumniari. Si uerò celebre ſit iudicium futurum, te paratum planè dicito, qui ad inſinuationes in hoc ipſo pulcherrimo conſeſſu reſpondeas, & ſi quid aduerſus rempublicam per iniuriam patrauiſſe demonſtraris, te morte multatum iri. Sin autem accuſatores minus in cauſa perſiſtant, eadé oportet uti coniectura, quoniam falſam de nobis calumniã detuliſſent, deſiſtunt cauſa: non enim conſentaneum uidebitur, nolle eos iudicium capere, qui ueram accuſationem detulerint. Vſq; uerò in calumnias acerrimè eſt inuehendum, dicendumq;, quàm trux & cõmunis, & multorũ malorũ cauſa. Oſtendatur quoq; oportet, permultos iã iniuſtè per calumniam periſſe. item monendum, ſtultum eſſe, eos qui de republica conſultant, nó quę ab omnibus dicũtur audire, & quòd utile ſit animo uolutare, ſed aliquorum inſinuationibus cómoueri. Commonefacias autem atq; pollicearis

oportet, ea te de quibus conſulere ſis pollicitus, A & iuſta, & utilia, & honeſta demonſtraturũ. Eos *Calumniæ ex præſenti tēpore, unde ducantur, & quo pacto diluendæ.* igitur quotũ ex præterito tempore calumnia delata ſit, conuenit hoc pacto inſimulationes in cõſultationibus ſoluere. Ex præſenti uerò tēpore oratoribus calumniā ſolet afferre, primùm quidem ætas ipſa. nam ſiue omnino iuuenis, ſiue ſenior cõcionatur, auditores moleſtè ferunt. Huic enim nondũ incipere, illi uerò iam quieſcere decorum eſſe putant. Deinde ſi crebrò orationē habere conſueuerit. Hic enim importunus uidetur eſſe. Et ſi nunquā antea orationem habuerit. Nā & hic alicuius priuati cõmodi gratia præter conſuetudinē uidetur concionari. Ex præſenti igitur tempore huiuſmodi poterunt in illum inſimulationes fieri, qui apud concionē orauerit: ſed cauſa de ijs afferatur neceſſe. *In hominem.* A iuniore quidē ex conſultantium inopia, & ex eo quod ſuũ eſſe potiſſimũ uidetur: quemadmodũ ſi dixero de ludicro lampadarchię, uel de gymnaſio, uel de armis, aut de equis, aut de re bellica. Horũ enim non minima pars adhæret iuueni. Dicendũ eſt autē, quòd tametſi nondũ iuuenis per ætatem prudens eſſe poteſt, uerùm natura & diligentia quadam certè poteſt. Oſtendendum eſt etiā, qui aliquid imprudēter geſſerit, aduerſum caſum ſibi primùm dari: aſſecuto uerò cõmunem eſſe utilitatem cũ reliquis. Iuuenis igitur ex ijs atq; ſimilib. argumentabitur. Senior autem, argumentabitur & ab inopia conſultantiũ, & à facultate ſua: prætereà & à magnitudine & nouitate periculorũ, & ab alijs huiuſmodi rebus. Crebrò autem dictionē habere conſuetus, ab experientia argumentabitur, & B ab eo quod turpe ſit non eum ſententiā nunc dicere, qui antea conſueuerit. Non autē conſuetus, argumentabitur tum à periculorum magnitudine, tum ab eo quòd neceſſe omnino ſit eum qui ciuitatis eſt particeps, de ijs quę in præſentia agũtur, ſententiam dicere. Eas igitur inſimulationes quæ in concionibus circa hominē fiunt, hoc pacto refellere ſtudebimus. *In rem ipſam.* Fiunt autem circa rem, cum quis nihil neq; ijs à quibus nulla ſimus iniuria laceſſiti, neq; ijs qui fortiores potētioresq; ſunt, pernoſcendum eſſe conſultat, aut pacē turpem fieri perſuadet, aut circa Deorum immortaliũ ſacrificia quàm minimos effici ſumptus monet aut huiuſmodi quicquā narrat. Oportet autē in huiuſmodi rebus pręoccupatione prius ad auditores uti, quatum cauſam aut in neceſſitatem, aut in fortunam, aut in tempora, aut in aliquod cõmodum referamus, dicamusq; non conſultantibus quidē eſſe, ſed rebus potius huiuſcemodi cauſam adſcribēdum. Hoc igitur modo eas quæ circa rem ſunt inſimulationes, à conſultantibus remouebimus. *In orationem.* Oratio uerò ipſa in concionibus ſolet inſimulari, cũ aut prolixè, aut nimis priſcè, aut minus probabiliter dicatur. Et ſiquidem longa fuerit, in rerum multitudinem cauſa eſt referenda: ſin priſca ſit, doceatur oportet nunc ipſam tempeſtiuam eſſe. Sin autem minus probabilis ſit, pollicearis oportet eam te ueram in dicendi progreſſu demonſtraturum. *Ordo & diſpoſitio.* Conſultationes igitur ex ijs rebus principiò conſtituemus. Quo uerò utamur ordine, animaduerti conuenit. Siquidē nulla prorſus inſimulatio ſit, neq; nobis, neq; orationi, neq; ipſi rei, à propoſitione cõtinuò eſt inchoandum. Attentè autem quæ dicuntur, humaneq; audire ad poſtremũ exhortabimur. Sin uerò aliqua ſumus ab illis qui antè dixerunt, inſimulatione præuenti, poſt anticipatam auditorum opinionem, eorum quotum inſimulati fuerimus & reſponſiones & cauſas breuiter in mediũ deferentes, ita proponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidē in conſultationibus hoc modo ſunt conſtituenda.

DE NARRATIONE.

POſtea uerò neceſſe eſt aut res geſtas à nobis renunciari, referriúe, aut res præſentes diuidendo exponi, aut quæ futuræ ſunt iā prædici. Cũ igitur de legatione ſit nobis renunciandum, omnia quæ dicta fuerint, dilucidè narrare oportet, quò primũ quidem grauitatem oratio præ ſe ferat: hæc enim renunciatio ſolum erit, nullaq; alia oratiõis figura incidet. Deinde ſiquidem nobis ex ſententia minus res contigerit, nõ ulla id negligentia noſtra, ſed alia quadam cauſa accidiſſe auditores exiſtiment. Sin uerò ex ſententia contigerit, non caſu aliquo, ſed noſtra diligentia & induſtriis id factum opinentur. Hæc autem eo facilius credunt, ſi quoniam geſtioni negotiorum nequaquam interfuerint, noſtram in oratione * negligentiam, promptitudinemque *Diligentiam.* perſpexerint, utpote qui nihil omittamus, ſed unumquodque quàm accuratiſsimè referamus. Cum igitur legationem renunciemus ijs cauſis, ſingula quæque quo pacto geſta fuerint, renunciari oportet. Cum uerò ipſũ concionantes *Narrationis uirtutes.* aliquid præteritum narramus, ſiue etiam præſentia exponamus, ſiue prædicamus futura, neceſſe eſt ut unumquodq; horum, & breuiter, & dilucidè & non ſine probabilitate faciamus: dilucidè quidē, ut quæ dicuntur, comprehendi queat: breuiter autem, quo quę dicta fuerint memoriæ auditores teneant. Probabiliter uerò, ne ipſi auditores priuſquā probationibus atq; iuris partib. noſtram orationem confirmauerimus, noſtras iam narrationes falſas eſſe reprobēt. Dilucidè igitur *Dilucida narratio.* exponemus, aut à nominibus, aut à negocijs. A negocijs quidē, ſi nõ ea perturbatè exponamus, ſed rerum ac temporũ ordinē ſeruemus, reliqua uerò deinceps collocemus: & ſi neque eo de quo dicere cœperimus, relicto negocio, in rem aliam trãſeamus. A negocijs igitur hoc modo dilucidè narramus. A nominib. uerò, ſi quàm maximè idoneis rerum nominibus negocia appellemus, & ſi nõ ambiguis utamur, neq; perturbatè ipſa collocemus, ſed uſq; cohærētia deinceps ordinemus. Dilucidè igitur exponemus, ſi hæc diligēter obſeruauerimus. Breuiter uerò narrare poterimus, *Breuis.* ſi tum ex negocijs, tum ex nominibus ea remouerimus, quæ non ſint dictu neceſſaria: & ea ſolum cõplectemur, ſine quibus obſcura reddetur oratio. Et breuiter quidem hoc modo exponemus. Probabiliter autē à nobis narrabitur, ſi ad ea ne- *Probabilis.* gocia quę minus uериſimilia uidentur, cauſas attulerimus, quibus illa non abſurde geſta uideantur: ſiqua uerò omnino incredibilia contigerint, ea relinquamus neceſſe eſt. Sin autem neceſſaria ſunt quæ dicantur, ea te ſcire oſtendas oportet,

ſed

ſed ad confutationis partem, quia cum illa implicata ſint, dicenda reſeruare, orationisq; progreſſu id re uerum demõſtraturum polliceri, ea uſus argutia, quòd quæ prius abs te dicta fuerint, ea prius uera iuſtaq; demõſtrare, quàm aliud huiuſmodi quicquam uelis. Et hoc quidem modo his quæ minus uériſimilia ſunt medebimur. Vt autem ſummatim unà omnia complectamur, & renunciando, & exponẽdo, & prædicendo, ex his omnibus quæ antè diximus, dilucidas, breues, & probabiles narrationes faciemus.

DE ORDINE NARRATIONVM.

EAs autem tripliciter ordinabimus. Nam ſiquidẽ ea de quibus dicimus, pauca ſint auditoribus cognita, exordio narrationẽ coniungemus, ne pars hæc ſeparatim poſita breuis admodum fiat. Cum uerò negocia & permulta & incognita ſint, ad unũquodq; coniunctas narrationes faciemus, easq; iuſtas & utiles & honeſtas oſtendemus, quò non modò in narrandis rebus occupati ſimplicem & non uarietate quadã inſignem orationem faciamus, uerùm & auditorum animos capiamus: ſin autẽ negoria mediocria, & minimè nota ſint, opus eſt, uel renunciationem, uel expoſitionem, uel prædictionem in exordio uno & eodẽ quaſi corpore collocemus. Hoc autem faciemus, ſi à rerum initio ad extremum uſq; narrando proſequamur, & nihil aliud complectamur, ſed ipſa negotia expeditè declaremus. Quemadmodum igitur in exordio narrationes ordinandæ ſunt, ita ſcire poterimus.

DE CONFIRMATIONE.

DEinceps autem confirmatio ſequatur neceſſe eſt, per quam prænarrata negoria ex probationibus & iuſtis, & utilibus, ſicuti nos demonſtraturos polliciti ſumus, confirmabimus. Cum igitur coniunctas narrationes facere oporret, probationes in conſultationibus quàm commodiſsimè ducuntur à rerum conſuetudine, ab exemplo, à cõmemoratione, & ab ea quæ de oratore ſit apud omnes opinione. Vtendum eſt etiam, & ſi qua ex alijs probationũ partibus inciderit. eæ uerò ſic ſunt collocandæ. Primùm quidem dicẽris opinio. ſin id minus poterimus, rerum conſuetudines ordinabimus, demonſtrabimusq; & hæc quæ dicimus, uel & his ſimilia hoc modo fieri conſueuiſſe: deinde uerò exempla adferemus. & ſi qua eſt cum his quæ à nobis dicuntur, ſimilitudinem adducemus: ea autem exempla capiamus oporter, quę rũ rei congruãt, tum ipſis auditoribus, uel loco, uel tempore ſint proxima: ſi autẽ ſecus ſint, debemus ex alijs quæ maxima & notiſsima ſint accipere: poſt hæc uerò ſententijs utendum eſt. Oportet autẽ eas partes quib. probabilia & exempla tractata fuerint, in fine commentationibus & ſententijs terminemus. Et probationes quidem hoc modo ad negotiorum confirmationem adducemus. Si uerò narratis rebus continuò fit fides adhibita, probationes ipſas relinquemus, & à iuſti, & legitimi, & utilis, & honeſti, & iucundi, & facilis, & poſsibilis, & neceſſarij partibus antedicta negotia cõfirmabimus. Et ſiquidem iuſtum ineſt, id primũ collocabimus, & par hoc, perq; huic ſimile, & per

Probationes unde ducendæ.

Collocatio.

Confirmationis loci.

A cõtrarium, & per iudicatũ iuſtum enarrabimus, & ſimilia his iuſtis de quibus loqueris, exempla ſunt afferenda. Habebis autem permulta exempla tum ex his quæ priuatim apud ſingulos iuſta exiſtimantur, tum etiam ex his quæ in ipſa urbe ubi orationem habes, tum demũ ex his quæ in alijs urbibus iuſta duci ſolent. Cũ uero hæc omnia hoc modo percurrẽtes narrauerimus, in ipſisq; iuſti fine ſententias cõmentationesq; moderatas & ſibi inuicem diſsimiles attulerimus, ſiquidem ea pars longa ſit, eiusq; meminiſſe uoluerimus, paucis iterabimus: ſin autẽ mediocris ſit, cõmemoreturq;, tunc ubi eam finierimus, aliã quoq; partem adiungemus. eſt autẽ id huiuſmodi. Quod iuſtum quidẽ eſt auxilium nos ferre Syracuſanis, ſatis ex ijs quæ dicta ſunt demonſtratum exiſtimo: quòd autẽ etiam id nobis conductum ſit, enitar edocere. Et cum rurſus eodẽ modo ut de iuſto factitaras, utile percurreris, & eius extremã partem uel breuiter iterando, uel finiendo abſolueris, itidem aliã partem quæcunq; tibi in manu fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliã alij partem addere, & orationẽ cõtexere opus eſt. Cum hæc uerò omnia proſecutus fueris, quib. ea quæ perſuades, confirmare queas, oportet in his de omnib. ſummatim cum cõmentationibus & ſentẽtijs coloribusq; demonſtres, nõ ea efficere, & iniuſtũ, & pnicioſum, & turpe, & triſte admodũ fore: cõtrà uerò ſummatim addendũ eſt, & iuſtum & utile, honeſtum uoluptuoſumq; futurũ, ſi hæc ad quę eos exhortaris effecerint. Vbi uerò iam ſatis abundeq; ſententiarum grauitate uſus B fueris, quæ perſuades, concluſione terminabis. & hoc quidem modo quæ propoſita fuerint confirmabimus. Poſt hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

DE PRAEOCCVPATIONE *confirmationis.*

ESt autem præoccupatio, eorum locorũ qui cõtra tuam dictionẽ haberi poſſent, præoccupans reprehenſio. Oportet autem quæ ab aduerſarijs dicuntur extenuare, tua uerò amplificare, ueluti ſuperius in amplificandi tractatu audieras. Opus eſt etiam conferas unum uni, cũ tuum ſcilicet maius ſit: & plura plurib. & unum multis, & multa uni: ſic ſecundum omnem ſpeciem uarietate debemus uti, noſtra quidẽ augendo, aduerſariorum autem infirmando atq; deprimendo. Et hoc quidem modo præoccupationibus utemur: hæc autẽ ubi fuerimus proſecuti, iterationib. exitũ terminabimus, coloresq; antedictos ratiocinationis uel enumerationis, aut electionis, aut interrogatiõis, aut ironiæ aſſumem⁹.

SVADENDI PARTES.

QVod ſi adferendũ aliquibus auxiliũ ſuaſerimus, ſiue priuatis hominibus ſiue urbibus, paucis dicere conueniet, & ſi qua his in auditores, ſiue amicitia, ſiue gratia, ſiue miſericordia pręceſſerit, in mediũ referre cõgruũ erit. maximè enim omnes his auxilio eſſe uolũt, qui tali animo in eos fuerint: diligũt enim eos à quibus uel ab ipſis, uel ipſorũ amicis aliquid beneficij ſiue ipſi. ſiue alij qui eis curę ſunt, uel opportunè ſuſcepiſſe, uel ſuſcipere, uel ſuſceptũ ire crediderint,

Suaſionis loci.

Ad miſericordiã quomodo auditores flectendi.

derint:his autem habent gratias, qui ſiue ipſi,ſiue ipſorum amici aut in eos, aut in eorum neceſſarios boni quippiam opportunè uel contuliſſe, uel conferre,collaturiue putentur. Si borum igitur aliquid unum incidat, id breuiter doceamus, & ad miſericordiam redigamus oportet.Id autẽ affatim facere poterimus, ſi cognouerim⁹ ſolere omnes in eos miſericordia moueri,quos familiari erga ſe animo eſſe opinẽtur,aut indignos calamitate ſuſpicãtur. Hæc autem in ijs eſſe oſtẽdes, quos miſericordia dignos uelis demõſtrare:eſtq́; demõſtrãdũ eos iniquè paſſos, uel pari,uel paſſuros, ubi minus his auxilio auditores fuerint: ſin uerò hæc in illis non ſunt,demonſtrabis eos omnium bonorum inopes eſſe,quorũ cæteri omnes aut plurimi ſint participes, quiq́; nihil unquã boni uel oacti fuerint,uel nãciſcãtur nacturiue ſint, niſi auditores hoc tempore ad miſericordiã moueantur. Ex his igitur auditores ad miſericordiã

Diſſuaſionis loci.

inducemus. Diſſuadere autem ex cõtrarijs locis poterimus,eodemq́; modo exordiemur,& narrabimus,& probationib.utemur,auditoribusq́; oſtendemus,quæ facere aggrediuotur,eſſe & præter leges,& iniuſta,pernicioſa, & turpia,& triſtia & impoſsibilia, & difficilia, ac minimè neceſſaria.In diſſuadendo uerò idem diſpoſitionia modus ſeruabitur,qui etiam in ſuadẽdo:quãobrem qui ultrò diſſuadent, diſponere ita poterunt.qui uerò aliorũ ſuaſionibus contradicere uoluerint, primũ quidem ea in exordio proponere debent, quib. ſint cõtradicturi : in reliquis uerò ſingulatim eſt exordiendũ:poſt ſingula uerò prædictorum exordia,eſt ſecundum unumquodq; propoſitum maximè demonſtrandũ,minimè omnium ea eſſe ad quę aduerſarius exhortetur,neq; iuſta, neq; quę ea ſequuntur.Hoc autẽ facies,ut oſtendas uel iniuſta eſſe quę ille narrat, uel inutilia,uel his ſimilis,aut iuſtis cõtraria,aut utilibus,aut his quæ talia eſſe iudicãtur: eodẽ quoq; modo & cętera quæ inciderint, tractare debebis. Optimus igitur diſſuadendi modus hic eſt. Quod ſi minus hoc facere cõmodè potueris, ex eo quòd reliqueris genere diſſuadere orando poteris : ut ſiquidẽ aduerſarius iuſtũ eſſe oſtenderit,tu uel turpe eſſe uel inutile uel difficile uel impoſsibile uel aliud quiduis huiuſmodi enitere demonſtrate: ſin utile aduerſarius eſſe oſtenderit, iniuſtum ipſe,& ſi quid aliud opportnnum ad id haboeris, demonſtrabis:tua præterea augẽdo,& aduerſarij deprimendo facies quemadmodũ io ſuaſionibus dictũ eſt. Decet eodem quoq; modo ſententias cõmentationesq́; afferre,præoccupatiooesq́; refel-

Tractatio.

lere,ac breuiter ad exitũ iterare. Præterea quoq; in ſuaſionibus oſtendendum eſt, aut eos quibus auxilium ferẽdum ſuademus, horũ amicos eſſe, quos ad id faciundum exhortamur,aut hoc,gratias his deberi qui deprecantur: quibus nerò auxiliũ ferre diſſuaſerimus, eos oel ira, uel inuidia,

Odium.

uel odio dignos oſtendemos. In odiũ quidẽ adducemus, ſi ab illis aut ipſos auditores, auditorúmue amicos, aut alios qui his curæ ſint, mali

Ira.

quippiã iuiquè paſſos demonſtrabimus. Io iram autẽ rapiemus, ſi uel auditores ipſos, uel ipſorũ amicos,uel alios qui his ſunt curę, indignè negle

Inuidia.

ctos,iniuriáue affectos oſtendemus. In inuidiam

A uerò contrahemus, ſi ſummatim indignè fortunatos extitiſſe,aut eſſe,aut fore:uel ſi nullius unquam boni fuiſſe inopes,aut eſſe aut futuros:uel ſi nuoquã malorum quippiã paſſos, aut pati,aut paſſuros demonſtrabimus.Inuidiam igitur & odium atq; iram hoc modo concitabimus: beneuolenriã uerò & gratiam & miſericordiã ex his poterimus comparare, quæ in ſuaſiooibus dicta ſunt. Eas autem ex antedictis omnibus contexere ordinareq́; poterimus. Species igitur ſuadẽdi & qualis ipſa ſit,& ex quibus conſtet, & quomodo ea utendum ſit,ex ijs liquidò cognoſcimus.

LAVDANDI VITVPERANdiq́; partes.

Exordium.

Rurſum autem laudandi uituperandiq́; ſpeciem deinceps conſideremus.Cũ in hoc genere exordiri uoluerimus, propoſitiones primùm ordinamus, inſimulationesq́; diſſoluimus itidem atq; in ſuadẽdo. Ad attentionẽ uerò exhortamur tum ex bis quę in conſultationibus dicta ſunt,tum ex eo ꝙ mirabilia illuſtriaq́; dicamus:ut æquitatem noſtrã,eorumq́; quos uel laudamus uel uituperamus,facinora demõſtremus. In huiuſmodi enim cauſis ut plurimõ non diſceptationis,ſed oſtentationis potius cauſa orationẽ habere conſueuimus Primũ autẽ exordia eodẽ modo conſtituemus, qui in deliberatiuo à nobis genere demonſtratus eſt. Poſt exordiũ uerò

Partitio bonorum.

partiri debemus & ea quæ extra uirtotẽ ſunt, & ea quæ in ipſa uirtute bona cõſiderãtur: hoc modo externa quidem bona in bonã ualetudinẽ &

B robur, & formæ digniratem, & diuitias, uirtutẽ uerò in ſapientiã,iuſtitiam,& fortitudinem,illuſtresq́; diſciplinas diſtribuimus. Horũ autẽ quæ in uirtute poſita locataq́; ſunt, iure laudãtur,extraria autẽ ſubducuntur. Robuſtos nanq; & pulchros & nobiles atq; locupletes nequaquã laudare, ſed dicere beatos cõuenit. His autẽ diligenter conſideratis,poſt exordia de genere primũ dictionẽ inſtituemus.Hoc enim primũ bominibus ac reliquis animalibus clarum ineſt, uel obſcurũ.

Laus à genere inchoanda.

Proinde rectè quidẽ aut hominem aut aliud tale animal ex genere cõmemorabimus. Cum uerò aut affectũ, aut rẽ, aut orationẽ poſſeſsionémue laudare uoluerimus, cõtinuò ex ijs quæ honeſta adſunt,nõ abſurdè laudabimus. A genere autem laudare ita conoenit. Siquidẽ progenitores inſignes fuerint, debemus omoes ab initio ad eum uſq; quẽ laudatum uolumus,reſumere,& in ſingulis progenitoribus clarum aliquid ſummatim appooere. Quod ſi primi induſtrij inſignesq́; fuerint,reliquos uerò oihil oratione dignum geſsiſſe cõtigerit, primos quidẽ illos eodẽ modo proſequemur, ignauos autẽ atq; degeneres omittemus,ea uſi cauillatione, ꝙ propter maiorũ multitudinẽ nolimus auditoribus orationis longitudine graues effici:præſertim cũ nemini ſit obſcurum,qui ex bonis clariſq́; parentib. nati ſunt,eos conſentaoeè fieri ſuis maioribus non diſsimiles. Sin autem ueteres progeoitores obſcuri fuerint, qui oerò proximè extiterunt illuſtres, ab ijs eſt laus generis capienda, dicendũq́;, ut de illis quidem longam repetere quandam orationẽ ſuperuacaneum admodũ fuerit. Sed ſi eo laudes referaotur,

ſantur, qui proximi ijs qui laudantur extitiſſent, A planè & hi quoq; boni probiq; uiri oſtendentur, quodq; perſpicuũ ſit horum maiores induſtrios quoſda inſignesq; extitiſſe. Haud nãq; uериſimile uideri, huiuſmodi homines honeſtos & bonos eſſe qui ex improbis progenitoribus nati eſſent. Vbi uerò nullus maiorũ ſit ſplendor, dices ipſum in ſe generoſum eſſe, colligesq; eos omnes ingenuè natos eſſe, qui ingenitã ſibi uirtutem habẽt, & eos alijs quoq; omnib. longè antecellere, qui ſuos progenitores laudant. permultos enim qui ex claris maiorib. nati eſſent, degeneres extitiſſe: addesq;, q; de huius nunc & nõ de progenitorũ præconijs agatur. Eodem autẽ modo in uituperationib. origo generis in improbos & maiores referenda eſt. Et ita laudãdo ac uituperãdo, quæ ad genus pertinent, ordinabimus.

Pueritia. Et ſi quid illi de quo loquimur, præclarũ fortuna ceſſerit, hoc duntaxat tuebimur, ut ea quæ ætati conueniunt enarremus: & id quidẽ haud prolixè. pueri nãq; tam ſuo ingenio quàm eorũ qui ipſis præfuerint diligẽtia, honeſti pudiciq; ſunt. Quare breuis de ijs eſt habẽda oratio. Cũ autem hunc modũ percurreris, habita ad poſterum cõmentatione atq; ſententia, debes hanc partẽ in adoleſcentis ętate terminare.

Adoleſcentia. Et propoſitione deinde facta, aut eius qui laudatur, res geſtas, aut mores, aut ſtudia amplificabis, quemadmodũ ab initio in demonſtratiuo genere pri⁹ diximus. Exponesq; ab hoc quẽ ipſe laudas, cum eſſet hac ætate, aut per hunc, aut per ſtudiũ, aut ex hoc, aut huius gratia tum hoc illud pręclarum facinus geſtũ fuiſſe. Oporret & cęterorum quoq; iuuenũ præclara facinora colligẽ B do cõferre: & huius longè ijs maiora eſſe oſtẽdere, illorum quidẽ quę minima ſunt: huius autem quẽ tu laudas, quæ maxima ſunt enarrando. Cõuenit autẽ & quæ apud alios res illuſtres parum pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicẽdo ſ idẽ magnas demõſtrari. Et ſemper res ita cõparãdo augendæ & exornãdæ ſunt. ut, Vbi. & quia iuuenis ita philoſophus unquam fuit, qui uel ſenior magnũ adeò incrementũ habuerit? Et qui adeò robuſtè gymnaſiorum labores perfert, uehementer is philoſophię ſtudiũ & induſtriã adamabit. Et hoc quidẽ modo ſimilitudine & collatione uſi, amplificabimus. Cum uerò quæ circa ætatẽ adoleſcentis conſiderãtur, abſoluerimus, in fine huius partis ſententias cõmentationesq; locabimus, aut quæ dicta ſunt breuiter iterantes, aut ad poſtremã partẽ finiẽres.

Virilis ætas. Ruſus ubi propoſuerimus quę geſta ſint ab ipſo uiro quẽ laudamus, de iuſticia primũ dicere aggrediemur: quam eodẽ modo ut in ſuperioribus exornantes, ad prudentiã, ſi fuerit, deſcẽdemus. Et hãc eodẽ quoq; modo abſoluẽtes, fortitudinẽ ſi fuerit, proponemus. Quã eadẽ amplificationis ratione itẽ percurrentes, cum ipſius finẽ partis attigerimus, & omnia genera perſecuti ſumus, ſummatim quæ antedicta fuerint, iterãtes, exitũ uel ſententia uel commentatione toti orationi apponemus.

Oratio generis demonſtratiui. Congruet autẽ laudibus, nominibus etiam multis circa unõquodq; uti, & ſplendidã facere dictionẽ, atq; magnificam. Eodem quoq; modo cũ de nequam hominibus oratio nobis erit, uituperationes conſtituemus. Oportet autẽ nullis in eũ uta-

mur cauillis quem cœpimus, ſed ipſius dũtaxat uitam enarremus. Sermones enim longè magis quàm iocoſæ obiurgationes atq; cauilla & auditoribus perſuadent, & ægritudine quos uituperamus afficiunt. Nam huiuſmodi quidem ſales ad ideam uel ſubſtantiã referũtur: ſermones uerò ſunt ingeniorũ morumq; ueluti imagines. Cauendum eſt etiã, ne res turpes nominibus appelles turpibus. Id enim adfert grauitati calumniã. Sed quæ huiuſmodi ſunt, tanquã per ænigma ſignificabimus, & aliarum rerũ nominibus rẽ ipſam manifeſtabimus. Debemus autem in uituperationib. ironia uti, & in ijs aduerſarium deridere, quib. ille maximè exultat: & priuatim quidem paucisq; præſentibus eum dehoneſtare: in uulgus autem & multitudinem cõmunes maximè uituperationes maledicere. Vituperationes uerò eodem modo poterimus, quo etiã & præconia, & augere & extenuare. Itaque harum ſpecierum ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, uſum omnem intelligemus.

RVRSVM DE GENERE IVDIciali, *de accuſatione, quæſtionis defenſione, atq; horum omniũ tractatione & collocatione.*

Reliquum eſt, ut accuſandi quærendiq; pręcepta peragamus, quæ rurſus, quemadmodũ in iudiciali genere dictum eſt, componemus, ordinabimus, percurremus. Primũ igitur in exordijs rẽ de qua ſit accuſatio, uel defenſio, proponemus, ut etiã in alijs pręmiſsis ſpeciebus. Ad attẽtionem autẽ ab ijſdem locis exhortabimur, B quos in ſuadendo diſſuadendoq; docuimus. Itẽ etiam de beneuolentia idẽ quoq; modus ſeruandus erit, q in deliberatiuo genere præmiſſus eſt. Nã is cui auditores beneuoli ſunt, ex præterito, *Exordium.* aut præſenti tempore, & is ne calumnia affectus ſit, ad eos irritandos uel in ſe, uel in rem ipſam, uel in orationem, beneuolentiã captabit eodem modo, ut illic docuimus. Is uerò in quem neq; beneuoli auditores, neq; infenſi fuerint, beneuolentiam captare poterit ex præterito præſentiuẽ tẽpore, uel per ſeipſum, uel per rẽ, uel per orationẽ. Ille autẽ qui apud auditores calumnię obnoxius factus fuerit, partim mixtim, partim priuatim beneuolẽtiã captabit. Hic igitur mod⁹ erit per quẽ beneuolẽtia cõparabitur. Enimuero hi, aduerſus quos neq; bono neq; malo animo auditores fuerint, paucis ſunt laudãdi, & aduerſarij uituperandi. Oportet autem eos ab ijs laudare quæ uidentur maximè auditorum intereſſe (dico autem ciuitatis ſtudioſum, amicorum obſeruatorem, gratum, miſericordem, & ſimilia) aduerſarios autẽ ab ijs uituperare quibus auditores ad irã irritantur. Hæc autem ſunt, ciuitatis inimicus, amicorũ hoſtis, ingratus, immitis, & huiuſmodi Opus eſt etiam laude iudices delinire, quòd iuſti iudices grauesq; ſunt. Aduerſariorum pręterea defectus ſicubi tibi minores extiterint, ſiue ad dicendum, ſiue ad agendum, ſeu ad aliud quicquã quod in diſceptatione uerſetur, erunt oratione complectendi: & iuſtum præterea, & legitimũ, & utile, & quæ deinceps ſequuntur, inducenda. Cum iudices igitur neq; bono neq; malo animo in nos fuerint, ex ijs beneuolentiã captabimus. Si quia

Calumniæ circa hominē, unde.

uerò in calumnia ſit, idq; ex præterito tempore, A & circa orationē, ſcire ex antedictis poterimus, quo pacto inſimulatiōes ſoluere oporteat. Quod ſi ex præſenti tēpore calumnia fuerit, neceſſe eſt circa ipſum hominē eam fieri: aut ſi ioeptus præſenti cōtrouerſiæ, aut ſi criminibus præpoſterus, aut ſi pro confeſſo accuſationi obnoxius uidaacur. Ineptus quidē fuerit, ſi aut iuoior aut ſenior pro alio diſcepter. Præpoſterus uerò eſſet, ſi quis robuſtus imbecillum uerberationis accuſet, auc ſi quis contumelioſus cōtumeliæ temperantem inſimulet, aut ſi quis admodum pauper hominē ditiſsimum pecuniarum egens in iudiciū deuocet: itaq; huiuſmodi homines ſubconrrarij criminibus ſunt. Pro cooſeſſo autem erit, ſi quis fortis robuſtusq; exiſtens, ab infirmo & imbecillo uerberationis accuſetur, aut ſi quis fur exiſtimatus, furti reus in iudiciū arceſſatur. Vt autem omnia uno complectamur uerbo, hi quorum moribus ſimilis eſt hominum opinio, uidebūtur criminibus eſſe obnoxij.

Calumniæ circa rem, unde.

Circa ipſum igitur hominē ex inſtanti tempore calumniæ huiuſmodi fieri poterunt: circa rem autē eæ contingent, ſi quid aduerſus domeſticos amicos, aut aduerſus hoſpices, aut in ſuos, uel de prauis, uel de turpibus rebus negocia adſerat: hęc enim infamiam diſceptantibus afferunt. Quemadmodū igitur eas inſimulatiōes ſumus diſſoluturi, deinceps oſtendā.

Calumniæ quo modo diſſoluē de circa hominem.

Duo eſſe cōmunia in nmnib. elemēta exiſtimo: alterum quidem, ut quibus rebus correcturos iudices aduerſarios putes, his eos præueniens corripias: alterum uerò eſt, ſi res in aduerſarios quidem maximè, ſiu id minus, in alios quoſdā tranſ B feras, ea uſus cauillatione, quòd non ex ſententia tua, ſed ab aduerſaiijs coactus in certamē deſcenderis. In unamquamq; uerò calumniam hæc argumentari conuenit. Iunior quidem cauſabitur aut ſeniorum aut amicorum qui pro ſe diſceptēt ſolitudinem, aut criminum magnitudinem, auc temporis præſcriptionem, aut rerum multitudinem, aut aliud quid huiuſmodi. Si uerò habueris pro alio dictionem, dicendū erit, te amicitiæ gratia aduocatum fieri, aut aduerſarij motum inimicitiis, auc quia negocijs interfueris, aut ob utilitatem publicam, aut quia is cui patronus oenis, & ab omnibus eſt deſertus, & iniuria premitur. Quòd ſi crimini pro confeſſo obnoxius, uel præpoſterus accuſationi effici uideatur, cum præoccupatione ntendum eſt: tum etiam dicendū, ot neq; iuſtum, neq; legitimum, neq; utile ſit ex opinione ac ſuſpicione ferre prius ſententiam, quàm res fuerit audita. Quę igitur circa ipſum hominē

Circa rem.

ſunt, hoc pacto inſimulationes diluemus: eas uerò quæ circa rem ſunt, ita repellemus. Cauſam in aduerſarium reijciemus, uel ſi maledictum ei crimini demus, uel ſi iniuriam aut cupiditatem, aut pertinaciam, aut iram prærēdamus, qoòd nullo alio modo ius conſequi poſsibile poiſit. Priuatas igitur calumnias apud iudices ita diluemus: cōmunes uerò omnibus ſpeciebus ſoluere poterimus, quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt. Exordia uerò in genere iudiciali eodem modo collocabimus, ſicuti etiā in deliberatiuo.

Collocatio partiū orationis.

Eadem etiam ratione narrationes exordio coniungemus, quas uel particulatim probabiles eſſe iu- A ſtasque oſtendemus, aut ipſas ſeparatim tanquā in unū corpus ordinabimus. Deinde uerò erit confirmatio, quam ſiquidem rebus ipſi aduerſarij contradixerint, ex probationibus: ſin autem conſenſerint, ex iuſtis & utilibus & his ſimilibus confirmare debemus. Collocanda ſunt ex probationibus primùm quidem teſtimonia, & ſi quæ nobis ex quæſtionibus cōfeſsiones fuerint. Demum uerò ſi nullo modo ueriſimilia ea fuerint, ſententijs & commentationibus: ſin autem nō omnino uerilimilia, probabili, demū exemplis, & coniecturis, & ſignis, & argumentis, demum uerò commentationibus & ſententijs confirmare debemus. quòd ſi uerisimilia fuerint, probationes quidem omittemus, iuſtis autem quemadmodum in antedictis utemur. Et hoc quidem modo confirmabimus.

Refutatio.

Poſt confirmationem autem ubi ea quæ in aduerſarios ſunt collocauerimus, præoccupabimus eas res, quas uetiſimile fuerit aduerſarios dicturos. & ſi quidem aduerſarij rem negarint, probationes illas à nobis dictas amplificabimus: quas uerò illi dicturi ſunt, reprehēdemus, & extenuabimus.

Legum tractatio.

Si uerò fateantur & legitima & iuſta eſſe quæ ſecundum ſcriptas leges à nobis inductas oſtenderimus, enitēdum eſt ut his ſimul leges quas & iuſtas & honeſtas & conducibiles uniuerſæ Reip. plures iudicarint, tales etiam eas eſſe oſtendamus: quas autem aduerſarij induxerīt, eas contrà habere demonſtremus: quod ſi minus commodè hæc dici quiuerint, iudices cōmonefaciendi ſunt, eos nō de lege, ſed de re iudicare: quodq; iurati ſint ſecū B dum leges latas ſententiam latum ire. & doceas haud hoc tempore decere leges, ſed in conſtitutis diebus eas ferre. Sed ſi contigerit rem his legibus agitari quæ iniquæ eſſe uideantur, dicēdum erit, non legem rem huiuſmodi, uerùm iniquitatem eſſe: cum lex quidem ad utilitatem feratur, hęc autem afferat ciuitati perniciem.

De contrarijs legibus.

Dicendum etiam erit, haud contra leges facturos, ſi huic legi contrariam ſententiam tulerint, ſed leges potius laturos, ne ſit improbis iniquisq; decretis utendum. Oportet autem ad id collectionē afferre, quòd nulla lex prohibet reip. benefacere: ſed improbas leges autoritate priuare, aliud nihil eſſe, quàm ciuitatem beneficio donare. Quaſcunq; igitur ex his legibus quæ nullam ambiguitatem continent, habuerimus, ex talibus præueniētes, abundè cōtradicere poterimus.

De ambiguis legibus.

De ambiguis uerò legibus ſi iudices ita ſenſerint, ut tibi expedit, oportet hæc demonſtrare, quòd ſi iudex dicat quemadmodum aduerſarij, condocefaciendus eſt, legumlatorem non hoc ſenſiſſe quod ab illo dicitur, quodq; conducit ipſis iudicibus legem ita dicere. Verùm ſi nullo modo poſsis in cōtrariam ſententiam commutare, oſtēde aliud nihil poſſe contrariam legem dicere, atq; ipſe dicas. Et quo quidem pacto oporteat uti legibus, ex his quæ diximus abundabis.

Status iuris.

Summatim uerò ſi peccaſſe omnino fateantur, & ex iuſti tamen & legitimi partibus defenſionem parent: ex his ea ſunt confutatione præuenienda, quæ dicturi illi uideantur: ſin autem peccaſſe fateantur, & ſibi tamen ignoſci poſtularint, ſic talia oportet confutare. Primùm quidem dicendum erit, deterioris

eſſe

eſſe moris, quodq; tunc illi crimen in imprudentiam reijciunt, cum ſe deprehenſos intuentur: proinde ſi huic ignoſcitis, alios itē omnes ſupplicijs atq; cruciatibus liberabitis. Dic etiā & illud,

De imprudentia.

ſi eos qui peccaſſe confitentur, abſolueris, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicēdum etiam erit, & ſi imprudenter errauit, non tamen decet me ob huius imprudentiam detrimento affici. Præterea dicetur: Cum neq; legum lator imprudenter delinquentibus ignoſcit, eò neq; à iudicibus qui ſecundum leges iudicāt, ignoſci iure poteſt. Ex his igitur atq; ſimilibus eos qui ſibi ſecūdum poſtulant, confutare poterimus: ſicuti etiā ab initio expoſuimus. Vt compendio autē utar, quæcunq; ſint aduerſarij dicturi & ad probationem, & ad iuris ſui partes afferendas, & ad ueniā poſtulandam, ex antedictis præoccupabimus.

De peroratione.

Poſt hanc aūt cauſam tota eſt oratio per enumerationem, ſummatim repetēda, & breuiter (ſi fieri poteſt) iudicū animi in aduerſarios quidē, uel ad odium, uel ad iram, uel ad inuidiam, in nos autem ad beneuolētiam, uel gratiam, uel miſericordiam commouendi. Quibus aūt rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere, in ſuaſionib. & diſſuaſionibus diximus: ac rurſum in defēſionis ſpecie ad finem percurremus. Orationis igitur principium in iudiciali genere, ſiquidem accuſemus, ita componemus & ordinabimus: ſi uerò defendamus, exordium quemadmodum & in accuſando conſtituemus.

Probabile quo modo diſſoluatur.

Eas aūt res quarum accuſamur, quibusq; accuſator ſcientiā auditoribus fecerit, relinquemus: quibus uerò opinionem reliquerit, haſce ubi poſt exordium propoſuerimus, diſſoluemus: teſtesq; & quæſtiones & iuramenta refel B lemus, quemadmodū antea audiſti. Et ſi quidē res credibiles fuerint, poterimus ipſarum reſpōſionem in eius quod relictū ſit locū transferre. Quòd ſi teſtes per quæſtiones fidem fecerint, aut in orationem, aut in negotiū, aut in quodcunq; aliud fuerit in aduerſarijs maximè uerisimile, ipſorum eſt reſponſio trāsferenda. Si uerò aut cōtra utilitatē publicam, aut contra conſuetudinē accuſator te feciſſe criminetur, debes defendere id maximè eſſe utile, quod ab eo crimini datur: uel ſi id minus potueris, dices ut neq; abs te, neque ab his qui tibi ſint ſimiles, aut quod nō hoc modo huiuſmodi res geri conſueuerit. Probabile igitur ita ſolues.

Exemplum. Exemplū uerò debes primū ſi potes, demonſtrare id haudquaquam eſſe criminationi ſimile, uel aliud tibi ex contrarijs præter

Coniectura. uerisimilitudinem exemplū ferendū eſſe. Coniecturā autem potes confutare, ſi dicas quibus cau-

Sententiæ. ſis contraria ſignificare contigerit. Sententias uerò atq; cōmentationes aut improbabiles aut am-

Signa. biguas oſtendas oportet. Signa aūt nō eius ſolū cuius ipſe ſis accuſatus, ſed rerum plurimarum ſigna eſſe oſtende: & ea quidē quæ ab aduerſarijs dicta fuerint, in contrariū aut ambiguū conuertentes poterimus hoc modo improbare.

Defenſoris loci.

Si uerò quorū nos accuſator criminatur, ea feciſſe fateamur, idq; ex iuſti & legitimi partib. defēdere pergamus, magis legitimas res noſtras, iuſtioresq; demonſtrare elaborabimus. Quod ſi minus cōmodè fieri potuerit, ad imprudentiam caſumque de fugiemus, iacturasque paruas eſſe oſten- A demus, & ignoſcendum nobis eſſe argumentabimur, demonſtrantes quam omnium quidem hominum per imprudentiam delinquere commune ſit: ſed afficere iniuria, improborū eſſe proprium. Dices etiam & æquum & bonum eſſe, & iuſtum, & conducibile his ignoſcere qui per imprudentiam deliquerint: neminem enim omnium ſcire ſi quid aliquando ſibi huiuſmodi euenturum ſit. Oſtendendum eſt etiam, ſi quid aduerſarius ipſe aberrauerit, & ueniā tamē conſecutus ſit.

De præoccupationū ſolutiōe.

Poſt hæc eæ præoccupationes ſequūtur, quæ ab aduerſarijs dictæ ſunt. Harū igitur alias ſatis ſuperq; à reb. ipſis ſoluere poterimus. Sed ſi calumnietur ſcriptas nos oratiōes recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede conductos patronos fieri, ad hæc talia contraueniamus oportet, diſsimulandoq; dicamus, minimè omnium lege prohiberi, aut ſe ſcripta, aut illum nō ſcripta loqui: lege namq; talia parrare nō permitti, loqui uerò ut quiſq; uelit, facile ſini. Dicendū I.
quoque erit, uſqueadeò aduerſarij delicta uel ipſius eius ſententia permagna eſſe, ut exiſtimet me nunquam dignè in ſe accuſando ſatisfacere poſſe, niſi quæ dicturus eſſem, & antea ſcriberē, ac multum temporis meditatus ſim. Ad ſcriptarum igitur orationū calumnias ſic occurrere po- II.
terimus. Si uerò dixerint nos diſcere meditariq; dicendi facultatem, confitebimur id quidem, dicemusq;: Nos quidem quos ais diſcere, neq; calumniatores, neque contentioſi certè ſumus. Tu uerò qui oratoriam tenes, cùm hoc tempore, tū ſæpè aliàs nos calumnijs circumuenire deprehēſus es. Quare conducere ciuibus uidetur, ut & il B le oratoriam diſcat. Non enim ſic malū neq; inſi III.
mulatorē eum fore. Eodem quoq; modo ſi quis nos mercede conductos cauſarū patronos dicat, & fatebimur, & cauillabimur, huiusq; rei autorem, accuſatorem noſtrum ac reliquos omnes demonſtrabimus. Mercedum autem ſpecies diuidemus, dicemusque alios pecunijs, alios gratis, alios ſupplicijs, alios honoribus aduocatos aſsiſtere. Te igitur gratis id obire muneris oſtende: aduerſarium uerò dicito, ne paruo quidem precio aduocatum aſsiſtere. Eum nanque ut aliquid argenti iniuſtè capiat, non autem ne perſol IIII.
uat, in iudicium ire. Idem quoque modus ſectandus eſt, ſi quis nos aut aliquos edocere dixerit, qui controuerſijs apud iudices utantur, aut iudiciales orationes conſcribere. Nam & alios omnes oſtendes pro uiribus adiumento amicis eſſe, & docendo quidem, & conſulendo: & artificioſiſsimè in huiuſmodi rebus occurres.

De interrogationibus & reſponſionibus, cōceſsionibus, negationibus.

Oportet autem & circa interrogationes atque reſponſiones, quotquot in huiuſmodi ſpeciebus inciderint, ne nos negligentia ulla capiat, ſed quæ reſpōdeo, concedantur, quæque negentur, ſunt conſiderenda. Conceſsiones igitur ſunt huiuſmodi: Mihi filium enecaſti. enecaui equidem: nam ille in me prius diſtrinxit gladium. Filium mihi pulſaſti: pulſaui equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confregiſtiſti: confregi equidem, nam noctu impetum in meam feciſti domum. Tales igitur conceſsiones legib. freti nonnunquam facimus. Huiuſmodi uerò negationes legem declinant, Mihi filium occidiſti: nō

ego qoidem, ſed lex occidir. Hæc autem omnia ita oportet reſpoodere, cum duarum legum altera iuber hoc faciundum, altera nõ ueret. Quæ igitur in aduerſatios dicenda ſunt, ex his omnibus colliges. Poſt hæc autem eorum quæ antè dixerimus ireratione, breuis eſt admonitio adhibenda. Ea ueiò eſt utilis omni tempore: quamobrẽ & ſingulis io ſpeciebus ea iteratione urendum eſt. Verùm in accuſationibus maximè & defenſiooibus ea coogruit. Iridem quoq; in ſuaſionibus atq; diſſuaſionibus. Neq; ſolum ea hic commemorare quæ antè dixerimus, quemadmodũ in laudando & uituperando, uerum etiã animos iudicum in beneuolentiam noſtram conciliare, & in aduerſarios concirare debemus. Hanc uerò iterationem in orationis partibus poſtremã conſtituimus: hęc enim facit ut reminiſcaris ſummatim quæ dicta ſunt enumerando, aut ratiocinando, aut interrogãdo, tua quidẽ quę optima ſunt: aduerſariorum autem, quæ nequiſsima, ſi quidẽ interrogarionis figura uti uolueris. cuiuſmodi autem unumquodq; horũ ſit, ex ijs cognoſcere poſſumus quæ ſuperius dicta ſunt. In beneuolentiã uerò noſtram iudices conciliabimus, & in aduerſarios concirabimus ex ijs beneficijs, ut etiam in deliberatiuo genere ſummarim oſtendimus, quibus nos aut amici noſtri ipſos à quibus iniuriam ſuſcipimus, ipſorumúe neceſſarios, ſeu iudices ipſos, uel eos qui eis curæ ſunt, ſiue affecerimus, ſiue afficimus, ſiue ſumus affecturi: & ſi ipſis dixerimus nunc tempus eſſe referendarum pro ſuſceptis beneficijs gratiarum. Etſi eos in commiſerationem, ſi opus fuerit, adduxerimus. Hoc autẽ eò faciemus, quò noſtram in auditores beneuolentiam demonſtremus, & quàm indignè ob ea quæ malè paſsi fuerimus aut patimur, paſſuriúe ſumus, miſeria premimur, niſi hi nobis adiumento fuerint. Si uerò nihil nobis adſit huiuſmodi, cõmemorabimus quib. bonis priuati fuerimus, aut priuamur, aut priuabimur, ubi iudices nos neglexerint, ſeu ut nunquam boni quippiam nacti fuerimus, aut nanciſcimur, aut nacturi ſumus, niſi ab ijs auxilium meruerimus. Ex his nanq; commiſeratione nos indignos conſtituemus, & auditores nobis conciliabimus. Aduerſarios uerò calumnijs circunuentos in inuidiã & odium apud auditores ex horum contrarijs adducemus, cum oſtẽderimus ab ijs, aut horum amicis auditores ipſos ipſorumúe neceſſarios mali quippiam indignè paſſos, aut pati, aut paſſuros. Ex huiuſmodi enim rebus ad odium & iram in aduerſarios rapientur. Sin autem hæc fieri commodè nequiuerint, ea in unum redigemus, quibus auditores in aduerſarios ad inuidiam conciremus. Inuidia nanq; propinqua eſt odio: his autem ſummatim inuidebitur, ſi eos indignè fortunatos, & ab auditoribus animo alienos oſtenderimus, percurrentes quã multa bona iniuſtè paſsi fuerint, aut patiuntur, paſſuriúe ſunt. Aut quàm unquàm nullius boni indiguerint, uel indigent, uel indigebunt: aut quàm in nihil unquam mali inciderint, ſeu incidunt, ſeu incident, niſi nunc à iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorũ nobis animos ad beneuolentiam in concluſionibus conſtituere, & in aduerſarios contrà commouere poterimus. Ex omnibus uerò ſupradictis accuſationes defenſionesq; quàm aptiſsimè ordinabimus.

De peroratione.

Enumeratio.

Amplificatio.

Commiſeratio.

Inuidia & odium in aduerſarios conflanda.

DE QVAESTIONIS SPECIE- *bus, & ordine.*

QVærendi autem ſpecies ſeparatim quidẽ ipſa rarò conſtituitur, ſed alijs ſpeciebus commiſcetur, & aduerſus contradictiones maximè eſt utilis. Veruntamẽ ne huius oos ordo lateat, ſi quando uel oratio, uel uita hominum, aut actio, aut ciuitatis adminiſtratio quærẽda cõtingeret, idem etiã hac de parte ſummatim percurram. Eſt igitur quærentibus eodem quaſi modo exordiẽdum, ſicuti etiam calumnia circumuentos oportere docuimus. Quare cum idoneas io principijs cauſas attulerimus quibus id rectè facere uideamur, ita ad quærendum ueniemus. Cauſæ autem congruẽt in ciuilibus quidem conuentibus, quòd aut contentione quadã, quin potius ne auditores lateat, id facimus: demum quòd nobis hi prius moleſti fuerint. In priuatis uerò uel inimicitias, uel paruas eorũ qui quærunrur conſuetudines, uel in eos ipſos beneuolentiam, uel ut quæ agunt remittentes, nõ amplius hęc faciant, proferre oportebit. In publicis autem, ſi legitimum, & iuſtum, & publicam utilitatem proferemus. Ex ijs autem & his ſimilibus exordio conſtituto, ac ſingulis deinceps propoſitis, aut dictis, aut geſtis, aut cogitatis quæremus, eaq; demonſtrabimus, & iuſtis, & legitimis, & priuatis, & publicis utilitatibus aduerſari. Et omnia demum cõſiderabimus, ſi quo in loco ipſa ſibi uel moribus proborum hominum, officijsúe diſſentiunt. Sed ne in ſingulis enarrandis longiore utamur oratione, quò pluribus illuſtrium ſtudiorum aut rerum, aut uerborum, aut conſuetudinum res eorum quos quærimus, aduerſari oſtenderimus, eo ipſos obſcuriores apud auditores conſtituemus. Opus eſt autem non triſti & acerbo quodam, ſed miti manſuetoq; uultu quæramus. Hoc enim modo ueriſimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipſi nullum de ſe relinquent inſimulationi locum. Vbi uerò diligenter omnia quæſieris, atq; amplificaueris, orationis exitum breui iteratione terminabis, & ut eorum quę dicta fuerint, auditores reminiſcantur efficies. Has igitur ſpecies ubi hoc pacto conſtituerimus, pulcherrimè ipſis uti poterimus.

ANTEDICTORVM OMNIVM *enumeratio pulcherrima atque utiliſsima.*

OPus eſt præterea orando & ſcribendo in id quã maximè enitamur elaboremusq;, ut pro rerum natura uerba cõmodemus, & ita noſmetipſos trita conſuetudine ijs cunctis exerceam⁹, ut eorũ uſus nobis io prõptu ſit: atq; ut ex arte quidẽ dicere poſsimus, tũ in priuatis publicisq; diſceptationibus, tum ijs etiam in ſermonib. quos aduerſus alios habuerimus, plurima hinc & artificioſiſsima adiumẽta ſuſcipiem⁹. Elaborandũ eſt etiã ut non circa uerba orator dũtaxat, uerũ etiã circa uitã, quam antedictis ſpeciebus

ciebus exornet atq; magnificet, ſuam diligentiàm omnem ſtudiumq́; accommodet. Nam uitæ compoſitio & ad ſuadendum, & ad boni & æqui uiri exiſtimationem adipiſcendam conducit plurimùm. Primùm igitur diuidenda ſunt ſecundum omnem diſciplinæ diſtributionē, quid primum, quid ſecundum, quid tertiū, quid quartum tractandum ſit. Demum ea tibi ſunt præparanda, quæ circa auditores attenduntur, de quibus in exordijs docuimus. Enimuero beneuolētiā à perſona tua captare poteris, ſi promiſsis inſiſtas, & eoſdem amicos in omnem uitam tueare, neq; in alijs actionibus inconſtans eſſe, ſed ijſdem ſemper uti uideare. Attenti autem fient auditores, ſi his in negotijs uerſeris, quæ & magna & boneſta ſunt, multisq́; conducant. Cum uerò beneuolos auditores reddideris, ubi ad negotiorum expoſitionem abs te deuentum eſt, quęcunque propulſationem malorum, bonorum autem continent exhibitionem, facilè apud illos admittuntur: quæcunque uerò ſecus ſunt, reijciuntur. Sed pro celeri, & aperta, & ueriſimili narratione hæc ſunt tibi faciūda. Celeriter autem abſolues, ſi non omnia uolueris ſimul agere, ſed prius primò, & quod reliqui eſt deinceps. Dilucidè uerò, ſi non ſtatim relicta actione in alias res prius trāſieris quàm illam abſolueris. Veriſimiliter autē, ſi nihil à tuo more alienum agas: item ſi non eoſdem finxeris & inimicos tibi & amicos eſſe. Ex his autem probationibus eas aſſumemus, de quibus ita ſcientiā ad perficienda negocia tenemus, ut eam alijs interpretari & explicare poſsimus. De quibus autem ſcientiam non habemus, eas prout ſæpius accidere ſolent, adſumemus: tutiſsimè namq; in huiuſmodi rebus egeris, ſi conſuetudinem ſequi uolueris. In certamine uerò contra aduerſarios, ſi quidem oratione contenditur, ex ijs quæ dicta ſunt, noſtram confirmationem faciemus. Sin uerò contractibus hoc faciemus, ſi ſecundum leges & non ſcriptas & ſcriptas, cum teſtibus quàm optimis, ac tēpore præfinito eos confecerimus. Ex concluſione uerò eorum quæ dicta fuerint, reminiſci auditores faciemus, ſi quæ geſta ſunt, ſummatim rurſum dicemus. Ex his autem quæ agimus, ita commonebimus, quandocunq; eadem negotia uel ſimilia priorib. tractemus. Beneuoli autem nobis erunt auditores, ſi ea geſſerimus quibus aliquid beneficij ſuſcepiſſe, aut ſuſcipere, aut ſuſcepturi uidebuntur. Magnas autem res geremus, ſi ea negotia tractauerimus, quæ multorum ſint bonorum cauſa. Hoc igitur modo quæ ad uitam pertinent, præparáda ſunt: ex priore aūt inſtituto circa orationē eſt exercitatio adhibenda. Sacrificia uerò, uti pręmiſſum eſt, faciemus ad deos quidem piè, ad ſumptus autem moderatè, ad ſpectacula uerò ſplendidè, ad ciues autem utiliter. Et aduerſus immortales quidem deos ea habebunt piè, ſi patrio more ſacrificemus: ad ſumptus autem moderatè, ſi non quæcunq; miſſa fuerint, ab his qui ſumptibus præſunt conſumantur: ad ſpectacula uerò ſplendidè, ſi magnifico ſint apparatu conſtituta: ad ciues autem utiliter, ſi & equites, & grauioris armaturæ pedites bellè inſtructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc modo mortales in Deos

A fecerint, piè. Eos autem amicos comparabimus, qui ſint nobis moribus nō diſsimiles, & quibus eadē quæ etiam nobis conducant: & quibus magnis in rebus communis nobiſcū fortuna ſit: talis enim amicitia perdurat maximè. Socios autē eos facere debemus, qui & iuſtiſsimi ſint, & non mediocri ualent potentia, & in proximo habitēt: hoſtes autem faciemus, qui horum ſint cōtrarij. Suſcipiendū aūt bellum in eos eſt, qui remp. aut eius ſiue amicos ſiue ſocios iniuria uiolare moliuntur. Præſidia aūt habeamus oportet, aut noſtra, aut ſociorum, aut hoſpitum cauſa: & primò quidem noſtra, demū ſociorū, tertiò uerò hoſpitū. De tributis aūt, id quidem eſt optimū quod à priuatis prouentibus ac poſſeſsionib. proficiſcitur: ſecundùm uerò à cenſibus: tertiùm autem à pauperibus, qui ſua corpora miniſterijs præbēt: ab opificibus aūt arma, à locupletibus uerò pecuniæ. De adminiſtratione aūt reip. popularis quidem principatus eſt optimus, in quo leges optimatibus honores diſtribuūt. plebs uerò neq; dādis priuatur ſuffragijs, neq; ferendis quidem ſententijs: proxima uerò illa eſt, in qua leges à ditioribus affici contumelia plebem non ſinunt. Principatus autem paucorum duo ſunt genera: aut enim eſt ex amicitia & ſocietate quadam, aut à cēſibus. Neceſſe autem eſt ſocios faciamus, cum ciues minus ex ſe potentes ſunt, qui tum ſolum, tum oppida tueantur, aut hoſtib. repugnent. Eſt autem ſocietas omittenda, cum aut eam facere non ſit opus, aut ſocij longè à nobis diſtent, neq; B potētes ſint qui opportunè adſint. Ciuis autem bonus eſt, qui amicos ciuitati utiliſsimos cōparat, inimicos uerò & pauciſsimos, & infirmiſsimos, quiq́; ſine ulla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat quàm plurimos: & qui ſeſe iuſtiſsimum præbens, eos in quæſtionē agit rerumpub. aliquid per iniuſtitiam uiolant. Largitionibus uerò utuntur omnes, aut quoniam aliquid inde ſperant commodorum, aut quo ſuſceptorum beneficiorum gratiam referāt. Obſequuntur autem omnes aut lucri, aut honoris, aut uoluptatis, aut timoris gratia. Commutationibus uerò utuntur omnes aut ſponte, aut inuitè: omnes enim actiones aut ui, aut ſuaſione, aut fraude, aut occaſione perficiuntur. In bello autē uincitur aut fortuna, aut corporum multitudine, robuſtitateue, aut pecuniarū copia, aut opportunitate locorum, aut uirtute ſociorum, aut cōſilio & calliditate imperatoria. Socios uerò derelinquendos putant, aut maiore utilitate, aut belli ſolutione. Iuſtè aūt agere eſt communes ſequi utilitatis conſuetudines, parēre legibus, priuataq́; pacta ſeruare. Conducit autem corpori quidem bona habitudo, & formæ dignitas, aut uires, & bona ualetudo: animo uerò ſapientia, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia. His autem utriſque, pecuniæ & amici. Inutilia uerò ſunt horum contraria, plurimum uerò utilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

Rerumpublicarum genera.

Ciuis bonus & malus, qui.

RHETORICORVM ARISTOTElis ad Alexandrum, Finis.

IN

IN LIBRVM ARISTOTELIS de Poëtica, Petri Victorij argumentum.

A *Poeticam artem, cum uideret Ariſtoteles utilitatem & delectationem liberalem generi humano tantam afferre, eamq; ipſe ualde probaret, iudicio ſuo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare uoluit: gratiæq; multum ipſi ac dignitatis aduerſum eos qui eam non magnopere diligerent, concilia re: neque deerant etiam qui eam colerent, ignoratione artis peccarent. Fuit igitur hic, ut & in cæteris diſciplinis, propoſitum philoſophi, manca ſupplere, peccata corrigere, confuſa ordinare, & poetas ſuam ipſorum artem docere. Quòd ſiquis unquam efficere eximiè potuit, ille in primis, uel potius unus omnium huic rei præſtandæ idoneus fuit: primùm quia quæ laudi & uitio poetis darentur, longo tempore Athenis obſeruarat: deinde quia ingenium id iudiciumq; habebat, quo metiri res omnes facilè ualeret, ueramq; illarum formam cernere, atq; alijs etiam qui cupiditate ipſarum capti forent, demonſtrare. Animum igitur in eam rem, & quemadmodum reliquas, ſic & hanc omnibus ſuis numeris abſoluit ac perfecit. Nā tres libros de hac arte ſcripſiſſe uidetur, quorum primus tantum, atq; is fortè non integer, in uita relictus eſt. Nam eum ad hunc numerum librorum perueniſſe, teſtimonijs ueterum autorū perſpicitur. Plutarchus enim in Homeri uita tertij libri mentionem facit, non longè à principio eius bene longæ ſcriptionis, ubi de origine eius poetæ diſputat, ac quid* B *de re illa memoriæ prodiderit Ariſtoteles, diligenter cōmemorat. Sed etiam Laertius in Socratis uita narrat Ariſtotelem in tertio libro de Poetica dixiſſe optimo illi uiro ſedulò aduerſatos fuiſſe Antilochum Lemnium, & Antiphontem interpretem portentorum. Quin & ipſemet Ariſtoteles in octauo libro de Rep. ſe accuratè copioſeq; diſputaſſe de purgatione perturbationum in ijs quæ ſcripſit de Poetica: in primo quoque & in tertio libro de Arte dicendi, teſtatur ſe de facetijs omnibusq; ipſarum generibus ſeorſum diſſeruiſſe in iiſdem de poetica ſcriptis, quarum rerum uix umbra quædam nunc reperitur in hoc libro, quem in manibus habemus. Accedit his omnibus, quòd cū initio libri propoſuerit de Epopœia, Tragœdia, Comœdia ac Dithyrambica, tum de quibuſdam alijs, de duabus primis quidem diſputauit, cæteras ferè intactas reliquit, nimirū ſequentibus libris tractandas & exornandas: quod quidem eum feciſſe certiſſimum eſt (neque enim moris eſt Ariſtoteli, quæ ſemel cœpit, inchoata imperfectaq; relinquere) ſed temporis iniuria atq; hominum nonnulla negligentia, cum alijs multis huius uiri præclaris monumentis interijſſe. Neq; tamē ob id minus nobis gratū acceptumq; hoc quod tenemus, eſſe debet. Cum enim ipſum è magna quadam procella, naufragioq; ſaluum ſit, uidetur à nobis ea de cauſſa magis cuſtodiri ornariq; debere: præter quàm quòd ita multa præcepta in ipſo continentur, diſputationesq; tam acutæ, & poetæ informando neceſſariæ illic exi*A *ſtunt, ut omnis opera in eo diligenter legendo, bene collocetur, fructusq; ſine dubio maximus inde capiatur. quod quidem ipſe pro mea uirili facere ſum adnixus. Nam & cum cōuerti denuò è Græco, & quanta maxima potui diligentia conuertendo, emendaui: atq; inſuper ſingulas eius ſententias commentarijs ſatis longis illuſtraui: quod ſi minus cuipiā uidebar aſſecutus, non recuſo, quin opinio mea refellatur. Vt autem labor hic meus communior ſit, ſententiæq; autoris minore cum moleſtia percipiantur, ab iis etiam qui linguam ipſius non didicere, ſingula uerba expreſſi, ac ne ordinem quidem illorum plerunq; uariaui: atq; utilitati potius legentium conſulere uolui, quàm ſermonis concinnitati. Quem ipſorum laborem ſi ſtudio diligētiaq; mea plurimum leuaui, gaudebo: ſin nullum magnum, ut ſtudui, fructum illis tuli, uoluntas certè non defuit, conatusq; huius rei efficiendæ, ut unicuiq; apparere poſſe puto non mediocris.*

ARISTOTELIS DE POETICA LIBER PRIMVS,

PETRO VICTORIO *Florentino interprete.*

CAPVT I.

DE Poëtica, ipſaq; & formis ipſius, quam uim unaquæque habet, & quo pacto oportet coagmentare fabulas, ſi poëſis bene ſe habitura eſt: præterea ex quot, qualibusue eſt partibus: eodemq; modo & de alijs, quæ eiuſdem rationis, uiæq; ſunt, diſſeramus, initio ſumpto, ut naturæ mos eſt, primum à primis. Epopœia iam & tragœdię poëſis: adhuc autem comœdia & dithyrambica, atque eius quæ utitur tibijs plurima: nec non citharisticæ, omnes imitatio ſunt, ſi quis totum ſimul ſpectet. Diſcrepant autem inter ſe tribus: aut enim quòd rebus genere diuerſis imitantur, aut quòd res diuerſas, aut quòd aliter, & non eodem modo. Quemadmodum enim & coloribus & figuris multa quidem imitantur, effigiem illorum exprimentes: hi quidem per artem, hi uerò per conſuetudinem: alij uerò per uocem imitantur. ſic in artibus dictis, cunctæ ſanè imitationem efficiūt in rhythmo & oratione & harmonia. His autem aut ſeparatim aut mixtis ceu harmonia & rhythmis utuntur ſolum, & ea quæ tibias inflat & citharistica, & ſi fortè aliquæ aliæ huiuſcemodi ſunt, ut ars illa, quę fiſtulis utitur. Ipſo aūt rhythmo imitātur abſq; harmonia, qui è numero ſaltatorū aliquos imitātur: hi nāq; per rhythmos figuratos imitātur & mores, & affectus, & actiones. Epopœia uerò ſolum ſermonibus nudis, uel metris, & his quidem ſiue mixtis illis inter ſe, ſiue uno quodam genere metrorum utens, ut uſque ad hanc diem fecit. Nullo enim haberemus nominare communi Sophronis ac Xenarchi mimos, & Socraticas fabulas: neq; ſiquis per trimetra, aut elegos, aut alia quædam huiuſcemodi genera carminum, imitationem non fecerit, niſi quod

Poeſis genus & forma.

quòd homines cõiungentes cũ metro, ποιεῖν: hos quidẽ ἐλεγοποιοὺς, hos aũt ἐποποιοὺς nominãt. Non ut eos, qui ſunt ſecũdũ imitationẽ, poëtas, ſed communiter ſecũdũ metrũ appellãtes. etenim ſi quidpiã medicinæ præcepta cõtinẽs, aut artis muſicę proprium uerſib. ediderint, ſic appellare conſuerunt. Nihil aũt cõmune eſt Homero & Empedocli pręter metrũ. Quapropter hunc quidẽ poëtã iuſtum eſt uocare, hunc uerò phyſiologũ potius quàm poëtam. Similiter aũt, & ſi quis omnia metra permiſcens non efficiat imitationẽ ceu Chæremon Centaurũ confecit, opus mixtũ ex omni genere uerſuũ, nõ oportet iã hunc poëtã uocare. De his quidẽ igitur hunc in modũ explicatũ ſit. Sunt aũt nonnullæ, quæ utuntur omnib. dictis: intelligo aũt ceu rhythmo & cõcentu & metro, quemadmodũ & dithyrãborum poëſis, & nomorum, necnõ tragœdia & comœdia. Diſcrepãt uerò hæ inter ſe, quòd partim harũ unà cunctis, partim aũt ſingillatim utuntur. Has quidem igitur dico differentias artium, in quibus efficiunt imitationem. Quia aũt imitãtur ij, qui imitantur agentes: neceſſe aũt eſt, hos aut ſtudioſos aut improbos eſſe: mores enim fermè ſemper comitantur his ſolis. uitio enim & uirtute, quod pertinet ad mores, diſcrepãt omnes, ſiue meliores quàm cõparati nobis ſint, ſiue deteriores, ſiue & tales, neceſſe eſt imitari, quemadmodũ pictores. Polygnotus quidẽ enim meliores, Pauſõ aũt deteriores, Dionyſius uerò ſimiles pingebat. Planũ autẽ eſt, quòd unaquæq; dictarũ imitationũ habebit has differentias: & erit diuerſa, eo quòd diuerſas res imitetur hunc in modum. Etenim in ſaltatione, & tibiarũ fidiumq; uſu fieri poteſt ut ſint hę diſsimilitudines. Et circa orationẽ & nuda carmina, ceu Homerus quidẽ, meliores: Cleophon aũt pares, Hegemõ uerò Thaſius, ille qui primus parodias cecinit: & Nicocharis, qui Deliada uerſibus ſcripſit, deteriorea. Simili modo aũt & circa dithyrambos, & circa nomos: ut Perſas & Cyclopas, Timotheus & Philoxenus, imitari poſſet aliquis. In eadem aũt differentia & tragœdia ſeparata fuit à comœdia. hæc quidẽ enim deteriores, hæc uerò meliores imitari uult, quàm ij qui nũc ſunt. Adhuc aũt horũ tertia differẽtia eſt, ut ſingulas has res imitaretur aliquis. etenim in ijſdẽ & eaſdẽ res licet imitari: aliquãdo quidẽ exponẽtẽ, uel aliud quippiã factũ, quomodo Homerus facit: uel ut eundẽ, & nõ ſe immutãtẽ: uel omnes ut agẽtes & moliẽtes aliqd eos. quos imitamur. In trib. iã his differẽtijs imitatio uerſat, ut initiò diximus: in quib. ſcilicet, & quæ, & quomodo. Quapropter hac quidẽ idẽ cũ Homero imitator Sophocles eſſet: imitãtur enim ambo ſtudioſos. hac uerò cõ Ariſtophane: agẽtes enim imitant, & gerentes ambo. Vnde & dramata uocari nõnulli ipſa aiunt, quia imitãtur agẽtes. Qua etiã de cauſa uendicãt ſibi tragœdiã & comœdiã Doriẽſes. Aſciſcunt uerò ſibi comœdiã Megarenſes: & qui hic, tanquã illa exorta ſit apud ipſos, cum popularem ſtatũ ciuitatis habebãt: & qui ex Sicilia. ex illis enim locis Epicharmus poëta pdijt, qui multo tẽpore prius extitit Chõnide & Magnete. Tragœdiã uerò ſibi uẽdicãt quidã è numero eorum, qui incolũt Pelopõneſum, ducẽtes ſignũ à nomi-

A nib. hi enim affirmãt ſe appellare comas, pagos. Atheniẽſes uerò, demos tanquã comœdi uocati nõ ſint à uerbo κωμάζειν, ſed nomẽ duxerint ab errore illo per pagos, quò illic uagabãtur, qui ignominia notati ex urbe diſcedebãt. Prętetea facere ipſi quidẽ ſe oſtẽdũt uocare δρᾶν: Atheniẽſes uerò πράττειν. De differentijs aũt imitationũ, & quot, & quæ ſint, hæc ſatis habẽda ſunt. Videntur aũt genuiſſe quidẽ omnino poëticã cauſæ duæ quędã, atq; hæ naturales. imitari enim inſitũ eſt hominibus à pueris: & hac re illi differũt à cęteris animãtib. q animal eſt homo maximè aptũ ad imitandũ, & primas perceptiones ipſe facit imitãdo. Et gaudere reb. imitatiõe expreſsis uniuerſos. ſignũ autẽ huius rei eſt, q contingit in operib. opificũ: quæ enim ipſa cũ moleſtia uidemus, horũ imagines magno artificio, exquiſiteq; expreſſas cũ ſpectamus, lætitia afficimur, ceu beluarũ formas abiectiſsimarũ, & cadauerũ. Cauſa aũt huius etiam rei eſt, quia diſcere nõ ſolũ philoſophis iucũdiſsimũ eſt uerũ etiã alijs ſimiliter: uerũ parũ participes ei9 ſũt. hãc enim ob cauſã gaudio afficiũtur, cũ cernũt imagines rerũ: quis contingit ipſos ſpectãtes perdiſcere, ac ratiocinari quid unũquodq; eorũ ſit. Ceu q hic ille eſt: quia niſi ille antea tẽ uiderit, nũc nõ imitatio efficiet uoluptatẽ, ſed propter artificiũ ſtudiũq; opificis, aut colorẽ, aut ꝓpter aliã quãpiã huiuſcemodi cauſam. Cũ aute imitari nobis ex natura ſit. & harmonia & rhythm9 (nã metra particulas eſſe rhythmorũ, perſpicuũ eſt) à principio, qui natura facti erãt, præcipuè ad ipſas

B has res, paulatim ꝓmouẽtes, ꝓcreauerũt poëſim ex ſubitis ſtudijs, & ijs quę ex tẽpore dicerẽt. Diuulſa uerò poëſis fuit ſecũdũ ſuos ꝓpriosq; mores eorũ, qui eã tractarẽt. grãdiores enim honeſta facta imitabãtur, & ea deniq; quę ab huiuſcemodi naturis ꝓficiſcẽtur. Humiliores uerò, facta turpiũ uirorũ, primũ canẽtes uituperationes, quẽadmodũ alteri illi hymnos & laudatiões. Eorũ quidẽ igit. q Homerũ ætate anteceſſerint, nulli9 poſſumus huiuſcemodi poëma dicere: credibile aũt eſt eſſe multos. Si uerò ab Homero initiũ fecerimus, licet ceu eſt Margites illius, & huiuſcemodi nõnulla. in quib. & q ualde cõgruerer, iãbicũ metrũ uenit. Vnde & iãbicũ uocat nũc. q in hoc metro ſe mutuò lędebãt, atq; omni cõtumelia afficiebãt, extitereq; priſcorũ illorũ: hi quidẽ heroicorũ, hi uerò iãborũ poëtę. Quẽadmodũ aũt & in rebus grauib. maximè poëta Homerus extitit (ſolus enim nõ tãtũ quia bene, uerũ etiã quia imitationes dramaticas cõdidit) ſic & comœdiæ figuras prim9 leuiter mõſtrauit, nõ uituperationẽ, ſed ridiculã materiã tanq dramate cõplectẽs. Margites enim ꝓportione ſe habet, ut Ilias & Odyſſea ad tragœdias, ſic & hic ad comœdias. Cũ aũt apparuiſſet tragœdia & comœdia, q ad utrãq; poëſim ferebant naturę quodã inſtinctu, hi quidẽ ꝓ iãbis comici extitere: hi uerò ꝓ hexametris tragici euaſere, q maiores plenioresq; honoris figurę hę ſunt q̃ illę. Quęrere uerò pterea, ſi tragœdia iã q ad ipſi9 ſpecies ptinet, ita ſe habet, ut ſatis ipſi eſſe poſsit an nõ: ipſũq; per ſe exiſtimatum & ad theatra, alia diſputatio eſt. Nata igit initiò extẽporanea & hęc & comœdia, & altera qdẽ ab his, q dithyrãbũ canebãt: altera uerò ab his, q phallica,

quę

Poetices origo.

IN LIBRVM ARISTOTELIS de Poëtica, Petri Victorij argumentum.

POeticam artem, cum uideret Ariſtoteles utilitatem & delectationem liberalem generi humano tantam afferre, eamq́; ipſe ualde probaret, iudicio ſuo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare uoluit: gratiæq́; multum ipſi ac dignitatis aduerſum eos qui eam non magnopere diligerent, conciliare: neque deerant etiam qui eam colentes, ignoratione artis peccarent. Fuit igitur hic, ut & in cæteris diſciplinis, propoſitum philoſophi, manca ſupplere, peccata corrigere, confuſa ordinare, & poetas ſuam ipſorum artem docere. Quòd ſiquis unquam efficere eximiè potuit, ille in primis, uel potius unus omnium huic rei præſtandæ idoneus fuit: primùm quia quæ laudi & uitio poetis darentur, longo tempore Athenis obſeruarat: deinde quia ingenium id iudiciumq́; habebat, quo metiri res omnes facilè ualeret, ueramq́; illarum formam cernere, atq; alijs etiam qui cupiditate ipſarum capti forent, demonſtrare. Animum igitur in eam rem, & quemadmodum reliquas, ſic & hanc omnibus ſuis numeris abſoluit ac perfecit. Nã tres libros de hac arte ſcripſiſſe uidetur, quorum primus tantum, atq; is fortè non integer, in uita relictus eſt. Nam eum ad hunc numerum librorum perueniſſe, teſtimonijs ueterum autorũ perſpicitur. Plutarchus enim in Homeri uita tertij libri mentionem facit, non longè à principio eius bene longæ ſcriptionis, ubi de origine eius poetæ diſputat, ac quid B de re illa memoriæ prodiderit Ariſtoteles, diligenter cõmemorat. Sed etiam Laertius in Socratis uita narrat Ariſtotelem in tertio libro de Poetica dixiſſe optimo illi uiro ſedulò aduerſatos fuiſſe Antilochum Lemnium, & Antiphontem interpretem portentorum. Quin & ipſemet Ariſtoteles in octauo libro de Rep. ſe accuratè copioſeq́; diſputaſſe de purgatione perturbationum in iis quæ ſcripſit de Poetica: in primo quoque & in tertio libro de Arte dicendi, teſtatur ſe de facetijs omnibusq́; ipſarum generibus ſeorſum diſſeruiſſe in iiſdem de poetica ſcriptis, quarum rerum uix umbra quædam nunc reperitur in hoc libro, quem in manibus habemus. Accedit his omnibus, quòd cũ initio libri propoſuerit de Epopœia, Tragœdia, Comœdia ac Dithyrambica, tum de quibuſdam alijs, de duabus primis quidem diſputauit, cæteras ferè intactas reliquit, nimirũ ſequentibus libris tractandas & exornandas: quod quidem eum feciſſe certiſſimum eſt (neque enim moris eſt Ariſtoteli, quæ ſemel cœpit, inchoata imperfectaq́; relinquere) ſed temporis iniuria atq; hominum nonnulla negligentia, cum alijs multis huius uiri præclaris monumentis interijſſe. Neq; tamẽ ob id minus nobis gratũ acceptumq́; hoc quod tenemus, eſſe debet. Cum enim ipſum è magna quadam procella, naufragioq́; ſaluum ſit, uidetur à nobis ea de cauſſa magis cuſtodiri ornariq́; debere: præter quàm quòd ita multa præcepta in ipſo continentur, diſputationesq́; tam acutæ, & poetæ informando neceſſariæ illic exiA ſtunt, ut omnis opera in eo diligenter legendo, bene collocetur, fructusq́; ſine dubio maximus inde capiatur. quod quidem ipſe pro mea uirili facere ſum adnixus. Nam & cum cõuerti denuò è Græco, & quanta maxima potui diligentia conuertendo, emendaui: atq; inſuper ſingulas eius ſententias commentarijs ſatis longis illuſtraui: quod ſi minus cuipiã uidebar aſſecutus, non recuſo, quin opinio mea refellatur. Vt autem labor hic meus communior ſit, ſententiæq́; autoris minore cum moleſtia percipiantur, ab iis etiam qui linguam ipſius non didicere, ſingula uerba expreſſi, ac ne ordinem quidem illorum plerunq; uariaui: atq; utilitati potius legentium conſulere uolui, quàm ſermonis concinnitati. Quem ipſorum laborem ſi ſtudio diligẽtiaq́; mea plurimum leuaui, gaudebo: ſin nullum magnum, ut ſtudui, fructum illis tuli, uoluntas certè non defuit, conatusq́; huius rei efficiendæ, ut unicuiq; apparere poſſe puto non mediocris.

ARISTOTELIS DE POETICA LIBER PRIMVS,

PETRO VICTORIO Florentino interprete.

CAPVT I.

DE Poëtica, ipſaq́; & formis ipſius, quam uim unaquæque habet, & quo pacto oportet coagmentare fabulas, ſi poëſis bene ſe habitura eſt: præterea ex quot, qualibusúe eſt partibus: eodemq́; modo & de alijs, quæ eiuſdem rationis, uiæq́; ſunt, differamus, initio ſumpto, ut naturæ mos eſt, primum à primis. Epopœia iam & tragœdię poëſis: adhuc autem comœdia & dithyrambica, atque eius quæ utitur tibijs plurima: nec non citharisticæ, omnes imitatio ſunt, ſi quis totum ſimul ſpectet. Diſcrepant autem inter ſe tribus: aut enim quòd rebus genere diuerſis imitantur, aut quòd res diuerſas, aut quòd aliter, & non eodem modo. Quemadmodum enim & coloribus & figuris multa quidem imitantur, effigiem illorum exprimentes: hi quidem per artem, hi uerò per conſuetudinem: alij uerò per uocem imitantur. ſic in artibus dictis, cunctæ ſanè imitationem efficiũt in rhythmo & oratione & harmonia. His autem aut ſeparatim aut mixtis ceu harmonia & rhythmis utuntur ſolum, & ea quæ tibias inflat & citharistica, & ſi fortè aliquæ aliæ huiuſcemodi ſunt, ut ars illa, quę fiſtulis utitur. Ipſo aũt rhythmo imitãtur abſq; harmonia, qui è numero ſaltatorũ aliquos imitãtur: hi nãq; per rhythmos figuratos imitãtur & mores, & affectus, & actiones. Epopœia uerò ſolum ſermonibus nudis, uel metris, & his quidem ſiue mixtis illis inter ſe, ſiue uno quodam genere metrorum utens, ut uſque ad hanc diem fecit. Nullo enim haberemus nominare communi Sophronis ac Xenarchi mimos, & Socraticas fabulas: neq; ſiquis per trimetra, aut elegos, aut alia quædam huiuſcemodi genera carminum, imitationem non fecerit, niſi quod

Poeſis genus & forma.

quòd homines cõiungentes cũ metro, τὸ ἐπῶν:hos quidē ἐλεγειοποιοὺς,hos aũt ἐποποιοὺς nominãt. Non ut eos,qui ſunt ſecũdũ imitationē,poëtas, ſed communiter ſecũdũ metrũ appellãtes.etenim ſi quid piã medicinæ præcepta cõtinēs,aut artis muſicę proprium uerſib.ediderint, ſic appellare conſueuunt. Nihil aũt cõmune eſt Homero & Empedocli pręter metrũ. Quapropter hunc quidē poëtã iuſtum eſt uocare, hunc uerò phyſiologũ potius quàm poëtam. Similiter aũt,& ſi quis omnia metra permiſcens non efficiat imitationē ceu Chæremon Centaurũ confecit, opus mixtũ ex omni genere uerſuũ, nõ oportet iã hunc poëtã uocare. De his quidē igitur hunc in modũ explicatũ ſit. Sunt aũt nonnullæ, quæ utuntur omnib. dictis: intelligo aũt ceu rhythmo & cõcentu & metro, quemadmodũ & dithyrãbotum poëſis, & nomorum,nec nõ tragœdia & comœdia. Diſcrepãt uerò hæ inter ſe, quòd partim harũ unà cunctis, partim aũt ſingillatim utuntur. Has quidem igitur dico differentias artium, in quibus efficiunt imitationem. Quia aũt imitãtur ij,qui imitantur agentes:neceſſe aũt eſt, hos aut ſtudioſos aut improbos eſſe: mores enim fermè ſemper comitantur his ſolis.uitio enim & uirtute,quod pertinet ad mores,diſcrepãt omnes, ſiue meliores quàm cõparati nobis ſint,ſiue deteriores, ſiue & tales, neceſſe eſt imitari,quemadmodũ pictores. Polygnotus quidē enim meliores, Pauſõ aũt deteriores,Dionyſius uerò ſimiles pingebat. Planũ autē eſt, quòd unaquæq; dictarũ imitationũ habebit has differentias:& erit diuerſa,eo quòd diuerſas res imitetur hunc in modum. Etenim in ſaltatione,& tibiarũ fidiumq; uſu fieri poteſt ut ſint hę diſsimilitudines. Et circa orationē & nuda carmina,ceu Homerus quidē, meliores:Cleophon aũt pares,Hegemõ uerò Thaſius,ille qui primus parodias cecinit:& Nicocharis,qui Deliada uerſibus ſcripſit,deteriores. Simili modo aũt & circa dithyrambus,& circa nomos:ut Perſas & Cyclopas,Timotheus & Philoxenus,imitari poſſet aliquis. In eadem aũt differentia & tragœdia ſeparata fuit à comœdia.hæc quidē enim deteriores,hæc uerò meliores imitari uult, quàm ij qui nũc ſunt. Adhuc aũt horũ tertia differētia eſt, ut ſingulas has res imitaret aliquis. etenim in ijſdē & eaſdē res licet imitari:aliquãdo quidē exponētē,uel aliud quippiã factũ, quomodo Homerus facit:uel ut eundē,& nõ ſe immutãtē:uel omnes ut agētes & moliētes aliqd eos.quos imitamur. In trib. iã his differētijs imitatio uerſat, ut initiò diximus: in quib. ſcilicet, & quæ,& quomodo. Quapropter hac quidē idē cũ Homero imitator Sophocles eſſet:imitãtur enim ambo ſtudioſos. hac uerò cũ Ariſtophane:agētes enim imitant,& gerentes ambo. Vnde & dramata uocari nõnulli ipſa aiunt,quia imitãtur agētes. Qua etiã de cauſa uendicãt ſibi tragœdiã & comœdiã Doriēſes. Aſciſcunt uerò ſibi comœdiã Megarenſes:& qui hic,tanquã illa exorta ſit apud ipſos,cum popularem ſtatũ ciuitatis habebãt:& qui ex Sicilia.ex illis enim locis Epicharmus poëta ꝓdijt, qui multo tēpore prior extitit Chõnide & Magnete. Tragœdiã uerò ſibi uēdicãt quidã è numero eorum, qui incolũt Peloponneſum,ducētes ſignũ à nomi

A nib.hi enim affirmãt ſe appellare comas, pagos. Athenienſes uerò, demos tanquã comœdi uocati nõ ſint à uerbo κωμάζειν, ſed nomē duxerint ab errore illo per pagos,quò illic uagabãtur,qui ignominia notati ex urbe diſcedebãt. Pręterea facere ipſi quidē ſe oſtēdũt uocare δρᾶν: Athenienſes uerò πράττειν. De differentijs aũt imitationũ,& quot,& quæ ſint,hæc ſatis habēda ſunt. Videntur aũt genuiſſe quidē omnino poëticã cauſæ duæ quędã, atq; hæ naturales. imitari enim inſitũ eſt hominibus à pueris:& hac re illi differũt à cęteris animãlib.q animal eſt homo maximè aptũ ad imitandũ,& primas perceptiones ipſe facit imitãdo. Et gaudere reb.imitatiõe expreſsis uniuerſos. ſignũ autē huius rei eſt, q contingit in operib.opificũ: quæ enim ipſa cũ moleſtia uidemus, horũ imagines magno artificio, exquiſiteq; expreſſas cũ ſpectamus, lætitia afficimur,ceu beluarũ formas abiectiſsimarũ,& cadauerũ. Cauſa aũt huius etiam rei eſt,quia diſcere nõ ſolũ philoſophis iucũdiſsimũ eſt,uerũetiã alijs ſimiliter: uerũ parũ participes ei⁹ ſũt.hãc enim ob cauſã gaudio afficiũtur,cũ cernũt imagines rerũ: quia cõtingit ipſos ſpectãtes perdiſcere, ac ratiocinari quid unũquodq; eorũ ſit. Ceu q hic ille eſt:quia niſi ille antea rē uiderit,tũc nõ imitatio efficiet uoluptatē,ſed propter artificiũ ſtudiũq; opificis,aut colorē,aut ꝓpter aliã quãpiã huiuſcemodi cauſam. Cũ aũte imitari nobis ex natura ſit,& harmonia & rhythm⁹ (nã metra particulas eſſe rhythmorũ,perſpicuũ eſt) à principio,qui natura facti erãt,præcipuè ad ipſas

B tras res,paulatim ꝓmouētes,ꝓcreauerũt poëſim ex ſubitis ſtudijs, & ijs quę ex tēpore dicerēt. Diuulſa uerò poëſis fuit ſecũdũ ſuos ꝓpriosq; mores eorũ,qui eã tractarēt. grãdiores enim honeſta facta imitabãtur,& ea deniq; quę ab huiuſcemodi naturis ꝑficiſcētur. Humiliores uerò,facta turpiũ uirorũ,primũ canētes uituperationes,quēadmodũ alteri illi hymnos & laudatiões. Eorũ quidē igit,q Homerũ ætate anteceſſerint, nulli⁹ poſſumus huiuſcemodi poëma dicere:credibile aũt eſt eſſe multos. Si uerò ab Homero initiũ fecerimus,licet ceu eſt Margites illius,& huiuſcemodi nõnulla.in quib. & q uel de cõgrueret,iãbicũ metrũ uenit. Vnde & iãbicũ uocat nũc.qa in hoc metro ſe mutuò lędebãt, atq; omni cõtumelia afficiebãt.extitereq; priſcorũ illorũ:hi quidē heroicorũ,hi uerò iãborũ poëtę. Quēadmodũ aũt & in rebus grauib. maximè poëta Homerus extitit (ſolus enim nõ tãtũ quia bene,uerũetiã quia imitationes dramaticas cõdidit) ſic & comœdiæ figuras prim⁹ leuiter mõſtrauit,nõ uituperationē,ſed ridiculã materiã tanq̃ dramate cõplectēs. Margites enim ꝓportione ſe habet, ut Ilias & Odyſſea ad tragœdias,ſic & hic ad comœdias. Cũ aũt apparuiſſet tragœdia & comœdia,q ad utrãq; poëſim ferebant naturę quodã inſtinctu, hi quidē ꝓ iãbis comici extitere:hi uerò ꝓ hexametris tragici euaſere,qa maiores plenioresq; honoris figurę hę ſunt q̃ illę. Quęrere uerò pterea, ſi tragœdia iã q ad ipſi⁹ ſpecies ptinet,ita ſe habet, ut ſatis ipſa eſſe poſsit an nõ:ipſũq; per ſe exiſtimatum & ad theatra,alia diſputatio eſt. Nata igit initiò extēporanea & hęc & comœdia, & altera qdē ab his,q dithyrãbũ canebãt:altera uerò ab his,q phallica,

Poetices origo.

quę

quæ uſque ad hoc tempus manent quibuſdam in ciuitatibus, legibus inſtitutisque confirmata, paulatim creuit, ulterius ſemper producentibus, quantum ipſius perſpicuum fuit.

DE TRAGOEDIA. *Cap.* II.

ET cum multas mutationes ſuſtinuiſſet tragœdia, quieuit, quia ſuam naturam nacta eſt. Et hiſtrionum multitudinem ex uno ad duos primus Æſchylus perduxit, & partea chori minuit: & orationem, quæ prima concertaret, inſtituit. Tres autem, & ſcenæ ornatum Sophocles. Adhuc autẽ magnitudo ex paruis fabulis & locutione ridicula, quia ex ſatyrico mutata eſt, ſerò granditatem honeſtatemque ſuam nacta eſt, metrumq; è tetrametro iambicũ natum eſt. primùm enim tetrametro utebãtur: quia ſatyrica & multum retinens ſaltatoriæ artis erat tunc hæc poëſis. Locutione autem nata, ipſa natura ſuum propriumque metrum reperit: maximè enim è numero omnium metrorum iambicum aptum locutioni eſt. Signum autem huius rei eſt: plurimos nanque ſenarios iambicos edimus in ſermonibus, quos inter nos habemus: hexametros uerò raró, & tunc ſolum, cum eximus ex modulatione apta familiari orationi. Adhuc autem epiſodiorum multitudines, & cætera ut ſingula ornata fuiſſe dicuntur. De his quidem igitur tot à nobis dicta ſint: multum enim fortaſſe opus eſſet ſingillatim percenſere. Comœdia autem eſt, ut diximus, imitatio deteriorum quidem, non tamen in omni uitij genere: ſed ridiculum turpis eſt pars. ridiculum enim eſt peccatum quoddam & turpitudo ſine dolore, & quæ non interimat, ceu ſtatim ridicula facies, quæ turpis eſt ac diſtorta, ſine dolore. Tragœdiæ quidem igitur migrationes, & per quos extitere, non fefellerunt: *De Comœdia.* Comœdia uerò, quia initiò nullum ſtudium in ea poſitum eſt, fefellit. etenim chorum comœdorum ſerò magiſtratus dedit, ſed uoluntarij erant. Cum autem ipſa iam figuras quaſdam haberet, qui ferũtur, ipſius poëtæ memorantur. Quis autem perſonas aſsignauit aut prologos, aut multitudinem hiſtrionum, & reliqua huiuſcemodi, ignoratur. Fabulas autem facere Epicharmus & Phormis incœpere. A principio quidem igitur ex Sicilia uenit. eorum uerò, qui Athenis nati ſunt, Crates primus cœpit, cum abieciſſet formam illam iambicam, in uniuerſum facere ſermones, uel fabulas. *De Epopœia.* Epopœia quidem igitur tragœdia comitata eſt uſque ad hoc ſolum, quòd metrica oratione imitatio eſt ſtudioſorum uirorum. Quod autem metrum ſimplex habet, & enarratio eſt, hac parte inter ſe diſcrepant: præterea longitudine. hæc nanque quàm maximè poteſt, nititur intra unum ambitum ſolis redigi, aut parum uariare: epopœia uerò indefinita eſt tempore. & hoc diſcrepat ab illa, quanquam primis temporibus ſimili ratione in tragœdijs hoc faciebant, & in epico carmine. Partes autem ſunt hæ quidem eædem, hæ uerò propriæ tragœdiæ. Quapropter quicunque de tragœdia cognouit, ſtudioſa & nequam, idem etiam cognouit de epico carmine. quæcunque enim habet epopœia, tragœdiæ inſunt: quæ uerò ipſa habet, non omnia in epopœia inueniuntur.

A De poëſi quidem igitur, quæ in hexametris imitatur, & de comœdia, pòſt dicemus: de tragœdia autem diſputemus, collecta ex dictis, quæ inde naſcitur, definitione eſſentiæ ipſius. *Tragœdiæ definitio.* Eſt igitur tragœdia, imitatio actionis ſtudioſæ & perfectæ, magnitudinem habentis, condita oratione, ſeorſum unaquaque formarum in partibus agentibus: & non per expoſitionem, ſed per miſericordiam & metum conficiens huiuſcemodi perturbationũ purgationẽ. Dico iã conditam quidẽ orationem, quę habet numerũ & harmoniam & metrum: illud autem ſeorſum formis, quia ope metrorum quædam ſolum efficiuntur, & rurſus aliæ ui cantus. Quia autem agentes faciunt imitationem, primùm quidem neceſſariò utique eſſe debet aliqua pars tragœdiæ oculorum ornatus: deinde cantus & dictio. in his enim faciunt imitationem. Voco autem dictionem, ipſam metrorum compoſitionem: cantum autem, quod uim perſpicuam habet omnem. Quia autem actionis eſt imitatio, agitur autem à quibuſdam agentibus, quos neceſſe eſt, quales quoſdam eſſe & moribus & ſententia propter. hos enim & actiones eſſe dicimus quales quaſdam. duę actionum cauſæ natura ſunt, ſententia & mores, & ſecundum has adipiſcuntur finem ſuum, & inde etiam depelluntur omnes. Eſt autem actionis quidem imitatio fabula. appello enim fabulam hanc compoſitionem rerum. Mores autem ſecundũ quos quales quoſdam eſſe affirmamus eos, qui agunt: ſententiam autem ea, in quibuſcunque dicentes demonſtrant aliquid, ſeu etiam enunciant mentem ſuam. Neceſſe eſt igitur omnes tragœdię partes eſſe ſex, *Tragœdiæ partes ſex.* B ſecundum quas qualis quædam tragœdia eſt. hæc autem ſunt, fabulæ, mores, & dictio, & ſententia & apparatus & concentus: quibus quidem enim imitantur, duæ partes ſunt: ut autem imitantur, una: quæ autem imitãtur, tres, & præter has nulla. His quidem igitur non pauci ipſorum, ut ita loquar, utuntur formis. etenim aſpectationem habet omne, & mores, & fabulam, & dictionem, & concentum, & ſententiam eodem pacto. Maximum autem horum eſt rerũ coagmentatio. Tragœdia enim imitatio eſt non hominum, ſed actionis & uitæ, & felicitatis & infelicitatis. etenim felicitas in actione eſt: & finis actio quædam eſt, non qualitas. Sunt autem ſecundum quidem mores, quales quidam: ſecundum autem actiones, felices uel contrà. Non igitur ut mores imitentur, agunt: uerùm mores complectuntur propter actiones. Quapropter res & fabula finis tragœdiæ, finis autem maximum omnium. Preterea ſine actione quidem nullo modo fieri poſſet tragœdia: ſine moribus autem extare poſſet. recentiorum enim plurimorum tragœdiæ carent moribus: & omnino poëtæ multi huiuſcemodi ſunt, ſicut & pictorum Zeuxis ad Polygnotum ſe habet. Polygnotus quidẽ enim bonus eſt deſcriptor morũ: Zeuxidis aũt pictura nullos habet mores. Præterea ſiquis deinceps collocarit ſermones moratos, & dictiones & ſententias probè confectas, efficiet quod eſt tragœdię opus: uerùm multo magis. quæ his deterioribus utitur, tragœdia erit, habens fabulam & coagmentationem rerum. Ad hæc autem maximæ *Fabulæ partes.*

res,

res, quibus tragœdia capit animos hominum, fabulæ partes ſunt: peripetiæ inquam, & agnitiones. Adhuc ſignum eſt, quòd qui ſe ad ſcribēdas tragœdias dant, prius ualét & locutione, & moribus exquiſitè res tractare, quàm res coagmentare, ſicuti & primi poëtæ fermè omnes. Principium quidem igitur, & tanquam animus tragœdiæ fabula eſt: ſecundum autem, mores: aſimile enim eſt in pictura. ſi enim aliquis illineret pulcherrimis medicamentis fuſim, nō ſimiliter oblectaret, ac ſi quis albo deſcriberet imaginē. eſtq; imitatio actionis, & per hāc maximè eorum, qui agunt. Tertium autem ſententia: hoc autem eſt dicere poſſe ea, quæ in re inſunt, & quæ illic congruunt: quod quidem in oratione ciuilis facultatis, & artificij dicendi, opus eſt. priſci quidē enim ciuiliter faciebant dicentes: noſtri uerò temporis, rhetoricè. Sunt autem mores quidē huiuſcemodi quiddam, quod aperit electionem qualis quędam: in quibus non eſt perſpicuum, num eligit aut fugit. Quare nō habent mores è numero orationum illæ, in quibus penitus non eſt, quod eligit aut fugit, qui dicit. Sententia uerò in quibus demonſtrant aliquid, quod eſt, aut quod nō eſt, uel uniuerſum aliquid enunciant. Quartum autem eorum, quæ in oratione quidem manent, dictio. Dico autem, quemadmodum prius dictū eſt, dictionem eſſe per uerba animi interpretationem: quod & in uincta metris, & in ſoluta oratione habet eandem uim. Reliquarū uerò quinta eſt melopœia, maximum cōdimentorum. Apparatus autem quiddam eſt, quod quidē allicit ad ſe animos: maximè autem eſt expers artis, & minimè ſuum propriumq; poëtices. tragœdiæ enim uis & ſine contentione & hiſtrionibus manet. Præterea maiorem poteſtatem habet in fabrica, cōſtructionéne apparatuū ars opificis illius, qui fabricat inſtrumēta ſcenę, quàm ars poëtarū.

Dictio quid.

B

QVALEM OPORTEAT CONſtitutionem eſſe rerum, quæ fabula comprehenduntur. Caput III.

EXplicatis autē his, dicamus poſthæc, qualē quandam oportet conſtitutionem eſſe rerum: quia hoc & primū & maximū eſt tragœdię. Poſitum autem eſt à nobis, tragœdiā perfectæ ac totius actionis eſſe imitationem, quę habeat magnitudinem aliquam: eſt enim totum, & quod nullam habet magnitudinem. Totum autem eſt, quod habet principium & medium, & finem. Principium autem eſt, quod ipſum quidē ex neceſsitate non poſt aliud eſt: poſt illud autē aliud natum eſt eſſe, aut fieri. Finis autem contrà, quod ipſum quidem poſt aliud natū eſt eſſe, uel ex neceſsitate uel plerūq;: poſt hoc autem aliud nullum. Mediū autē, quod & ipſum poſt aliud, & poſt illud item aliud diuerſum ab eo. Oportet igitur bene cōſtitutas fabulas, neq; unde ſors tulit, temereq; incipere: neq; ubicunq; contigit deſinere, uerùm iis dictis formis. Adhuc autē quia pulchram & animantem & omnē rem, quæ conſtitit ex quibuſdam, non ſolum hæc ordine poſita oportet habere, uerum etiam adeſſe magnitudinem, nō quamlibet: pulchrū enim in magnitudine & ordine manet. Vnde neq; ualde puſilla

Totum principium.

Finis.

Medium.

A

aliqua eſſe poſſet pulchra animans: confunditur enim ſpectatio propè inſenſibile tempus facta, neq; ualde magna. non enim ſimul ſpectatio fit, ſed perit euaneſcitq; ſpectantibus unum ac totū ex ſpectatione. Ceu ſi decem milium ſtadiorum ſit animans. Quapropter oportet quemadmodū in corporibus, & in animantibus habere quidem magnitudinem: hanc autem facilè circumſpici poſſe, ſic & in fabulis, habere quidem longitudinem, hanc autē facilè memoria teneri poſſe. Longitudinis autem terminus ad contentiones & ſenſum, non artis eſt. Si enim centum tragœdias oportuiſſet contendere, ad clepſydras utiq; contendiſſent: quemadmodum quondā & alijs temporibus affirmant. Terminus autem rei ex ipſius natura, ſemper quidem qui maior eſt, dūmodo maneat intra eos fines, ut unà totus perſpicuus ſit, pulchrior eſt, quòd ad magnitudinē pertinet. Vt autē ſimpliciter re definita dicamus, in quanta magnitudine ſecūdum ueriſimile, uel neceſſarium, deinceps naſcentibus rebus contingit in res ſecūdas ex aduerſis, uel ex rebus ſecundis in aduerſas mutari, idoneus terminus eſt magnitudinis. Fabula autem eſt una, non quemadmodum nonnulli arbitrantur, ſi circa unum fuerit: multa enim & infinita genere contingunt, ex quibus nonnullis nihil eſt unum. Sic autem & actiones unius multæ ſunt, ex quibus una nulla fit actio. Quare omnes uidentur peccare, quicūq; poëtarum Heracleidem, & Theſeidē, & huiuſcemodi poëmata fecerunt: putant enim, quia unus erat Hercules, unā & fabulam eſſe oportere. Homerus autem, quemadmodum & cæteris rebus antecellit, & hoc uidetur pulchrè uidiſſe, ſiue propter artem, ſiue propter naturā. Odyſſeam enim faciens, non complexus eſt carmine illo omnia, quæcunq; ipſi cōtigere. Ceu uulnus accepiſſe in Parnaſſo, ſimulaſſeq; inſanire in coitione exercitus: quorum nullum altero facto neceſſariū erat, uel uer iſimile, alterum factum eſſe. Verùm circa unam actionem, qualē dicimus Odyſſeam, manſit, eodem pacto & Iliadem. Oportet igitur, quēadmodum in alijs imitatricibus una imitatio unius eſt: ſic & fabulam, quia actionis imitatio eſt, uniusq; eſſe & huius totius: & partes rerum conſtare ſic, ut tranſpoſita aliqua parte, uel dempta, diuerſum reddatur uel moueatur omne. quod enim cū adeſt uel non adeſt, nihil facit apparens, neq; pars hoc eſt. Perſpicuum autem ex dictis, & quòd non ea, quę facta ſunt dicere, hoc poëtæ opus eſt: ſed qualia utiq; fieri debuerunt, & ea quę effici poſſunt, ſecūdum uer iſimile uel neceſſariū. hiſtoricus enim & poëta nō eo, quòd aut metris adhibitis, aut ſine metris dicant, differūt. liceret enim Herodoti ſcripta in metra ponere, & nihilominus utiq; hiſtoria quædam eſſet, ſi cum metro eſſet, quàm ſine metris. Verùm hoc diſcrepat, quia hic dicit ea, quæ facta ſunt: hic autem, qualia fieri debuerunt. Quare & philoſophū magis, & magis ſtudioſum poëſis, quàm hiſtoria eſt. poëſis enim potius quæ in uniuerſum: hiſtoria uerò, quæ ſingillatim fiunt, dicit. eſt autem uniuerſale quidem, quali homini qualia contingit dicere aut facere ſecūdum uer iſimile aut neceſſarium: quod propoſitū habet poëſis, nomina impo-

Longitudo.

Fabula quomodo una.

De officio poëtæ.

imponens. Singulare autem, quid Alcibiades fecit, aut paſſus eſt. In comœdia quidem igitur iam hoc manifeſtum extitit: cum enim conſtituerint fabulam per uériſimilia, ſic quælibet nomina imponunt, & non, quemadmodum iamborum ſuctores, circa ſingulos homines carmen condunt: in tragœdia autem nominibus, quæ iam fuerint, hærent. Cauſa autem eſt, quòd aptum ad perſuadendum eſt id, quod fieri poteſt. Quæ igitur facta non ſunt, nondum credimus eſſe poſsibilia: quæ autem facta ſunt, perſpicuum eſt, quòd poſſibilia ſunt. neque enim facta fuiſſent, ſi eſſent è genere eorum, quæ fieri non poſſunt. Nec tamen non etiam in tragœdijs. in aliquibus quidem unum uel duo notorum nominum ſunt, cętera autem ficta: in quibuſdam autem nullum, ut in Agathonis flore. ſimiliter enim in hoc & res, & nomina facta ſunt: & nihilominus delectat adeò, ut non omnino quærendum ſit, traditis à maioribus fabulis, circa quas tragœdiæ ſunt, hærere: etenim ridiculum hoc quærere, quia & nota paucis nota ſunt, & tamen oblectant cunctos.

Poetam quid potiſsimum ſequi.

Perſpicuum igitur ex his, quòd poëtam magis oportet fabularum eſſe effectorem quàm uerſuum, quanto poëta eſt ſecundum imitationem: imitatur autem actiones. Quamuis igitur contigerit res factas pangere, nihilominus poëta eſt: rerum enim factarum nonnullas nihil uetat huiuſcemodi eſſe, quales uériſimile eſt fieri debuiſſe: & eius generis ut effici illo modo potuerint, ſecundum quod ille ipſarum poëta eſt. Simplicium autem fabularum & actionũ, epiſodicæ ſunt peſsimæ. Appello autem epiſodicam fabulam, in qua epiſodia altera, poſt altera neq; uériſimile, neque neceſſe eſt eſſe. Huiuſcemodi autem efficiuntur à malis poëtis propter ipſos, à bonis autem propter hiſtriones. concertationes enim facientes, & ſupra uires fabulam extendentes, ſæpenumero coguntur diſtorquere ordinem.

Quæ fabulæ reliquis præſtẽt.

Quia autem nõ ſolum perfectæ eſt actionis imitatio, uerumetiam terribilium & miſerabilium. hæc autem fiũt maximè huiuſcemodi, & magis quando fuerint præter opinionem inter ſe connexa. admirabile enim ſic habebunt, magis quàm ſi à caſu & fortuna: quia & eorum, quæ à fortuna fiunt, hæc maximè admirabilia uidentur, quæcunque tanquã ex induſtria apparent facta fuiſſe. ſicut ſtatus Mityis Argis interfecit eum, qui cauſa interitus Mityi fuerat, cum in eum ſpectantem incidiſſet. uidentur enim huiuſcemodi non temerè facta eſſe. quapropter neceſſe eſt huiuſcemodi eſſe pulchriores fabulas.

Fabularum diuiſio.

Sunt autem fabularum hę quidem ſimplices, hæ autẽ plexæ. etenim actiones, quarum imitationes fabulæ ſunt, ilicò huiuſcemodi exiſtunt. Dico autem ſimplicem quidem actionem, qua facta, quemadmodum definitum eſt, continua & una, ſine peripetia uel agnitione tranſitus fit. Plexa autem eſt, ex qua cum agnitione uel peripetia, uel ambabus, trãſitus fit. Hæc autem oportet facta eſſe ex ipſa coagmentatione fabulę, ut ex antefactis contingat uel neceſſariò, uel uériſimiliter, fieri hæc. differt enim multum fieri hæc propter hæc, uel poſt hæc.

Peripetia quid

Eſt autem peripetia quidem in contrarium eorum, quæ aguntur, imitatio, quemadmodum dictum eſt: & hoc A autem, ut dicimus, ſecundum uériſimile aut neceſſarium. Ceu in Oedipode, cum ueniſſet ut lætitia affecturus Oedipũ, & liberaturus metu aduerſus matrem, cum aperuiſſet, qui nam ille foret, cõtrarium effecit. Et in Lynceo: hic quidem ductus ut moriturus: Danaus autem perſequẽs, ut interfecturus: hunc quidem cõtigit ex rebus geſtis mori, hunc uerò cõſeruari.

Agnitio quid.

Agnitio autem eſt, quemadmodum & nomen ſignificat, ex ignoratione in cognitionem mutatio, uel in amicitiam, uel inimicitias perſonatum, quæ ad uitam beatam aut miſeram definitæ ſunt. Pulcherrima autem agnitio eſt, cum ſimul peripetiæ extiterint: quale habet, quæ in Oedipo eſt. Sunt quidem igitur & aliæ agnitiones: etenim ad res inanimes & quaslibet etiã, eſt quãdo, ut dictum eſt, contingit. & ſi fecit aliquis, aut non fecit, licet agnoſcere: ſed ea, quę maximè fabulæ eſt, & quæ maximè actionis eſt, quæ dicta eſt. huiuſcemodi enim agnitio & peripetia uel miſericordiam habebit, uel metum, qualium actionum tragœdia imitatio eſſe ſupponitur. Adhuc autem & miſerum effici, & ualde ſecundis rebus uti, in huiuſcemodi continget. Quia iam agnitio, quorundam eſt agnitio. agnitiones hæ quidem ſunt alterius ad alterum ſolũ, quando fuerit alter manifeſtus quis eſt: aliquando autem ambos oportet agnoſcere. ceu Iphigenia Oreſti agnita eſt ex epiſtolę miſsione: illi autem ad Iphigeniam alia opus fuit agnitione. Duæ quidem igitur fabulæ partes circa hæc ſunt: peripetia, & agnitio: tertia autem, paſsio. harum peripetia quidem, & agnitio dictę ſunt.

Paſsio.

Paſsio autem eſt actio, quæ interitum afB fert, aut graues dolores gignit: ut quæ in aperto fiunt mortes & eiulatus, & uulnerationes, & quæcunque huiuſcemodi.

Tragœdiæ partes ſecũdũ quãtitatem.

Partes quidem igitur tragœdiæ, quibus quidem ut formis oportet uti, prius diximus. ſecundum autem quantum, & in quas diuiditur ſeparatas, hę ſunt: prologus, epiſodium, exitus, choricum. & huius quidem altera pars, parodus: altera uerò, ſtaſimon. Communia quidem omnium hæc: propria autẽ, quæ ab ſcena & commi. Eſt autem prologus quidem pars tota tragœdiæ, quæ ante parodum chori. Epiſodium autem pars tota tragœdiæ, quæ interiecta eſt inter totas chori cantilenas. Exodus autem pars tota tragœdiæ, poſtquam non eſt chori cantilena. Chorici autem: parodus, eſt prima dictio totius chori: ſtaſimon autem cantus chori, qui eſt ſine anapæſto & trochæo. Commus autem lamentatio communis chori, & ab ſcena.

ALIA AD PVLCHERRImam tragœdiam conſtituendam neceſſaria. Caput IIII.

Partes autem tragœdiæ, quibus quidem ut formis oportet uti, prius diximus. Secundum autem quantum, & in quas diuiditur ſeparatas, hæ ſunt. Quæ autem oportet coniectare, & quę oportet cauere, conſtituentes fabulas, & unde erit tragœdiæ opus: deinceps tradendum ijs, quæ nunc dicta ſunt.

Quæ genera hominũ in tragœdijs uitãda.

Quia igitur oportet compoſitionem eſſe pulcherrimæ tragœdiæ non ſimplicem, ſed nexam: & hanc formidoloſorum & miſerabilium eſſe imitatricem. hoc enim propri-

propriū huiuſcemodi imitationis eſt: primùm quidem manifeſtum, quòd neq; æquos & probos homines oportet mutatos apparere ex felicitate in infelicitatem. non enim formidoloſum, neque miſerabile hoc, ſed ſceleratum eſt. Neq; prauos ex infelicitate in felicitatem. hoc enim è cōctis alienum maximè eſt à tragœdia: nihil enim habet eorum, quę oportet. neque enim gratum hominibus, neque miſerabile, neque formidoloſum eſt. Neque rurſus uehementer improbum ex felicitate in infelicitatem cadere. quod gratum enim ſit hominibus, haberet ſanè huiuſcemodi conſtitutio: ſed neq; miſericordiam, neque timorem. hæc enim circa indignum eſt, rebus malis oppreſſum, hic autem circa ſimilem. Miſericordia quidem circa indignum, timor autem circa ſimilem. Quare neq; miſerabile, neq; formidoloſum erit quod contingit.

Quæ hominū genera tragœdijs apta.

Qui in medio igitur horum reliquus (eſt autem huiuſcemodi, qui neque uirtute præſtat ac iuſticia) neque propter uitium & prauitatem mutatur, caditque in res aduerſas: ſed propter errorem quendam hominum, qui ſunt in magna exiſtimatione & abundantia omnium bonorum. Ceu Oedipus & Thyeſtes, & qui ex huiuſcemodi familijs clari atque illuſtres uiri. Neceſſe igitur bene habentem fabulam ſimplicem eſſe potius quàm duplicem, quemadmodum nonnulli aiunt: & mutari non in felicitatem ex infelicitate, ſed contrà ex felicitate in infelicitatem: nō propter prauitatem, uerùm propter peccatum magnum, uel qualis dictum eſt, uel melioris potius quàm deterioris. Signum autem eſt & id, quod fit. antea quidem enim poëtæ quaslibet fabulas enumerabant: nunc autem circa paucas domos pulcherrimę tragœdiæ componuntur. ceu circa Alcmæonem & Oedipum, & Oreſtem & Meleagrum, & Thyeſtem & Telephum, & quibuſcunque alijs contigit, aut perpeſſos ipſos eſſe atrocia mala, aut feciſſe. Pulcherrima igitur tragœdia ſecundum artem ex hac conſtitutione fit.

Euripides à calumnia defenditur.

Quare & qui ioſimulant Euripidem in eadem re, peccāt, quòd hoc facit in tragœdijs, & multæ ipſius in infelicitatem deſinunt. hoc enim eſt, quemadmodum dictum eſt, rectum. Signum autem maximum: in ſcenis enim & certaminibus maximè tragicæ huiuſcemodi apparent, ſi euentum bonum habuerint. Et Euripides, & ſi alioqui non bene texit, ueruntamen maximè tragicus utiq; poëtarum apparet.

Secunda fabulæ conſtitutio.

Secunda autem, quæ prima dicta eſt à nonnullis, eſt conſtitutio, duplicem conſtitutionem habens, quemadmodum Odyſſea: & deſinit contrario modo, melioribus & peioribus. uidetur autem eſſe prima propter imbecillitatem theatrorum: comitantur enim poëtæ, morem gerentes ſpectatoribus. eſt autem non hæc à tragœdia uoluptas, ſed potius comœdiæ propria. Illic enim ſi ſunt inimiciſsimi, qui extiterint in fabula, ceu Oreſtes & Ægiſthus, amici facti in fine exeunt, & moritur nullus ab ullo.

Tragœdiæ finis.

Licet quidem igitur formidoloſum & miſerabile ex apparatu naſci, licet autem ex ipſa conſtitutione rerum. quòd quidem eſt pri-

A mus & poëtæ melioris. Oportet enim, & quamuis non uideat, ſic conſtitutam eſſe fabulam, ut qui audit res quæ fiunt, & horreat, & miſericordia moueatur ex ijs, quæ contingunt, in quos affectus cadat ille, qui Oedipi fabulam audit. Ope autem apparatus hoc cōficere, artificij magis expers eſt, & magnos ſumptus requirit. Qui autem non formidoloſum ope apparatus, ſed monſtruoſum tantum moliuntur, communionem nullam habent cum tragœdia. non enim omnem oportet quærere uoluptatem è tragœdia, ſed ſuam propriamque. Quia autem quæ à miſericordia & metu per imitationem naſcitur, oportet uoluptatem fabricare poëtā, manifeſtum, quòd hoc decet in rebus inſerere.

Quæ metū & miſericordiam mouent.

Qualia igitur atrocia, uel qualia miſerabilia appareant eorum, quæ contingunt, capiamus. Neceſſe autem aut amicorum eſſe inter ſe huiuſcemodi actiones, aut inimicorum, aut neutrorū. Si quidem igitur inimicus inimicum interfecerit, nihil miſerabile neque faciens, neque facturus oſtendit, præterquam in ipſo illo malo: neque rurſus neutro modo habentes. Quotieſcunque autem in neceſsitudinibus extiterint hæc mala: ſeu uel frater fratrem, uel filius patrem, uel mater filium, uel filius matrem interfecerit, aut interfecturus fuerit, aut huiuſcemodi aliquid aliud facit, hæc quærendum eſt. Acceptas quidem igitur fabulas ſoluere non licet. Dico autem, ceu Clytemnęſtram necatam ab Oreſte, & Eriphylem ab Alcmæone: ipſum aūt inuenire oportet, & traditis uti rectè. Rectè
B aūt quid dicimus. exponamus apertius: licet quidem enim ſic fieri factum, quemadmodum antiqui faciebant, intelligentes ac cognoſcentes: ueluti & Euripides fecit interficientem filios Medeam.

Tres conſtitutē de tragœdiæ gradus.

Licet etiam agere quidem, ignorantes autem facere facinus atrox: deinde poſtea agnoſcere amicitiam, quemadmodum Sophoclis Oedipus. hoc quidem igitur extra fabulam eſt: in ipſa autem tragœdia, ceu Alcmæō Aſtydamantis, uel Telegonus in Vlyſſe uulnerato. Adhuc autem tertium præter hæc, eum qui facere debebat ſæuū facinus propter ignorantiam, agnouiſſe prius quàm faceret: & præter hæc non licet aliter. Aut enim facere oportet, aut non: & ſcientes, aut non ſcientes. Horum autem cognoſcentem quidem facturum fuiſſe & non feciſſe, peſsimum. immane namque in ſe habet, & non eſt tragicum. Vacuum enim eſt ab eo, quod uocatur [illegible]. Quapropter nemo facit ſimiliter, niſi rarò. Ceu in Antigona Creontē Æmon: egiſſe enim, ſecundum eſt. Melius autem imprudentem quidem egiſſe: cum egerit autem, agnouiſſe. immane enim non adeſt, & agnitio ſtuporem gignit. Optimū autem eſt poſtremum. Dico autem, ceu in Creſphonte Merope parata erat filium interficere: non interficit autem, ſed agnouit. & in Iphigenia ſoror fratrem, & in Helle filius matrem dediturus, agnouit. Propter hoc enim, quod ſanè iampridem dictum eſt, non circa multas familias tragœdiæ ſunt: quærentes enim non ab arte, ſed à caſu, inuenerunt huiuſcemodi conficere in

re in fabulis. Cogũtur igitur ad has domos oc-
currere, quibuſcunque huiuſcemodi caſus atro
ces contigere. De conſtitutione quidem igitur
rerum, & quales quaſdam eſſe oportet fabulas,
dictum eſt ſatis. Circa autem mores, quatuor

Qui mores tragicas perſonas deceāt, qui nō.

ſunt, quæ oportet ſibi proponere. Vnum qui-
dem ac primũ, ut boni ſint. Habebit autẽ mo-
res quidem, ſi quemadmodum dictum eſt, fece
rit manifeſtam oratio, uel factum electionem
quandam: malos quidem, ſi malam: bonos autẽ
ſi bonam. eſt autem ſingulis in generibus. ete-
nim mulier eſt bona & ſeruus: & ſi fortaſſe ho-
rum hoc quidem deterius. hoc autem omnino
malum eſt. Secundum autem conuenientes: eſt
enim fortis quidem indoles ac natura, ſed non
conueniens mulieri fortem uel acrem eſſe. Ter
tium autem ſimiles: hoc enim diuerſum ab eo
quod eſt, probos mores & conuenientes finge
re, quemadmodum dictum eſt. Quartum autẽ
æquabiles: quamuis enim inæquabilis quidã
fuerit, qui præbet imitationem, talique indole
ac moribus fictus ſit: tamen æquabiliter inæ-
quabilem oportet eſſe. Eſt autem exemplum
improbitatis quidem morum, non neceſſari-
um, ceu Menelaus in Oreſte: eius uerò quod nõ
deceat & non conueniat ſibi ipſi, & lamentatio
Vlyſsis in Scylla, & Menalippæ diſputatio. Mo
rum autem inæqualium, Iphigenia in Aulide:
nullam enim in partem ſimilis eſt ea, quæ ſup-
plicitet orat poſteriori. Oportet autẽ & in mo-

In morib. duo ſemper quærẽda.

ribus, quemadmodum & in rerum conſtitutio
ne, ſemper quærere uel neceſſarium, uel uериſi-
mile, adeò ut talem talia dicere uel agere, uel ne
neceſſariũ uel uerisimile ſit: & hoc poſt hoc fieri B
uel neceſſariũ, uel uerisimile. Manifeſtũ igitur,
quòd & ſolutiones fabularum ex ipſa oportet
fabula contingere: & non, quemadmodum in
Medea, à machina: & in Iliade, ea quæ pertinẽt
ad renauigationem: ſed machina utendum eſt
ad ea, quæ ſunt extra drama: ſiue quæcunque
antea facta fuere, quæ fieri non poteſt ut homo
ſciat: ſiue quæcunque poſtea, quæ egent prædi
ctione ac ſignificatione. omnia enim tribuimus
dijs uidere. abſurdũ autem nihil eſſe in rebus:
ſi non, extra tragœdiam. ceu quod eſt in Oedi
po Sophoclis.

TRAGOEDIA QVID. *Caput* V.

Quia autem imitatio eſt tragœdia melio-
rum, nos oportet imitari bonos forma-
rum expreſſores: etenim illi cum tribue
rint ſuam propriamque formam, ſimiles facien

Optima eſſe imitanda.

tes, pulchriores pingunt. Sic & poëtam imitan
tem & iracundos & inertes, & alia huiuſcemo-
di habentes in moribus, tales exiſtentes, probi
tatis facere exemplum, uel duritię oportet. ceu
Achillem Agathon & Homerus. Hęc iam opor
tet ſeruare, & præter hæc, ea quę à ſenſibus, qui
ex neceſsitate conſequuntur poëticam: etenim
ſecundum ipſos licet peccare ſæpè. Dictum au-
tem eſt de ipſis in editis ſermonibus ſatis. Agni

Agnitionis ſpecies quinq;.

tio autem quid quidem eſt, dictum eſt pri-
I. us: ſpecies autem agnitionis prima quidem,
quæ maximè eſt expers artis: & qua plurimi u-
A tuntur propter penuriam, ea quæ per ſigna. Ho
rum autem hæc quidem innata, ut lanceam,
quam ferunt è terra nati: aut ſtellas, quales in
Thyeſte Carcinus. Hęc autem aduentitiis. & ho
rum hæc quidem in corpore, ut ſunt cicatrices:
hæc autem extra, monilia: & ut in Tyrone per
cunam. Licet autem & his uti uel melius, uel
deterius. ceu Vlyſſes per cicatricem aliter agni
tus eſt à nutrice, & aliter à ſubulcis. ſunt enim
quæ fidei faciendæ cauſa adhibentur, magis ar
tis expertes, & huiſcemodi omnes: quæ ue-
rò repentino quodam caſu, ut quæ in Nipteris,
meliores. Secundæ autem, quæ factæ ſunt à II.
poëta: quare expertes artis. ceu Oreſtes in Iphi
genia agnouit ſororẽ, agnitus ab ipſa: illa quidẽ
enim per epiſtolã: ille uerò * Hæc igitur
ipſe dicit, quæ uult poëta, ſed non fabula. Qua
re propè dictum peccatũ eſt. licebat enim quæ-
dã & portare, & in Sophoclis Tereo radij uox.
Tertia, quæ per memoriam, ſentire aliquid ui- III.
dentem: quemadmodum quæ in Cyprijs Di-
cæogenis. cum enim uidiſſet picturam, luxit:
& quæ in Alcini narratione. audiens enim ci-
tharœdum, & recordatus, lachrymauit. unde a- IIII.
gnitus eſt. Quarta autem eſt, quæ ex ſyllogiſ-
mo. ceu in Choëphoris, quòd ſimilis quidam
uenit: ſimilis autem nullus præterquam Ore-
ſtes: hic igitur uenit. Et agnitio Polyidis ſophi
ſtæ de Iphigenia. uerisimile namq; Oreſtem ra-
tionem hanc ſubduxiſſe, quòd ſoror immolata
eſt, & ipſi contingit immolari. & in Theodectis
Tydeo: quòd cum ueniſſet ut filiũ inuenturus,
ipſe perijt. & quæ in Phiniſin: cum enim uidiſ-
B ſent locum, rationem fati ſubduxerunt, quod
in hoc fato editum fuerat ipſis mori debere: e-
tenim expoſitæ hic fuere. Eſt autem quædam V.
& compoſita ex paralogiſmo theatri, ut in V-
lyſſe falſo nuncio. hic quidem enim arcum, in-
quit, futurum ut cognoſcat, quem non uiderat:
hic autem ut per illum agnituro, per hoc fecit

Agnitio optima.

paralogiſmum. Omnium autem optima agni-
tio eſt, quæ ex ipſis rebus conſternatione nata
per uerisimilis, ceu ea quæ in Sophoclis Oedi-
po, & Iphigenia: uerisimile enim uelle dare lite
ras. huiuſmodi enim ſolæ ſine factis ſignis &
monilibus: ſecundæ uerò, quæ ex ſyllogiſmo

Decorum tenendum, uitãdam contrarietatẽ.

conſtant. Oportet autem fabulas conſtituere,
& oratione conficere, quam maximè ante ocu-
los ſibi ponentem. ſic enim utique euidentiſsi
mè cernens, tanquam rebus ipſis præſens ad-
fuerit, cum gerebantur, inueniret id quod de-
cet: & minimè ipſum fefellerint ea quæ ſub cõ
traria ſunt. Signum autem huius, quod repre-
henſionem afferebat Carcino. Amphiaraus e-
nim è fano exijt, quod non uidentem ſpectato
rem fefellit: in ſcena autem lapſus atque explo
ſus eſt, ſtomachantib. hoc ſpectatoribus. Quæ-
cunque autem poſsibile & figuris conficientem
facere (maximè enim apti ad perſuadẽdum ab
eadem natura, qui in perturbationibus ſunt)
& fluctuare facit alium, qui ipſe fluctibus agita
tur: & ad iram commouet, qui ira commotus
eſt uerisimè. Quare ingenioſi hominis poëti-
ca eſt, aut furioſi. horum enim hi quidem faci-

lè

lè formantur: hi autem facti ſunt ad inquiren-
dum. Hosq; ſermones & factos oportet, & i-
pſum facientem, exponere uniuerſe: deinde ſic
epiſodia inſerere & producere. Dico autem ſic
utique ſpectati, quod utriuetium eſt: ceu Iphi-
geniç. Cum immolata eſſet quædam uirgo, ſub
lataq; foret è medio, ita ut qui immolauerant,
uidere non potuerint, eademq; compotrata in
aliam regionem eſſet, in qua lex erat hoſpites
immolare deæ, hoc nacta eſt ſacerdotium. Se-
quenti autem rempore fratri contigit eò ueni-
re ſacrorum eorum cauſa. Cur? quia reſponſum
dedit Deus, quandam ob cauſam, quæ extra u-
triuerſum, uenire eò, & quod utique ut conſe-
queretur, extra fabulã eſt. Cum ueniſſet uerò,
& captus foret, immolati debens, agnouit: ſiue
ut Euripides, ſiue ut Polyides fecit, ut uериſimi
le erat dicens: quòd profectò non ſolum ſoro-
rem, ſed & ipſum oportuit immolari, & hinc ſa
lus. Poſthæc autem cum iam ſuppoſuerit nomi
tia, epiſodia inſerere: quomodo autem erũt ſua
propriaque illatum rerum epiſodia uidere. ceu
in Oreſte inſania, per quam captus eſt, & ſalus
per expiationem. In dramatibus igitur epiſo-
dia conciſa, epopœia autem his producitur. O-
dyſſeæ namque longum argumentum eſt, pere
grinãtia cuiuſdam annos multos, & obſeruati
à Neptuno, & ſolius exiſtentis. Adhuc autem
domeſticis rebus ſic ſe habentibus, ut fortunæ
ipſius à procis abſumerentur, & filius inſidijs
appeteretur: ipſe autem uenit tẽpeſtatibus ue-
xatus, & cum agnouiſſet quoſdam ipſis impo-
nens, ipſe quidem conſeruatus eſt, inimicos au
tem perdidit. Proprium quidem igitur hoc eſt, B
alia autem epiſodia. Eſt autẽ omnis tragœdiæ:
hoc quidem nexus, hoc autem ſolutio. Ea qui-
dem quæ extrinſecus, ac nonnulla eorum quæ
intrinſecus, ſæpè ſunt colligatio: reliquum au-
tem eſt diſſolutio. Dico autem colligationem
quidem eſſe eam, quæ à principio eſt uſque ad
hanc partem, quæ poſtrema eſt, ex qua tranſit
in res ſecundas: diſſolutionem autem, quæ eſt
à principio tranſitus uſque ad finem, quemad-
modum in Lynceo Theodectis, nexus ſunt ea
omnia, quæ antè geſta ſunt, & pueri ſumptio:
diſſolutio autem à loco illo, quo cauſa mortis
obijcitur uſque ad finem. Tragœdiæ autem ſpe
cies ſunt quatuor. tot enim & partes dictę ſunt:
hæc quidẽ perplexa, cuius totũ eſt peripetia &
agnitio, hęc aũt pathetica. ceu Aiaceaq; & Ixio-
nes: hęc aũt morata, ut Phthiotides & Peleus.
Quartum aũt, ut Phorcidesq; & Prometheus,
& quæcunque apud inferos. Pręcipuè quidem
igitur omnia oportet conari habere: ſin autem,
maxima & plurima, præſertim & ut nunc cri-
minantur poëtas. cum enim extiterint unaqua
q; in parte boni poëtæ, ſingulos proprio in bo
no poſtulant unum ſuperare. Iuſtum autem &
tragœdiam aliam & eandem dicere nihil for-
taſſe ob fabulam: hoc autem, quarũ eadem pli-
catio & ſolutio. Multi autem, qui complicarũt
bene, ſoluunt malè: oportet autem ambo ſem-
per cum plauſu excipi. Oportet autem quod
dictum eſt, ſæpè recordari, & non facere epo-
pœicam coagmentationem tragœdiam. epo-

Epiſodia in dramatibus cõciſa: in epopœia, longa.

Communis omnis tragœdiæ, nexus, ſiue nodus & diſſolutio.

Tragœdiæ ſpecies quatuor.

Ex epopœia tragœdiam nõ eſſe coagmentandam.

A pœicam autem dico, quæ eſt multarum fabula
rum, ut ſi quis Iliadis totam facit fabulam. illic
quidem enim propter longitudinem capiunt
partes conuenientem magnitudinem: in dra-
matibus uerò multum præter exiſtimationem
euenit. Signum autem, quicunque expugnatio
nem Ilij totam fecerunt, & non particularim:
quemadmodum Euripides Niobẽ, & non quẽ
admodum Æſchylus, uel labuntur, uel malè
certant (ſiquidem & Agathon lapſus eſt in hoc
uno) in peripetijs autem & ſimplicibus rebus
aſſequuntur, quæ uolunt admirabiliter. tragi-
cum enim hoc, & acceptum hominibus. Eſt au
tem hoc, quando ſapiens quidem, cum impro-
bitate autem deceptus fuerit, quemadmodum
Siſyphus: & fortis quidem, iniuſtus autem, ſu-
peratus in pugna ſit. eſt autem hoc uериſimile,
quemadmodum Agathon dicit: uериſimile e-
nim fieri multa, & contrà uериſimile. Et chorũ
autem unum oportet exiſtimare hiſtrionem, &
partem eſſe totius & unà contendere: non quẽ
admodum apud Euripidem, ſed quemadmo-
dum apud Sophoclem. Reliquis autem, quæ
dantur plus fabula, uel alia tragœdia ſunt. Qua
re embolima canunt, cũ Agathõ primus princi
piũ dederit huiuſcemodi rei. Atqui quid differt
uel embolima canere, uel diſputationem ex a-
lio in aliud accommodare, uel epiſodium to-
tum? De alijs quidam igitur iam dictum eſt, re-
liquum autem de locutione uel ſententia dice
re. Quæ quidem igitur circa ſententiam, in li-
bris de arte dicendi poſita ſunt. hoc enim pro-
prium magis illius rationis ac uiæ. Sunt autem
ſecundum ſententiam hæc, quæcunque ab ora
tione oportet comparari: partes autem horum
demonſtrare & ſoluęre, & affectus excitare, ceu
miſericordiam uel metum, uel iram, & quęcun
que huiuſcemodi, & præterea magnitudinem
& paruitatem. Perſpicuum autem, quòd & in
rebus ab ijſdem formis oportet uti, quãdo uel
miſerabiles, uel acerbas, uel magnas, uel uериſi-
miles oportuerit conficere, niſi quòd tantum
diſcrepant: quòd hæc quidem oportet appare-
re ſine doctrina, quæ autem in oratione ab di-
cente comparari, & ab oratione fieri. quod e-
nim utique eſſet dicentis opus, ſi apparerent iu
cunda, & non propter orationem? Eorum autẽ
quæ circa locutionem, una quidem ſpecies eſt
animaduerſionis figuræ locutionis, quas perce
piſſe eſt hiſtrionicæ, & eius qui huiuſcemodi
habet architectonicam. ceu quid mandatũ eſt,
& quid preces & narratio & minæ, & interro-
gatio & reſponſio, & ſi quid aliud huiuſcemo-
di. ab cognitione enim uel inſcitia harum rerũ
nulla in poëticam artem reprehenſio affertur,
quæ quidem alicuius precij ſit. Quid enim ali-
quis exiſtimet uitioſe tractata eſſe ea, quæ Pro-
tagoras accuſat, quod cum putet precari, præ-
cipit, ubi dixit: Irã cane dea. iubere enim, inquit,
aliquid facere aut nõ, præceptio eſt. Quare omit
tatur, ut & alius, & nõ poëticę artis cõſideratio.

DE LOCVTIONE, SIVE ELOCVtione, ſiue dictione, eiuſq; partibus. Cap. VI.

LOcutionis autem omnis hæ ſunt partes: e-
lementum, ſyllaba, coniunctio, nomen, uer

Chorum unũ hiſtrionem eſſe exiſtimãdũ.

De ſententijs tragicis.

Actionem tragicam, quam ſiguram appellat locutionis, non eſſe poëtices propriam.

bum,articulus,caſus,oratio.Elemẽtum quidem igitur eſt uox indiuidua:non omnis autẽ, ſed ex qua natura fit,ut naſcatur intelligibilis uox. etenim beluarũ ſunt indiuiduæ uoces, quarum nullam dico elementũ.Huius ſũt partes,uocaleq́;& ſemiuocale,& mutũ.

Elementi partes.

Eſt aũt uocale quidẽ, quod ſine ictu habet uocẽ,quæ audiri poteſt,ceu α & ω: ſemiuocale autem,quod cũ ictu habet uocẽ,quę audiri poteſt,ut σ & ρ.Mutum aũt,quod cum ictu per ſe quidem nullam habet uocem:cum his autem quę habent aliquam uocem efficitur huiuſcemodi,ut exaudiri poſsit,ceu γ & δ.Hæc autem differunt inter ſe figuris oris & locis, & craſsitudine & tenuitate, & longitudine & breuitate: adhuc autem acumine & grauitate & medio. de quibus ſingillatim in metricis conuenit contemplari.Syllaba aũt eſt uox,quæ nihil ſignificat,cõpoſita è muto & uocẽ habente. etenim γρ abſq; α, ſyllaba eſt,& cum α:ceu γρα.ſed & horũ contẽplari differẽtias metricæ eſt.Coniunctio aũt eſt uox nihil ſignificans, quæ neq; uetat,neq; facit uocẽ unam ſignificatiuam,ex pluribus uocibus aptam componi,& in extremis & in medio,niſi cõgruerit in principio orationis ponere per ſe:ceu μὲν,ἤτοι,δή.uel:uox nihil ſignificans, quæ ex pluribus quidẽ uocibus una, ſignificatiuis aũt facere apta eſt unam uocem.Articulus autem eſt uox nihil ſignificans,quæ orationis principiũ aut finem,aut diſtinctionẽ indicat,ut τὸ φημί,& τὸ περί,& reliqua. uel,uox nihil ſignificans,quę neq; prohibet,neq; efficit uocem unam ſignificatiuã,ex plurib. uocibus natura aptã cõponi, & in extremis & in medio.

Nomen quid. Nomen aũt eſt uox cõpoſita,ſignificatiua ſine tempore, cuius pars nulla eſt per ſe ſignificatiua: in duplicibus enim non utimur, ut & ipſum per ſe ſignificat:ceu in Theodoro, illud doro nõ ſignificat.

Verbum. Verbum autem, uox compoſita ſignificatiua cũ tempore,cuius nulla pars ſignificat per ſe,quemadmodũ & in nominibus.Hoc quidem enim homo uel album, non ſignificant quando: hoc aũt ambulat,aut ambulauit, adſignificat:alterum quidẽ præſens tempus,alterum uerò præteritum.Caſus aũt eſt nominis,uel uerbi:hic quidem ſecundũ id quod eſt huius, uel huic ſignificans,&quæcunq; huiuſcemodi:hic aũt ſecundũ quod uni uel multis,ceu homines uel homo:hic uerò ſecundũ ea quæ ad geſtus pertinent, ut per interrogationem uel præceptionẽ.ambulauit enim uel ambulat, caſus uerbi ſecũdũ has ſpecies eſt.

Oratio. Oratio autem uox compoſita, ſignificatiua: cuius quædam partes per ſe ſignificant aliquid. nõ enim omnis oratio ex uerbis & nominib.cõſtat,ceu hominis definitio:ſed contingit ſine uerbis eſſe orationem, partem ſanè ſemper quampiam ſignificãtẽ habebit.ceu in illo,ambulat Cleõ,

Oratio dupliciter una dicitur. Cleõ.Vna ſũt eſt oratio dupliciter.aut enim quę unum ſignificat,aut quæ ex pluribus coniunctione fit.ceu Ilias quidem,coniunctione una:hominis uerò oratio,quod unum ſignificet.

Nominis ſpecies. Nominis aũt ſpecies,hæc quidem ſimplex (ſimplicem aũt dico quæ non ex ſignificantibus conſtat) hęc autem duplex:huius autem hæc quidem ex ſignificante & ſignificatu carente, hæc autem ex ſignificantibus cõſtat.eſſet autem & triplex & quadruplex nomen & multiplex.ceu multa Megalioto- A rum,Hermocaicoxanthus.Omne autem nomen eſt uel proprium,uel lingua,uel tranſlatio,uel ornamentum,uel factũ,uel porrectum,uel ſubtractum,uel immutatum.Dico autem propriũ quidem,quo utũtur ſinguli:linguam aũt,quo diuerſi.Quare perſpicuum, quod & linguam & proprium eſſe poſsibile idem,nõ iiſdẽ autẽ: σίγυνον enim Cypriis quidem propriũ, nobis autem lingua.


Translationis ſpecies quatuor.

Tranſlatio aũt eſt nominis alieni illatio,uel à genere ad ſpeciẽ,uel à ſpecie ad genus, uel à ſpecie ad ſpeciẽ,uel ex analogia. Dico autẽ à genere quidẽ ad ſpeciẽ.ceu,Nauis ſũt mihi hæc ſtetit.in ſtatione enim eſſe,quoddam ſtare eſt. I.

A ſpecie autem ad genus.certè iam decem milia Vlyſſes bona fecit.decem millia enim multum eſt,quo nũc pro multo uſus eſt. II.

A ſpecie autẽ ad ſpeciem.ceu, Aère animum cum hauſiſſet, incidit indefeſſo ære. hic enim haurire pro incidere, & incidere pro haurire inquit. Ambo enim auferre quiddã ſunt. III.

Analogia conſtare dico,cum ſimiliter ſe habuerit ſecundum ad primum,& quartum ad tertium. dicet enim pro ſecundo quartum, uel pro quarto ſecundum: & quandoq; adponunt pro quo dicit, Ad quod eſt. Dico autem,ceu ſimiliter ſe habet poculum ad Bacchum,& clypeus ad Martem.Dicet igitur & clypeum,poculum Martis:& poculum,clypeum Bacchi.Præterea ſimiliter ſe habet ueſper ad diẽ, & ſenectus ad uitam. Dicet igitur ueſperum,ſenectutem diei: & ſenectutem,ueſperum uitæ: uel quemadmodũ Empedocles,occaſum uitæ.Quibuſdam autem non eſt nomen poſitum eorum, quæ proportione ſibi reſpondet: ſed nihilominus ſimiliter dicetur. IIII.



B ceu hoc,ſemen quidem iacere,ſerere: flammam uerò à ſole,nomine caret: uerùm ſimiliter ſe habet hoc ad ſolem, & ſerere ad ſemen. Quare dictum eſt ſerens à Deo conditam flammam.

Alius translationis modus. Licet autem modo hoc tranſlationis uti & aliter, cum appellauerit,quod alienum eſt,negare quippiam eorum, quæ propria ſunt: ceu ſi clypeum dicat poculum,non Martis, ſed ſine uino.

Factum uerbũ ſiue nouatum. Factum autem eſt, quod omnino non appellatum ab aliquibus,ipſe ponit poëta. uidentur enim aliqua eſſe huiuſcemodi,ceu cornua ἔρνυγας: & ſacerdotem ἀρητῆρα.

Porrectum. Porrectum autem eſt, uel ſubtractum: hoc quidem ſi uocali longiore uſum fuerit quàm ſua ſit ac propria:uel ſyllaba inculcata.

Subtractum. hoc autem ſi ſublatum fuerit quippiam uel ab ipſo,uel ab eo quod inculcatum eſt. Porrectum quidem,ut πόληος πόλεως:&,Πηληιάδεω Πηλείδου: ſublatum autem, ceu κρῖ & δῶ : & μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ.

Immutatum. Immutatum eſt,quando nominati hoc quidem reliquerit,hoc autem fecerit: ceu δεξιτερὸν κατὰ μαζόν,pro δεξιόν.

Nominum generatria. Adhuc ipſorum utique nominum, hæc quidem uirilia, hæc autem muliebria, hæc autem media. Virilia quidem, quæcunque deſinunt in ν & ς, & quæcunque è quopiam mutorum elementorum conſtant: hęc autem ſunt duo,ψ & ξ. Muliebria autem quæcunque è uocalibus,& in ſemper longam,ceu in η & ω: & eorum quæ producuntur in α. quapropter æqua contingit multitudine in quot uirilia & muliebria.ψ etenim & ξ eadem ſunt. In mutum autem elementum nullum nomen deſinit, neque uocalem breuem. in ι autem tria ſola, μέλι,κόμμι,

[illegible]: in υ autem quinq; [illegible]: media auté in hęc & ι & ρ. Locutionis auté uirtus apertam & non humilem eſſe. Apertiſsima quidé igitur eſt ea, quę ex proptijs nominibus, ſed humilis. Exemplum auté Cleophótis poëſis, & Stheneli: grãdis auté & immutans uulgarem rationé, quæ peregrinorũ ſpeciem habentib. utitur, Peregrinorum auté ſimilia dico linguã & translationem & productioné, & omne quod præter propriũ. Verùm ſi quis ſimul omnia huiuſcemodi fecerit, uel ęnigma erit, uel barbariſmus. Siquidé igitur è translationib. ænigma: ſi aũt è linguis, & barbatiſmus. ænigmatis enim forma hęc eſt, dicenré quæ inſunt impoſſibilia copulare. Per cõpoſitionem quidé igitur nominũ non datot facultas hoc facere: per trãſlationé autem contingit. ceu, Virum uidi igne æs ſuper uiro glutinanté, & huiuſcemodi. è linguis auté barbatiſmus. quare téperatur aliquo modo his. Non populare quidem igitur faciet, neqne humile lingoa & translatio & ornamentum, & aliæ dictæ formæ: proptium aurem, claritudinem. Non minimam autem partem conferunt, ut locutio apetta ſit, & non popularis, productiones & ablariones & immutationes nominum. Quia enim hoc aliter ſe habet quàm proptium, cum factum ſit contra id quod conſuetum, reddet in oratione non uulgare genus. Quia auté particepa eſt eius quod eſt conſuetũ, inde claritudo naſcetur. Quapropter non rectè uiruperãt, qui iuſimulant ralem modũ locutionis, uexantq; maledictis poëtã: ceu Euclides ille priſcus, perinde atq; facilè ſit carmen pangere, ſi quis farultaté dabit, quantũ aliqois uolet extendere uerba, qui iambis uſus eſt ex eo genere uerborũ: ceu, [illegible]: &, [illegible]. Apparere quidé igirur aliquo pacto utenté hoc modo, ridiculum: mẽſura autem cõmunis eſt omniũ partiũ. etenim translationib. & linguis & alijs formis utens, indecorè & ſtudioſe ad res ridiculas, idé conficeret. Id auté quod cõgruit, quãrũ excellit in heroicis carminibus, cõſideretur iniectis nominib. in uerſum, & in lingua utiq;, & in trãslationibus, & in alijs formis, loco illorũ poſitis proprijs nominibus, uideret utiq; q; uera dicimus: ceu cum eundé iambicũ fecerit Aeſchylus & Euripides, uno utiq; tantũ nomine immutaro, locoq; proptij cõſueti poſita lingua. hoc quidé apparet pulrhrũ, hoc auté humile. Aeſchylus quidé enim in Philoctete cecinit: Phagedęna quæ mei carnes comedit pedis. hic aũt pro comedit, epulatur poſuit. Et, [illegible]. Si quis dicit loco illorũ proprjs poſitis: [illegible]. id eſt: Nũc enim me exiltẽs paruusq; & imbecillis & deformis. &, [illegible]. id eſt: Sedile abiectum cũ potuiſſet, paruamq; mẽſam. & illud, [illegible]: id eſt, Litora clamirãt. Adhuc auté Ariphrades tragœdos maledictis figebat, q; quæ nullus utiq; diceret in ſermone, his utuntur: ceu illud, [illegible], ſed nõ, [illegible]. & [illegible], & [illegible] & [illegible], ſed non [illegible], & quæcunq;

Locutiõis uirtus duplex.

Locutionis uitia.

Locutioné minimé popularé quę faciãt.

Iambici duo ordine diſponendi.

Odyſſ. lib. 9.

A alia huiuſcemodi. quia enim nõ ſunt in ꝓprijs, efficiunt quod minimè uulgare eſt in locutiõe omnia huiuſcemodi. ille aũt hoc ignorabat. Eſt auté magnum quidem unoquoq; eorũ quæ dicta ſunt, conuenienter uti, & duplicibus nominibus & linguis: multo auté maximũ metaphoricum eſſe. ſolum enim hoc neq; ab alio licet ſumer, ei ingenijq; ſignũ eſt. transferre enim rectè uerba, eſt ſimile uidere. Nominum auté duplicia quidé maximè congruunt dithyrambis: linguæ auté heroicis, translationes uerò iambicis uerſibus. & in heroicis quidem omnia utilia ſunt, quæ tradita ſunt: in iambicia autem, quia quàm maximè fieri poteſt imitãtur locutioné: hæc nomina congruunt, quibuſcunq; in ſermonibus aliquis uteretur. Sunt autem huiuſcemodi proptium & translatio & ornamentum. De tragœdia quidem igitur, & imitatione in agendo, ſint nobis ſatis quæ dicta ſunt.

Ex tribus luminibus locutionis, præſtantiſſimum, translatio, tum cuique neri poëtarum unumquodqué idoneum.

DE EPOPOEIA. CAP. VII.

DE narratiua sutem & in metro imitatrice, q; oporter fabulas quemadmodum in tragœdijs cõſtituere dramaticaa, & circa unã actionem, totã & perfectam, habenté principiũ & medium & finem: ut quéadmodũ animal unum totum faciat ſuam proptiamq; uoluptatem, perſpicuum eſt: & nullius hiſtoriæ conſueta eſſe, in quibus neceſſe eſt nõ uniua actionis facere expoſitioné, ſed uniua téporis, quæcunq; in hoc contigere circa unum aut plures: B quorũ unũquodq; ut euenit, ſe mutuò habet. Quemadmodũ enim per eadé répora & naualis pugna cõmiſſa eſt in Salamine, & pręliũ Carthaginenſium in Sicilia, quæ pugnæ nullam in partem ad eundé finem tendebãt: ſic & in temporibus, quæ deinceps cõſequuntur, aliquãdo ſit alterum cũ altero, ex quib. unus nullus ſit finis. Fermè autem mulri poëtarum hoc faciunt. Quare quemadmodũ diximus iam, & hac re diuinus utiq; uideri poſſet Homerus præter cæteros: quia neq; bellum, quamuis habens principiũ & finem, aggreſſus eſt canere totum. Valde enim utiq; magnum, & quod non facilè undiq; perſpici poſſet, futurum fuit: uel magnitudine modicè ſe habens, intertexrum uarierate. nunc auté cum unã patré inde dempſiſſet, epiſodijs uſus eſt ipſorum multis, ut nauiũ catalogo: & alijs epiſodijs, quib. diſtinguit poëſim. Alij autem circa uirũ unum faciunt, & circa unũ tempus, & unam actioné, habẽtem multas partes: ceu qui fecit Cyprica & paruam Iliadem. Igitur ex Iliade quidé & Odyſſea una tragœdia efficitur, ex utraq; uel duę ſolæ: ex Cyprijs auté multæ, & ex parua Iliade plus quàm octo: ceu, Armorum iudiciũ, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Mendicatio, Lacęnæ, Ilij depopulatio, & Redicus claſsia, & Sinõ & Troades. Adhuc auté formas eaſdem opottet habere epopœiã cũ tragœdia: uel enim ſimplicem uel implicitã, uel moralem uel patheticã oportet eſſe: & partes extra melopœiam & aſpectũ eaſdé. etenim peripetijs eget, & agnitionibus & paſsionibus: præterea ſententias & locutionem habere re-

Epopœiæ, ſiué dramatici poematis princeps Homerus.

Epopœiæ formæ quatuor.

ctè. Quibus omnibos Homerus uſus eſt & pri- A mus,& ita ut ſatis putari debeat.Etenim & poë matum utrunq; conſtitit. Ilias quidem ſimplex & patheticum: Odyſſea uerò implicitum. agnitio enim pet totum & moralis eſt : præter autẽ hæc locutione & ſententia omnes ſuperauit.

Homeri laus.

Differt autem & ſecundum coſtiturioois longitudinem epopœia, & ſecũdum merrum. longitudinis qoidem igitur terminus ſufficiens eſt qui dictos eſt. poſſe enim oportet ſimul conſpici principium & finem. Eſſet autem boc, ſi priſcis quidem minores conſtitutiones eſſent, & ad multitudinem tragœdiarum, in unam auditionem poſitatum, potrigerẽtut. Habet autem ad magnitudinem extendendam multũ quiddam epopœia proprium, quia in tragœdia non contingit, quę ſimul gerãtur, multas partes imitari: ſed illam, quæ in ſcena & hiſtrionibus eſt, partẽ ſolum: in epopæia uerò, quia narratio eſt, licer multas partes ſimul facere ad finem perduci, à quibus ſuis ipſius ptoprijsq́; exiſteotibus augetut poëmatis moles. Qoapropter hoc habet bonum ad magnificentiam, & ad gignendam mutationem in eo qui audit, & augẽdom diſsimilibus epiſodijs. ſimile nanq; citò complens cadete facit tragœdias. Mettum autem heroicũ ab expetientia quadrauit: ſi enim quiſpiam in alio quopiam metro natratiuam imitationẽ faceret, uel in multis, indecortun uriq; uideretur. heroicum enim ſtabiliſsimum & tumidiſsimũ metrotum eſt. Quare & linguas & translationes tecipit maximè. eximia enim & narratiua imitario inter alias: iambicum uerò B & tetrametrum mobilia. hoc quidem ſaltationibus idoneum, boc autem rebus agẽdis aptũ. Adhuc autem abſurdius, ſi miſceat aliquis ipſa, quemadmodum Chæremon. Quaptopter oemo longam conſtiturionem in alio fecit, quàm heroo: ſed quemadmodum dicimus, Ipſa natura docet, quod congruſit ipſi pattiri. Homerus aotem & ob alia multa dignus eſt laudari: & iam & quòd ſolus poëtarum nõ ignorat, quod oportet ipſum facere. ipſum enim oportet poëtam quàm pauciſsima dicere. non enim eſt ſecuodum hæc imitator. Alij quidem igitur ipſi quidem per totum certant, imitaotur autẽ pauca & rarò: bic uerò cum pauca exorſus fuerit, ilicò inducit uitum, uel mulierem, uel alium quẽpiam morem, & nullum uacuũ à moribus, ſed habentem mores. Oportet quidem igitur in tragœdijs facere admirabile, magis autem contingit in epopœia, quod ratione caret, ob quod euenit maximè id quod admitabile eſt, quia nõ ſpectant in eũ qui gerit: quia ea quæ ad Hectoris inſectationem, in ſcena exiſtentia, ridicula uriq; apparetent. Hi quidẽ ſtaotes, & non perſequentes, hic uerò renuens: in epico uerò carmine clàm ſunt. admirabile autem iucundom eſt: cuius rei ſignum eſt, omnes enim addentes aliquid ei, quod factum eſt, noncianr, ot rem gratam faciẽtes. Docuit autem maximè Homerus & alios falſa cicere, ut oporter. eſt autẽ hæc caprio quædam. putant enim homines, quando hoc exiſtente hoc fuerit, oel cum fit, factum fuerit: ſi poſterius eſt, & prius eſſe uel fieri. hoc autem eſt mendacium: ob quod iam utiq; primũ A mendacium. ſed neq; hoc exiſtẽte neceſſe eſſe, uel factõ eſſe, uel adponete. quia enim ſcit hoc uerum eſſe, capitur fallacia illa noſter animus, & primùm ut exiſtens: eligereq́; impoſsibilia & uериſimilia, potius quàm poſsibilia, & nullo modo probabilia: fabulasq́; nõ conſtituere ex partibus rarione carentibus, ſed maximè quidẽ nihil habere uacuum à ratione. Sin autem extra fabulæ compoſitionem, quemadmodum Oedipus non ſciſſe, quomodo Laius interierit: ſed non in dramate, quemadmodũ in Electra, qui Pythia nõciant: uel in Myſis, qui ſine ooce è Tegea in Myſiam uenit. Quapropter dicere, quòd interijſſet uriq; fabula, ridicolum eſt. à principio enim oportet cooſtituere tales: ſi uerò poſitum fuerit, & uiſum magis conſentaneum, accipere & abſurdom: quia quæ in Odyſſea ſont ratione catẽtia, illa inquam, quæ citca expoſirionem, quòd oullo modo toleranda ſuot, perſpicuũ fieret, ſi ipſa malus poëta tractarit. nunc autem alijs bonis poëta dolet ipſa, condimentis aſpergens illud abſurdũ. Locutione autẽ oportet laborare io ignauis partibos, & oeq; moratis, neq; ſententiarum acumine omaris. occulit enim contrà ualde ſplendida locutio mores & ſententias.

Epopœiæ longitudo.

Epopœiæ metrum Heroicũ eſſe proprium.

Homeri exemplo docet Epicum poetam ipſum in poëmate ſuo pauca loqui debere.

Homerus docuit falſa cum ratione in poëmate dicere: & quo modo id ſecerit, oſtendit.

Epici ſiue heroici carminis elocutio.

LONGAM HIC INGREDITVR

Ariſtoteles defenſionem Homeri, & reliquorũ poëtarum, ſed utiliſsimam, & maximè obſeruandam. Cap VIII.

B DE problematibus autẽ & ſolutionibus, ex qootq́ue & qualibus utiq; formis ſiot, hoc pacto contemplantibus, fiat utiq; manifeſtum: quia enim poëta eſt imitator, quemadmodum utiq; uel pictor, uel quis alius imaginum expreſſor, oeceſſe eſt imitari trium exiſtẽtium numeto, unom aliquod ſemper: aut enim qualia fuere uel ſunt, uel qualia aiunt & uideotur, uel qoalia eſſe oportet. Hæc autem exponuntur locutione, uel & linguis & translationibus. & multa pathe locutionis ſunt, damus enim hæc poëtis. Adhæc autem non eſt eadem rectitudo ciuilis facultatis & poëticæ, neque alius artis & poëtiæ. ipſius autem poëricæ duplex peccatum: alterum quidem enim per ſe, alterum autem per accidens. ſiquidem enim elegit imitari rem, cuius facultatẽ nõ babet, ipſius peccatum eſt: ſi uerò eligere non rectè, per accidens, ſed equum ambo dextra crura proijcientem. oel peccatum ſecuodum ſingulas artes. Ceu quod ſecundum medicorum artem, uel aliam artem, uel impoſsibilia in poëſi tractauit. Hæc igitur qualiacunq; fuerint, non per ſe. Quapropter oportet interpretatiões in quęſtiooibus ex his cooſiderantẽ ſoluere. Primùm qoidem enim ſi quæ aduerſus ipſam artẽ ſunt, impoſsibilia fecit, peccauit: ſed rectè babet, ſi conſequatur finem ſui ipſius. finis enim dictus eſt: ceu ſi ſic magis apta ad conſternandum uel ipſa, uel aliam facit partem. exemplum Hectoris perſecutio. Si ſanè finis uel magis uel minus contingebat ineſſe, & ſecundum artem de his rebus, pecccatum eſt non rectè. oporret enim

ſi contingit,

ſi contingit, omnino nuſqoam peccari. Adhoc A utrotum eſt peccatum, eotum ne quæ ſecundō artem, an ſecūdum alīud accidens: minos enim ſi non ſciebat, quòd in ceruorum genere ſemina cornua non haber, quàm ſi mala imitatione uſua, ſcripſit. Præter hæc autem, ſi reptehenditur, quod non nera, ſed qualia oportet. ceu & Sophocles ioquit: ipſe quidem, quales opottet facere. Eoripides nerò, quales ſuot, quapropter hac ſoluendum eſſe. Si autem neutto modo, quod ita aiunt: ceu quæ de alijs. fortaſſe enim neque melios ita dicere, neque uera, ſed contigit, quemadmodum Xenophanes: ſed non dicunt hæc. Fortaſſe autem non melius qoidem, ſed ſic habuit, ceu quę de armis. Lanceæ autem ipſis rectæ in Saurotere. ſic enim tunc inſtituto quodam faciebant, quemadmodum & nunc Illyrici. De illo oetò quod bene aut non bene, uel dictum eſt à quopiam, uel factum, non taotum conſiderandum in ipſum, quod factum eſt uel dictum, reſpicieptem, ſi ipſum probum uel improbum: uetumetiam in ipſum, qui facit oel dicit ad quem, ual quando, uel quo, uel cuius gratia: ceu uel maioris booi, ut fiat: uel maioris mali, ut non fiat. Hæc antem ad locutiooem reſpicientem oportet diſſoluere, ceu linguas. οὐρῆας quidem primum: fortaſſe enim non mulos dicit, ſed cuſtodes, & Dolonem. Qui ſaoè ſpecie quidem erat malus, non corpore incompoſitū, ſed facie turpē. εὐειδὴς enim Cretes uocant, quod pulchrā faciem habet. & illud ζωρότερον δὲ κέραιε, non merum, ut temolentis, ſed citius. Hoc autem per trāſlationem dictum eſt: ceu, Alij qui- B dem dijque & homines dormiebant totam noctem. & illud, ſiua hic in campum Troianum reſpiceret. &, Tibiarum fiſtularumque uocem. illud enim πάντες, id eſt omnes, pro multis per trāſlationem dictum eſt. omne oanque quiddam moltum eſt. Et illud οἴη δ' ἄμμορος per translationem. quod enim maximè ootū, ſolom eſt. Per accentum aotem, qoemadmodū Hippias Thaſius diſſoloit illod: δίδομεν δέ οἱ. nec nō illud, τὸ μὲν οὗ καταπύθεται ὄμβρῳ. Hæc aotem diuiſiooe: ceu Empedocles. Extemplò autem mortalia nata ſunt, quæ prius didicerant immortalia eſſe: meraq; quæ prius diſtiocta erant. Hæc autem ambiguitate: παρῴχηκεν δὲ πλέων νύξ. illud enim πλέων ambiguum eſt. Hæc autem ſecundum conſuetudinem locutionis: ceu aqua temperatum uioō, inquiunt eſſe. Vnde illud à poëta dictum eſt, Ocrea recens fabrefacti ſtanni: & ærarios fabros, qui ferrum exerceot. Vnde dictus eſt Ganymedes Ioui οἰνοχοεύειν: id eſt, uinom miniſtrare, cum tamen dij noō bibant uinum. eſſe aotem hoc poteſt per translationem. Oportet aurem & quando nomen aliquod ſubcontrarietatem aliquam uiſum fuerit ſignificare, attēdere quot modis utiq; ſigoificaret hoc in eo quod dictum eſt: ceu, τῇ ῥ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος, quòd hac prohibitū ſit. Illud aotē quot modis contingit, ſic quodammodo: maximè utiq; aliquis ſuſpicaretur per eā, quæ eſt eregionè: uel ut Glauco dicit, q. nonnulla ſine ratione præexiſtimant: & ipſi re illa condemnata cōcludunt: & ut qui dixerint,

A qood uidetur, reprehendont, ſi ſobcootrariom fuerit ipſotum exiſtimationi. Hoc autē patiuntur, quæ ad Icarium pertinent. putaor enim ipſum Laconem eſſe. abſurdom igitur noo congreſſum cum eo Telemachum, cum Lacedęmonem petiuit. Hoc autem fortaſſe ſe habet, qoēadmodum Caphalenes aiunt: à ſe nanque uxorem duxiſſe dicunt Vlyſſam. & eſſe Icadium, nō Icarium. Propter erratum autem problema uerīſimile eſt. Omnioo aotem impoſsibile quidē uel ad poēſim, uel ad id quod melios, uel ad opinionem oportet reducere. ad poēſim enim optabilios eſt probabile impoſsibile, quàm nō probabile & poſsibile. Huiuſcemodi autē eſſe, quales Zeuxis pingebat: ſed & ad melius. exēplar enim oportet excedere ad quæ inqoiūt ea, quę ratione careot. Sicq; & quod quandoq; nō eſt uacuū à ratiōe. oeriſimile enim, & pręter uerīſimile naſci. Subcontraria autem ut dicta, ſic animaduertere, quemadmodum cōfutationes, qoæ in diſputationibus ſunt: ſi idem & ad idē, & ſimili modo. quapropter & ipſum, uel ad quæ ipſe dicit: uel quod utique prudeos præceperit. Recta autam reprehenſio & uacuitas rationis & prauitas eſt, quando non neceſsitate ulla exiſtente ullam in partem, oſus fuerit qoopiam uacuo à ratione, quemadmodum Euripides Ageeti prauitate, quemadmodum in Oreſte Menelai. Increpationes quidem igitur ex quinque formis ducunt. uel enim ut impoſſibilia, uel ut ratione carentia, uel ut detrimentoſa, uel ut ſubcontraris, uel ot præter rectam B rationem, quæ eſt ſecundum artem. Solutiones aotem ex dictis numeris quærendæ. ſunt autem duodecim.

Poetarum iniusta reprehēſio.

Reprehenſiones poetarum quinq; locis ſiue formis nituntur.

VTRVM POEMATIS GENVS *alteri præſtet, Epicúmne, an tragicum, diſputat in utranq; partem, ita tamen ut tragicum anteponere uideatur.* Cap. IX.

VTrum autem meliot epica imitatio, uel tragica, poſſet aliqois dubitare. ſi enim quæ minus eſt importuna, melior: huiuſcemodi autē quæ ad meliores ſpectatores, eſt manifeſtum, quòd quæ cuncta imitator, importuna. tanquam enim non ſentientibus, niſi ipſe adpoſuerit, multo motu mouētur. Ceu mali tibicines uoluentes ſe, ſi diſcum oporteat imitari: & trahentes præcentorem, ſi Scyllam cecinerit. Tragœdia qoidē igitur huiuſcemodi eſt, ut & priores poſteriotes ſe putarūt hiſtriones: ot ualde enim exuperantē ſimiam Myniſcus Callipedē oocabat. Huiuſcemodi autē opinio & de Pindaro erat. Vt aūt hi ſe habēt inter ſe, tota ars ad epopœiam habet. Hāc quidē igitur circa ſpectatores probos affirmāt eſſe: quare nihil egent figuris: tragicam autē ad improbos. Quę igitur importuna eſt, deterior manifeſtum quod eſſe debet. Primùm quidē igitur nōn artis poēticæ accuſatio hæc eſt, uerum hiſtrionicæ: quia licet conficere notis etiam motus rapſodorum obeuntem,

Tragici poematis præſtantia. 1.

obeuntem, quod ſanè faciebat Soſiſtratus: &
cauentem, quod quidem faciebat Mnaſitheus
II. Opuntius. Deinde neq; motus omnis impro-
bandus, ſi quidem neque ſaltatio, uerùm mo-
tus nequam hominum: quod quidem Gallipi-
di exprobrabatur, & nunc alijs, ut nõ ingenuas
III. mulieres illis imitantibus. Amplius tragœdia
& ſine motu facit, quod ipſius eſt, quemadmo-
dum epopœia. per lectionẽ enim manifeſta eſt,
qualis eſt. Si igitur eſt alijs in rebus melior, hoc
IIII. utique non neceſſariũ ipſi ineſſe. Deinde quo-
niam omnia habet, quæcunq; epopœia. etenim
metro licet ei uti: & præterea non paruam par-
tem muſicam, & aſpectationes habet, per quã
V. uoluptates percipiunt euidentiſsimè. Deinde
& euidens habet & in agnitione, & in operi-
bus. Adhuc quia in minore longitudine finis
imitationis eſt: quod enim confertius eſt, iucun
dius eſt, quàm id quod multo mixtum eſt tem
pore. dico autem, ceu ſi quis Oedipum ponat
VI. Sophoclis in uerſibus, quot Ilias eſt. Adhuc mi
nus una qualicunq; imitatio eſt eorum, qui con
dunt carmen epicum. Signum autem, ex quali-

A cunq; enim imitatione plures tragœdię naſcuntur. Quapropter ſi unam quidem fabulam fecerint, neceſſe eſt uel breuiter oſtenſam, uideri in extremo imminutam: uel comitantem longitudini metri, languidam. Si autem plures: dico autem, ceu ſi ex pluribus actionibus fuerit iuncta, nõ una: quemadmodum Ilias habet multas huiuſcemodi partes, & Odyſſea, quæ & per ſe habent magnitudinem. Atqui hæc poëmata conſtant, ut contingit, optimè & quàm maximè unius actionis imitatio ſunt. Si igitur & his præſtat omnibus, & præterea artis opere. oportet enim nõ quamlibet uoluptatem efficere ipſas, ſed illam quæ dicta eſt, manifeſtũ, quod melior utique eſſet, magis adipiſcens finem, quàm epopœia. De tragœdia quidem igitur, & epopœia, & ipſis & formis, & partibus ipſarum, & quot & quid, differũt: & eius quod eſt bene, & non, quæ cauſæ, & de increpationibus & ſolutionibus tot dicta* eſto.

Concluſio comparationis.

Sint.

POETICAE FINIS.

TOMI PRIMI OPERVM ARISTOTELIS, FINIS.

PARS SECVNDA

OPERVM ARISTO-
telis Stagiritæ, moralem & ciuilem do-
ctrinam uniuerſam ordine complexa,
cum eruditorum uirorum argu-
mentis, aditũ ad eam pa-
tefacientibus.

BASILEAE EX OFFICINA HER-
VAGIANA, M. D. LXIII.

DE VTILITATE, NECESSITATE, AC DIGNITATE MORALIS ET CIVILIS DISCIPLINAE AB ARISTOTELE TRADITÆ.

CVM multa ſint in Philoſophia, & grauia & utilia accuratè copioſeq́; à Philoſophis diſputata, latiſſimè patere uidentur ea quæ de moribus tradita ab illis & præcepta ſunt. Nulla enim uitæ pars neque publicis neque priuatis, neque forenſibus neque domeſticis in rebus, uacare officio poteſt: in eoq́; excolendo ſita uitæ eſt honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. Atque hæc quidem quæſtio communis eſt omnium philoſophorum. Quis enim eſt, qui nullis officij præceptis traditis, philoſophum ſe audeat dicere? His uerbis ſuos de Officijs libros filio ſuo commendauit Cicero: iiſdem ego hanc ſecundam operum & philoſophiæ Ariſtotelis partem, in qua de moribus & ciuili diſciplina philoſophus accuratè copioſeq́; diſputat, commendatam eſſe omnibus uehementer cupio. Nihil enim perfectius, nihil doctius, nihil elegantius tradi in hoc genere potuit, quàm eſt his libris ab Ariſtotele traditum: qui qua mentis acie diſſerendi ac demonſtrandi uias, itemq́; naturam rerum cauſasq́; uidit, atque orationis ubertate explicauit, eadem & hæc aſpexit, & feliciter enodauit: nec minus quàm Socrates Philoſophiam deuocauit è cœlo: & in urbibus collocauit: & in domos introduxit: & coegit de uita & moribus, rebusq́; bonis & malis quærere ac diſputare: imò, quam ille inchoauit, hic feliciſſimè perfecit. Atque hæc quidem doctrina, etſi, quemadmodum uerè M. Tullius dixit, utilis eſt ac neceſſaria omnibus, præcipuè tamen à Principibus atque alijs qui Reip. præſunt, eamq́; ſuis conſilijs moderantur, requirenda eſt. Neque enim ciuitas Resúe publica firma beataq́;, qui eius eſt finis, eſſe poteſt, niſi quibus rebus atque artibus ciuitas & beata uita conſtet, quaſiq́; apta & connexa ſit, qui ad eius gubernacula ſedent, teneant: atque ad ea, ſua omnia conſilia, omnes cogitationes, dicta factaq́; omnia dirigant. Quod ut conſequantur, noſcenda eſt uiro politico ſuæ Reip. forma, uniusné, an paucorum, an multorum autoritate & imperio gubernetur. Nam unaquæque ſpecies & forma, ſuas habet proprias leges, ſua inſtituta, à quibus ſine ciuitatis pernicie aberrare nemo poteſt. Neque hoc ſolum uidendum eſt, uerumetiam, num ab illis præſtantibus formis, atque generibus defecerit, & lapſa ſit, ut ad unam aliquam reuocetur, & morbis ſua remedia adhibeantur. Eſt enim in hac ſcientia legum ferendarum ratio, quemadmodum philoſophus ipſe docet. Nam quæ in Legibus & iure ciuili traduntur, & omnia ex iis fontibus manant, & ad eos reuocentur oportet, cum ab ipſa natura, & humano ſiue gentium iure contineantur. Hæc ſi rerum publicarum rectores attenderent: ſi interdum cogitarent, & ſuæ Reip. charitate, quæ omnibus reliquis anteponenda eſt, excitarentur, melius haberent res humanæ. Sed quoniam hæc diuina ſcientia negligitur, & potius ad ſuam priuatam quàm Reip. & ciuium utilitatem omnia referunt: neque totum corpus Reip. curant, ſed partem tantum aliquam, quæ geminæ ſunt Reip. peſtes, idcirco, pro Rep. omnium rerum confuſionem paſſim cernimus. Vt enim tutela, ſic procuratio Reip. ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Qui autem parti ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Quo autem ij qui Remp. gerunt, ad eam tuendam ſint alacriores, ſic habeant. Omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur. Nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusq́; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Harum rectores & conſeruatores è cœlo profecti, in cœlum reuertentur: ſicuti nos à cuius oratione orſi ſumus, in eandem prorſus deſinimus, & noſtræ orationis orbem terminamus.

ARGVMENTVM IOACHIMI PERIONII, QVO HORVM DECEM LIBRORUM

rum cùm ſententia, tum ordo, quem ſeruat Ariſtoteles, breuiter explicatur.

PHILOSOPHIA in tres partes omnis diſtributa eſt: in diſſerendi rationem, quæ λογικὴ à Græcis appellatur: in naturæ obſcuritatem, quę φυσικὴ: in uitam & mores, quæ ἠθικὴ, id eſt moralis dicitur. Hæc pars in tres etiam alias diuiſa eſt, ἠθικὴν, πολιτικὴν, & οἰκονομικὴν. quarũ prima uniuerſam bene uiuendi rationem continet: altera eam, quam ſibi propoſuerunt ij qui in republicæ luce uerſantur: tertia, quam ſibi quiſq; priuatim in tuenda re familiari domi cum uxore ac liberis conſtituit. Niſi forte has duas poſtremas huius, quam tertiam diximus, partes malumus dicere. Hanc tertiam Ariſtoteles his decem libris tractat: quos quoniam in Latinum de Græcis conuertimus, breuiter & quid his tradat, & quem ſeruet ordinem, docebimus. Quoniam igitur bene beateq; uiuendi uiam & rationem tradere his libris inſtituit, quam beatam uitam, ſeu beatitudinem, ſeu felicitatem, ſeu ſummum hominis bonum appellat, ab ea capit diſputandi exordium: ut inte ligatur, quod in omni diſputatione faciendum eſt, quid ſit id de quo diſputetur. In quo docendi rationem ſequitur eam, quam in præceptis reliquit. Primum enim an ſit ſummum bonum inueſtigat, deinde quid ſit, poſtremò quale ſit. Eſſe autem ſummum bonum ex ui & natura finis, omniumq; qui finem ſibi aliquem proponunt conſilio & ratione, concludit. Deinde quam uim habeat ad bene uiuendũ explicat, cuiq; ſententiæ ſit propoſitũ. Tum in hac tradenda arte & ex alijs omnibus, quam & ipſe & alij uiam ſequi debeant, quemq; animum eos ad hanc percipiendam ſcientiam afferre deceat, qui in ea uerſari uelint, exponit. Quid autem ſit ſummum bonum, ut exquirat, primum repetit id quod iam inuenerat, eſſe ſummum bonum. Deinde omniũ qui ante ipſum ratione quadam hunc locum attigerant, enumerat ſententias: quod ſua confirmare non potuiſſet, niſi alienis, quatenus falſa erant, & obſtabant, refutatis. Itaque & eorum qui illud in uoluptate, & eorum qui in diuitijs, & eorum qui in honore, & eorum qui in uirtute, explodit, ejicitq; ſententias. Poſtremò, ne magiſtro quidem Platoni, in idea eſſe conceſsit. His illorum exploſis ſententijs, illud quid ſit, ex artificum finibus, ijsq; omnibus quæ in eo eſſe debent, exquirit. Tum ad rem propius accedens, quoniam illud & finem eſſe, & in actione eſſe oportere iam concluſerat, ex officio hominis indagat. Idq; eò facit, quòd finis cuiuſq; in cuiuſq; officio & munere ponatur. Quoniam igitur officium hominis inuenit, uiuere ex uirtute, ſeu actionem uirtutis, ſummum etiam hominis bonum in eadem ponit: ſed quam uitam intelligeret, quamq; uirtutem explicauit. Nam & in uirtute omnium perfectiſsima, & in uita completa & confecta, ſummum bonum locat. Tum ſententiam ſuam, ne quis eam rejceret, à ſententijs omnium docet nos abhorrere, qui rectè de beatitudine ſenſiſſent. In quo explicando tacitè has duas quæſtiones explicat: in quibus bonis ſummum bonũ hominis numerandum ſit, & num corporis externisq; bonis beatæ uitæ ſit opus. Nam diuiſione adhibita bonorum, alia animi, alia corporis, alia fortunæ eſſe: & animi bona cæteris longè præſtare, & in ijs eſſe ſummum bonum docet: ita tamen, ut illa etiam requirat. Interim quale ſit ſummum bonũ, quę tertia eſt quæſtio, exponit. Nam & optimum quiddam eſſe, & pulcherrimũ & ſuauiſsimum: quæ tria ſic coniuncta in eo ſunt, ut nulla ratione poſsint diſtrahi. Et quoniam à nonnullis putari dixerat, ſummum bonum idem eſſe quod ſecunda fortuna, cauſam efficiẽtem eius exquirit deinceps. Fortunæ tribuendam negat, ſed Deo potius: ſin minus, certè exercitationi. Cumq; beatitudinem in uita perfecta ſtatuiſſet, & Priamum cæterosq; omnes qui ſimiles caſus in uita ſenſiſſent, deinceps negat beatos eſſe ducẽdos: & contra Solonis ſententiam, aliquem dicendum, dum uiuat, beatum oſtendit. In qua explicanda quæſtione, quoniam de beatis qui è uita exceſsiſſent, fecerat mentionem,

nem, & de mortuis amicis, ac propinquis eorum beatorum qui in uita manerent: deinceps quatenus aduerſæ res poſterorũ uel labefactent, uel non labefactent beatã uitam, exponit. Quæ duo nata ſunt ex ea, quam ſummo bono conſtituerat, definitione. Nam uita completa & abſoluta, in qua beatam uitam poſuerat, omnes res aduerſas, ex quibus miſeri nominantur, uidetur excludere. Tum facta alia diuiſione bonorum, alia laude digna, alia gloriatione: alia non eſſe illa quidem bona, ſed eſſe poſſe, in ĳs quæ honorabilia ſunt, ſummum bonum oſtendit eſſe ducendum, quæ ad qualitatem omnis pertinet quæſtio. His ita conſtitutis, deinceps eam quam ſummo bono fabricatus eſt, exponit definitionem. Cum enim ſummum bonum in actione uirtuti conſentanea poſuiſſet: illud intellexit, niſi uirtutis natura explicaretur, non poſſe intelligi quid uellet. Deinceps igitur uirtus quid ſit, ad ſeptimum uſque librum docet. in quo id ſeruat, quod in omni re tradenda faciendum eſt. Quæ latè patent, & communia ſunt, partitur: ut cum eam uirtutis partem quam exquirit, inuenerit, ad eam & definiendam & tractandam, omnem accommodet orationem. Quærit animi uirtutem, corporis igitur uirtutem ſeparat. Non omnem autem animi uirtutem ſibi proponit, ſed eam tantummodo quæ hominis eſt propria. Excludit ergo omnes eas quæ nobis cum beluis inuenit eſſe communes. Et quia nos beluis ſola ratione præſtamus, animi partes quæ rationes ſunt participes, notat & obſeruat, quod ſolæ uirtutes quæ ab ĳs proficiſcuntur hominis ſint propriæ. Partes autem duas tales inuenit: unam, quæ per ſe, & in ſe ratione utitur: alteram, quæ non per ſe, uerùm quatenus illi alteri paret. Hinc duo genera naſcuntur uirtutum: alterum menti attribuit, alterum appetitui. Primum genus tractat ſecundo, tertio, quarto & quinto libro: alterum ſexto. Illud ſuperius ſic tractat, ut primùm ea omnia quæ communia ſunt omnium uirtutum perſequatur, deinde ea quæ propria ſunt ſingularum. Quærit igitur primum quid ſit uirtus hominis propria, quoniam quin ſit non eſt dubium: deinde qualis ſit. Eſt enim hæc in omni re, ut dixi, tradenda, tenenda uia & ratio. Quid ſit uirtus, primùm ex eius cauſa efficiente exquirit. Sunt enim actiones, quemadmodum oſtendit. Ita uirtutes non ſunt nobis tributæ à natura. Ac mihi quidem hoc uidetur tanquam huius artis initium ponere. Omnes habitus & ex ſui ſimilibus actionibus gigni, & ab ĳſdem interire. Deinceps hanc partem philoſophiæ in actione uerſari ponit, & omnium uirtutum actiones conuenienter rationi fieri oportere, eaſdem nimium & parum tollere: conſeruare, augere ac tueri mediocritatem. Prӕponit illud etiam, habitus quales ſint, ex uoluptate & dolore, qui actionem conſequitur, intelligendum eſſe. Docet deinceps ex eo, uirtutem moralem in doloribus uoluptatibusq́ uerſari, tum quæſtionem ex eo quod præpoſuerat ortam explicat. Quo loco quid inter artes & uirtutes interſit aperiens, illa tria ponit ad uirtutis actionem neceſſaria, ut ſciens & conſultò & ſtabili animo omnis agat, qui uirtutem & officium ſequatur. His ita poſitis, quid uirtus ſit docet, cum habitum eſſe concludit: tum qualis ſit habitus, cum mediocritatis uirtutem eſſe indagatricem, cuiusq́ mediocritatis, exponit. Ac ne quis putaret, quoniam uiriutem poſuerat in perturbationibus & actionibus modum apponi poſſe: quaſdam perturbationes & actiones, quæ nomine ipſo uitioſæ ſunt, ſeparat. Tum quo facilius intelligi poſsit quod dixit inter nimium & parum uiriutem modũ indagare, ſingulæ uirtutes inter quod nimium & parum ſitæ ſint, docet. eo ordine unamquamq́ cum extremis uitioſis enumerans, quem poſtea tradendis illis, extremo tertio, quarto quintoq́ ſeruabit. Itaque hæc omnis deſcriptio non aliud eſt, quàm eorum omnium quæ libris quos dixi tradet, propoſitio & enumeratio. Deinceps media cum extremis confert, ut quemadmodum inter ſe affecta ſint uirtus & uitia, intelligatur. Contraria illa ſunt inter ſe omnia ſed extrema magis inter ſe pugnant quàm utrumque uirtuti: & illud uitium uirtuti magis contrarium eſt, ad quod ſumus natura procliuiores Deinceps uirtutis adipiſcendæ auget difficultatem, ex eo quod inter duo uitia eam locaſſet. Ac ne quis ſe ad eam peruenire poſſe diffideret, mox quaſi peritus & nobilis medicus, remediũ adhibet. In tertio, qualis uirtus eſſe debeat exponit: primùm quæ uoluntate & con-

tra uoluntatem ſuſcipiantur & fiant,docet: deinde quid ſit electio, ſeu propoſitum. quod quia inuenit proficiſci à conſilio & deliberatione,de quibus deliberandum ſit explicat. Et quia uoluntatem finis eſſe dixerat,deinceps quis ſit finis uoluntati propoſitus,tradit. His præpoſitis,uirtutem moralem uoluntariam eſſe, & uitium uoluntarium,actionesq; uoluntarias eſſe demonſtrat. Deinceps à toto genere uirtutum ad ſingulas conuertit orationem. Qui ſanè locus perfacilis eſt, ut non magnopere egeat noſtris commentationibus. Singulis enim tradendis uirtutibus hoc ferè docet, quibus in rebus quæque uerſetur : ſi in duabus,in utra potius : ſi in pluribus, in qua potiſsimum. Ex his quid ſit quæque uirtus colligit, adiectis circumſtantijs. Veluti fortitudo,quoniam in rebus formidoloſis & ijs quæ animis noſtris fiduciam præbent cernitur,quærit in utris potius.Eadem eſt ratio temperantiæ. Nam cum in uoluptatibus & doloribus eam cerni dicat,in uoluptatibus potius uerſari concludit. Itemq; liberalitas in dandi accipiendiq; rationibus,ſed in largiendo potius cernitur. Si multa ſint genera,traduntur,ut fortitudinis & iuſtitiæ. Virtutum etiam & eorum qui ijs ſunt prædití,officia & munera exquiruntur. Eadem eſt ratio uitiorum, niſi quod utrum uirtuti magis repugnet,exponit. In ſexto libro eundem ſeruat quem in ſuperioribus ordinem. Duo genera uirtutum earum quæ in ratione ſitæ ſunt, ex duobus earum ſubiectis concludit. Quinque autem uirtutes eſſe,ex earum munere communi,& quid quæque ſit,ex rebus ijs in quibus uerſentur,colligit. Quæ ijs quinq; attributa ſint,quid ſimilitudinis,quid diſsimilitudinis inter ſe habeant,docet. Poſtremò, quæ cum prudentia coniuncta ſint, ut recta deliberatio, ſagacitas & ſententia: quid ſapientia & prudentia conferant,& utra melior ſit : quod prudentia cum uirtutibus & moribus habeat commercium. In ſeptimo,octauo & nono,de ijs diſſerit,quę non ſunt illa quidem in uirtutibus & uitijs,ſed tamen ſunt in bonis & malis. In ſeptimo de continentia & impotentia,de uoluptate & dolore. In octauo & nono de amicitia,quam uirtutem dicit,uel cum uirtute copulatam. In decimo primùm de uoluptate & dolore eadem de cauſa diſputat,quod ſcilicet ad uirtutem conducant. In eo extremo iterum de beatitudine diſſerit,ut extrema primis reſpondeant. Nam ut illud primum inueniendum eſt,quod nobis quaſi finem propoſuimus, & eo inuento rationes quibus ad id perueniri poſsit,exquirendæ ſunt, tum poſtremò id adipiſcendum. Sic Ariſtoteles,cum in primo libro ſummum bonum finem eſſe hominis inueniſſet, uirtutesq; omnes quaſi gradus quoſdam,per quos facilis aſcenſus ad illud pateret,animaduertiſſet,per eos omnes gradus cæteris libris conſcendens, tandem in eo tanquam adepto conquieſcit.

LIBRORVM

LIBRORVM QVI HAC SECVNDA PARTE CONTINENTVR Catalogus.

IN libros Ethicorum ad Nicomachum Analyſis. pagina 1
De moribus ad Nicomachum, quæ Ethica nominantur, libri x. Ioachimo Perionio interprete. 12
De republica, quæ Politica dicuntur, libri VIII. Ioachimo Perionio interprete. pagina 192
Oeconomicorum ſiue de rebus domeſticis, libri II. Leonardo Aretino interprete. 374
Magnorum Ethicorum ſiue moralium, libri II. Vito Amerpachio interprete. pagina 382
In libros Ethicorum ad Eudemum Leonardi Aretini introductio. 433
Ethicorum ad Eudemum libri IIII. Leonardo Aretino interprete. 446
Oeconomicorum publicorum liber, Iacobo Fabro Stapulenſe interprete. 499
De uirtutibus liber, Alexandro Chamaillardo interprete. 511

ARISTOTELIS STAGIRITAE AD NICOMACHVM FILIVM DE MORIBVS, QVI ETHICA NOMINANTVR, IOACHIMO PERIONIO INTERPRETE:

per Nicolaum Grouchiũ correcta & emendata, Liber primus.

IN LIBRVM PRIMVM ETHIcorum Ariſtotelis, Analyſis.

In caput 1. *ETHICAE ſcopus eſt, explicare ultimũ finem humanarum actionum. Ergo naturæ ordo poſtulat, ut prius aliquid de fine, ſeu quod idem eſt, de bono dicatur. Itaq; Ariſtoteles in primis bonũ definit ac diuidit. Bonum eſt, inquit, id quod ab omnibus expetitur. probat ex ſufficienti enumeratione. Expetitur enim ab omni arte, ſcientia, actione & electione, per quæ uelut principia, nihil non agitur ab hominibus Deinde boni ſeu finis adducit duas diuiſiones. unam, quòd alij fines, ſint operationes, ut Muſicæ, cãtare: alij uerò opera, ut texturæ, tela: alteram, quòd alij ſint præſtantiores, alij minus præſtantes. Vt, militaris ſcientiæ finis eſt uictoria, qui longè excellit omnibus finibus earum artium, quæ ſub militari ſcientia continentur, qualis eſt ars equitandi, ars fabricandi omne genus armorum. Quilibet enim finis haud immeritò nobilior habetur iis, quæ pertinẽt ad illum finẽ.*

Nã id cuius gratia aliquid fit, eſt finis. Et omnia fiunt boni gratia, ſiue ueri ſiue apparentis, igitur finis dicitur bonum.

B

In caput 2. Cum alius finis ſub alio contineatur, ideoq; maiorem alius alio dignitatem habeat, rectè iam quæritur, ſitne quidam finis ſupremus, id eſt, qui reliquos omnes contineat, & præſtantiſſimus iudicetur. Ariſtoteles talem finem exiſtere probat hypothetica forma. Si aliquis finis eſt actionum noſtrarum, quem propter ſeipſum, & non propter alium, ſed alios omnes propter hunc expetimus, ſequitur finem eſſe optimum & ſupremum. Sed exiſtit huiuſmodi finis actionum noſtrarum, quem propter ſe & gratuitò expetimus. Conſtat ergo, quendam extare ultimũ & optimum finem humanarum actionum. Sequelæ probationem omittit Ariſtoteles, utpote manifeſtã ex definitone ſupremi finis. Hic enim nihil aliud eſt, quàm huiuſmodi finis, quẽ non propter aliud, ſed gratuitò propter ſeipſum perſequimur. Antecedentis autem poſitionem probat demonſtratione ad impoſſibile. Si nõ eſt quidam finis, quem propter ſe, ſed exempli gratia, ſi adoleſcentes erudiuntur, ut artem aliquam diſcant, & hanc deinde exerceant, ut uictũ acquirãt, & hic finis propter alium, & alius rurſus propter alium, & ſic in infinitum expetitur: id eſt, ſi nuſquã in finibus perſequendis ſubſiſtimus, & conquieſcimus, ſequitur, omnia hominum ſtudia & actiones inutiles & irritas fieri. Conſequens eſt falſum, ſcilicet, quòd homo, nobiliſſima creatura fruſtra laboret, nunquam aſſequendo finem naturaliter deſideratum. Hoc enim eſſet contra phyſicæ principia, Naturam nihil facere fruſtra, & in cauſis per ſe minimè progreſſum fieri in infinitum. Ergo & an-

A tecedens eſt falſum, & huius contradictio uera, quòd ſit aliquis finis, quem propter ſe expetimus. Cum Ariſtoteles ultimum finem eſſe probarit, oſtendit, quare, à quo, quo modo, & cui ſit explicandus, ac poſtea demum, quid ille ſit, capite quarto declarare incipiet. Quare ſit explicandus, ſic probat: Vltimi finis cognitio magnum affert auxilium humanæ uitæ, ergo eſt explicandus. Antecedens ſimilitudine exponit. Sicut enim ſagittario ſcopus, ad quem collimet, ita principalis ſcopus, id eſt, ultimus finis, ad quem omnia hominum ſtudia dirigenda, in primis eſt cognoſcendus. A quo ſit explicandus, etiam oſtendit, id eſt, cuius officium ſit, eum explicare, num Ethici ſeu Politici, num Phyſici, num mathematici. quod autem Politicæ facultatis interſit, ſic probat: Vltimi finis explicatio pertinet ad principaliſſimam facultatem, & talis eſt Politica, ergo ultimi finis explicatio ſpectat ad Politicam. Maiorem ponit, non probat, quippe manifeſtam. Minorem probat quadrupliciter, primùm, quia Politica præſcribit, qualibus artibus & ſcientijs opera danda ſit in urbe: deinde, quia omnes reliquas artes ſeu facultates utcunq; laudatas continet, quibus uelut inſtrumentis utitur: tertiò, quia de omnibus rebus conſtituit leges: ultimò, quia ipſius finis ad uniuerſam rempublicã ſpectat. Quomodo ſit explicandus, oſtẽdit, In caput 3. uidelicet generali modo & minimè exacto. Explicari debet ars unaquæq;, prout ipſius materia poſtulat, ac admittit. Philoſophiæ moralis ſeu politicæ materia pro circũſtãtijs uariatur, ergo in hac doctrina non debet ubiq; certitudo requiri maxima, ſed probabilis interdum argumentatio boni conſulenda. Maiorem probat ex artibus uulgaribus, ut ſi corpus humanum repræſentetur à pictore, figulo, fabro, lapidicida, exactius aliquid à pictore, quàm figulo aut fabro aut lapidicida requiritur, propter materiæ, quam adhibent, diuerſitatem. Minorem ſic probat: Duo loci potiſſimum tractantur in Politica, honeſtũ & bona corporis cum externis rebus, his enim fœlix utitur tanquam inſtrumentis & ornamentis. Honeſtum pro uarietate loci, temporis, perſonarumq; ſæpè mutatur, ut cum in diuerſis regionibus diuerſiſſimæ leges, & interdum contrariæ promulgantur, imò uirtus omnis conſiſtit in medio nõ rei, ſed quo ad nos. Deinde bona corporis & fortunæ aliàs prodeſſe, aliàs obeſſe uidentur, ut Helenæ pulchritudo multis milibus hominũ exitio fuit. Porrò, quia explicandi ſeu docendi uerbum, habet correlatiuũ diſcendi uerbum, monet etiam diſcentem, ne maiorem in hac doctrina certitudinem exigat, quàm rei natura concedit. Probatio ferè eadem, Omnis ars diſcenda, pro ut ipſius materia permittit. Ethicæ materia nõ eſt omnibus modis exacta, ergo diſcens

eam non exactas demonſtrationes ubiq; deſideret. Maio-
rem confirmat Ariſtoteles. Niſi materiæ reſpectus habea-
tur, perinde fuerit, ac ſi quis mathematicum laudet proba-
biliter diſſerentem, ab oratore uerò demonſtrationes re-
quirat, quo nihil abſurdius. Minor patet ex præcedenti-
bus. Cui ſit explicãdus oſtendit, hoc eſt, qui futurus ſit ido-
neus, aut minus idoneus auditor. Non idoneus putatur ſtu-
pidus iuuenis, & quicunq;, ſiue iuuenis ſiue ſenex, cupidi-
tatibus indulget. Probatio. Rectius audit, qui audita iudi-
care poteſt, tunc enim melius excipiuntur audita. Iuuenis
non poteſt iudicare. Nam de cognitis bene iudicatur, & iu-
ueni rerũ inexperto multa ſunt incognita, ergo minus ua-
let ad audiendum. Cæterùm omnes in quacunq; ætate, qui
non coercent cupiditatem, ut rationi obtemperet, ineptiſ-
ſimi erunt auditores Ethicæ. Probatio. Ethicæ finis eſt, nõ
cognitio, ſed πρᾶξις, qui cupiditatibus locum dant, alieni
ſunt ab iſta πρᾶξει. Quare is demum optimè percipiet
Ethicen, qui & rerum conſequutus eſt aliquam experien-
tiam, & aſſuefacit appetitum, ne quid contra rationẽ exe-
In caput 4. quatur. Iam declarat ultimum finem, quid ſit nominis,
ut loquuntur, ſcilicet, quòd fœlicitas appelletur: deinde,
quid rei ſit, prius tamẽ negatiuè, quàm affirmatiuè. Quẽ-
admodum enim ædificaturus deſtruit uitioſam domum,
priuſquam extruat nouam: ita primùm Ariſtoteles refel-
lit eos, qui malè definierunt ultimum finem, poſtea demum
ſuam & ueriorem adducturus definitionem. Porrò ſicuti
ſolet, de methodo nonnihil interſerit, qua in alienis refu-
tandis & ſuis cõfirmandis utitur. Cum enim ea ſit duplex, B
una à principijs, id eſt, à priore ad poſterius, altera ad prin-
cipia, id eſt, à poſteriore ad prius: obiter monet, materiæ
morali cõpetere uiam à poſteriori, id eſt, ab effectibus, ut
notioribus nobis. Effectus autẽ ſunt honeſtæ actiones, quæ
ex habitu uirtutis tãquam cauſa proficiſcuntur. * Vnde au-
ditorem huius doctrinæ honeſtis actionibus, & decẽtibus
moribus oportet adſuefieri, quoniam ex his poſterioribus
facilè perueniet ad cognitionem uirtutis & fœlicitatis, id
eſt, cauſarum ſeu principiorum, quæ natura ſua etiam ho-
neſtas actiones producunt. Quod ſi uerò auditor nec ad-
ſuefactus, ut decet, id eſt, ignoret, τὸ ὅτι, neq; uirtutis ha-
bitum conſequutus ſit, ſeu careat τὸ διότι, bene docen-
ti obediat, ne iuxta Heſiodũ prorſus inutilis exiſtimetur.

Hic mentio fit honeſtarum actionũ, quæ inter ſe differũt, alijs enim conſequimur habitum uirtutis, ſed cum moleſtia, alijs uerò ex habitu oriũtur cum uoluptate.

In caput 5. Falſas opiniones de fœlicitate refutat. Vulgus, inquit,
exiſtimat fœlicitatem conſiſtere in uoluptate, quòd prin-
cipes & reges obſtricti uoluptatibus teneãtur. Sed errat,
quia nobis ſunt communes uoluptates cum beſtijs, neq; fœ-
licitas in honore conſiſtit. Probatio. Fœlicitas eſt homini
propria, nec facilè poteſt auferri. Honor non eſt proprius
noſter, ſed magis in honorante, quàm honorando, facileq;
eripitur. Adde, quòd bonum præſtantiſsimum non pro-
pter aliud, ſed propter ſe expetitur. Honorem expetunt
propter aliud, ſcilicet ut uirtutibus exculti uideantur. Nã
honor uirtuti debetur. Ergo honor non eſt ſummum bo-
num ſeu fœlicitas. Item fœlicitas non ponenda in habitu
uirtutis. Probatio. Fœlicitas non eſt communis uigilanti-
bus & dormientibus, agentibus & ocioſis, fortunatis &
infortunatis. Virtutẽ habere poteſt dormiens, ocioſus, mi-
A ſer. Ergo fœlicitas non eſt in uirtute, ſed ut poſtea de-
monſtrabitur, in uſu & exercitio uirtutum. Item fœlicitas
non conſiſtit in diuitijs, quia propter aliud expetuntur. Et
cum uoluptas, honor, uirtus non ſint fœlicitas, multo mi-
nus hæc in diuitijs collocanda. Quòd fœlicitas non ſit In caput 6.
idea, explicari debet. Quamuis enim Plato amicus affir-
met eam eſſe ideam, maiorem tamen ueritatis, quàm amici-
tiæ rationem habere oportet. Quid nam Plato per ideas
intellexerit, uariæ ſunt opiniones, quas in præſentia nolo
recitare. Quomodo uerò Platonicas ideas Ariſtoteles in-
terpretetur, ex hoc capite perſpicitur, ubi contendit fœli-
citatem non conſiſtere in idea, id eſt, in una cõmuni qua-
dam, & uniuerſali forma, ſeu ſpecie, ſeu notitia concepta,
& abſtracta à uirtute, & omnibus reliquis bonis in natu-
ra exiſtentibus. Et ſanè contendit multis argumentis, quo-
rum alijs cõuincit, ne exiſtere quidem poſſe talem ideam:
alijs uerò, etiamſi exiſteret, fœlicitatem tamen in ea non eſ-
ſe poſitam. Argumentum. Bonum dicitur de eo, quod eſt I.
prius & poſterius. In idea nõ eſt prius & poſterius. Ergo
nõ eſt talis idea bonorũ, & multo minus in ea fœlicitas cõ-
ſiſtit. Maioris cõfirmatio. In prædicamẽtis eſt prius & po-
ſterius, ut ſubſtãtiæ priores ſunt accidentibus, & prædica-
mẽta tria abſoluta ſunt priora relatiuis. Omnia bona ſpar-
guntur per prædicamenta, ut in ſubſtantia Deus, ſtellæ,
anima: in qualitate artes, ſcientiæ, uirtutes naturales &
acquiſitæ: in relatione honor, diuitiæ, concordia. Ergo in
bonis eſt prius & poſterius. Minorẽ affirmat ipſemet Pla-
B to, qui numerorum ideas negat non ob aliam cauſam, niſi
quòd in numeris eſt prius et poſterius, ut binarius eſt pri-
or ternario. Bonum eſt æquale enti, id eſt, omnibus prædi- II.
camentis. Et entiũ uel prædicamentorũ non poteſt eſſe cõ-
munis idea, ergo nec bonorum eſt aliqua communis idea.
Maiorem Ariſtoteles declarat enumerandis bonis ſingu-
lorum prædicamentorum. Minor conſtat, quia non eſt ul-
la cognatio ſubſtantiarum, & nouem generum, quæ ſunt
accidẽtia. Ens enim haud uniuocè prædicatur de omnibus
prædicamentis, imò unumquodq;, dicitur genus generaliſ-
ſimum. Si quemadmodum Plato dicit, eorum quæ unã ha- III.
bent ideam, una eſt ſcientia, uidelicet Ethica: tunc & om-
nium bonorũ, quorum idea animo cõcipitur, una eſt ſcien-
tia. conſequens eſt falſum. Errat igitur Plato, cũ ait, huius
unius ideæ unam eſſe ſcientiam, ſcilicet Ethicen. Conſequẽ-
tia patet, non enim eſt diſsimilis ratio ideæ ſeu imaginis, &
rerum, quæ per imaginem repræſentantur. Conſequentis
autem deſtructionem probat Ariſtoteles à maiori ad mi-
nus. quaſi dicat, Cum eorum bonorum, quæ ſunt ſub uno
prædicamẽto plures habeantur ſcientiæ, multo minus om-
nium bonorum, quæ diuerſis includuntur prædicamentis,
eſt una ſcientia. Vt medicina, & militaris facultas, illa in
morbis, hæc in bello, conſiderant opportunitatem tempo-
ris, uno prædicamento incluſam. Cæterùm Plato ſic argu- IIII.
mentatur: Quod excellit in bonis, eſt fœlicitas. Idea bono-
rũ excellit bonis, igitur in hac ipſa fœlicitas ſita. De maio-
re non dubitatur. Minorem Plato confirmat, quia idea ſit
bonum per ſe, ut ab omnibus bonis abſtractũ, deinde etiã
perpetuum bonum. Ad hanc minorem Ariſtoteles reſpon-
det,

det, primùm quòd in definitione bonum per ſe, & reliqua bona, quatenus ſunt bona, non differant. Deinde bonum perpetuum ait, nõ magis eſſe bonũ, quàm ſi non eſſet perpetuum. Quemadmodum quod album eſt per annum, non magis eſt album, quàm album unius diei. Siquidem duratio non mutat ſpeciem. Præterea cum Plato ſub una idea comprehendere conatur omne genus bonorum, probabilius quàm ipſe, dicunt Pythagorei & Speuſippus, qui uariam bonorum rationem concedentes, bonũ appellant non ſolum unum, ſed & finitum, impar, dextrum, maſculum, tetragonum, quietum, lumen, rectum: & malum appellant

V. contrarijs nominibus. Si eſſet una quædam idea per ſe omnium bonorum, tunc & omnia bona eſſent talia per ſe. Cõſequens eſt falſum, igitur & antecedens. Conſequentia patet, quia imago debet ſimilis eſſe ijs, quæ repræſentantur imagine. Conſequens eſſe falſum declarat Ariſtoteles, quia quædam bona ſunt per ſe, ut eruditio, uirtus, ſanitas: quædam propter alia, ut malleus, liber, uſtio membrorũ. Por-

VI. rò non ſolum non eſt una idea per ſe omnium bonorum, ut hactenus demonſtratum, ſed nec bonorum per ſe tantùm eſt una idea per ſe. Probatio. Aut enim ſunt aliqua bona per ſe, aut nõ ſunt præter unum bonum, quod dicitur idea per ſe. Si nulla ſunt bona, præter unam ideam boni per ſe, tunc ut inanem reijcimus ideam per ſe. Quia idea ſeu imago debet ſimilis eſſe ijs, quorum eſt imago. Item ſequeretur, prudentiam atq; reliqua bona poſthabenda eſſe huic ideæ. Aut ſunt aliqua bona per ſe, ut prudentia, uoluptas, honor. Id ſi bonorũ per ſe eſt una idea, quemadmodũ Platonici aſſeuerant, tunc bonorum per ſe una erit ratio ſeu definitio, ſicut albedinis in niue & pariete. conſequens eſt falſum. Nam aliter definitur prudentia, quàm uoluptas: aliter uoluptas, quàm honor. Ergo bonorum per ſe non eſt una idea per ſe. Quotupliciter autẽ unum dicatur, in metaphyſica oſtenditur libro 5. cap. 6. Similiter de idea non in Ethica propriè, ſed in metaphyſica pluribus agendum. Etiamſi enim idea Platonis exiſteret, tamen ea non acquiritur actione, ſed contemplatione hominum. At in Ethica ſummum bonum inquiritur, quod actione parari poſſit.

VII. Si Plato obijciat, ideam eſſe uelut exemplar à bonis abſtractum, quod intuẽtes rectius iudicant de actionibus, ideoq; utilem ideam ad humanas actiones: negat Ariſtoteles utilem eſſe, primùm, quia ſi quid utilitatis afferret, non ignoraretur ab omnium diſciplinarũ artificibus: deinde, quia diſciplinæ practicæ magis concretum, quàm abſtractum intuentur, ut medicina non conſiderat ſanitatem, ſed homi-

In caput 7. nis, & quidem huius hominis ſanitatem. Fœlicitatis aliquot proprietates indicat, priuſquam definiat eam, uidelicet, fœlicitatem eſſe bonum unum, ſupremum, perfectũ, ſufficiens, & quod eo magis expetitur, quo plura bona ei

1 & 2 proprietas. acceſſerint. Primùm (inquit) etiam ſi uarij fines ſeu bona reperiantur uariarum artium & actionum, tamen omnium, quæ agit homo, aut unus eſt finis, reliquos comprehendens: aut non eſt unus, ſed plures. Si unus eſt, is erit ſupremus, quem inquirimus: ſin plures, tunc non omnes ſunt perfecti. Nam mercator finem propoſuit diuitias, at diuitiæ non ſunt finis perfectus, quia non propter ſe, ſed pro-

A pter aliud expetuntur, ideoq; non omnes erunt ſupremi. Nã ſupremus finis eſt perfectus. Iam ſi tantũ unus eſt perfectus, is erit ſupremus qui inquiritur. Sin uerò plures ſunt perfecti, omnium perfectiſſimus erit ſupremus, de quo ſermonem inſtituimus, atq; adeò tantum unus eſt ſupremus, alioqui enim nec uocaretur ſupremus. Quòd autem fœlicitas ſit finis perfectus, ſeu omnium perfectiſſimus, probatur ex definitione perfecti. Id quod propter ſe tantum expetitur, & nũquàm propter aliud, perfectius eſt eo, quod aliquando propter ſe, aliquãdo propter aliud expetitur. Sola fœlicitas propter ſe, & nunquam propter aliud expetitur. Honor uerò, & uoluptas & prudentia, tum propter ſe, tum propter aliud expetuntur, ergo fœlicitas eſt omnium bonorum perfectiſſimum. Porrò fœlicitatem ſibi ſufficere probatur ex definitione ſufficientis. Sufficiens eſt, quod non ſolum uni homini, ſed etiam parentibus ipſius, coniugi, liberis, amicis & ciuibus ſufficit: breuiter, quod ſine alijs uitam facit expetendam, & nullius indigentem. Hæc à fœlicitate præſtantur, ergo fœlicitas eſt res per ſe ſufficiens. Maioris probatio, cum homo natura gaudeat ſocietate, non ſibi ſolum, ſed & reliquis ad ſe proximè ſpectantibus opitulari conatur. Minor ex ſequentibus patebit. Poſtremò, quamuis fœlicitas in primis expetatur, adhuc tamen magis expetitur, accedentibus alijs bonis corporis & fortunæ. Omnis enim acceſſio, utcunq; parua, maius efficit id, cui fit acceſſio. Nunc Ariſtoteles definit fœlicitatem, quòd ſit actio animæ rationalis, ſecundum uirtutem

[margin notes beside the preceding lines: 3 (at "Quòd autem fœlicitas"), 4 (at "Porrò fœlicitatem"), 5 (at "Poſtremò"), 6 (at "Nunc Ariſtoteles")]

B perfectiſſimam, in uita perfecta. Cuius definitionis quinq; partes hoc modo probat. Omnium eorum, quibus eſt ali- 1 pars definitionis.
quid agendum, ſeu qui propriam habent actionem, fœlicitas ſeu bonum conſiſtit in actione. Hominis autem officiũ eſt agere, ergo etiam optimus ſtatus, ſeu fœlicitas hominis eſt in actione. Maiorẽ probat à tibicine, ſtatuario, & omnibus artificibus, qui bonum ſuum habent in operando, ut canendo, fabricando, &c. Minorem confirmat tripliciter, primùm, ex comparatis. Proportio eſt hominis ad hominem artificem. Artificum omnium eſt actio quædam, ergo multo magis hominis, quatenus eſt homo, quoddam eſt opus uel actio. Deinde probat demonſtratione ad impoſſibile. Si non eſſet officium hominis, aliquid agere, naſceretur ad ociũ. Conſequens eſt falſum, natura nihil faciente fruſtra. Tertiò ſic, ſingula membra hominis peculiarẽ habent actionem, ergo & totius hominis quædã eſt actio. Antecedens declarat. Oculi enim officium eſt cernere, manuum apprehendere, pedum ambulare, & cæterorum mẽbrorum alia atq; alia deprehenduntur officia, ſicut Galenus oſtendit XVII. libris de Vſu partium corporis humani. Conſequentia patet, quia partes imitantur naturam totius, & corpus uniuerſum eſt organum animi, propter quem homo propriè uocatur homo. Secundo, fœlicitas 2
eſt actio rationalis animæ. Nam cum in homine triplex actio deprehendatur, una uegetatiuæ animæ, quæ communis etiam plantis, altera ſenſitiuæ, quæ brutis etiam ineſt, tertia rationalis: haud dubiè rationalis actionem affirmabimus eſſe fœlicitatem, quia nec plantæ, nec brutorum, ſed propriam hominis fœlicitatẽ inquirimus. Rationalis an-

tem animæ diuiditur in duas ſpecies. unam, propriè ratio- A
nalem, quæ dicitur intellectus: alteram, quatenus à priore
gubernatur. Iam cum utraq; bifariam accipiatur, ſecundũ
habitum & actionem, ponimus fœlicitatem in anima ra-
tionali præſtantiori, & quidẽ non otioſa, ſed agente. Ter-
3 tiò, actio rationalis animæ bona ſeu recta, dicitur uirtus
eiuſdẽ. Fœlicitas conſiſtit in actione rationalis animæ bo-
na, ergo conſiſtit in actione rationalis animæ ſecundũ uir
tutem. Maiorem probat, quia cuiuslibet rei bonũ ſeu per-
fectio uocatur ipſius uirtus, ut oculi uirtutem dicimus ui-
ſum acutum. Maiorem probat. Actio qualiſcunq;, & actio
bona, idem ſunt genere, ſed tamen qualitate differunt. Si-
cut igitur citharœdus cithara canit, bonus citharœdus be
ne cithara canit: ita hominis quidem eſt propria, actio ani
mæ rationalis, ſed boni & præſtantis, & fœlicis hominis
4 eſt, actio rationalis animæ bona. Quartò fœlicitas eſt res
optima & perfecta, ſicut antea probatum, ergo cum con-
ſiſtat in actione ſecundum uirtutem, intelligimus uirtutẽ
5 optimã & perfectiſſimam. Quintò & ultimo, definitio-
ni adijciendum, in uita perfecta, id eſt, per totam uitam co
lendas eſſe uirtutes. Quemadmodum enim nec una dies,
nec una hirundo, iuxta prouerbium, facit uer, ita nec bre-
ue tempus, aut una quædam honeſta actio tam præclarũ
7 bonum, fœlicitatem parit. Poſtquã Ariſtoteles in definien
da fœlicitate omnem complexus eſt reliquã de uirtutibus
diſputationem, iam quaſi communit ſuam definitionẽ. Pri-
mum, quòd neceſſe ſit, rem docendam prius ſummaria de
ſcriptiõe deſignare: poſterius uerò ſigillatim expolire id, B
quod temporis progreſſu melius præſtatur, quemadmodũ
& aliæ artes, & ſcientiæ non niſi tempore creuerunt. Si-
quidem tempus omnia reuelat. Deinde aliter quoq; cõmu
nit, rurſum admonens non eandem ubiq; certitudinem re-
quiri debere, ſed & materiæ, ut ſuprà indicatum, & me-
thodi rationem habendã, ne multa aliena ab inſtituto ad-
miſceantur, item nec cauſam definitionis ubiq; efflagitari
debere. Cum enim in principiorum cognitione non cau-
ſa poſtuletur, ſed τὸ ὅτι ſufficiat, & inter principia nu-
merẽtur etiam definitiones, ſequitur & huius definitionis
cauſam moroſe nõ exigendã. Non enim principia per cau
ſam ſeu demõſtrationẽ τὸ διότι cognoſcũtur, ſed per in-
ductionẽ, ſenſum, conſuetudinẽ. Cum autẽ principium dica
tur pluſquã dimidiũ totius, & definitio ſit principiũ, per-
In caput 8. magni intereſt bonã afferre definitionẽ. Quòd Ariſto-
teles bonam fœlicitatis definitionem tradiderit, ſuperius
probauit argumentationibus, nunc probat eandem colla-
tione aliarum definitionum. Nam uerum uero conſonat,
& à falſo protinus diſcrepat. Ideoq; Ariſtotelica definitio
ſi ſit uera, minimè pugnabit cũ aliorum definitionibus nõ
uſq; adeò abſurdis. Vt igitur eo magis confirmet ſuam defi
nitionem Philoſophus, conciliat eam, quantum fieri po-
teſt, cum uarijs aliorum opinionibus. Inter tria genera bo
norum, animi, corporis & fortunæ, animi bona excellere,
uetus obtinuit ſententia Philoſophorum: à qua non diſſen
tit, quòd Ariſtoteles fœlicitatem ponit in animæ actione.
Et aliquot Philoſophi cõcedunt, actiones quaſdam utpote
honeſtas eſſe finem, actionibus autẽ ex anima orientibus,

A haud immeritò fœlicitas, id eſt, finis ſupremus appellatur
animæ actio. Quòd multi aiunt fœlicem bene agere, & fœ
licitatem uocant bonam actionem ac uitam, à noſtra defi-
nitione minimè diſſentit. Quòd alij fœlicitatem ponunt in
uirtute, uel in una ſpecie uirtutis, ut prudentia, ſapientia:
alij in uirtute, uel aliqua ſpecie quidem, ſed cum uolupta-
te, alij cum affluentia externorum bonorũ, non exiſtima-
mus eos toto cœlo errare. Primùm enim & nos uirtutem I.
requirimus, ſed efficacem. Quare hoc erit diſcrimen inter
noſtram & aliorum ſententiam, quod eſt inter poſſeſſio-
nem & uſum, inter habitum & actionem. Cum autem ha
bitus uirtutum etiam in dormiente, uel alioqui ocioſo eſſe
queat, ita ut nihil efficiat boni, actio uerò uirtutem ſine bo
nis & honeſtis exercitijs eſſe nequeat. Adde, cum in certa
minibus non ij, qui fortiſſimi uidentur, corona potiantur,
ſed qui fortiſſime certarunt: rectè pronunciamus eum eſſe
fœlicem, nõ qui tantum habitu uirtutum præditus eſt, ſed
qui uirtutes exercet. Secundò, nihil opus eſt uoluptatem II.
ponere in definitione fœlicitatis, quia iuſtus ſeu uirtute
præditus ex ipſa uirtute uerè & ultro uoluptatem perci-
pit. Probat Ariſtoteles tripliciter. Quod quiſq; amat, ex I.
eo capit uoluptatem. Iuſtus amat uirtutes. Maiorem con-
firmat exemplis, ut equo delectatur amans equorum. Nã
& delectatio uel uoluptas ſicut amor ad animam pertinet.
Minor patet è uirtutis definitione, in qua ponitur electio
definienda per uoluntarium. Volumus autem ea, quæ cha
ra ſunt. Iuſtus ea iucunda reputat, quæ natura iucũda ſunt, II.
B actiones uirtutum ſunt natura iucundæ, ergo iuſtus dele-
ctatur uſu uirtutum. Maiorem declarat collatione uulgi,
quòd oblectant diuerſa, & ſæpè cõtraria, dulcia, auſtera,
prodigalitas, auaritia: quia hæc non ſunt natura iucunda,
ſed fiunt iucunda pro hominis affectione. Minor uerißi-
ma indicatur, quamuis uirtus odio habeatur ab ijs, qui ſe-
quuntur affectus. Communiter in eo conſentiunt omnes, III.
non eſſe fortes aut liberales, qui inuiti pugnãt, aut largiun
tur, ergo uirtutis uſu comprehenditur delectatio ſeu uolu
ptas, nec opus eſt huius mentione in definienda fœlicita-
te. Porrò uirtutum uſus non ſolum iucundus, uerum etiam
pulcher eſt. Ideoq; reprehenditur Apollinis epigramma,
quod aliud nominat pulchrum, aliud iucundum, aliud ho-
neſtum, nec illa omnia uni tribuit uſui uirtutum ſeu fœli-
citati. Tertiò, concedimus bona corporis & fortunæ re-
quiri ad fœlicitatem, non tanquam ſubſtantiam ipſius, ſed
inſtrumenta & ornamenta. Sequitur de cauſa efficien In caput 9.
te fœlicitatis, utrum ea ſit à Deo, an fortuna, an hominis
induſtria paretur. Reſpondet Ariſtoteles, ſi quid à Deo do
natur, multo magis fœlicitatem ab eo donari, utpote donũ
præſtantiſſimum. Etiamſi uerò diuinitus non contingeret
fœlicitas, nihilominus tamen eam eſſe rem diuinam, quip-
pe uirtutis præmium, & finem optimum. Quòd autem hu
manis ſtudijs acquiratur, & non fortuito contingat, qua-
tuor rationibus probat Philoſophus. I. Quia fœlicitatem
conſequi poſſunt omnes, qui ſtudio & labore ad uirtutem
contendunt. II. Fœlicitas oritur è cauſa nobiliore. Indu-
ſtria, qua uirtus acquiritur, longè præſtantior eſt cauſa,
quàm fortuna. Igitur fortunæ minimè referemus acceptã
fœlicitatem.

fœlicitatem. Maiorem probat, quia fœlicitas eſt res optima & maxima. Minorem probat, quia natura, ars & reliquæ cauſæ per ſe, id quod intendunt, quàm optimum efficere conantur. Fortuna dicitur cauſa per accidens, ideoq; ignobilior. hæc enim eſt humanæ uolũtatis actio, cui alius, quàm intendebatur, euentus reſpondet. III. Animæ actio ſecundum uirtutem non oritur à fortuna. Fœlicitas, quamuis aliqua bona corporis & fortunæ requirat, præcipuè tamen definitur actione ſecundum uirtutem: ergo fœlicitas non oritur à fortuna. IIII. Si fœlicitas obtingeret fortuitò, nec humanis uiribus acquiri poſſet: Politica, cuius ſcopus eſt fœlicitas, non tantum ſtudij & laboris impenderet ad ciues bonos, id eſt, uirtutem cultores efficiendos. Sed magnam curam & diligentiam adhibet, ut ciues meliores reddat ob fœlicitatẽ. Sequela conſtat, tunc enim fœlicitatis cauſa nec deliberaret Politica, nec malos puniret ad euitãdũ infœlicitatẽ. Fœlicitatis cõiugatum eſt fœlix. Deinceps igitur fœlicitatẽ applicat Philoſophus ad perſonas fœlices. Ac prius quidem oſtendit, nullũ ex brutis animantibus fœlix appellari debere, quia definitio fœlicitatis haud ulli

De ſubiecto & tempore fœlicitatis. *cõpetat irrationalium: eandẽ ob cauſam nec hominũ quenquam in pueritia propriè uocari fœlicem, niſi propter ſpem, quam concipimus bonam ex bona indole. Spes tamẽ eſt incerta: euenit enim, ut qui fœliciter aliquandiu uixit, tandem in maximas incidat calamitates, & miſerrimam*

In caput 10. *obeat mortem, ſicut de Priamo poëtæ fabulantur. Hinc oritur quæſtio, rectène Solon affirmet, ante finẽ uitæ neminem beatum appellandum. Ariſtoteles refutat Solonis ſententiam. Aut enim putauit Solon fœlicem eſſe eum, qui uita iam deceſſit, aut putauit nihil amplius mali defunctis accidere, aut mortuos dicendos fœlices, non quòd ſint, ſed quòd fuerint ante mortem fœlices, uiuos autem non dicendos fœlices propter inconſtãtiam humanæ uitæ. Quæ omnia refellit Ariſtoteles hoc modo. Primùm, mortui fœlices appellantur impropriè, quia non agunt ſecundum uirtutem. Secũdò, ad mortuos etiam aliqua bona ſeu mala pertinent, etenim utraq; hæc uiuis non ſentientib. euenire poſſunt. Et mortui ſimiles ſunt quodammodo uiuis non ſentientibus. Maior patet. Vt ſi liberi honore uel ignominia afficiuntur, id ad parẽtem uiuum ſpectat, etiam eius, quod geritur, ignarum. Sed obijciat aliquis, abſurdum ex hac argumentatione ſequi, uidelicet mortuum iam fœlicem eſſe, ſi liberi & amici ſuperſtites bene uiuant: & mox infœlicem, ſi turpia committant, & aduerſa fortuna utantur.*

In caput 11. *Reſpondet Ariſtoteles capite undecimo, Quemadmodũ inhumanum uidetur, & contra hominum cõſenſum, quòd filiorum, cognatorum & amicorum fortunæ nihil pertineant ad uiuentes fœlices: ita quæcunq; mortuorum filijs & amicis eueniũt, ſiue bona ſiue mala, ſpectant quidem ad mortuos etiam, ſed nequaquam tanta ſunt, ut mortui ſtatũ immutẽt, id eſt, ut ex infœlici mortuo fœlicem, è fœlici infœlicem reddant. Tertiò, ineptum uidetur mortuos dicere fœlices, non quòd ſint, ſed quòd fuerint tales in uita. Nã oratio eſt uera, quæ cõgruit rei. Solon autem ait, mortuos fœlices dicendos, non quòd ſint, ſed quòd fuerint, dum adhuc uixerunt: ergo eo tempore, quo fuerunt fœlices, etiam*

A *uerè dici potuerunt fœlices, ſcilicet adhuc uiuentes. Porrò ſi Solon obijciat, fœlicitatem eſſe rem ſtabilem & firmã, uitam uerò hominum uarijs mutationibus obnoxiã, ideoq; neminem in uita fœlicem eſſe pronunciandum, minor diſtingui debet. Non enim tota hominis uita facilè mutatur, ſed tantum ea, quæ ſubiacent fortunæ, in quibus principaliter minimè conſiſtit fœlicitas, alioqui homo fœlix ſimilis foret chamæleonti, quo nihil fingitur abſurdius. Sed actiones ſecundum uirtutum primatum obtinent in fœlicitate, ſicut è diuerſo uitia, ſi exercentur, infœlicitatem pariunt principaliter. Nihil autem in hominis uita conſtantius inuenitur actione uirtutum, hæc enim ſtabilitate ſuperat ipſas ſcientias, minusq; obliuioni traditur. Quia fœlix homo continuè uirtutes, & ſanè maximas colit per omnem uitam: fortunas utriuſq; generis perfert optimè, utcunq; iactetur, uelut tetragonus manet erectus. Nam ſi parua eueniunt ei, ſiue bona ſiue mala, parui fiunt: ſi bona ingentia, fœlicitatem auctiorem & ornatiorem reddunt: ſi mala ingentia, moleſtant quidem, & impediunt aliquot actiones, interim tamen honeſtas ipſa in aduerſitatibus relucet efficacius. Etenim hæ non ob indolentiam, ſed animi magnitudinem fortiter perferuntur. Et quemadmodum* *Similia.* *egregius imperator rationem ſubducit, qualem & quantum habeat exercitum, ut rectiſsimè bellum adminiſtret. Sutor etiã è præſenti corio, quàm maximè poteſt, idoneos calceos facit, ita uir bonus, & prudens ſeſe præſentibus re-*

B *bus accommodat, paratus & armatus contra omnem fortunam, ideoq; non facilè deijcitur à fœlicitate. Sicut è diuerſo ſi deiectus fuerit, utpote fractus magnitudine malorum, breui tempore haud eam recuperabit, niſi denuò multa præclarè geſſerit. Quare cõtra Solonem fœlices appellamus, etiã ante obitum, eos qui uirtutes colunt, in iiſq; colendis perſeuerant, quod & ſuperius innuebatur per uitam perfectam, in definitione fœlicitatis.*

In caput 12. Proprietas fœlicitatis. *De dignitate fœlicitatis, hanc honorari potius, quàm laudari, probatur tribus rationibus. I. Omne laudabile ſignificat qualitatem ad aliud utilem, ut iuſtitia laudatur propter actiones iuſtas, quæ ex ea oriũtur, & currendi uelocitas propter ipſius uſum & utilitatem: fœlicitas non habet reſpectum ad aliud, utpote finis ſupremus, ergo impropriè laudatur. II. Honor laudibus præſtat, igitur fœlicitati potius honor, quàm laus conuenit. Antecedentis probatio. Deus honoratur, & beatus iudicatur, non autem propriè laudatur uelut reſpectum habens ad aliquid ſe excellentius. Itẽ Eudoxus uoluptatem dicebat eo nomine præſtantiſsimum bonum, quòd nemo propter uoluptatem laudatur. III. Principium & cauſa bonorum, eſt res honoranda & planè diuina, id fœlicitati tribuitur, quia propter hanc omnes omnia facimus, ergo fœlicitas eſt honore digna.*

In caput 13. *Deinceps de uirtute dicendum. Probatur, quia uirtus in definitione fœlicitatis ponitur, & quia hæc doctrina pertinet ad Politicam. Politica autem maximè ſtudet uirtutibus excolere ciues, id quod legiſlatores oſtendunt. Dicẽdum autem non de corporis, ſed animæ uirtute. Probatur.* 1.
Loquimur de humana uirtute, id eſt, quæ homini propriè conuenit, nam de humana fœlicitate ſermonem inſtitui-

2 mus. Cæterùm homo diuiditur in corpus & animam, &
corpus habet cum alijs animantibus commune, ergo uir-
3 tus animæ declaranda. Item, fœlicitas eſt animæ act o, er-
go de animæ uirtute tractandũ. Ex prædictis ſequitur. Po
liticũ oportere ſaltẽ aliquid de anima ſcire. Cũ enim medi
ci peritiores anatomiam corporis probè cognoſcant, ut po
te corpus ſanantes, multo maior ignominia ſuerit, Politi-
cum nihil prorſus de anima ſcire, quã uirtutibus excolen-
dam ſuſcepit. Animæ ſunt duæ partes, una rationalis, alte
ra irrationalis. Et hæc rurſus diuiditur in uegetatiuã &
appetitiuam, quarum poſterior rationis particeps fieri po
teſt, quatenus obtẽperat ſuperiori animæ parti, quæ pro-
priè rationalis dicitur. De uegetatiua uirtute in præſen-
tia non tractabitur. Probatio. Propoſuimus enim dicere
de humana uirtute, & ad hanc minimè pertinet uegetati-
ua. Minor confirmatur ſic, quia uegetans anima commu-
nis eſt omnibus animatis, ut plantis, fœtibus in utero: dein
de quod in ſomnis maximè ſuã uim exercet, non eſt homi-
ni propriũ. Talis eſt uegetatiua, ut nutriẽdi facultas, quæ
ſub uegetatiua cõtinetur. Huius proſyllogiſmi maior pro-
batur alio proſyllogiſmo Homines propriè dicuntur bo-
ni uel mali, fœlices aut infœlices. Inter dormiendum nihil
differunt fœlices ab infelicibus, teſte prouerbio, per dimi-
dium uitæ nihil differre fœlicem ab infœlici, nec bonos à
malis, niſi parum, quòd melioribus hominibus meliora oc
currunt inſomnia. Sequitur rationalis anima & appeti-
tiua. Rationalis dicitur, quæ ſemper ad optima quæq; hor
tatur. Appetitiua, quæ rationali quidem repugnat, & fer- B
tur in contrariam partem, haud aliter quàm eneruata mẽ
bra, ſi eleuentur ad dextram, recidunt ad ſiniſtram: ſed ta-
men fit rationalis aliquo modo, quando rationali, tanquã
patri uel amico obtemperat, ſic ut in cõtinẽtibus, & præ-
ſertim in temperantibus & fortibus uiris apparet. Nam ſi
nullo modo poſſet aſſuefieri, ut obtemperaret, ſuperuacua
eſſet omnis admonitio, increpatio, adhortatio. At non om
nis eſt ſuperuacua, igitur appetitus coerceri, & quodam-
modo rationalis fieri poteſt. Itaq; duæ uidentur partes ani
mæ rationalis. una uerè & propriè, quæ cognoſcit, & iu-
dicat: altera appetitiua, ſi obtemperat ſuperiori parti, quæ
uocatur intellectus. Hinc etiam duplices oriuntur uirtu-
tes, aliæ intellectiuæ, quæ pertinent ad intellectum exco-
lendum: aliæ morales, quando appetitus adſuefactus eſt,
ut ea ſolum, quæ ſuperior ratio dictat, exequatur. Diffe-
runt enim à moralib. intellectiuæ propterea, quòd de mo
ribus loquentes, non loquimur de alicuius ſapientia uel
prudentia. ſed manſuetudine & temperantia. Quòd autẽ
& morales & intellectiuæ rectè nominentur uirtutes, ſic
probatur. Habitus laudabiles uocamus uirtutes. Sa-
piẽtia, temperantia & reliqua numerari de-
bent inter habitus laudabiles, igitur
haud immeritò uirtutes
appellantur.

A BONVM, SEV SVMMVM BO-
num quid: tum, quot genera finium, ex qu bus artes
uariæ, tanquam bono, conſtitutæ ſunt.
Caput primum.

OMNIS ars, omnis doctri-
na, omnis actio, omne ſtudiũ
& inſtitutum, ad bonum ali-
quod refertur. Itaq; probè ue
teres ſummum bonum defi-
nierũt id, ad quod omnia re-
feruntur. Finium autẽ gene-
ra ſunt plura. Vnu eorum qui actione, alterũ eo-
rũ qui non ſolum actione, ſed etiã opere cernun-
tur. Ac quarum rerum præterquam quòd actio-
nes, alij pręterea fines ſunt, in ijs natura ſunt ope
ra meliora actionibus. Et quoniam multę actio-
nes & officia, artes, ac ſcientiæ erant, complures
etiam fines extiterunt. nam & medicinæ ualetu
do propoſita eſt, & arti ædificandarum nauium
nauis, & rei militari uictoria, & rationi rei fami-
liaris diuitię. Quæq; artes eius generis uni alicui
facultati ſubiectæ ſunt, uelut rei equeſtri ea quæ
frænos conficit, cæterçq; omnes quæ inſtrumen
ta equorum tractant, ut hæc ipſa & omnia offi-
cia bellica rei militari: itemq; aliæ alij in ijs om-
nibus, fines earum quę principẽ locum tenẽt, ma
gis expetẽdi ſunt, quàm omniũ earũ quæ ſub eas
ſubiectę ſunt: quippe cũ horũ cauſa etiã illi expe
tãtur. Nihil aũt intereſt, utrũ actiones ipſę ſint a-
ctionũ fines, an aliud quippiã, quẽadmodum in
ijs ſciẽtijs, quas cõmemorauim⁹, perſpici poteſt.

RERVM AGENDARVM ESSE
ultimum quendam finem, cumq; ciuilis eſſe
doctrinæ. Caput II.

ATqui ſi quod eſt rerũ agendarum ultimũ,
quod & propter ſe expetamus, & propter
ipſum cętera omnia, nec omnia propter a-
liud ſequimur (ſic enim res progredietur in infi-
nitũ, ut inanis omnis noſter appetitus, ſtultũq;
ſtudiũ ſit futurũ) perſpicuũ eſt in eo eſſe ſummũ
bonũ. Cuius cognitio ad uitam degendã momẽ-
tum magnũ habet. Nam tanquã ſagittarij ſignũ
intuentes, facilius decorũ aſſequemur. Quod cũ
ita ſit, danda opera eſt, ut rudi certè minerua ipſũ,
& quid tandem ſit, & cui ſit ſcientię uel facultati
propoſitum, intelligamus. Igitur ei quę domina
eſt, & princeps omnium, propoſitum eſſe cõſtat,
qualis ciuilis ſcientia uidetur eſſe. Nam & quib.
in Rep. ſcientijs utendũ ſit, & quas quiſq; diſce-
re debeat, & quatenus, ipſa deſcribit. Atq; etiam
facultates eas, quæ in maximo honore ſunt, &
precio, ut rẽ militarem, ut rem familiarẽ, ut rheto
ricen, huic ſubiectas cernimus. Quòd ſi artes hęc
reliquas omnes, quarum omne opus eſt in agen
do, ad uſum ſuũ adhibet, præſcribitq; legib. quid
faciendum fugiendumq; ſit, profectò neceſſe eſt
eius extremo, & fine reliquarum fines cõtineri,
ut in eo ſummũ hominis bonũ eſſe uideatur. Et
enim ſi eadẽ eſt utilitas uniuſcuiuſq; & uniuer-
ſorũ: at Remp. tamen & capeſſere, & conſeruare
maius quiddam ac perfectius uidetur. Præclarè
enim ſe res habeat, ſi uni eiq; in ſolitudine uitam
agenti, conſulatur: at uerò ſi genti & ciuitatibus,
multo & pulchrius & diuinius. Atq; hæc quidẽ
ratio, quoniam ciuilis eſt, in his tota uerſatur.

QVA

QVA RATIONE DOCTRINA *de moribus tradenda ſit: & qui eius ſit idoneus auditor.* Cap. III.

IN qua explicanda ſatis accurata erit oratio, ſi quantū res propoſita feret, explanabitur. Non enim io omnibus diſputationib. limatum accuratumq; genus ſimiliter requirendum eſt: ut nec in ijs, quæ ab arte proficiſcuntur. Atqui ijs in rebus, quæ honeſtæ, quæq; iuſtæ ſunt, in quibus ciuilis ſcientia oerſatur, tanta ineſt diſsimilitudo, rantus atiā ex ijs error conſequitur, ut lege tantúmodo, non etiam natura uideantur conſtitutę: isq; etiam in bonis hærer, propterea quòd multi ex ijs detrimēta conſeqoantur. Iam enim alijs diuitiæ, alijs uis corporis exitium perniciemq; attulit. Ergo ſatis erit, eos qui ex bis, & de ijs rebus uerba faciunr, pingui quadam miuerua & ſubiecta uelut rudi forma, quid in quaq; re ueri ſit, demonſtrare: & qui de rebus quę plerunq; eueniunt, diſſeruot, ex hisq; ſuas rationes cooficiunr, tales efficere concluſiones, quæ illorū naturam referār. Eodemq; modo accipi probariq; debenr, quæ dicuntur omnis. Eſt enim hominis eruditi uſuq; periti ſubtiliratem requirere in omni genere earenus, quoad rei natura patis tur. Nibil enim intereſt, utrum mathematicū ſuadētem probes, an ab oratore neceſſariam tationem requiras. Atqui quæ quiſq; nouit, de ijs uerè iudicat, eorumq; ęquus eſt æſtimator. De quaque ergo rerum ſingularū uerè iudicabit is, qui uſu ſingularum rerum ualer: omnioo uerò, qui omni doctrina eruditus eſt. Quocirca ciuilis ſcientiæ nō eſt iuuenis idoneus auditor. Eſt enim expers officiorū, quæ uita deſiderat: hæc aūt de officijs, & ex ijs oratio eſt. Iam uerò cū libidini animi psreat, fruſtra & inutiliter audiet: quādoquidem finis huic propoſitus nō in cognitione, ſed in actione conſiſtit. Qui puer ſit ætate, án ne moribus pueio par & ſimilis, nihil intereſt. Non eſt enim uirium in tempore, ſed in morib. qoia ſcilicet animi perturbationes in omni uitæ actione ſequatur. Cuius generis hominibus, quémadmodum impotentoribus inutilis cognitio futura eſt. At uerò qui rationi ſuas appetitiones obediētes efficiunt, ij magnum fructum ex hac ſcientia cōſequentur. Ac de auditore quidem, quæq; docēdi ratio hic poſtulāda ſit, & quid nobis propooamus his libris procemij loco, hactenus diximus.

FINEM ILLVM EXTREMVM, ILLVD *bonum uquam, ab omnibus beatitudinem appellari: tum de duplici docendi uia pauca, ac de idoneo auditore.* Cap. IIII.

NVnc repetito principio, quoniam omnia ſcientia, & omne inſtitutū ad bonū quoddam refertur, ſtatuamus quid ſit, quò ciuilem rationem referri dicimus, quaque in re ſit omnium rerum agēdarum extremum bonum. Conſtirit quidem ferè inter omnes, quo nomine appellari placear. Beatitudinem enim & indocti & docti uocant: bene etiam uiuere, & bene agere, idē quod beatū eſſe exiſtimāt. Quid autē ſit beatitudo, non cōſtat, deq; eo eſt inter eoa omnis diſſenſio. oec oerò docti & indocti in eodem ponunt. Alij enim in eorū aliquo, quæ poſita ſunt in oculis omniū, ut in uoluptate, ut in di-

A uitijs, ut in gloria, alijq; in alio, plerūq; etiā idem in alio atq; alio. Cum eoim ægrotat, in ualetudine ponit: cū pauper eſt, in diuitijs. Qui aūtē ſibi cōſcij ſunt ſuę ignorationis & imprudentię, eos admirantur, qui magnū aliquid, quod eorū etiā uires ſuperet, dicunt. Quidā uerò pręter hęc cōplura bona, aliud quoddā per ſe bonū eſſe putāt, in quo ſatis eſt cauſæ, cur cætera bona ſint omnia. Et omnes quidē exquirere ſententias, ſuper uacaneū ſit: contenti sūt erimus, ſi exquiramus eas potiſsimō quæ eminent, maximeq; probantur, quæq; aliqua nitantur ratione. Hoc aūt obliuiſci non debemus, intereſſe inter rationes eaa quæ à principijs proficiſcūtur, & eas quę ad ipſa principia ferunt. Rectè enim hoc Plato dubitabat & requirebat, utra uia eſſer ſequenda, eáne quæ à principijs permanaret ad fines, an quę ad principia ferret. uelut in curriculo, ab ijs qui pręmia proponunt ad calcem, an cōtra. Initiū enim capiendū eſt ab ijs rebus quæ notæ ſunt, quatū duo genera ſuot: aliæ enim cogoitæ ſunt nobis omnino, & per ſe aliæ. Ac nobis quidē certè ab ijs capiēdum eſt exordiū, quæ ſunt nobis cognitæ. Quocirca qui de rebus honeſtis & iuſtis, & uno nomine ciuilib. accurate auditurus eſt, is ſic oportet bonis morib. pditus & inſtitutꝰ. Principiū enim eſt rem eſſe. Quod ſi ſit perſpicuū, ipſū quamobrē ſir, nihil deſiderabitur. Homini enim eiuſmodi sut tam percepta ſuot principia, aut facilè percepta erunt, & cognita. Cui autem horū neutrum ineſt, audiat Heſiodi carmina:

Optimus eſt ſeſe qui nouit cuncta magiſtro:
B *Prudenterq; capit quæ ſemper ſunt meliora.*
Ille etiam bonus eſt, alium qui recta monentem
Audit, & monentis ponit ueſtigia lætus.
At cui conſilium ſua nec prudentia donat,
Inducitq; animum uoces contemnere ueras,
Ille quidem inuiſus diuis, & inutilis orbi eſt.

FALSAS DE SVMMO BONO, SIVE *beatitudine opiniones reijcit: & uitæ genera tria præcipua commemorat.* Cap. V.

NOs aūt ad eam partem ſermonis, ex qua egreſsi ſumus, reuertamur. Summū enim bonum & beatitudinem nō ſine cauſa ex uitę genere uidērur exiſtimare, uulgus quidē & homines importuniſsimi, qui eam in uoluptate ponunt. Itaq; uitæ degendę rationem adamant delicatā & uoluptariā. Tria enim ſunr uitę genera, quæ maximè excellunt. hoc, quo de modò diximus, ciuile: & tertiū id, ꝙ in cōtēplatiōe & cognitione cōſiſtir. Ac multitudo ſeruorū, perſimilis pecudū uitā illa quidē ſequi uidrr: ſed cauſa ei eſt, ꝓpterea ꝙ cōplures eorū qui poteſtate & imperio ualēt, iiſdē libidinib. quibus Sardanapalus, cōſtricti renenť: expoliti uerò homines, ijq; omnes, quorū uita omnis in actione rerū uerſať, beatā uitā in honore putāt. Ferè enim ei uitæ generi, ꝙ in Reip. adminiſtratione poſitū eſt, hic ꝓpoſitus eſt finis: atqui leuius id eſt, quā id bonū ꝙ quærimus. Eſt enim in eorū potius poteſtate qui colūt, honos, quā qui colunť. Summum autem booū propriū quiddam auguramur, quodque uix poſsit eripi. Iam uerò gloriam & honorem perſequontur, ut opinionem afferant alijs, ſe eſſe probos: itaque coli, affici que honore

 à pru-

à prudentibus uolunt,& à notis, idq; ob uirtu- A
tem.Perſpicuum eſt igitur,horum quidem ratio
ne & ſententia,uirtutem eſſe meliorem : quam
eandem potios quaſi finem propoſitam uitæ ci-
uili licet exiſtimari: quanqoam ea qooque à per
fecto abſolutoq; genete diſtat.Fieri enim poteſt,
ut qui uirtuts ſit prędirus,etiam dotmiat,aut in
uita nihil agst omnino, & præterea maximis in
malis miſerijsq; uerſetur:eum autem qui ſic ui-
uat,in beatis,niſi propoſiti defenſor, nemo dixe
rit.Atq; hæc quidem hacteous.Satis enim mul-
ta de ijs dicta ſunt in ἐγκυκλίοις, id eſt in ijs quę pa
lam in hominum circulo factæ ſunt diſputatio-
nibus.Tertium genus eſt,quod in contemplan-
dis rebos cemitur, quod deinceps conſiderabi-
mus.Nam quæ oita in pecunijs congerendis oc
cupata eſt,uim deſiderat ad ſeparandam & tuen
dam,& profectò in diuitijs nõ eſt id bonũ quod
quęrimus:quoniam ſunt in bonis utilibus, qoo
rum quidque aliò refertur. Quaptopter in ijs po
tius quæ ſuprà dicta ſunt, quia propter ſe aman
tur, finem oltimumq́ue bonotum licet potate.
Nec tamen in illis eſt, quãqoam multæ ad id cõ
firmandum tationes allatæ ſunt & coaceruatæ.

PLATONIS, ATQVE QVI
*Ideas ponunt,de ſummo bono opinionem accu-
ratè refellit. Caput VI.*

ATque his quidem omiſsis,onioerſum bo
num conſiderari eſt melius, quoq; modo
dicatur exquiri. Quæ oobis etſi difficilis
exiſtit quæſtio, quòd nobis amici ſint ij, qui i-
deaa induxetunt: tamẽ æquum eſt ueritatis teti
nendæ cauſa,ſua etiam decreta tollere, philoſo- B
pbos præſertim. Eiſi enim utriq; chari ſunt,ta-
men præclatum eſt pluris æſtimare ueritatem.
Qui hanc ſententiam inuexerunt,non faciebant
ideas eorum,in quibus priua poſteriusq; dixiſ-
ſeot:itaqua ne numeris quidem ideam fabricati
ſunt.At bonum & in ſubſtãtia dicitur & in qua-
litate,& in ijs quæ cum aliquo conferuntur:qoę
q́ue per ſeipſa ſunt & ſubſtantia: ijs ſunt quæ cũ
aliquo comparantur,naturæ ordine priora. Pro
pagini enim hoc ſimile eſt, eiq; tei conſequitur
id quod iam eſt.Non igitur eſſe in his idea com-
muois ullo modo poteſt.Præterea cum bonum
æquè pateat atque ens (dicitur enim in ſobſtan
tia,ut deus,& mens: & in qualitate,ut uirtutes:
& in quantitate,ut mediocre: & in ijs quæ cum
aliquo cooferũtur,ut utile:& in tempore, ut op
portunitas:& in loco, ot commodus babitandi
locus,quæq; ſunt generis eiuſdem) perſpicuum
eſt commune aliquid, ſommum, uniuerſumq;,
& unõ eſſe non poſſe. Neque enim in categorijs
omnibus,ſed in una ſolũ diceretur. Iam uerò, ſi
eorum omoium quæ uni ideę attributa ſunt, u-
na tantummodo ſcientia eſt, neceſſe eſt quoque
bona omnia ſcienria una contineri. Nunc uerò
plores ſunt etiam eorum quæ ſub unam catego
riam ſubiecta ſunt. ut occaſionis in bello quidẽ
res militaris:io morbo,medicina: & mediocrita
tis,in cibo medicins:in laboribus, gymnaſtice.
Sed quærat aliquis,quid tandem ſibi uelint, cũ
res ſingulas adiecto pronomine ipſum appellãt?
Si quidem in ipſum hominem & in bominem
una eademq; ualet hominis definitio.Neq; enim
quia homo ſit,aliquid intet eos intereſt.Quod ſi
ita eſt,nec quia bonum ſit. Nec quia æternũ eſt,
ideo melius bonum : quãdoquidem ne alba res
quidem in longum tempus durarura albior eſt
ea,quæ in diem. Ac mihi quidem certè probabi
lius de eo dixiſſe Pythagorei uidentur,qui unũ
in bonorum poount ordine,quos Speuſippus i-
mitatus eſt.Sed de his quidem alius eſt mihi ad
dicendum conſtitutus locus. Ex ijs aotem quæ
dicta ſunt,quæſtio quædam ſuboritur, qooniã
noo de bonis omoibus uerba fecimus. Dicitur
autem uoũ genus eorũ, quæ per ſe expetũtur &
amantur.Conficientia uerò eorũ,aut aliquo mo
do tuentia, aut etiã contrariorum prohibenria,
propter illa,aliaq; ratione,booa oominantur.Er
go boc quidem apparet, duo eſſe bonorum ge-
nera:alia propter ſe,alia propter illa.Separatis i-
gitur otilibus ab ijs quæ per ſe bona ſunt,an uni
ideæ attribuantur,conſideremus.Ea quidẽ pro-
pter ſe booa quiuis ponat,quæ ſola & ſeiuncta à
cæteris ſequatur,ut ſapere,ut uidere,ut ſunt oõ-
nullæ uoluptates,ut honores (etſi enim hæc i-
pſa propter aliquid aliud ſequimur,tamen in ijs
quæ per ſe bona ſunt,licet ponere,aut oihil præ
ter ideã ſit in bonis. Ita ſuperuacanea ſpecies fu
tura eſt.Sin autem hæc quoq; ſunt in ijs quę per
ſe bona ſunt,oeceſſe erit ut in niue & ceruſa can
doris,ſic boni definitionem in ijs omnibus ean
dem declarari.Atqui honoris,prudentiæ, uolu-
ptatis,diuerſæ ſunt definitiones, hoc ipſo quòd
bona ſunt.Non eſt igitur uoi ideę commune bo
oum aliquod attribotum.Sed quonã modo di-
B cuntur?Non enim ſimilia uidentur ijs quorũ no
men eſt cõmuoe fortuito.An quia ab uno profe
cta ſuot?an quia ad unũ omnia referũtur? an po
tius proportione? Vt enim in corpore aſpectus,
ſic eſt mens in animo,aliudq; in alio.Sed hęc qui
dem fortaſsis hoc tempore omittẽda ſunt,quo-
niam de ijs accuratè diſputare, alterius philoſo-
phiæ magis propriũ eſſe uideatur.Eadẽ eſt ratio
ideæ. Etenim ſi quod unõ eſt bonum quod cõ-
muniter dicatur, aut ſi quod eſt ſeiunctũ ipſum
per ſe,perſpicuum eſt id nec agi ab homine poſ-
ſe,nec haberi.Nunc tale aliquid quærimus. Sed
fortè eius cognitio cuipiam uideatur conducere
ad ea omnia bona qoæ agenda ſuot,quæq; adi-
piſcenda. Nam ſi ipſum tanquam exemplar no-
bis proponemus, facilius, quæ nobis ſalutaria
ſunt,intelligemus:& cum iorellexerimus,cõſe-
quemur.Atq; hæc quidem ratione quadam niti
tur oratio,ſed ſcientijs artibusq; repugnãtibus.
Nam cum ad bonom quoddam omnes referan
tur,requirantq; id ipſum ſemper quod deeſt:ta-
men eius cognitionem prętermittunt uniuerſę.
Atqui non eſt conſentaneum, artifices tãtum i-
gnorare nec quærere adiumentum. Illud etiam
quæri poteſt,ecquid textori aut fabro ad artem
adiumenti, ſi ipſum bonom intelligant, afferri
queat?aut quo tãdem modo nobilior medicus,
clarioruè dux belli ſit futurus is, qui ideã ipſam
ioruebitur?Conſtat enim medicum hoc modo
non ſpectare ualetudinem,ſed hominis,aut po-
tius certè ſingulorum. Medetur enim ſingulis.
Atque hæc quidem hactenus.

BEA-

BEATITVDINIS ALIQVOT *proprietates enumerat: mox eam definitione explicat, & ſuam definitionem ex uaria principiorum ratione communit.*

Caput VII.

NVnc autē redeamus ad bonum quod quęritur, ut quid ſit intelligamus. Nam ſatis conſtat aliud in alia eſſe actione & arte: quoniam aliud eſt io medicina, aliud in re militari, cæteriſq; omnibus eodem modo. Quid eſt igitur quod cuiq; arti bonum propoſitum eſt, niſi quo omnia quæ rectè fiunt, referuntur? Hoc in medicina ualetudo eſt, in re militari uictoria, in architectura domus, aliudq; in alia: in omniq; actione & conſilio finis, quandoquidē eius cauſa omnes agunt omnia. Quocirca ſi unus aliquis eſt finis rerum agendarum omnium, ſit in eo id bonum quod agendum eſt. Sin autem ſit in pluribus, in eis ipſis. Atq; illo quidem quaſi tranſitu eodem rediijt oratio noſtra, unde digreſſa erat. quod iam nobis apertius explicandum eſt. Quoniam autem plures fines ſunt, alioſq; propter alios expetimus, ut diuitias, ut tibias, & uno nomine inſtrumeota: perſpicuum eſt, non eſſe omnia perfecta. Quod autem optimum eſt, id omne perfectum. Si ergo unum aliquid undiq; perfectum eſt, io eo id poſitum eſt qood quæritur: ſin plura, in eorum abſolotiſsimo. Atqui quod propter ſe expetitur, id confirmamus eo quod propter aliud expetitur, perfectius: & quod nūquam aliò refertur, ijs omnibus quæ propter ſe & propter hoc expetuntur. Id igitur omnib. numeris perfectum eſt & abſolutū, quod propter ſe ſemper, nunquam propter aliud expetēdum eſt, qualis felicitas uidetur maximè. Nam & propter ſe eam ſemper, & nunquam propter aliud optamus. At uerò & honorem, & uoluptatem, & intelligentiam, & omnes uirtutes ui ſua, ex ſe & propter ſe illas quidem optamus: quandoquidem detracta omni opinione utilitatis, tamē eorum ſingula optaremus. ſed beatitudinis etiam cauſa eadem expetimus, quòd per ea ſperemus nos ſummum bonum adepturos. At felicitatē nemo earum neque aliarum rerum omnino cauſa expetit. Quod idem ex ea etiam abundantia rerum quæ ſe ipſa contenta eſt, efficitur. Quod enim bonum undiq; perfectum eſt, omne ſatis eſſe & ſufficere uidetur. Satis autem eſſe ac ſuppeditare dicimus non ipſi ſoli, uitam in ſolitudine agenti, ſed parentibus, liberis, coniugi, cæteriſq; amicis & ciuibus: quādoquidem homo aptus eſt ad cœtus ſocietatemq; natura. Sed in ijs certi quidam termini conſtituendi ſunt. Nam ſi progrediamur ad parentes, ſi ad poſteros, amicorumq; amicos, nunquam finis reperietur. Sed hoc rurſus alio loco cōſiderabimus. Quicquid id eſt quod ſeipſum contentum ſit, ſtatuimus eiuſmodi, quod ſolum ſeiunctum, ſecretumq; à cæteris uitam expetendam efficit, & nihil requirentem: qualem beatam uitam eſſe ducimus. Et præterea ſi cum cæteris bonis non coniungatur, anteponendam eſſe omnibus. Sin coniungatur, perſpicuum eſt pluris eam eſſe cum minimo bono coniunctam, quàm ſeparatim. Bonorū enim

A præſtantia acceſsione eius quod additur, ad aliquid exiſtit. At maximum quodque bonū ſemper expetendum eſt maximè. Hoc igitur iam apparet, felicitatem perfectum quiddam eſſe, omnibuſq; ſuis partibus abſolutum, ſeque ipſam eſſe contentam, cum rerum agendarum omnium ſit extremum. Sed fortaſſe beatitudinem ſummum bonum appellari inter omnes conſtat: hic uerò locus ut magis explanetur quid ſit, poſtulat. Id iam patebit, ſi quod ſit hominis opus & officium, intelligatur. Vt enim tibicen, quique ſigna fabricatur, omniſque artifex, ijque omnes, quibus aliquod opus propoſitum eſt, uel actio, in opere ipſo finem perfectionemque artis ſtatuunt: ſic homini, ſi quod eſt eius opus & officiū, faciendum eſſe uideatur. Ergo in fabro erunt & ſutore certa aliqua officia & actiones, in homine nulla erunt, natuſque eſt ad ocium? An non ut oculi, manus, pedis, ſingularumque partium ſuum eſt munus: ſic homini quoque præter hæc omnia, opus aliquod munuſq; tribuetur? Quod nam erit illud tādem? Eſt enim ei cum ſtirpibus uita communis. At proprium hominis bonum quæritur. Vita igitur ad alendum augendumq; pertinens, ſemouenda eſt. Hanc ſequitur uita ſenſu directa. At communis eſt & equi, & ouis, & animantium omnium. Relinquitur ergo uita ea, quæ in actione uerſatur, quæque ab ea parte animi proficiſcitur, quæ rationis eſt particeps. Huius porrò uis una eſt, quæ rationi paret: altera, in qua ipſa ſedes eſt rationis, & cogitationis. Cum uerò huius quoque uis ſit duplex, ea conſtituenda & ponenda eſt, quæ actione cernitur.

B Hanc enim dici eſt aptius. Quod ſi ita eſt, opus officiumque hominis ſit neceſſe eſt, animi actio rationi conſentanea, aut certè à ratione non aliena. In eodem autem genere uonia & eiuſdem, & quatenus probus non eſt, & quatenus eſt, officium ponimus, ut citharœdi, & clari citharœdi: quod contingit in omnibus, addita ad opus uirtutis excellētia. Citharœdi enim eſt, uti fidibus: nobilis, ſcirè uti. Quod cū ita ſit, hominis opus & munus in uita quadam ponemus, quę eadem actio eſt animi, rationi congruens. Quæ omnia boni uiri eſt rectè ac præclarè gerere. At ſua quæque uirtute rectè abſoluitur & expletur. Quod ſi ita eſt, ſummum hominis bonum animi actio eſt uirtuti conſentanea. Quòd ſi plures uirtutes ſint, optimæ ac perfectiſsimæ, idque in uita undique perfecta. Vt enim una hirundo non facit uer, nec dies unus: ſic unus dies aut breue tempus non efficit beatum. Atq; hoc quidem pacto ſummum bonum circunſcriptum ſit. Primùm enim in quaque re ducenda ſunt prima lineamenta, tum ad rem accuratius, ueriſque coloribus pingendam accedendum. Videtur autem cuiuſuis eſſe producere, ac diſtinctius explicare ea, quorum ſit prima deſcriptio rectè antepoſita. quarum etiam rerum in tempore poſita inuentio eſt & adiumentum, à quo etiam artes ipſæ à tam exiguo principio profectæ ad tantum decus peruenerunt. Poteſt enim quilibet id quod deeſt, addere. Atque etiam meminiſſe debemus, quod ſuprà dictum eſt, ſubtilitatē nō eodē modo quærēdā eſſe in omni diſputatione: uerùm

uerùm pro rei quæ propoſita ſit natura:atque ea tenus,quoad ars &inſtituta ratione quadam tractatio patiatur. Nam & faber & geometra non eodem modo rectum angulum inueſtigant: ſed ille, quatenus eſt ad opus utilis: hinc quoniam ſpectator eſt & æſtimator ueritatis, quidná ſit, & qualis requirit. Eodemq; modo faciẽdum eſt in cęteris omnibus,ne in eo quod attingendum fuit,quàm in eo cuius cauſa attigimus, longior ponatur oratio. Neq; uerò omniũ ſimiliter quærenda & inueſtiganda cauſa & ratio eſt:nonnullisque in locis contenti eſſe debemus,ſi rem eſſe doceamus,ut ſit in principijs. Eſt autem primũ & principium,rem eſſe. Principiorum autem alia inductione cognoſcuntur, nonnulla ſenſu, quædam conſuetudine,aliaq; aliter. Eorum autem ſingula ita ſunt tractanda ut fert eorum natura:dandaque opera eſt,ut probè explicentur, cum præſertim magnum momentum ad ea omnia habeant quæ conſequũtur. Quocirca plus principium,quàm dimidium totius rei ualet:eoque ſiunt multa perſpicua eorũ,quæ indagãtur.

ALIARVM DEFINITIONVM COLlatione, *ſuam de beata uita definitionem confirmat: ac de tribus bonorum generibus ad bene beateq; uiuendum neceſſarijs.*
Caput VIII.

EXplicandum igitur eſt hoc principium nõ ſolum per cõcluſiones & per ea ex quibus conſtat definitio,ſed ex ijs etiam quę de eo feruntur. Nam & congruunt cum uero quæ uera ſunt omnia, & quamprimum uerum diſſentit à falſo. Cum ergo bonum in tria genera ſit diuiſum,ſintque alia bona fortunæ,alia animi, & alia corporis: animi bona uerißimè & maximè bona nominamus. Itaque quoniam actiones animi & officia in animo ponimus, id ſanè à nobis præclarè dictum eſt & aptè ad hanc ſententiam,quæ & uetus eſt,& philoſophis comprobata:illud etiam rectè, quod in actionibus quibuſdam finem extremumque ponamus. Sic enim fit ut ad bona animi non ad externa pertineat. Cum definitione etiam noſtra id congruit quod dici ſolet, bene agere & bene uiuere hominem beatum. nil enim nos aliud ferè ſummum bonum eſſe diximus,quàm bonam quãdam uiuendi & agendi rationem. Atque etiam in eo in quo diximus eſſe felicitatem, ea omnia inſunt,quæ de beatitudine quæruntur. alijs enim in uirtute uidetur, alijs in prudentia, quibuſdam in ſapientia: nonnulli eam in his ponunt, aut in horum aliquo,aut adiuncta,aut non ſeiũcta uoluptate: alij etiam rerum externarum adiungunt affluentiam. Atque hæc eſt multorum ac ueterum, illa perpaucorum clarorumque uirorum oratio & ſententia: quorum neutros uerisimile eſt omni ex parte aberaſſe, ſed aliqua: quinetiam magna ex parte rectá uiam ſecutos. Ac cum ijs quidem qui beatam uitam dicunt omnem uirtutem,aut aliquam uirtutem,conſentit definitio:eſt enim ei actio conſentanea. Magnopere autem refert profectò, & in poſſeßione ſummum bonũ,an in uſu,an in habitu, an in A actione ponatur. Fieri enim poteſt,ut is in quo ineſt habitus,nihil rei præclarę gerat,ut dormiẽtes,aut alio modo ocioſi. At uerò is in quo eſt actio,non poteſt:aget enim neceſſariò,&honeſtè aget. Vt autem in Olympicis ludis,non formoſißimus quiſq;,aut robuſtißimus corona donatur,ſed qui in certamen deſcendunt (horum enim nonnulli uincunt) ſic eorum quæ in uita honeſta ac bona uerſantur, compotes fiunt ij, qui recta quæ ſunt,faciunt. Quorum uita ipſa per ſe iucunda eſt, quoniam uoluptate affici in ijs numeratur,quæ in animo inſunt. Cuius autem rei quiſq; cupidus eſt,ea delectatur. Vt equo,is qui amat equos:theatro, qui theatri cupiditate ducitur. Eodemque modo rebus iuſtis lætatur is,qui iuſti & æqui ſtudioſus eſt:& omnino rebus quę ad uirtutem pertinent,is cui uirtus chara eſt. Ac multitudini quidem quæ ſunt iocunda, ferè inter ſe pugnant, propterea quòd nõ ſunt natura eiuſmodi. Iis autem hominibus qui ſunt ſtudioſi honeſtatis,ea uoluptatem afferunt quæ ſũ ſua iucunda ſunt. Quo in genere ſunt quę uirtuti cõgruunt actiones. Itaque his ſunt uoluptati, idq; propter ſe. Quocirca nihil eorum uita uoluptate indiget,tanquam aduentitia: ſed in ſeipſis incluſam habet uoluptatem. Nam præter ea quæ dicta ſunt,non eſt uir bonus habendus is,qui honeſtis actionibus non lætetur. Neque enim quiſquam aut iuſtum dixerit eum, qui iuſtis actionibus non gaudeat:aut liberalem eum,qui non delectetur officijs liberalitatis: itemque in cæteris omnibus. Quę cum ita ſint,confitendum eſt per B ſe iucundas eſſe uirtutis actiones. Quinetiam & bonas & honeſtas, atq; adeò tria illa in ſummo gradu:ſiquidem uerè de ijs uir bonus iudicat:at iudicat,ut diximus. Eſt igitur quiddam optimum,honeſtißimum,& iucundißimum beatitudo. Nec uerò ſeparata hæc ſunt ex Deliaco epigrammate,

Nil mage iuſtitia pulchrum eſt,meliusq; ſalute:
Res iucunda frui,quod ſibi quiſq; petit.

Inſunt enim hæc omnia optimis actionibus, in quibus aut in una earum optima felicitatem eſſe dicimus. Sed tamen bonis,ut diximus,externis indiget. Vix enim poteſt,aut ne uix quidem, res magnas &dignitatis plenas gerere is,cui nullæ opes,nullæ ſuppetant copiæ. Permulta enim efficiuntur quaſi inſtrumẽtis quibuſdam, uel amicorum opera,uel pecunia, uel authoritate & potentia,qua inter tuos ciues ualeas:ſuntq; nonnullæ res,quarum amotio beatam uitam labefactet,ut nobilitas,ut liberi,ut forma. Neq; enim planè ad beatitudinem aptus eſt is,qui omnino deformis ſit,aut ignobilis, aut qui uitam in ſolitudine degat,aut ſi ſine liberis: ac multo etiam minus fortaſſe,ſi cui ſint liberi improbißimi, uel amici boni è uita exceſſerint. Ergo,ut diximus, has proſperitates uidetur beata uita requirere. Ex quo fit,ut quidam felicitatem idem eſſe quod ſecundam fortunam:nonnulli, uirtutem ſtatuant,

DE MODO ASSEQVAENdæ *felicitatis.* Cap. IX.

EX quo exiſtit quæſtio,num doctrina cõſuetudi-

tudine, an alia aliqua exercitatione pariatur, an diuina aliqua cauſa adſit, an hoc ita ſit fortuito. Ac ſi quod à dijs aliud datum munus hominibus eſt, profectò conſentaneum eſt, felicitatem etiam datam eſſe à dijs: eoque maximè, quòd cæteris rebus humanis melior eſt, & præſtantior. Sed hæc non ſunt huius diſputationis ac temporis. Hoc uerò apparet, etiamſi non data ſit conceſſu, & munere deorum mortalium generi, ſitque uirtutis, artis, aut exercitationis, tamen in rebus maximè diuinis eſſe ducendam. Virtutis enim merces & finis, optimum quiddã eſt, diuinum, & beatum. Erit uerò hoc modo commune maximè, & lariſſimè patens bonum. Poterit enim comparari diſciplina aliqua, & diligentia ab ijs omnibus, quorum quidem à uirtute animus aliquo uitio nõ retardetur. Quòd ſi ſic melius eſt beatũ eſſe, quàm fortuito, certè ita eſſe confitendum eſt. Si quidem quicquid à natura proficiſcitur, ita ſecũdum naturam ſit, ut optimè affectũ eſſe poteſt: itemq; cum omnia quæ ab arte, cauſisq; omnibus efficiuntur, tum uel maximè quæ ab optima. Magnum autẽ ſcelus ſit, rem omnium & maximã & prętantiſſimam fortunæ adſcribere. Atq; etiam ex definitione perſpici poteſt quod quærimus. Confirmauimus enim eam eſſe actionẽ quandã uirtuti conſentaneam. Reliquorum autem bonorũ partim adeſſe neceſſe eſt, partim ſunt adiuuantia & utilia quaſi inſtrumenta. Atq; his conſentiunt, quæ initiò diximus. Ciuili enim ſcientiæ finẽ eſſe propoſitum ſummum bonum poſuimus. Huic autẽ cura omnis ferè in eo poſita eſt, ut & ciues bonos efficiat, & ad res magnas, & honeſtas agendas idoneos. Iure igitur nec bouem, nec equum, nec aliud animal ullum beatum ducimus. Nullum enim eorum eſt huius particeps actionis. ob eamque cauſam, ne puer quidem beatus eſt: quippe cum nondum per ætatem ad has uitę actiones ſit aptus. Qui autem dicuntur, ob ſpem & expectationem, quam de ſe concitant, dicuntur beati. Opus eſt enim undiq;, ut dixi perfecta uirtute, cõpletaque uita. Multæ enim in uita mutationes uarijque euentus uerſantur: fierique poteſt, ut qui ſecunda fortuna uſus ſit, is in maximas incidat calamitates in ſenectute. quod de Priamo ijs in libris qui de Heroibus ſcripti ſunt, ferunt fabulæ. Qui autem adeò ſecunda fortuna uſus ſit tota uita, ad extremum autẽ miſere è uita migrauerit, eum nemo duxerit in beatis.

AN QVIS DVM VIVIT, BEA-*tus dici poſsit.* *Cap.* X.

SEd quęret aliquis, nũ quis alius quoad uiuat, iudicandus eſt beatus: ſed Solonis ſententia, expectandũ extremũ tempus ætatis? Ac ſi ita quidem illud ſtatuendũ eſt, quæri adhuc poteſt, an etiã tum cum mortẽ obijt ſit beatus, an potius id omnino abſurdum ſit? cum præſertim felicitatem in quadam actione ſtatuamus. Quòd ſi beatum negamus eum qui exceſſerit è uita (nec hoc ſanè uult Solõ, ſed tum deniq; aliquem tutò beatum iudicari poſſe, cum iam à malis eſt, miſerijsque liberatus) de hoc quoq; neſcio quid ambigi poteſt. Etſi enim ſenſus abierit, tamen nonnullis

A bonis & malis, ſiquidem illã eadem ad uiuos illos pertinebant, carere non uidentur, ut decore & dedecore liberorum, poſterorum etiam rebus ſecundis & aduerſis. Verùm iſta quoque dubitationem afferunt. Fieri enim poteſt, ut qui beatam uitam uſque ad ſenectutem protulerit, migraueritque conuenienter rationi, eum multæ in poſteris mutationes conſequantur: quorum nonnulli boni uiri ſint, deganrque uitam ex dignitate: alij contrà. Hoc uerò perſpicuum eſt, eos multis modis à parentum uitæ ratione poſſe deſciſcere. Abſurdum itaque ſit, ſi is quoque commutetur, qui oppetijt mortem, ſitque alias miſer, aliàs beatus. Atqui uidetur etiam abſurdum, res poſterorum nihil, ne ad ullum quidem tempus ad parentes pertinere. Sed redeundum eſt ad id quod ſuprà quæſitum eſt. Eo enim cognito, fortè hoc poſtremum quod quærebamus, intelligetur. Si igitur ſupremus uitæ dies expectandus eſt, ut tum quiſque beatus exiſtimetur, nõ quòd beatus ipſe ſit, ſed quòd antea fuerit: quid eſt quamobrem non ſit abſurdũ, cum quiſq; beatus eſt de eo, id quod ineſt non uerè dici? quòd propter uarietatem fortunæ minimè placeat uiuos concedere beatos, quodque ſtabile aliquid ac firmum, uixque mutabile, beatam uitam putemus: fortuna autem ſępè recidat in eoſdem. Perſpicuum eſt enim, ſi euenta ſequamur, eundem nos ſæpè aliàs beatum, aliàs miſerum eſſe dicturos. Ita beatum, chamæleõti ſimilem, nec ſatis firmum, affirmabimus. Atqui non eſt rectum, fortunam conſectari. Non enim in ea poſitum eſt beatum eſſe, uel miſerum, etiam ſi hanc humana, ut dixi, uita deſiderat. Beatæ aũe

B uitæ dominæ ſunt uirtuti conſentaneę actiones, contrariæque contrariæ. Hanc autem rationem id quoque confirmat, quod modo quæſitum eſt. Nulla enim in re mortalium tanta ineſt firmitas, tanta conſtantia, ut in ijs rebus quæ uirtute geruntur. Multo enim ſcientijs ipſis, & firmiores ſunt & conſtantiores: quarum ut quæque pręſtãtiſsima eſt, ita ſtabilis maximè: idq; accidit ob eã cauſam maximè, quòd in ijs maximè exercendis aſsidui ſunt homines beati. Quę cauſa eſt, cur nulla obliuione obruãtur. Inerit ergo in beato quod quærimus, taliſque per omne tempus ætatis futurus eſt. Semper enim uel maximè ea & geret, & cogitabit omnia, quæ uirtuti congruunt: & quęcunque fortuna caſum inuexerit, hunc maximè decorè & aptè feret: quippe qui uerè bonus ſit, quadratus, omnique reprehenſione carens. Cumque multos caſus fortuna inuehat, ijque magnitudine & exiguitate differant, perſpicuum eſt, res ſecundas & aduerſas, quæ paruæ & exiguæ interueniunt, nullum ad uitam momentum habere: quæ autem & magnæ, & multæ proſperè eueniunt, uitam efficient beatiorem. Nam & ad ſplendorem per ſe ualent, & ad ornatum: & uſus earum gloriæ plenus eſt, & dignitatis. Quæ autem contrà accidunt, eæ uitam beatam illæ quidẽ labefactant (nam & dolores afferunt, & multas actiones impediũt) ſed tamẽ ipſa uirtus tum ſplẽdeſcit, apparetq; maximè, cũ ſedatè ac moderatè quis, & multas, & magnas perfert calamitates: nõ quòd ille quaſi ſtolidus illa nõ ſentiat, ſed quòd generoſo, forti, magnoq; ſit animo præditus.

Quòd

Quòd ſi ſunt,ut dixi,uitæ dominæ actiones, certè nemo qui ſit beatus, eſſe miſer ullo pacto poteſt.Neque enim unquam quæ odio digna ſunt, queq; mala faciet.Eum enim qui uerè bonus ſit, quiq; ſapiens,putamus omnes caſus fortunæ æquo animo eſſe laturum:ex ijs etiã quæ ſibi ſuppetant,ſemper pulcherrima quæq; facturum.Vt &bonus imperator exercitu eo qui adeſt,ſemper ut uſus belli ferat,cõmodiſsimè utitur: & ſutor ex ijs pellibus quæ ſuppetant, calceum aptiſsimum conficit:eodemque modo cęteri omnes artifices.Quòd ſi ita eſt,qui beatus ſit,miſer eſſe nullo modo poteſt:non tamen beatus ſit quidem, ſi in Priami calamitates incidat. Nec uarius quidẽ certè eſt & mutabilis. Neque enim ex felicitatis poſſeſsione facilè quis deijci detrudique poteſt: nec id leues caſus, ſed & graues & magni efficiant.Ex miſero autem iterum beatus non fiet exiguo tempore:ſed ſi quo modo id eueniat,eo fiet, quòd longo quodam peracto temporis ſpacio, interim res magnas ac præclaras rurſus ſit conſecutus. Quid igitur prohibet nos beatum ſtatuere eum, qui uirtutis perfectæ perfecto fungatur munere, quique in bonorum externorum ſatis magna abundantia uiuat,non aliqua parte ætatis,ſed in omni uita cõfecta atq; abſoluta? An eodem addendum,qui & eam uitam ſit acturus,& mortem quę antea ctam uitam deceat obiturus? quandoquidem incertus eſt rerum futurarũ exitus,& beatitudinem finem eſſe, ac quiddam omni ex parte perfectũ ponimus. Quæ cum ita ſint, beatos ex uiuis dicemus eos,quibus adſint permanſuraque ſint quæ enumerata ſunt omnia, ac beatos homines. Atque hæc quidem hactenus.

AMICORVM RES SECVNDAE VEL *aduerſæ, quatenus ad mortuos pertineant.* Cap. XI.

CAſus autem poſterorum ac amicorũ omnium nihil omnino nos attingere, ualde ab amici officio alienum ſit,ſententijsq; omnium repugnare uideatur. Igitur cum multi caſus ſint,ijque longè ac latè differant, cumque alij magis,alij minus nos attingãt,ſingillatim quidẽ differere,lõgũ ſit & infinitũ: ſummatim & populariter,ſatis. Vt igitur aduerſæ res quæ ipſis nobis accidunt,aliæ momentum habent ad uitam, aliæ leues ſunt:ſic eę omnes quę amicis.Sed permultum intereſt, uiuis an mortuis mala contingant:ac multo etiam magis,quàm utrum res iniquæ & nefandæ in tragœdijs antè tractentur,an gerantur. Ex qua etiam ſimilitudine caſuum diſcrimen eſt colligendum: uel potius quærendũ eſt de mortuis,utrum alicuius boni aut contrarij participes ſint. Perſpicuum enim eſt ex his, etiã ſi quid ad eos pertineat,ſiue boni,ſiue mali,exile id & exiguum aut omnino aut illis fore:ſin minus,certè non tantam uim in eo eſſe, ut uel beatos eos qui non erant prius,efficiat:uel ijs qui ante beati erant,beatã uitam eripiat.Ergo hoc quidem iam apparet, res & ſecundas amicorum & aduerſas,ad eos pertinere illas quidem qui occiderint:ſed ita, ut neque ex beatis miſeros faciant,neque aliud quicquam generis eiuſdem.

A

VITAM BEATAM IN IIS POTIus *eſſe,quæ bonorantur,quàm quæ laudantur.* Cap. XII.

HIs ita expoſitis,iã felicitas in bonis ſit laudibus, an potius in ijs quæ honore & ueneratione quadam ſunt proſequenda, uideamus.Eſt enim perſpicuum,eam non numerari in ijs quæ ipſa nõ ſunt per ſe bona,ſed eſſe poſſunt.Igitur hoc apparet,quòd laudabile ſit, omne ob eam cauſam laudibus affici, quod affectione aliqua ſit præditum,& ad aliud quodam modo referatur.Nam & iuſtos & fortes,& uno nomine uiros bonos,& uirtutes propter opera,munera,actionesque laudamus.Et robuſtos, & qui ad curſum ualent homines,cæterosque eiuſdem generis propterea laudamus,quòd à natura inſtituti ſunt,aptique ad gerendas res aliquas,quę in bonis ſunt & honeſtis. Quod ex ijs etiam laudibus quæ Dijs tribuuntur,perſpici poteſt.Ridiculas enim eas fore conſtat,ſi ad nos referãtur.Hoc fit propterea,quòd laudes,ut dixi,referendo tribuuntur.Quòd ſi laus in eo genere eſt,id perſpicuum eſt,ut quicq; optimum eſt,ita minimè laudem in ipſum cadere, ſed maius aliquid & præſtantius.Idque ex eo etiam perſpicitur, quòd & Deos beatos fortunatosque ducimus: & uiros, ut quiſque ad Deum proximè accedit.Eadem eſt rerum bonarum ratio. Beatitudinem enim nemo orn.t laudibus,ut iuſtitiam:ſed quòd multo & diuinior ſit & melior,diuino honore afficit.Rectè etiã Eudoxus uidetur primas partes tribuiſſe

B uoluptati.Nam cum in bonis eſſet ipſa,neq; laudaretur, declarari putabat, eam rebus omnibus præſtare,quæ eſſent laudabiles:in eo autem genere Deum modò ac ſummum bonum eſſe,quoniam ad ea cætera referrentur. Eſt enim uirtutis laus propria:quippe cum ea apti ſimus ad res honeſtas gerendas. Encomia autem ea potius attingunt quæ tam corporis quàm animi gerantur uiribus.Sed hæc quidem accuratius inueſtigare eorum ſit potius,qui in encomijs elaborarunt: nobis autem ex ijs perſpicuum eſt quę dicta ſunt,in bonis ijs quæ ueneranda nobis & ſummo honore proſequenda ſunt,perfectisque numerari beatam uitam.Quod ita eſſe hinc etiã apparet, quòd eſt principium. eius enim cauſa omnes omnia facimus:principium autẽ, idque omne in quo cauſa eſt cur cætera bona ſint, ut res diuina & plurimum dignitatis habens, æſtimandum eſt.

ANIMI PARTES EXPLICANtur: *& ex his totidem uirtutum genera,rationis nimirum,& appetitus,ſiue moris.* Cap. XIII.

SEd quoniam beatitudo eſt actio quædam animi,uirtuti undiq; abſolutæ congruẽs, iam uirtus ipſa conſideranda cognoſcendaque eſt. ſic beatam uitam facilius contemplabimur. Atque is quidem uidetur qui ciuili ſcientia uerè inſtructus eſt,huic maximam dediſſe operã:quoniam hoc uult,hoc ſpectat,& ciues bonos efficere,& obedientes legibus. Hoc declarant Cretenſium & Lacedæmoniorum legislatores,& ſi qui alij in eo genere floruerunt. Quòd ſi hæc ciuilis ſcientiæ propria eſt cognitio, perſpicuum eſt, cũ

eo

eo inſtituto quod iã inde ab initio ſecuti ſumus, A omnem hanc congruere & conſentire quæſtionem. Videndum eſt ſcilicet, quæ ſit hominis uirtus. etenim de ſummo bono hominis quærebamus. Sed uirtutem dicimus hominis, non quæ corpus, ſed quæ animum attingit humanum: beatamq́; uitam, animi actionem nominamus. Quæ cum ita ſint, perſpicuum eſt, ut eum qui oculos curaturus ſit, totumúe corpus: ſic eum qui ciuili ratione inſtructus ſit, ea omnia quodam modo quę ad aoimum pertinent cognita habere oportere: ac multo etiam magis, quo maior ciuilis ſciẽtia & melior, quàm medicina eſt. Atqui clari nobilesq́; medici multum operæ in cognitione corporis ponunt. Cognoſcendus igitur ei animus eſt, qui ciuili ſcientia eſt præditus. Cognoſcendus eſt autem horum cauſa, & quoad ſatis ſit ad ea quæ qoærimus. Nam ſubtilior accuratiorq́ue eius explicatio maioris negotij ſit, quàm ipſa illa res quam nobis proponimus. De qua quoniam in ijs quas ἐξωτερικοὺς appellamus diſputationibus, ſatis multa diximus, illinc aſſumenda ſunt, quæ ad hunc locũ pertinebunt, ueluti unam eius partem expertem eſſe rationis, participem alteram. Vtrum autem ſeparatę ſint, ut partes corporis, & quicquid ex partibus conſtat: an cogitatiune duæ res ſint, quæ reipſa ſeparari nequeant, quemadmodum in orbe pars quę conuexa dicitur, & concaua: ad id quod agimus, nihil intereſt. Eius autẽ partis, quæ rationis expers eſt, alia uis eſt etiam plantę communis: eam dico, quæ cauſa eſt cur alamur & augeamur. Hãc enim uim animi, tum in ijs omnibus quæ aluntur, tum in fœtibus licet ponere, tum etiam in B perfectis animãribus. hãc enim aptius eſt, quàm aliam. Huius itaq; commune quoddam munus eſt, non hominis proprium: quippe cum tum maximè cum ſomnus capitur, hęc ſiue pars, ſiue uis ſuo officio & munere fungatur. Atqui bonus ab improbo in ſomno minimè internoſcitur. Hinc negant inter beatos ac miſeros per dimidiatum uitæ tempus quicquam intereſſe. Idq́ue iure ac meritò accidit, propterea quòd ſomnus animi eſt requies, qua ratione bonus eſt, uel malus, niſi ſi quæ motiones ſenſim oriantur, eoq́ue meliora uiſa ſint bonorum, quàm quorumlibet. Sed hæc quidem hactenus. Alendi etiam uis prætermittenda eſt, quandoquidem uirtutis hominis expers eſt. Alia autem eſt etiam uis animi rationis expers, quæ tamen eius quodã modo eſt particeps. Nam & continentis impotentisq́; rationem, & animi partem eam quæ rationem habet, laudamus. Inuitat enim uera ratio bene ſanos ad iuſtitiam & æquitatem. Conſtat autem in eis aliquid aliud eſſe innatum præter rationem, quod repugnat obſiſtitq́ue rationi. Vt enim in corpore, ſi partes diſſolutas & diſsipatas dextrorſum moueri uelimus, contra ad læuam perſpicuè feruntur: ſic in animo. diſtrahuntur enim in contrarias partes impotentium cupiditates. Sed in corpore id quod rapit, & diſtrahit uidemus, in animo non uidemus. Certè nihilominus exiſtimare debemus ineſſe quiddam in animo præter rationem, quod ei reſiſtat & repugnet. Quomodo autem ab ea diuerſum ſit nihil intereſt. Hoc A autem, ut dixi, rationis eſt etiam particeps. paret enim rationi in continente, ac multo etiam magis in temperatis & fortibus, in quibus omnia rationi congruunt. Hoc ergo apparet, uim expertem rationis eſſe duplicem: ois enim ea quæ creſcendi cauſa tributa eſt, nulla ex parte rationis eſt particeps: concupiſcendi autem & appetendi quodammodo ea utitur, quatenus ei obedit, atque paret. Atque eam dicimus compotem rationis in ea ſignificatione, qua aliquem dicimus habere rationem patris & amicorum: nõ autem in illa, qua dicimus quempiam aſſecutum eſſe rationes rerum mathematicarum. Nam uim expertem rationis parere quodammodo rationi, & admonitiones, & obiurgationes, & adhortationes indicant. Quòd ſi confitendum eſt, hanc quoque uim compotem eſſe rationis, duplex uis erit rationis particeps: alia propriè & in ſeipſa, alia ueluti probus filius obedit parenti. Hac autem diſtinctione & diſsimilitudine etiam uirtus diuiditur. aliàs enim in ratione eſſe dicimus, aliàs more perfectas. In ratione ſunt, ut ſapientia, ut ſagacitas, ut prudentia: more perfectæ, ut liberalitas & temperantia. Nam cum de moribus alicuius loquimur, non ſapientem eum, uel ſagacem dicimus, ſed clementem & modeſtũ. ſapientem etiam laudamus ob animi habitum: & habitus eos qui laudabiles ſunt, uirtutum nomine appellamus.

IN LIBRVM SECVNDVM *Ethicorum Ariſtotelis, Analyſis.*

QVod attinet ad cauſas efficientes uirtutum moralium, docet Ariſtoteles has neq; natura, neque contra naturam hominibus ineſſe, ſed natura nos aptos fieri ad ſuſcipiendum eas, acquiri autẽ uirtutes morales more ſeu conſuetudine, id eſt, crebris actionibus, nõ ſanè quibuſuis, ſed bonis, id eſt, moderatis, quæ nec mediũ excedunt, nec à medio deficiunt. Atq; hæc omnia ſic probat. Primò in his, quæ ſunt tota ſecundum naturam aut cõtra naturam, nihil uariat conſuetudo. Ethicæ ſeu morales uirtutes conſuetudine parantur, & homo adſuefieri poteſt ad uitia, oppoſita uirtutum, ergo non ingenerantur à natura, neque tamen ſunt contra naturam. Maiorem probat. Lapis cum natura deorſum feratur, adſuefieri nunquam poterit, ut ſua ſpõte ſurſum feratur. Minorem probat ex etymologia moraliũ uirtutũ. quæ ideo à more uocãtur, ſicut ἦθος Græcè ἀπὸ τοῦ ἔθους. Secũdò, quæ nobis à natura tribuuntur, eorum facultates prius accipimus, poſterius utimur ijs, & exercemus. Hoc in moralibus nõ habet locum, quia facultas ſeu habitus earum acquiritur demum poſt actiones, ergo uirtus moralis non ineſt nobis à natura. Maiorem probat à ſenſibus. Non enim ſæpius uidẽdo uiſum accipimus, ſed è cõtrario uidemus, quia prius nobis innatus uiſus, ſeu uidẽdi facultas. Minorem probat. Eadem ratione uirtutes morales & artes uulgares parantur. Verùm ædificando fit artifex ædificandi, &c. Ergo etiam rebus fortiter gerendis euadit aliquis fortis, temperanter agendo, temperans, &c. Tertiò, probat à legiſlatoribus, In caput 1.

ribus, qui certè non, niſi aſſuefactione ciues bonos effi-
cere conantur, quartò, ex oppoſitis. Quemadmodum ædi
ficando alij boni, alij mali fiunt artifices ædificandi, quia
hi malè, illi bene ſeſe exercent in ædificando, alioqui enim
nemo indigeret præceptoribus, qui rationē exercitij præ-
ſcribunt, ita contrahendo alij iuſti, alij iniuſti fiunt: quia il
li rectè, hi uerò ſecus contrahunt. Hinc ſimul patet uirtu-
tes actionibus, & ſanè bonis actionibus acquiri. Probatio,
Habitus reſpondent actionibus, ergo per malas actiones
malus habitus, id eſt, uitium: per bonas bonus, id eſt, uirtus
conciliatur. Ideoq; permagni intereſt, qualibus adole-
In caput 2. ſcentes actionibus initio adſueſcant. Cum Ethice non
ſit ſpeculatiua, ſed practica, diligentius explicandæ ſunt
actiones bonæ, quibus ad uirtutem peruenitur. Actiones
autem bonæ medium tenent inter exceſſum & defectum.
Probatio. Eadem uidetur ratio acquirendæ, augendæ &
tuendæ uirtutis, quæ roboris & ſanitatis. Si plus aut mi-
nus, quam corporis conſtitutio requirit, comedis, bibis, &
exerces, uires corporis & ſanitas minuuntur & corrum-
puntur. Ergo fortitudinem etiam acquirit & tuetur, qui
medium tenet in timendo, nec nihil nec omnia timens. hic
enim timidus, ille audax appellatur: temperantiam ſimili-
ter, qui nec omnes uoluptates reijcit, nec omnibus fruitur.
Et ſic de cæteris uirtutibus moralibus. Porrò actiones iſtæ
mediocres, quibus uirtutem conſequimur, ſimiles ſunt re-
ipſa ijs, quæ à uirtute proficiſcuntur. Probatio. Corporis
robur acquiritur ex eo, quod multum cibi coquitur, &
multi labores perferuntur. Rurſum, qui iam robur acqui-
ſiuit, maximè poteſt utrunq; præſtare. Ergo idem in uirtu
tibus contingit, ut quemadmodum à uoluptatibus abſti-
nēdo fit temperans, ita temperans factus abſtinet. Verùm
hic differentia notatur, quòd nōdum temperans factus ab-
ſtinet cum dolore, factus abſtinet cum uoluptate. Proba-
tio. Virtus moralis uerſatur circa dolores & uoluptates,
ergo actiones ante & poſt partam uirtutem differunt do
lore & uoluptate. Antecedens probatur in ſequenti capi-
In caput 3. te, octo rationibus. Quia ſcelera propter uoluptatem
1 committuntur, uirtutes propter triſtia uitanda negligun-
De uirtutū materia circa quam. tur: omnem affectum & actionem ſequitur uoluptas aut
dolor. Virtutes uerſantur circa affectus & actiones, igi-
2 tur etiam circa dolorem & uoluptatem, quamuis alio mo
3 do. Virtus eſt circa ea, quæ uitijs medentur: pœnæ uerò do
4 lorem afferentes, medicinæ ſunt uitiorum. Omnis habitus
animæ uerſatur circa id à quo fit melior uel deterior. Vi-
tioſi habitus fiunt ex eo, quòd uoluptates ſine reſpectu cir
cumſtantiarum expetuntur, ergo uitioſi habitus ſeu uitia
circa dolorem uerſantur. Minorem & illi concedunt, qui
uirtutem definiunt indolentiam, & animi quietem, quaſi
doloris & uoluptatis expertem. Cæterùm errāt hi, quia nō
ſimpliciter, ſed quando negliguntur circumſtantiæ, dam-
5 nari debet uoluptas & dolor. Vir bonus rectè expetit hæc
tria, utile, iucundum, honeſtum: & rectè fugit contraria,
inutile, triſte, turpe. Ex his omnibus lætiſſime ſpargunt iu-
cundum & triſte. Nam & utilia & honeſta iucunditatē
habent incluſam, contrà inutilia & inhoneſta nihil habēt
ueræ amœnitatis. Ergo bonus maximè uerſatur circa læta

A & triſtia moderanda. Voluptatis ſtudium à pueritia no- 6
bis inhæret, & ſedulò nutritur, quare uirtus id in primis
regere conatur: quia regula uel canon actionum bonarū 7
& uitioſarum, eſt dolor & uoluptas. Virtutes uerſantur 8
circa difficiliora, ſicut & artes. Voluptati difficilius, quàm
iræ aliquis repugnarit. Virtutes ergo maximè uoluptatē
moderantur, ideoq; etiam triſtitiam. Obijciat aliquis, In caput 4.
non iuſtos fieri iuſtè agendo, ſed iam eſſe iuſtos, cū agunt
iuſtè, & ſic argumentetur. Eadem eſt ratio uirtutum &
artium. Qui grammaticè loquitur aut ſcribit, non fit, imò
iam eſt grammaticus, & ſic de alijs. Ergo & temperanter
uiuens nō fit, ſed eſt temperans, &c. Reſpondet Ariſtote-
les ad utranq; præmiſſarum, ac prius negat minorem. Nā
fieri poteſt, ut aliquis caſu, aut alio dictante loquatur emē
datè, quem nemo grammaticum appellauerit, ſed eum tan
tum, qui emendatè loquitur ex arte, quam in animo tenet.
Maiorem diſtinguit, ut non ſimpliciter ueram. Nam quod
ex arte proficiſcitur, in ſeipſo habet omnia, quæ requirun
tur, id eſt, ex ipſo carmine iudicatur, an bonus ſit poëta.
Sed qui iuſtè fecit, non ideo iuſtus dicetur, niſi inſuper iu-
ſtè fecerit conſulto, propter honeſtatem, idq; facturus ſit
conſtanter. Cum igitur crebris exercitijs, ijſq; mediocri-
bus acquiratur uirtus, abſurdum eſt, quoſdam egregiè de
uirtutibus diſputare: nihil uerò moribus exprimere eorū,
quæ nouerunt. Hos ſimiles iudicamus ægrotis, qui diligen
ter medicos audiunt, non autem obſequuntur. Vt enim ho
rum corpus minimè ſanatur, ita nec animus illorum uir-
tutibus excolitur. Virtus moralis eſt habitus electiuus, In caput 5. Definitio uirtutis moralis.
B conſiſtens in mediocritate, reſpectu noſtri, quæ ratione gu
bernatur, ad prudentis uiri iudiciū. Ac primùm quòd uir-
tus ſit habitus, hoc modo probatur. Tria ſunt in anima ap
petitiua: affectus, potentia, habitus. Virtus moralis, nec af-
fectus eſt nec potentia, ergo relinquitur eam eſſe habitū.
Quòd uirtutes & uitia non ſint affectus, probatur qua-
tuor argumentis. Quia propter affectus ſeu perturbatio- 1
nes nec boni nec mali dicimur. Quia propter affectus neq; 2
laudamur, neq; uituperamur. Quia affectus ſunt abſq; ele 3
ctione. Quia ſecundum affectus moueri, at ſecundum uir- 4
tutes & uitia non moueri, ſed bene uel malè diſponi dici-
mur. Hæc omnia ab ipſomet Ariſtotele declarantur. Item
nec uirtutes nec uitia, ſunt potentiæ. Quia propter poten 1
tiam ſeu facultatē agēdi, nec boni nec mali dicimur. Quia 2
propter potētiam nec laudamur, nec uituperamur. Quia 3
facultatem agendi habemus à natura. Rectè igitur uirtu-
tem moralem dicimus habitum. Secundò, ponitur in defini
tione uocabulū electiui, de quo copioſe initio tertij libri.
Tertiò, cum uirtus ſit habitus, id eſt, qualitas acquiſita In caput 6.
crebris actionibus, qua promptius aliquid agimus, opor-
tet actiones intelligere mediocres ad nos relatas. Proba-
tio. Virtus moralis eſt eiuſmodi habitus, per quem homo
fit bonus, & opus facit bonum. Vtrunq; homo conſequi-
tur, ſi mediocritatem ad ſe relatam in affectibus & actio-
nibus ſeruet. Ergo uirtus moralis conſiſtit in mediocrita-
te ad nos relata. Maioris cōfirmatio. Omnis uirtus id, cuius
eſt uirtus, facit bonum, & actionem ipſius bonam. Vt ocu
li uirtus dicitur quæ facit oculum bonum, & uiſionē bo-
nam,

nam, ergo & moralis uirtus hominem, cuius eſt uirtus, bo-
num reddit, & ipſius opera bona. Minor ſyllogiſmi decla-
ratur diſtinguendo mediũ rei à medio reſpectu noſtri, de-
2 *inde tali argumentatione munitur. Omnium artium ope-*
ra tunc fiunt bona, quando medium reſpectu noſtri aſſe-
quuntur artifices, ergo & uirtutis moralis actiones requi-
runt medium reſpectu noſtri. Antecedens probatur, quia
dum artium opera bona laudamus, dicimus nihil eis addi
aut adimi poſſe. Quibus uerbis innuimus, exceſſu & defe-
ctu artificum opera deprauari. Exempli gratia, calceum
laudamus, ſi nec maior nec minor fuerit, quàm induentis
perſona requirit. Conſequentia probatur, quia ſicut natu-
ra, ita etiã uirtus omnibus artibus excellit. Aliud argumen-
3 *tum. Multifariam peccatur, uirtutis uerò ratio ſimplex*
eſt & una. Medietas eſt una inter extrema, quæ uaria re-
periuntur, ergo uirtus in medietate conſiſtit. Maior con-
ſtat ex ſententia Pythagoreorum, qui in ordine malorum
recitant multum & infinitum, in ordine bonorum unũ &
finitũ. In definitione uirtutis ultimò adijcitur, quòd illam
mediocritatẽ oporteat eſſe definitam, aut determinatã re-
cta ratione, ſeu iudicio mẽtis, quemadmodum uir prudens
iudicauerit. Oportet enim aliquem ducem deſignari, qui
mediocritatem oſtendat in tanta uarietate circumſtantia-
1 *rum. Non tamẽ in omnibus affectibus & actionibus quæ-*
rendũ medium. Quidã enim affectus, ut inuidia, & actio-
2 *nes, ut adulterium, meritò damnãtur ſimpliciter. Rurſum,*
nec in medio, in quo uirtus exiſtit, aliud magis aliud minus
medium conſtituendum, quia medium ipſum eſt unum &
3 *quaſi extremo medium. Eadem ratione nec in exceſſu nec*
defectu hæc tria debent inquiri, medium, exceſſus, defectus,
alioqui enim abſurdiſſimus progreſſus fieret in infinitum.

In caput 7. Virtutum ſpecies.

Sequitur catalogus moralium uirtutum & uitiorũ. Vn-
de iterum patet, omnem moralem uirtutem eſſe mediocri-
tatẽ inter duo extrema uitioſa. Prima uirtus, eſt fortitudo,
I. *mediocritas collocata inter audaciam & timiditatẽ. Tem-*
II. *perantia, inter intemperantiam & ἀναισθησίαν, circa uo-*
III. *luptates, præſertim tactus. Circa pecunias dandas & acci-*
piendas, liberalitas inter prodigalitatẽ & auaritiam. Cir-
IIII. *ca maiores opes, magnificentia inter luxũ & ſordes. Cir-*
V. *ca honores, magnanimitas inter faſtum & animi paruita-*
VI. *tẽ. Circa uulgares honores, innominata uirtus inter ambi-*
VII. *tionem & contemptum bonorum. Circa iram, manſuetu-*
VIII. *do inter iracundiam & nimiam patientiam. Circa uerum*
in ſermonibus & actionibus, ueritas inter iactantiam &
IX. *diſſimulationem. Circa iucundum in iocis, urbanitas inter*
X. *ſcurrilitatem & ruſticitatem. Circa iucundum in omni ui-*
XI. *ta, amicitia inter moroſitatem & adulationem. Verecun-*
XII. *dia inter ſtuporem & impudentiam. Nemeſis inter inui-*
XIII. *diam & gaudium ex aliorũ malis. Iuſtitia, de cuius exceſſu*
& defectu libro quinto.

In caput 8. Virtutum oppoſita.

Virtutum exceſſus & defectus
inter ſe, & cum ipſis uirtutibus pugnant. Magis tamẽ ex-
trema inter ſe, quàm cum uirtutibus. Vt prodigus opponi-
tur & auaro & liberali, magis tamẽ illi, quàm huic. Pro-
batio. Quoniam extrema longius à ſeipſis, quàm à medio
diſtãt, & extrema ſibi magis, quàm medio ſunt diſſimilia.
Porrò defectus aliquando magis, quàm exceſſus pugnat cũ

A *medio, uti timiditas magis, quã audacia cũ fortitudine: q̃a timiditas eſt diſſimilior & remotior à fortitudine, quàm audacia. Aliquãdo contrà, exceſſus magis, quàm defectus, ut intemperantia magis, quàm nimia abſtinentia cum temperantia pugnat. Quoniam ad intemperantiam natura ſumus procliuiores, quàm ad nimiam abſtinentiam.*

In caput 9. Deſtinata ad uirtutem. Mathematicus tamen nouit certam uiam inueniendi centrũ lib. 3. Euclidis Propoſ. 1.

Virtutis medium aſſequi, uelut circuli centrum inuenire difficilè uidetur, quia uirtus uerſatur circa affectus & actiões, hæ autem circa ſingularia, quæ magis ſenſu uel experientia, quàm intellectu iudicãtur. Generalia tamen præcepta traduntur, ut propius uirtutẽ attingere queamus. 1 Longius diſcedendum ab extremo, quod cum uirtute magis pugnat. 2 Conſiderandũ eſt, ad quæ uitia magis procliues ſumus, ut in contrarium uitiũ plus declinemus. Sicut & curua ligna fiunt recta, ſi nimiũ ad oppoſitũ flectantur. 3 Voluptates in primis moderari aut etiam repudiare oportet. Quemadmodum Antenor & reliqui ſeniores Helenam, quamuis pulcherrimã, iudicabãt domum eſſe remittendã. Iliad. γ. ἀλλὰ καὶ ὧς τοίη περ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω, Μηδ' ἡμῖν, τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

ARISTOTELIS

ETHICORVM, LIB. II.

VIRTVTES NEQVE NAtura neq; contra naturam, ſed exercitatione uſuq; comparari.

Caput I.

B SED cum duo ſint uirtutum genera, alterum earum quas in ratione eſſe dicimus, alterum earum quas morales: rationis quidem magna ex parte à doctrina ortũ acceſſionemq; habet. Itaq; & exercitationis indigent, & temporis. *ἡ δ' ἠθική*, id eſt moralis uirtus, *ἐξ ἔθους*, id eſt more, à quo nomẽ duxit, quod paululum *ἀπὸ τοῦ ἔθους* deflexit, omnino comparatur. Ex quo perſpicuum eſt, nullam omnino moralium uirtutũ ingenerari nobis natura. Nihil enim quod inſitũ & innatũ eſt, aliter atq; eſt aſſueſcit. Vt lapis qui ſuapte ſponte deorſum fertur, nunquam in ſublime ferri aſſueſcat, ne ſi milies quidem eũ quis ſurſum ut cõſuefaciat, emittat. Eodemq; modo, nec ignis deorſum, nec aliud quicquã aliter, atq; ipſius natura ferat, poteſt aſſueſcere. Non igitur à natura, neq; contra naturam in nobis inſunt uirtutes: ſed nati factiq; ſumus ad eas & percipiendas natura, & efficiendas conſuetudine. Iam uerò quæ nobis à natura tributa ſunt, eorum primùm facultates accipimus, deinde officijs muneribusq; fungimur. Quod in ſenſibus cernere licet. Neque enim ex eo quod crebrò aut aſpeximus, aut audiuimus, ſenſus accepimus: contraq; eorũ cum iam eſſemus compotes, eis uſi ſumus, non cum uſi eſſemus, percepimus. At uerò uirtutes accipimus, antea cum operis aliquid confectũ dederimus. Quod in cæteris fit artibus. Quę enim facienda ſunt cum didicimus, ea agendo diſcimus maximè. Veluti homines tum architecti exiſtunt maximè, cum ædificant, & citharœdi

A cum fidibus utuntur. Similiter tum iuſti, temperantes, forteſq; efficimur maximè, cum ea facimus quę iuſta ſunt, quæ modeſta, quę fortis. Atque etiam hoc ipſum declarat, & docet quod fieri ſolet in Rebuſp. In quibus legislatores conſuetudine & exercitatione ciues bonos efficiũt. Eſt enim hæc omnium qui leges imponunt, ſententia & uolnntas. Quod qui minus rectè faciunt, aberrant. quippe cum hac una re præſtet uitioſæ bene conſtituta Reſp. Iam ex ijſdem rebus oritur uirtus omnis, & ab ijſdem interit. Similis eſt ratio artium omnium. Nam ex eo quòd urũtur fidibus, & clari & ignobiles citharœdi exiſtunt. Eadem eſt ratio architectorũ reliquorumq; omnium. Nam ex eo quòd ſcitè & peritè ædificant, boni architecti futuri ſunt: ex eo quòd inſcitè, mali. Quod ni ita ſe haberet, nec rationi ullus eſſet, nec doctrinę locus, omneſq; docti & indocti naſcerentur. Eademq; omnium uirtutum cauſa & ſentẽtia eſt. Nam cum ea facimus, quæ pactis continẽtur ijs quæ hominibus inter ipſos intercedunt, alij iuſti, alij iniuſti efficimur. Et cum ea omnia quæ acerba moleſtaq; ſunt, agimus, aſſueſcimusq;, aut timere, aut confidere, nonnulli fortes, quidam timidi ignauiq; exiſtunt. Eodemq; modo de cupiditatibus & iracundia iudicandũ eſt: quoniam alij temperantes & clementes, pleriq; intemperati & iracundi efficiuntur: hi quia ſic, illi quia ſecus in ijſdẽ uerſentur. Atq; ut uno uerbo finiam, ex ſui ſimilibus actionibus omnes habitus oriuntur. Itaq; faciendæ ſunt certo quodam genere actiones, quandoquidem earum differentias habitus conſequuntur. Non igitur parui, ſed magnopere, atque adeò ad ſummã refert, B utrũ ſic an ſecus iam inde à puero aſſueſcamus.

DOCTRINAM DE MORIBVS

tradi, non ut intelligamus tantum, ſed ut agamus ipſi, & ex uirtute uiuamus. Virtutes autẽ extremis, hoc eſt, nimio, & paruo labefactari: mediocritate uerò conſeruari.

Caput II.

QVoniam igitur huic negotio quod ſuſcepimus, non eſt propoſita contemplatio quaſi finis, ut cæteris (id enim agimus, nõ ut quid uirtus ſit, intelligamus, ſed ut boni efficiamur, quandoquidem uſus eius nullus foret) neceſſe eſt quemadmodũ actiones & officia ducantur, conſiderare. In ijs enim ſitum eſt, quemadmodum dixi, ut habitus quales debent, oriantur. Ac illud quidem cõmune eſt omnium, idq; poſitum ſit, rectæ rationi conuenienter fieri: deq; eo diſſeretur poſterius, & quid ſit recta ratio, & quemadmodum affecta ſit ad reliquas uirtutes. Illud autem prius conſtare & conuenire debet, omnem quæ de rebus agendis habetur, orationem populariter, non ſubtiliter tractari oportere: utque initio diximus, rationes pro rei natura exigendas eſſe. Vt autem in rebus ſalubribus, ſic in actionibus, ijſq; omnibus quæ conducunt, nihil ineſt firmitatis, nihil ſtabilitatis, & roboris. Cumque eiuſmodi ſit, quæ de genere toto habetur oratio, multo etiam minus certa eſt quæ de rebus ſingulis habetur: quoniam nec ſub artem, nec ſub præceptionem ullam cadunt. Sed ut in

A medicina & gubernatoris arte, ſic ijs omnibus qui in actione rerum uerſantur, temporis habenda ratio eſt. quanquam autem id eſt, quod nunc agimus, eiuſmodi tamen danda omnino opera eſt, ut oratione infirmam illam naturam ſtabiliamus. Hoc igitur in primis intelligendum eſt, ijs omnibus quæ ſunt in hoc genere, ab eo quod nimium & parum eſt, interitum impendere natura (perſpicuis enim rebus ad obſcuras illuſtrandas utendum eſt.) Id quod licet in uiribus & ualetudine cernere. nam & profuſæ & remiſſæ nimiũ exercitationes labefactant uires, euertuntq; fundirus. & poculenta ac eſculenta ſi modum tranſeant, uel infra modum adhibeantur, labefactãt ualetudinem eodem modo: ſin moderata ſint & modica, pariunt, augent, ac tuentur. Quod idem & in temperantia, & in fortitudine, cæteriſq; uirtutibus cõtingit. Qui enim fugit timetq; pericula omnia, quiq; nullũ perfert, is timidus & ignauus euadit: & qui nullũ timet omnino, ſed adit omnia, is audax exiſtit. Itemque qui omnibus uoluptatibus perfruitur, nullamque prætermittit, intemperans: qui uerò omnes prætermittit & cauet, ut ſolent agreſtes, is ſenſus omnis expers iudicandus eſt. Tollitur enim temperantia, tollitur fortitudo ab eo quod nimium eſt & parum. At uerò ſaluæ ſunt & incolumes mediocritate dominante. Verùm non ſolum ortus incrementaque & interitus ex ijſdem & ab ijſdem efficiuntur, ſed in ijſdem etiam actiones uerſantur. Quemadmodũ enim alijs in rebus quæ euidentiores ſunt, id contingit, ueluti in uiribus, ut ex eo gignantur, quòd & multum cibi capiatur, & B multi labores ferantur, quòd ualens uiribus efficere poteſt maximè: ſic in uirtutibus. Nam & ex eo temperantes efficimur, quòd nos à uoluptatibus abſtinemus: & cum ij ſumus, ab ijs facillimè abſtinere poſſumus. Similis eſt ratio fortitudinis. Nam cum & ea quæ terribilia ſunt deſpicere, & eadem magno animo ac forti perferre aſſueſcimus, tum fortes exiſtimus: quales cũ ſumus, quæ terrorẽ afferunt, facillimè ſuſtinemus.

VIRTVTIS CERTAMEN IN

uoluptatis dolorisq; mediocritate retinenda, uerſari: ac tria eſſe rerum expetendarum genera. Cap. III.

HAbitus autem quales ſint, ex uoluptate ac dolore quæ facta & opera conſequuntur, perſpici debet. Nam qui ſe à corporis uoluptatibus abſtinet, eoque ipſo lætatur, is temperans: qui id moleſtè acerbeque fert, is intemperans putandus eſt. Et qui moleſta quæ ſunt forti ac magno animo perfert, ex eoq; uoluptatem percipit, aut certè non fert grauiter, fortis: qui ægrè fert, is habendus ignauus. Virtus enim moralis omnis inhæret uoluptatibus ac doloribus. Nam & uoluptatum blanditijs deliniti, ad ea gerenda omnia quæ praua ſunt, impellimur: & dolorum cum admouentur faces, à rectè factis deducimur. Itaque Platonis ſententia, inſtitutos eſſe omnes oportet iam inde à puero, ut lætemur bonis rebus, doleamusque contrarijs. Recta eſt enim hæc educatio. Iam uerò ſi in actionibus & perturbationibus uerſantur uirtutes; omnẽ autem

tem perturbationem actionemque omnem ſe-
quirur noluptss aut dolor: ob eã cerrè cauſam
uirtus in uoluptatibus dolotibusque uerſatur.
Hoe etiam ſupplicia, quæ ob eas ſumuntur, in-
dicant: medicinæ enim quædam ſunt. At cura-
tiones ex diſsimilibus contratijsque rebos ſo-
lent effici. Præterea habitus omnis animi, quẽ-
admodum ſuprà dixi, quibus in rebus poſitum
eſt, ut melior uel deterior gignantur, in ijs uim
ſuam omnem obriner. A uoluptatibus aurem
& dolotibus habitus uitioſi naſcuntur: propte
rea quòd ea quis ſequatur aut cauear, uel quæ
facienda fugiendaque non ſinr, uel quando, uel
quomodo facienda non ſint & cauenda, quæq;
ſunr eiuſdem genetis, quæ ratio pręſcribat. Ira-
que uirtutes, uacuitates quaſdam perrurbatio-
num, trãquillitatesque animi definiunt. Haud
probè quidẽ, quòd omnino dicant, nee adiun-
ganr quomodo decet, aut quomodo oon de-
cet, & quando, & cærera omnia quæ addũrur.
Ergo hoe præponitur, uirtutem quæ in boe ge
nere eſt, in uolupratibus dolotibusque uerſari,
in eaq; ad res oprimas gerendas ineſſe momen
ta maxima: in uitio, conrrà. Quod ex eo eriam
perſpici poreſt, quia cũ tria ſinr quæ ſequimur,
& rria quæ declinamus, honeſtum, urile, iucun
dum: & tria quæ ſuperioribus cotraria ſinr, tur
pe, inutile, moleſtum: cùm in ijs omnibus uir
bonus rectè ſe gerir, & improbus præpoſterè,
tum uel maximè iu uolupratibus. Nam & com
munis eſt animanrium omoium, & ea omuia
conſequitur, quæ ſub appetitionẽ cadunt. Et-
enim quicquid houeſtũ, quicquid utile, id om-
ne iucundum. Prærerea quoniam unà nobiſcũ
iam iode ab incunabulis educata eſt, difficile fa
ctu eſt hanc perrurbationem euellere omnino,
quæ penirus in uita implicata inſidet. Atque e-
tiam actiones factaque noſtra dirigimus uolu-
ptate & dolore, alij minus, alij magis. Ob eam
igitur caoſam neceſſe eſt in his uerſari hoc no-
ſtrum inſtitutum. Non enim in eo parua mo-
menta ſunt ad officia & actiones, ſi quis rectè
aut improbè lærerur aut doleat. Prærerea diffi-
cilius eſt, ut air Heraclitus, uolupraci obſiſtere,
quàm iracundiæ. Ar ſemper ut quicque habet
difficulratis & oegotij plurimum, ita in eo po-
tiſsimum ars omnis uirrusque uerſatur. Quod
enim undique perfectum abſolutumque eſt,
id ibi maiorẽ obtinet & ſplendorem & digni-
tatem. Quare ob eam etiam cauſam ur cõſiſtat
neeeſſe eſt in dolore ae uolupraте omnis quæ
de moribus & cioili ratione inſtituirur diſputa
tio. Nam qui his rectè utetur, is uir bonus: qui
peruerſe, improbus futurus eſt. Atque hoe qui-
dem iam confectum eſt, uirtutem in uolupra-
tibus dolotibusque uerſari: & quibus ex rebus
gignitur, ab ijs & augeri eam & interire, ſi eodẽ
modo non fiant: eandẽ à quibus rebus nata ſit,
in ijs munus ſuum & officium exequi.

NIHIL EX VIRTVTE GERI,
niſi ab eo qui ſciens, uolens, atq; animo ſtabili agit: quod quidem non diſputando, ſed agendo comparatur. Cap. IIII.

QVęrer aurem aliquis, quid ſit cur dicamus
res iuſtas agendo, iuſtos: & modeſtas, tẽ-

A perantes exiſtere oportere: præſertim cũ ſi res
agant iuſtas, ſi modeſtas, iuſti iam ſint ac tem-
perantes? Vt ſi qui grammatici muſiciq; muoe
re fuogantur, ij grammatici ſint & muſici neceſ
ſe eſt. An ne in artibus quidem ita ſir? fieri enim
poreſt, ur quis quid præſter eorum quæ gram-
matici arte cõtiuenrur, & forruito, & alio ſubij
cienre. Ergo tum denique grammaricus erit, &
ſi quid eorum quæ grammatici propria ſunr,
& ſi grammaticè facier, boc eſt, ſi ab ea quæ in
eo ineſt arre grammatica proficiſcatur. Iam ar-
tium ac uirtutum non eſt eadem ratio, propte-
rea quòd quæ ab artibus proficiſcuntur, quo-
niã laus omnis & præſtantia incluſa in ijs ipſis
eſt, ſatis ſit ea certo qoodã genere effici. Ar ue-
rò quæ uirtute getuotur, non ſi ea quodam mo
do affecta ſinr, continuo iuſtè temperaréue ef-
ficiuntur: ſed ſi is eriam qui faciat, quodammo
do ſit affectus. primùm, ſi ſciens. deiode ſi uo-
lens & ultro, idq; eotum cauſa. tertiò, ſi firmo
& ſtabili animo faciat. Quotum præter ſcien-
tiam nihil arribus renendis percipiendisq; re-
quiritur. Ad uirtures uerò, cum ſcientia parum
aut nihil ualet, rum non patua, ſed omnia mo-
menra ſunr in cæteris. utpote quæ conſuetudi
ne iuſtè moderateque uiuendi comparantur.
Ergo tum denique res iuſtę ac modeſtæ dicun
tur, cum eiuſmodi ſunr, quales uiri iuſti, tempe
ranresque agerent. Iuſtus aurem & modeſtus
is demum eſt, nõ qui eas res gerat omnino, ſed
qui ita gerar ur iuſti & frugales faciunt. Hoc er
go uerè dicunt ex rectè remperareque acta ui-
B ta iuſtos moderatosque uiros effici. Quam ui-
ram qui non traducar, is nunquam eſt fututus
bonus. Sed plerique eum hæc oon faciant, ita
denique ſe & probos fore & philoſophaturos
purant, ſi ad uerba confugianr. Ii ſimile aliquid
faciunt quod ægroti, qui medicos illi quidem
libenter sudiunt ac diligenter, ſed nihil eorum
quæ pręſcripta ſunt faciunt. Quemadmodom
igitur illis ounquam bene habiturum eſt cor-
pus qui ira curanrur: ſic nec his animus, qui iſto
modo philoſophentur.

VIRTVTES HABITVS ESSE,
probat enumeratione trium quæ ſunt in animo facultatum. Cap. V.

HIs expoſitis deinceps uidẽdum eſt, quid
ſit uirtus. Quoniã igitur tria ſunr in ani-
mo, perturbationes, facultates, habitus,
ex his tribus unũ aliquid ſit uirtus neceſſe eſt.
Perturbationes aurem appello, ur cupiditatẽ,
ut iram, ut excandeſcenriam, timorem, auda-
ciam, ut inuidiam, gaudiũ, amicitiam, ut odiũ,
deſiderium, æmulationem, miſericordiam, &
omnioo ea omnia, quę nel uoluptas cooſequi-
tur uel dolor. Facultares autem, quibus ad per-
turbationes accipiendas apti ſumus, dicimus,
ut per quas uel iraſci poſſumus, uel dolere, uel
miſereri. Habitus uerò ſunt, quibus probè uel
malè affecti ſumus in perturbatiomibus: uelut
cum iraſcimur, ſi oehemẽtius, uel parum, malè:
ſin medioctiter, bene affecti ſumus: itemque in
cæteris. Ac perturbationes quidem nec oirtu-
tes ſunr oec uitia, propterea quòd ex perturba
tionibus nec probi nee improbi nominamur:

ex uirtutib. & uitijs nominamur, quodq; perturbariones nobis nec laudi dantur, nec uitio. Nec enim qui timet laudarur, aut qui iraſcitur: nec qui omnino iraſcirut, uituperatur, ſed qui cetto quodam modo. At uerò propter uittutes & uitia iure laudamut, aut uitoperamur. Iã iraſcimut & timemus incõſulto: uirtutes aut ipſa cõſilia ſunt, aut res geſtæ conſilio. At hæc, perturbationib. moueri dicimur: uirtutibus & uitijs nõ moueri, ſed quodãmodo aſfici dicimur: ob eaſq; cauſas ne faculrates quidẽ ſunt. Neq; enim eo uel boni dicimur aut mali, qoòd omnino agere poſſumus, uel laudamut, uel uituperamur. Prætetea facultate prædiri ſumus natura, boni uel improbi non ſumus, quod ſuprà oſtẽdimus. Quòd ſi nec perturbaciones ſunt uirtutes, nec facultatea, relinquitut ut ſint habitus. Ac uirtutis qnidẽ quod ſit genus, dictũ eſt.

VIRTVTES ESSE HABITVS *bonot, & mediocritates: tum de duplici mediocritate.* Cap. VI.

DIcendum eſt autem nõ ſolum habitus eſſe uirrutes, ſed etiam quales ſint. Hoc igitur confitendum eſt, uirtutem omnem, in quo ipſa ſit, eum probè affectum reddete, officiumque ac munus eius ptobè exequi. Vt uirtus oculi & ipſum oculum integtum efficir, & munus eius perfectũ. uirrute enim oculi ptobè cernimus. Itemq; uirtus equi, equum generoſum efficit, & ad cutſum aptum, & ad uehendũ eum qui inſideat, ad expectandosq; hoſtes idoneum. Quod ſi ita eſt in omnibos, certè hominis uirtus habirus erit, quo & bonus homo efficitur, & officio ſuo ac munere ptobè fungirur. Hoc quemadmodum futurum ſit, & iam diximus, & nunc ita deniq; perſpici poterit, ſi qualis eius ſit natuta, etiam atq; etiam conſiderabimus. Licet quidem in omni natura cohæiente & continuara, quæq; ſecari poteſt & diuidi, & quod præſtat, notare, & quod ſuperatut, & quod æquale eſt: idq; uel pro rei natura uel habita ratione noſtri. Aequale autem dicitur id quod medium eſt inter rem quæ præſtar, & eã quæ uincitur. Rei autem medium appello id, quod æquè abeſt ab uttaq; extremitate: idque apud omnes unum idemq; ualet & efficit. Noſtra autem ratione id mediũ eſt, quod nec tranſit modum, nec deſerit, nec unum idemq; apud omnes ualet. Vt ſi decem nimiom multa ſunt, duo nõ ſatis, capiant ſex pto rei medio. Aequè enim ſupetant atque ſuperantut. Hoc autẽ medium à proportione arithmetica ducitur. At quod nobis medium eſt, non ita ſumitur. Non enim ſi cui decẽ minas edete nimium ſit, duas patum, ſex minas magiſter ludi præſcripſerit. Eſt enim hoc fortaſſe nimium uel parum ei qui capiat, ut Miloni patum, tyroni nimium. Eadẽ eſt & curſus ratio & luctæ. Ita nimium & parũ artifices omnes uitant, mediocritatem & exquirunt, & perſequuntur: ac mediocritatẽ non rei quidem, ſed quæ à nobis ducitur. Quòd ſi ars omnia & ſcientia ita deniq; præclarè ſuum munus exequitur & abſoluit, ſi mediocritatem intuetur, ad eamq; ſua opera omnia refert (hinc ſolent de operibus ijs quæ perfecta ſunt & abA ſoluta prædicare, nec ijs detrahi quicquam nec addi poſſe, quia nimium & parũ omnem præſtantiam laudemq; attis labefactet, conſeruetq; mediocritas) clati autem artifices eò, ut dixi opera ſua referũt: & ut natura, ſic certior eſt dux uirtus, præſtantiorque quàm ars omnis: profectò mediocritatis ea ſit indagatrix neceſſe eſt. De ea loquor, quæ uoluntate ac mõre ſuſcipitur, quæ in perturbationibus actionibusq; conſiſtit, In quibus, & nimiũ, & parum, & mediocritas: ut & timere, & confidere, & concupiſcere, & iraſci, & miſereri, & omnino gaudere, & dolere poſſumus & nimium, & parum: quorũ utrunque non rectè fit. At uerò quando, in quibus, & in quos decet, cuiuſq; rei cauſa, & quomodo ęquum eſt hæc facere omnia, perfectum quiddam eſt ac optimum: quod quidem in uirtute ſitum eſt. Itemque in actionibus & officijs nimium, & parum uerſantur, & mediocritas. At uirtus in perturbationibus, actionibusque connectitur: in quibus & nimium, & parum in uitio eſt: mediocritas in laude, & rectè factis. quæ duo uirtutis ſunt maximè propria. Eſt igitur mediocritas quædam uirtus, cum medij & perfecti ſit indagatrix. Iam peccare licet multis modis, quoniam ut Pythagorei conijciebant, malum infinitum incertumq; eſt, bonum certum atque finitum. At uerò rectè facere uno modo licet. Itaque illud facile, hoc difficile eſt. Nam & à ſigno diſcedere facilè eſt, & ipſum attingere, magni negotij. Ob eamque cauſam nimium & parum in uitio eſt, mediocritas in uir-
B tute. Etenim eſt ſimplex uirtus, omnigenum uitium. Eſt igitur uirtus, habitus animi iudicio ſuſceptus, in mediocritate poſitus, ea quæ nos attingit, ratione que ſic definita ut prudens pręſcripſerit. Mediocritas autem duorum uitiorum eſt: quorum alterum e o quod ſuperat, alterum eo quod parum eſt, cernitur. Itemq; ob id, quòd alia uitia in perturbarionibus & actionibus decorum modumque tranſeant, alia ab eo deficiant: in quibus uirtus & inuenit, & ſeruat mediocritatem. Quocirca uirtus natura ſua & definitione, qua quid ſit explicatur, mediocritas intelligitur: rei uerò optimæ perfectæq; ratione, extremitas. Sed non omni actioni & perturbationi modus adhiberi, & apponi poteſt. Sunt enim quædam quæ ſtatim nomine ſuo uitioſa declarari uidẽtur, ut maleuolentia, ut impudentia, ut inuidia: & in factis, ut adulterium, furtũ, cædes. Hæc enim omnia, quæq; ſunt eiuſdem generis, ipſa per ſe uitioſa dicuntur: non eorum immenſi nimium aut parum magni progreſſus. Nunquam igitur in rectè factis eſſe hæc poſſunt, ſed ſunt ſemper in uitio: nec in his talibus illud rectè, aut non rectè uerſatur, adulterando, uel quando, uel quemadmodum opus eſt: ſed abſolutè quiduis eorum facere, uitioſum eſt. Perinde igitur eſt, ac ſi quis moderatam iniuſtitiam, moderatam ignauiã, moderatam Intemperantiã quærat, & immoderatas eas, & nimium paruas. Nam iſto quidẽ modo, & ei quod modum tranſit, eumque deſerit, modum apponere licebit: & ei quod ultra modum progreditur, id quod modum ſuperat: & ei quod parum eſt, id quod parum eſt.

Vt igitur temperantiæ, & fortitudinis, nec nimium eſt, nec parum, propterea quòd mediocritas quodammodo in ſummo ſita eſt: ſic iſtorum modus nullus eſt, nec nimium, nec parũ, ſed ut quicque geſtum eſt, ita eſt in uitio. Omnino enim nec eius quod nimium eſt, & parum modus ullus eſt, nec mediocritatis nimium & parum.

TREDECIM VIRTVTVM

enumeratio, ſubiectum, extrema.

Caput VII.

HAec autẽ non ſolum de genere toto uirtutum dicenda ſunt, ſed ad ſingulas etiã cõuenit accommodare. Omnium enim diſputationum, quæ de actionibus officijsque inſtituuntur, ea quæ ad genus uniuerſum accommodantur, latiſsime patent: quæ autem ad partes, ad ueritatem propius accedunt. In ſingulis enim rebus actiones & officia uerſantur, quibus debet reſpondere oratio. Hæc igitur ex ſubiecta ſunt deſcriptione capienda. Ac in metu quidem & confidentia, fortitudo mediocritas eſt. Eorum autem qui modum tranſeunt, qui timoris quidem uacuitate exuperat, uacat nomine. (Sunt autem multa uacantia nomine:) qui autem confidentia impulſus, modum egreditur, audax confidensque nominatur. At qui nimium timet, parumque confidit, ignauus dicitur. In uoluptatibus autem & doloribus non omnibus quidem, ſed ad corpus pertinentibus, ijsque potiſsimum quæ tactu percipiuntur, minus etiam in doloribus, modus eſt, temperantia: nimium, intemperantia. Qui porrò à uoluptatibus nimium abhorreãt, non admodum multi reperiuntur, ut ne nomẽ quidem habuerint. Appellentur ſanè omnis ſenſus expertes & ſtupidi. Iam in dandis accipiendisq; pecunijs mediocritas, liberalitas dicitur: quæ modum tranſit, prodigalitas: quæ ab eo deficit auaritia, & illiberalitas. Contrarioque modo in ijs ultra modum progrediuntur, ab eoq; deficiunt. Prodigus enim largiendo modũ tranſit, & accipiendo abeſt ab eodẽ. At uerò auarus in accipiẽdo nimius eſt, in dando parcus. Atque hæc quidem nunc populariter ac ſummatim exponimus, hoc ipſo contenti, pòſt diſſeremus ſubtilius. Verſantur etiam in pecunijs aliæ affectiones, quarum mediocritas magnificentia nominatur. Nam inter magnificum & liberalem hoc intereſt, quòd ille in magnis, hic in paruis cernitur. Nimium, ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, nimium luxum & profuſam largitionem uocare poſſumus: parum, μικροπρέπεια dicitur, ſordes appellare poſſumus, differuntque ab ijs quæ ſunt liberalitatis. Quid autem differant, poſterius docebimus. Porrò in honore & infamia mediocritas, magnitudo animi appellatur: exuperantia, elatio animi: defectio, paruus puſillusque animus. Quam autem rationem liberalitatem ad magnificentiã habere docuimus, paruis differentem, eandem habet ad magnitudinem animi quæ in magnis honoribus uerſatur, alia quæ in paruo honore cernitur. Licet enim & ut decet honorem gloriamque expetere, & nimium & parum. Qui

A nimia cupiditate ducitur gloriæ, is ambitioſus: qui non ſatis, uacuus ab honoris cupiditate appellatur: at qui modum tenet, uacat nomine. Atque etiam affectionibus nullum nomen impoſitum eſt, niſi quòd ambirioſi affectio uocatur ambitio. Hinc extremi de uacua regione, quæ intra fines eorum quaſi media locata eſt, iudicio diſceptant: eſtq; cum nos eum qui modum tenet, ambitioſum: eſt cum eundem, abhorrentem ab omni honore nominemus. Atq; aliàs ambitioſum laudamus, aliàs eum qui nullo honoris ſtudio tenetur. Quod quam ob rem faciamus, deinceps explicabimus. Nunc noſtro more diſſeramus de cæteris. Atq; etiam in ira exuperãtia eſt, defectio, & mediocritas. Cumq; eorum non ferè extent nomina, eum qui modum tenet, clementem, & mediocritatem clementiam manſuetudinemq; nominamus. Extremorum is qui ultra modũ progreditur, iracundus, & uitium iracundia appellatur. Qui autem parum iraſcitur, lentus, uitium lentitudo dicitur. Sunt etiam tres aliæ mediocritates, finitimæ omnino, ſed tamen inter ſe differunt aliquid. Nam cum in ſermonum actionumq; ſocietate uerſentur, hoc tamen differunt, quòd una in ueritate, aliæ duæ in uitæ iucunditate cernuntur. Atqui huius quidem iucunditatis pars altera iocis tribuitur, altera omnibus rebus ijs quæ uitam attingunt humanam. Quamobrem de his etiam nobis dicendum eſt, quo facilius in omnibus ferè rebus mediocritatem eſſe laudabilẽ perſpiciamus, & extrema nec recta, nec laudãda, quin etiam uituperanda. Et quanquã

B permulta ſint eorum uacantia nomine, tamen danda opera eſt, ut ijs ſicut alijs nomina imponamus, quò & res dilucidior ſit, & nos facilius cõſentanea dicamus. Igitur in ueritate qui modum adhibet, uerax, & habitus ueritas dicitur. Simulatio ſi in maius progrediatur, arrogantia: & qui eam habet, arrogans: ſin ſua nimium extenuet, ipſa affectio diſsimulationis: & qui ea præditus eſt, diſsimulatoris nomine, & crimine notandus. In iucunditate porrò quæ ad iocum accommodatur qui modum quendam adhibet, is feſtiuus, ſeu urbanus habendus eſt, & affectio urbanitas & feſtiuitas: at quæ modũ egreditur, ſcurrilitas, & in quo ipſa ineſt, ſcurra dicitur. Qui uerò omnino à iocis abhorret, is agreſtis & ruſticus, affectio ipſa ruſticitas habenda eſt. Quod autem attinet ad reliquam iucunditatem, eam quæ in uita adhibetur, qui ita ſe iucundum præbet, ut ratio poſtulat, is facilis, comis & affabilis, & mediocritas facilitas dicitur. Qui modũ egreditur, ſi nulla cauſa ductus, nimium facilis & obſequens: ſin emolumenti ſui cauſa, aſſentator habẽdus eſt. At qui omnino abhorret, diſceditq; à modo & ratione, ſeq; triſtem rebus omnibus præbet, is moroſus & difficilis putandus eſt. Atque etiam in perturbationibus, ijsque rebus omnibus, quæ in perturbationibus uerſantur, mediocritates reperiuntur. Verecundia enim non eſt illa quidem uirtus, attamẽ qui pudore afficitur, uerè laudari ſolet. Nã his in rebus alius modũ apponit, alius eum tranſit: ut pauidus, qui omni ex re pudore afficitur: tertius, qui à modo deficit, nullaq; ex

re omnino pudore afficitur, impudens: qui au- A tem modum adhibet, is pudens & uerecundus dicitur. Indignatio uerò mediocritas eſt inuidiæ & maleuolentiæ. Cernuntur autem in ijs ægritudinibus & uoluptatibus omnibus, quæ ob eas res ſuſcipiuntur, quæ proximis eueniũt. Qui enim indignatur, is dolet illorũ rebus ſecundis, qui iniuria ijs fruuntur. Inuidus hunc uincẽs dolet rebus omnibus. At maleuolus tantum abeſt ab eo ut doleat, ut etiam capiat uoluptatem. Sed de his quidem alius eſt mihi ad dicendum conſtitutus locus. De iuſtitia autem quando non uno modo dicitur, deinceps diuiſione adhibita, quemadmodum mediocritates utræq; ſint, diſſeremus, itemque de uirtutibus quæ rationi attributæ ſunt.

DE EXTREMORVM INTER *ſe, & cum medijs, hoc eſt uirtutibus pugna.* *Cap.* VIII.

CVm autem tres ſint affectiones, duæ uitioſæ, quarum una immoderara eſt, altera modo deeſt, & una uirtus in mediocritate poſita, ſunt illæ omnes inter ſe quodámodo cõtrariæ. Nam extremæ & mediæ affectioni ſunt, & inter ſe cõtrariæ, & media extremis. Quemadmodũ enim ſi id quod æquale eſt cũ re minore comparetur, maius eſt: ſin cum maiore, minus: ſic medij habitus, ſi cũ ijs qui abſunt à modo, cõferantur, ſuperant: ſi cum ijs qui modum tranſeunt, deficiunt, & in perturbationibus, & in actionibus. Fortis enim ſi cũ ignauo cooferatur, audax & fidens: ſi cum audaci uiro, B ignauus timidusq; uideatur. Itemq; tẽperans, ſi cum homine ſtupido, intemperans: ſi cõ intemperãte, nullius ſenſus uidebitur particeps. Et liberalis cum auaro comparatus, prodigus: cũ prodigo, auarus habebitur. Ideoq; declinant à ſe, ac protrudunt extremi medium, uterq; ad alterum: appellantq; fortem uirum, audax quidem ignauum, ignauus audacem. Eademq; eſt ratio cæterorum. Hæc cum ita ſint inter ſe contraria, maior quędam extremorum inter ipſos, quàm cũ medio repugnantia eſt: quandoquidẽ longius abſunt alter ab altero, quàm uterque à medio, quemadmodum res magna à parua lõgius abeſt, & parua à magna, quàm utraque ab æquali. Iam quædam extrema ad medium uidentur quadam ſimilitudine accedere, ut audacia ad fortitudinem, effuſio ad liberalitatẽ. Extremis autem inter ipſos diſsimilitudo maxima eſt. At ea quæ plurimum differunt, contraria definiuntur. Ita fit, ut magis etiã inter ſe contraria ſint, quæ plus diſtant. Medio autẽ in nõnullis repugnat magis parum, in quibuſdã nimium. Vt magis eſt fortitudini contraria, non audacia quidem quę modum tranſit: ſed ignauia, quæ à modo & ratione deficit. Et tẽperantiæ non ſtupor & ſtoliditas, cũ ſit defectio: ſed intempetãria, quæ exuperantia eſt. Id quod ob duas cauſas accidit: una, quæ ex rei ipſius natura ducitur. Nã quia propius eſt atq; ſimilius alterum extremũ medio, idcirco non ipſum, ſed contrarium magis opponimus. Veluti quoniã ſimilior eſt, ac uicinior audacia fortitudini, diſſimilior ignauia, ideo hanc magis opponimus. Quæ enim plus abſunt à medio, eadem ipſi magis repugnant. Atq; hæc quidẽ cauſa ex rei natura ſumpta eſt: à nobis ducta eſt altera. Nam quas ad res ſumus procliuiores natura, eæ ſunt medio magis cõtrariæ: ut quia propenſiores ſumus ad uoluptates natura, idcirco ad intemperãtiam ſumus, quàm ad modeſtiam procliuiores. Quapropter ea magis cõtraria dicimus, ad quæ maior eſt acceſsio: ob eamq; cauſam magis eſt intemperantia, quæ exuperantia eſt, contraria temperantiæ.

VIRTVTIS ITER TENERE *difficillimum, propterea quòd inter uitia media uerſetur: tum qua ratione medium tenere poßimus.* *Cap.* IX.

SAtis dictũ eſſe arbitror, uirtutem eam quæ more ac uoluntate ſuſcipitur, eſſe mediocritatem, quoq; modo eſſet: ac mediocritatem quidem eſſe inter duo uitia, id eſt, nimium & parũ: eamq; talem eſſe, propterea quòd indagatrix eſſet modi eius, qui in perturbationibus actionibusq; reperiretur. Quocirca difficilè eſt in uirtute excellere. Nec enim quicquam difficilius, quàm reperire in omni re mediũ. Vt circuli medium non cuiuslibet eſt, ſed periti tantummodo reperire. Itemq; iraſci quiuis poteſt, largiri pecunias, ſumptusq; facere, idq; facilè: at uerò iraſci, & largiri pecuniam cui rectum eſt, & quantum, quando, qua de cauſa, quoq; modo iraſcendum dandumq; eſt, nec cuiuſuis eſt, nec facilè. Quapropter omnia pręclara, rara, lau- B dabilia, & pulchra. Quare omnes qui mediocritatem inueſtigant & exquirunt, primùm ab eo debent quod magis ei contrarium eſt diſcedere: quemadmodum Calypſo monebat,

Tu procul à fumoq; regas, undisq; carinam.

Extremorum enim alterum grauius peccatum eſt, leuius alterum. Quoniã igitur modum tenere difficillimũ eſt, ſecunda (ut aiunt) nauigatione minimum malum eſt eligendum. Quod fiet ea potiſsimum ratione, quam docebamus. Videndum eſt etiam diligenter, quæ ad uitia ſimus procliuiores. Alij enim ad alia natura procliues ſumus. Quod facilè ex ea uoluptate & ægritudine quæ nobis accidit, intelligemus. Se autem quiſq; ab ea in cõtrariam partem debet deducere. Longè enim à delinquendo abducti, ueniemus ad mediocritatem. Quod quidem faciunt ij qui ligna contorta in rectũ dirigunt. In omni autem negotio cùm id omne quod uoluptatem efficit, tum uel maximè uitanda uoluptas eſt: quippe de qua non ueniamus incorrupti ad iudicandum. Quocirca quo animo ſenes illi erga Helenen affecti fuerũt, eodem nos eſſe debemus erga uoluptatẽ, ad omnemq; rationẽ illorũ uox accõmodanda eſt. ſic enim dimiſſa illa & abiecta minus aberrabimus. Vt ergo rẽ in pauca conferã, hęc ſi facimus, facillimè poterimus & cõſequi & ſeruare mediocritatẽ. Arduũ hoc profectò, pręſertim in reb. ſingulis. Neq; enim facilè eſt explicare oratione, quonã modo, quib. hominibus, quib. de cauſis, & quã diu ſit iraſcendũ. Nos enim interdũ homines eos q minus ſuccenſent quàm deceat, laudamus, clemẽteſq; appellamus: interdũ iracũdos uiros dicimus.

mos. Sed qoi paulum aliquid decorum egreditur, nõ eſt in uitio. Qui autem longius euagatur, is quoniam mioimè latere poteſt, non caret reprehenſione. Atq; is qui uituperandus eſt, quatenus, quaotumque ſit, non eſt facilè oratione conſequi, nec quicquam eorum quæ ſub ſenſum cadũt: quippe cũ in rebus ſiogulis cõſiſtant hæc omnia, & omne de his rebus ſenſus ſit iudicium. Ergo iam hoc quidẽ perſpicunm eſt, perfectum & medium habitum io tebus omnibus eſſe laudabilem: deflectendumque eſſe nunc ad id quod nimium eſt, nunc ad id quod parum. Sic enim quod rectum perfectumq; ſit, id nos facillimè eſſe cooſecuturos.

IN LIBRVM TERTIVM Ethicorum Ariſtotelis, Analyſis.

In caput 1. *CVm uirtus moralis ſit habitus electiuus, iam Ariſtoteles electionẽ interpretatur, oſtendens electionẽ fieri uoluntarium antea deliberatum. Voluntarium autem cognoſcitur ex inuoluntario. Inuoluntarium ponitur duplex: unum uiolentum, alterum propter ignorantiam. Violentum dicitur, cuius cauſa eſt extrinſeca, ad quã nihil confert agens aut patiens, ut ſi nauis ad ſcopulum à uentis impellatur. Non autem uiolentum aut inuoluntariũ prorſus eſt, quod fit maioris mali uitandi, aut honeſtatis colendæ gratia, ut ſi quis ſe obijcit periculo ad liberos tuẽdos, aut bona ſua eijcit in mare, metuens naufragium: id quidem factum eſt mixtum, quia nemo ſimpliciter, id eſt, abſque talibus conditionibus periculo ſe exponeret, aut bona proijceret in mare, ſed tamen magis uoluntarium, quàm inuoluntarium iudicandum eſt. Probatio. Vtrum aliquid factum ſit uoluntarium nec ne, iudicari debet ex eo tempore, quo factum eſt. Eo tempore, quo naufragium metuitur, à uolentibus exoneratur nauis, ergo iſtud factũ potius eſt uoluntarium. Maioris probatio. Quia omne factum aut actio dependet ex temporum conditione. Minoris probatio. Quia liberum eſt, eijcere bona, uel non eijcere. Non enim aſſiſtit alius, qui manu per uim abrepta, admoueat eam bonis eijciendis. Huiuſmodi mixtarum actionum magna uarietas reperitur. Nam qui grauia ſuſtinent ob res præclaras, meritò laudantur, ut Regulus captus à Pœnis: qui contrà faciunt, uituperantur. Aliquando uenia cõceditur ei, qui nonnihil peccauit magnitudine doloris ſuperatus, quem uel fortiſſimus uix perferret. Sũt tamẽ, ob quæ ſanguis potius fundi debet, quàm ad ea perpetranda nos cogi permittamus. Sciendum etiam ea, quæ facimus propter uoluptatem aut honeſtatem, non eſſe uio-*
I. *lenta. Probat Philoſophus V argumentis. Quia inde ſe-*
queretur, omnia eſſe uiolenta, cum omnes omnia faciamus
II. *propter iſta duo. Violenta & inuoluntaria fiunt cum mo-*
leſtia, quæ propter iucundum & honeſtum cum uolupta-
III. *te fiunt. Ridiculum eſt, extrinſecam cauſam accuſare, &*
non teipſum, qui facilè ab ea caperis, & cui facilè das lo-
IIII. *cum. Ridiculum etiam, quòd te dicis cauſam honeſtorum*
factorum, inhoneſtorum uerò cauſam dicis non te, ſed uo-
V. *luptatem. Propoſitum conſtat ex definitione uiolenti.*

A *Altera ſpecies inuoluntarij dicitur, quãdo fit aliquid propter ignorantiam ſingularium rerum, id eſt, circumſtantiarum, & præcipuè duarum circumſtantiarum, quid & cur, ſi inſuper factum dolorem affert, & illius pœnitet eũ, à quo factum eſt: ut cum ægrotus à pharmaco, quod medicus ſalutare putabat, extinguitur, hæc medici propinatio iudicatur inuoluntaria. Ceterùm, quod per ignorantiam feciſti, cuius te non pœnitet, nec uolens feciſti, quia per ignorantiam: nec tamen inuitus, quia non triſtaris ob factum. Dicaris igitur id feciſſe non uolens, ſicut adoleſcens, cum per ignorantiam petijſſet nouercam lapide, quem in canem latrantem erat proiecturus, nihil triſtabatur. dicebat enim, Ne ſic quidem malè. Porrò, quòd aliquis propter ignorãtiam facit, diſtingui debet ab eo, quod facis ignorans. Ignorans peccat ebrius, iratus, aut alio affectu laborans, ſimiliter omnis malus, at non propter ignorantiam peccat. Hoc eſt, ebrietatis, iræ, amoris, & omnis maliciæ comes eſt ignorantia, non autem cauſa. Nos uerò in definitione inuoluntarij, non loquimur de ignorantia comitante factum, ſed quando ignorantia eſt cauſa facti, qualis ignorantia non proficiſcitur ex electione, nec eſt rerum uniuerſalium, ut iuris naturalis, ſed ſingularium, in quibus conſiſtit actio. Ex prædictis intelligitur, quid ſit uoluntarium ſiue ſpontaneum, uidelicet, cuius cauſa eſt in ipſo ſciente ſingularia, in quibus actiones conſiſtunt, hoc eſt, quando nec uoluntas nec intellectus inter agendum impediuntur. Quòd autem ea, quæ propter iram aut cupiditatem, id eſt, omnis generis affectus fiunt, nequa-*
B *quam ſint inuoluntaria, probat Ariſtoteles ſequentibus*
argumentis. Si affectus eſſent inuoluntarij, tunc ea quæ à I.
pueris & brutis animalibus fiunt, omnia eſſent inuolun-
taria. Nam pueri & bruta, ſine ratione omnia agunt ſe-
cundum appetitum ſenſitiuum, id eſt, ſecundum affectus.
conſequens eſt falſum. Nam cum bruta & pueri ſua ſpon-
te & proprio ferantur, agunt uoluntariè: ergo quæ ex af-
fectibus fiunt, nemo pronunciare debet inuoluntaria. Con-
fitentur homines, honeſta fieri à ſe uolentibus: ergo con- II.
fiteantur etiam, quæ turpiter fiunt ex ira uel amore, uel
alio affectu, à uolentibus fieri. nam utrorumque cauſa eſt
ipſa hominis uoluntas. Abſurdum eſt inuoluntaria dice- III.
re, quæ decet agere. ad talia enim hortatur ratio uolun-
tatem. Decet interdum iraſci, & decet quædam expete-
re, ut ſanitatem & diſciplinam, ergo ne dicas affectus ſim-
pliciter eſſe inuoluntarios. Inuoluntaria ſunt moleſta, con- IIII.
cupiſcimus autem iucunda: quicquid igitur agis ex con-
cupiſcentia, non eſt inuoluntarium. Sicut ea, quæ conſul- V.
tò delinquuntur, fugienda ſunt: ita etiam quæ per iram
delinquuntur, ut æquè uoluntaria. Affectus ſunt huma- VI.
ni, quatenus fieri poſſunt rationales. Ex his oriuntur plu-
rimæ actiones hominum, ergo & actiones tales ſunt humanæ, ideoque uoluntariæ. nam ab homine regi & gubernari poſſunt. In caput 2. *Sequitur de electione, quæ nec eſt cupiditas nec ira, nec uoluntas, nec opinio: ſed uoluntarium præcedente deliberatione, quæ ſatis apertè confirmantur.* In caput 3. Deliberationis materia. *Deliberatio fit neque de neceſſarijs neque de naturalibus, neq; de fortuitis, neq; de omnibus humanis.*

nis,ſed de iјs rebus agendis,quæ uerſantur in noſtra pote-
ſtate. Vnde ſimul intelligitur nõ deliberari de iјs, quorum
ſcientia eſt certa, ſicut characteres, quibus literas expri-
mimus,certi habentur:ſed de artibus præſertim minus ex-
actis, ut de ratione medendi, lucrandi pecuniam,& reli-
quis. Porrò deliberatur non de fine, ut ſanitate,uictoria,
ſed de iјs,per quæ commodiſſimè conſequamur finem: qui
ſanè primus eſt ſemper intẽtione, & ultimus in executio-
ne,quemadmodum fit in ordine reſolutiuo,quo artes inue
niuntur.Probatio. Deliberatur de actionibus,quæ ſunt in
noſtra poteſtate. Actiones iſtæ ſunt ad finem ſeu propter
finem, ergo & deliberatur non de fine,ſed iјs, quæ perti-
nent ad finem. Neq; deliberatur de ſingularibus, ut num
hic panis ſit bene coctus,talia enim à ſenſibus,non ab intel
lectu iudicantur. Poſtremò ſciendum, id quod deliberatur
idem eſſe,quod eligitur,niſi quòd hoc eſt definitum & de-
cretum. Nam id electum dicitur,quod poſt deliberationẽ
Electionis definitio. *alijs præferimus. Electio igitur, eſt deliberatiua expetitio*
eorum,quæ uerſantur in noſtra poteſtate. Cum delibe
In caput 4. *ratio fiat de iјs,quibus adipiſcimur finem ſeu bonũ,ſequi-*
tur de animæ potentia,cuius obiectum eſt finis ſeu bonum.
Hæc dicitur uoluntas,de qua duæ falſæ opiniones refutan
tur, & mox uera ſententia ſubijcitur ab Ariſtotele, quòd
omnes homines uelint bonum, uirtute quidem præditi,ue
rè bonum:malitioſi uerò,bonũ apparens & temerè quid-
uis. Quemadmodum enim ſanus oculus uerè cernit,uitio-
B *ſus autem cæcutit & hallucinatur,ita etiam improbus ho-*
mo peccat, dum uult uoluptates tanquam bonum, fugitq́;
In caput 5. Virtutẽ efficiens. *laborem uelut ſemper malum.* Hinc intelligitur uirtutũ
& uitiorum cauſa in nobis eſſe, hoc eſt, uirtutes & uitia
eſſe uoluntaria & in noſtra poteſtate. Probationes. Ele-
1 *ctio eſt uoluntaria,& earũ rerum,quæ ſunt in noſtra po-*
teſtate.Virtutes & uitia proficiſcuntur ex electione.Ma-
ior conſtat ex definitione electionis, hæc enim includit uo
luntatem & deliberationem earum rerum, quæ ſunt pe-
2 *nes nos ad præfixum finem conſequendum. Quorũ actio-*
nes ſunt in noſtra poteſtate, eorum etiam habitus. Virtutũ
& uitiorũ actiones ſunt in noſtra poteſtate, ergo & ipſæ
uirtutes & uitia. Minorem explicat Ariſtoteles, ſi penes
nos eſt aliquid agere, nimirũ idem etiam non agere penes
nos eſt,& cõtrà.Similiter autẽ in exercitio uirtutũ & ui-
3 *tiorum.Si ciuiles uirtutes & uitia nullo modo eſſent in no*
ſtro arbitrio, legiſlatores non præmijs ornarent illas,neq;
punirent hæc, neq; ullus alium dehortaretur à ſceleribus.
Cõſequẽs eſt falſum, igitur antecedẽs,ſequela patet. Nemo
enim hortatur alium, ne eſuriat, quia fruſtra hortaretur.
Atq; ea, quæ præclarè geſsit aliquis uolens, honorantur,
nec puniuntur, niſi quæ præcauere debuit ac potuit. Ex
4 *crebris actionibus oriuntur habitus. Actionum uitioſarũ*
cauſa ſunt homines, ergo & uitioſorum habituum inde
5 *orientium.Patet iniuſtè uiuendo iniuſtos fieri,ergo ſubin-*
6 *de uiuens iniuſtè,iniuſtus euadit non inuitus.Si obijciat ali*
quis, eum qui conſecutus eſt uitioſum animi habitum, non
poſſe facilè,etiamſi uelit,ab ipſo liberari,ergo habitum il-
lum non eſſe uoluntarium, negare oportet cõſequentiam.
Cũ enim habitus initia,id eſt, actiones quibus acquirimus
A *habitum, prorſus uoluntariæ fuerint, & habitus dicetur*
uoluntarius.Vt ſi quis immodicè potando morbum ſibi cõ
ciliat, etiamſi non ſtatim quàm primùm noluerit, ab eodẽ
liberatur, nihilominus tamen morbus ille uoluntarius re-
ctè appellabitur. Idem alia ſimilitudine oſtenditur de lapi
de proiecto. Corporis morbi, qui reprehenditur, nos ipſi 7
cauſa ſumus: ergo & animi uitiorum, quæ reprehendun-
tur,nos ipſi cauſa ſumus.Obijciat alius,ſi imaginatio boni 8
eſt in nullius poteſtate, nec actiones uirtutum & uitiorũ
inde orientes ſunt in noſtra poteſtate. Antecedens aſtrui-
tur,quia unuſquiſq; iuxta animi ſui diſpoſitionem & ha-
bitum imaginatur, & expetit bona, iuſtus iuſtitiam, im-
probus uoluptates illicitas.Reſpondet Ariſtoteles ad pro-
bationem antecedentis poſiti, quòd ipſius habitus aliqua
cauſa nos ipſi ſimus, ideoq; & imaginationis ſeu iudicij,
quod ſequitur habitum. Si quis concedens uirtutes quidẽ, 9
ſed non uitia eſſe in noſtra poteſtate,obijciat.Notitiam ue
ri boni ſeu finis acquiri à ſolo naturali lumine,ergo caren
tes ipſo lumine peccare ignorantia: reſpondendum ad an-
tecedens,quæcunq; ſit cauſa conſtituendi finis,eandem eſſe
rationem in fine uirtutum & uitiorum,deinde etiã actio-
num, quæ tendunt ad utrunq; finem. Vnde ſi uirtus uolun-
taria, nimirum & uitia exiſtimanda uoluntaria. Conſtat
autem è ſecundo libro,nõ naturam ſolam,ſed nos ipſos eſſe
cauſas habituum bonorum & malorum,ſecundũ quos ima
ginamur,& iudicamus. In explicanda fortitudine pri- In caput 6.
B *mùm Ariſtoteles declarat ipſius obiectũ, quòd hæc uirtus*
uerſetur circa terribilia, non quidem omnia,ſed præcipuè
circa mortem, quam honeſtatis cauſa intrepidè ſubimus.
Exempli gratia, cum aliquis pro patriæ ſalute in prælio
ſuccumbit. Secundò, ipſius finem eſſe honeſtatem. ter- In caput 7.
tiò,ipſius definitionẽ,quòd fortis timendo,audendo & ſu-
ſtinendo rationem ducem ſequatur, & omnes circumſtan
tias rectiſſimè obſeruet honeſtatis cauſa.quartò, ipſius op
poſita, audaciam & timiditatem.quintò,ipſius collationẽ
cum uitijs oppoſitis.Simul autem ex præcedentibus patet,
eos qui ſibi mortem conſciſcunt,nõ eſſe fortes,ſed timidos.
Moriuntur enim non ob honeſtatem,ſed animi mollicіem,
qua moleſtiam aliquam deuorare & percoquere non poſ
ſunt. Non ergo laudanda mors Lucretiæ, Catonis & ſimi
lium. Veram fortitudinẽ diſcernit à quinq; generibus In caput 8.
falſæ fortitudinis. Non enim appellanda uera fortitudo,
quæ exercetur ob præmia, pœnas,experientiam, iram uel
alium affectum,ſpem uictoriæ,ignorantiam præſentis pe-
riculi. Cum ſuprà fortitudinis finem conſtituerit, iam In caput 9.
deſcribit eum eſſe iucundum, quamuis actiones, per quas
adipiſcimur finem,ualde crucient. Quemadmodum pugi-
lem corona plurimum delectat, ſed ea ſine multis mole-
ſtijs haudquaquam potitur. Poſtremò ueram fortitudi-
nem diſcernit à militari. Nam qui modico lucro uitã per-
mutat, licet bonus habeatur miles,non tamen fortis appel
lari debet. Fortis enim non niſi honeſtatis cauſa mortem
ſubit. Sicut fortitudinis, ita & temperantiæ obiecta In caput 10.
nobis communia ſunt cum brutis animalibus, ideo poſt il-
lam, ordine legitimo, de temperantia dicetur. Verſatur
hæc circa uoluptates & dolores, magis tamen uoluptates,
non

non quidem animi, ſed corporis, neque corporis omnes. A *Non enim uerſatur circa uoluptates, uiſus, auditus, olfactus, niſi per accidens: ſed guſtus & tactus, præcipuè uerò ipſius tactus, neque totius actus. excipiuntur enim uoluptates, quæ corporibus exercendis percipiuntur, ſed earum partium tactus, quarum uſus eſt in cibo, potu & conſuetudine amatorum.*

In caput II. *Ex his uoluptatibus aliæ communes ſeu naturales, aliæ ſingulis hominibus peculiares ſunt. Secundò, Ariſtoteles declarat exceſſum intemperantiæ circa prædictas uoluptates, unà cum uarijs circunſtantijs. tertiò, circa dolores, ubi ſimul hos diſcernit à doloribus ad fortitudinem pertinentibus. quartò defectum, ſicut prius exceſſum. quintò, mediū inter extrema, temperãtiam. Sextò, intemperantiam timiditati confert, argumentis aliquot probans, intemperantiam eſſe magis uoluntariam, & hoc nomine magis damnandam. Vltimò nomen ἀκολασίας declarat ſumptum eſſe à pueris. Sicut enim puer acolaſtus dicitur, qui pædagogi caſtigatione nihil emendatur, ſed ſuam cupiditatem explere pergit: ita intemperans dicitur acolaſtus, utpote ſuam cupiditatem non caſtigans, neq; coërcens ad præſcriptum rationis.*

ARISTOTELIS ETHICORVM, LIB. III.

DE RATIONE EARVM RErum *quæ uoluntate, & contra uoluntatem fiunt.* *Caput I.*

SED quonism nirtus in perturbationibus actionibusq; inhęret, ac in ijs rebus quæ uoluorate ſuſcipiuntur, laudi & uitio locus relinquitur: in non uoluntarijs, neniæ interdum, etism miſericordiæ: profectò explicanda uis eſt ratioq; earum rerum quæ & uoluntste, & contra uoluntatem fiuot, ijs præſertim, qui in uirtutis cognitione nerſantur: quæ explicatio conditoribus etiam legum ad honores decernendos, cooſtituendasq́ue pœnas, utilis eſt. Sunt igitur ea non uoluntaria, quæ ui fiunt, aut imprudentia: ui autem id fit, cuius cauſa ** principium extrinſecus eiuſmodi adhibetur, ad quod nihil adiumenti adferat is qui illud facit aut patitur. ut ſi quò nentus impulerit, aut potentes homines. At uerò quæ metu maiorum malorum, aut honeſti cauſa fiunt, uelut ſi quis tyrãnus qui io ſua poteſtate habeat parentes & liberos noſtros, proponat turpe aliquid faciendum, hac lege, ut ſi faciamus, incolumes ſint ac ſalui: ſin minus, interficiantur: utrum ſponte an inuiti faciamus, magna eſt quæſtio. Eadem eſt etiam ratio iacturarum, quæ fiũt cum tempeſtates oriuntur. Omnino enim uoluntate ſua nemo iaciat: ſalutis autem ſuæ ac cęterorum cauſa, omnes qui quidem ſana mente ſint. Sunt igitur mixtæ huiuſmodi actiones illæ quidem: ſed uoluntarijs ſimiliores. Animi enim iudicio fiunt tum cum geruntur. Atqui finis actionis, tẽporis conditioni ac rationi attribuitur: uoluntaria igitur ac nõ uoluntaria cum agit, dicenda eſt actio. At ſponte facit, quippe in quo principium poſitum ſit commouendarum partium, quæ actionibus eiuſmodi perficiendis quaſi inſtrumẽta adhibentur. Quarum autem rerum in quoq; ſunt poſita principia, eas ut agat & non agat, in eo ſitum eſt. Sunt igitur hæc talia uoluntatis. At non ſunt profectò uoluntatis omnino: quandoquidem nemo quicquam eorum per ſe expetit. Dantur autem interdum laudi hæc ipſa, cum homines magnarum ac præſtantium rerum cauſa turpe aliquid aut triſte perferunt: ſin contrà faciant, uituperantur. Quæ enim ipſa fœdiſsima ſunt, ea rei nullius præclaræ & honeſtæ, aut certè mediocris cauſa ſuſtinere, eſt in uitio. Sunt autem quædam, in quibus laudi locus nullus relinquitur, ſed ueniæ duntaxat: cũ ea quis facit quæ non ſunt facienda, ijs impulſus malis quæ & humanam naturam longè multumq; ſuperant, & nemo poſsit ſuſtinere. Sunt autem quædam certè partim ita fœda, partim ita flagitioſa, nemo ut ad ea impelli iure poſsit: potiusque oppetenda mors eſt grauiſsimis toleratis cruciatibus. Etenim ridicula uidentur ea, quæ ad cædem maternam Alcmæona Euripidis impulerunt. Difficilè autem eſt interdum, quid cui præponendum ſit, quidq; pro quo perferendum, iudicare. Difficilius etiam eſt ſtare in eo quod ſit iudicatum. Ferè enim & quæ expectãtur, moleſta interueniũt: & quæ impellunt, turpia. Hinc laudem & reprehenſionem qui inducti ſunt aut non inducti, cõſequuntur. Quæ igitur ui dicenda ſunt fieri? An omnino cum cauſa extrinſecus eſt, & qui facit,

B nihil adiuuat? Quæ autem per ſe ſunt non uoluntaria, per occaſionem uerò & horum cauſa expetenda, eorumq́ue in eo qui agit principia incluſa ſunt: per ſe illa quidem & ſimpliciter non uoluntaria ſunt: hoc uerò tempore, horumq; cauſa uoluntaria, potiusq; accedunt ad uoluntariorũ naturam: quippe cum in rebus ſingulis, quæ uoluntate geruntur actiones factaq; uerſentur. Quid autem cui ſit anteponendum, nõ eſt facilè exponere. Multæ enim ſunt rerum ſingularum differentiæ ac diſsimilitudines. Quòd ſi quis iucunda quę ſunt & moleſta, uiolenta dixerit, quòd cũ extra ſint, uim adferant, & cogant: eadem ratione uiolenta ei ſunt futura omnia. Horum enim cauſa omnes omnia faciunt. Qui enim ui coacti inuitiq; faciunt quippiam, ijs illud adfert moleſtiam: qui uerò iucundis rebus incitati malè faciunt, ijs uoluptatem adfert quod agunt. Ridiculum igitur eſt ea accuſare quæ externa ſunt, non ſeipſum potius, qui à rebus eiuſmodi facilè capiatur: resq; præclaras ſibi, fœdas & turpes attribuere uoluptati. Hoc igitur iã quidẽ apparet, ut id fieri, cuius principium cũ extra ſit, nihil id cui uis infertur, adiuuat. Quod autẽ fit imprudentia, eſt omne quidem non uoluntarium: at quod inuiti facimus, idem moleſtum eſt, & cauſas affert pœnitentiæ. Nam qui imprudens fecerit quidlibet, nec ſe id egiſſe moleſtè ferat, non fecit ille quidem ſponte quod ignorauit: nec rurſum inuitus, cum minus ægrè ferat. Eorum igitur qui per imprudentiam aliquid faciunt, is quidem quem facti pœnitet, inuitus: quem non pœnitet, quoniam alius diuerſusq; ab illo eſt, appelletur ſanè

non

nõ uolens. quooiá enim ab alrero differt, aptius eſt habere ſuum nomen. Aliud eriam eſt per imprudentiam facere, aliud imprudentem. Non enim ebrioſus & iracundus uidetur quæ facit, errore & imprudentia ductus facere, ſed per illa quæ diximus, ebrieratem & iram: nec ſciens tamen agit, ſed imprudens. Ac ignorant quidem improbi omnes quæ facienda ſunt, quæq; fugiẽda: iniuſtiq; & omnioo mali ex eo errore naſcuntur. Nec ſi quis quod utile ſit ignoret, quod aget, dicatur ſtatim inuitus agere. Neq; enim aut imprudentia & ignorantia ea, quæ ab animo & uoluntate ſuſcipitur, & proficiſcitur, non uoluotarij cauſa eſt, ſed peccati: aut etiam rerum uniuerſarum, quandoquidem ea culpatur, ſed rerũ ſingularum, in quibus omnis uerſatur actio. In his enim locus eſt & ueniæ & miſericordiæ, quoniã qui eorum aliquid ignorat, facit inuitus. Sed nõ alienum eſt, quæ quotq; ſint exponere. Videndũ igitur, quiſnam, quidq; agat quiſq;, & qua in re uerſetur actio: interdum etiam quo quaſi inſtrumento, cuiuſq; rei cauſa, ut ſalutis: & quo tandẽ modo, ut remiſſe, an uehementer. Atq; hæc quidem omnia nemo ignorare poſsit, modò ne ſit inſanus. Perſpicuũ id quidem eſt de eo qui agat quoniam qui ſe ignorabit ipſum? Quid autem agat, aliquis ignoret, ut cum ſibi aiunt excidiſſe, aut ſe neſciſſe occulta & arcana eſſe, ut Aeſchylus myſteria. aut cum uellet mõſtrare, miſiſſe telum, ut is qui catapultam. putet etiam aliquis filium hoſtem eſſe, ut Merope. & haſtam orbicularis figuræ, quæ lanceæ in formam directa ſit. & lapidem eſſe pumicẽ, & ut interficiat qui ſalutis cauſa ferit. & qui docere uelit, uerberet, ut faciunt ij qui extremis manibus luctantur. Cum igitur in his omnibus error & imprudentia uerſetur, in quibus actio: cum is qui eorum aliquid ignorabit, feciſſe uidebitur inuitus, tum qui eorũ ignarus erit quæ principatum obtinent. Principatũ autem tenent finis, & in quibus cernitur actio. Et quanquam id quod proficiſcitur ex illa ignoratione & imprudentia, non uoluntarium omne nominetur, tamen debet eſſe præterea moleſta actio, & pœnitentiæ plena. Quoniam igitur id eſt non uoluntarium, quod ui fit & imprudẽtia: uoluntarium eſſe uideatur, id cuius in ſe principium continet is, qui ſcit res ſingulas, in quibus actio uerſetur. Profectò enim non rectè dicuntur ab mutis fieri ea quæ uel ira fiunt, uel cupiditate. Primùm enim nullum aliud animal, neque puer, ſponte faciet. Deinde quæro, utrum nihil omnino eorum quę ira uel cupiditate impulſi facimus, ſponte ac uoluntate noſtra facimus? an uerò honeſta quæ ſunt, uoluntate: quæ turpia, inuiti? an non id ridiculum ſit, cum præſertim unus ſit eorum cauſa? Abſurdum uerò ſit non uoluntaria dicere ea, quorum teneri cupiditate decet. Atqui decet & cõmoueri quibuſdam in rebus, & nonnullarum duci cupiditate: ut ualetudinis, atque doctrinæ. Satis etiam conſtat, ea moleſtiam afferre omnia, quæ inuiti facimus: quæ uerò cupidè & ſtudioſe, oblectationem habent. Iam uerò in quo tandem erit diſcrimen ut non eadem ratione dicantur non uoluntaria ea in quibus animi iudicio, quàm ea in quibus per iram peccatur?

A Vtraq; enim fugienda ſunt: nec minus uidentur eſſe hominis propriæ, quæ ſine ratione ſunt perturbationes, ſuntq; actiones hominis quę uel ab ira, uel à cupiditate proficiſcũtur. Atqui illas abſurdum eſt in non uoluntarijs ponere.

ELECTIONEM VOLVNTArium *quiddam eſſe, cum antegreſſa eſt deliberatio.* Cap. II.

EXpoſitis ijs quæ & uoluntate, & inuiti homines faciunt, ſequitur ut de conſilio ſeu electione dicendum eſſe uideatur. Nam & uirtuti coniuncta eſt maximè, & mores quales ſint magis quàm ipſæ actiones ipſa indicare uidetur. Electio igitur eſt illa quidem uoluntaria, ſed tamẽ non idẽ quod uoluntarium, idq; adeò, quod uoluntarium eſt, patet latius. Eius enim quod ſponte fit, & pueri ſunt & beluæ participes: cõſilij nõ ſunt, nec electionis. Nec mihi quidem rectè uidentur dicere ij, qui conſilium ſiue electionem uel cupiditatem aiunt eſſe, uel iram, uel uoluntatem, uel quandam opinionem. Non enim cõmunis eorum etiam electio eſt, quę ſunt expertia rationis: cupiditas & ira ſunt. & impotentes cupiditate, non ratione aut conſilio ducuntur ad agendum: contraq; continentes iudicio & ratione, non cupiditate ac libidine. Præterea conſilio contraria cupiditas eſt, cupiditati cupiditas nõ eſt. Cupiditas etiam uoluptatis eſt, & ægritudinis: conſiliũ nec uoluptatis, nec ægritudinis. Multo enim minus ira, quoniam minimè uidentur quæ per iram fiunt, conſulto fieri. Nec

B uoluntas quidem, etiam ſi ad eam proximè accedere uideatur. Inſtitutum enim ac conſilium nõ eſt eorum quæ fieri nequeunt: quòd ſi quis hæc ſe eligere dicat, inſanus eſſe uideatur. At uolũtas in ijs etiam quæ fieri non poſſunt, ut immortalitate, uerſatur. Et uoluntas in ijs etiam cernitur, quæ nõ ſtatuat agere qui ille uult: ut aliquis uult hiſtrionem quendam athletamq; uincere. At nemo hæc talia eligere dicitur, ſed ea omnia, quæ à ſe putat poſſe adminiſtrari, quæq; ipſe agenda ſuſcipit. Iam uerò finem potius ſpectat uoluntas: conſilium & ſuſceptio ea quæ ad finem pertinẽt. Vt ualere uolumus, deligimus autem quibus ualetudinem adipiſcamur. Et beati eſſe omnes uolumus, idq; prædicamus: at ſi illud nos deligere dicamus, ineptè loquamur. Omnino enim in rebus ijs uerſatur conſilium, quæ ſunt in noſtra poteſtate. Nec opinio quidẽ certè eſſe poſsit, quoniam in rebus omnibus cernitur opinio: nec minus æternis, & quæ fieri non poſſunt, quàm ijs quæ in nobis ſitæ ſunt. Præterea in falſam ac ueram diuiditur opinio, non in malam & bonam: in quibus inſtitutum & conſilium potius cernitur. Non igitur idẽ eſt quod opinio omnino, nec id fortè quiſquam aſſerit. Nec uerò idẽ eſt quod quædam opinio. Ex bonorum enim uel malorũ electione tales, hoc eſt boni uel mali dicimur, ex opinione non dicimur. Et conſtituimus uel aſſequi, uel declinare: & ſi qua ſunt eius generis. At quid quicq; ſit, quamq; ad rem cõducat, & quẽadmodum conducat, exiſtimamus: aſſequendũ autem aliquid, aut uitandum, nõ admodum opinamur. Præterea inſtitutum laudatur quòd ſit eius

eius rei quæ magis honeſta eſt, uel quòd rectum ſit: at opinio, quòd ſit uera. Atque ea deligimus, quæ ſcimus optima: ea opinamur, quæ non certò ſcimus. Nec ijdem uidentur eligere & opinari, quæ ſunt optima: nonnulliq; ſunt qui optimè ſentiant, ſed uicti cupiditatibus & uitijs, quę mala ſunt ſequuntur. Nec uerò quod antecedat opinio ac iudicium electioné, aut conſequatur, quicquam intereſt: non enim id agimus, ſed utrum ſit idé quod aliqua opinio. Quid igitur, aut quale eſt inſtitutum & conſilium, quãdoquidem in nullo eſt ſuperiorum? Ac illud quidem apparet, ex genere uoluntariorum eſſe, nec tamen quicquid uoluntarium eſt, id omne etiam deligendum eſt, ſed cum antegreſſa eſt deliberatio. Nam cum ratione & mente coniunctum omne conſilium eſt, id quod etiam nomé ſignificat. dictum eſt enim προαιρετὸν, quaſi πρὸ ἑτέρων αἱρετόν.

IN DELIBERATIONEM EA *cadere tantum, quæ ſunt in noſtra poteſtate: atq; eorum tantummodo eſſe electionem.* Caput III.

SEd illud hoc loco quærendum eſt, utrum in deliberationé cadant omnia: an de quibuſdam non capiatur conſilium. Cui quæſtioni ſanè reſpondendum eſt, cadere in deliberationé, non ea de quibus ſtultus aliquis uel inſanus deliberet, ſed de quib. ſolent ij qui ſana mente ſint. Sed de rebus æternis nemo cõſultat, ut de mundo, de diametri, laterisq; dimetiẽdi ratione. Nec de ijs quidem, quæ motu illa quidem continentur, ſed quæ ſemper eodem modo eueniunt, ſiue neceſsitate, ſiue natura, aut alia aliqua cauſa, cuiuſmodi ſunt ſolis conuerſiones, & ortus. Eodem modo de ijs iudicandum eſt, quæ aliàs aliter eueniunt, in quo ſunt genere ſiccitates, & imbres. Nec uerò ea in deliberationem cadũt, quæ caſibus fortunæ ſubiecta ſunt, qualia eſt theſauri inuentio. At ne res quidem omnes quæ naturam attingunt humanam, cadũt in deliberationem. Neq; enim quemadmodum optimè Rempub. Scythæ adminiſtrare poſsint, Lacedæmonij deliberant: nihil enim eorum per nos fieri poteſt. At de ijs conſilium capimus, quæ ſunt in noſtra poteſtate ut eueniant, quoniam illa ſola reliqua ſunt. Nam præter iſtas cauſas naturam, neceſsitatem, fortunam, nulla eſt alia cauſa præter mentem & alios effectus, quibus ad agendũ homines impelluntur. Singuli autem homines de ijs deliberát, quæ per ſe ipſi efficere poſſunt. Nec uerò de artibus ac ſcientijs ijs quæ certæ ſunt, & ſe ipſæ contentæ, ullum conſilium capitur: quales ſunt literæ, quæ quonam modo ſcribendæ ſint, minimè dubitamus. Sed quæ à nobis effici poſſunt, nõ autem ſemper eodem modo, ea demum cadunt in deliberationem: ut ea quæ medicina, nũmulariorum, & gubernatoris artes tractant potius, quàm quæ gymnaſtice, quo minus certæ ſunt. Similis eſt ratio cæterarum. Sed ſæpius in deliberationem cadunt ea quæ ab artibus, quàm quę à ſciẽtijs proficiſcũtur: propterea quòd magis ea ueniunt nobis in dubium. Conſilij autem capiẽdi deliberatio partim in ijs rebus cernitur, quæ plerunq; eueniunt, cum incertum

A ſit, quam in partem inclinare ac euenire debeát: partim in ijs quæ infinitæ incertęq; ſunt. Ad res autem magnas eligendas, homines in cõſilium adhibemus nobis ipſi diffiſi, quaſi minus ad ſtatuendum ſimus idonei. Deliberamus autem, nõ de finibus, ſed de ijs quæ ad fines pertinent. Neq; enim aut medicus an curet, cõſultat: aut orator, an perſuadeat: uel ciuilis officij peritus, an legibus bene inſtitutam ciuitatem faciat: uel alij artifices de eo qué ſibi propoſuere finem: ſed omnes propoſitum ſibi finem quemadmodum, & quibus rebus aſſequantur, inquirunt. Quòd ſi compluribus ad eum rationibus peruenire poſſe conſtet, tum qua facillimè, & optimè poſsit, inueſtigant. Sin una uia perfici queat, quemadmodũ per hanc aſſequantur, conſiderant: ad illamq; per quam perueniant, idq; euſq; perſequuntur, dum ad primam cauſam uentum ſit, quæ in inueniendo poſtrema eſt. Nam qui capit conſiliũ, is inquirere, ac retexere eodem modo ſolet, quo Geometræ in ſuis demonſtrationibus conficiendis. Illud autem apparet, non omnem quæſtionem eſſe deliberationé, cuiuſmodi ſunt mathematicorum quæſtiones: deliberationé uerò omnem eſſe quæſtionem. etiam illud apparet, quod in retexendo poſtremum eſt, id primum eſſe in agendo. Quòd ſi in tale aliquid inciderint, quod fieri nequeat, uelut, ſi pecunijs ſit opus, nec poſſit alicunde ſuppetere, tum à re propoſita ſe abſtrahunt: ſin auté fieri poſſe conſtiterit, tum omnes neruos intendunt, ut efficiant. Atqui ea fieri poſſunt, quæ à nobis poſſunt effici. Nã quæ amicorum opera fiunt, per nos fiũt quodam modo, B quia principium in nobis ſitum eſt. Quæruntur autem aliàs inſtrumẽta, aliàs uſus eorum, itemq; in reliquis: interdum qua tãdem re, aut quibus, aliquando qua ratione res confici queat. Atque homo uidetur, quemadmodum dixi, principiũ eſſe actionum: cõſilium autem in ijs uerſari, quæ ab eo agi poſſunt. At actiones aliorũ cauſa ſunt, alioq; referuntur. Nunquam igitur cadet in deliberationem finis, ſed ea duntaxat quæ ad fines pertinent, atq; conducunt: nec res ſingulæ quidem, ut ſitne hoc panis, & utrũ rectè concoctus, an confectus ſit, nécne. quoniam hęc cadunt ſub ſenſum omnia: de quibus ſi ſemper deliberandũ eſſet, res ad exitum perduci non poſſet. Quod autem in deliberationem cadit, & in delectum, eadem ſunt: niſi quod iam ſtatutum ac definitum eſt, id quod ſub delectum cadit. Quod enim de conſilio ſtatutum iudicatumq; eſt, id demum eligendum dicitur. Tum enim quiſq; deſinit, quéadmodum quicq; gerat exquirere, cum principium ad ſe retulerit, atq; ad eam animi ſui partem, quæ tenet principatum: hæc enim pars eſt quæ deligit. Quod ex ueteribus etiam rebus publicis, quas Homerus imitatus eſt, poteſt perſpici. Quæ enim reges ſuſcepiſſent, de ijs ad populum referebant. Quoniam auté id quod ſub delectum cadit, eſt quod per deliberationem expetendum eſſe cõſtitutum eſt, in ijs quæ in noſtra ſunt poteſtate: profectò electio ſit neceſſe eſt appetitio eorum quę in noſtra ſunt poteſtate, cum antegreſſa eſt deliberatio. Iudicio enim ad deliberationem quæ anteceſsit adhibito, tum ſequi

conſilium cupimus. Ac ptopoſitum quidẽ quid A
ſit,quibusq́; in rebus uerſetur,in ijs ſcilicet,quæ
ad fines ſpectant,planè dictum eſt.

DE VOLVNTATE, ET *quis ei propoſitus finis.* Cap. IIII.

VOluntatem autẽ in fine uerſari diximus:
ſed alijs in eo uerſari uidetur, quod uerè
bonum ſit:alijs in eo quod bonum uidea-
tut. Atqui conſequẽs eſt, ut qui quod ſub uolnn
tatem cadit, bonum eſſe dicant,etiam fateantut
non cadere ſub uoluntatem id, quod is uelit,qni
minus tectè approbat. Si enim uoluntate appe-
tatur,bonum eriam ſit neceſſe eſt. At etat ſortaſ-
ſe malum. Qui antem aiunt qnod ſub uoluntatẽ
cadit eſſe, id quod bonum uideatut, eos neceſſe
eſt fateri nibil ſub uolũtatem cadere natura, ſed
quod cuiq; uiſum ſit. Atqui aliud alij,& ſi ita tes
ferat,etiã conttaria uidentut. Quę ſi minus pro-
bantur,hoc certè confitendum eſt, omnino acre
nera id quod bonum ſit ſub uoluntatem cadere:
quod uerò ad bos uel illos attinet,quod cuiq; ui
deatur. Acuito quidem bono id bouõ,quod ue-
tè bonum eſt : improbo quod occurrit, uidetur.
Vt corporib. ptobè affectis,ſalubria ſunt ea quæ
reuera ſunt eiuſmodi : quæ autẽ in motbis ſunt,
alia:itẽq; & amara, & dulcia,& calida, & grania,
& cętera omnia.Nam & uerè de omnibus uit bo
nus iudicat,& facilè qnid in re quaq; ueri ſit, pet
ſpicit.Propria eſt enim ſua cuiuſq; habitus,& ho
neſtas, & uoluptas, excellitq́ue uit bonus pluri-
mum in perſpiciendo quid in quaq; te ueri ſit,
quaſi tetum omniom menſura & notma. At ue- B
rò animis multitudinis à ooluptate tẽdũtur inſi
diæ:quippe cũ nec bona ſit, & tamen eſſe uidea-
tnt.Itaq; pleriq; uoluptatem appetunt,ut bouũ:
dolotem aſpernantut,ut malum.

EA ESSE IN NOSTRA POTE*ſtate, quorum principia in nobis ſita ſunt: & quæ nã ſint illa,exemplis declaratur.* Cap. V.

QVoniam autem quod ſub uoluntatem ca
dit,finis eſt: quæ uerò in deliberationem
& delectũ cadunt,ea in ijs cernuntur qoę
ad fiuem fetunt:efficitur,ut actiones quæ in illis
ue rſantur,omnes iudicio ſuſcipiautur, omnesq́;
ſint uolnntariæ. Atq; In ijs uerſantut uittutis a-
ctiones. Virtus autem ipſa,itemq́; uirium,in no-
ſtra ſunt poteſtate. Quas enim res in nobis ſitũ
eſt,ut agamus,eas etia m In nobis ſitum eſt,ut ne
agamus : quasq́; tes in nob is ſitũ eſt ut non aga-
mus , eaſdem ut agamus in noſtra eſt poteſtate.
Ita ſi in nobis eſt agere quippiam , cum id hone-
ſtum ſit, & non agete erit in nobis, quod turpe
erit. Et ſi in nobis ſitum eſt, nõ agere quippiam,
cum id non agere ſit honeſtum: erit quoq; in no
bis ſitũ id agere, quod turpe erit. Quòd ſi in no-
bis ſitũ eſt , ut honeſta quæ ſunt, & turpia facia-
mus,eodemq́; modo nt ne agamus. Hoc autem
eſt bonos & malos eſſe , certè probi , improbiue
ſimus, eſt id in nobis. At uerò dicere ſua ſponte
ac uoluntate improbũ effici neminem, nec bea-
tum inuitum:illud falſum,hoc uerum uideatur.
Nam & nemo eſt beatorũ inuitus, & nlrium uo
luntatis eſt. Alioqui ea quæ à uobis paulo antè
poſita ſunt, in contronerſiam uocare oportebit:
negãdusq́; homo erit , authot eſſe & procreator
actionnm, qoaſi liberorũ. Qnæ ſi perſpicua ſunt,
neq; ea poſſumua ad alia teferre principia,niſi ad
ea quæ in nobis ſita ſunt : boc certè cõfitendum
eſt. Quatum rerum in nobis ſita ſunt principia,
eas in noſtra eſſe poreſtate, noſtræq́; eſſe uolun-
tatis. Teſtes huius rei ſunt , & priuatim ſinguli,
& publicè legislatores, qni ſumunt ſuppliciũ de
ijs omnib. qui flagitia admittunt,nec ui nec im-
prudenria,quę non ipſotũ culpa euenerit : bono
res autem decernunt ijs, qui pręclara facinota fa
ciunt,ut illos deterreant,hos adbortẽtur. Atqui
nemo quenquã ad ea omnia gerenda hortatur,
quę nec ſunt in noſtra poteſtate, nec ſunt noſtrę
uoluntatis: ut nihil attinet inducere aliquem,ut
uel caleat,uel doleat, nel eſuriat, aut alind qnid-
uis eiuſdem genetis patiatur , qnia nihilominus
ea perferet. Etenim erroris & imptudentiæ cau
ſa in eo uindicatur , qui ſua culpa neſcierit ,ut in
uinolentos duplex pœna cõſtitota eſt: propter-
ea quòd principium in eis ſitum ſit. Eſt enim in
eis ſitum,ut ne uino obruantnr:quod quidẽ cau
ſa eſt imptudentiæ. Quinetiam eos puniunt qui
aliquid ignorant,eotum quæ legibus continen-
tut,quæ ipſa & cognoſci debent , nec ſunt diffi-
cilia:itemq́; in cæteris,ſi qui negligentia impedi
ti aliquid uidentur ignotare , quod in eis ſitum
erat,nt ne ignotarent: quandoquidem in eotum
erat poteſtate,ut datent operam. Quanquam ali
qui certè ſunt eiuſmodi , ut ne dent operam ut
ſciant: eotumq́; culpa accidit, ut tales fierent,dũ
mollius uiuunt & diſſolutius : itemq́; ot iniuſti
& intemperantes eſſent:illi,dum fraude & dolo
agunt: hi,dnm degunt nitam in compotarioni-
bus alijsq́; generis eiuſdem. Nam qnæ in quaq;
te opera ponitur, tales homines efficit. Quod ex
ijs facilè perſpici poteſt , qui ad quoduis certa-
men,uel officium & actionẽ ſe compatant:ſem-
per enim id agũt. Hoc etgo ignorare,ex eo quòd
quiſq; in te quaq; operam ponat, gigni habitns,
hominis eſt ab omni ſenſu procul abhortenris.
Hoc etiam alienum abſurdumq; ſit, eum qui fa-
ciat iniuriam, nolle iniuſtum effici:& qoi intem
peratè uiuat, intemperantem. Atqui ſi quis non
imprudeus gerit ea, ex quibus iniuſtus neceſſa-
riò fiet,profectò uoluntate ſua efficitur iniuſtus.
Nec tamẽ ſi uelit quidem cohibere ſe poſsit , aut
iniuſtus eſſe deſinat, fiatq́; iuſtus: quoniã ne ęgro
tus quidẽ, ualens & incolumis cum nelit, etiã ſi
ita acciderit, ut ſponte ac uoluntate ſua ægrota-
ret:quia & libidinoſe uiueret,nec medicis crede
tet. Ac tum illi quidem licebat morbum declina
re:at poſteaquam ſe præcipitauerit, & proiece-
tit in morbum, iam non licet. Vt is qui lapidem
iaculatus eſt, non poteſt iam reuocare,nec ſuſti-
ners iactum,quanquam eſſet antea in eius pote-
ſtate,ne iacnlaretur,cum in ipſo ſitum eſſet prin-
cipium:ſic iniuſtis ac libidinoſis initio ab his ui-
tijs declinare licuit:propterea quòd in eotum e-
rant poteſtate. at poſteaquam eiuſmodi extite-
runt,iam non licet. Nec uerò animi ſolum,ſed in
nonnullis corporis etiam uitia iudicio ac uolun
tate ſuſcipiuntur, ijs quos culpamus. Nam quæ
à natura hominibus tributæ ſunt deſotmitates,

eas nemo uituperat: at quæ incuria & negligentia ſuſcipiuntur, omnes dantur uitio. Eadem eſt infirmitatis ratio, deformitatis, & debilitationia membrorum. Nemo enim cæcitatem ei qui à natura priuatus eſt oculis, aut morbo, aut uulnere, ut probrum obijcit, ſed miſericordia potius cõmouetur: cui autem ex uinolentia, aut alia intẽperantia hoc euenerit, is culpatur ab omnibus. Quæ ergo uitia corporis in noſtra ſunt poteſtate, culpantur: quæ non ſunt, non item. Quòd ſi ita eſt, in cæteris etiã omnibus quę crimini dantur uitia, ea in noſtra ſint poteſtate, neceſſe eſt. Quòd ſi quis dixerit, omnes ſequi ea quæ bona eſſe uideantur: illam autem æſtimationem ac iudicium non in eorum eſſe poteſtate, ſed qualis quiſq; ſit, ai talem finem uideri: huic reſpondeo, ſi ſibi quiſq; gignendi habitus cauſa eſt quodam modo, profectò & cur ita iudicet eundẽ ſibi cauſam eſſe. Sin nemo ſua culpa, praua quæ ſunt, & flagitioſa facit, ſed ignarus finis exiſtimans ijs ſe beatum futurũ: finisq; appetitio non eſt illa quidem planè noſtri conſilij, ſed ita facti omnes inſtitutiq; eſſe debent à natura, ut quaſi aſpectum quendam habeant, quo uerè iudicabunt, atq; id quod uerè bonum eſt ſequentur. Atq; is demum bene natus, & bene animo conſtitutus, cui hoc munus à natura eſt datum. (eſt enim hoc & maximum & præſtantiſsimum, quodq; nemo nec accipere ab alio poſsit, nec diſcere: ſed qualecũq; à natura cuiq; tribuitur, tale obtinebit. Cuius ſi ſumma & excellens quædam à natura conceſſa ſit facultas, ea demũ perfecta, ueraq; ſit indoles neceſſe eſt.) Si hæc, inquam, uera ſunt, cur uirtus potius quam uitium uoluntatis erit? cum præſertim utriuſq; & bonis & malis finis eodẽ modo, uel natura, uel quomodocunq; uideatur atque obijciatur: cætera uerò eò omnia referant, itaq; agant quomodocunq;. Siue igitur finis nõ natura qualiſcũq; cuiq; uidetur, ſed aliquid etiã eſt in ipſo: ſiue finis naturalis eſt, ob eãq; cauſam uirtus uoluntaria eſt, quòd uir bonus uoluntate ac ſpontè cætera gerat omnia: profectò uitium nihilominus futurum eſt uoluntarium. Improbis enim eadem ratione ineſt, & in actionibus, & in fine facultas per ſeipſum & authore ſe agẽdi. Quòd ſi ex eo uirtutes uoluntatis ſunt, ut dicitur, quòd cauſas adiuuamus habituũ, quodq; quales ſumus, talem etiam finem ponimus: profectò uitia quoq; noſtra uoluntate neceſſe eſt ſuſcipi. Eadem enim ratio eſt. Ac ea quidem quæ cõmunia erant uirtutum omnium, quodq; earũ eſſet genus, planè diximus. Nam & mediocritatea eas eſſe & habitus, docuimus, & à quibus gignantur, eaſdemq; eorum à quibus naſcãtur eſſe effectrices, idq; per ſe: eas etiam in noſtra eſſe poteſtate tradidimus, iudicioq; noſtro ac uoluntate ſuſcipi, atq; ita, ut recta ratio pręſcripſerit. Nec uerò ſunt actiones uoluntariæ & habitus eodẽ modo. Nam à principio ad finem in nobis ſitæ ſunt actiones, quòd rerum ſingularũ teneamus ſcientiam: habituum uerò ſolum ab initio. Rerũ uerò ſingularum minus eſt nota acceſsio, ut in ægrotationibus contingit. Sed quoniam ſic ſecus q; ijs utamur, id in nobis erat, idcirco dicuntur eſſe uoluntarij. De ſingulis autem nunc ue-

A lut ab initio quæ ſint, quibusq; in rebus, & quẽadmodum uerſentur, diſſeremus. Nam una eademq; opera quot ſint, facilè intelligetur.

DE FORTITVDINE, ET FORti uiro, itemq; de metu, quibus in rebus potiſsimum uerſentur. *Cap.* VI.

AC primùm de fortitudine, quam modum audaciæ ac formidini adhibere, antea diximus: planum enim factũ eſt. Timemus autem ea omnia quæ moleſtiam terroremq; adferunt: quæ eadem, ut ſemel dicam, mala ſunt. Itaq; metum definiunt, mali expectationem. Ea igitur metuimus omnia quę mala ſunt, ut dedecus, ut paupertatem, ut morbum, amicorum penuriam, mortem: ſed tamen non in his omnibus fortis cernitur. Sunt enim quædam pertimeſcenda, idq; præclarum eſt, quæ eadem turpe ſit non timere, ut dedecus. Nam qui ea metuat, ia probus & pudens: qui nõ extimeſcat, impudens iudicandus eſt. Quanquã is à nonnullis fortis nominatur, translationis uſurpatione, quoniam ſimile quiddã fortis habeat. uacat enim metu uir fortis. Nec uerò paupertas horribilis eſt aut pertimeſcenda: nec morbus, nec omnino quicquam in quo nulla ſit culpa noſtra, & quæ præſtare nõ poſsimus. Nec ſi quis in his ſe interritum præſtiterit, is continuò fortis habendus eſt. Quanquã eum etiã ſimilitudine quadam fortem dicimus. Sũt enim, qui in bellicis periculis ignaui ſunt ac timidi: ijdem liberales, & ad iacturã pecuniarũ faciẽdam paratiſsimi. Nec ſi quis uim liberis &
B uxori timeat, uel inuidiam, aut ſi quid eſt eiuſdẽ generis, ignauus ac timidus putãdus eſt: nec fortis is, qui fidenti ſit animo tum, cũ uirgis cæſum ſe iri uideat. Quibus ergo in reb. metuendis fortis cernitur? an in maximis? Neq; enim uiro forti quiſquã maiore æquioreq; animo terribilia perferre poteſt. Omniũ autem rerũ nihil morte terribilius, nihil acerbius: pręſertim cum omniũ rerum ſit extremũ, & ultra iam nullo in malo aut bono uideatur eſſe mortui. Nec uerò in omni genere mortis uir fortis cernitur, ut ſi quis in mari pereat, uel morbo intereat. Quo ergo in genere? an nõ in pulcherrimo? qualis eſt ea quæ in bello euenit, quippe quæ in maximo pulcherrimoq; periculo oppetatur. Hoc indicant honores, qui & in Rebuſpublicis & apud reges decreti ſunt ijs, qui in bello fortiter pugnantes occubuerint. Quocirca propriè ac uerè fortis uidetur is, qui morte honeſta propoſita, ijsq; omnib. quę mortem adferunt, cũ repentè appropinquant, metu uacat. Cuiuſmodi ſunt maximè, quę in bello uerſantur. At tamẽ & in mari, & in morbis uir fortis uacuus eſt ille quidẽ à metu, ſed non more nautarum. Fortes enim & de ſalute ſua deſperant, & genua hoc mortis acerbè ferunt: illos fidenti eſſe animo docuit exercitatio. Sunt etiam forti magnoq; animo, cum aut uiribus locus eſt, aut pulchrum exire de uita: quorum neutrum in his generibus interitus contingit.

DE RERVM FORMIDOLOSArũ uarietate, deq; fortitudinis extremis. *Cap.* VII.

NEc uerò eadem ſunt formidoloſa omnibus, eſtq; aliquid quod præſtare homo nõ poſ-

 ſit,

ſit, quod omnes profectò qui ſani ſunt, mére per
timeſcent. Quæ autem homo præſtare poteſt, ea
magnitudine differunt: aliaq; grauiora ſunt, alia
leuiora: ſimiliterq; ea omnia quæ præbent ani-
mis noſtris fiduciam. Quibus in rebus uir fortis,
etſi terrore uacat, quantum hominis natura pa-
titur, tamen hæc ipſa ut decet, utq; ratio poſtula
bit, pertimeſcet: idq; honeſtatis cauſa, quoniam
is eſt uirtuti propoſitus finis. Fieri autem poteſt,
ut eadem quis & nimium & parum metuat: etiã
ut quæ non ſunt pertimeſcenda, æquè ac illa ti-
meat. Hinc peccata naſcũtur. aliud, quòd timea-
tur id quod timendum non eſt: aliud, quòd non
timeatur quemadmodum timendum eſt: aliud,
quòd non metuatur aliquid tum cum metui de-
bet: & ſi qua ſunt generis eiuſdem. Itemq; in ijs
omnibus quæ animũ nobis fiduciamq; præbẽt.
Qui ergo quæ, cuiusq; rei cauſa, & quemadmo-
dum decet, perfert, extimeſcitq; omnia, quiq; fi-
denti animo, is fortis habendus eſt. pro rerum
enim dignitate, & quãdo rectum eſt, & ut ratio
præcipit, uir fortis & fert, & gerit omnia. Omnis
autem actionis & officij finis eſt id quod cũ ipſo
animi habitu coniunctum eſt. At forti uiro for-
titudo honeſta uidetur. Eſt igitur ei finis propoſi
tus eiuſmodi: quo enim quæq; actio cõſcribitur
termino, is eſt finis habitus. Honeſtatis uerò cau
ſa magno fortiq; animo uir fert, facitque ea quæ
ſubiecta ſunt fortitudini. Ex ijs uerò qui modũ
tranſeunt, qui uacuitate quadam metus exupe-
ret, uacat nomine. Eſſe autem multos qui nomi-
ne uacarent, ſuprà oſtendimus. Quòd ſi nomen
fingere placet, appelletur ſanè inſanus, uel ſtoli-
dus, ſi modò nihil metuat, neq; motum terræ, ne-
que undas, quales aiunt eſſe Gallos. Qui autem
nimis confidit ijs rebus quæ terrorem afferunt,
audax nominatur. Atq; etiã arrogans, audax ui-
detur eſſe, ſibiq; fortitudinem uendicare. Itaque
quo ille animo in rebus aſperis eſt, eodem hic cu
pit uideri. quocirca quibuſcunque rebus poteſt,
eum imitatur. Ita fit, ut pleriq; eorum ita auda-
ces ſint, ut etiam ignaui ſimul ſint, θρασύδειλοι uno
uerbo Græci uocant. cum enim in his audaciam
præ ſe ferant, tamẽ nunquam res formidoloſas
ſubeunt. At qui metuendo modum egreditur, is
ignauus timidusq; appellatur. Nam & quæ me-
tuenda non ſunt, quemadmodũ non ſunt, quęq;
ſunt eiuſdem generis, omnia eum conſequũtur.
deficiteriam in confidendo, ſed tamen modum
tranſire & exuperare, in ijs omnibus quę dolorẽ
afferunt potius uidetur: ſed quoniam ægritudi-
ne modum tranſit, magis apparet. Deſperat er-
go ac diffidit ignauus omnia, quoniam omnia
pertimeſcit: at fortis cõtrà. eſt enim fidentis ani-
mi, audere. Ac in his quidem rebus omnibus ti-
midus, audax, & fortis, illi quidẽ uerſantur, ſed
non eodẽ modo affecti ſunt. illi enim tranſeunt
modum, & ab eo deficiunt: at hic modum in ijs
tenet, eum etiam quem ratio præſcripſerit. Atq;
audaces quidem temeritate prouecti, ante cu-
piunt adire pericula, quàm inſtant: cum adſunt,
ea defugiunt. At fortes in ipſis rebus acres ſunt,
& prompti, ante uerò quieti ac remiſsi. Quapro
pter ut dixi, fortitudo mediocritas eſt earum re-
rum quæ hominibus uel fiduciam præbent, uel

A terrorem afferunt, quibus in rebus oſtendimus,
quæ eadem ſequitũr ac tolerat, quia honeſtũ eſt
ea & ſequi & perpeti: aut certè quia turpe eſt cõ
trarium. Mortem autẽ ſibijpſi conſciſcere, fugiẽ-
tem uel inopiam, uel amorẽ, uel moleſtiam, for-
tis animi magniq; non eſt, ſed anguſti potius &
timidi. Nam quæ laborem ſolicitudinemq; deſi
derãt, ea fugere, nec quia honeſtũ eſt id ferre, ſed
eò fugere, ne malũ habeas, mollis animi eſt atq;
effœminati. Ac fortitudo quidẽ ex eo genere eſt.

QVINQVE NON VERAE FORtitudinis genera enumerat: & in his alia alijs magis uitioſa. Caput VIII.

EIus autem alia quinque genera traduntur.
Primum genus eſt eius quæ ciuilis dicitur,
cum ad illam proximè accedere uideatur.
Excitantur enim ad ſubeunda pericula ciues &
pœnis, & probris, & honoribus, qui decreti ſunt
legibus: ob eamq; cauſam apud eos fortiſsimi
exiſtunt maximè, apud quos ignaui ſunt inglo-
rij: fortes honorati. Quales Homerus facit Dio-
medem & Hectorem,

Polydamas fœdum primus mihi crimen inuret.

Et Diomedes,

Inter enim dicet Troes fortiſsimus Hector,
Titydes metuens puppes euaſit ad ipſas.

Hæc autem ſimillima uidetur ei de qua ſuprà diſ
ſerui, quòd à uirtute naſcitur. Nã à pudore & ho-
neſtatis cupiditate proficiſcitur, quoniam hono
ris ſtudio, probriq; fuga, quod eſt turpe compa-
ratur. Eorum autem in numerum adſcribere li-
B cet eos, quibus ij uim inferunt, quorum ſunt in
imperio & poteſtate. Sed ſunt hi quàm illi dete-
riores, quòd non pudore, ſed metu inducti id fa
ciunt: nec turpitudinis fuga, ſed moleſtiæ. Co-
gunt enim principes, ut Hector,

Quem procul à pugna labentem fortè uidebo,
Ille canum fiet, fiet quoq; uulturis eſca.

Et qui imperant, ſi diſcedant illi, uerberant. Idẽ
faciunt ij qui ante muros, foſſas, & alia eiuſdem
generis, ſuos ad pugnam inſtruũt. cogunt enim
hi omnes. Sed par eſt, quia honeſtum eſt fortem
eſſe, non ui aut neceſsitate. Atq; etiam omnis in
quaq; re experientia, nomen fortitudinis uide-
tur obtinere. Itaq; fortitudinẽ ſcientiam eſſe pu-
tabat Socrates. Ac exercitati quidem alij ſunt in
alijs rebus, ut in bellicis milites. Noua enim in
bello permulta fiunt, quæ hi ante animaduerte-
runt. Quocirca fortes uidentur eſſe propterea,
quòd alij quæ illa ſint, non intelligant. Inde om
nia facere, nihil pati, cauere ictus, & ferire cõſue-
tudine docti, uſu etiam armorum ualẽt. His de-
niq; inſtructi ſunt omnibus quæ ad id ualent ut
nocere poſsint alijs, & ipſi ſe tutos præſtare. Pu-
gnant igitur quaſi armati cũ inermibus, & quaſi
athletæ cum ijs qui in gymnaſio nunquam de-
pugnarint. His enim in certaminibus non fortiſ
ſimo quiſq; & maximo animo maximè ad pu-
gnandum aptus eſt, ſed qui plurimum ualet ui-
ribus, optimeq; affectus corpore eſt. At uerò mi-
lites tum ignaui demum timidiq; exiſtunt, cum
periculum impendet, inferioresq; ſunt & copijs
& apparatu. Primi enim fuga elabuntur: at urba
næ copiæ ſtantes in acie decumbunt. Id quod
apud

apud Hermæũ in oppido Bœotiæ Corona euenit. Nam & fuga turpis bis erat, & mors tali ſaluti anteponenda. Se aurem illi initio pugnæ periculis obijciebant, quaſi ſuperiores eſſent: at cognito periculo, fuga elapſi ſunt, quòd morrẽ magis quàm dedecus pertimeſcerent. Qualis nõ ſolet eſſe uir fortis. Itã etiam ad fortitudinẽ transferunt, propterea quòd fortes uidentur ij etiam qui ira incitati, tanquam belluæ toto impetu in eos feruntur, qui uulnerariot: quoniã fortes iracũdiores eſſe ſoleant. Eſt enim maximus ad ſubeunda pericula aculeus, iracundia. Hinc Homerus, Furor arma miniſtrat. &, Animumq́; citauit. &, Ingẽs per nares uis. &, Sanguis efferbuit. Hęc enim omnia ſignificare uidentur concitationem animi ac impetum. Ac fortes quidem honeſtatis cauſa gerunt omnia, eisq́; ira ſubſidio eſt. Belluæ autem ægritudine ac dolore incitatæ, quòd uel uulnus acceperint, uel ne accipiant, extimeſcãt. nam ſi ſint in ſuis luſtris, haud in quenquam impetum faciunt. Non igitur fortitudo eſt, dolore ac ira incitatum adire pericula, nihil eorum quæ moleſta & aſpera interuenïunt, prouidentem. Nam iſto modo quidẽ licet dicere fortes aſinos, cum eſuriunt, quòd ne uerberibus quidẽ deterrentur à paſtu. Quinetiã adulteri cupiditatis cauſa multa faciunt audacius. Non igitur quidẽ uirtutis eſt, dolore uel ira ad pericula impelli. Videtur autem naturã attingere ea maximè quæ ab ira ducitur: quæ ſi iudicium finemq́; adhibuerit, ueræ fortitudinis nomen poſsit laudemq́; obtinere. Homines etiam tum cum ira cõmouẽtur, dolent: cum ſumunt ſupplicium, ſeq́; ulciſcũtur, gaudent. Atq; ex his rebus bellicoſi nominãtur: fortes, non item. Neq; enim honeſtate, uel ratione, ſed perturbatione ducuntur. Simile quiddã in illis eſt, qui eo quod bona ſpe ſuſtinentur ad ſubeundum periculum incitantur, nec tamẽ fortes habendi ſunt: quippe cum propterea in periculis audaces ſint, quòd ſępè ac permultos nicerint. Similes autẽ ſunt, quòd utriq; audaces: ſed tamen fortes ob eas cauſas, quas dixi, audacea ſunt: illi, quia ſe ſperaot fore ſuperiores, nihilq́ue uiciſsim eſſe paſſuros. Atq; rale quippiam etiam ebrij faciunr, quòd ſint fidenri animo prædiri. Quòd ſi excidant ea qua fouebantur ſpe, tum fugiunt. Ar fortis erat, quæ acerba homini ſunt, & talia ſe offeront, ea ob eam cauſam ferre, quia & honeſtum ſit: & non ferre, turpe uideatur. Itaq; fortis uidetur eſſe, in ſubitis repentinisq́; terroribus. & caſibus omni animi perturbatione & metu uacare potius quàm in prouiſis, quòd ea magis ab animi habitu proficiſcantur, ſintq́; minus præparata. Nã quæ prouiſa ſunt & pręmeditata, cõſilio etiam & ratione quiuis approbare ac ſequi poſsit. At in repentinis uirtutem oſtendere animi eſt ſuo quodam babitu confirmati. Atque etiam fortes habentur ij, qui ignoratione ducuntur ad agẽdum: nec procul ab ijs abſunt, qui ſpe ac fiducia freri faciunt qoippiam: ſed tamen hoc ſunt deteriores, quòd nihil ſcientię in ipſis incluſum eſt, in illis autẽ eſt. Itaq; illi aliquandiu permanent in ſententia. Qui autem falſi ſunt & decepri, ſi ſemel rẽ aliam eſſe atq; ſuſpicati erãt, intelligant, fugiũt. Quod Argiuis euenit, qui in La-

A cedęmonios, quos Sicyonios putabant, inciderunt. Ac forrea quidẽ qui uerè ſint, quiq́; uideantur, iam diximus.

FORTITVDO MAGIS CERNI-
tur in rebus formidoloſis, quàm in ijs quæ fiduciam præbent: tum de fortitudinis proprietatibus quibuſdam. Cap. IX.

Fortitudo aotem cũ in audacia metuq́; uerſetur, nõ tamen æquè in ijs, ſed in rebus formidoloſis magis cernitur. Nã qui his in rebus animi perturbatiõe uacat, quiq́; in eis ita eſt affect⁹ animo, ut decet, is potius fortis eſt, quàm qui talem ſe ijs in rebus præbet, quę fiduciã adferunt. Fortes igitur ex eo, ut dixi, nominantur, quòd ea quæ acerba ſunt & uidentur, forti magnoq́; aoimo perferant. Itaq; cum moleſtia coniucta eſt fortitudo, eaq́; iure laudatur. Difficilius eſt enim res periculorum moleſtięq́; plenas ferre, quàm ſe ab ijs quę uoluptatẽ afferunt, abſtinere. Sed tamen forritudinis finis iucũdus eſt, & ſi propter eas res, quæ circũfuſæ ſunt, minus appareat. Vt in ijs ludis qui gymnici appellantur, cõtingit. Nam pugilibus, quem ſibi quiſq; propoſuit, finis dulcis iucundusq́; eſt, ut corona, ut honores: at plagæ & uulnera, quoniã ipſi ex carne conſtant, omnisq́; labor durus eſt ac moleſtus. Quæ quoniã multa ſunt, finis autem exiguus & paruus, in eo nihil ineſſe uoluptaris uidetur. Similiter in fortitudine, mors, & uulnera aſpera, & odioſa forti uiro, uelit nolit, futura ſunt. Attamen ea omnia forti magnoq́; animo ſubit, quia pulchrum eſt, aut cerrè, quia nõ ſubire turpe ſit.
B Atqui idem quo maioribus uirtutibus omnib. inſtructus ornatusq́; eſt, quoq́; beatior, eo moleſtius mortem, acerbiusq́; perferet. Nã cum is ſit, qui uira diuriſsima ſit digniſsimus, ſciens & prudeos maximis bonis ornameorisque ſpoliatur. Quod & ſi aſperum moleſtumq́ue eſt, tamen in his forris excelſusq́; animus apparet: eoque magis, quòd in bello his omnib. talibus decus ipſe, & gloriam anteponat. Non igitur uirtutum omnium iucundæ ſunt actiones, niſi quatenus finis copulatus coniunctusq́; adſciſcitur. Nihil autem prohibet, milites eſſe clariſsimos, oon eos qui ſunt eiuſmodi, ſed eos qui minus fortes ſunt illi quidem, ſed nibil aliud boni habent. Prompri enim ſunt iſti ac parari ad pericula, uitãq́; exigua mercede cõmutant. Ac de fortitudine quidẽ hactenus. Quid autem ipſa ſit, nõ difficile eſt ex ijs quæ dicta ſunt, ſimpliciter quidem cognoſcere.

TEMPERANTIAM ET INTEM-
perantiam, in uoluptatibus corporis, cuiuſmodi ſunt quæ guſtatu tactuq́; capiũtur. Cap. X.

De qua quoniã diximus, iam de temperantia diſſeramus. Sunt enim hæ uirtutes earum partium propriæ, quæ ſunt rationis expertes. Ac temperantiam quidem mediocritatem in uoluptaribus eſſe iam diximus. Minus enim & nõ ſimili modo uerſatur in doloribus, in quibus etiã intemperantia cernitur. Nunc quib. in uoluptatib. uerſetur, explanemus. Diuiſæ ſint igitur ita, ut aliæ ſint animi, alię corporis: ut ſunt ambitio, & diſcendi cupiditas. uterq; enim delectatur eo cuius afficitur cupiditate: cũ nihil cor-

pus, ſed animus potius perpetiatur. Qui autem in uoluptatibus eius generis occupati ſunt, nec temperantes, nec intemperantes nominantur. Nec ij omnino qui alias ſequuntur, quæ non ad corpus pertinēt. Nam qui fabellarum cupiditate ducuntur, uel ſtudio narrandi trahuntur, & qui in rebus quibuslibet dies totos conterunt, eos loquaces, non intemperantes dicimus. Nec eos quidem, qui pecuniarū amiſsionem, uel amicorum caſum grauiter ferunt. Hæreat ergo neceſſe eſt in uoluptatibus corporis temperantia, nec tamen in omnibus. Qui enim delectātur ijs rebus quæ ſub aſpectum cadunt, ut colore, ut figura, & pictura, ij nec temperantes appellantur, nec intēperantes. Atqui uidentur ijs rebus & delectari poſſe, ut ratio præſcribit, & nimium & parum. Itemq; in ijs quæ ſubiecta ſunt auditioni. Neq; enim eos quiſquam, qui præter modum cantu, uel ſabulatum actione lætantur, intemperantes: aut eos qui modicè, moderatos appellat. Nec eos, qui ijs rebus gaudēt quæ ſubiectę ſunt odorationi, niſi impropriè. Nam qui malorum, roſarum, ſuffumigationumq; capiuntur odoribus & fragrantia, eos non intemperantes appellamus: ſed eos potius qui unguentorum & opſoniorū. Ex his enim libidinoſi capiūt uoluptatem, propterea quòd ex ipſis redeant in memoriam cupiditatum. Cernere etiam licet alios cum eſuriūt, epularum odore capere uoluptatem. At gaudere rebus eiuſmodi, hominis eſt intēperantis, quoniam eorū hæ ſunt uoluptates propriæ. Nec uerò his ſenſibus propriè capiunt cætera animantia uoluptatem. Neque enim aut canes leporum

B

delectantur odore, ſed paſtu: ſiquidem ſenſum odor ferit & afficit: aut leo uoce bouis, ſed eſu, quòd eum in propinquo eſſe ſenſit ex uoce: itaq; eo ipſo lætus eſt. Itemque nec quòd cernat, aut inuenerit ceruum, uel capram feram, ex eo gaudet: ſed quia paſtum nactus ſit. Verſantur igitur in ijs uoluptatibus omnibus temperantia & intemperantia, quarū reliquæ participes ſunt animātes. Itaq; ſeruiles eas belluinasq; eſſe conſtat. Cuiuſmodi ſunt, quæ guſtatu tactuq; capiūtur. Ac guſtatu quidem nihil, aut paulum admodum utuntur. Eſt enim in guſtatu ſaporum iudicium: quod quidē ij faciunt, qui uina probant, & opſonia condiunt. Neq; hæc placent admodum libidinoſis: ſed uoluptas ea, quę ex tactu percipitur, in eſculentis, poculentis, ijsq; rebus quæ ueneræ nominantur. Itaque Philoxenus quidam Eryxius, cum epularum uoluptate duceretur, collum ſibi dari gruis longius optabat, quòd ex tactu caperet uoluptatem. Tactus autem ex ſenſibus unus patet latiſsimè, in quo ſita intemperantia eſt, quæ iure ut probrū maximè obiectatur, propterea quòd ineſt in nobis, non quatenus homines ſumus, ſed quia animalia. His igitur talibus delectari, easq; adamare, belluarū eſt. Eas enim excipimus quæ honeſtæ liberalesque cum maximè ſint, ad tactū pertinent, quales ſunt quę in gymnaſijs frictione & calore gignūtur. Neq; enim proteruorum ac libidinoſorum tactus toto corpore fuſus eſt, ſed quibuſdam partibus inhæret.

A

CVPIDITATVM DIVERSA GEnera deſcribit, in quibus temperantia intemperantiaq; cernitur. Cap. XI.

CVpiditatum autem aliæ communes ſunt, aliæ proprię & adſcititię, ut cibi cupiditas naturalis eſt. (Omnes enim cū uacui ſunt, cibum uel ſiccum, uel humidum appetunt, alias utrunque.) Et, ut ait Homerus, cubile optat adoleſcens, & qui eſt iam corroborata ætate. At hūc uel illum cibum, nō iam, nec eoſdem omnes deſiderant. Itaq; hoc iam noſtrum eſt, quanquam habeat quiddam ſimile naturæ. Alij enim alijs mouentur: ſuntq; res quædam quibus omnes delectentur potius quàm quibuslibet. Ac in ijs quidem quę à natura proficiſcuntur, cupiditatibus, delinquitur atq; peccatur à paucis: idque in eam partem quæ nimium eſt, quòd plus adhibeatur, quàm ratio præſcribit. Nam edere quæcunque adſint, & potare dum ſupra modum compleare, id eſt extra modum in eo prodire quod ſecundū naturam eſt. Expletio enim eius quod deeſt, eius eſt cupiditatis quæ à natura proficiſcitur. Itaque homines appellātur hi, γαστρίμαργοι, quòd uētrem cibo & potione complent, contra decorū. Quales ſunt qui mancipiorum ſunt perſimiles. At uerò in proprijs & priuatis uoluptatibus complures peccant, atque id multifariam: cumq; hi qui res eiuſmodi adamant, aut ex eo dicantur, quòd ijs gaudeant, quibus nō decet, uel plus quàm ratio poſtulet, aut quemadmodū pleriq;, uel non quemadmodum decet, uel quo dedecet. intemperantes ſanè omnibus in rebus modum tranſ-

B

eunt. Nam & ex quibuſdā rebus percipiunt uoluptatem, ex quibus, quoniam odio dignæ ſunt, non decet percipere: & ſi quibus ex rebus uoluptas capienda eſt, ex ijs maiorem capiunt quàm debeant, uel ut uulgus. Ex quo quidem perſpici poteſt, intemperantiam, exuperantiā eſſe quandam uoluptatum, eoq; uituperandam. In doloribus autem non dicitur quis temperans, ut in fortitudine, ex eo quòd eos ferat: nec intemperans, quòd non ferat: ſed intemperans quis appellatur, quòd moleſtius quàm decet, ferat nulla ſe uoluptate perfrui. Itaq; ei affert dolorē uoluptas. At temperans propterea, quòd nec ſe priuari uoluptate doleat, nec abſtinere. At intemperans omnes uoluptates cōcupiſcit, aut certè maximas: ſicque uoluptatibus rapitur, eas ut rebus omnibus anteponat. Itaq; & non fruendo angitur, & concupiſcendo. Eſt enim cum dolore omnis coniuncta cupiditas: nihilq; profectò abſurdius eſt, quàm ex uoluptate percipere dolorem. Qui autem parum aut minus quàm æquum ſit, uoluptate afficiantur, pauci admodū reperiuntur. Non enim propria eſt hominis huiuſmodi ſenſus uacuitas, & in uoluptatibus aſpernandis immanitas. Etenim cætera animalia paſtum diſcernunt à paſtu, alioq; delectantur, alio non itē. Sed ſi quis eſt huiuſmodi, cui nihil uoluptatem afferat, quiq; nihil putet intereſſe inter aliam rē atq; aliam: is profectò procul abſit à natura hominis, hominēq; ex homine exuerit neceſſe eſt. Talis quoniam non admodū reperitur, uacauit nomine. Temperans autem ijs rebus omnibus modum adhibet. Nā nec delectatur ijs, quibus intemperans

intēperans maximè: ſed angitur potius, nec omnino quibus ex rebus uoluptas percipienda nō eſt, nec uehementer ulla eiuſmodi: nec ſi abſint, dolore conficitur: nec concupiſcit, niſi moderatè. quòd ſi concupiſcat, nullam magis quàm decet concupiſcit: nec quando dedecet, nec ullam omnino ardentius deſiderat eius generis uoluptatem. Quæ autem ad ualetudinem pertinent uoluptates, uel firmam corporis cōſtitutionem, eas modicè, & ut decet, cōcupiſcit: cæteraſq; res omnes uoluptatum effectrices, quæ his non ſint impedimēto, dūmodo nec honeſtati repugnēt, nec facultates exhauriant. Nam qui ita animo affectus eſt, is uehementius quàm æquum ſit, uoluptates huiuſmodi adamat. Qualis non ſolet eſſe temperans, qui rationi congruit.

DE TEMPERANTIAE EXTREmis: in quibus omne temperanti certamen eſt, ut eam partē animi, in qua cupiditatis eſt ſedes, rationi obtemperantem efficiat. Cap. XII.

INtemperantia autem magis noſtra uoluntate ſuſcipitur, quàm timiditas & ignauia. Illa enim ex uoluptate, hæc ex dolore naſcitur, quorū uoluptas expetenda eſt, dolorque fugiendus. Ac dolor quidem naturam eius in quo eſt, à ſuo ſtatu dimouet ac labefactat: uoluptas nihil tale facit, quoniā etiam à noſtra uoluntate proficiſcitur. Itaq; maiore reprehenſione digna eſt, quandoquidem facilior eſt earū rerum conſuetudo, quæ ſunt uoluptatis. Nam & multa & uaria eius generis in uita uerſantur, & eorum conſuetudo ſine periculo omnis capitur. In rebus autem formidoloſis contrà contingit. Sed ignauia B non æquè uoluntaria ac res ſingulæ, eſſe uideatur: quòd illa dolore uacat, hæ adeò homines de ſuo ſtatu ſenſu doloris dimouēt, ut & arma abijcere, & alia permulta contra decorum homines facere cogantur: ob eamq; cauſam uiolentæ uidentur. Contraq; intemperantis res ſingulæ uoluntate ac ſponte ſuſcipiuntur: quippe qui eas appetat, & concupiſcat: totum uerò genus, minus. quandoquidem nemo intemperantiæ cupiditate ducitur. Nomē autē τῆς ἀκολασίας, id eſt, intemperantię, ad pueriles errores delictaq; transferimus: nec iniuria. Eſt enim inter hæc quędam ſimilitudo. Vtrum autem ab altero ductum ſit, nihil ad id quod agimus, quanquā ſatis conſtat, poſterius ductum eſſe à priore. Nec iniuria quidē facta translatio eſt. κολάζεσθαι enim, id eſt, caſtigatione quadam adhibita contrahi debet id omne in nobis, quod rerum turpium ac libidinoſarum cupiditate rapitur, nimiumq; exultat ac luxuriat. cuiuſmodi ſunt appetitus, & pueri maximè. Nam cupiditatibus ducti uiuunt etiam pueri, in quibus maximè rerum uoluptatem efficiētium ualet cupiditas. Quòd ſi minus rationi parebunt, eiq; ſubiecti erunt appetitus, lōgius euagabuntur: (eſt enim cùm per ſe uoluptatis inſatiabilis & inexplebilis cupiditas, tum omni ex parte in eo, qui à ratione diſcedit) & cupiditas, dum expletur, eius quod cognatum eſt uires amplificabit. quæ quo ſunt maiores & uehemētiores, eo magis mentem è ſua ſede & ſtatu dimouent. itaq; modus in ijs retinēdus eſt, ne rationi repugnēt. Atq; hoc ipſum eſt, quod obediens caA ſtigationeq; adhibita moderatum eſſe dicimus. Vt enim puer ex pædagogi præſcriptione, ſic uis hæc concupiſcendi conuenienter rationi debet uiuere. Quocirca debet in moderato uiro, & tēperante rationi congruere ea pars animi. quæ cupiditatum eſt ſedes. Vtriq; enim propoſitū eſt, id quod deceat. Et appetit tēperans quæ decet, omnia, & quemadmodū, & quando decet: quēadmodum etiā ratio præcipit. Ac de temperantia quidem hactenus.

IN LIBRVM QVARTVM
Ethicorum Ariſtotelis, Analyſis.

*IN explicatione liberalitatis primùm oſtendit Ariſtoteles, eam ab alijs uirtutibus ſeparatam eſſe. Secundò, uitiorum oppoſitorum uocabula declarat. Tertiò, confirmat aliquam eſſe uirtutem circa diuitias, nempe liberalitatem, quia diuitijs & bene & malè uti liceat. Quartò, liberalitatem magis conſiſtere in eroganda, quàm accipienda pecunia, probat 5 argumentis. Quintò, liberalem deſcribit, quòd honeſti cauſa largiatur cū uoluptate, & omnes circunſtantias obſeruet. Sextò, liberalium hominum proprietates recenſet circiter 10. aliàs negatiuè aliàs affirmatiuè. Septimò, prodigum deſcribit, & confert cum liberali. Octauò, prodigum multo meliorem auaro probat tribus argumentis. Nonò, quoddam genus hominū declarat, per fas & nefas corradentium opes, ut has iterum pro ſua libidine profundant: qui ſimul & auari & prodigi ſunt, plerunq; autem intemperantes. Decimò, auaritiam decla*B *rat, uidelicet magnitudinem huius ſceleris, diuiſionem & nomen, quare uocetur illiberalitas. Sequitur de magnificentia, cuius materiā oſtendit, à liberalitate diſcernit, etymon exponit, oppoſita & proprietates recenſet. Eadem ferè methodo magnanimitatem pertractat, deinde aliam uirtutem ſine nomine, quæ uerſatur circa paruos honores, ſicut magnanimitas circa magnos: poſtea manſuetudinem, & aliam uirtutem innominatam, qua honeſta approbamus, non ex affectu, ut ſolent amici, ſed certo iudicio. Poſtremò explicat ueritatem, urbanitatem, uerecundiam.*

Liberalitatis differentia.
Liberalitas an ſit uirtus.
Liberalitatis materia.
Liberalitatis deſcriptio.
Liberalitati oppoſita.
Oppoſitorū collatio.
Auari cōtingens, ut Agricola uocat.

ARISTOTELIS
ETHICORVM, LIB. IIII.

DE LIBERALITATE,
eiuſq; materia, extremis, & proprijs.
Caput primum.

DEINCEPS de liberalitate dicamus, quæ in pecunijs mediocritas quędā cernitur. Laus enim liberalis poſita eſt non in bellicis rebus, uel ijs in quibus tēperans cernitur: nec rurſum in iudicijs, ſed in dandis accipiendiſq; pecunijs, potiuſq; in dandis. Pecunias autem appellamus res omnes, quarum nūmo pōderatur æſtimatio. Sunt autē in pecuniarum uſu duo uitia: quorum alterū in exuperantia poſitum eſt, diciturq; prodigalitas: alterū in defectione, quę appellatur auaritia. Ac auaritię quidē crimē ijs ſemper attribuimus, qui

nimio pecuniarum ſtudio tenentur. Prodigali-
tatem autem quandoq; cum alijs uitijs confun-
dimus. Impoteres enim & qui ſumptus faciunt,
profunduntq́; pecunias in eas res quæ ſunt inté
perantiæ, prodigos dicimus. Itaq; improbiſsimi
uidentur eſſe, quòd multis ſimul uitijs ſint flagi
tijsq́; contaminati. Non igitur proprio nomine
appellantur. eſt enim prodigus certo uitio impli
catus, quod in effundendis pecunijs cernitur.
ἄσωτος enim eſt, qui ſalutem ſuam negligés per ſe
ipſe perit. atqui uidetur ipſius interitus quidam
eſſe facultatum effuſio, quòd ex ijs uita ſuſtenta
tur. Prodigalitaté igitur hoc pacto intelligimus.
Quarum autem rerum uſus aliquis eſt, ijs & re-
ctè & peruerſe uti licet. Atqui ſunt diuitiæ & pe
cuniæ in bonis utilibus: & qui uirtute præditus
eſt, ea quæ in rebus omnibus cernitur, is optimè
ſcit uti omnibus. Optimè igitur diuitijs utetur
is, qui uirtutem, quæ in pecuniarú uſu uerſatur,
habuerit, qualis eſt liberalis. Vſus auté pecunia-
rú in ſumptu & largitione conſiſtit: in acceptio-
ne uerò & cuſtodia magis cernitur poſſeſsio.
Quocirca liberalis eſt, dare potius quibus dádū
eſt, quàm unde accipiendú eſt accipere: aut unde
accipiendum non eſt, nó accipere beneficiú. Vir-
tutis enim magis proprium eſt, beneficia in alios
conferre potius quàm ab alijs accipere: & quæ
recta ſunt & honeſta facere, quàm flagitioſa &
turpia nó facere. Dubium auté non eſt, quin dan
té beneficiū datum, honeſtaq́; actio comitetur:
accipientem uerò beneficium acceptú, aut certè
nulla turpis indecoráue actio. Et gratia ac laus
multo etiã magis danté, ac non eum qui non ac-
cipit, ſequitur. Facilius etiã eſt, nó accipere quàm
dare. ſuum enim quiſq; minus ſæpè profundere
ſolet, quàm accipere alienum. Atq; etiam libera-
les dicuntur ij, qui largiuntur. Qui uerò non ac-
cipiunt, ijs non liberalitatis laus tribuitur, ſed iu
ſtitiæ potius. Qui autem beneficia accipiunt, nó
admodú ij laudari ſolent. Iam omniú in quibus
uirtus ineſt, ij ferè diliguntur maximè, qui fama
& laude ualent liberalitatis. proſunt enim alijs:
quod in largiendo quidem poſitú eſt. Virtuti au
tem conſentaneæ actiones præclaræ ſunt, hone
ſtatisq́; cauſa gerūtur: dabit ergo liberalis bene-
ficia honeſtatis cauſa: & rectè. Largietur enim
quibus, & quantum, & quando largiendú erit:
cæteraq́; ſeruabit omnia, quæ rectam & æquam
largitionem ſequuntur: eaq́; faciet libenter, aut
non grauatè quidē. Quod enim in uirtute ineſt
iucundum, aut nó moleſtum, idem minimè gra-
ue eſt. At uerò qui largitur quibus largiendum
non eſt, nec honeſti ſtudio, ſed alia aliqua cauſa
ductus, hic nō eſt habendus liberalis, ſed alio ali
quo nomine appellandus. ne is quidem qui gra
uatè id facit, quoniã pręclaris actionibus & offi
cijs facilè pecunias anteponat, quod procul ab-
eſt à liberali. Nec uerò liberalis unquã accipiet,
unde nefas ſit: quippe cum ita non ſoleat accipe
re is qui pecunias contemnat, ac pro nihilo pu-
tet. Nec idem ad petendum procliuis eſt, quòd
non libenter beneficium accipiat is, qui dare ſo-
let. Accipiet tamen unde æquum erit, ut de ſuis
facultatibus & copijs: non quòd honeſtú ſit, ſed
quia neceſſe, ut ad largiendum ſuppetant copię.

A Nec uerò ſua negliget, qui nónullis quidē ex his
opitulari uelit. Paſsim autem cuiuis non largie-
tur, ut ſuppetant copiæ ad largiendum, quibus
rectú erit, & quando, & ubi ratio poſtulabit. Eſt
etiã liberalis in dando ualde excellere, ut ſibi mi
nora reliqua faciat. Liberalis eſt enim, ſibi ſuisq́;
cómodis minus conſulere. Sed ex facultatibus
omnis ponderanda liberalitas eſt. Neq; enim ex
numero beneficiorum quæ dantur, ſed ex animi
habitu eius qui dat, omnis eſt ſpectanda libera-
litas. habitus autem in dando rationem habet fa
cultatum. Quamobrem nihil prohibet liberalio
rem eſſe eum, qui minora confert beneficia, ſi ex
minoribus quæ ſuppetant copijs largiatur. Ad
opem autem ferendam alijs propenſiores ſunt
ij, qui non ſuo labore & diligentia opes pararūt,
ſed ab alijs partas acceperunt. neq; enim exper-
ti ſunt egeſtatis quàm ſit graue malum. Et ſua
cuiq; facta magis placent, ut parentibus & poë-
tis. Difficile eſt autem liberalem locupleté eſſe,
nec accipientem aliunde, nec ſua cuſtodientem,
quinetiam largientem, pecuniamq́; non propter
ſe amantem, ſed ad beneficentiã liberalitatemq́;
conferentem. Itaq; accuſatur fortuna, quòd mi-
nimè locupletes copioſiq́; ſint ij qui ſunt digniſ
ſimi. Quod nó ſine ratione contingit. Neq; enim
ut cæteris rebus, ſic opibus abundare poſſunt ij,
qui nullam dant operam, ut conſequantur. Non
tamen opem feret indignis, aut quando nó erit
largiendum: eaq́; ſeruabit omnia quæ ſunt gene
ris eiuſdem. nó enim iam faciat quæ ſint libera-
litatis. quas in res ſi profuderit facultates, nihil
B iam poſsit in eas quę honeſtæ ſunt effundere. Vt
ergo diximus, is demum liberalis eſt, qui pro fa-
cultatibus, atq; in eas res quæ pręclarę ſint, pro-
fundit pecunias: qui autem modum tranſit, pro-
digus dicitur. Itaq; reges non appellamus prodi
gos, quòd non facilè ſit eorum opes & copias
quas maximas habét, ullis largitionib. aut ſum-
ptibus exhauriri. Quoniam igitur mediocritas
quædam eſt liberalitas, quæ largiendis accipien
disq́; pecunijs cernitur: largietur quidem libe-
ralis, & ſumptus faciet in eas res quæ decoræ e-
runt: ijsq́; modum adhibebit æquè in magnis,
atq; in paruis, idq́; faciet libenter: accipietq́; un-
de, quantumq́; accipiendum erit. Nam quia in
utroq; hæc uirtus, ut modus quidam cernitur,
utrumq; pro dignitate præſtabit. Honeſtã enim
largiendi rationem, honeſta etiam accipiendi ſo
let conſequi. ſin talis non eſt, contraria ſit neceſſe
eſt. Ac eæ quidem quæ ſe conſequuntur, ſemper
ſunt in eodem: contrariæ auté non item. Quòd
ſi contra decorum & honeſtaté accidat, ut pro-
fundat pecunias, ægrè feret ille quidem, ſed mo
dicè & decorè. Virtutis eſt enim & lætari & do-
lere quib. rebus, & quemadmodú decet. Iã in re
númaria liberalis facilem ſe ſociú lenemq́; præ-
bebit. Quoniam enim deſpicit ac pro nihilo pu-
tat pecunias, opportunus eſt iniurię. Idemq́; mo
leſtius feret ſe ſumptus non feciſſe quos debuit,
quàm doleat ſe in eas res quas minimè decuit,
pecunias effudiſſe. nec Simonidis ſentétiã proba
bit. At uerò prodigus in his etiã omnib. aberrat.
Nã nec gaudet, qbus, aut quéadmodú æquū eſt,
nec offenditur. qd ex ijs quę deinceps dicemus,
facilius

facilius intelligetur. Atq; hoc quidem iam diximus, prodigalitatem & auaritiam exuperantias eſſe ac defectiones: eaſq; in duobus uerſari, largiendis accipiẽdisq; pecunijs. ſumptus enim referimus ad largitionem. Et prodigalitas quidem largiendo & minus accipiẽdo finem modumq; tranſit, accipiendoq; modũ deſerit. Auaritia autem largitur parum illa quidem, ſed accipiendo, niſi in paruis, ultra modum progreditur. Ea igitur quæ ſunt prodigalitatis propria, nõ poſſunt unà diutius cõſiſtere, acceſsionẽq; capere. Neq; enim facilè eſt, eum qui à nemine accipiat, largiri omnibus. Celeriter enim deſunt ad largiendũ facultates ijs, qui priuati ſunt, quales ſunt ferè prodigi. Atqui cum ſit eiuſmodi, tamen uidetur multo melior auaro. Facilè enim ad ſanitatẽ traduci poteſt et progreſſu ętatis, & inopia coactus: ad mediocritatẽq; peruenire poſsit. In eo enim ſunt ea omnia quæ ſunt liberalis, quòd & largitur, nec aliunde accipit. Sed tamen in utroq;, nec decorũ ſeruat, nec æquitatem. Quod ſi facere aſſueſcat, aut aliàs cõmutetur, iam erit liberalis. Nã & quibus largiendũ erit, largietur: nec unde minus æquum erit, accipiet. Quocirca non uidetur deprauatis corruptiſq; moribus præditus. Non enim ſcelerati eſt aut ingeneroſi, ſed ſtulti poti⁹, largiendo, nec accipiendo finem modumq; tranſire. His igitur præditus moribus prodigus, multo eſt auaro melior, cùm ob eas cauſas quas diximus, tum quòd hic prodeſt omnibus, ille nemini, ne ſibi quidem. Sed plerīq; prodigorum, ut diximus, à quibus nõ debent, accipiunt, ob eamq; cauſam auari exiſtunt: parati autem ſunt ad accipiendũ, propterea quòd ineſt in ijs cupiditas plerunq; effundendi copias, quod ægrè efficere poſſunt. Cum enim dando egere celeriter cœperint, alienis bonis manus afferre cogũtur. & quia nullam honeſtatis rationem ducunt, ſine delectu undecunq; poſſunt, rapiũt. Ineſt enim cupiditas in eis largiendi: ſed quomodo, aut unde, nihil laborant. Quare largitio eiuſmodi non debet liberalis uideri. Nã nec honeſta eſt, nec honeſtatis cauſa, nec pro dignitate: ſed nonnunquam quos homines æquum erat omni ope deſertos uitam in ſumma inopia degere, eos potiſsimũ locupletãt: ijs uerò qui bonis ſunt moribus, nihil largiũtur. aſſentatores autẽ, eoſq; omnes qui miniſtri ſunt uoluptatum, magnis opibus adaugent. Ita fit, ut plerīq; eorum ſint libidinoſi. Quoniã enim facilè largiuntur, ſumptus etiam ijs rebus ſuggerunt, quæ ſunt libidinis. Et quoniam honeſtè & moderatè non uiuunt, propenſi ſunt ad uoluptates. Ac prodigus quidem cũ nullam ſequitur ducem rationem, in has miſerias incidit. Qui ſi curam diligẽtiamq; adhibuerit, facilè ad uirtutem decorumq; perueniat. At uerò auaritiæ malum inſanabile eſt. Nã ſenectus omniſq; imbecillitas auaros efficit. Eademq; magis tributa eſt à natura hominibus, quàm prodigalitas: quòd multo plures ſtudio pecunię trahãtur, quàm parati ſint ad largiendum. Latè etiam patet, eiuſq; genera ſunt plura. multi enim modi auaritiæ uidentur eſſe. Cum enim in reb. duabus cernatur, ut ſi minus largiare quàm deceat, & ſi modum accipiendo tranſeas: non ineſt tota in omnibus, ſed ſeiũ-

A gitur, aliiq; extra modum accipiendo prodeunt, alij parum largiuntur. Qui enim his nominib. appellantur, parci, tenaces, aridi, omnes deficiũt & deſunt dando: ſed alienum nec appetunt, nec uolunt accipere, quorũ alij id faciũt bonitate quadam, rerumq; turpium fuga. Vidẽtur enim quidã, aut certè aiunt ſe ob eam cauſam tueri ac cõſeruare ſua, ut ne aliquando turpe aliquid facere cogantur. In his eſt & cumini ſector, & ſi quis talis: qui omnes ex ſingulari quadã auaritia nominati ſunt. Alij autem metu ab alieno manus abſtinent: quòd nõ ſit facilè, qui ab alijs accipiat, eius res ab alijs non uiciſsim accipi. Placet igitur his talibus, neq; dare alijs quicquã, nec uiciſsim ab alijs accipere. Sunt etiã alij in accipiendo nimij, qui paſsim & quiduis accipiũt, quales ſunt ij qui in ſordidis artibus uerſantur, ut lenones, & omnes eiuſmodi, ut fœneratores, & qui exigua dãt ut maiora ferãt. Omnes enim hi homines à quibus & quantum æquum non eſt, accipiunt: eorumq; cõmunis, turpis, ſordiduſq; quęſtus uidetur. Nam propter quęſtũ atq; eum perexiguum, omnes probra & dedecora ſuſtinent. Qui enim magna à quibus, & quæ neſas eſt eripiunt, quales ſunt tyrãni, qui ciuitates oppugnant, fána diripiunt, ij non auari, ſed ſceleſti potius, impij & iniqui ſunt habendi. Attamen & aleatores & fures & latrones auari putandi ſunt, quòd in turpi quæſtu ſint occupati. nam ſpe quæſtus hęc inſtitura ſequuntur, & probra perferunt. Atq; hi ſpe quæſtus maximis periculis ſe offerunt: illi ab amicis, quas copias ijs ſuppeditari æquius eſt & B relinqui, eas lucrãtur. Vtriq; igitur, quoniã opes ſuas augent alienis, repugnante ratione, in ſordido quæſtu & arte uerſantur. Quamobrẽ omnes hæ rapinæ & pecuniarum tranſlationes illiberales ſunt. Iure autem liberalitati auaritia oppoſita eſt, quod maius eſt malũ quàm prodigalitas: ſæpiuſq; ea peccatur, quàm illa eadem effuſione. Ac de liberalitate quidem uitioſitatibuſq; ei contrarijs hactenus.

DE MAGNIFICENTIA, ET *quid à liberalitate differat, & quæ ſint eius extrema.* Cap. II.

SEquitur ut de magnificentia diſſerendũ eſſe uideatur, eo ipſo quòd ea uirtus in pecunijs cernitur. Sed non ad omnes actiones & officia pecuniaria, quemadmodum liberalitas, ſed ſumptuaria modo adhibetur, in quibus liberalitatẽ magnitudine ſuperat. Eſt enim uirtus ut nomine ipſo declaratur, in ſumptuũ magnitudine ſeruans decorũ. Magnitudo autẽ ad aliud refertur. Neq; enim idem ſumptus trierarcho dignus eſt & pręfecto ſpectaculorũ: in omnibuſq; reb. ut decorũ conſeruetur, & perſonæ, & tẽporis, & rerũ ipſarũ habenda ratio eſt. Qui autẽ ſumptus facit in res uel paruas, uel mediocres pro dignitate, is nõ magnificus, ut ille qui dicebat, Sæpè dedi peregrinis: ſed qui in res magnas, is demũ magnificus eſt iudicãdus. Qui enim magnificus, idẽ continuò liberalis: qui autẽ liberalis, idẽ non cõtinuò magnificus eſt. Huius autẽ animi habitus defectio, ſordes appellatur: exuperãtia, luxus, & profuſa ineptaq; largitio, & ſi qua ſunt eius generis

neris uiria,quę extra modũ non prodeunr ſum-
pru,quibus in rebus decet:uerùm in quibus de-
decet,& qua ratione non decer, ſplendorẽ oſten
tant, de quibus mox diſſeremus. Magnificus au
tem docto ſimilis eſt, quoniam decori rarionem
habere poreſt,ſumprusq́; magnos aprè ſuggere-
re. Nam cum habitus omnis animi definiarur a-
ctionibus, initio ur dixi,ijsq́; omnibus in quib.
uerſatur: magnifici aurem ſumprus magni ſint
& decori: fir ut etiam eiuſmodi ſint opera. Ita
enim ſumptus magnus futurus eſt, & ad rem a-
ptus & accommodarus,ſi & res ipſa ſumpru di-
gna, & ſumptus re ipſa dignus, sur eriam maior
habebitur. Sed hæc omnia honeſtaris cauſa(hoc
enim uirturibus omnibus cõmune eſt) magnifi-
cus facier,idq́; libẽter ac largiret. Accurarè enim
ac ſubrilirer res põderare,ſordes ſectantis ac ſplẽ
dorem fugientis eſt proprium. M giſq́; qua ra-
tione quicq; ſplendidiſsimè efficiarur, conſide-
rabit, quàm quanri, quoq́; modo minimo. Ma-
gnificus aurem liberalis ſir neceſſe eſt. Nam cum
eos liberalis ſumprus ſuppedirar, quos & quẽ-
admodum decet, rum in ijs magnifici ſplendor
elucet: quaſi magnificenria ſit magnitudo quæ-
dam liberalitaris in ſumptibus faciendis. Id e-
tiam magnifici eſt, quod æquo ſumptu rem ad-
miniſtrabit ſplẽdidius. Neq; enim eadem uirrus
eſt & cõmendario poſſeſsionis, & operis. Vr e-
nim quæq; res quã poſsideas maximi precij eſt,
ira plurimũ cõmendarur, ita ur in precij æſtima-
tione ſir poſſeſsionis cõmendario: ar operis cõ-
mendario eſt, ſi præclarum eſt atq; magnũ. quo-
niam eius inſpectio mirabilis. At quod magnifi-
cum eſt ac ſplendidum, id omne mirabile. Eſtq́;
rei & operis ſplendor ac dignitas in magnitu-
dine. Sumptus autem in hoc genere ij probãtur
maximè, quos honorabiles dicimus, quales ſunt
quæ Dijs adhibentur, donaria, apparatus, ſacrifi-
cia, ſimilirerq́; ea omnia quæ in cultu & religiõe
diuina impenduntur, & quæ in Repub. honeſtæ
glorię cauſa exhibenrur, ut ſicubi ludos fieri ſplẽ
didè putenr oportere, aut triremis prę fecti mu-
nus exequi, sut publicum epulum præbere. Sed
in his omnibus uidendũ eſt, ur dixi, non modò,
qualis is ſir qui agat, ſed quales eriã ei ſupperanr
ad efficiendum faculrares. Sunt enim ad res quæ
ſuſcipiuntur accõmodandæ: nec ſolũ quid opus
decear, ſed eriam quid eũ qui ſumptus facir, de-
ceat, uidendũ eſt. Quocirca pauperũ nemo poſ-
ſit eſſe magnificus, quòd ei nihil ſupperar, unde
ſumptua queat ſplendidè ſuſtinere. Quòd ſi ag-
grediatur, quoniã id faciar contra dignitatem ac
decorum: cũ uirtutis proprium ſit non diſcedere
à recto: pſectò ſtultus habeatur, neceſſe eſt. Hu-
iuſmodi uerò ſumptus ijs potiſsimũ decori ſũt,
quibus illos ſumptus facere, uel ab ipſis eſt rece-
ptũ, uel à maioribus ſuis, sut alio quodã propin-
quitatis iure ipſos attingentibus inſtitutum. tũ
uerò nobilib. & claris hominibus: & ſi qua ſunt
ex hoc genere. ineſt enim in his omnib. ſplẽdor
quidam & dignitas. Ac magnificus quidẽ uir eſt
eiuſmodi, in hisq́; ralibus ſumptibus, ur dixi, ma
gnificẽtia cernirur maximè. Sunr enim & maxi-
mi, & maxima digni gloriarione. Eorum autem
qui priuatim fiunt, huc pertinẽt ij omnes qui ſe-

A mel ſuggerũtur, ut nuptiæ, & ſi quid eſt eiuſmo
di. Itemq́; ea in quibus ciuiras uult ſtudium ſuũ
priuatim ciues collocare, aut ij qui ſunr in magi-
ſtratu: hoſpitum etiam recipiendorum iura, lega
tiones, dona, & remunerationes. Neq; enim ſui
cauſa ſumptus ſoler facere magnificus, ſed Rei-
pub. Er dona ſimile quiddã habent ijs rebus quę
dijs dedicantur. Eſt etiam magnifici & honorati
uiri, domũ ędificare, cuius modus & dignitas ad
diuirias accõmodanda eſt (quęritur enim eriam
ex domo digniras quędam) & in eas res potius
pecunias profundere, quas diutius durare opor-
rear. (Hæ enim præclariſsimæ res ſunr) ira ut
ſuum quæq; decua obrinear. Non enim eadem
dijs hominibusq́; conueniunr, nec fanis & ſepul
chris. Omnis eriam ſumptus magnus eſt ex ſuo
genere æſtimandus. Arq; ille quidẽ magnificen-
tiſsimus eſt, qui magnus eſt, & in magnã aliquã
rẽ factus: ſecundo uerò loco eſt, qui in huiuſmo-
di res aliquas de quib agimus, magnus erir. In-
tereſt aurẽ inter id quod in re, & quod in ſum-
ptu magnũ appellarur. Nã pila quidẽ ſi pulcher-
rima ſit, aut urceus, pueri quidem rarione & ſen
tẽria, clarus & magnificus habearur: eius aurem
ęſtimatio & preciũ perexiguum eſt, & illiberale.
Ob eamq́; cauſam magnifici eſt, in quocunq; ge-
nere quid faciar, magnificè id ſplẽdideq́; facere.
Nam quod ira fir, nec facilè ſuperari poreſt, & fit
pro ſumprus dignitate. Ac magnificus quidẽ uir
talis eſt. Qui aurẽ modũ tranſir, hoc ipſo, ur dictũ
eſt, modum tranſit, quòd profundar cõtra decus
pecunias. In rebus enim patui momẽti magnos
B ſumptus adhiber, ſplendoremq́; insprè oſterar,
ut nupriali apparatu eos excipiens qui danr ſym
bolum, & qui comicos ludos facturus, qua ſunt
trãſiruri comœdi, omnia purpura exornar, ut ſo-
lenr Megarenſes. Atq; hæc facir omnia non ho-
neſtatis, ſed oſtentandarum diuitiarum cauſa, &
quòd ſe puter admirationẽ cęrerorũ excitarurũ.
Atq; idem quę res magnos ſumprus deſiderant,
in ijs parcus eſt: quę exiguos, in ijs profuſus. Sor
didus uerò in omni re abeſt à decoro: qui cũ ma-
gnos ſumptus ſuſtinuerit, in exiguo decorũ om
ne peruerrit. Quòd ſi quid faciar, & cũctando id
efficir, & qua rarione minimo ſumptu præſtare
poſsir, cõſiderat, arq; id grauarè, idemq́; ſe ſplen
didius omnia, quàm deceat facere arbirratur. Ac
ſunt hi habirus uitioſi illi quidem, ſed non ferè
in reprehẽſionem incurrunr: idq́; fir ob eam cau-
ſam maximè, quòd nec proximis noceãt, nec in-
ſignem habeant deformiratem.

DE MAGNANIMITATE, QVAE
in honoribus magnis & debitis uerſatur: deq́; eius extremis. *Caput* III.

MAgnirudo autẽ animi magnis in rebus,
ut nomen ipſum ſignificat, cernitur. Sed
primùm in quibus, nobis explicandum
eſt. Nihil aurem intereſt, urrum ipſam animi af-
fectionem nobis proponamus, an eum qui ea ſit
prædirus. Igitur is demum magno excelſoq́; ani
mo purandus eſt, qui res magnas illas quidem,
ſed quibus dignus ſir, ſibi deberi iudicar. Qui
enim cũ indignus ſit, de ſe idẽ hoc ſenrit, is ſto-
lidus habẽdus eſt. Atqui eorũ qui uirtute gerũt
aliquid

aliquid, nemo ſtolidus, nemo amens potatur. Ac magno quidem uir animo is eſt, quem diximus. Qui autem exiguos honores meritus eſt, quos ſibi tribui æquum ceoſet oportere, is non magnanimus, ſed modeſtus & moderatus eſt iudicandua. Magnus enim animua in magnitudine cernitur, quemadmodum pulchritudo in magno proceroq; corpore. Breues autem homines ſunt illi quidē urbani, aptaq; compoſitione mēbrorum præditi, formoſi non item. Qui uerò magna pręmia ſe meritū putat, ijs cum ſit indignus, ſuperbus dicitur. Nec uerò qui maioribus ſe dignoa exiſtimant, quàm eorū ſint merita, omnes elati ſuperbiq; iudicādi ſunt. At qui minora quā habere ſit dignus, ſibi deberi iudicat, is demiſſo puſilloq; animo potādua eſt, ſiue magna, ſiue mediocria, ſiue exigua illioa extent merita, quibus minora ſibi etiam tribui putet oportere: ſed potiſsimum, ſi magna eius merita uideantur. Quid enim ſi tantis eſſet indignua, facturua fuiſſe uideatur? Ergo magnanimus ſūmua ac extremus eſt ille quidē magnitudine, ſed modo rationeq; medius. Nam ſuis ſe ipſe meritis metitur: alij uel modū tranſeunt, uel deſerunt. Qui ſi magna atq; adeò maxima ſibi, quia dignus ſit, deberi iudicat, profectò una in re maximè eiua merita cernuntur. Quid ergo tandem illud ſit, ex dignitate intelligendū eſt. Dignitas aotem ad externa bona refertur: quorum maximum ponimus id, quod & Dijs tribuimus, & quod maximè expetunt omnes ij qui ſunt in magiſtratu, & quod rerum geſtarum, uel præclariſsimarum quaſi mercedem omnes deſiderant, qualia gloria eſt. Eſt enim bonorum extemorum maximū gloria. In honore igitur, & decore magnanimus ita animo affect⁹ eſt, ut ratio ęquitasq; poſtulat. Quod etiam tacentibus nobis facilè perſpici poteſt. Gloria enim magni uiri ſe eſſe digniſsimos, idq; pro dignitate, arbitrantur. At qui demiſſo pectore puſilloq; animo eſt, is deficit, ſiue ad ipſum reſpicias, ſiue ad magnanimi dignitatem. Qui aotē elato animo eſt, quod ad ſe quidē attinet, in exuperatione eſt: at cum magnanimo comparatua, nō exuperat. Sed quoniam maximis honoribus magnanimus dignus eſt, idē optimus ſit neceſſe eſt. Semper enim quo quiſq; melior, eo maiore dignus eſt gloria, & optimo cuiq; maxima gloria debetur. Ita eum qui uerè ſit magnanimus, uirum bonom eſſe neceſſe eſt. Atq; etiam magni fortisq; animi proptium uideatur, quod in quaque uirtute magnum excellenaque ducitur. Nequaquam etiam deceat magno animo uirum fugere, aut cuiquam facere iniuriam. A quo enim inductus turpe aliquid faciat, cui nihil magnum eſſe uideatur? Ac mihi quidem certè ſingula ſpectanti, omnino ridiculus magnus aoimus uidetur, qui non idē ſit bonus: qui ſi malus ſit, ne honore quidē eſſe diguus poteſt. Eſt enim uirtutia merces, gloria, quæ eadem bonis uiris tribuitur. Quocirca uidetur magnitudo animi, quaſi ſplendor quidam & omamentum eſſe uirtutum omnium. Nā & maiores eas ſplēdidioresq; facit, & cohærere ſine illis nullo modo poteſt. ob eamq; cauſam uix in quoquam oera animi magnitudo reperitur. ſiquidem eſſe ſine ſingulari quadā &

A eximia bonitate nullo pacto poteſt. Omnino igitur magnus animus in decore & dedecore cernitur. Atq; idem magnis honoribua, & qui à bonis uiris tribuētur, moderatè ille quidem lætabitur, tanquam ſuos aut etiam minores ſit conſecutua (uirtute enim undiq; perfecta & abſoluta nullus honos ſatis dignus poteſt eſſe) ſed tamē eos ille quidē certè recipiet hoc ipſo, quòd ei maiores haberi noo poſsint. Eos autem, quoa uulgus ei tribuet, & exiguos, omnino cōtemnet, ac pro nihilo putabit, ſiquidem tales meritus non eſt, itemq; dedecua & infamiā, quòd ei iure non poſſunt contingere. In primis igitur ac maximè in gloria magnanimus, ut dixi, cernitur. Attamen & in diuitijs & magiſtratibus, & in ſecundis rebus & aduerſis, affectus erit quàm moderatiſsimè fieri poſsit: neq; proſperis rebus lætabitur nimis, neq; aſperis aduerſisq; mœrebit. Neq; enim iſto pacto in honore & gloria, quæ res eſt maxima affectua eſt. Imperia enim & opes glorię cauſa expetendæ ſunt. Itaq; ea omnia ſibi glorię ducunt, qui ijs ſunt præditi. Quid ergo uideatur ei magnum in rebus humanis, cui etiam contemptui eſt gloria? Quocirca magno animo excelſoq; uiri, ijdem contemnentes rerum uidentur eſſe. Atq; etiam ſecundæ res uidentur ad animi pertinere magnitudinem. Nā & nobiles gloria digni putantur, & ij qui ſunt in imperio, & diuites, quòd excellant aliqua præſtantia. habet autē uenerationem iuſtiorē, quicquid excellit. Itaque maiores elatioresq; animoa hæc ipſa faciunt: ſiquidem ex ijs gloriam à nonnullis conſequuntur. B Quanquam autem ſi uerum iudicare uolumus, ſolis bonis honos debetur: tamē cui utrūq; adſit, is neſcio quo modo maiorem laudē ac gloriam meretur. In quibus autem hæc talia bona inſunt ſine uirtute, ij neq; ſe ipſi iure magno honore dignos putant, nec magnanimi rectè nominantur. Neq; enim hæc conſtare ſine uirtute undique perfecta ullo modo poſſunt. ſuperbi uerò & cōtumelioſi, & alijs huius generis uitijs præditi ſiūt. Difficile enim eſt, ſi a uirtute defeceris, ferre aptè res ſecundas. Quoniam autem ferre illi non poſſunt, & ſe præſtare cæteris putant, eoa contemnunt: ipſi quicquid libuerit, faciunt. Imitantur enim magnanimum, cum ab eo abſint, diſtentq; plurimum. Atq; hoc quibuſcunq; rebus poſſunt, faciunt. Virtute igitur nec gerunt quicquam, & tamen contemnunt cæteros. At uerò magnanimus uir iure deſpicit. Veritate enim ille ad iudicandum, plerique autem magis temeritate ducuntur. Et quoniam paruiſacit ac negligit omnia præter admodum pauca, ideo non ſolet temerè periculis ſe offerre, nec ea optare. Magnis autem ac grauibus ſe obijcit, in quibus uitæ non parcit, hoc ipſo quòd indignū ſit omnino in uita manere. Atque is eſt, qui & beneficia conferat, & accepto beneficio pudore afficiatur: quòd illud eius ſit qui excellat & præſtet, hoc eiua qui uincatur. Idem maius beneficium reddit, quam accepit. Sic enim debitor fit is, qui prior dederat, ac beneficij acceptor ex datore redditur. De ijsq; loqui ſolēt magnanimi, de quibus benemeriti ſunt: non autem de ijs, qui beneficia contulerunt. Eſt enim inferior qui accipit eo qui

dedit

dedit beneficium. at uult hic noſtet princeps eſſe. Ac quæ contulit beneficia, libenter: quæ accepit, de ijs audit inuitus. Itaq; Thetis apud Iouem beneficia ſua in eum non commemorat, nec Lacedęmonij apud Athenienſes, ſed illotum erga ſe. Eſt etiá magni uiri, nullo omnino, aot uix egere, & opitulari ultro: apudq; eoa qui in magiſtratu ſunt, proſperaque fortuna otuntur, magnum: ſpud mediocrea, modeſtum ſe mediocremq; gerere. Nam & illis præſtare difficile eſt ac glorioſum, & bis facile. interq; illos gloriari ingenuum eſt ac liberale, inter humiles autem & abiectoa hominea ſordidũ & importunum: ut ſi quis cũ imbecillis uires ſuas oſtentare uellet. Nec ſolet idem ad ea cõmeare omnia, quæ ſunt apud uulgus in honore & precio, aut ubi obtinẽt alij principatum. Quietus eſt etiam & cunctator, niſi aut magnus honos agatut, aut res magna. Paucas res agit ille quidẽ, ſed magnas & dignitatis plenas. Idẽ & apertè oderit neceſſe eſt, & apertè diligat, quòd timidi ſit tegere ac occultare ſententiam: magisq; ex ueritate pendet, quàm ex opinione: dicitq; ac gerit palàm omnia. ſiquidem id contemnentis eſt. Itaq; liberè quæ ſentit, ſolet dicere: Idq; eò facit, quòd & contemnat, & oeta loquatur, niſi fortè ſi quid diſsimulatione tegendum ſit, cui rei locus eſt apud multitudinẽ. Nec uerò cum alijs niſi cum amico uita uictuq; coniungitur, quòd id ſetuile exiſtimet. Itaq; & omnes aſſentatores, ſeruiles: & humiles, aſſentatores eſſe ſolent. Et quoniam magnum ei nihil uidetut, nihil mirabile ei uideri ſolet. Non recotdatur iniurias. ſiquidem magnanimi nõ eſt meminiſſe pręſertim iniurias, ſed potius contemnere. nec de hominibus ſermonem habet: quádoquidem nec de ſe ptædicabit, nec de cæteria. Ná nec ut laudetur ipſe labotat, nec ut alij uituperẽtut: nec laudat alioa libentet. itaq; nec conuiciator eſt, ne inimicorum quidẽ, niſi fortè propter contumeliam. Minimè uerò de neceſſarijs, & exiguis anxius ſolicitusq; eſt. Eius enim eſt qoi in rebus curam adhibet, his in tebus eam animi affectionem retinere. Atq; etiá is eſt qui res honeſtas & pręclatas, quamuia inutiles, fructuoſis anteponat. Hoc enim eum potiua decet, qui ſe ipſe contentus eſt. Inceſſus etiam magni uiri tardus ſit neceſſe eſt, uox grauis, cõſtans & firma otatio. Neq; enim aut feſtinatis qui paucis tebus ſtudet: aut uehemens eſt, cui nihil magnum eſſe uideatut: quibus de cauſis & contentiooes uocis ſuſcipiũtur, & in ingreſſu celeritates. Ac magnanimus quidem eum ſe ptæſtabit. Qui autem ijs deeſt officijs, anguſto puſilloque animo dicitur: qui modum ttanſit, elato. qui quidẽ mali & improbi minimè uidentut eſſe, quoniam nihil improbè faciunt, ſed ettant potius. Nam qui demiſſo abiectoq; eſt animo, is & quib. bonis dignus eſt ſe ipſe ſpoliat, & malo quodam præditus eſt, quòd ſe indignum bonis iudicat. Itemq; ſe ipſe ignorat: aliter enim ea omnia expeteret, quibos dignus eſt, com ſint in bonis. Nec ſtulti quidem uidentut eſſe, ſed pigri potius, quæ eos deteriores facit opinio. Nam cum ea omnea expetant, quæ meritis ipſorum debentur: tamẽ iſti ab honeſtatis actionibus ſtudijsq; quaſi indigni ſint,

A itemq; à bonis externis ſe temouent. At elato animo uiri & ſtulti ſunt, & ſe ignorant ipſi, atque id apertè. Nam tanquam digni ſint, ea aggrediũtut, quibus laus & gloria propoſita eſt, deinde culpantut. Itemq; oeſtitu, geſtu, alijsq; eiuſdem generis ſe comunt & ornant: ſoasq; rea ſecũdas notas uolunt eſſe omnibus, ac de ſe ipſi prædicant, quaſi hæ res ſint ipſis honori futuræ ac dignitati. Cótraria autem eſt magia animi magnitudini abiectio animi, quàm elatio & altitudo. Nam & ſępius uſu uenit, & maius malom eſt. Ac animi quidem magnitudo in magno, ut dixi, honore oerſatut.

DE ANIMI MODERATIONE

ſiue modeſtia, in paruis honoribus ambiendis, deq; eius extremis. Cap. IIII.

VIdetur autem etiam in eo qoædam uirtus cooſiſtere, qoemadmodum ſuprà dictum eſt, qoę eandem habet rationem ad animi magnitudinem, quam ad magnificentiam liberalitas. Nam cum uttaq; recedat à magnitudine, tamen nos io rebus mediocribus, modeſtis, paruisq; rectè afficit. Vt autẽ in accipiẽdis dandisq; pecunijs mediocritas reperitur, nimium, & parum: ſic honotem & gloriam nonnulli nimium expetunt, alij parum: quidam eam quærunt ex ijs factis, unde & quemadmodum quætẽda eſt. Nam & ambitioſum oituperamus, & eum qui nulla gloria ducitut: illum, quia nimio honoris ſtudio trahitur, & ijs in rebus gloriam conſectatur, quibus quęrenda oon eſt: hunc, quoniam ne
B ex rectè qoidem factia inſtituit gloriam quærere. Incidũt autem nonnunquam tempota, cum & ambitioſos, quemadmodum ſuprà dixi, ut uiros & honeſtatis cupidos laudamus, & eoa qui nullum honorẽ expetunt, ut modetatoa & modeſtos. Perſpicuum autem eſt, nos cum rei alicuius multifariam quis cupidus dicatut, nõ eodem ſemper modo uſurpare nomen cupidi honoris, qoem ambitioſum oocamus, ſed interdũ in laude, ex eo quòd auidiot ſit, quàm plerique honoris: interdum in uituperio, quòd magis quàm tario, æquitasq; pariatur. Quoniam autem mediocritas uacat nomine, idcitco extrema de ea quaſi deſerta regione diſceptant. Sed quibus in tebus nimium & patum reperitur, in ijs etiam relinquitut mediocritati locua. Atqui honorẽ homines & nimium expetũt, & patum. Expetuot igitur, & quomodo expetendus eſt. Quare laudatur habitus, qui modum adhibet in expetenda gloria, etiamſi uacet nomine. Hoc autem apparet, ſi uirtus hæc cum ambitione comparetur, fore, ut uacuitatis honoris: ſin cum uacuitate honoria, ambitionis ſpeciem præ ſe ferat: ſi autem cum uttaq;, utranq; quodammodo imitati uidebitut. quod in reliquis etiam uittutibus cernitut. Quoniamq; mediocritas hic oomẽ non habet, pugnare exttema inter ſe uidentur.

DE MANSVETVDINE SIVE

clementia in ira moderanda, & de eius extremis. Caput V.

MAnſuetudo etiam ſeu clementia mediocritas quædam itæ eſt. Sed quoniam mediũ

uacat

uacat uero proprioq́; nomine, ac ferè etiam extrema, ad medium clementiã transferimus, quæ ad id quod parum eſt deflectit, quod etiam nomine uacat. Exuperantia autem iracundia appelletur. Ira enim ipſa perturbatio eſt, quæ ex multis rebus uarijsq́; gignitur. Atque is quidem qui quibus de rebus, quibusq́ue hominibus decet, iraſcitur, quiq́; id facit quemadmodum, quando & quandiu decet, is laudibus afficitur, quẽ eundem clementem & manſuetum appellari licet. Siquidem in laude clementia eſt. Vult enim clemens omni animi uacare perturbatione, non à perturbatione rapi & diſtrahi. quinetiam ut ratio præſcripſerit, ſic & his de cauſis, & tãdiu uult ſuccenſere. Peccare autem in eam partem uidetur, quę modum deſerit. Neq; enim ulciſci cupit clemens, ſed ignoſcere. At uerò defectio ſiue lentitudinẽ, ſiue alio quouis nomine appellari placet, eſt in uitio. Qui enim minus ſuccenſent ob eas cauſas, ob quas decet ſuccenſere, ij ſtulti uidentur: & qui non quomodo, quando, quibus iraſcendum eſt. Sunt enim omnis ſenſus & doloris expertes, qui iraſci neſciunt, nec propulſant iniuriam. Atqui contumelias & conuicia æquo animo ferre, ac in ſuis negligere, ſeruorum ſimile eſt. Exuperantia uerò illa quidem in omnibus exiſtit (nam & quibus hominibus, & quibus de cauſis nõ eſt iraſcendum, iraſcimur, & uehementius, aut remiſsius, ac diutius quàm ratio poſtulet) ſed tamen non in eodem hęc quidem inſunt omnia: neq; enim poſſunt. Cùm enim per ſe malum omne labefactat, tum ſi integrum ſit, intolerabile exiſtit. Ac iracundi quidem celeriter commouentur, & in quos nõ decet, & quibus de cauſis, & uehementius quàm ſat ſit: ſed facilè ac citò etiam eorum ira deſiſtit, quod in illis quidem eſt optimum. Idq́; eis propterea accidit, quia iram non retinent, ſed ſtatim animũ explent, eo quòd aperti ſunt, ob acutam illorum commotionem. hinc finem faciunt. ἀκρόχολοι autem, id eſt, extremę bilis homines, nimium procliues ſunt, & omni re facilè cõcitantur ad iracundiam, & quauis de cauſa. unde etiam traxere nomen. At acerbi ægrè placãtur, diuq́; irati ſunt. nam iram retinent, animũ autem ſi ſemel expleuerint, tum modus apponitur. Vltio enim modum finemq́; iræ adhibet, pro dolore uoluptatem efficiens. Quod ſi id minus fiat, quaſi onus quoddam ſuſtinent. Quia enim hoc minus apparet, nemo ad eos placandos ſe applicat, & ad mitigandam & quaſi concoquendam apud ſe ac per ſe iracundiam, tempore opus eſt. Cùm autem hoc hominum genus ſibi moleſtiſsimum eſt, tum amicis maximis. Infenſos autem homines appellamus eos, qui quibus de cauſis minus rectum eſt, iraſcuntur, & uehementius & diutius quàm ratio poſtulare uideatur. eos etiam, qui non redeunt in gratiam, niſi ultio, uel animaduerſio ſit conſecuta. Clementiæ autem repugnat magis uitiũ, quod modum tranſit, ob eam cauſam quia ſępius accidat. Nam & ulciſci iniuriam magis naturam attingit humanam: & infeſto infenſoq́; animo homines minus apti ſunt ad uitæ cõmunionem. Hoc autem & ſuprà dictum eſt, & ex ijs quę docemus nunc, perſpici poteſt, non eſſe dictu facile, quomodo,

A aut quibus hominibus, aut qua de cauſa, & quãdiu deceat iraſci, & quatenus quis rectè faciat, aut peccet. Qui enim paulum aliquid modum tranſit, is nec quòd fines rationis tranſilierit, nec quòd ab ea defecerit, uituperari ſolet. Interdum enim eos laudamus, qui modum deſerunt, clementesq́; dicimus: & iratos uiros appellamus, quaſi imperare poſsint. Ergo quantum quiſque uel quomodo modũ egreſſus uituperandus ſit, non eſt facilè explicare oratione. In rebus enim ſingulis, atque in ſenſu poſitum iudicium eſt. Ac illud quidem perſpicuum eſt, medium habitum eſſe laudabilem, quo quibus rectũ eſt iraſcimur, quamq́; ob cauſam, & quomodo decet: quod fit etiam in cæteris generis eiuſdem. Illæ uerò affectiones quę modum tranſeunt ac deſerunt, ſunt omnes in uitio: ac ſi parum medium deſerant, leuiter: ſi aliquanto maiore interuallo, grauius: in magno quodã inſigniq́; ſpacio, uehementer ſunt reprehendendæ. Hoc igitur perſpicuum eſt, mediam in his animi affectionem obtinendam. Ac de his quidẽ animi affectionibus quæ in ira uerſantur, hactenus.

DE FACILITATE, SIVE BOnitate, ſiue affabilitate, eiuſq́; extremis.

Caput VI.

IN conſuetudine autem uitæ ſermonumq́; ac factorum cõmunione ἄρεσκοι, id eſt, obſequentes, & nimiũ faciles & blandi uidentur ij, qui ad uoluptatem laudant omnia, nec ulla in re aduerſantur, quòd putent ſe ijs quibuſcum uiuunt,
B nullo loco moleſtię eſſe oportere. Qui uerò ſunt his multum diſpares, & in omni re aduerſantur, nec de cuiuſquam offenſione ac moleſtia laborant, ij difficiles, faſtidioſi ac moroſi uocantur. Non eſt quidem dubium id, quin hi animi habitus ſint in uitio: idq́ue ſit in laude, quo ea omnia quæ recta ſunt, utq́; ratio præcipiet, probabuntur, reſpuenturq́; cõtraria. Nomen autem ei non eſt impoſitum, quanquam amicitiæ ſimilis parque uideatur. Qui enim ea animi affectione prędítus eſt, quæ medium locum tenet, non abſimilis ei eſt, quem nos & bonum uirum & amicum uocamus, adiuncto amore. Hoc autem differt ab amicitia, quòd affectu eorumq́; uacat amore, quibuſcum ipſe uerſatur. Neq; enim amore uel odio ductus probat ut decet, omnia, ſed quia ita animo eſt cõſtitutus. Aequè enim hoc erga ignotos ac notos: erga familiares æquè, ac erga eos quorum nõ eſt implicatus, conſuetudine præſtabit, niſi quòd in omnib. id faciet pro dignitate. Neq; enim æquè decet familiaribus, ac exteris uoluptatem & moleſtiam afferre. Atque hoc quidem iam dictum eſt omnino, eum talem hominem in communione earum rerum quæ ad uitam pertinent, ſe ita eſſe geſturum, ut ratio poſtulabit. Semper autem honeſtatis utilitatisq́; rationem habens, inueſtigabit inibitq́; rationem, qua non poſsit offendere, aut certè delectare poſsit. Nam ijs in iucunditatibus moleſtijsq́; cernitur, quę ex colloquijs naſcuntur. Harum autem ſi quæ ſunt quibus indecorum eſt, aut etiam incommodum delectationẽ afferre, eas ita reſpuet, ut etiam malit eſſe moleſtus. Quòd ſi qua res ſit eiuſmodi,

quæ turpitudinem facienti, eamq́; non paruam afferat, uel incommodũ, & contraria leuem moleſtiam: non probabit, ſed aſpernabitur. Aliter autem cum ijs uerſabitur, qui authoritate aliqua præditi ſunt, aliter cum quolibet, magisq́ue aut minus notis. itemq́; in alijs hominum differentijs ſuum cuiq; tribuet decorum. Ac per ſe quidem placere uolet ac gratus eſſe, moleſtus autem eſſe uerebitur. Semper tamen euentus honeſtatem dico & utilitatem, ſi plus ualere debeant, ſpectabit & ſequetur: magnæq́; in poſterum uoluptatis cauſa, leuiter offendet. Ac medicus quidem talis eſt, nec ullo appellat⁹ eſt nomine. Qui autem alijs affert delectationem, in eoq́; nihil aliud ſequitur, niſi ut gratus ſit, obſequens nimiumq́; facilis dicitur. At qui id facit, ut adiumentum ad opus adipiſcendas, eaq́; omnia quæ pecunijs parantur, nanciſcatur, is aſſentator eſt habendus. Eum uerò qui moleſtus ac triſtis eſt omnibus in rebus, iam difficilē ac moroſum appellandum diximus. Pugnare autem inter ſe uidentur extrema, q. mediocritas nomen non habet.

DE VERITATE IN DICTIS *& factis, deq́; eius extremis, arrogantia & diſſimulatione.* Cap. VII.

Iſdem ferè in rebus arrogantiæ mediocritas cernitur, quæ etiam uacat nomine. Ac de ijs non erit alienum diſputare. Nam facilius ea quæ ad mores pertinent intelligemus, ſi de ſingulis diſſeruerimus: & uirtutes mediocritates eſſe probabimus, ſi ita eſſe in omnibus perſpexerimus. Iam de ijs qui in uitæ ſocietate uoluptatem uel dolorem ſpectant, diximus. Nunc de ijs qui uerũ uel falſum enunciant, ac præ ſe ferunt, ſeu factis ſeu dictis, idq́; arrogando, diſſeramus. Igitur arrogãs appellatur is, qui ſibi res magnas & præclaras ſumit & uendicat, cum non inſunt, uel maiora quàm quæ inſunt. Diſsimulator contrà, qui quæ inſunt negat ineſſe, aut extenuat. At uerò medius & perfectus uir, ſui ſemper ſimilis uerax eſt & uita & oratione: ea in ſe ineſſe confitmans quæ inſunt, nec maiora, nec minora. Licet autem quáq; harum rerum, & rei alicuius, & nullius cauſa facere: qualisq́; eſt quiſq;, & talia ſunt eius & facta, & oratio, & uita, niſi rei alicuius agat gratia. Ac per ſe quidẽ omne in malo uitioq́; mendacium eſt: ueritas hõneſta & laudabilis. Ita etiam uerus homo, quoniam mediũ locum obtinet, eſt omnis laudabilis. Qui autem mentiuntur, utriq; ſunt illi quidem uituperandi, ſed maiore quadam ratione arrogans. De quorũ utroq; ita diſſeremus, ſi prius de ueraci pauca præponamus. Non enim de eo inſtituimus dicere, qui in pactis rebusq́; contrahendis uerus eſt, aut ijs omnibus quæ ad iniuſtitiam iuſtitiamúe pertinent, (eſt enim hoc alterius uirtutis proprium) ſed de eo, qui in quibus rebus nihil tale poſtulatur & agitur, ſe & uita & oratione bonum uirum ac ueracẽ præſtat, hoc ipſo quòd ita ſit animo conſtitutus, quem eundem bonum uirum appellari licet. Nam qui ueri cupiditate ducitur, quiq́; tum uerum enunciat, cum id non agitur, is multo etiam facilius uerax futurus eſt, ſi res poſtulabit. Mendaciũ enim, ut turpe aliquid, uitabit, quod

A quidẽ etiam per ſe ipſe fugiebat. Atqui talis uir laudandus eſt. Sed ad id potius quod minus eſt ac inferius in ueritate, deflectit. Id enim magis decet, quoniam quicquid modũ finemq́; tranſit, nimiumq́; eſt, id omne moleſtũ. At uerò qui maiora ſibi quàm quæ inſunt, uendicat & ſumit, rei nullius cauſa, eſt ille quidẽ improbo ſimilis. (neque enim mendacio delectaretur) ſed tamẽ ſtulti potius, quàm praui ſpeciẽ gerere uidetur. Qui autem alicuius rei cauſa id facit, ſi gloriæ uel honoris, non eſt ille quidem admodum uituperandus: qualis eſt arrogans. At qui pecuniæ, uel earum rerum cauſa, quæ ad pecuniam ſpectant, is multo deformior eſt. Nec uerò facultate ac poteſtate arrogans, ſed animo ac uoluntate cernitur. Ex animi enim habitu, & quia talis ſit, omnis arrogans iudicatur, ut & mendax, qui duplex eſt: alius mẽdacio ipſo delectatur, alius glorię quæſtusq́; cauſa mentitur. Atq; ij quidem qui cupiditate gloriæ ſibi aliquid tribuunt, ea ſibi ſumunt omnia, quæ uel ad laudẽ, uel beatam uitam pertinent. Qui autem ſpe quęſtus ea ſibi uendicant, quę etiam uſui ſunt proximis, quęq́; ſi minus adſint, celare & occultare licet: uelut ſe medicos ac uates nobiles eſſe profitentur. Ob eamq́; cauſam hæc ſibi pleriq; ſumunt & arrogant, quòd in eis inſint quæ diximus omnia. In diſsimulatoribus autem, quoniam ſua ipſorum illi extenuant, lepidorum morum ſpecies apparet, quippe qui non uideantur quæſtus cauſa dicere, ſed quod faſtidium alijs adferre, moleſtiamq́; fugiant. Sed hi tamen ea diſsimulant maximè, quę honeſta ipſa

B ſunt, & plena dignitatis, ut Socrates faciebat. Qui autem exiguas res paruiq́; momenti, quęq́; perſpicuæ ſunt omnibus, diſsimulant, ueteratores dicuntur, ijq́; iure contemnuntur. Id quod etiam arrogantiæ datur interdum, qualis eſt ueſtitus Lacedæmoniorum. Nam & ſua extollere nimium, & extenuare, quandã ſpeciem fert arrogantiæ. At uerò qui moderatè utuntur diſsimulatione, ea ut ne diſsimulent, quę ante oculos poſita patent omnibus, ij politi homines atq; urbani uidentur. Sed arrogans quoniam deterior eſt, ueraci uidetur opponi.

DE VRBANITATE, ET EIVS *extremis.* Caput VIII.

Sed quoniam requieti quoq; in uita loci aliquid relictum eſt, in eaq́; aliquid iocis & hilaritati conceditur temporis, efficitur, ut hic quoq; decora quædam & apta conſuetudo, congreſsioq́; ea, & dicendi & audiendi, quę & quẽadmodũ decet & dicere & audire, uigere uideatur. Magnopere etiam refert, ut perſonarum habeas, tum dicendo, tum audiendo rationem. Ex quo perſpicuum eſt, & tranſiti in ijs medium, & defeti. Ac illi quidẽ, qui riſu ac facetijs ultra modum prodeũt, ſcurræ ac importuni habẽdi ſunt, præſertim cum omni ex parte ridiculorum cupiditate inflãmari, dent operã potius ut riſum moueant, quàm ut quæ honeſta ſunt dicant: aut ne eum in quem ſcomma iaciunt, offendãt. Qui autẽ nec facerũ quid dicunt ipſi, & tamen eos qui dicunt, permoleſtè ferunt, agreſtes & duri uidentur. At uerò qui ſalibus & facetijs modum quendam ad-

dam adhibent, ij εὐτράπελοι, id eſt, urbani nocãtur, A quaſi εὔτροποι, id eſt, quaſi optimo corporis motu. Motum enim hæ ſunt motiones. Vt enim corpora, ſic mores ex motionibus iudicãtur. Quoniam autom facetiæ ac ſales patent latiſsimè, compluresq; ludictis ac dictis plus capiuntur, quàm ratio patiatur: factũ eſt, ut ſcurræ, urbani quaſi politi homines appellarentur. Sed tamen ex ijs perſpicuũ eſt, quæ dicta ſunt, inter eos magnas eſſe diſsimilitudines. Huic aũt mediocritati finitima dexteritas eſt. Dextri enim ac ingenui eſt, ea & dicere, & audire omnia, quæ bono uiro ac libero digna ſunt. Eum enim talem hominẽ quædam, & ioco dicere decet, & audire. Magna etiam eſt diſtinctio ingenui & illiberalis ioci, eius etiã qui bene inſtitutus eſt & indocti: quod in antiqua nouaq; comœdia perſpicere licet. Illis enim facetum erat, ſi rerum turpitudini adhibita etiã eſſet uerborũ obſcœnitas: his uerò, ſi ſignificatio potius: quibus in rebus multum eſt diſcriminis ad decorum ſeruandum. Vtrum igitur qui rectè iocatur, ſalesq; iacit, ex eo ſtatuẽdus ſit, quòd ea dicat quę libero homine digna ſunt, an quòd eum qui audit, minimè offendat, aut delectet potius, an ne hoc quidem certum eſt? Alios enim alia offendunt atq; delectant. Idem etiã talia audiet libentius. Quæ enim quiſq; audire ab altero uellet, eadem etiam facere uidetur. Non igitur omnia faciet. Dictũ enim conuiciũ quoddam eſt. Et legislatores quædam iactari cõuicia prohibent: æquum aũt erat idem de dictis cauere. Quocirca politus & liberalis homo ita animo affectus erit, ut ſibi ipſe lex eſſe uideatur. Atq; is quidẽ qui B medium locũ obtinet, eum ſe ipſe præſtabit, ſiue dexter, ſiue urbanus nominetur. At uerò ſcurra à riſu longè multũq; ſuperatur, qui nec ſibi parcit, nec cæteris, ſi riſum cõcitet. atq; idem eiuſmodi cõmemorat, quę homo politus nulla ex parte ſuſtineat dicere: nonnulla etiam quę ab auriũ comprobatione abhorreant. Ruſticus autẽ omnino ad has cõgreſsiones inutilis eſt. Nam cũ nihil facetum dicat, tamen offenditur omnibus. Atqui uidetur in hominum uitam requies & iocus inuectus neceſſario. Tres igitur, quas dixi, uerſantur in hominũ uita mediocritates, quę omnes in quorundã dictorum, factorumq; ſocietate conſiſtunt. Hoc autem differunt, quòd una in ueritate, aliæ in uitæ iucunditate cernuntur. Earũ autem quę in iucunditate poſitæ ſunt, una in iocis, altera in alijs uitę ſocietatibus cõgreſsionibusq; conſiſtit.

DE VERECVNDIA, QVAE VIRtus non eſt, & quid ea ſit, & quos deceat, deq; eius proprietatibus. Cap. IX.

De uerecundia autẽ non eſt quod, ut de aliqua uirtute, dicendum eſſe uideatur: ſiquidem perturbationi eſt quàm habitui ſimilior. Itaq; definitur eſſe metus quidã dedecoris & infamiæ, eodemq; modo naſcitur, quo metus is, qui in rebus aſperis formidoloſisq; cernitur. Nã & erubeſcunt, qui pudore afficiuntur: & qui mortis metu exhorreſcunt, terrore exalbeſcunt. Quare ad corpus utrunq; quodãmodo pertinet, quòd perturbationis magis uidetur, quàm uirtutis proprium. Nec uerò omni ætati, ſed pueri- A tiæ cõuenit perturbatio. Ea enim ætate qui ſunt homines, uerecundos pudentesq́ue putamus eſſe oportere, eosq́ue, quoniam libidini parent, peccatis multis contaminari & infici, à quibus deterrentur propter uerecundiam. Ac adoleſcentes laudamus uerecundos: ſenem aũt quòd pudore afficeretur, nemo laudauit unquã. Nihil enim eum exiſtimamus facere oportere eorũ, ex quibus pudor naſcitur. Neq; enim bono uiro digna uerecundia eſt: ſiquidem ex malis rebus oritur, quæ faciendæ nõ ſunt. Nihil autem intereſt, utrum aliæ res per ſe turpes ſint, aliæ opinione: quandoquidem neutræ faciendę ſunt, ut non ſit pudori locus. Eſt autem improbi, ita animo affectum eſſe, ut quod turpe fœdũq; ſit, uelit facere. Et abſurdũ ſit, eo eſſe animo, ut ſi quid tale agas, afficiare pudore, & propterea te bonũ uirum iudices. Pudor enim uolũtate ac iudicio omnis ſuſcipitur. Nunc uir bonus nunquã uoluntate ſua quæ turpia ſunt faciet. Sed tamen poteſt aliqua cauſa uerecundiã bonam reddere: ut ſi quis turpe aliquid geſſerit, ex eoq; pudore afficiatur. Atqui hoc nuſquam reperitur in uirtutibus. Quòd ſi impudentia in malis eſt, & nullo pudore affici ex turpibus factis, malũ: nihilo magis eum qui hæc faciat, pudore affici bonũ eſt. Nec continentia quidem uirtus eſt, ſed mediæ ac mixtæ naturæ. De qua idoneo loco diſſeremus. Nunc ſequitur, ut de iuſtitia diſſeramus.

IN LIBRVM QVINTVM ETHIcorum Ariſtotelis, Analyſis.

In quinto libro Ariſtoteles primum proponit, de qua re dicere uelit, nempe de iuſtitia. Secundò monet, qua methodo uti uelit. Tertiò generalẽ iuſtitiæ deſcriptionem affert, eamq; diſcernit à ſcientijs & facultatibus, in quibus nõ perinde ſpectatur uoluntas. Quartò diuidit iuſtitiam in uniuerſalem & particularẽ. Hancq; diuiſionem probat, quia iniuſtitia ſimiliter bifariam accipitur, ut ſignificet & παρανομίαν & ἀνισότητα, uel πλεονεξίαν. Vniuerſalem iuſtitiam uocat, quæ uirtutes complectitur omnes, uidelicet obedientiã erga omnes leges. Quintò uocabulum πλεονεξίας & ἀνισότητος exponit. Sextò, quòd uniuerſalis iuſtitia comprehendat omnes reliquas uirtutes, & quicquid efficit ac tuetur bonum reipublicæ ſtatum, probat. Bonæ leges prohibent ea, quæ repugnant fortitudini, temperantiæ, manſuetudini. Præcipiunt omnes uirtutes, & quæcunq; requirũtur ad bonum ſtatum. Vniuerſaliter autem iuſtus appellatur νόμιμος, quaſi legibus obediens, ſicut omnino iniuſtus, παράνομος, legibus inobediens. Item, Iuſtitia uniuerſalis dicitur perfecta, quia eius uſus eſt præcipuus erga alios: quamuis iniuſtitia uniuerſalis, ſeu maxima potius ea dicatur, quando aliquis malitiam & ad ſuam & amicorum perniciem conuertit. Atq; iuſtitia uniuerſalis idẽ ſignificat, quod uirtus, niſi quòd hæc propriè ſignificat habitũ per ſe, & ſine relatione conſideratum: illa uerò uſum ipſius erga alios, quo reſpublica cõſtituitur, & conſeruatur. In cap. 1.

Eſſe quandam particularem iuſtitiam & iniuſtitiam probat. Particularis iniuſtitia reperitur ſine alijs uitijs, ergo ab alijs uitijs di- In cap. 2. An ſit particularis iuſtitia.

tijs diſtinguenda. Antecedens confirmat ex ſufficienti enumeratione, quia defraudans alios, uel alioqui iniuriam inferens, neq; dicitur timidus, neq; iracundus, &c. ſed iniuſtus. Deinde particularem iuſtitiam & iniuſtitiam diſcernit ab uniuerſali, ſicut partem à toto, ac diuidit in commutatiuam & diſtributiuam. Cōmutatiuam ait in rebus contrahendis uerſari, ideoq́; duplicem eſſe. Aut enim contrahimus cum alijs uolentibus aut nolentibus: ſi cum nolentibus, aut clam aut ui.

In cap. 3. *Diſtributiuam iuſtitiam declarat, ac primùm quidem oſtendit eam in medio & æquabilitate conſiſtere, quia inter plus & minus, quæ ſunt iniuſta, conſtituitur. Secundò medium illud conſiſtere docet in collatione duarum rerum & duarum perſonarū, iuxta proportionem geometricam diſcretam. Proportio eſt quantitatū inter ſe habitudo, ut 10. ad 5. Græcè dicitur λόγος. Duarum autem pluriumúe proportionum ſimilem habitudinem Ariſtoteles & alij Græci ἀναλογίαν, neoterici Latini proportionalitatem & medietatem appellant. Hanc Mathematici diuidunt in tres ſpecies, Arithmeticā, Geometricam, Muſicam ſeu Harmonicā. Hoc loco de tertia nihil attinet dicere. Medietas uel proportionalitas Arithmetica eſt, cuius termini æquales ſeruant differentias, ut 4. 8. 12. 16. & ſic in infinitum. Geometrica proportionalitas eſt, cuius termini æquales ſeruant proportiones, neglecta differentiarum æqualitate, ut ſicut ſe habent duo ad unum, ita 8. ad 4. quia utrobiq; dupla proportio deprehenditur. Huius autem proportionalitatis minimè fallit proprietas, ut ſi quemadmodum ſe habet primus terminus ad ſecundum, ſic tertius ad quartum, neceſſariò etiam ἐναλλὰξ, id eſt, permutatis proportionū terminis, quemadmodū ſe habet primus ad tertium, ita ſecundus ad quartum. Vt in citato exemplo, eadem eſt proportio duorum ad octo, quæ unius ad quatuor. nam utraq; eſt quadrupla. Diuiditur quoq; Geometrica in continuā & diſiunctam. De diſiuncta hic agitur, quæ continetur 4. terminis expreſſis, ad quam pertinet ſuperius exemplum. His utitur Philoſophus ad explicandā utranq; iuſtitiæ partem. Cum enim ad iuſtitiam pertineat, humani generis tueri ſocietatem, hæc autem conſiſtat in ordinandis perſonis, & commutandis rebus, haud dubiè magna prudētia Philoſophus conſtituit duas iuſtitiæ ſpecies, unam circa perſonarū gradus, quam diſtributiuam appellat, & Geometricæ proportionalitati confert: alteram circa rerum cōmunicationem, quam cōmutatiuam uocat, & arithmeticæ medietati comparat. Quemadmodum enim in geometrica proportionalitate non curatur æqualitas numerorum, ſed proportiones, parsq́; ad partem, & deinde permutata proportione, totum ad totum cōfertur, neq; progreſſus fit in infinitum, ſed intra definitos numeros continetur, ita honores, & omnis generis functiones, non æquales ſingulis hominibus diſtribui debent. Sed cum ſint gradus delictorū & meritorum, oportet etiam gradus eſſe præmiorum & pœnarum, nec non in diſtribuendis honoribus & officijs, cuiuſq; dignitatem per omnes circumſtantias conſiderari, nempe, ut primū res ſeu negocia inter ſe, & perſonæ ſeorſim conferantur: deinde uerò terminis permutatis totū ad*

A *totū, id eſt, cuilibet perſonæ ſuæ res accōmodentur. Exempli gratia, quemadmodū ſciētia militaris ſe habet ad togatam adminiſtrationē, ita Iulius Cæſar ad Ciceronē. Ergo permutata proportione totius ad totū, id eſt, cū aptè negocia ſingulis perſonis diſtribuuntur, in qua applicatione rerū ad perſonas propriè cōſiſtit diſtributiua iuſtitia, quēadmodū res militaris Cæſari, ita Ciceroni togata adminiſtratio cōmitti debet. Atq; hæc perſonarū & functionum collatio nō uagatur in infinitum, ſed intra certas perſonas reſiſtit. Aliud exemplū. Sicut pœna ciuilis ad capitalē, ita conuiciator ad homicidā. Ergo ſicut pœna ciuili cōuiciator, ita capitali homicida plectendus. Aliud. Eadē eſt proportio diſcēdi ac docēdi, quæ diſcipulorū & præceptorū. Violatur ergo iuſtitia diſtributiua, quoties in diſcēdo diſcipuli, in docēdo præceptores negligētes deprehēduntur. Breuiter, diſtributiua poſtulat, ut in omnib. ordinib. & ætatibus, in uniuerſa humana ſocietate cuiq; apta tribuātur officia, quiſq; munus ſuum intelligat ac tueatur. Hæc enim ſi negligantur, ut fit in democratia, oligarchia, tyrannide, ac ſi nemo ſuæ uocationi ſatisfaciat, uel publicè uel priuatim, iniuſtitia exercetur, unde neceſſariò rerum domeſticarum & publicarum concentus & harmonia perturbatur, confuſio uerò & diſſipatio earū protinus ſubſequuntur, ſicut etiam Plato lib. 6 de Legibus, & Iſocrates in Areopagitico docent.*

In cap. 4. *Iuſtitiam commutatiuam arithmeticæ proportionalitati comparat. Quemadmodum enim in hac conſideratur ſumma æqualitas ſolarum differentiarum,* B *adeò ut omnes numeri æqualiter à ſe inuicē diſtent, etiamſi non congruant proportiones: ita quoq; tametſi diſsimiles perſonæ cōtrahunt, ſumma tamen æqualitas rerum ſeruari debet. Exempli gratia, frumentū æquali precio uendi priuatis hominibus & principibus, æquali pœna plecti diues & pauper adulter, ſine reſpectu perſonarum. Initio quidē pro geometrica proportionalitate, expenſis omnibus circumſtantijs, certum frumenti precium conſtituendum. Meritò enim ea res pluris ualet, qua magis indigemus. Similiter atrocius delictum atrociori pœna coercendum. Sed poſtquā ex omniū circumſtantiarum collatione precia, pœnæ, & præmia cōſtituta fuerint, tum demū iuxta arithmeticam proportionalitatē æqualis cōpenſatio rerum & actionū fieri debet, abſq; reſpectu perſonarū. Ideò inquit Ariſtoteles, nihil differre, quis adulterium cōmiſerit, quis acceperit, aut intulerit iniuriā: ſed à legiſlatoribus & iudicibus, qui uiua iuſtitia perhiberi uolunt, perinde ac ſi perſonæ eſſent æquales, iniuriarū tantū inquiri differentias, & mediū, quod eſt æquale inter lucrum & damnū, inter plus & minus. Vnde iuſtum, apud Græcos appellatur δίκαιον, quaſi δίχαιον, id eſt, in duo æqualia diuiſum. Et iudex δικαστὴς, quaſi διχαστὴς, qui totū in medio diuidit in æqualia, item μέσος & μεσόδικας mediator, ubi per mediū intelligitur arithmetica medietas, ut 5. inter 7. & 3. uel 6. inter 2. & 10. Eandē rē Ariſtoteles docet tres lineas proponēs, per primā ſignificans eum, cui fraude aliquid adimitur: per tertiam eum, qui adimit fraude: per ſecundā uerò æqualitatē, ad quam reſpiciens iudex utrūq; reducat.*

Iuſti etymon.

Iuſtum declaratur ſimilitudine à lineis ſumpta.

In cap. 5. *Poſt uerā deſcriptionē utriuſq;*

Reſponſio Ariſtotelis.

utriuſq; iuſtitiæ falſam ſeu impropriam deſcriptionem Pythagoreorum & Rhadamanthi cõfutat, aſſeuerantium iuſtitiã nihil aliud eſſe, quàm idem uel mutuũ pati. Quamuis enim pœna talionis ſæpè exerceatur, iuxta illud, Qua menſura metimini, eadem remetientur uobis alij: tamẽ nec diſtributiua nec commutatiua iuſtitia ſemper eſt idem aut mutuum pati. Non enim Magiſtratus puniens etiam puniri debet, neq; uerberans conſulem uerberari tantum, ſed grauiori ſupplicio affici iuſtitia requirit. Incõſultò lapſus non eam luet pœnam, quam peccans cõſulto, etiamſi facta ſint paria. In contractibus etiã non ſemper idem, ſed aliud pro alio reddi ſolet, ut non tam frumentum pro frumento, quàm opera uel opus uel pecunia pro frumẽto. Cum enim ciuitas non conſtet ex medico & medico, ſed medico & agricola, & omnino diuerſis artificijs, non conſeruari poſſet, ſi retributio ſemper eorundẽ, ut frumenti pro frumento, calceorum pro calceis: ſed iuxta diametrum faber à ſutore calceos, hic ab illo domum accipit. Iam quia domus, calcei, cibi, & aliarum rerum preciũ eſt inæquale, neq; ſinguli habemus omnia, quibus indiget alius: indigentia cogebantur homines inuenire numum, quo omnia, quæ permutari ſolent, menſurantur & æſtimantur, & ad æqualitatem rediguntur. Hinc numus uel numiſma appellatur ἀπὸ τοῦ νόμου, quia non natura, ſed hominum inſtituto, lege & pacto numus ualet pluris uel minoris. Nec diſsimilis eſt uadi ſeu fideiuſſori, qui datur uenditori, ut cum uenditor haud indigeat emptoris opera & opere, aliunde ſibi neceſſaria comparare poßit, accepto numo.

Iuſtitiæ cõmutatiuæ deſtinatum pecuniæ.

Igitur commutatiua iuſtitia cõpenſante merces, operas & reliquas res, contra eã peccant fures, fœneratores, ignaui, robuſti, mendici, raptores. non enim ſeruant æqualitatẽ, ſed accipiunt, pro quibus nihil rependunt, ideoq; propriè uocantur iniuſti. Quare etiam meritò accuſantur apud iudicem, qui lucrum iſtorum quod fecerunt, & damnũ quod dederunt, æſtimet, his detrahat, alijs addat, omnino mediũ & æqualitatem inter plus & minus conſtituens. Id enim iuſtitia commutatiua præcipit, & medium quærit inter iniuriam inferre & pati, uelut plus & minus.

Iuſtitiæ cõmutatiuæ oppoſitum.

Iuſtus & iniuſtus quis.

Iuſtus itaq; dicitur, qui conſulto ſua & aliorum commoda & incommoda diſpenſat æqualiter, pro cuiuſq; proportione, id eſt, dignitate & merito. Iniuſtitia uerò cõſiſtit in exceſſu & defectu, id eſt, in facienda & patienda iniuria. Iniuſtus autem, qui conſulto ſua & aliorum commoda & incommoda diſpenſat inæqualiter, ſeu præter cuiuſq; dignitatẽ & meritum.

Iuſtitiæ extrema, facere & accipere iniuriã: in quibus iniuſtitia, uirtuti contraria.

In cap. 6.

Iniuſtitiæ & iuſtitiæ pars potiſsima, electio.

Iuſtitiæ diuiſio ſeu differentia.

Sicut in alijs uirtutib. & uitijs præcipuè requiritur electio, id eſt, uoluntas & conſilium: ita quoq; non eſt perfectè iniuſtus, qui uolens quidem aut ex affectu, nõ autem conſulto, id eſt, ex electione facit iniuriam. Iam diſcernenda iuſtitia ſeu iuſtum, de quo diximus, ab alijs quæ minus propriè ſed ſimilitudine quadam iuſta dicuntur. Hic enim potißimum declaramus iuſtum politicum, quod differt à iuſto herili, paterno & œconomico. Iuſtum Politicum in communi ciuium conuerſatione leges obſeruari iubent, ideoq; ad ciuium ſalutem ſpectat, liberè & æquo iure uiuentium: & diuiditur, ut ſuprà dictum, in ius diſtributiuum & commutatiuum. Vtriuſq; autem cuſtos eſt magiſtratus, mentis iudicium ſequens, nõ affectibus indulgens. A

Herile iuſtum uerſatur inter dominum & ſeruum, paternum, inter patrem & filium non emancipatum. Quod utrumq; horum differat à politico, ſic probatur: Iuſtitia & iniuſtitia politica propriè erga alios exercetur. Iuſtitia patris erga filium, & domini erga ſeruum, non eſt erga alios, ſed erga ſuos, aut potius erga ſe. Quia filius & ſeruus ſunt uelut pars eorum, in quorum poteſtate exiſtunt. Oeconomico, quod uerſatur inter uirum & uxorem, magis conuenit cum politico, quia uxor minus ſubijcitur uiro, quàm uel filius patri, uel ſeruus domino.

In cap. 7.

Iuſtitiæ alia diuiſio.

Iuſtum politicum, id eſt, quo ciues inter ſe utuntur, diuiditur etiam in ius naturale & legitimum ſeu poſitiuum. Naturale ſeu ius gentium uocat Ariſtoteles, quod apud omnes ſanæ mentis homines eſt unũ & idem, ut ſcelera punienda, ſocietas humani generis conſeruanda, qualia ſunt principia practica de moribus, quæ pepererunt alias leges omnes, & totam philoſophiam moralem. Porrò iuris naturalis quædã ſunt immutabilia, ſine quibus nullo modo reſpublica conſiſteret, ut arcere uim à bonis ciuibus: quædam mutabilia, ut uſuras illicitas eſſe, ſicut & dextra manu commodius uti quàm altera. Ius legitimum uel poſitiuum, inquit Ariſtoteles, priuſquam conſtitueretur, nihil referebat ita uel aliter eſſe. Vt lex prohibens ſciſſas caligas, nominatur poſitiua, quia priuſquam prohiberentur, nihil referebat ſciſsis uti aut non uti, iam uerò plurimum refert propter Magiſtratus autoritatem. Deinde hoc ius determinat, & applicat leges naturales ad humana negocia, ut ius naturale B dictat fures puniendos, poſitiuũ determinat laqueo puniendos. Cæterùm ſicut uini & frumenti menſuræ non eædem extant in ſingulis ciuitatibus, ita nec leges poſitiuæ, ſed pro diuerſitate circumſtantiarum mutantur. Vt hodie capitali, olim pecuniaria pœna fures plectebãtur, nimirum quia ferociora ingenia Germanorum parua pœna coerceri nequeunt. Deinde leges monet Ariſtoteles proponi uniuerſales. Cum enim impoßibile uideatur, de ſingulis caſibus leges condere, oportet ſimilia facta una lege comprehendere, quemadmodum in omnibus artibus generales regulæ traduntur. In fine huius capitis uocabula, quibus utitur, exponit, & à ſe inuicem diſcernit, ἀδίκημα, ἄδικον, δικαίωμα, uel δικαιοπράγημα, & δίκαιον.

In cap. 8.

Repetit Ariſtoteles deſcriptionem uoluntarij, inuoluntarij, electionis, propterea quòd hæc in primis in ipſa iuſtitia & iniuſtitia conſiderari debent. Exempli gratia, qui depoſitum reddit inuitus aut per metum, non iuſtè facit niſi per accidens. Accidit enim, & contingit, ut depoſitum reddere ſit iuſtum ſi fiat à uolentibus. Qui depoſitum non reddit, ui prohibitus, & tamen reddere cupit, nõ facit iniuſtè, niſi per accidens. Quare cum iniuſtus propriè dicatur, qui ex electione iniuſtè agit, etiam gradus enumerat Ariſtoteles eorũ, qui uideri poſſunt iniuſti, reuera tamen non ſunt omnes. Deprehenduntur autem quatuor gradus delictorum. Aut aliquis damnum alteri dat per ignorantiam παραλόγως, id eſt, ſine omni ſua culpa, ut ſi iaculum figit in tranſeuntem, ubi conſueuerunt homines iaculari, idq; uocatur ἀτύχημα, infortuniũ & caſus. Aut per igno-

Iniuſtitiæ gradus.

ignorantiam μὴ παραλόγως, ſed tamen ſine dolo, ut ſi per ignorantiam iaculatur tranſeuntẽ in campo, ubi non conſueuerunt iaculari, & uocatur propriè ἁμάρτημα. Aut non per ignorantiã, ſed ſciens & uolens, abſq; tamen deliberatione, ut quod ex ira peccat, uel alia perturbatione, hoc uocatur ἀδίκημα, iniuria. Aut uolens cum deliberatione, id eſt, ex electione, hæc uocatur propriſſimè ἀδικία, iniuſtitia: in genere μοχθηρία, qualis refertur de Catilina, Nerone, & ſimilibus. Inter hos quatuor gradus haud ullam ueniam merentur duo poſteriores, ſed tantum priores. Nam uenia danda, cum delinquitur ex ignorantia, quæ non ſolum eſt comes, ſed etiam cauſa delicti. Cum uerò delinquitur ignorantia, quæ tantum eſt comes facti, ut ſi ex affectu, nullam tribui ueniam iuſtitia poſtulat.

In cap.9. Iuſtitiæ & iniuſtitiæ ſubiectũ circa quod, ſeu connexa.

Hactenus de facientibus, iam de patientibus iniuriam: de quibus aliquot quæſtiones proponuntur & diſcutiuntur. Prima, utrum aliquis uolens iniuriam patiatur. Secunda, utrum uolens ius patiatur. Tertia, utrum iniuſta patiens, ideo quoq; iniuriam patiatur. Quarta, utrum aliquis à ſemetipſo poßit iniuriam pati, id eſt, utrũ aliquis ſeipſum poßit iniuria afficere. Quinta, utrũ ille qui præter dignitatẽ diſtribuit, an ille qui patitur, id eſt, præmia ſupra meritum ſuum accipit, iniuriam faciat. Primum, uolenti non fit iniuria. Nam ſi quis obijciat, qui uolens immeritò lædit, iniuriam facit: incontinens ſeipſum uolens immeritò lædit, quia ſe uino plus ſatis ingurgitat, quod ſibi nouit obeſſe. Incontinens ergo uolens ſibi iniuriam facit, uolensq; patitur iniuriam. Reſpondendum ad maiorem, non plenè definiri eum, qui facit, & patitur iniuriam. Oportet enim addere, tunc demũ iniuriam uocari, ſi fiat contra uoluntatem eius, qui læditur. Deinde reſpõdendum ad minorem, quòd incontinens non ſimpliciter contra uoluntatem ſe ingurgitat, quia reclamanti iudicio mentis non obtẽperans, uolens indulget peßimis affectibus, quos moderari deberet ac poſſet. Similiter Glauco non fiebat iniuria, æreis armis aurea permutanti. hæc enim ſibi ſeruare potuiſſet, Iliad.6. Secunda quæſtio diſtinguitur. Emptor enim iuſta patitur uolens, pro pecunia. quam ſoluit, mercem accipiens. Cæterùm defraudator inuitus iuſtum patitur, quando à iudice cogitur reſtituere dolo parta. Nec nõ fures, latrones, & alij ſcelerati, quando ſupplicium de ijs ſumitur, iuſta patiuntur inuiti. Ad tertiam quæſtionem reſpondet Philoſophus, ſicut non omnis iuſtè faciens, iuſtitiam exercet, ſed tantum ille qui conſultò iuſtè facit, & ſicut non omnis iniuſtè faciens, iniuriam facit: ita non omnis iniuſtè patiens, iniuriam patitur. Nam qui non uolens, ſed inuitus aut caſu nocet immeritò, facit quidem iniuſtè, ſed non facit iniuriam: ita qui læditur, non patitur iniuriam, quia non accipitur, niſi etiam offeratur iniuria. Ad quartam quæſtionem obijciat aliquis, iniuriam facit, qui non pro dignitate diſtribuit: id quadrat in modeſtos, plus alijs quàm ſibi tribuentes, omnia ſua extenuantes magis, quàm conueniat, ergo modeſti ſibiipſis faciunt iniuriam. Negat ex parte minorẽ Ariſtoteles, quia minus interdum ſibi tribuere uidentur homines, cum interim ſibi gloriam & uirtutis nomen uendicent, longè maiora bona diuitijs

A *& alijs externis. Deinde reſpondet ad maiorem, ſicut antea, definitioni adijciendũ, contra patientis uoluntatẽ. Ad quintã quæſtionẽ dicit, quòd potius diſtribuens, iniuriam faciat: probat ſic, iniuria potius referenda ad initiũ & caput. Diſtribuens eſt initium & cauſa inæqualitatis. Porrò uocabulũ faciendi multifariam accipitur, ut etiam ſeruus à domino coactus, & manus, cædem facere dicãtur: at hæc inſtrumenta non dici debent iniuriam, ſed iniuſta facere.*

Expoſitio ſeu diſtinctio uocabuli.

Poſtquam docuit Ariſtoteles non ſolũ ex factis, ſed magis ex electione iudicari oportere iuſtitiã & iniuſtitiã, in fine huius capitis monet inſuper ἕξιν ſeu habitum requiri, ideoq; non ſimulatq; uoluerit, aliquẽ uerè iuſtũ eſſe uel iniuſtum. Probatio. Habitus nõ acquiritur, niſi diuturna meditatione & aſſuefactione. Iuſtitia & iniuſtitia recenſentur inter habitus, ſicut omnes uirtutes & uitia: ergo non facilè eo momento, quo uolueris, iuſtus aut iniuſtus es. Facile quidẽ eſt adulterium cõmittere, furari, & omnino iniuſta facere: propriè uerò iniuſtus dicitur, qui habitũ iſtorum acquiſiuit. Similiter facilè quis intelligit iuſta, quæ legibus præcipiuntur: facilè quoq; depoſitũ reddit, & iuſta facit, ſed non ideo iuſtus uocandus, niſi hæc ex habitu confirmato faciat. Quemadmodũ nec medicum appellamus, qui tantũ nouit aliquot herbarũ uires, niſi etiam ijs ad ſanandum uti poßit ſuo loco & tempore, & totius ſcientiæ habitũ ſibi cõparauerit. Quare ſi fortis uir, ut Aiax, aliquando fugit, etſi timidè facit, nõ tamen appellabitur uerè timidus. Ac ſi tyrannus ſemel atq; iterũ iuſtè facit caſu uel ambitione, non ideo propriè iuſtus appellatur, niſi prius habitum conſecutus, ut patet ex 2. lib. Ethicorũ.

Ad definitionẽ iuſtitiæ & iniuſtitiæ pertinet etiam habitus.

B *Quoniam ſummũ ius æquitate corrigitur, deinceps hanc Philoſophus etiam declarat. ἐπιείκεια Græcis dicitur, ab ἐπὶ & εἰκὸς, id eſt, cõueniens & conſentaneũ, Latinis dicitur æquitas. Hæc non eſt temeraria legum ac diſciplinæ laxatio, ſed ſummi iuris, in eo caſu, de quo lex principaliter nõ loquitur, mitigatio, cauſam habens in ſuperiori lege, aut uoluntate legis. Summũ ius aliquãdo ſignificat calumniam, & nimis calidam, eamq; malitioſam iuris interpretationem, ex quo natum illud, Summũ ius, ſumma iniuria, tritum ſermone prouerbiũ, ſicut Cicero in 1. lib. Offic. ſcribit, & exempla ſubijcit. Verùm magis propriè ſignificat ἀκριβοδίκαιον, id eſt, ſeuerum iudicium ſine mitigatione, quam legiſlator admitteret propter aliquã circumſtantiam: ut quãdo adoleſcens ſanabili præditus ingenio, furtum inopia cõmittens, ſtrangulandus iudicatur. In hoc caſu mitigari, aut omnino remittere pœnã æquitas iubet, non quòd aboleat legem, & pugnet cum iuſtitia. Lex enim præcipuè contra malitioſos fures promulgatur. Aliud exemplum. Gladium apud te depoſitum ſi repetat furibundus, non permittit æquitas reddere. Nam lex ſuperior uetat, alijs damnum dare. In eandem ſententiam inquit Ariſtoteles, quod æquitas à iuſtitia non differat in genere. Nõ enim approbat delicta, ſed corrigit id, quod lex iuſta, & uniuerſaliter ſcripta omiſit: id eſt, non potuit ob infinitam uarietatem negociorum ſpecialiter exprimere. Itaque diſcedit æquitas interdum à uerbis & ſuperficie legum, ut tamen non alio modo, neque aliter*

In cap.10. Iuſtitiæ cognata æquitas.

indi-

indicet, quæ legiſlator ipſe, huiuſmodi caſu oblato indicaret. Et hoc eſt officium magiſtratus, ut leges uelut plumbeam Lesbiæ ædificationis regulam, ad diſsimilia facta ratione, inflectat. Breuiter, cum nihil in rebus humanis, quod omni careat incōmodo reperiatur, æquitas poſtulat, ut amicorum, ut magiſtratuum & legum aliquot errata potius boni conſulamus, quàm ijs temerè coarguendis, periculoſam moliamur mutationē. Præclarè enim ille apud Terentium ait, Non habeo neceſſe omnia pro meo iure agere.

In caput 11. *Quartam quæſtionem noni capitis repetit Ariſtoteles, neminem ſibi iniuriam facere. Exempli gratia, eū qui ſibi mortem conſciſcit, iniuriam quidem facere, quia cōtra leges peccat: ſed non ſibi, quia uolens hanc patitur, imò potius ciuitati, quæ talem hominem infamia notat. Non igitur ſecundum uniuerſalem iniuſtitiam aliquis ſibi iniuriam facit, ut hactenus probatum, neq; ſecundum par-*
1 *ticularem. hæc enim non exercetur in eodem agente & pa-*
tiente. qui idem ſibi auferat & adijciat. Alius requiritur,
2 *qui prius inferat iniuriam, hic non eſt alius prior inferēs,*
3 *ergo à ſe nemo patitur iniuriam. Item nullam ſpecialem*
iniuriā aliquis ſibi dicitur inferre. Nemo enim fur appellatur, ſi tantum ſua auferat Ergo nec in genere aliquis ſibi iniuriam facit.

Iniuſtitiæ extrema. *Deinde in hoc capite confert Ariſtoteles in ſe defectum & exceſſum iniuſtitiæ, ac pronunciat, iniuriā facere longè deterius eſſe quàm accipere. Aliquando uerò non deterius per accidens, ut ſi acceptam iniuriā aliquis ſupra modum ulciſcitur, aut ob eam deſperans ſibi manus infert.*

Iuſtitiæ cognatæ. *Poſtremò recitat quæ non propriè, ſed ſimilitudine quadam uocantur iuſta, id eſt, inter dominum & ſeruum, inter parentes & liberos, inter rationem ſeu mentem & appetitiones, quæ naturaliter menti repugnant. Plato enim uocat iuſtitiam quoq;, ſi ira & reliquæ cupiditates rationi, tanquam principi obediunt: iniuſtitiam uerò, uirium animæ diſſonantiam, prauis cupiditatibus dominantibus.*

ARISTOTELIS ETHICORVM, LIB. V.

DE IVSTITIA ET INIVSTITIA, *& iuſti atq; iniuſti modis generatim: tum qua uia ſit progrediendū, & de iuſtitiæ uniuerſalis laude.* Cap. I.

DE iuſtitia & iniuſtitia hoc primū cognoſcendū eſt, quibus in actionibus cernantur: iuſtitia quęnam mediocritas ſit, quarumque in rerū ius medio & æquabilitate conſiſtat. Qua in rerum cognitione & diſputatione eandem quam in ſuperioribus libris, uim & rationē ſequemur. Videmus quidem eam animi affectionem omnes iuſtitiam dicere, qua apti ſunt ad res iuſtas gerandas, quaq; res iuſtas & faciunt, & cupiunt facere. Eodemq; modo de iniuſtitia ſentiunt, qua iniuriam faciūt, & ad res iniquas iniuſtasque ultrò impelluntur. Itaque hęc primum quaſi prima quædam linea- A menta ſint à nobis propoſita. Neque enim ita eſt in ſcientijs & facultatibus, ut in habitibus. Facultas enim & ſcientia contrariorum eadem uidetur eſſe: habitus autem contrarius contrariorum non uidetur, ut à ualetudine non efficiuntur cōtraria, ſed ſolum ſalubria. Ambulare enim quempiam ualenter dicimus, cum ambulat ut ualens. Contrarius ergo habitus ex cōtrario ſæpè intelligitur: plerunque etiam habitus ex rebus ſubiectis. Etenim ſi firma corporis affectio nota ſit, infirma quoque nota conſtitutio eſt: ex ijsque rebus quæ firmam affectionem efficiunt, firma affectio, & ex hac ipſa, quæ ad firmam conſtitutionem pertinent. Si enim bene conſtitutū corpus poſitum eſt in carnis craſsitudine, neceſſe eſt malè conſtitutum affectumque corpus in carne tenui conſiſtere: quodque ad bene conſtituendum corpus conducat, carnis efficere craſſitudinem. Conſequitur etiam ferè, ut ſi alterū multis modis dicatur, multi etiam modi ſint alterius. ueluti ſi quod iuſtum eſt uarijs modis dicatur, & iniuſtum: porrò autem multis modis dici iniuſtitia & iuſtitia uidentur. Sed quia uicina eſt, ac finitima eorum nominum homonymia, id occultum eſt: nec ſic perſpicuū, ut in ijs quorum magnę ſunt diſsimilitudines: in quibus magna eſt in ſpecie differentia: ut uocatur [illegible] communi nomine, & ea quę ſub collo animalium naſcitur, & ea qua oſtia clauduntur. Hoc igitur intelligendum eſt, multis modis iniuſtum hominem uocari, uideturque iniuſtus eſſe, & is qui leges uiolat, & is qui ſemper maiorem ſibi partem B aufert, & qui iniquus eſt: ut perſpicuum ſit iuſtum eſſe eum, qui pareat legibus, & qui æquus ſit. Iuſtū ergo id erit quod leges iubent, & quod æquum eſt: & iniuſtū id, quod contra leges eſt, & quod iniquum. Et quoniam qui iniuſtus eſt [illegible] etiam eſt, id eſt qui meliorē ſemper ad ſe partem transfert, uerſabitur in bonis, non omnibus quidem, ſed in ijs tantummodo, in quibus res aduerſæ proſperæque conſiſtunt. Quæ ſimpliciter bono ſunt ſemper illa quidem, ſed alicui non ſemper. Atquę hæc optant homines, ac perſequuntur, nec debent: ſed optare debent potius, quæ uerè bona ſunt, ea ſibi ſalutaria eſſe: ea autem ſequi quæ ſibi bono ſint. Sed iniuſti nō ſemper, ut in duobus per ſe malis, maius, ſed etiam leuius eligunt. Sed quia minus malum etiam boni ſpeciem gerit quodammodo, ipſaque [illegible] in bonis uerſetur, idcirco [illegible] omnino eſſe uidētur, id eſt, omnia ſibi præcipua ſemper auferentes. Quinetiā iniqui ſunt, (hoc enim continet, lateque patet. continet enim quod iniquum eſt, & plus & minus) & legū uiolatores: quoniam hoc ipſum uiolare leges. ac iniquum eſſe, iniuſtitiam omnem complectitur, fuſumque eſt per omnem iniuſtitiā. Quoniam autem omnia eſt qui contra leges facit, iniuſtus, & omnis iuſtus qui paret legibus: perſpicuum eſt ea omnia quæ legitima ſunt, in iuſtis eſſe quodammodo numeranda. Quæ enim à diſciplina legum ferendarum conſtituta ſunt, ea legitima habentur, quorum quicq; in iuſtis eſſe dicimus. Leges autem iubent omnia, in quo uel communem omnium utilitatem exquirunt, uel optimorum, uel

A principum : idq́; uel actionibus uirtutum, uel a-
lia ratione. Quocirca iuſta appellamus uno mo-
do ea quæ beatum uitam, & eius partes in ciuili
ſocietate efficiunt ac toentur. Ac lex quidem &
forti ſuum officium præſcribit, ut non deſerere
ordinem, nec fugere, nec arma abijcere: & tempe
rato, nõ adulterari, nec ui conſtuprare: & clemen
ti, non uerberare, neq; conuiciari: itemq́; in cæte
ris uirtutibus & uitijs, illa iubet, hæc uetat. Ac ſa
lutaris quidem habenda eſt ea quę rectè lata eſt:
quæ incõſultè & inconſideratè, perniciosa. Atq;
hæc iuſtitia, abſoluta eſt illa quidẽ uirtus & per-
fecta, non illa quidẽ per ſe, ut animi habitus qui-
dam conſiderata, ſed quatenus alterius cõmoda
& utilitates reſpicit. Ob eamq́; cauſam hæc una
uirtus omnium eſt domina, & regina uirtutum,
neq; Heſperus aut Lucifer tantã ſui excitant ad-
mirationem. Ex quo factum eſt iam tritum ſer-
mone omnium prouerbium,

Iuſtitia in ſeſe uirtutes continet omnes.

Eademq́ue uirtus perfecta eſt ob id maximè, q̃
ineſt in ea uſus uirtutis undiq; perfectę. Perfecta
eſt autẽ propterea, q̃ qui ea prędictus eſt, is etiam
erga alios, nõ in ſe modò uirtutẽ exercere ac ex-
colere poteſt. Pleriq; enim in ſuis rebus præcla-
rè ſe gerere poſſunt, in alienis nõ poſſunt. Quo-
circa præclarum eſt illud Biantis, Magiſtratũ ui-
rum oſtendere. Qui enim præeſt in Rep. is iã res
curat aliorum, & in Reip. luce uerſatur. ob eamq́;
cauſam omnium uirtutum ſola iuſtitia, in bonis
alienis ducitur, quia nõ ad ſuum cõmodum, ſed
ad aliorum omnia confert. Aliorum enim cõmo
dis utilitatiq́; ſeruit, aut principis, aut Reip. Ac
B ſceleratiſsimus quidem eſt habendus is, qui ma
litiam, & ad ſuã & amicorũ perniciẽ exitiumq́;
conuertit. Optimus autem is, qui uirtutẽ non ad
ſuam, ſed aliorũ utilitatem refert. Eſt enim hoc
arduum opus. Atq; hæc ipſa iuſtitia nõ pars uir-
tutis eſt, ſed uirtus uniuerſa: & iniuſtitia ei oppo
ſita, nõ pars uitij eſt, ſed uniuerſum uitiũ. Qualis
autem ſit differẽtia uirtutis & iuſtitię de qua agi
mus, perſpicuum ex ijs eſt quæ dicta ſunt. Eſt e-
nim ea idem, ratione autem non idem. ſed qua
ad alterũ refertur, iuſtitia: qua habitus eſt talis,
abſolutè conſideratus, uirtus nominatur.

DE IVSTITIA PARTICVLARI,
*quid ea ſit, & quotuplex, tum quot contractuum
genera.* *Caput* II.

QVærimus autem quidẽ iuſtitiam, quæ pars
ſubiecta eſt uirtuti (eſt enim quędam, ut di
ximus) & iniuſtitiam eã quæ pars eſt. Ali-
quam autẽ eſſe eiuſmodi, ex hoc facillimè perſpi
ci poteſt. Nam qui agit eorum aliquid, quæ cæ-
terorum uitiorum ſunt propria, is facit ille qui-
dem iniuriã, attamen non plus æquo ſibi aufer-
re dicitur. Velut ſi quis abijciat clypeũ propter
ignauiam, aut maledixerit per iram, aut pecunija
non iuuerit propter iniuriam. Cum autem plus
ſibi ſumit quis, ſæpè ad nullum eiuſmodi uitiũ
illud, nec ad uniuerſa, ſed ad certũ iam aliud per-
tinet: uituperamus enim tanquam iniuſtitiam.
Eſt igitur quidem aliud genus iniuſtitiæ, quæ ut
pars ſubiecta eſt generali, itemq́; aliud quoddã
iniuſtum ſubiectũ iniuſto, quod eſt contra leges.

A Prætereà ſi quis quæſtus cauſa ſtuprum inferat,
quæſtumq́; inde faciat; alter cupiditate incenſus
idem de ſuo largiens & cum damno rerum ſua-
rum faciat: hic intemperãs potius quàm auidus
eſſe uideatur: ille iniuſtus, intemperans nõ item.
Perſpicuum eſt igitur hoc propter quæſtum cõ-
tingere. Iam uerò in cęteris ſceleribus omnibus,
ſi peccet, id ſemper ad certũ aliquod peccati ge-
nus refertur, & pertinet: uelut ſi adulteratus eſt,
ad libidinẽ & intemperantiam: ſi in acie locũ &
ordinẽ deſeruit, ad ignauiam: ſi pulſauit, ad iracũ
diam. at ſi quæſtum fecerit, ad nullum uitium re
fertur, niſi ad iniuſtitiam. Quare perſpicuum eſt,
eſſe præter generalem certam quandã iniuſtitiã,
quæ illi ſubiecta ſit, eodem nomine appellata,
quoniam in eodẽ genere poſita eſt definitio. In
rebus enim alienis utraq; uim ſuam obtinet. Sed
hæc in honore: aut in pecunijs, aut in ſalute, aut
ſi quo uno nomine hęc complecti omnia poſſu-
mus, & in uoluptate ea quæ ex quæſto percipi-
tur. Illa in ijs ſpectatur rebus, in quibus uir bo-
nus. Hoc ergo iam apparet, iuſtitiæ plura eſſe ge
nera, aliudq́; eſſe præter generalem uirtutem, iu-
ſtitiæ genus. Quæ autem, qualisq́; ſit, deinceps
explicandũ eſt. Partitio à nobis poſita eſt rerum
iniuſtarũ, alias eſſe cõtra leges, alias contra ęqui-
tatem. Et iuſtarum alias legitimas, alias æquas.
Ac iniuſtitia quidẽ, de qua ſuprà dictũ eſt, in eo
poſita eſt & conſiſtit, quod ſit contra leges. Quo-
niam autẽ iniuria ea quæ repugnat æquitati &
quæ legibus, non ſunt eædem, ſed altera ut pars
eſt ſubiecta generi (quod enim iniquum eſt, id
B omne contra leges eſt: quod autem contra leges
eſt, non omne etiã iniquũ. nã quicquid plus eſt,
omne iniquũ eſt: quod autẽ iniquũ, non plus e-
tiam) efficitur, ut quę iniuſta ſiunt & iniuſtitia, nõ
ſint idẽ quod illa, ſed aliud omnino. Atq; hęc tã-
quã partes ſunt, illa tanquam genera. ſiquidẽ hęc
ipſa iniuſtitia pars eſt iniuſtitię generalis, itemq́;
iuſtitiæ ſubiecta eſt iuſtitia. Quare & de iuſtitia
& de iniuſtitia, quę ut partes ſubiectæ ſunt gene
ri, nobis dicendũ eſt, & de iure & iniuria eodem
modo. Prætermittenda eſt igitur nobis iuſtitia
ea quę generali uirtuti attributa eſt, & iniuſtitia,
quarum in altera uſus uirtutis generalis erga al-
terum cernitur, in altera uitij. Ex quo etiam per-
ſpicuum eſt, ea quæ iuſtè & iniuſtè ab ijs proficī-
ſcuntur, quo pacto ſint explicãda. pleraq; enim
iura legitima ea ſunt quæ à generali uirtute ferè
præſcribuntur. Nam & ex quaq; uirtute uitã de-
gere, præſcribit lex: & ex uitijs, uetat. Efficientia
autem uirtutis generalis, legitima ſunt ea omnia
quæ de diſciplina publica cauta ſunt legibus. Nã
de ea diſciplina quæ priuatim ad ſingulos perti-
net, ex qua boni uiri uerè nominantur, utrum ad
ciuilem ſcientiam pertineat, an ad aliam, alio lo-
co diſputabimus. Aliud eſt enim fortaſsis uirum
bonũ eſſe, aliud ciuem bonũ. Sed iuſtitiæ quę tan
quã pars ſubiecta eſt generi, iuriſq́; eius quod ab
ea ducitur, unũ genus eſt, q̃ in tribuendo hono-
re, uel pecunijs cernitur, cęteriſue rebus omnib.
quæ diuidẽda inter eos ſunt, qui in ciuili ſocieta
te & cõmunione uerſantur. ea enim poſſunt uel
æqualiter inter ciues diuidi, uel inæqualiter. Al
terum genus eſt, quod in pactis contrahendiſq́;

rebus

rebus tanquã regula adhibetur. Cuius ſunt duæ partes. Nam contractuum alios uoluntaris eſt, alius nõ eſt. Voluntarij ſunt, ut uẽditio, emptio, mutuum, ſponſio, locatum, depoſitum, conductum, qui uoluotarij propterea dicuntur, quòd à uoluntate noſtra principium eorum proficiſcatur. Eorum autem qui non ſunt ooluntaris noſtræ, partim clandeſtini ſunt, ut furtum, ut adulterium, ut ueneficium, ut lenocinium, ut ſeruorum ſolicitatio, ut cędes dolo facta, ut falſum teſtimonium: partim ui fiunt, ut uerbera, ut uincula, mors, rapinæ, membrorum debilitatio, conuicium, contumelia.

DE IVSTITIA ET IVRE DIſtributiuo, de æquo & iniquo, ac de proportione, qua ius diſtributiuum conſtituitur, quæ geometrica dicitur. Cap. III.

QVooiam autem iniuſtus iniquus eſt, & quod ioiuſtum eſt, idem iniquum: perſpicuum eſt, certum eſſe medium eorũ quæ iniqua ſiot, idq; æquum nominari. In quacunq; enim actione plus & minus uerſatur, in eadem etiam æquum cernitur. Quòd ſi quod iniuſtum eſt, idem inæquabile eſt: profectò quod iuſtum eſt, idem ſit æquabile neceſſe eſt. Quod quidem omnes, etiamſi non adferatur ratio, intelligunt. Quoniam autẽ quod æquabile eſt, idem mediũ quoddã eſt, ius medium quiddã ſit neceſſe eſt. Quod autem æquabile eſt, id in duobus minimum cernitur. Neceſſe eſt igitur quod iuſtum ſit, medium quiddam eſſe & æquabile: referriq; ad aliud, & quibuſdam eſſe æquabile. Ac quatenus medium eſt, aliquorũ eſt, quæ plus minusúe nomioamus. quia æquabile eſt, in duobus ſpectatur: quia ius, quibuſdam tribuitur. Ita neceſſe eſt, quod iuſtum ſit, in minimis qoatuor conſiſtere. Inter quos enim ius eſt, duo ſunt: in quibus cernitur, res duæ. Eademq; erit æquabilitas & paritas, & eorum hominũ inter quos ius eſt, & earum rerum in quibus ius ſpectatur. Vt enim inter ſe affectæ ſunt res eæ in quibus ius poſitum eſt: ſic etiam ij inter quos ius eſt, inter ſe affecti ſuot. Neq; enim ſi pares oon ſint, paria aut præmia conſequentur, aut ſupplicia dabunt. Aliter pugnæ hinc, crimioationes, querelæq; naſcuntur, ſi qui pares ſunt dignitate, nõ æqua præmia: aut qui pares nõ ſint, eis paria tribuantur. Quod etiam ex eo perſpici poteſt, quod cuiq; tribuitur pro dignitate. Nam quod ius poſitum eſt in tribuendo, id omnes coofirmant pro dignitate eſſe oportere. Dignitatem autem non eandem om-

A nes dicunt: ſed in libertate eam ponunt, qui eam formam Reip. ſibi propoſuerũt, in qua populus præeſt: in qua pauci præſunt, in diuitijs, alij in nobilitate geoeris; qui optimorum Reip. ſtatum ſibi conſtituerunt, in uirtute. Quod ergo ius eſt, id proportione quadam conſtat. Neq; enim ſolum numeri, quo quid numeramus, (μοναδικὸς græcè dicitur) ſed qui omnino dicuntur numeri (numeratũ appellant) propria eſt proportio & cõparatio. Eſt enim proportio paritas ſimilitudoq; rationis, quæ in minimis quatuor reperitur. Ac deiunctam quidem proportionem perſpicuũ eſt in minimis quatuor cõſiſtere, itemq; coniunctã. Vnum enim in hac pro duobus adhibetur, bisq; dicitur: uelut quemadmodũ A ad B, ſic B ad C. bis igitur B dictũ eſt. Quocirca ſi bis ponatur B, quatuor erũt analoga, id eſt, quę eandẽ inter ſe rationem habeant. Atq; etiam in quatuor minimis quod iuſtum eſt, cernitur, eademq; ratio eſt. Deiuncti ſunt enim ſimiliter ij quibus tribuendum eſt, & ea quæ tribuenda. Ergo ut eſt A extremũ ad B, ſic C ad D. uiciſsimq; ut eſt A ad C, ita B ad D. Ergo & tota ad tota, quod quidem coniungit partitio. Quod ſi ita etiam componatur, rectè cõiunxerit. Ipſius ergo A extremi cum C, & ipſius B cum D coniunctione ius quod tribuendo paritur, omne cernitur, eſtque ius in medio eius, quod non eandem habet proportionem atq; rationem. Quod enim analogon eſt, idem mediũ: quod autem iuſtum eſt, medium eſt analogon.

B

DISIVNCTA PROPORTIO.

a dupla b dupla c

8 4 6 3

duæ rationes.


CONIVNCTA PROPORTIO.

a dupla b dupla c


8 4 2

Termini. *Primus ſecundus tertius*

Hanc proportionẽ uocant mathematici geometricã, quòd in ea contingit ut tota ſic cum totis, quemadmodum utraq; cum utriſq; cõferantur. Non eſt autem coniuncta hęc analogia, propterea quòd non ſit unum numero extremũ cui tribuitur, & quod tribuitur. Atq; hoc quidem ius, analogon eſt: quod autem iniuſtum eſt, id contra proportionem eſt.




Achil.




Exiſtit ergo hic plos & minus, quod quidẽ etiã in actionibus accidit. Qui enim alterum uiolat, boni plus adipiſcitur: qui uiolatur, mious. Contra fit in malis, propterea quòd leuius malũ ſpeciem quandam fert boni, ſi cum maiore conferatur. Eſt enim minus malum potius quàm maius eligendum. Quod autem eligendum eſt, id bonum eſt: quod potius eligendũ eſt, id etiam maius bonum. Ac de uoo quidem iuſtitiæ genere hactenus.

DE IVRE CONTRAHENDI, *quod commutatiuum uocant, quod arithmetica proportione conſtat.* *Caput* IIII


SEqoitur, ut de nna reliqua parte iuſtitiæ dicamus, quæ quidem in rebus quæ cõtractæ ſunt emedandis cernitur, & uolũtarijs & nõ uoluntarijs. Huius autẽ generis alia quædã ratio eſt, atq; ſuperioris. Nam quod ius io diuidendis tribuendisq; cõmunibus inter ciues rebus conſiſtit, ſemper in ea quam dixi proportione uerſatur. Hoc enim ipſum, ſi diuidundæ ſunt publicæ pecuniæ, eandem rationem habebit, quam habent inter ſe collocatæ pecuniæ, eaque iniuria quæ huic iuri contraria eſt, à proportione diſcrepat. At uerò ius id quod in contrahendis oegotijs cernitur, quędam pars eſt æquitatis, & iniuria iniquitatis: ſed tamen non ad illam analogiam ſeu comparationem, uerùm ad arithmeticam pertinet. Nihil enim intereſt, utrum bonus uir ſceleſtum ſpoliauerit, an bonum improbus: nec utrũ bonus, ánne malus adulteratus ſit: ſed lex damni ſolum ſpectat diſsimilitudinem, utiturq; oe pro paribus, ſi alter uiolauit, alter uiolatus eſt. & ſi hic damnũ dedit, ille accepit. Ideoq; iniuriam hanc, quoniam iniqoa eſt, ad æquitate iudex & parilitatem conatur tradocere. Nam cũ hic oerberatus ſit aut interfectus, ille uerberarit, aut etiam interfecerit: diuiſa in inæqualia perpeſsio & actio eſt, ſed ea ad æquitatẽ multa impoſita iudex redigere conatur, detrahendo aliquid de lucro. uocatur enim in rebus eiuſmodi, A etiam ſi minus aptum qoibuſdam nomẽ uideatur, in eo qui uerberauit, lucrum & quæſtus: in eo qoi uiolatus eſt, damnum. Cum autem perpeſsio ad ęquitatem reuocata eſt, hoc damnum, illud lucrum nominatur. Ita & eius quod amplius eſt, & eius quod minus, medium æquabilitas eſt. In lucro autem & damoo cootrario modo plus & mious cernuntur. nam plus boni, minus mali lucrum eſt, cuius contrarium eſt damnum. quorum quidem medium æqoabilitas eſt, quam eandem ius eſſe dicimus. Ergo ius illud quod ad emendaodum ualet, medium damni & lucri ſit neceſſe eſt. Itaque cum orta controuerſia eſt, confugiunt ad iudicem: quòd confugere ad iudicem hoc ſit, à iure præſidium petere. Profitetur enim ſe iudex legem eſſe loquentem. Cõquirunt etiam iudicem omoes, qui medius ſit: quem eundem nõnulli μεσιδίους, id eſt arbitrum honorarium ſeqneſtremq; ue appellant, quaſi ſi quando mediom conſequaotur, ius ſuom ſe putent obtinere. Mediom ergo quiddam ius eſt, ſi quidem etiam iudex. Et iudex quidẽ ad æquabilitatem reuocat: ſimiliterq; ue facit, ut ſi linea in partes non æqoas ſecta ſit, & detrahat particulam, qua maior præſtat dimidiatam, eamq; ue ad breuiorem addat.




B




Cum ergo bifariam aliquid totum ſectum eſt, tum ſuum quiſque tenere ſe prædicat, cum ius æquabile obtinuit. Aequabile autem ios in medio poſitum eſt eius quod maius minusq; ue eſt proportione arithmetica. Ob eamq; oe cauſam ius δίκαιον uocatur, qoòd δίχα, id eſt diuiſum ſit, ut ſi quis oocet ius δίχαιον: & δικαστὴς, id eſt, iudex, διχαστὴς. Si enim res duæ pares ſint, ab earumq; ue altera detrahatur quippiam quod ad alterã addatur: duabus his partibus præſtabit alteri. Etenim ſi detracta fuiſſet, non etiam addita, profectò una modo parte ſuperaret. Dimidiom ergo ſuperat una parte, & ipſom dimidinm ſuperat una id, unde pars illa ablata eſt.






CONSTITVITVR ETIAM
hoc modo:



Hinc ergo perſpicere poſſumus, & quid ei adimendum ſit qui plus eſt conſecutus, & quid addẽdum ei qui minus. Qua enim quiſq; remadiũ præſtar, ea addẽda illi eſt, qui minus tulit: & qua ſuperatur, à maxima eſt auferẽda. Ponamus tres eſſe lineas ęquas inter ſe A A, B B, C C. ab A A linea detracta pars A E addatur ad C C lineam, appelleturq; C D. Ita tota linea D C C, lineam E A uincit parte C D, & parte C F. Ergo lineam B B parte C D uincit.



Quod etiam in alijs artibus contingit. Tollẽtur enim funditus, niſi & quantum & quale opus efficiat artifex, tantundem ac tale is qui patitur, patiatur. Profecta ſunt autem damni & lucri nomina à contractu uoluntario. Nam uendendo, emẽdo, alijsq; omnibus quæ lege conceſſa ſunt, excolendis & tractandis, ſi plus auferas quàm quod tuum ſit, ia demum quæſtus ac fructus dicitur: ſin minus quàm apud te fuit à principio auferas, damnum. At uerò ſi neq; plus neq; minus, abſtuleris, ſed eadem pro eiſdem acceperis: tum ſe ſua quiſq; habere confirmat, ut nec damnum acceperit, nec quicquam profecerit. Quare in damni lucriq; medio ac moderatione ius poſitum eſt, id quidem quod non à uolũtate proficiſcitur, cum & ante quàm res contrahatur, & poſtquam contracta eſt, æquabile ius obtinetur.

DE IVRE TALIONIS, RE-
ferenda gratia, indigentia, numo.
Caput V.


ATq; etiã in lege talionis uidetur quibuſdam ius eſſe omnino poſitum: in qua ſententia Pythagorei fuerunt. Definiebant

A enim omnino ius eſſe, talionis reciprocationem. Atqui lex talionis nec ad ius quod in tribuendo cernitur, nec ad id quod emendandi cauſa comparatũ eſt, accõmodatur. Atqui uolunt hoc quidẽ etiam à Rhadamantho profectum ius dicere,

Si quod quiſque facit, idem patiatur, erit ius.

Multis enim id locis alienum eſſe uideatur. ueluti, ſi quempiam magiſtratus uerberauerit, nõ eſt referiendus. Et ſi quis magiſtratui manus attulerit, non ſolum referiendus, ſed ſupplicio etiam coërcendus eſt. Pręterea permultum intereſt, utrum uoluntate ac ſponte noſtra, an inuiti quid faciamus. Attamen in communicationibus rebusq; contrahendis, hoc ipſum ius talionis proportione, non æquabilitate hoc de quo agimus iure concluditur. Viciſsitudine enim factorum quæ proportioni congruat, Reſp. cõtinetur. Aut enim retaliari iniuriam cupiunt homines: quod ſi minus contingat, ſeruitus uidetur eſſe, niſi par pari referatur, aut parem gratiam referri: ſin minus, non extat ciuium cum ciuibus res ſuas communicandi uoluntas. Atqui accipiendis reddendisq; ultro citroq; beneficijs ſtat ciuitates. Itaq; Gratijs delubra media urbe conſecrantur, ut referatur gratia. Hoc enim gratię eſt proprium. Eſt enim ei qui gratificatus eſt referenda gratia, ut ille iterum ineat gratiam. Facit autem per diametrum extremorum coniunctio, proportione remunerationem. ueluti eſto architectus A, ſutor B. domus C, calceus D. Architectũ igitur neceſſe eſt à ſutore ipſius opus ſumere, eiq; ſuũ tradere.

B



Si ergo primum parilitas proportione extiterit, deinde ultrò citroque dandi accipiendique ratio, tum quod dixi extabit omnino. Sin minus, nec æquabilitas extabit, nec ſocietas retinebitur. Nihil enim prohibet unius eſſe opus, quàm alterius præſtantius. Decet igitur illa adæquari. Quod etiam in alijs fit artibus. Tollantur enim omnes funditus, niſi quãti precij, & quale opus artifex effecerit, tantidem & tale emat qui accipit. Neque enim ex duobus medicis conſtat ciuilis ſocietas: ſed ex medico & aratore, atque ijs omnibus qui diuerſas inter ſe ac diſsimiles, non eaſdem uitæ degendæ rationes ingreſsi ſunt, quos ad parilitatem decet, æquabilitatemque traduci. Itaque res omnes oportet quarum eſt contractus, quadam inter ſe ſimilitudine reſpondere. Quem ad uſum numus cõparatus eſt: qui quoniam omnia metitur, idcirco medium ac menſura quodã modo efficitur. Quocirca quod pluris eſt, & quod minoris metitur, ut quot tandem calcei, domus uel alimẽti precium poſsint adæquare, intelligatur. Aequum eſt igitur, ut architectus eſt ad ſutorem, tot aſſe ad domũ uiſcumq; calceos. Si enim id minus fiat, nec inter illos

illoe pactũ intercedat, nec ulla cõmunio. Qoòd A ſi non ſiut quodam modo paria, non cootrahẽt. Ergo qoemadmodum ſuprà dixi, una re aliqua ponderanda ſuot, & æſtimanda omnia. Idq́; reuera indigentia eſt, qua omnia continentur. Etenim ſi nullo egerent homines, aut non eodem modo, profectò aut nullum, aut certè non idem inter eos pactũ, conuentumq́; intercederet. Sed introductus numus eſt ex inſtituto, quaſi inopiæ ac indigentiæ præſidio futurus. Ob eamq́; cauſam nomen duxit, quòd non à natura, ſed à νόμῳ, id eſt lege, numus ſit ortus: in nobisq́; id ſit, ut mutetur reddaturq́; ioutilis. Futurus eſt igitur tum demũ locos reliquus legi talionis, cum parilitas æquabilitasq́; ſeruabitur. Vt quemadmodum eſt architectus ad ſutorem, ſic ſutoris opus ad architecti. Non ſunt autem ad formam ac ſpeciem proportionis deducendi tum, cum iam rẽ inter ſe contraxerint, (nam aliter extremum alterum utranq; præſtãtiam obtinebit) ſed cũ ſoa quiſq; tenebit. Sic pares ſocijq́; futuri ſunt: propterea quòd iam inter ipſos hæc ipſa æquabilitas poſsit intercedere. Eſto arator A, uictus C, ſutor B, opus illius ad parilitatem traductum D. Qoòd ſi hoc modo nõ & uiciſsim darent & acciperent, nunquã ullam rem inter ſe contraherẽt.

6 Arator A——————————*B Sutor 3*

4 Victus C——————————*D Calcei 4*

Indigentia autẽ hæc omnia quaſi uinculo quodam contineri hinc intelligi poteſt, quòd cum B uterq; alterue nihil alterius deſiderat, cõtractus inter eos nullus ſolet interuenire. Quemadmodum cũ alicuius, uerbi cauſa, uini, penuria laborat quis, quo alter abundat, eo dato exportatur tritiecũ: ita ad parilitatẽ ſunt hæc reuocanda omnia. Futuri autẽ cõtractus, ſi fortè nulla tenũc nobis opus eſt, numus ipſe qoaſi fideiuſſoris loco eſt nobis: q ſi ſit opus, pręſto ſit futurus. ei enim qoi illum portat, neceſſe eſt eius accipiendi poteſtas detur. Ac idẽ ille quidem patitur qood indigentia: (neq; enim ſemper æqoalis precij eſt) ſed tamen permanere poteſt diutus. Itaq; debẽt rerũ omniũ certa eſſe precia. ſic enim coottactus futuri ſunt ſempiterni: qui quandiu futuri ſunt, tandiu futura eſt hominũ inter ipſos ſocietas & cõmunio. Numus igitur tanquam norma & regula res aptè cùm dimenſus eſt inter ſe, tũ adæquat eas, ad parilitatẽq́; traducit. Neq; enim ſublato contractu, conſiſtere ſocietas ullo modo poteſt: neq; cõttactui loci aliquid relinquitur, ęquitate ſublata: neq; æquitati, ſi .ie apta quadã rerũ inter ſe menſura & cõpoſitione. Ac uerè, ut dicã, non poſſunt res tã inter ſe diſsimiles ullo modo aptè inter ſe cõponi: ſed qoantũ ſatis ſit ad uſum neceſsitatẽq́;, poſſunt. Vnũ ergo aliquid oeceſſe eſt adhiberi, idq́; inſtituto, itaq; numus uocatur. nã omnia aptè cõpooit. ſiquidẽ numo omnia põderantur. Eſto domus A, libræ decẽ B, lectus C. atq; A ſit ipſius B dimidiũ, ut domus quinq; pondo aut tantidẽ æſtimetur: C autem, id eſt lectus, numo ęſtimatus pars ſit decuma ipſius B: perſpicuũ eſt quidẽ lectos quinq; dom⁹ ęquare preciũ.

A A——————B——————C
domus *lectus*
5——————10 *libræ*——————1

Hoc etiam apparet, hanc rerum contrahẽdarum rationem antequam oomus iouentus eſſet, fuiſſe ſeruatam. Nihil enim intereſt, utrum lecticæ quinq; pro domo, quanti quinq; lecticæ ualent, dentur, an pecuois. Ac quid iniuſtum ſit, quidq́; iuſtum, diximus. Quibus expoſitis, perſpicuum eſt, iuſtè agere, medium eſſe inter facere, & accipere iniuriam: quoniam illud eſt plus adipiſci & obtinere, hoc minus. Sed iuſtitia mediocritas eſt illa quidẽ, non tameo quomodo ſuperiores uirtutes, ſed quia ad medium, id eſt æquabilitatem pertinet. At uerò iniuſtitia in utroq; extremo poſita eſt. Iuſtitia etiã uirtus eſt, qua quis aptus eſt, & propenſus ad ea animi iudicio præſtanda omnia, quæ iuſta ſunt, officiaq́; tribuẽda & ſibi, ſi cũ altero: & alteri, cum altero ſi conferatur: non ita tamen, ut ſibi plus emolumẽti, proximo minus, damni autem contra: ſed ut ſuum cuiq; proportione tribuat. Itemq́; alij ad aliũ. Cõtraq; iniuſtitia io iniuria uerſatur, quæ eadem emolumenti ac detrimenti amplificatio & imminutio eſt pręter iuſtam proportionem. Itaque nimium & parum iniuſtitia eſt, propterea quòd in exuperantia & defectione conſiſtat. Ac in ſua quidem cauſa, ſi agatur utilitas, modum egreditur: ſin detrimentum, deeſt moderationi. At ſi res aliorũ agatur, in uniuerſum quidẽ ſimiliter facit. quòd uerò attinet ad extrema quę ſunt extra proportio- B nem, citra ullam rationem temerè in utronq; declinat, ita ut modò plus, modò minus tribuat. In iniuria autem quod minus eſt, accipere iniuriã: quod autem maius, facere dicitur. Ac de iuſtitia & iniuſtitia, quæ tandem utriuſq; uis ſit & natura, itemque de toto genere iuris & iniuriæ, ſatis multa dicta eſſe arbitror.

DE INIVRIA ET INIVSTO *homine, de iure ciuili ac domeſtico.*

Caput VI.

QVoniam autem fieri poteſt, ut quis iniuriã faciat, nec ſit ipſe iniuſtus: quam tandem iniuriam inferẽdo io quoq; iniuſtitiæ genere iam iniuſtus habeatur, ut adulter, aut fur, aut latro: án ne ſic quidem interſit, quæſtio eſt. Nam qui non animi iudicio uel ratione, uerùm animi perturbatione ducatur ad contrectandam mulierem, ſciens quam contrectet: faciat ille quidẽ iniuriam, ſed tamen nondum ſit iniuſtus. quemadmodum nec fur, qui furatus eſt: nec adulter, qui adulteratus, itemq́; in cæteris. Ac iam quidem ſuprà, quam rationem lex talionis ad ius haberet, explicauimus. Hoc autem ignorare non debemus, id ius qood qoærimus, & omnino ius, & ciuile eſſe. Ius autem ciuile eſt, quod in ſocietate & communione uitæ poſitum, eo adhibetur, ut uel proportiooe, uel numeri ratione abundè omnia ſuppetant inter homines liberos, & æquales. Itaque inter quos hoc non eſt, inter eos ius ciuile non eſt, ſed qooddam par ac ſimile. Inter quos enim iuris communio eſt, inter eoſdem etiam cõmunio legis eſt. Inter quos

porrò

porrò eſt communio legis, inter eoſdem iniuſtitia eſt. Iudicium enim iuſti ac iniuſti dijudicatio eſt. Inter quos autem iniuſtitia eſt, inter eos iniuriæ faciendæ communio eſt. Quibus autem inter eos iniuriæ faciendæ cõmunicatio eſt, non eſt etiam inter eos omnes communio iniuſtitiæ, quæ quidẽ tum eſt, cum ſibi ipſi plus eorũ quæ bona ſunt tribuit, & quæ mala ſunt minus: idcirco non hominẽ imperare ſinimus, ſed rationem, quòd hæc ſibi ille ſumit, fitq; tyrannus. Eſt autem cuſtos conſeruatorq; iuris, princeps: quòd ſi iuris, & æquabilitatis. Et quoniam ſi iuſtus ſit, nihil ſibi præterea ſumit & attribuit (neq; enim ſibi plus tribuat, quàm alijs, eorum quæ per ſe bona ſunt, niſi habita ratione dignitatis) idcirco quæcunq; agit, ad aliorum commoda refert. Ob eamque cauſam, in bonis alienis, ut ſuprà diximus, iuſtitiam numerant. Danda igitur merces aliqua eſt: quæ cum ſint honor & gloria, quibus hæc non ſunt ſatis magna præmia, ij efficiuntur tyrãni. Ius autem domini in ſeruos, uel patris in liberos, non idem quod illa eſt: ſed ea imitatur. Neq; enim in res ſuas locus eſt iniuriæ. Atqui ſerui ac liberi quoad adoleuerint, diuiſique ſint, in membris patris ſunt habendi: & ſibi nemo uult obeſſe. Ideoq; non eſt cuiquam erga ſeipſum iniuriæ locus. Neq; ergo ad ius ciuile aut iniuriam pertinent. Hæc enim lege diximus conſtare, interq; eos omnino locum habere, inter quos naturæ legis cõmunio eſt. Qui quoniam ſunt ij, inter quos æquabilis quædã eſt imperandi parendiq; uiciſsitudo, idcirco inter uirum & uxorem potius, quàm inter patrem & liberos, dominum & ſeruũ cõmunio iuris eſt: nam hoc ius eſt quod domeſticũ & familiare dicit̃, aliud eſt atq; ciuile.

IVRIS CIVILIS DIVISIO IN *ius naturale & legitimũ, & quid utrunq; eſſe dicatur: tum quid inter iniuriam & iniuſtum interſit.* Cap. VII.

Ciuile autem ius aliud naturale eſt, aliud legitimum. Naturale eſt, cuius uis idem apud omnes ualet, non quòd ſic uideatur, aut ſecus. Legitimũ autem id appellatur, quod initio nihil interfuit, ſic an ſecus fieret. cũ autem latum poſitumq; eſt, iam intereſt, ueluti, captos mina redimi, aut capram immolare, non duas oues. præterea quæ lege cauta ſunt de rebus ſingulis, ut Braſidæ ſacra facere, & quæ publicis decretis ſancita ſunt. Atq; omnia iura quorundã quidem opinione, in hoc ſecundo genere ſunt: propterea quòd ea quæ naturalia ſunt, immutabilia ſunt, & ubiq; idem ualẽt (ut ignis & hic & apud Perſas urit.) iura autẽ mutari uidentur. Sed non ita eſt omnino, uerùm quodãmodo. Nam apud deos quidem certè nuſquam mutabile eſt, quod naturæ eſt inſitum: apud nos autem quædã certè à natura inſita & tributa mutantur, etiamſi non omnia. Sed tamẽ aliud natura conſtat, aliud non natura. Quæ autem cum ſint naturæ ſecus etiam atq; ſunt, euenire poſsint, quæq; non natura, ſed lege & pacto cõſtent (ſiquidem utrunq; mutari poteſt) hinc perſpici licet: atq; ad cætera omnia eadem ratio accõmodabitur: quòd cũ robuſtior ſit dextra natura, tamen fieri poteſt, ut omnes utraq; pro dextra utantur. At iura ea, quæ hominũ

A inſtituto conſtant & utilitate diriguntur, ſimilia ſunt menſuris omnia. Neq; enim ubiq; terrarum æquæ ac pares ſunt uini tritiriq; mẽſuræ: ſed quo in loco emuntur, maiores: ubi uenduntur, minores. Itemq; iura non naturalia, ſed humana non idem ubiq; ualent. quando ne ciuitatis quidẽ regendæ ratio una eſt, eſt tamen una quædam quæ ubiq; optima ſecundũ naturam ducitur. Iura autem & legitima iura ſunt, ut res uniuerſæ ad ſingulas. Quæ enim geruntur, multa ſunt: illorum unũquodq; unum, quoniam uniuerſum quid & totum eſt. Differt autẽ ab eo quod iniuſtum eſt iniuria, & rectè facta ab eo quod iuſtũ eſt. Quod enim iniuſtum eſt, omne eſt uel natura, uel inſtituto. quod ipſum poſteaquã factum eſt, iniuria dicitur: priuſquàm geſtum ſit, nondũ iniuria eſt, ſed iniuſtum: quòd cum factũ eſt, iam iniuria nominatur. Eadem eſt ratio rectè iuſteq; factorum. Sed tamen quod generale eſt, magis δικαιοπράγημα dicitur. & δικαίωμα iniuriæ emendatio & cõpenſatio. Quorũ omnium quæ, quotq; ſint genera, quibusq; in rebus uerſentur, mox perſpiciemus.

INIVRIAM ET RECTE FA*cta uoluntate definiri: uoluntariũ quid, & quotuplex: ac de tribus generibus incommodorum, quæ alteri ab altero inferuntur.* Cap. VIII.

Sed cum ea quæ iuſta ſunt, quæque iniuſta, ea ſint quæ expoſuimus: tum quiſq; facit iniuriam, æquumq; facit, cum uoluntate ſua facit:
B cum inuitus, nec iniuriam cuiquã infert, nec æquum facit, niſi fortuitò, quòd ea gerat, quibus ut iuſta ſint & iniuſta, accidit. Atqui uoluntate iniuria, & rectè facta definita ſunt. Cum enim à uoluntate proficiſcitur, tum & in uitio, & ſimul iniuria eſt. Ergo aliquid iniuſtum eſt, quod non idem iniuria eſt, niſi uoluntas acceſſerit. Dico autẽ uoluntarium id, quod in ſua quiſq;, ut dixi, poteſtate poſitũ, ſciens agit, nec eum ignorat, in quo uerſetur actio, nec quo quaſi inſtrumẽto rem agat, nec finem ipſum. ut uerbi cauſa, quem uerberet ac pulſet, quoq; inſtrumento, quaq; de cauſa pulſet. atq; illa nõ caſu aut ui faciat, ueluti ſi quis arrepta manu alterius alium pulſet, nõ faciat ille ſua uoluntate: quandoquidẽ in eo id ſitum non eſt. Fieri etiã poteſt, ut & pater pulſetur, & is qui pulſet, illum eſſe hominẽ, aut quempiam eorum qui adſunt, ſciat, patrem autẽ eſſe neſciat. Quod idem & in fine, & in tota actione cõſiderandum eſt. At uerò quod quiſque ignorat, aut ſi minus ignorat, at certè non eſt in eius poteſtate, aut ui coactus facit, id omne inuitus facit. Multa enim eorũ etiam quæ naturæ neceſsitas afferat, ſcientes & gerimus & ſuſtinemus: quorũ nihil nec uoluntarium eſt, nec non uoluntariũ: quo in genere eſt mors & ſenectus. Cadit autẽ pariter in iuſta & iniuſta illud per accidens. Etenim ſi reddat depoſitum quis inuitus, aut metu coactus, is nõ dicẽdus res iuſtas facere, nec iuſtè agere, niſi fortuitu & caſu. Itemq; qui coactus, aut inuitus depoſitũ non reddiderit, dicendus eſt non propriè iniuriã facere, & agere quæ iniuſta ſunt. Eorum autem, quæ uoluntaria ſunt, partim cõſulto, par-

tim inconſultè facimus. Conſulto, cũ antegreſſa eſt deliberatio: inconſultè, cũ non eſt antegreſſa deliberatio. Cumq; in uitæ ſocietate tria genera cernantur incommodorum, peccata imprudens quis admittit, cum admiſerit in eum de quo nil tale cogitarat, nec quo id inſtrumēto ageret, neque quid, quaq; de cauſa perficeret. Aut enim uoluit non pulſare, aut non quo pulſauit, aut non eum quem pulſauit, aut non ea de cauſa quæ exiſtimatur, ſed ſorte fortuna accidit ſecus ac putarat, ueluti non ut uulnus infligeret, ſed ut pungeret, aut non quem putarat, aut non quemadmodum. Cum ergo inopinato damnũ adfertur, infortunium & caſus dicitur: cum autem non inopinato, ſed ſine dolo & malitia, peccatum nominatur. Tum enim peccat quiſq;, cum in eo incluſum cauſæ principium eſt. Infortunium autem infligit, cum extrinſecus principium adhibetur. At cum ſciens, nec tamen conſulto aut cogitato, iniuria dicitur: quo in genere ea ſunt omnia, quę ira aut alia animi perturbatione fiunt, ea quę uel neceſſariò, uel à natura tributa eſt mortalibus. Nam qui his incitati, nocent alijs ac delinquunt, faciunt illi quidem iniuriam, ſed tamen non idcirco ſunt iniuſti uel improbi habendi. Neq; enim nocendi cauſa de induſtria illata iniuria eſt. At uerò cum cõſulto & cogitato fit iniuria, tum quiſq; iniuſtus & improbus habetur. Itaq; rectè ea quæ per iram fiunt, non ex conſilio iudicantur: quippe cum non is author ac caput mali ſit, qui ira incitatus facit, ſed qui incitauit. Præterea non id agitur, utrum factum ſit necne, ſed utrum iure, quoniam ita quandam ſpeciem fert iniurię. Neq; enim hic de facto controuerſia eſt ſicut in conuentionibus hominũ inter ſe, in quibus neceſſe eſt alterum eſſe in uitio, niſi obliuione impediti id faciant: ſed conceſſo facto, omnia de iure cõtrouerſia eſt. At qui dolum adhibuit, is non facit imprudens. Itaq; alter ſibi putat iniuriam factam, alter non putat. Quòd ſi de induſtria noceat, facit iniuriam: & qui has iniurias infert, is quoniam cõtra dignitatem & æquitatem facit, iniuſtus eſt habendus. Itemq; iuſtus is, qui animi iudicio & conſideratè rem iuſtam gerit. Iuſtè autem facit, ſi modò ſponte. Quæ autem iniurię à uoluntate non proficiſcuntur, earum alijs ignoſcendum eſt, alijs nõ eſt. Iis enim omnibus, quas homines non ſolũ faciunt imprudentes, uerum etiam per imprudentiam, danda uenia eſt. Quas autem inferunt non per imprudentiam, ſed imprudentes, perturbationibusque animi incitati, quæ nec naturales ſint, nec naturam attingant humanam, non eſt ijs ignoſcendum.

DE ACCIPIENDA FACIENDAQ; *iniuria, & an quis ſibi inferre iniuriam poſſit.* Cap. IX.

SEd hic quærat aliquis, ſatiſne accuratè de accipienda faciendaq; iniuria diſſeruerimus? Ac primum, utrum ſic eſt, ut Euripides abſurdè tradidit,

Quid ſit cur gnatus matrem occiderim meam?
Breuis quidem non longa ſit defenſio,
Sponte uolentem, uel uolentem non uolens.

Vtrum enim poteſt quis uerè iniuriam uoluntate ſua accipere, uel non poteſt? ſed totum hoc non

A uoluntatium ſit, quemadmodũ facere iniuriam, uoluntaria? & utrum totũ eſt huius uel illius generis, quemadmodũ omnis eſt iniuriæ uoluntaria illatio. An uerò partim uoluntatis eſt, partim non eſt? Quod idem de patiendo iure quæri poteſt. nam iuſtè agere, omne à uoluntate proficiſcitur. Itaq; conſentaneũ eſt eodem modo ſua contraria reſpicere iſta duo, iniuriã accipere, & iura pati, ut ſit utrunq; uolũtaria, aut neutrũ. Atenim ſi omnis iuris patiendi ratio uoluntaria ſit, abſurdum eſſe uideatur. Sunt enim quibus inuitis ius ſuum tribuitur. Nam hoc etiam cuipiam dubium uideatur, utrũ qui iniuſtè aliquid toleret, etiam accipiat iniuriam? an uerò ut in faciendo, ſic in perferendo eſt? Caſu enim fieri poteſt, ut iuria & agendo & patiendo quiſquã ſit particeps. Quod idem ſcilicet in rebus iniuſtis fiet. Neque enim idẽ eſt, quæ iniuſta ſunt facere, quod iniuriam facere: nec quæ iniuſta ſunt ferre, quod accipere iniuriam. Eademq; eſt ratio tribuendi accipiendiq; iuris. ut enim iniuria accipi non poteſt, niſi ſit qui inferat: ſic nec ius tribui, niſi ſit qui tribuat. Quòd ſi iniuriam facere non eſt aliud omnino, niſi ſponte nocere quẽpiam alteri: ac ſponte quidẽ ita, ut ſciat & cui noceat, & quamobrẽ, & quo quaſi inſtrumẽto noceat: impotentes aũt ſponte ac uoluntate ſua de ſe ipſi malè merẽtur: efficitur, ut ſponte accipiatur iniuria, & ſibi quis ſponte iniuriam inferat. Eſt autẽ hoc unũ eorum quæ quęrebamus, utrum fieri poſsit, ut quis ſibi ipſe faciat iniuriam. Iam uerò ſponte etiã aliquis per animi impotentiam incõmodum ab alio qui

B paratus eſt dare, accipiat. Ergo fieri poteſt, ut uoluntate ſua quis iniuriã accipiat. An non uera eſt definitio, addendũq; eſt pręter illa (obeſſe quempiam ſcientẽ cui noceat, qua re, quoq; modo noceat) contra illius cui obſit uoluntatẽ? Incõmodum igitur quis ſponte accipit, & rem iniuſtam perfert: at iniuriã nemo ſpõte ſua accipit. Nemo enim uult, ne impotentes quidẽ: ſed quicquid faciunt, id omne cõtra ac nolũt faciunt. Neq; enim uult quiſquã, quod ſibi bono eſſe nõ arbitretur. Et impotẽs animi facit quod ſentit nõ eſſe faciẽdũ. Nec uerò qui ſua dedit (quẽadmodũ Homerus ait de Glauco, qui cũ Diomede permutauit.

Aere laboratis auro radiantia, nouem
Aeſtimata bubus pro forte ualentibus centum)

Iniuriam accipit, quando quidẽ ut det, in ipſius ſitum eſt poteſtate. At non eſt in cuiuſquã ſitum poteſtate, ut iniuriam accipiat, ſed alter ſit oportet qui inferat. Illud ergo iam apparet de accipienda iniuria, eam non eſſe uoluntatis. Iam uerò hic explicare liceat duo ex ijs quæ ad hoc noſtrum inſtitutũ pertinent, uter tandem iniuriam facit, ſane qui plus tribuit contra dignitatem, an is cui diſtribuitur. Et utrum fieri poteſt, ut quiſpiam ſibi ipſe iniuriam inferat. Si enim ita ſit illud quod prius dictum eſt, atque is qui diuidit, non qui accipit nimium, facit iniuriam ſi quis alteri plus tribuat quàm ſibi, ſciens & prudens (id quod uſuuenit modeſtis, ſiquidem uir bonus de iure ſuo decedere ſolet) is profectò de ſe ipſe malè meretur. An ne hoc quidem ſimplex eſt? Plus enim ſibi ſumit alterius boni, ut gloriæ, ſi ita res ferat, uel ei⁹ quod omnino bonũ eſt. Adde quod

ſolui

ſolui etiam illud poteſt per definitionem, quę de A inferenda iniuria præpoſita eſt. Nihil enim ei accidit contra ipſius uoluntatem. Ergo non ſi minus ſumat, idcirco accipiat iniuſtiam, ſed ſolum afficitur incommodo. Hoc uerò etiam apparet, eum qui diuidit ac diſpertit, inferre alijs iniuriã: non eum ſemper, qui plus quàm cæteri adipiſcatur. Neq; enim in quo ineſt quod iniuſtum eſt, is iniuriã facit, ſed is qui hoc efficit ſua uoluntate. Hoc aoté in eo eſt unde ſumit iniriũ actio, quod in eo eſt qui diuidit, non in eo qui accipit. Præterea ſi faciendi multi modi ſint, fieri poteſt, ut & res inanimæ, & manus & ſeruus iuſſu domini interficiant, nec tum faciant ioioriã, cum interim res iniuſtas faciant. Præterea ſi quis imprudens & ignarus iudiciũ tulit, non faciat ex iure legitimo iniutiam: nec ſit illud iniquũ iudicium, quanquam ſit tanquã iniquum. Aliud enim ius eſt legitimũ, aliud primũ. Sin auté ſciens & prudens iudicium iniquũ interpoſuit, iniuſtus habendus eſt, quòd ad eum plus peruenerit uel gratiæ uel uindictæ. Perinde igitur ac ſi in partem uenerit ſceleris & iniurię, is qui his de cauſis iniquũ ferr iudiciũ, plus adipiſcitur. Nam cum fundũ alicui adiudicauit, non agrum accepit, ſed argentũ. Homines aũt in ſua eſſe poteſtate putant, ut faciant iniuriam. Itaq; facilè aiunt uirũ iuſtum effici: ſed non ita eſt. Nam & cũ uicini uxore concumbere, & uerberare proximos, & largiri manu argentũ, facile eſt, & in eorum ſitum poteſtate: at uerò ita animo affectos hæc ipſa præſtare omnia, neq; facile eſt, neq; ut ita efficiant, in eis ſitum eſt. Similiterq; & quæ iuſta ſunt cognoſſe, & quæ iniuſta, in nullla parte ſapientiæ ponũt, propterea qòd non ſint difficilia cognitu ea quæ iubent leges, aut uetant. Sed tamen non ſunt hęc ipſa in iuſtis numeraoda, niſi fortuito: uerùm ita demũ iuſta ſunt, ſi quodã modo gerantur, certoq; genere tribuantur. Quod quidem præſtare multo maioris negocij eſt, quàm quæ ſalubria ſunt, tenere, & cõprehendere. Nam illic etiã mel quid ſit, quid uinum, elleborus, aduſtio & inciſio, facile eſt intelligere: at ea quemadmodum accõmodatè ad ualetudinem adhibenda ſint, & cui, & quando, tam difficile eſt quàm uerè medici nomen obtinere. Ob eamq; cauſam iuſti uiri aiunt eſſe nibilo minus facere iniuriam, quòd nihilominus, aut facilius potius hæc omnia pręſtare poſsit. Etenim & contrectare mulierẽ poſſe, & uiolare alios iuſtum hominẽ, & fortem clypeũ abijcere, & dato tergo quò libuerit fuga elabi. At ignauũ ſe præſtare & iniuriam facere, non eſt illa quidẽ efficere, niſi fortuito, ſed ſi quis animo certo quodam modo affectus ea faciat. Vt mederi & curare non eſt incidere aut non incidere, curationem adhibere aut non adhibere: ſed certo quodam modo hæc ipſa præſtare. Inter eos autem iuris ſocietas eſt, inter quos eorũ quę omnino bona ſunt, communio eſt: ut interim locum in ijs habeat exuperantia, & defectio. Nam in quibuſdã, ut certè in Dijs, non eſt eorum bonorum immoderata copia. alijs autẽ ut inſanabilibus & deprauatis hominibus nulla ex parte ſunt uſui, ſed obſunt omnia, alijs proſunt aliqua ex parte, ob eamq; cauſam humanum hoc appellatur.

A AEQVITAS AD IVSTITIAM, *æquum & bonũ ad ius, quomodo affecta ſint, in quibus explicandis falſas quorundam opiniones refellit.* Cap. X.

SEquitur ut de æquitate æquoq; & bono diſſeramus: quam tandẽ æquitas ad iuſtitiam rationem, quam æquum & bonũ ad ius habere uideantur. Non enim ſi qui diligenter uelint exquirere, omnino ad idẽ aut diuerſum genus pertinere uidebuntur. Interdum æquum & bonum laudamus, atq; eum hominẽ qui eo pręditus eſt: adeoque ipſum in laude ſolemus, interim in alijs rebus pro bono uſurpare: atq; idem melius eſſe iudicamus. aliàs alienum uideatur ijs qui rationem conſectantur, æquum & bonũ, quod ab eo quod iuſtum eſt alienum ſit, eſſe laudabile. Aut enim ius bonum non eſt, aut ęquum & bonum ſi aliud eſt: aut ſi ambo ſunt in bono, eadem ſint neceſſe eſt. Atq; hæc quidem ex his rationibus de æquo & bono exorta quæſtio eſt. Quæ conſentanea ſunt omnia quodã modo, nec ulla ex parte inter ſe pugnant. Nam æquum & bonũ cum ſit aliquo iure melius, tum ius ipſum eſt: nec iam quaſi ad genus quoddam aliud pertineat, iure eſt præſtantius. Idem eſt igitur ius, quod ęquum & bonum. Etenim cum ſint ambo in bonis, tamen præſtat multò æquum & bonũ. Sed hoc dubitationem habet, quòd cum ęquum & bonum ius ſit, non tamen ios legitimum eſt, ſed iuris legitimi emendatio. In cauſa eſt, quòd lex eſt generalis omnis: quæ quoniam de toto B genere nonnullarum rerum cõmodè loqui non poteſt, cum ſit neceſſe de toto genere dicere, nec id effici rectè poſsit, id unum accipit & deſignat, quod plerunq; ſolet contingere, non ignara peccati, & tamen rectè lata eſt: quippe cum culpa ſit non legis quidem nec legislatoris, ſed rerum agendarũ naturæ, quæ ſtatim eſt eiuſmodi. Cum ergo de toto genere lex dicit, atq; aliquid ijs in rebus cõtra generalem legis comprehenſionem exiſtit: tum percõmodè accidit, ut qua parte ſcriptor legis aliquid prætermiſit ac peccauit, omnino ac ſemel locutus, id quod prætermiſſum ſit corrigatur. Quod etiam legislator, ſi adeſſet, admoneret, de eoq; ſi ſciuiſſet legem tuliſſet. Itaque eſt ius illud quidem, & quodã iure præſtantius, non eo tamen quod omnino ius eſt, ſed eo quòd propter peccatum generale à perfecto aberrat. Atq; in hoc uis omnis æqui & boni poſita eſt, ut correctionẽ quandam legi adhibeat, quia ab ea abeſt aliquid propter generalem ſine exceptione comprehenſionẽ. Cur enim lege non caueantur omnia, cauſa eſt, quòd de quibuſdam omnino lex ferri non poteſt. Quocirca decreto opus eſt. Incertæ enim rei ac infinitæ, incerta ſemper & infinita quærenda regula eſt. ut Lesbiæ ſtructuræ plumbea norma ſolet accommodari. Vt enim lapidis morata forma & figura, ſimul mutatur, nec manet regula: ſic rebus ut quæq; interueniunt, accommodata eſſe debent decreta. Ac iam illud quidẽ perſpicuum eſt, quid ſit æquum & bonum, quidq; ius, & quo ſit iure pręſtantius. Ex quo etiam apparet, quis ſit bonus uir. Nam qui hæc ſequitur, geritq; omnia, quiq; non eſt in

malam partem iudex durior, ſed de ſummo iure A decedit, etiamſi habeat legis præſidiũ: is æquus & bonus eſt habendus. Et habitus in hoc genere æquitas & bonitas nominatur, quę eadem iuſtitia dicitur, non alius animi habitus.

QVID SIT INIVRIAM FACEre, & cui, & quomodo. Cap. XI.

EX ijs autem quæ dicta ſunt, perſpicuũ eſt, utrum quis ſibi ipſe iniuriam facere, necne poteſt. Ea enim iuſta habenda ſunt, quæ in omni uirtute lege ſunt conſtituta. ut non iubet lex mortem ſibi quenquam conſciſcere. At quæ non iubet, ea profectò uetat. Præterea ut quiſq; contra leges nocet cuipiam, non laceſsitus, ita ſponte inferre iniuriam dicitur. Sed ita demum ſponte ac uoluntate ſua quiſq; facere intelligitur, ſi ſciat & cui iniuriã faciat, & quomodo. Qui autẽ ira incitatus ſe ipſe interimit, is ſponte contra leges facit, quod leges non ſinunt. Infert igitur iniuriam. Sed cui tandem? An Reip. non ſibi? quandoquidem ſua uoluntate fert mortem, nec quiſquã ſponte iniuriam accipiat. Itaq; & a Repub. pœna conſtituta eſt, & ignominia quædam comparata in eum, qui ſe ipſe interfecerit, tanquam uiolarit Rempub. Iam uerò in quo quiſq; iniuſtè faciens, iniuſtus modò habetur, non omnino improbus: in eo fieri non poteſt, ut de ſe quiſq; malè mereatur. Hoc enim aliud eſt, atque illud. Eſt enim quodãmodo, iniuſtus uir, ſic improbus, ut ignauus: non ut is qui omni ſcelere ſit contaminatus. Quapropter hac iniuſtitia nemo ſibi faciat iniuriam, quoniã ſimul eidem, & adi- B mereretur idem, & adderetur: quod fieri non poteſt, ſed inter plures iuris & iniuriæ neceſſe eſt ſemper eſſe communionem. Iam tum quiſq; alterum uiolat, cum & ſponte uiolat, & conſulto, & prior. Nam qui ab altero uiolatus, par refert, is iniuriam minimè facere uidetur. Qui autẽ ſibi ipſe iniuriam facit, eandem iniuriam ſimul & facit & accipit. Præterea fieret alicui uoluntate ſua iniuria. Adhæc nemo quenquam uiolat, quin illa iniuria uno quodam genere ex ijs quæ ſingulatim appellantur ſuo quodam nomine, contineatur. Atqui nemo uxori ſuæ inferre ſtuprum dicitur, nemo parietem ſuum diruere, nemo ſua furari. Et ut ſemel dicam, hoc ipſum ſibi quenq; nocere, omnino diluitur ac refellitur, ea quæ de ſpõte facienda iniuria tradita eſt definitione. Illud autem etiam apparet, utrunq; facere & accipere iniuriam, eſſe in malis, quoniam hoc eſt minus illud plus obtinere, quàm quod medio continetur: ſicut malum eſt in medicina, quod à ſalubri diſcedit: in gymnaſtica, quod à bona corporis habitudine eſt alienum: ſed tamẽ grauius eſt facere iniuriam. Violare enim alterum, cum ſcelere coniunctum eſt, & uitio dandũ, ac cum ſcelere uel ſummo, uel ei proximo. Non enim quicquid uoluntariũ eſt, id omne cum iniuſtitia coniunctum eſt. At uerò iniuriam accipere, culpa caret, nec coniunctum eſt iniuſtitiæ. Eſt igitur per ſe leuius iniuriam accipere: caſu & fortuito nihil prohibet eſſe grauius. Sed hæc pars negligit omnia, quæ grauiorem morbum pleuritidẽ ſtatuit, quàm pedis offenſionem, quanquam poſsit hæc A fortuito maior exiſtere: ut ſi quis ex caſu ab hoſtibus captus interimatur. Porrò autem per ſimilitudinem & translatione quandam ius quoddam eſſe dicitur, non nobis in noſipſos, ſed aliquarum partium in alias noſtri partes, neq; id ex omnis iuris ſimilitudine ducitũ, ſed ex iure, quod eſt domini in ſeruos, uel domeſticum. His enim rationibus quidem differt maximè pars animi, quæ rationis eſt particeps, ab ea quæ expers eſt. In quæ intuentibus, uidebitur poſſe quis ſibi iniuriam facere, quòd hæ partes aliquid perpetiantur contra ſuas quæq; appetitiones. Quare inter eas, ut inter eam quę imperet, & eam quę obtemperet, iuris cuiuſdam eſſe communionem. Ac de iuſtitia quidẽ cæteriſq; uirtutibus quæ ad mores pertinent, hactenus.

IN LIBRVM SEXTVM ETHIcorum Ariſtotelis, Analyſis.

CVm fœlicitas hominis præcipuè conſiſtat in animæ cultura ſeu perfectione, declarauit Ariſtoteles hucuſq; morales uirtutes ad appetitiuam animam excolendam: iam animæ rationalis duas facit partes, unam ἐπιθυμητικὴν, alteram λογιστικὴν, & utriuſq; uirtutes ſeu perfectiones enumerat: illius quidẽ ſcientiam, ſapientiam, notitiam principiorum, huius artem & prudẽtiam, quam etiam uocat rectam rationem, quaſi gubernatricẽ mediocritatum in moralibus uirtutibus. In cap. 1. De uirtutibus intellectiuis.

Actionũ moralium, non ſenſus, ſed tantũ rationalis & appetitiua anima propriè ſunt cauſæ. Et ad illam quidẽ pertinet affirmatio, ne- B *gatio, uerum, falſum: ad hanc executio, fuga, bonum, malum. Quarum utraq; requiritur in electione, ut quod rationalis rectè affirmauerit, appetitiua exequitur: & contra fugiat, quod illa negauerit faciundum. Ideo honeſta electio, dici poteſt uel intellectus appetens, uel appetitus intelligens.* In cap. 2. Electio pars uirtutis, cuius animæ facultas ſit.

Deinceps intellectiuæ uirtutes explicantur. Scientia uerſatur circa res neceſſarias, id eſt, quæ perpetuò ſe habent eodem modo, quales docentur in Arithmetica, Aſtronomia, & alijs partibus Mathematicæ. Definitur ſcientia, quòd ſit habitus per demonſtrationem acquiſitus. Demonſtratio autem eſt ſyllogiſmus ex propoſitionibus ueris, neceſſarijs, primis, notioribus & cauſis concluſionis, ſicut in Analyticis poſterioribus traditur. In cap. 3.

Artes uerſantur circa res, quæ poſſunt ſic uel aliter à nobis effici, quales tractantur à mechanicis. Artes ſunt habitus efficiendi cum uera ratione. In cap. 4.

Prudentia uerſatur circa omnia, quæ ad ſingulorum & reipublicæ commoda ſpectant. Prudens dicitur, qui & ſibi & alijs bene conſulere poteſt, talis celebratur Pericles Athenienſium. In cap. 5.

Notitia principiorum, eſt peculiaris animæ rationalis uirtus. Non enim eſt ars uel prudentia, quia hæ circa contingentia uerſantur, eiuſmodi notitia circa neceſſaria. Neq; eſt ſcientia uel ſapientia, quia harum ſententiæ demonſtrantur. Principia uerò non demonſtrantur, quorũ exempla ponit Euclides initio primi libri Elementorum. In cap. 6.

Sapientiam artificibus aliquando tribuimus, qui in aliqua arte multum profecerunt. Hoc loco ſapientia ſignificat in uniuerſum rerum perpetuarũ cognitionem. Ideoq; comprehendit in In cap. 7.

ſc &

ſe & ſcientias & notitias principiorum. Deinde ſequitur apud Ariſtotelem collatio iſtarum uirtutum, quæ nam ex omnibus uideatur præſtantiſſima.

In cap. 8. Prudentiæ ſpecies.

Prudentiæ recitantur uariæ ſpecies. una, qua homo ſibi nouit proſpicere. Secunda œconomica, qua familiæ proſpicitur. Tertia νομοθετικὴ, qua leges cōſtituuntur. Quarta politica, quæ rurſum in duas diuiditur partes. unam βυλευτικὴν, qua rei publicæ conſulitur: alteram δικαστικὴν, quæ quod bene deliberatum eſt, exequitur, honeſtos ciues præmijs ornat, ſceleratos uerò ſupplicijs coercet.

In cap. 9. 10. 11 Prudentiæ cognata.

Ex ijs, quæ prudentiæ coniunguntur, prima dicitur εὐβουλία, quæ neq; eſt ſcientia, neq; bona coniectatio, neq; ſolertia, neq; opinio, ſed rectitudo conſilij, præfixum habens finem, honeſtum, per honeſta & idonea media. Secunda dicitur σύνεσις, etiam cognata prudentiæ. Nam quæ prudentia deliberando inquirit, & præcipit facienda, ea dijudicantur ab animi facultate, quam Ariſtoteles σύνεσιν uocat, Latini ſagacitatem poſſunt uertere. Tertia dicitur γνώμη, quæ eſt uerum iudicium de æquitate. Nam Græci bonū & æquum uirum appellāt etiam συγγνωμονικὸν, id eſt, facilem in condonandis maleficijs, quando id æquitas poſtulare uidetur. Omnes autem iſtæ facultates circa eaſdem res uerſantur, ſed diuerſa ratione, modò indicata.

In cap. 12.

Declarat Ariſtoteles dignitatem & uſum intellectiuarū uirtutum. Primùm inquit, has propter ſe expetendas eſſe, etiamſi nullam afferrent utilitatem. Dein requirit prudentiam, quæ in exercitio uirtutū ea, quæ ad finem honeſtum conſequendum attinent, gubernet. Non autem prudentia, ſed πανουργία uocatur illa facultas, quæ media gubernat ad finē turpem. Vnde malus homo, peruerſo iudicio præditus, uerè prudens eſſe nequit.

In cap. 13.

Porrò prudentia ſe habet ad δεινότητα, ſicut moralis uirtus ad naturalem uirtutem. Nec enim prudentia, nec moralis uirtus inſunt à natura, ſicut reliquæ duæ, ſed acquiruntur: illa rerum uſu, hæc aſſuefactione: adeoq; coniunctæ ſunt, ut neutra ſine altera poſſit exiſtere, uidelicet neq; prudentia ſine morali uirtute, neq; moralis uirtus ſine prudentia. Similiter ſciendum, uirtutes morales inter ſe non ſeparari, quamuis uirtutes naturales ſeparentur, ut aliæ alijs hominibus innaſcantur.

ARISTOTELIS
ETHICORVM, LIB. VI.

REPETIT BREVITER QVAE *adhuc tradidit, proponitq; ea de quibus agendū deinceps ſit: incipit autem à uirtutū & animi diuiſione.* Cap. I.

QVONIAM autē ſuperioribus libris dixi modū tenendū eſſe, non exuperātiam & defectionem à ratione, quoniamq; modus is optimus eſt, quem recta præſcribit ratio: nunc de his ſequitur, ut diſſeramus. Vt enim in alijs rebus quidam eſt ſcopus propoſitus, quem is intuēs, qui ratione ducitur ad agendum, aut contentionem, aut remiſſionē

A adhibet: ſic ijs omnibus animi affectionibus de quibus dixi: atq; finis quidam eſt mediocritatū, quas nos inter nimium & parū ſitas eſſe ex præſcriptione rectæ rationis dicimus. Quæ uera eſt illa quidem oratio, ſed parum aperta & explicata. Etenim cæteris in rebus omnibus quarū eſt diſciplina, hoc uerè licet dicere, non plus minuſue laboris & quietis, quàm ſat ſit, ſuſcipiendū eſſe, uerū modū in ijs tenendū, quem recta ratio præſcripſerit. Verū qui hoc ſolū teneat, nihilo ſit doctior, aut prudētior futurus. Non magis quàm, ſi dum quæruntur, quænam ualetudini cōducant, aliquis reſpondeat, ea omnia quæ medicina iubeat, atq; is qui ea ſit præditus. Quapropter non ſolū uerè conſtare debent, quæ de animi affectionibus diximus, ſed explicandū etiam, quænā recta ratio ſit, quæq; eius definitio. Animi quidem uirtutes diuiſimus, aliasq; moris diximus, alias eſſe rationis. Ac de ijs quæ more perficiuntur, diſſeruimus. De cæteris aūt dicemus, ſi prius de animi partibus dixerimus. Suprà dictū eſt, duas eſſe partes animi, alterā rationis participē, expertem alteram. Nunc eodē modo, ea pars quæ compos eſt rationis, diſtribuenda eſt. Atq; nobis illud initio ſubijciendū, duas eſſe partes rationis participes: unam, qua res contēplamur eas, quarū principia ſecus euenire non poſſunt: alteram, qua eas quæ poſſunt. Ad ea enim quæ genere differunt intelligenda, partes animi genere differentes rectè attribuuntur. ſiquidē eis rerū ineſt cognitio ſimilitudine quadā & conuenientia. Appelletur autem altera uis ſciendi, ratiocinandi colligēdique
B altera: quoniā deliberare & ratiocinari idem ualent. Et quoniā de ijs nemo cōſultat, quæ ſecus ac caſura ſunt, cadere nō poſſunt: idcirco pars eſt una aliqua uis ratiocinādi eius partis animi, quæ rationis eſt particeps. Videndum eſt igitur, quis tandem ſit utriuſq; habitus optimus, quoniā in eo utriuſq; uirtus cernitur, & ad ſuum quęq; uirtus opus officiumq; accommodatur.

DE AGENDI PRINCIPIIS, AP *petitione & mente, tum quid ab utraq; proficiſcatur.* Cap. II.

SVnt autem in animo tria, quæ in actione ac ueritate dominantur, ſenſus, mens, & appetitus, quorū ſenſus nullius eſt initium actionis. Quod ex eo intelligitur, quia belluæ ſunt illæ quidē ſenſus participes, actionis autē non ſunt. Quam autē uim habent in mente affirmatio & negatio, eandē etiam habēt in appetitu adeptio & fuga. Quare quoniam uirtus quæ more perficitur, habitus eſt cum electione coniunctus: electio autē appetitio eſt, quam antegreſſa eſt deliberatio: neceſſe eſt ob eam cauſam & ueram eſſe rationem, & rectum appetitū: ſiquidem rectum ſit propoſitū. ac eadem quæ ratio iudicarit, appetitionem perſequi. Atq; illa quidem eſt mentis actio, & ueritas quæ ad actionem pertinet. At uerò mentis eius quæ cognitione cernitur, non actione, aut effectione, omnis eſt in falſi uerique cognitione poſita præſtantia, & uitioſitas. Omnis enim rationis ac mentis hoc opus proprium eſt. Cuius uerò mentis omne opus in agendo, & in ratiocinando eſt, propria eſt appetitioni rectę,

congruēs ueritas. Eſt igitur actionis omnis principium electio, ut ex quo motio naſcitur, non ut finis & extremum. Eligendi autem principium ab appetitione petendum eſt, eaq; ratione quæ ad finem pertinet. Quocirca nec ſine intelligentia & mente, nec ſine appetitione quæ ſit moribus confirmata, eſſe propoſitum nullo modo poteſt. Sublata enim mente & more, honeſtè factis & contrarijs inter actiones humanas nihil loci relinquitur. Nihil autem ratio ipſa per ſe commouet, ſed ea quæ ad finem ſpectat, eſtq; in agendo, quippe cum ei etiam cuius omne opus eſt in faciendo, imperet. Ad hanc enim omnes qui effectionem ſequuntur, quæ faciunt, referunt omnia: nec finis in eo ſtatuitur omnino, quod ſub effectionem cadit, ipſumq; aliò ſemper refertur, eſtq; alterius proprium. At quod ſub actionem cadit, non item. Eſt enim officij recteq; factorum omniū fructus ac finis ipſum officium, ad ipſum autem finem appetitio refertur. Quapropter aut intelligentia appetitioni coniuncta eſt propoſitum, aut appetitio à ratione profecta. Atque illud principium eſt, à quo homo maximè eſt homo. Eorum uerò quæ præterita ſunt, omnino nihil ſub delectum cadit. Veluti nemo cōſtituit Ilium expugnaſſe, nec enim quiſquam de præteritis deliberat, ſed de futuris, ijsq; adeò, quæ fieri poſſunt. Quod autem factum eſt ac præterijt, non poteſt non factum eſſe. Itaque pręclarè hoc Agatho:

Tantum Dei illud eſt, negatum numini,
Præterita præſtet nullo, ut facta tempore.

B Vtrique ergo parti rationis cogitationisq; participi proprium opus eſt ueritas. Quibus igitur animi affectionibus utraque pars uerum maximè enunciat, eæ amborum ſunt uirtutes habendæ. De quibus diſſeremus, ſi altè principium repetierimus.

QVINQVE VIRTVTVM RAtionis enumeratio, ac primum de ſcientia, eiusq; proprietatibus. Cap. III.

Sint igitur quinque, quibus animus uerum enunciat, uel affirmando, uel negando, ars, ſcientia, prudentia, ſapientia, & intelligentia. Fieri enim poteſt, ut falſum ſuſpicione & opinione dicatur. Ac ſcientia quidem quid ſit, hinc perſpicuum eſt (ſi accuratè diſputare, non cōſectari ſimilitudines placet) quòd omnes exiſtimamus, quæ ſcimus, ſecus euenire non poſſe. Quæ autem aliter poſſunt, ea cum abſunt à cognitione & contemplatione, ſint, nécne ſint, incertum eſt. Quod ergo ſub ſcientiā cadit, id omne neceſſarium eſt, ideoq; æternum. Quæ enim neceſſariò eueniunt, ſunt ſempiterna omnia. Quæ autem æterna ſunt, eadem oriri & interire non poſſunt. Præterea ſcientia omnis doceri uidetur poſſe: & quicquid ſub ſcientiam cadit, doceri. Atqui ex anteceptis animo rei informationibus, quemadmodū in Analyticis docuimus, omnis doctrina gignitur. Alia enim inductione, alia ratiocinatione traditur. Ac inductione quidem principia & uniuerſa diſcuntur: ratiocinatio uerò principijs generalibus & uniuerſis conficitur ac progreditur. Sunt ergo principia, qui-

A bus conſtat ratiocinatio, quæ eadem concludi ratiocinatione nō poſſunt: ergo inductione poſſunt. Eſt igitur ſcientia habitus, demōſtratiuus, & cætera omnia quæ in libris Analyticis explicauimus. Cum enim aſſentitur quiſq; quodam certo genere, habetque penitus cognita principia: tum ſcire ac tenere rem dicitur. Etenim ſi ea non habeat magis cognita, quàm cōcluſionem, fortuitam habebit ſcientiam. Ac de ſcientia quidem ſic dictum ſit.

DE ARTE, ARTIS EFFECTIOne, & actione: itemq; artem & fortunam in iiſdem uerſari. Cap. IIII.

Quod autem aliter cadere poteſt, eius eſt aliquid, quod ſub effectionē, & aliquid quod ſub actionem cadit. Eſtq; aliud artis effectio, aliud actio, de quibus etiam in ἐξωτερικαῖς diſputationibus ſatis multa præcepimus. Itaque & habitus is qui in agendo cum ratione eſt, ab eo differt, qui rationē ducem in faciendo ſequitur, & neuter ab altero continetur. Neque enim actio effectio eſt, neq; effectio ulla actio. Et quoniam architectura quædā ars eſt, & habitus quidem cum ratione in faciendo poſitus: neque ars ulla eſt, quæ non ſit habitus cum ratione in faciendo: neque habitus ex eo genere, qui nomen artis non obtineat: efficitur, ut ars & habitus cū ratione uera in faciendo poſitus, idem ualeant. Ars autem omnis in ortu uerſatur, idque unum agit & ſpectat, quemadmodum efficiatur quicque eorum, quę & eſſe, & non eſſe poſſunt, quo-
B rumq; principium ſitum eſt in eo qui facit, non in eo quod efficitur. Nō enim tractat ars ea, quæ ſtant uel eueniunt neceſſariò: nec in ijs quæ à natura ortum habent, uerſatur. Continent enim principium hæc in ſeipſis omnia. Quando autem effectio & actio inter ſe diuerſæ ſunt, neceſſe eſt arti effectionem ſubiectam eſſe, non actionem. quodam etiam modo in ijſdem rebus ars & fortuna uerſantur, ut placet Agathoni:

Fortuna chara eſt arti, ars fortunæ quoq;.

Eſt igitur ars, habitus, ut dictum eſt, ad faciendū aliquid uera cum ratione idoneus. Inſcitia contra habitus cum ratione falſa faciendi quippiam quod aliter euenire poteſt.

DE PRVDENTIA ET PRVDENte, eorumq; proprietatibus: tum prudentiam in opinione uerſari. Cap. V.

Prudentia uerò quid ſit, ita intelligemus, ſi quos nominemus prudentes, cognorimus. Prudentes quidē uidentur ex eo eſſe, quòd rectè conſilium in ijs capere poſsint, quę è re ſua ſunt, quæque non aliqua ex parte, ut quæ ad ualetudinem, aut uires, ſed omnino ad bene uiuendi rationem pertinent. Quod ex eo intelligi poteſt, quia prudentes in re aliqua dicimus, cum ad bonū finem rectè ea dirigunt, quæ arte non poſſunt effici. Quocirca prudens omnino erit, quā conſilio plurimū ualet: conſilium autem nemo in ijs rebus capit, quę aliter euenire non poſſunt, neq; de ijs quæ ab ipſo nequeunt effici & præſtari. Itaq; ſi ſcientia omnis demōſtratione acquiritur, demonſtratio autem ad ea nulla adhibetur,

quorum

quorũ principia ſecus euenire poſſunt (ea enim omnia euenire aliter queunt) quæ autem oeceſſariò eueniunt, oon cadunt in deliberationẽ, efficitur, ot nec ſcientia, nec ars prudentia eſſe poſſit. Scientia quidem, qoia quod ſubiectũ aſt ſub actionem, aliter euenire poteſt: ars, quia alius actioni, alius effectioni artis fiois eſt propoſitus. Relinquitur ergo, ut ſit habitus oera tatiooe ad ea ageoda Idoneus, quæ uitæ hominum conducuot, uel obſunt. Nam effectioni alius aſt quidam propoſitus finis: actioni nõ item, quoniam ipſius honeſtæ actionis & officij finis eſt ipſum officium. Ob eamq́; eauſam Periclem cæteroſq́; tales homioes, prudentes exiſtimamus, quòd ſoæ aliorumque utilitati conſulere poſſunt. quo etiam ex genere eſſe rei familiatis reiq́; publicæ adminiſtrandæ uſu peritos arbitramur. Hinc etiam σωφροσύνην, id eſt, temperantiam, hoc appellamus nomine, ὡς σώζουσαν τὴν φρόνησιν, id eſt, quaſi cõſeruaotem prudentiam. Conſeruat enim hanc illa comprehenſionem. Neq; enim omoẽ comprehenſionẽ labefactat, neq; peruertit ooluptas aut dolot, ut baoc, Triangulum duobus tectis pares habere, aut nõ habere angulos: ſed eas dũtaxat, quę in eo quod ſub actione cadit, uerſantur. Rerum enim agendarum principia ſuot, quò res agendæ referendæ ſunt. Cuius autẽ à uoluptate aut dolore corruptus eſt, & deprauatus animus, ei ſtatim principium non apparet, neq; ei uidentur buius caoſa, & propter hoc expetenda gerendaq́; omnia. Eſt enim iouitio magna uis ad labefactandum principium. Quapropter neceſſe eſt prudentiam animi habitum eſſe uera cum ratione coniunctũ, qoi uim habeat ad ea gerenda omnia, qoæ ad uitam degendam pertinent. Artis autem uirtus eſt aliqua propria: prudentiæ nõ eſt. Ec qoi in arte uoluntate ſua aberrarit, præſtãtior eſt: in prudentia minus, quemadmodumetiã in uirtutibus contingit. Perſpicuum eſt igitur uirtutem eam eſſe, non artem. Cumq́; animi partes ſint duæ rationis participes, in altera inſit prudẽtia neceſſe eſt, ea ſcilicet io qua uis ineſt opinandi. In ijs enim quæ ſecus cadere poſſunt, & opinio uerſatur, & prudẽtia. Adde quod non eſt tantum habitus, cum recta ratione coniunctus, id quod binc intelligi poteſt, q; hæc ipſa obliuione deletur affectio, prudentia oon deletur.

SCIENTIA QVID, QVID *item intelligentia.* *Cap.* VI.

QVoniam autem ſcientia omnis quædam rerum oniuerſarum cõprehenſio eſt, earumq́; omniũ quæ ſunt oeceſſariæ: qooniamq́; ex initijs & principijs oriuntur, quæ ſub demonſtrationem cadunt, omniſq́; ſcientia: (ratione enim ſcientia progreditur) profectò neceſſe eſt principium eius rei, quę ſub ſcientiam ſubiecta eſt, neq; ſcientia, naq; arte, oeque prudentia comprebendi. Nam & quod ſubiectum ſcientię aſt, demonſtratiooe concluditur: & illæ in ijs rebus uerſantur, quæ aliter euenire poſſunt. Ne ſapientia qoidẽ eſt quæ in his principijs cernitur, quandoquidem nonnullarũ rerum eget ſapiens demonſtratione. Quòd ſi ſcientia, prudentia, ſapientia, & intelligentia eæ res ſunt quibus uerũ A euunciamus, nec onquam mentimur ijs in rebus quæ uel poſſuur, uel noo poſſunt aliter cadere: eorum autem triũ in nullo priocipiorum cognitio ineſt (tria dico, ſcientiam, ſapientiam, & prudentiam) relinquitur, ot in principijs intelligentia initijſque ceroatur.

DE SAPIENTIA ET SAPIENte, *quæ horum proprietates, quid item ſapientia.* *Cap.* VII.

SApientiam uerò io artibus, ijs tribuere ſolemus, qui in quaq; parte excellunt maximè, ut Phidiã ſapientẽ lapidum ſculptorẽ, & Polyclerum ſtatuariũ ſapienrẽ nominamus. In quo ſapiẽtiam nihil aliud eſſe ſignificamus, niſi artis uirtutem & præſtantiam. Sed quoſdam ſapientes omoioo ducimus, nõ aliqua ex parte, nec aliqua alia in re ſapientes: ut Homer. in Margita:

A'dijs nec foſſor factus, nec durus arator,
Nec re alia ſapiens.

Quapropter perſpicuũ eſt reliquis ſcientijs perfectione & abſolotione præſtare ſapientiã. Ergo ſapientis eſt, non ſolum ea intelligere, quæ principijs cõcluduntur, ſed rerum etiã cauſas tenere, ut ſit ſapientia, iotelligeotia, & ſcientia, adeoque ſcientia, quę quaſi caput in ijs uerſatur, quæ ſunt in rerum natura præſtantiſsima. Nã & illud perabſurdum ſit, aliqoem eſſe, qui ciuilem ſcientiã aut prudẽtiã optimã exiſtimet, niſi homo rebus omnib. quæ in mundo ſunt, bonitate prę ſtare dicatur. Quòd ſi ſalubre, hominiſq́; ac piſcium bonum aliud eſt, album autẽ & rectum idẽ eſt ſem- B per: certè omnes idem ſemper ſapientiã eſſe, prudentiam aliud atq; aliud conſtituent. Qui enim rectè rebus rationibuſq́; ſuis conſulit, omnes eũ prudentẽ nominaot, eiq́; ſe ac ſua omnia cõmittunt. Itaq; io quibuſdam belluis prudentiã ineſſe dicimus: ijs quę oi qoadã prędite ſunt ea prouidendi, quæ ad uitam degendã pertinent. Ciuilem igitur ſcientiã oõ eſſe idem quod ſapientiã, hinc perſpici poteſt. oam ſi eã ſapientiã ſtatuant, quæ ſuis cuiuſq; emolumentis utilitatibuſq́; ſeruiat, multæ ſunt futuræ ſapiẽtiæ. Neq; enim una eademq́; io cõmodis comparandis occupata eſt omnium animantium, ſed alia io uooquoq; genere: oiſi fortè una medicina rebus omnibus adhibetur. Neq; uerò ſi homo præſtare cęteris animãtibus dicetur, quicquam intereſt. Sunt enim homine alia multo diuiniora natura, quo in genere ſunt ea quæ maximè collucẽt, ex qoibus cõſtat mundus. Ex ijs ergo quæ dicta ſunt, perſpicuom eſt, ſapientiam ſcientiam eſſe ac intelligentiam eorum omnium, quæ ſunt præſtantiſsima. Quocirca Aoaxagoram, Tbaletem, cæteroſq́; tales ſapientes nominant, prudentes non item: cũ eos cernant, quæ ipſis utilia ſint, ignorare. Quos eoſdẽ tenere ac ſcire aiuot res minus neceſſarias illas quidẽ & admirabiles, arduas & dioinas, ſed inutiles, q; ea non quęranr, quæ hominib. proſint. Atqui in ijs rebus prudẽtia cernitur, quę hominom uitæ ſunt neceſſariæ, ijſq́; omnibus quæ in deliberationem cadunt. Prudentis enim maximè propriũ eſſe dicimus bene deliberare. De ijs autem nemo deliberat, quæ ſecus cadere non poſſunt, neq; de ijs quæ ad finem non referũtur,

in quo ſitum ſit, quod agẽdum eſt bonum. Omnino autẽ is conſultus homo eſt, qui ratione poteſt quod homini ſummum bonum agendũ ſit, exquirere. Nec uerò in uniuerſis modò rebus prudentia uerſatur, ſed notæ etiam eſſe debent res ſingulæ, cum & in agendo poſita ſit, & in rebus ſingulis omnia actio conſiſtat. Itaq; ad rem gerendam nonnulli ſunt inſcij artificibus & doctis inſtructiores: & cæteris in rebus qui ſunt uſu periti. Nam qui ſciat carnes leues & faciles ad concoquendum, & ſalubres eſſe, is ſi quæ leues ſint ignoret, nunquam ualetudinem efficiet: ſed is potius, qui auium carnes leues eſſe & ſalubres intelligat. Eſt autem in agẽdo ſita prudentia. utraq; igitur tenenda eſt, aut hæc potius. Sed tamen ſit etiam hic quædam quaſi architectonice.

DE CIVILI SCIENTIA, ET *prudentia, eiuſq; partibus.* Cap. VIII.

SVnt autẽ & ciuilis ſcientia & prudentia idẽ animi habitus. iiſdem autem non eſt uis eadem neq; natura. Eius quidem quę in publicis rebus uerſatur, una pars quæ quaſi architectonice prudentia eſt, legum ferendarũ ratio dicitur: altera quæ priuatim in rebus ſingulis uerſatur, commune ciuilis ſcientię nomen obtinet, cuius omne opus eſt in agendo & conſulendo. Nam decretum quaſi extremum quippiam in rebus agendis numeratur. Itaq; hos aiunt ſolos administrare Remp. quòd ut ij qui manibus artis opus efficiunt, ſic ij ſoli rem gerant. Maximè uerò prudentia uidetur ea qua uni ſibi quiſque rebusq; ſuis conſulit, quæ eadem iam habet commune nomen prudentiæ. Illarum autem alia domeſtica, alia ars legum ferendarũ, alia ciuilis nominatur. Atq; huius alia pars ad deliberationes, alia ad iudicia pertinet. Ac genus quidẽ prudentiæ in eo quoddã eſt, ut quod è re cuiuſq; ſit, intelligatur. Sed magnæ ſunt eius differẽtię ac diſſimilitudines. uideturq; is demum prudens, qui rebus rationibuſq; ſuis proſpicit, in iiſq; curãdis occupatus eſt. At uerò qui in Repub. uerſantur πολυπράγμονες, id eſt, negocioſi & curioſi dicuntur. Itaque Euripides ait,

Qui nanq; prudens ſim? licebat cui procul
A negotijs remoto numerarier
In milites, æquoq; iure uiuere?

In his enim eos eſſe, qui nimiũ ſe multis implicant negotijs, & qui minus neceſſarijs rebus ſe impediunt. Conſulunt enim omnes ſuæ quiſq; utilitati, idq; ſe unũ agere putant oportere. Qua ex opinione natũ eſt illud de prudentibus: quanquam ſuis rebus quiſq; conſulere, ſublata rei familiaris diſciplina & Reip. nullo modo certè poteſt. Iam uerò ſua cuiq; res quemadmodum adminiſtranda ſit, incertum eſt, idq; cuiq; eſt etiam atq; etiam conſiderãdum. Cui rei hoc ſatis ſigni eſt, quòd & geometræ & mathematici adoleſcẽtes fiunt, rerumq; eiuſmodi ſapientiã conſequuntur: prudentes non fiunt. Hoc cauſæ eſt, quòd in rebus ſingulis prudentia cernitur, quarũ uſu conſtat, & exercitatione cognitio, uſuq; rerum non ualet adoleſcens: facit enim diuturnitas temporis exercitationẽ. Nam hoc quærat aliquis, quid ſit cauſæ cur puer mathematicus effici poteſt, ſa- A pienſ uel phyſicus non poteſt? An quòd illa abſtractione conſtant, horum uerò ab exercitatione & experientia principia oriũtur? & quòd hęc non quaſi ſibi certa credunt, ſed quaſi hiſtoriam recitant adoleſcentes, illorum non ſunt obſcuræ definitiones? Pręterea peccatur deliberando, uel in rebus ſingulis, uel uniuerſis. Aut enim omnẽ aquam quæ grauis ſit, inſalubrem eſſe neſciunt: aut hãc uel illam, grauem. Prudentiam autẽ non eſſe ſcientiam, hinc perſpici poteſt, quòd hæc, ut dixi, in extremis, ſiue ſingulis reb. cõſiſtit. Quod enim ſub actionem cadit, ex eo genere eſt. Verũ locum ſibi contrarium intelligentiæ deſumpſit. In extremis enim quæ ratione & demonſtratione non colliguntur, intelligentia uerſatur. Hæc in rebus ſingulis, quarum nõ eſt ſcientia, ſed ſenſus: non is quidẽ qui in rebus ſuis ac proprijs uerſatur, ſed is quo triangulum ſentimus in mathematicis eſſe in extremo, quoniam illic quoq; cõſiſtitur, ſed tamen in hoc ſenſus potius cernitur, quàm prudentis: illius, aliud genus eſt.

DE RECTA DELIBERATIONE, *an ſit ſcientia, an opinio: tum quid uerum conſilium.* Cap. IX.

DIſcrepat autẽ à deliberando quærere. Deliberare enim quærere eſt. Sed de recta deliberatione intelligendum eſt, quidnam ſit, utrum ſcientia aliqua, an opinio, an bona coniectura, an aliquid aliud. Ac ſcientiam quidem nõ eſſe hinc perſpici poteſt, quòd cum homines nõ inueſtigent quæ ſciant ipſi, tamẽ & conſultatio B prudens, quædam ſit conſultatio: & qui conſultat, omnis quęrat & ratiocinetur. Nec uerò recta coniectura eſſe poteſt, quoniam cõiectura rectè colligitur & celeriter, & ſine ratione: ad deliberandum autem multum temporis ſumunt, atq; adeò celeriter aiunt conficienda eſſe quæ ſuſcipimus: lentè capiendũ conſiliũ. Iam aliud ſolertia eſt, aliud prudens conſilium: quia ſolertia, quædam coniectura eſt, neque uerò bonum conſilium ullum, opinio eſt. Sed quoniam omnis aberrat, qui malè conſultat, & qui bene, rectè conſultat: perſpicuum eſt, bonum conſilium quiddã eſſe rectum, non ſcientiæ quidem neq; opinionis, quoniam in ſcientia non ſpectatur quid rectum, cum ne peccatum quidem: & opinionis quod rectum eſt appellatur ueritas. Præterea iã definitum eſt, & certum id omne de quo eſt opinio. At ſine ratione conſtare bonum conſilium non poteſt: deficit ergo illi ſententia. Hæc enim nondum eſt enunciatio. Et opinio, non quæſtio eſt, ſed iam pronunciatum aliquod. Qui autẽ capit conſiliũ, ſiue bene, ſiue malè id faciat, is quærat aliquid ac ratiocinetur neceſſe eſt, ſed prudẽs deliberatio, ſiue bonum conſilium, quiddam in conſilio rectum ſignificat. Quocirca quęrendum nobis eſt, quid conſilium ſit, & qua in re uerſetur. Quoniam igitur rectum aliquid multifariam dicitur, perſpicuum eſt, prudentem deliberationem in quaque recta re non conſiſtere.

Nam impotẽtes & praui homines cum id quod ſibi ratione aduidendum propoſuerant, conſecuti ſunt, rectè illi quidem ac prudenter uidiſſe ac decreuiſſe putantur, ſed magnum tamen aliquod

quod malum concepiſſe. Atqui in bonia bene conſultaſſe numeratur. Talis igitur conſilij rectitudo, bonum conſilium eſt: quæ ſcilicet ad bonum aliquod pertinet. At poteſt illud ipſum quod bonũ eſt, falſa ratione collectum obtineri: & ad id quod faciendum eſt, non qua ratione ęquũ eſt, ſed falſa uia media perueniri. Bonum igitur conſilium eſſe nullo modo poteſt, quo ad id quidẽ peruenitur quod ſit bonum, non autẽ qua ratione decuit. Prærerea accidere poteſt, ut alius deliberandi longo tẽpore adhibito, id quod uelit conſequatur, alius celeriter eodem perueniat. Quare nondũ illud quidem bonum eſt conſiliũ: ſed recta uia & ratio quæ quid utile ſit, ſpectana eò perducit, quò perueniri, & quomodo, & quãdo ratio ęquitasq; iubet. Iam uerò licet & omnino prudenter deliberare, & ad finem certum cõſilia dirigere. Ergo id deniq; generale conſilium habendum eſt, quod ad finem generalem dirigitur: quod autem ad finem certum quendã, etiam ſpeciale conſilium eſt. Quòd ſi prudentis eſt, bona conſilia inire, uerum conſilium ſit neceſſe eſt recta uia, & ratio quæ ſingulis in rebus quid utile ſit, ſpectans ad eum finẽ perducit, cuius ſit uera exiſtimatio in prudentia.

DE SAGACITATE, ET PERſpicacia. Caput X.

Eſt autem ſagacitas & hebetudo, ex quibua ſagaces & hebetes nominãtur. Nec omnino ſagacitaa idem eſt quod ſcientia, uel opinio (omnes enim ſagaces eſſent) nec eſt una aliqua ſcientiarum ſingularum: ut nec medicina. in rebus enim uerſaretur ſalubribus: nec geometria, quæ magnitudines tractat. Neq; enim in ijs rebus cernitur ſagacitas, quæ æternæ ſunt & immutabilea: ne in ijs quidẽ quæ quomodocunq; gignuntur: ſed in ijs omnibus quæ dubiæ & incertæ alicui dignæq; cõſilio eſſe uideãtur. Quocirca in ijſdem rebus quibus prudẽtia uerſatur, non tamen idem eſt ſagacitas quod prudentia. præcipit enim prudentia, cum ei ſit propoſitum, quid agendum aut non agendum ſit, uidere. At ſagacitas ſolum ad iudicandũ ualet. Eadẽ enim eſt ſagacitas, quæ bona ſagacitas: & ſagaces ijdẽ, qui præſtantes ſagacitate nominantur. Nec uerò ſagacem eſſe, & perſpicacem, eſt eſſe prudentem, aut acquirere prudẽtiam: ſed ut omnes qui diſcũt, tum perſpicere aliquid dicuntur, cũ ſcientia utuntur: ſic cum adhibetur opinio, & ſententia ad ea iudicanda omnia, quæ prudentiæ ſubiecta ſunt, alio dictante, adeoq; ad præclarè etiam iudicandum. quoniam bene & præclarè idẽ ualent, tum idem illud uerbum perſpiciendi uſurpatur. Hinc natum eſt nomen τῆς συνέσεως, id eſt, perſpicaciæ, ex qua perſpicaces nominantur, ex ea quæ in diſcendo conſiſtit. Sæpè enim τὸ μανθάνειν, συνιέναι, id eſt, diſcendi pro intelligendi uerbo utimur.

DE SENTENTIA, ET BENE ſentiente, eiuſq; muneribus & autoritate. Caput XI.

QVæ autem γνώμη, hoc eſt, ſententia uocatur, ex qua εὐγνώμονες, id eſt, bene ſentientes, & ſentẽtia præditi alij dicuntur, eam iudiciũ

A eſſe æqui & boni uiri, hoc ſatis ſigni eſt, quòd bonũ uirũ συγγνωμονικόν, hoc eſt, ad ignoſcendũ propenſum facilemq; dicimus, æquumq; & bonũ, ex eo ꝙ nõnullis in cauſis ignoſcat. Atqui συγγνώμη, id eſt uenia, recta eſt in iudicio æqui & boni γνώμη, id eſt, ſententia. Sed ea demũ recta eſt, quæ uera. Omnes autẽ hæ animi affectionea rectè in ijſdem rebua ſpectantur. Nam cũ & ſententiã, & ſagacitatem, & prudentiã, & intelligẽtiam ijſdẽ attribuimus, tũ eos ſententiæ ualere facultate, ac intelligentia pręditos, prudẽtes ſagacesq; dicimus. Omnes enim hæ facultates animi, extremorũ rerumq; ſunt ſingularũ: idemq; homo ꝙ aptus ſit ad ea iudicanda, in quibua cernitur prudens: ſagax, bene ſentiens, aut ad ueniam dandã procliuis, habendua eſt. Cõmune eſt enim bonorũ omnium, æquum & bonũ, qua quidẽ ratione alienæ utilitatis procuratio ſpectatur. Res autẽ agendæ & officia in ſingulis rebus, extremiſq; omnibus uerſantur, quę debẽt eſſe prudenti cognita. In ijſq; quæ ſub actionem cadunt, & ſagacitas, & ſententia cernitur, quæ eadem extrema ſunt. Et intelligentia utrorumq; extremorũ eſt. Etenim principiorũ & extremorũ non ratio eſt, ſed intelligentia. ac illa quidem, quæ in demonſtrationibua uerſatur, eorum eſt extremorũ, quæ & prima ſunt, & mutari non poſſunt: altera quæ in agendo eſt, in extremo, eaq; re quæ euenire aliter poteſt, & in enunciationis alio genere cernitur. Sunt enim hęc finis principia, quoniam à rerum ſingularum cognitione uniuerſarum cognitio ducitur. Illarũ igitur ſenſus eſt hauriendus &
B adhibendus: qui idem intelligentia nominatur. Ita hęc nobis uidentur inſita natura. Cumq; ſit ſapiens nemo natura, tamẽ ineſſe natura hominibus, & ſententiã, & ſagacitatem, & intelligentiã, hinc poteſt intelligi, quòd eas uirtutes ſequi ætates putamus, ut in hac, uel illa ętate intelligentia inſit, & ſententia, quaſi à natura tributæ inſitęq; uideantur. Quapropter & principium eſt intelligentia & finis, cum præſertim ex ijs oriantur, de ijſq; conficiantur demonſtrationes. Quare non ſecus dabent omnes uſu peritorum, maiorumq; natu, ac prudentum fidem adiungere ſententijs, ijs etiã quæ probari non poſſunt, quàm ijs quæ ſunt ratione concluſæ. Nam quoniã uſu & exercitatione quaſi aſpectum quendam ſunt adepti, facilè rerum cauſas, & principia cernũt. Ac ſapiẽtia quidem quid ſit, quidq; prudentia, quibuſq; in rebus uerſentur, & utranq; in alia atq; alia parte animi ſitam eſſe, ſit dictum ſatis.

DE SAPIENTIAE AC PRVDENtiæ utilitate, & uſu: tum de ingenio & calliditate. Caput XII.

SEd de ijs quærat aliquis, quas tãdem ad res ſint utiles? Nam & ſapientiã nulla in re uerſari earum, quæ hominem poſſunt beatum efficere, cũ præſertim nullam ad actionẽ uſumq; referatur: & in prudentia quidem illud eſſe poſitum, ſed quam tandẽ ad rem ea ſit opus? Siquidẽ res tractat prudentia, iuſtas illas quidem & honeſtas, quæque hominis bona ſunt: quas ſanè boni uiri eſt gerere. Nunc uerò nihilo ad agendum aptiores paratioreſque uenimus, cum eas tenemus

tenemus ac ſcimus: ſiquidem uirtutes in habitu A
quodam animi ponimus. Quemadmodum nec
res ſalubrea, nec quæ bene conſtiruunt corpua,
eæ quæ non referuntur ad efficiendum, ſed ab
habitu proficiſcuntur. Neq; enim præditi & in-
ſtructi medicina & gymnaſtice, ad agendum ali-
qua ex parte uenimua paratiores. Quòd ſi nō ob
has cauſas prudentia requirarur, ſed ut ſiamua
probi: profectò uſus illius ija quidē qui iam bo-
ni ſint, nullua eſt fururus. Arqui ne ijs quidē qui
non ſint præditi, quoniam nihil intererit, ipſine
eam habeant, an ijs qui adepti erunt, obrempe-
rent. hoc enim ſatis ſit oobis, quod in medicina:
quam quidem non diſcimus ipſi, etſi ualere cu-
piamus. Ad hæc abſurdum ſit, cum ſapientiæ cō
cedar prudentia, eam ramen multo eſſe ſuperio-
rem fururam. Nam cum eius omne opus ſir in
agendo, imperat, præſcribitq; omnia. Quibus ar
gumentis nobis occurrendū eſt: adhuc enim de
ijs ſolum dubitanres diſputauimua. Ac primum
quidē hoc dicimus, eas ſua ui, & propter ſe expe
tēdas eſſe neceſſariò, cū utraq; utriuſq; partis ani
mi uirtus ſit, etiam uſu & utilirate quæ ad uiram
degēdam pertinear, ab utraq; detracta. Deinde
efficiunt illæ quidem, non ut medicina ualerudi
nem, ſed ut ualetudo ea quæ bene conſtiruunt
corpus, ſic efficit beatitudinem ſapienria. Quo-
niam enim uniuerſæ pars eſt uirrutis, poſſeſsio-
ne uſuq; efficit beatum. Preterea prudentia, eaq;
uirtus quæ more perficitur, omnē abſoluir actio
nem. Propoſitum enim uirtus rectum efficit: ea
quæ ad finem ſpectant, prudentia. Quartæ autē
parti animi, cui ineſt alendi uis & augendi, nulla B
talis uirrus artribura eſt: cum preſertim agamus,
uel non agamus, nō ſir in ea ſitum. De eo autem
quod obiectum eſt, nos nulla ex parte prudē-
tia ad præclarè iuſteq; facta effici aptiores, paulo
alrius repetendum uidetur. Vt enim aliquos di-
cimus nondum iuſtoa eſſe, qui res iuſtas faciant,
quales ij ſunr qui quod legea iubent, uel inuiti
faciunt, uel imprudentes, uel alia quaecunque de
cauſa, non propter ſe, etiam ſi ea agant quidē om
nia, quę honeſta ſunt, & digna bono uiro: ſic om
nes, ut ſint boni quodam modo affecti animo ge
rere debenr omnia, delectu ſcilicet adhibito, eo-
rumq; cauſa quę gerantur. Ac delectum quidem
& electionem uirtus rectam efficit: quod autem
illius cauſa effici ſolet, hoc iam in uirtute nō eſt,
ſed in alia ui poſitum. De quibus diſſerendū no-
bis eſt apertius. Eſt uis certè quædam, quam in-
genium uocanr: quæ eiuſmodi eſt, ea ut efficere
poſsit & adipiſci, quę ad propoſitum finem per-
tinenr. Ac ſi finis quidem boneſtua ſit, laudanda:
ſin malus, calliditas eſt nominanda. Itaq; prudē-
tes, eoſdem cautos, callidos, uerſutoſq; dicimus.
Nec uerò uis hæc idem ualet quod prudentia, &
ſi ſine illa ui eſſe nullo modo poſsit. Habitus au-
tem huic quaſi oculo animi innaſcirur: non ſine
uirtute, ur diximua: idque hinc perſpici poteſt,
quod rerum quæ ſub actionem cadunt princi-
pia, ratiocinationes continent: quippe cum talis
finis ſit, & id quod eſt optimum, quale id cunq;
ſit (ſit enim uerbi cauſa quod occurrerit) quod
quale ſit, niſi booo uiro apparet nemini. Peruer-
tit enim iudicium uitioſitas, principiorumq; in-

A ducit eorum errorem, unde actionea & officia
proficiſcuntur. Quare non poreſt quiſquam, qui
non idem bonus ſit, prudena eſſe.

DE INNATA VIRTVTE, ET *uera uirtute, quæ uera uirtus ſine prudentia eſſe non poteſt.* Cap. XIII.

QVocirca hic rurſum uirtus conſideranda
eſt. Quandoquidem quam haber ratio-
nem prudentia ad ingenium, cui ſimilis
eſt, non idem ualet: eandem hæc ipſa habec ad
eam uirtutem, quæ innara eſt nobia. Omnibus
enim à natura quodam modo triburæ ſunr uir-
turea, omnes quæ à moribus proficiſcuntur. Na
tura enim & iuſti, & remperantes, & fortes gi-
gnimur, reliquarumque uirturum principia &
ſemina, ſimul atque in lucem editi ſumua, conti-
nemus in nobis. Sed ramē aliud quiddam, quod
propriè bonum ſir eſſe uolumua, & quæ ex hoc
genere ſunt, aliter ineſſe. Nā & pueris, & belluis
à narura rtibuti ſunt habitus, qui ſine intelligen
tia & rarione, obeſſe uidentur. Quemadmodum
enim graui corpori conringir, ut ſi mouearnr ſi-
ne aſpectu, grauiter offendat hoc ipſo quòd ca-
rer aſpectu: ſic res hic ſe haber. Quòd ſi intelligē
tiæ ſplendor acceſſerit, iam magna eſt in actione
diſtinctio: habituſq; prioris illius ſimilirudinē
referens, tum deniq; uirrutia oomen propriè, ue
req; obtinebit. Quocirca quemadmodū uis du-
plex eſt eius in qua ſedes eſt opinionis, ingeniū
& prudentia: ſic eſt duplex in ea quæ ſedea eſt
moria & uoluntaris, uirtus ingenita, & uera uir-
B tus: quarum quę propriè uirtus uocatur, eſſe ſine
prudenria nullo modo poteſt. Itaq; omnes uirtu
tes prudērię nomine appellant. Er Socrates qui-
dem partim rectè quærebat, parrim aberrabat.
Nā quòd uirtures omnes prudentias purauir eſ-
ſe, errauit: quòd autē eas non ſine prudentia cen
ſuit, præclarè dixit. Quod ex eo intelligi poteſt,
quia nunc omoes qui uirtutem definiunr, cū ha-
birum eam dixerunt, & in quibus cernatur, tum
habirum eum eſſe adiungunt, qui rectæ rationi
ſir conſentaneus. Atqui ea demum recta ratio
eſt, quæ prudentiæ congruat. Ergo hoc omnes
quodā modo diuinare & augurari uidentur, ha-
bitum eum uirtutem eſſe, qui prudentia diriga-
tur. Sed tamen parua facienda mutatio eſt. Neq;
enim ſolum uirrus eſt habitus, qui prudentię ſit
conſentaneus, ſed is potius qui ſit cum recta ra-
tione coniunctus. Recta autem de hia rebus ra-
tio, iam nomen habet prudentiæ. Socrates ergo
uirturea omnes rationes putauit, cum in ſcien-
tia omnes poneret: nos eas nō rariones, ſed cum
ratione eſſe dicimus. Ergo iam illud quidē per-
ſpicuum eſt ex ija quæ dicta ſunt, nec ſine prudē
tia quenquam ueræ probitatis, nec ſine uirtute,
quæ more perficiatur, prudentiæ nomen obti-
nere poſſe. Sed hoc loco diſſoluenda eſt ea ratio,
qua quis diſputare poſsit, ſeiungi ſeparariq; uir-
tutes. Neq; enim idē eſt ad omnes accipiendaa
aptiſsimus, uerū hanc iam, illam nondū ille per-
cepit. Nam in ija quidē quæ à narura dantur uir-
tutibus id contingere poreſt: in ijs autē, ex qui-
bus uerè & omnino uir bonua nominatur, non
poteſt. Etenim ſi prudētia una adſit, iā continuò
unà

unà cum ea omnes aderunt. Nam illud quidem perſpicuum eſt, etiamſi ad agendū non moueat & impellat, ei tamen locum relinqui oportere, hoc ipſo, quòd partis animi uirtus ponatur, & q. ſine prudentia & uirtute propoſitum rectum eſſe non poſsit. Nam & hęc ut finē, & illa, ut ea omnia quę ad finem ſpectant, agamus, impellit. Nec uerò domina eſt ſapientiæ, nec partis eſt melioris, quemadmodum nec medicina ualetudinis. Non enim ea utitur quidem, ſed ut in ciuitate adſit, prouidet. Ita illius cauſa pręſcribit omnia, nō illi. Iam ſimile hoc eſt, ut ſiquis ciuilem ſciētiam imperare dicat Dijs, quòd de ijs præcipiat omnibus, quæ ſunt Reipublicæ.

IN LIBRVM SEPTIMVM *Ethicorum Ariſtotelis, Analyſis.*

In cap. 1. 2. *HActenus de uirtutibus & uitijs. Sequitur de continentia & incōtinentia, de feritate, & quæ huic opponitur, heroica uirtute. Nam hæc tria quibuſdā gradibus inter ſe differunt.* Continentia eſt affinis uirtuti. *Continentiam ei tribuimus, cuius appetitus adhuc repugnans ſanæ rationi, tamen uincitur: uirtutem uerò, cuius appetitus ita aſſuefactus eſt ad obediendum rationi, ut omnes animi uires unanimiter quaſi conſpirent ad honeſte uiuendum. Virtus hæc, ſi uehementer excellit, ut ſi cuius fortitudo maior eſt omnium aliorum fortitudine, heroica uel diuina uocatur. E diuerſo incontinens eſt, cuius appetitus repugnans notitiæ mentis, ipſam ſuperat. Simpliciter autem uitioſus & μοχθηρὸς eſt, qui appetitui ſuo toties contra rationem indulſit, ut hæc corrupta deliberet, ac eligat ea, quæ appetitus iubēt, ſiue turpia ſiue honeſta. θηριώδης autem, id eſt, ferinus aut beſtialis, qui extincta omni ratione, inuſitatum nefas admittit, ut inceſtum, aut inſignem crudelitatem. Exemplum legitur apud Iuſtinum libro primo de Aſtyage, qui parenti Harpago filium comedendum appoſuit. Quòd ad continētiam, Ariſtoteles in primo capite ſex φαινόμενα recitat, quæ de ea feruntur. In ſecūdo capite ſex dubia mouet de φαινομένοις illis, quæ ſequentibus capitibus diſcutiuntur.*

In cap. 3. Deſcribitur incōtinens. *Cum incontinens appetitū ſequatur in ijs rebus, quas nouit eſſe turpes, inquirit Ariſtoteles, quomodo aliquis ea, quæ ſcit, uel opinatur turpia, nihilo ſecius committat. Ideoq́ eruditè diſtinguit τὸ ἐπίστασθαι, id eſt, ſcire uel cognoſcere, quòd bifariā accipiatur, habitu & actu. Nam qui ſcientiam habet grammaticæ, dicitur ſcire, quando utitur hac ſcientia, & quando non utitur. Item propoſitionum quædam eſt uniuerſalis, quædam particularis. Quemadmodum igitur fit aliquando, ut nauta præſciat loca periculoſa, ſed cum ad ea peruenit, alijs rebus intentus, nō utitur iſta cognitione, & iacturam facit: ſic etiam incontinens uniuerſalem habet notitiam, non eſſe ſcortandum, ſed tamen occaſione oblata, propter uehementiam amoris, non ſubſumit particularem uel minorem propoſitionem, unde concluſio honeſta ſequeretur. Sed appetitus ipſius alias præmiſſas recipit, uidelicet, omnis generis uoluptates perſequendas, hac autem muliere potiri, maximam fore uoluptatem. iam ergo ſcelus facit, concluſione (modò facultas adſit) ſine dubio ſequente. Sicut enim dor-* A *miens habet ſcientiam, ſed hac non utitur impeditus ſomno, ebrius quoq́, priuſquā uino ſit obrutus, nouit ea, quæ propter exhalationes in cerebrum nō amplius nouit, aut ſaltem non expendit: ita incontinens in genere notitiam habet utilium & honeſtorū, ſed in præſenti caſu propter affectus ſinit infirmari notitiā. Et quamuis egregia de uirtute narret, tamen uelut hiſtrio ijs, quæ dicit, nō uerè permouetur. Addictus enim uoluptati non conſiderat deformitatem peccati, neq́ pulchritudinem & dignitatem uirtutis. Nam in eo, qui propius & fixis oculis intuetur formam & faciem honeſti, mirabiles huius amores excitantur.*

Materia continentis & incontinentis, ſunt uoluptates & dolores, nō tamen omnes. Ideoq́ diſtinguit Philoſophus ex ijs, quæ uoluptatem pariunt, quædam eſſe neceſſaria ad conſeruationem uitæ, ut cibum, potum, coniugium. Quædam non neceſſaria, quæ tamen etiam propter ſe expetuntur, ut uictoriam, honores, diuitias, &c. Iam qui modum in his poſterioribus contra ſanam rationem excedit, non ſimpliciter incontinens, ſed cum adiectione uocatur, ut incontinens circa diuitias, incontinens circa honores. Simpliciter autem & propriè incōtinens & continens eandem habent materiam, quam temperātes & intemperantes, uidelicet uoluptates ad uitam neceſſarias, quæ ſunt ipſius guſtus & tactus. Sed diuerſimodè circa has utrique uerſantur, intemperantes ex electione, incontinentes ſine electione agunt. Hinc ſimul animaduertitur, his illos multo peiores eſſe. Incontinentes enim à ualidis B *affectibus ſuperantur, intemperantes uerò ſua ſponte & conſulto peccant, etiam quando non rapiuntur uehementibus affectibus. Porrò contra Stoicos notandum, ſicut antea dictum eſt, quaſdam appetitiones & uoluptates eſſe neceſſarias ad uitam, eaſq́ expetere licere, ut alimentum & coniugium: ſimiliter quoſdam dolores fugere licere, ut famem, ſitim, calorem, frigus, ſed in his exceſſum uituperari. Exempli gratia, non eſt incontinens, qui comedit, ſed qui nimium comedit: non qui liberos amat, ſed qui nimium amat, &c.* In cap. 4.

Sicut uitia uel μοχθηρίαι quædam propriè & abſolutè, quædam non abſolutè, ſed cum adiectione uocatur, ut μοχθηρία θηριώδης, & μοχθηρία νοσηματώδης: ita incontinentia quædam propriè & abſolutè, quædam non abſolutè, ſed cum adiectione uocatur, ut incontinentia beſtialis, incontinentia morboſa. Nam ex uoluptatibus quædam ſunt neceſſariæ & uerè naturales, circa quas propriè uerſatur incontinentia, ut edere, bibere. Quædam propter malam conſuetudinem, aut deprauatam naturam, & diſtortum temperamentum uoluptates uidentur, circa quas eſt continentia & incontinentia beſtialis, ut crudis uel humanis carnibus, uel carbonibus ueſci. Quædam propter morbū comitialem, & alios morbos, aut inſaniam uoluptates exiſtimantur, circa quas incōtinentia morboſa dicitur, ut quod matrem ſuam quidā immolauerat, & comederat. In cap. 5. Incontinentia triplex.

Diuerſas incōtinētias inter ſe confert Ariſtoteles, ac primū incontinentiā circa uoluptates eſſe turpiorem incontinentia circa irā, quatuor elegantibus argumentis oſtendit. Deinde beſtias ait, non propriè, ſed collatione quadam incontinentes appellari, In cap. 6. Incontinentiæ ſpecies conferuntur. Incontinentia beſtiarum & hominum.

quia

quia ratione careant: incontinentiam autem beſtiarum, A *minus nocere hominum incontinentia. Nam malus homo propter rationem, qua præditus eſt, decies millies plus incommodare, quàm ulla beſtia poteſt.*

In caput 7. *Diſcernit intemperantem ab incontinenti, illumq́; dicit multo deteriorem eſſe, quàm hic ſit. Intemperans enim, quia non pœnitentia ducitur, incurabilis eſt. Deinde continentiam à tolerantia, incontinentiam à mollitie diſcernit.*

Continẽtia & incontinentia cognata. *Tolerantia magis cõſiſtit in doloribus perferendis, quàm uincendis, continentia etiam in uincendis. Non autem appellandus mollis, qui à maximis doloribus & uoluptatibus uincitur, ſed qui uincitur ab iis, quibus pleriq; homines poſſunt eſſe ſuperiores. Item procliues ad luſum, appellari debent molles.*

Incontinentiæ alia diuiſio. *Tandem incontinentiam diuidit in temeritatem, quando ſine deliberatione: & imbecillitatem, quando contra præcedentem deliberationem affectibus indulgetur. Potius autẽ iſti laudandi ſunt, qui honeſta deliberatione ita ſe muniunt, ut neq; propter dolores neq; uoluptates turpia deſignent.*

In caput 8. Incõtinens intemperanti comparatur. *Copioſius quàm antea diſtinguit intemperantem ab incontinente, tribus argumentis illum eſſe peiorem docens, quamuis utriuſq; facta nihil inter ſe differãt. Maxima differentia in eo conſiſtit, quòd incontinens adhuc habet integrum iudicium mentis, ſicut & omnis uirtute præditus cognoſcit uerum finem actionum non eſſe uoluptatem, ſed honeſtatem. Intemperantis uerò iudicium, utpote uoluptatibus addicti, planè corruptũ eſt.*

In caput 9. Continentis & incontinentis proprietas. *Capite ſecundo quærebatur, utrum continens in omni cõcepta opinione perſiſtat, incontinens ab omni deficiat. Reſpondet iam Ariſtoteles, illum propriè perſiſtere tantum in bona & honeſta opinione, impropriè autem & per accidens in mala, quã putat eſſe bonam: incontinentem uerò contra, propriè deſerere honeſtas opiniones, per accidens autẽ malas.*

Continenti quatenus affinis ſit pertinax. *Quare continens multum differt à pertinacibus, quos Græci dicunt ἰσχυρογνώμονας & ἰδιογνώμονας, qui ſuam opinionem ſemel conceptam, ſiue bonam ſiue malam, pertinaciſſimè defendunt. Continens enim meliori ſentẽtiæ cedit.*

Cõtinentiæ extrema ſeu oppoſita. *Deinde ſicut reliquæ uirtutes, ita continentia inter duo extrema uerſatur: ſed quia defectus rarò deprehẽditur inter homines, exceſſus ſolus uidelicet incontinentia continentiæ, quemadmodum intemperantia ſola temperantiæ opponi uidetur.*

Continentis & incontinentis uocabula. *Poſtremò quamuis differant inter ſe temperans & continens, intemperans & incontinens, uulgò tamen propter eorum affinitatem uocabula ſæpè confunduntur.*

In cap. 10. Incontinentiæ continggẽtia, ut Rodolphus Agricola appellat. *Quæſtio mouebatur initio huius libri, an prudens homo poſſit eſſe incontinens. iam reſpondet Ariſtoteles, δεινὸν, id eſt, callidũ & uerſutum, ſed non φρόνιμον, id eſt, prudentem poſſe ſimul incontinentẽ eſſe. Quia ſicut ex ſexto libro conſtat, prudentia cum uirtute iungitur. Incontinens autem ciuitati confertur, quæ bonas quidem leges promulgat, ſed his non utitur. Deinde incontinentes diſtinguit inter ſe Philoſophus, oſtendens, difficilius à mala uia reuocari eum, qui deliberatione præmiſſa, quàm eum, qui ſine deliberatione cedit affectibus: difficilius quoq; eum, qui natura, quàm qui ſolummodo conſuetudine uiuit incontinenter.*

In caput 11. *Cauſas reddit, quare de uoluptate & dolore integer tractatus ſubijci debeat, deinde tres de his aliorum opiniones unà cũ probationibus earum recenſet.*

In caput 12. *Falſarum opinionum argumenta refutat, ac primum negat, nullas uoluptates eſſe bonas. Quædam enim ſunt ueræ & ſimpliciter bonæ, ut uirtus & uſus uirtutum. Quædam non ſunt ſimpliciter bonæ, ſed ut ita dicam, apparenter: exempli loco, intemperans uoluptatem percipit è crapula & ebrietate. E diuerſo quædã uoluptates ſunt uerè & ſimpliciter malæ, ut inebriari, ſcortari, &c. ſed non uidentur malæ intemperanti. Poſt hanc diſtinctionem ad aliorum argumenta reſpondet.*

In caput 13. *Argumentatur à contrario, aliquas bonas eſſe uoluptates, quia triſtitia, uel dolor alius ſit uerè malus, ut ſi doleat aliquis eò, quòd non liceat poculis certare & inebriari: alius uerò malus, quatenus impedit honeſta ſtudia, ut quando propter dolorem ex parentum morte conceptũ, literis incumbere non poteſt filius. Deinde fœlicitatem cũ uoluptate iunctã probat ſic.*

Fœlicitatis proprietas. *Fœlicitas conſiſtit in uſu uirtutum, qui non impeditur, ideoq́; ueriſſimam parit uoluptatem. Hinc etiam conſtat, ut in primo libro dictum, fœlicitatem à bonis corporis & externis, ſed mediocribus ornari & iuuari. Nam ſine his quarundam uirtutum exercitium impeditur.*

In caput 14. *Obijciat aliquis, ſi dolor eſt malus, uoluptatem corporis eſſe bonam. Voluptatibus enim dolor opponitur. Reſpondet Ariſtoteles, id concedi de neceſſarijs uoluptatibus corporis, in quibus tantum exceſſus uituperari debet. Poſtremò cauſas reddit, ob quas homines tantopere dediti ſint corporalibus uirtutibus. Primã,* B *quia uoluptas minuit dolorem, cuius impatientes ſumus. Secundam, quia recreationem poſtulat natura, homines autem multi non alijs rebus, quàm corporis uoluptatibus delectantur, & has ſupra modum expetunt. Tertiam, adoleſcentum corpora dum creſcunt, naturaliter deſiderant multum cibi & potus. Melancholici autem ſicco temperamento præditi ſunt, & atra bile uexantur, unde uehementius delectationem expetunt. Imò uoluptates uariæ expetuntur ab omnibus, propter naturam noſtram compoſitam. Et, ut etiam uulgo dicitur, uarietas delectat.*

ARISTOTELIS
ETHICORVM, LIB. VII.

DE HEROICA VIRTVTE,
continentiaq́;, & eorum contrarijs.
Caput I.

His expoſitis, aliud faciamus initium dicendi. Eorum quæ in moribus fugienda ſunt, tria eſſe genera, uitioſitatem, impotentiam, & feritatem, quorum perſpicuũ eſt, quæ ſint duorũ contraria. Alterũ enim uirtutem, continentiam alterum uocamus. Immanitati autem ac feritati licet eã uirtutem poni contrariam maximè, quæ ſupra nos eſt, quæ eadem heroica, ac diuina dicenda eſt, ut Homerus Priamum de Hectore loquentem facit, eum uirtute præſtanti eſſe:

Non hic mortali eſt, ſed diuûm ſemine natus.

Ita

Ita ſi, ut aiunt, ex hominibus propter excellen-
tem præſtantemq; uirtutẽ efficiuntur Dij, profe
ctò ea erit potiſsimum animi affectio, quæ feri-
tati repugnat. Nam ut beſtia cum nullum uitium
eſt, nullaq; uirtus, ſic nec Dei: ſed hic uirtute prę-
ſtabilior eſt, illarũ aliud eſt genus uitij propriũ.
Et quoniam tarò contingit, ut aliquis homo ſit
Diuus, quemadmodum Lacones ſolent appella
re Diuum, eum cui excellentes uirtutes tribuũt:
ſic in ſpecie humana rarò aliquis ſumma quadã
feritate præditus cernitur, ſed id maximè inter
barbaros exiſtit. in nonnullisq; ex ui morbi & di
ſtortionis membrorum oritur. eos etiam homi-
nes qui alios uitijs flagitijsq; ſuperant, hac infa-
mia notamus. Sed quoniã de hac animi affectio-
ne poſtea mentionem aliquã faciemus, & de ui-
tioſitate ſuprà diximus: hic locus poſtulat ut de
impotentia, de mollitie, de luxu, de continentia
conſtantiaq; dicamus. Neq; enim de ijs ut de af-
fectionibus, quæ idem ſint quod uirtus atq; ui-
tium, neq; ut de genere differentibus exiſtimare
debemus. Sed neceſſe eſt, id quod in alijs faci-
mus, primum proponere in medium ea quæ ijs
habitibus conuenire uidentur, & in utranq; par
tẽ diſputare: itaq; demonſtrare, ea pręſertim om
nia quæ de his animi affectionibus probabilia fe
runtur: ſin minus plurima, & quæ plurimum ha
bent ponderis. Nam ſi ea omnia ſoluantur, quæ
difficilia ſunt, relinquãturq; probabilia: ſit expli
catum ſatis. Ac illud quidem primum perſpicuũ
eſt, continentiam & cõſtantiam in bonis eſſe &
laudabilibus, impotentiam & mollitiem in ma
lo & uitio: eundemq; continentem, & eum qui
permaneat in ſuſcepto conſilio: eundẽ impoten
tem, & eum qui deſiſtat à ſententia. Et impotens
quæ mala ſunt, mala ille quidem eſſe nouit, ſed
agit ea uictus & debilitatus obiecta ſpecie uolu-
ptatis. At uerò continens, quoniã malas eſſe cu-
piditates intelligit, eas ratione ductus nõ ſequi-
tur. Et temperantem quidem continentem atq;
conſtantem appellant. talem autem hominẽ par
tim temperantẽ, partim non: intemperantemq;
impotentem, & impotentẽ confuſe ponunt pro
intemperanti. Alij eos aiunt eſſe inter ſe diſsimi
les. prudentem uerò interdum negant impoten
tem poſſe effici: interdum eos qui prudẽtes ſint
& acuti, impotentes putant. Impotentes etiã di
cũtur & animi, & honoris, & lucri. Atq; hęc qui-
dem ſunt quæ feruntur.

CONTRA SOCRATEM, NON *omnes qui malè agunt, imprudentes agere: tum de cõtinẽte & incontinẽte, ſiue impotẽte* Cap. II.

HOc autẽ quærat aliquis, quid cauſæ ſit cur
rectè quis ſentiens, ab animi libidine uin-
catur? Scientem quidẽ eum poſſe eſſe ne-
gant nõnulli. Abſurdum nanq; ſit, Socratis ſentẽ
tia, tum cũ in quopiam eſt ſcientia, aliud quiddã
uincere ac trahere eum quaſi mancipium. Socra
tes enim, quod nulla eſſe impotẽtia, cum ratio-
ne bellum gerens oſtendere conabatur, q, nemi-
nẽ putauit, qui rectè ſentiret, cõtra id quod opti-
mũ iudicaſſet, quicquam eſſe geſturũ: ſed impru
dentem omnẽ facere, qui ita faceret & uiueret,
iudicauit. Atq; ijs quidẽ quæ perſpicua ſunt, hęc
A omnis repugnat oratio. quęrendumq; nobis eſt,
ſi hæc animi perturbatio ab imprudentia naſca-
tur, quis eius ſit modus. Nam hoc quidẽ perſpi-
cuum eſt, hominem impotentẽ non putare quæ
agat, eſſe facienda priuſquam ſit in perturbatio-
ne. ſunt uerò nonnulli qui hæc concedant, ſupe-
riora non item. Nam & nihil eſſe ſcientia firmius
fatentur: & neminem facere contra id quod me-
lius eſſe ſenſerit, non fatentur. Ob eamq; cauſam
impotentẽ hominem aiunt nõ ſcientia quidem,
ſed opinione præditũ, uinci à uoluptatibus. At-
qui ſi opinio quidem inſit, ac non ſcientia, nec fir
mũ & ſtabile iudiciũ quod obſiſtat, ſed leue &
tranquillum: ut ijs cõtingit, qui diſtrahuntur ua
cijs ſententijs: profectò ueniæ aliquid loci relin-
quatur, quod non ſtet in ijs decretis cõtra firmas
cupiditates. Ac malitiæ ac uitio non eſt ignoſcẽ-
dum, neq; ulli eorum quæ ipſa uituperãda ſunt.
An uerò prudentia eſt quæ obſiſtat, cum ſit potẽ
tiſsima? At abſurdum ſit. Sic enim unus & idem
ſimul prudens & impotens eſt futurus: nec quiſ
quam fateatur, prudentis eſſe, quæ ſint flagitio-
ſiſsima, ea gerere ſua uolũtate. Pręterea ſuprà do
cuimus, qui ſit prudens, eum, quoniã in ſingulis
rebus cerneretur, & ad officia paratum, & cæte-
ris uirtutibus omnibus inſtructum ac ornatũ eſ-
ſe oportere. Iam uerò, ſi in eo continens ſit poſi-
tus, quòd cupiditatibus conſtrictus ſit & uehe-
mentibus & malis: profectò temperatus nemo
futurus eſt continens, neq; continens ullus mo-
deratus. Neq; enim cupiditates malæ & uehemẽ
tes ſolent exiſtere in temperante. quod quidem
B neceſſe eſſet. Etenim ſi honeſtę ſint cupiditates,
uitioſam eſſe neceſſe eſt eam animi affectionem,
quæ impedimẽto eſt, quo minus eas ſequamur.
Ita non omnis eſt in bonis continentia. Quòd ſi
infirmæ ſint & imbecillę nec improbę, nihil glo
riatione: neq; ſi improbæ & imbecillæ, quicquã
magna laude ſit dignũ. Tum ſi nos, ut omni opi-
nioni ſtemus impellit cõtinentia, mala ſit aliqua
continentia neceſſe eſt: ueluti ſi in falſa opinione
nos retineat. Et ſi de omni ſententia & opinione
impotẽtia deducat, aliqua in bono futura eſt im
potẽtia. qualis illa eſt Neoptolemi Sophoclei, in
Philoctete. Eſt enim iure laudandus, q, ijs mini-
mè ſteterit, ad quæ Vlyſſes ipſum impuliſſet, q,
illi graue eſſet mentiri. Pręterea Sophiſtarũ ratio
fallax ancipitem curã affert cogitandi. Nam quia
ineſt in eis cupiditas refellendi quæ admirabilia
ſunt, quò ſint quũ id aſſecuti fuerint argutiores:
quæ cõficitur, dubitationem affert ratiocinatio.
Vinctus eſt enim animus quodã modo, cum nõ
uult ille quidem cõſiſtere, q, minus probet quod
ſit concluſum: ſed tamen progredi longius non
poteſt hoc ipſo, quòd rationẽ nequeat diſſolue-
re. Fit autem neſcio quo pacto, ut imprudentia,
impotentiæ coniuncta ſit uirtus. Cõtrà enim fa-
cit ac ſentit propter impotentiã. Sentit autẽ quę
bona ſunt mala eſſe, neq; facienda. Ita quæ bona
ſunt faciet, non quæ mala. Iam qui agit & perſe-
quitur, quæ uoluptatem efficiunt, idq; ex indu-
ſtria, hoc ipſo, q, ſibi ita animũ induxit, is melior
uideatur eo, qui non ratione, ſed impotentia ani
mi ducatur ad agendum: quo facilius ei curatio
adhiberi poteſt, ſi animũ tantum cõtra inducat.

Atoerò impotens eo prouerbio conſtrictus tenetur, quod omnium ſermone tritum eſt, Cum aqua guttur præfocat, quid iam attinet bibere? Etenim ſi minimè animum induxiſſet ea facere quæ faciat, profectò ſimul ac ei diſſuaſio adhibita eſſet, à ſententia deſtitiſſet. Nunc adhibita eſt, & tamen nihilominus aliud agit. Præterea ſi in rebus omnibus uerſatur impotentia & continentia, quis abſolutè habendus ſit impotens? cum præſertim nemo homo omni genere impotentiæ ſit inſtructus. Atqui nonnullos abſolutè impotentes uocamus. Ac quæ hoc loco incidunt, quæſtiones ſunt eiuſmodi, quarum aliæ diluendæ ſunt, aliæ relinquendę. Quæſtionis enim explicationis finis eſt inuentio.

QVO NAM PACTO AGANT *continentes & impotentes, & quibus in rebus uerſentur potiſſimū. Cap. III.*

Ac primū illud quidem uidēdum eſt, utrū ſcientiam habeant impotentes nécne, & quemadmodum habeāt. Deinde quibus in reb homo impotens & continens ponendus ſit: utrum in omni uoluptate & dolore, an in certis quibuſdam uoluptatibus? Et continentes, & cōſtantes, utrum ijdem ſint, an ne diuerſi? Quod idem exquirendū eſt de alijs, quæ ſunt huic coniuncta diſputationi. Exordium autē hinc capiat diſputatio, utrum cōtinens homo & impotens ex ijs ſtatuantur diuerſi, in quib. uerſentur, an ex eo, quemadmodū in ijs ipſis ſpectentur. hoc dico, utrúmne impotens homo, ex eo ſolum, q̃ in his uel illis cernatur rebus, nécne intelligatur impotens, an ex utroq; potius? Deinde quærendū eſt, utrum in omnibus impotentia & continentia, nécne uerſentur. Neq; enim cernitur in omnibus, is qui undiq; perfectè & abſolutè eſt impotens, ſed in quib. intemperantes. nec ex eo q̃ abſolutè in ijs affectus eſt (idē enim eſſet quod impotentia) ſed q̃ certo quodā genere & modo ſit affectus, iudicandus eſt. Nā & hic quidem trahitur conſilio, q̃ ſemper præſentem uoluptatē putet ſequi oportere: & ille non putat, cum interim perſequatur. Nam q̃ aiunt quidam, ueram eſſe illam opinionē non ſcientiā, in qua iudicia ſua non poſſunt tenere, id quidem ad rationē nihil intereſt. Sunt enim quidam eorū qui ſunt in opinione qui non pendent animi, ſed certò ſe rē ſcire exiſtimāt. Ita ſi ij qui ſunt in opinione, potius quàm ij rem ſciunt & tenent, contra ac ſentiunt, faciunt propter leuē & imbecillem aſſenſionē, nihil inter ſcientiam intererit & opinionē. Non enim ſunt apud quoſdam minus firmæ in ijs de quibus opinantur aſſenſiones, quàm apud alios in ijs quæ ipſi ſciunt. quod Heraclitus indicat. Sed quoniā dupliciter aliquid ſcire dicimus (nā & is in quo ſcientia eſt, nec ea utitur, & is qui utitur, ſcire dicūtur) permultum intereſt, is ne qui præditus eſt ſcientia, neq; eam intuetur, ea quæ non ſunt facienda faciat, an is qui præditus eſt, eamq; intuetur. Hoc enim abſurdum uideatur, illud non item, niſi agat eam intuens. Iam cum enunciationum ſint duo genera, nihil prohibet, eum qui utrunq; genus teneat, contra ac ſciat facere, ſi ea quæ uniuerſa eſt & generalis, utatur,

A non quæ eſt de rebus ſingulis. Cadunt enim ſub actionem res ſingulæ. Atq; etiam eius quod uniuerſum ac generale eſt, ſunt quædam differētiæ. Nam aliud in ſeipſo uertitur, aliud in rebus. uelut, Omni homini ſicca prodeſſe: &, hunc eſſe hominem: uel, ſiccum eſſe hoc tale, uel illud. Verùm tale hoc ſit, aut non ſuppetit, aut certè eo non utitur. Tanta igitur ex ijs generibus exiſtet diſsimilitudo & differentia, ut ſic ſcire abſurdum ſit, ſecus mirabile uideatur. Præterea ſcientiam habere in hominibus ſuas habet quaſdā differentias, ab ijs etiam diuerſas quas modò cōmemoraui. Nam ex eo quod tenetur animo comprehenſa, uſus autem eius nō adhibetur, ita diſsimilem habitum cernimus, ut & teneatur habitus quodā modo, & non teneatur: qualis eſt dormiētium, furioſorum, & uinolentorum. Atqui ita ſunt affecti omnes, qui in aliqua ſunt animi perturbatione. Nam & ab ira & ueneris cupiditate, & quibuſdā eius generis, non ſolum animi perturbantur, ſed etiam corpora: nonnulli etiam ad inſaniā adiguntur. Perſpicuum eſt igitur, ita, ut hi ſunt, affectos, eſſe impotentes. Nec uerò ſentētiarum cōmemoratio earum etiā quæ dignæ ſunt ſcientia, confirmat quenquam conuenienter ſcientiæ ac ſententiæ ſuæ uiuere. Nam & qui his animi perturbationibus commoti ſunt, demōſtrationes & carmina proferūt Empedoclis: & qui primum diſcunt, uerba illi quidem coniungunt & perpetuant, ſed quæ non intelligant. Debent enim hæc animo inſidere omnia: quod ut fiat, tēpore opus eſt. Quocirca qualis hiſtrionum, talis
B iudicanda eſt impotentium oratio. Atq; etiā hoc modo cauſam ex natura intueri licet, q̃ cum aſſenſionum aliæ in uniuerſis rebus, aliæ in ſingulis, quarum ſenſus dominus eſt, cernantur: ſi ex ijs fiat una, neceſſe eſt in hoc quidem genere, animum id decernere & conſtituere, in rebus uerò quæ affectioni ſubiecta ſunt, ſtatim ſe applicare ad faciendum. Vt ſi quod dulce eſt, omne guſtandum: hoc autem dulce eſt, quod ſit in rebus ſingulis, neceſſe eſt enim ſimul agere, qui poſsit, neque prohibeatur. Cum ergo ineſt de uniuerſis opinio, quæ uetat ne guſtes: alia autem, dulcia eſſe ſuauia omnia: & alia hoc dulce eſſe: profectò hæc exequitur, quæ fortaſsis erat cupiditas. Cū ergo hæc illud fugiendum monet, cupiditas contra ad ſe rapit (poteſt enim omnes animi partes cōmouere) fit, ut à ratione quodā modo & opinione diſtrahatūr animus: non quòd ſit per ſe cōtraria opinio, ſed quòd ſolum fortuito. Nō enim rectæ rationi opinio contraria eſt, ſed cupiditas. Quocirca non ſunt belluę impotentes, propterea quòd rerum uniuerſarum non habeant comprehenſionem, ſed rerum ſingularum modo uiſis & recordatione moueātur. Quemadmodum autem deleta ignoratione ad ſcientiam reuocetur impotens, eadem ratio eſt, & ebrioſorum, & dormientium communis, non huius perturbationis propria: quæ ab ijs petenda eſt, qui naturas rerum inueſtigāt. Quoniam autem extrema enunciatio eſt eius, quod ſub ſenſum cadit opinatio, actionumq; ac officiorum eſt propria: eam aut non tenet is qui perturbatione cōmotus eſt: aut ſic certè eam tenet, ut ſic tenere non ſit ſcire,

ſed

ſed more uinolétorum Empedoclis carmina re-
citare. Et quoniam non ſunt uniuerſæ, extremæ
enunciationes, neq; ad ſcientiá æquè ualent, ac
uniuerſæ. Illud etiá quod Socrates quærebat, cõ
tingere uidetur. Neq; enim tũ cum adeſt, quæ ue
rè ac proprie ſcientia dicitur, ſed ea quę hauritur
ſenſibus, animi perturbatio naſcitur, aut ea di-
ſtrahitur à perturbations. Ac hominem quidem
ſcientia præditum, & non præditum, intempe-
ratè uiuere, quoq; modo quis in ſcientia poſsit
eſſe impotens, ſit dictum ſatis.

QVIBVS IN RRBVS CONTI-
*nens, & impotens & intẽperans, uerſetur: & de
tribus generibus earum rerum quæ
delectant.* Cap. IIII.

DEinceps dicendum eſt, utrũ ſit aliquis ab-
ſolutè impotés, an aliqua ex parte omnes
habeantur: tum ſi eſt aliquis, quibus in re-
bus cernatur. Illud igitur perſpicuũ eſt, continé-
tes, cõſtantes, impotentes, molleſq; homines in
uoluptatibus doloribuſq; uerſari. Eorum autem
quæ uoluptaté efficiũt, ac delectant, alia ſunt ne
ceſſaria, alia propter ſe ſunt illa quidem expeten
da, ſed tamen exuperantiá habét. Neceſſaria qui-
dem ſunt, quæ ad corpus pertinét: quo ex gene-
re ſunt ea omnia quæ ad cibũ uſumq; uenereorũ
referũtur. itemq; ea in quib. temperantiá & inté
perantiá locauimus. Alia non ſunt illa quidé ne-
ceſſaria, ſed ex ſe, & propter ſe expetenda, ut ui-
ctoria, ut honos, & opes, & quæ bona ſunt, & iu
cunda eiuſdé generis. Ac eos quidé homines, in
quibus contra rectá rationem quá tenent, horũ
modus nullus eſt, nõ abſolutè impotentes uoca
mus, ſed cum adiunctione pecuniarum, quęſtus,
gloriæ, & animi impotentes: nõ ſine adiunctio-
ne, quaſi ſint diſsimiles, & ex ſimilitudine nomi
nétur. Qualis fuit ἄνθρωπος is, qui uicit Indis Olym
picis, in quo paulũ admodũ à propria cõmunis
ἄνθρωπον differebat appellatio. Sed tamen diuerſa
erat. Illud uerò ita ſe habere, ut dixi, hinc perſpici
poteſt, q impotentia uituperatur, non ſolũ quia
peccatũ ſit, ſed etiam quia aut omnino & abſo-
lutè uitioſitas quædam ſit, aut aliqua ex parte:
quod illorũ contingit nemini. Eorũ auté qui in
corporis uoluptatibus uerſantur, ijs in quib. té-
perantem & intemperanté eſſe dicimus, qui nõ
conſulto & cogitato, ſed inconſultè & ſine iudi-
cio immoderatas uoluptates ſequitur, doloreſq;
nimios fugit, ut famis, ut ſitis, ut caloris, ut frigo
ris, eorumq; omniũ quæ in tactu, guſtuq; conſi-
ſtunt: is non cũ adiunctione, ut irę, ſed abſolutè
impotens nominatur. Quod ex eo intelligi po-
teſt, quia in his intéperantes eſſe dicũtur, in illis
nõ dicuntur. Ob eamq; cauſam in eodé impoten
té, & intemperantem ponimus, continentemq;
& temperatũ: illorũ uerò neminé, q in ijſdé quo-
dá modo uoluptatib. doloribuſq; cernantur. Ac
in eiſdem quidé illi uerſantur, ſed non eodé mo-
do, ſed illi conſulto, hi incõſulto. Itaq; potius in-
temperanté appellari licet eum qui nulla, aut cer
tè leui cupiditate incitatus, magnas & immodi-
cas uoluptates ſequatur, uel mediocres dolores
fugiat, quàm eũ qui idem faciat magnis firmiſq;
cupiditatib. impulſus. Quid enim ille faciat, ſi iu-

Ariſtot. tom. II.

A uenilis libido exarſerit, & in rerũ neceſſariarũ in-
digéria firma ægritudo? Sed quoniá cupiditates
ac uoluptates aliæ ſunt in honeſtis & bonis (ex
ijs enim quæ mouent & delectant, quædá ſua ui
& natura expetenda ſunt, alia his contraria, nõ-
nulla media, quemadmodũ ſuprà diuiſimus) ut
pecunia, quęſtus, uictoria, gloria in his omnibus
cęteriſq; eiuſdé generis & medijs: non quia eorũ
ſtudio, cupiditate & amore teneantur homines,
uituperantur, ſed quia modũ in eis finemq; tran
ſeant. Itaq; omnes, qui præter modũ aut uincun
tur eorũ aliquo, quæ ſuapte natura honeſta ſunt
& bona, aut eadé ſequuntur, nõ laudãtur: ut qui
plus quàm ratio patiatur, uel gloriæ ſtudent, uel
liberis, uel parentibus. Nã & hæc in bonis ſunt,
& qui ijs inſeruiũt, in laude uerſantur. Sed tamé
in his quoq; eſt quædam exuperantia, ſi quis, ut
Niobe, bellet cũ Dijs: aut quemadmodũ Satyrus
ille, qui φιλοπάτωρ, id eſt, amans patris uocatus eſt,
inſano amore afficiatur in patré. Nimiũ enim in-
ſanire uidebatur. Vitiũ igitur in his nullum uer-
ſatur, propterea q, ut dixi, unumquodq; eorũ in
ijs eſt, quæ per ſe expetuntur: ſed eorũ nimiæ ac
immodicæ prauæ ſunt, ac fugiendę cupiditates.
Itemq; ut impotentia quidé. Eſt enim uõ modò
fugienda, ſed etiá uituperanda impotétia. Ex ſi-
militudine auté perturbationis cum adiunctio-
ne unicuiq; impotentiá attribuunt, ut cũ medi-
cũ malum appellant, malumq; hiſtrionem, qué
omnino & abſolutè malum nunquá diceret. Vt
igitur hic malus dicitur, non q ſit uitium unum-
quodq; eorum, ſed quia quadá proportione eſt
B ſimile: ſic illic etiá exiſtimanda eſt continétia, &
Impotentia, quæ in ijſdem quib. temperantia &
intemperantia, uerſatur. Per ſimilitudiné autem
idé illud de ira dicimus. Quocirca cũ adiunctio-
ne, iræ, uel gloriæ, & quęſtus, impotété dicimus.

DE VARIIS GENERIBVS RE-
*rum iucundarũ, & impotentiæ: tum continétiam &
impotentiã in ijs tantũ uerſari, in quibus tempe
rantia, & intemperantia.* Cap. V.

SEd cum aliqua iucunda ſint natura, quorum
alia omnino & abſolutè, alia pro animantiũ
hominumq; genere uoluptaté afferunt, quę-
dá non natura & per ſe, uerũ alia ex morbo, quę-
dam conſuetudine, nõnulla uitioſa deprauataq;
natura naſcuntur: licet etiá in hoc poſteriore ge-
nere ſimiles proportione affectiõ es cernere, bel-
luinas ſcilicet quaſdam affectiones, qualis fuit
eius mulieris, quá inciſis grauidis mulierib. fœ-
tus deuorare aiunt ſolitá: aut quibus ferunt dele
ctari efferatos circa Põtum quoſdam homines,
quorũ alios cruda, alios humana carne ueſci con
firmant, alios cõmodare ultro citroq; liberos in
conuiuijs: aut quod ferunt de Phalaride. Atq; hę
quidé belluarum ſunt ſimiles affectiones. Aliæ
ex morbis furiaq; naſcuntur, ut in illo qui matré
mactauit & comedit: & in eo qui cõſerui iecur.
Aliæ partim ex morbo, partim conſuetudine gi-
gnuntur, ut pilorum euulſiones, & eſus unguiũ,
carbonum etiá & terrę. Prętereà libidinoſorum
cũ maribus cõcubitus. Alijs enim natura, alijs cõ
ſuetudine eueniunt, ut ijs qui ab initio pueritiæ
adhibent conſuetudiné. Ac eorum quidé quibus

f 2 cauſam

A causſam natura ſuppeditat, neminem impotentẽ ſolemua dicere: ut ne mulieres quidẽ, quòd uon incubent, ſed ſuccumbeut. Itemq; ij qui ex conſuetudine ite affecti ſuut, ut qui morbo ſunt eorrepti. Vt igitur immanitaa, & belluina affectio, ſic ſingulæ hæ enimi affectiones finem uitij modumq; tranſeunt. His autem ſi quia teneatur cõſtrictus, & uincat eaa, eut ab ija uincatur, non ſit perfecta abſolutaq; impotẽtia, ſed quædam per ac ſimilis. Quemadmodũ ne ia quidẽ habeatur impotẽs, qui ite inciterus ſit, ſed in perturbatione eo modo eſſe dicatur. Omnis enim perinſignis uitioſitaa, ementia, timiditas, intemperantia, & duritia, uel feritati, nel morbo tribuende. Qui enim natua eſt eiuſmodi, ur metuat omnia, etiem ſi mua ſtrepitum edat, belluarũ ſimili quedam ignauia timidua eſt babendua. & qui muſcipulam ui morbi timeat: amenteſq; ij, qui à naturæ expertea rationia, ſolum ſenſuum munua exequũtur, immanes quidã belluerumq; ſimiles habendi ſunt, ut quędam genera barbarorum procul habitantium: at qui ex morbo, ut comitiali, uel furia, morboſi. Poteſt eutem quis ſolum affectua eſſe, neq; uincerur. ut ſi Phalaris filij uorãdi cupidua, uel incredibili captus libidine, ſe coërceat & ſuſtineat. Fieri etiam poteſt, ut quia uincatur à perturbatione, nõ lolum ſit in ea. Quemadmodũ igitur uitium aliud eſt, quod naturã attingit humanam, quod idem abſolutè uitiũ dicitur: aliud eum adiunctione, ferinum aut morboſum uitium nõ abſolutè: ſic perſpicuum eſt impotentiã eſſe aliam belluinam, & aliam morboſam. Abſolutè autem ea ſola, quę intemperantiã humanã comitatur. Illud ergo iam quidẽ perſpicuũ eſt, continentiam & impotentiã in ija duntaxat uerſari, in quib. temperantia ſit, & intẽperentia, aliudq; earum eſſe genua, quod ductũ ex ſimilitudine non abſolutè in elija rebua cernetur.

COMPARATIO IRAE ET CVPI *ditatis, ut quæ impotentia turpior ſit, eluceat: itemq; cupiditatum diſtinctio repetita, & de hominis impotentis pernicie.* Cap. VI.

NVnc oſtendemus animi, quàm cupiditatum minua turpem eſſe impotentiam. Iræ enim parere illa quidem uidetur quodãmodo rationi, ſed non attentè eam audit, more miniſtrorum & ſeruorum eorum qui præpoſterè omnie obeunt, qui ante quàm omnie quæ præſcribuntur, audierint, ebeuut, deinde officio deſiunt. & ritu canũ, qui priua quàm conſiderarint, ſitne ia emicua qui pulſauit, ellatrant. Sic iræ feruore ec repentino neturæ motu incitata, audit illa quidem retionẽ, ſed præſcriptione non iutellecta, ad ſupplicium ſe ultionemq; cõuertit. Cũ enim ratio, uel uiſio potiua contumeliem, uel cõtemptum iubeſſa docuit, hæc tanquam ſit collectum retiocinatione, huic uel illi bellum eſſe iuferendum, repentè excandeſcit. At uerò cupiditas, ſi ratio uel ſenſua modo moneat hoc, uel illud eſſe ſuaue, inflammata rapitur ed perfruendas uoluptates. Ita quodã modo ſequitur rationẽ iræ, cupiditaa nõ item. Eſt igitur turpior cupiditas. Quinetiã impotena enimi quodã modo à ratione uincitur: ille autẽ nou à ratione, ſed à cupiditate. Iã ei potiua ignoſcendũ eſt, qui perturbationes ſequitur naturalea, quoniã ijs etiam cupiditatibua quæ ex eo genere cõmunea ſunt: & quie cõmunea. At iracũdia & acerbitas à netura nobia poti⁹ tributa eſt, quàm cupiditatea eæ quę ſemper immẽſæ ſunt, & immoderatæ, & minus neceſſarię. Vt ille qui cum uerberaret patrẽ, hanc rationem, cauſamq; attulit: hunc ſuum & illum ſuperiorem uerberaſſe: producto filio, Hic etiã, inquit, ubi adoleuerit, me uerberabit. eſt enim hoc nobia proprium, & hæreditariũ. Et ille, qui cum à filio traheretur, eum iuſſit ad fores conſiſtere: à ſe enim ad eum locũ patrem eſſe tractũ. Iam quo quiſq; maiore fraude, & ex inſidija agit, eò iniuſtior eſt. Iracundus eutem non egit fraude: neq; inſidiatrix eſt iracũdia, ſed aperta: & cupiditaa eſt, ut aiũt. Venerem enim Cyprigenem inſidias nectere, ait Homerua, baltheũq; tribuit ei, in quo doli eſſent:

Fraus, animos quæ prudentum inſidiata fefellit.

Ita ſi iniuſtior eſt, turpior eſt hæc impotentia, ea quæ animi eſt, quæ eadem abſolutè impotentia & uitioſitaa uocatur quodã modo. Præterea nemo dolens paret libidini. At qui per iram facit, omnis dolens facit: & qui libidini obſequitur, libẽter facit. Si igitur quib. rebua iuſtiua offendimur, eędem ſunt eum maiore iniuria coniunctę, & impotentia cupiditatũ erit huiuſmodi. Neq; enim iu ira ineſt cõtumelia. Ergo hoc iam perſpicuum eſt, impotentiæ cupiditatum, animi eſſe impotentiæ turpiorẽ: in iiſq; uoluptatibus & cupiditatibus eſſe continentiam ac impotentiam B quæ ad corpua pertinent. Intelligẽda eſt autem barum ipſarum diſtinctio. Aliæ enim ſunt, ut initio diximua, humanæ & naturales, & genere, & magnitudine. aliæ belluarum propriæ: quædam ex oblæſo principio, morbiſq; gignuntur, quarũ in primia duntaxet ſuut temperantia & intemperantia. Itaq; nec temperãtes belluaa dicimus, nec intemperantea, niſi per metaphoram: etiam ſi aliud animantium genua alij præſter, petulantia, contrectatione, & libidine omnia uorandi. Neq; enim belluarum ullum iudicium eſt, uel cõſilium: ſed ut furioſi exuerunt hominem ex homine, ſic feræ depreuatæ ſunt nature ſue. Minus autẽ malæ eſt feritea & immanitaa quàm uitiũ: ſed terribilior tamẽ. Neq; enim in illis quod eſt optimum, depranatum eſt, ut iu homine, ſed ab eo diſceſſum eſt, adeoq; iam non ineſt. Simile igitur eſt, ut ſi inanimum cum animante conferas, utrũ ſit peius. Semper enim infirmior eſt, & imbecillior eius prauitas, quod principij eſt expers. Mena autem principium eſt. Perinde igitur eſt, ut ſi quis iniuſtitiam cum iniuſto homine compararet: quorum utruuq; quodam modo utroq; flagitioſius eſt. Nam homo ſi prauua ſit, plura infinitia partibus detrimenta & incõmoda, quàm fera inferre poteſt.

DE TEMPERANTE INTEMPE *rante, continente impotente, cõſtante & molli, & cur intemperans inſanabilis ſit.* Cap. VII.

IN quibus autem uoluptatibua quæ ad tactũ guſtatumq; pertinent, ac doloribus, cupiditatibua & fugis, cõſiſtere temperantiam & intemperantiam,

temperantiam ſuprà expoſuimus, ijs poteſt quiſpiam ita eſſe affectus animo, ut ab ijs uincatur, quæ etiam pleriq; ſuperant: poteſt etiam ea uincere, à quibus plerique uincantur. Horũ qui in uoluptatibus ita animo affecti ſunt, ille impotens, hic continens nominatur. In doloribus, hic mollis & delicatus, ille conſtans & patiens. Sunt autem quaſi medij inter hęc, habitus multitudinis, quanquã magis ad uitioſos deflectere uideãtur. Et quoniam uoluptates aliȩ ſunt neceſſariȩ, aliæ nõ, uſq; ad certum quendam modum: nimiæ autem & parũ magnæ non ſunt neceſſariæ. quod idẽ in cupiditatib. ægritudinibuſq; cõtingit: qui immoderatas perſequitur uoluptates, aut quia magnæ ſunt, aut id facit de induſtria propter ſe, non propter aliud aliquid ex eis conſequens, is intemperans habendus eſt. Quem quoniam neceſſe eſt nullius facti pœnitere, idcirco eſt inſanabilis. Omnes enim quos nihil pœnitet, ſanati nullo modo poſſunt. Qui autem deficit à modo perfruendæ uoluptatis, huic contrarius ponitur. At qui medius eſt, temperans nominatur. Eadẽ eſt ratio eius, qui dolores corporis declinat, nõ quia uincitur, ſed de induſtria. Eorũ autẽ qui non animi iudicio ducuntur, quidã uoluptate rapitur, alius moleſtiæ fuga, quæ cupiditatem conſequatur. Ita inter ſe ſunt diſsimiles. Sed multo deterior uideatur, ſi quis nulla aut leui cupiditate ductus, quàm ſi firma, aliquid faciat: & ſi quis nulla ira incitatus pulſet, & uerberet aliquem, quàm ſi idem cõmotus feciſſet. Quid enim facturus fuiſſe uidetur, ſi fuiſſet incitatus? Ita peior eſt impotente intemperans. Eorum uerò quos modò nominaui, alius mollis potius, alius impotens appellatur. Contrarius autem eſt, & continens impotenti, & molli ac delicato cõſtans & patiens. Conſtantia enim & patientia in reſiſtendo eſt: in uincendo continentis. Aliud eſt autem reſiſtere, aliud uincere: ut aliud non uinci, aliud uincere. Quare expetenda quidem magis eſt continendi ratio, quàm reſiſtendi fortitudo. Qui autem à ratione deficit ijs rebus, quibus plerique & obſiſtere poſſunt, & obſiſtunt, is mollis & delicatus habendus eſt (Deliciæ enim quædam animi mollities eſt) ut ſi quis ueſtem trahat, ne quam in ueſte tollenda ſuſcipiat moleſtiam & dolorem. Et qui imitatur ac fingit ægrum, non ſe miſerum eſſe putat, cum ſit miſero par ac ſimilis. Similis eſt ratio continentiæ & impotentiæ. Neque enim mirum ſit aliquem eſſe, qui à firmis & immodicis uoluptatibus, doloribuſque uincatur: quinetiam uenia danda eſt, ſi quis obſiſtens uincatur, ut Theodecti Philoctetes ictus à ſerpẽte, uel Carcini Cercyon in Alope. Et ut homines qui tenere riſum conati, uniuerſum effundunt, quod Xenophanto accidit. Sed ſi quis ijs ſuccumbat, quibus plerique poſſunt obſiſtere, id denique ſit mirum, præſertim ſi neque natura totius generis, neque morbo impeditus non poſsit obſiſtere. Qualis eſt in Perſarũ regibus mollities, propter genus, & qualis eſt mulierum ad uiros differentia. Atque etiam intemperans uidetur, ſi quis eſt ad ludum propenſior, qui tamen mollis dicitur: ludus enim leuamentũ eſt, ſi quidem requies. Et qui in eo exuperat, is eſt qui παιδιώδης uocatur.

A Impotentia autẽ alia ex temeritate, alia ex imbecillitate gignitur. Alij enim conſilio capto, nõ ſeruant, neq; tenent id quod ſtatuerunt uicti & debilitati obiecta ſpecie uoluptatis. Quidã quia nihil ſe, neq; rationem cõſuluerunt, à perturbatione rapiuntur. Nonnulli enim, quemadmodũ qui ſe priua ad titillationem confirmarunt, non titillantur, ſic cum præſenſerunt & prouiderunt, excitaruntq; & ſe, & rationẽ, nunquam à perturbatione uincuntur, ſiue ſenſum ſuauitate quadã demulceat, ſiue aſperitate deterreat. Maximè autẽ acutorũ, & atra bili hominũ eſt temeraria impotentia. quoniã illi propter celeritatẽ, hi propter uehementiam, rationem & iudicium ſuum non retinent, hoc ipſo quòd uiſionem & ſpeciem obiectam animo facilè ſequantur.

QVID IMPOTENS DIFFERAT *ab intemperante.* *Cap.* VIII.

QVoniam autem, ut dixi, factorum ſuorum non pœnitet intemperantem, quippe qui permaneat in ſententia, impotentem uerò quodã modo pœnitet: idcirco nõ ita eſt, ut quærendo diſputauimus, ſed hic ſanabilis eſt, illi nulla ſanitas adhiberi poteſt. Simile eſt enim malũ hoc aquæ intercuti & tabi: impotentius his hominibus, qui morbo comitiali affictantur, propterea quòd aſsidua illa & ſempiterna, hæc non aſsidua eſt improbitas. Omninoq; ex alio genere impotentia eſt, ex alio uitium: uitiũ enim omne ſuæ culpæ ignarum eſt, non eſt ignara impotentia. Atqui horum ipſorum meliores ij qui faB cilè de ſententia dimouentur natura, quàm ij in quibus eſt ratio, neq; in ea permanent: ſiquidem à minore perturbatione uicti iacent, neq; id incõſulto, ut alteri. Eſt enim impotens ijs ſimilis hominibus, qui & citò, & pauculo uino epoto, & minore quàm pleriq;, incidũt in ebrietatem. Ac impotentiam non eſſe idem quod uitiũ, niſi fortè aliqua ex parte, hinc perſpici poteſt, quòd illa non eſt cum animi iudicio & propoſito coniuncta, uitium eſt. Eſt inter hæc tamen in actionibus quędam ſimilitudo, ut illud Demodoci in Mileſios, Mileſii non ſunt illi quidem inſipientes, ſed tamen eadem quæ inſipientes faciunt. Et impotentes quidem cum non ſint iniuſti, faciunt tamen quę iniuſta ſunt. Quoniamque hic eiuſmodi eſt, qui non propterea quòd ſibi ita perſuaſerit, immoderatas quaſdã etiam contra rectam rationem corporis uoluptates perſequatur: ille autẽ ſibi induxerit animum, quòd ſit eiuſmodi qui eas ſequatur: ille facilè deſiſtet de ſententia, hic non deſiſtet. Nam & uirtus omniũ principiũ conſeruat, & uitium labefactat. Principium autem actionis & officij, id eſt quò referũtur omnia, ut in mathematicis ea, quæ ponuntur. Vt igitur illic, ita hic principia non docet ratio, ſed uirtus, uel quæ inſita eſt natura, uel à more perfecta, bene ſentire docet de principio. Eſt igitur eiuſmodi temperans: cui eſt intemperans cõtrarius. Eſt etiam aliquis qui propter perturbationem à recta ratione deſciſcit, quẽ ut ne agat ex rationis præſcriptione, impellit perturbatio: eadẽ tamen ut ei certum ſit & deſtinatum, eius generis uoluptates perſequi oportere, non uincit. Hic impo-

tens nominatur, qui & melior intemperãte eſt, **A** nec planè improbus. Saluum enim in eo, & integrum eſt principium, quo nihil in nobis eſt præſtantius. Huic autem repugnat alius, qui permanet in ſententia, à qua eum nulla poteſt dimouere perturbatio. Ex quo perſpicuũ eſt, hanc in bonis, illam in malis eſſe animi affectionem.

DE SIMILITVDINE ET DIFferentia inter continentem, pertinacem, impotentem, & temperantem. Cap. IX.

VTrum igitur in quauis ſententia permaneat continens, & in quolibet propoſito, an in recto & honeſto? Et impotens utrũ non in qualibet ſententia permaneat, & inſtitutum quodlibet nõ ſequatur, an falſam duntaxat rationem non teneat, & non rectum inſtitutum? ut initio quæſitũ à nobis eſt: an fortuitu in quauis per ſe in uera ratione, & ſententia ille permaneat, hic non permaneat? Si quis enim hoc propter illud expetat, uel ſequatur, per ſe & propter ſe hoc perſequitur & expetit, ex accidente illud ſuperius. Omnino autẽ & abſolutè dicimus expeti id, quod propter ſe expetatur. Ita in qualibet hic ſententia permanet quodam modo, ille ab eadem abducitur, ac propter ſe in uera permanet. Sunt autẽ qui in ſententia permanent, ſunt etiam quos pertinaces uocant, quales ſunt ij qui deſiſtunt ægrè à ſententia, nec diſſuaderi facilè poſſunt. Hi ſimile quiddam habent continenti, ut prodigus liberali, & audax forti, cum ab eo abſint, diſtentq; plurimum. Qui enim perturbatione aut cupiditate non abducitur à ſententia, **B** is continens dicitur, quandoquidem ſi ita res ferat, deſiſtet facilè à ſententia continens. Illi uerò non ratione ducti mutant ſententiã. Nam ſe ultro cupiditatibus offerunt pleriq;, & inflammati uoluptate rapiuntur. Pertinaces autẽ ſunt ſententiæ ſuæ defenſores, & indocti, & agreſtes. Ac ſententiæ ſuæ defenſores, in eo uel uoluptatem ſequuntur, uel dolorem. Voluptatem enim ex uictoria percipiunt, ſi non dimouantur de ſententia: & ferunt iniquo animo, ſi ſua, quaſi decreta tollantur, & infirmentur. Ita ſunt illi quidem impotenti, quàm continenti ſimiliores. Sunt etiam qui non ſtant in eo quod ſtatuerunt, nõ propter animi impotentiam, ut in Philoctete Sophoclis Neoptolemus, qui propter uoluptatem quidẽ, ſed eam honeſtam non permanſit in ſententia. Nam uerum enunciare, honeſtum illi fuit, cum illi mentiri induxiſſet Vliſſes. Neque qui uoluptatis cauſa, niſi obſcœnè aliquid faciunt, omnes cõtinuò, uel intemperantes, uel ſceleſti, uel impotentes ſunt habẽdi. Quoniam autem eſt aliquis eiuſmodi, qui minorem quàm par ſit, corpore uoluptatem percipiat, quiq; cum ſit eiuſmodi non permanet in ſententia: fit, ut inter eum & impotentem, medium locum obtineat continens. Nã & propter uoluptatis uim quãdam maiorẽ non ſeruat rationem impotens, & hic propter minorem. At uerò continens ſic ſuum iudicium retinet, ac rationem, ut à neutra ſe patiatur deijci. Quoniamq; in bonis eſt continentia, ambas neceſſe eſt contrarias animi affectiones eſſe in malis. Quod perſpicuum eſt quidem certè, ſed quia altera in paucis, atque rarò animaduertitur, idcirco ut temperantia intemperantiæ modo repugnare uidetur, ſic cõtinentia impotẽtiæ. Et quoniam multa dicuntur per ſimilitudinem, continentia quoque temperantem ſimilitudine quadam conſecuta eſt. Vt enim continens, ſic temperans eiuſmodi eſt, qui nihil quod rationi ſit contrarium, faciat propter eas, quæ ad corpus pertinent uoluptates. Sed hoc intereſt, quòd in illo inſunt, in hoc nullæ ſunt prauæ cupiditates: & quòd hic eiuſmodi eſt, qui nulla contra præſcriptũ rationis capiatur uoluptate: capitur ille quidem, ſed non rapitur. Similes etiam ſunt inter ſe intemperãs & impotens, cum ſint & diſsimiles, quoniam uterque uoluptates corporis percipit: ſed ille ſentit percipiendas eſſe, hic non putat.

EVNDEM ET PRVDENTEM, ET impotentem ſimul eſſe non poſſe: tum qui impotentes facilius ſanari poſſint. Cap. X.

NEq; uerò unus, idemq; unà prudẽs eſſe poteſt, & impotens. Nã qui prudens ſit, eundem etiã bonum uirum eſſe oſtendimus. Præterea non ex eo ſolum prudens nominatur eſt, quòd intelligat, ſed ex eo etiã quòd uſu rerũ ualeat ad actiones & officia. Atqui non eſt idoneus ad rerum actionem impotens. Ingenioſum quidẽ hominem nihil prohibet impotentẽ eſſe. Itaq; nonnulli uidẽtur interdum prudentes, etiã impotentes, propterea q, ut ſuperioribus libris oſtendimus, inter ingenium & prudentiã ita intereſt. Ac ſunt illi quidẽ finitimi, q ad rationẽ attinet, quod uerò ad electionẽ longè diuerſi. Nec uerò impotens ita affectus eſt animo, ut qui ſcit, & contemplatur, ſed ut dormientes & furioſi. Idemq; ſponte facit omnia (ſcit enim quodã modo & quid, & cuius rei cauſa agat) ſed minimè eſt improbus. rectum enim eſt in eo animi iudicium. Quocirca improbus aliqua ex parte eſt, nõ iniuſtus, cum non fraude, & ueluti dolo adhibito, agat. Eorum enim quidã nõ ſtant in eo quod iudicarunt. At qui atra bile abundat, non deliberat omnino. Similis eſt igitur impotens ciuitati, quæ ſtatuit illa quidem quæ ſunt præclara omnia, legeſq; habet & bonas & ſalutares, ſed nulli paret. Id quod Alexandrides facetè dixit, Vult ciuitas leges, quas nõ ſeruat tamen. Improbus autem ei, quæ ſeruat illa quidẽ leges, ſed malas & pernicioſas. Sed in eo q multitudinis uires uincit, omnis & continentia & impotẽtia cernitur. Ille enim diutius, hic minus diu perſtat in ſententia, quàm uires ferant plurimorum. Faciliuſq; impotentia ſanari eorum poteſt, qui atra bili tenentur, quã eorum qui ſtatuũt, nec ſtant in eo quod ſit iudicatum. Et ij qui conſuetudine, quàm qui natura impotentiam compararunt. Eſt enim facilius conſuetudinẽ mutare, quàm naturã: quippe cum propterea ſit difficilis conſuetudo, quòd ad naturã proximè accedat. Id quod etiam Euenus poëta carminibus tradidit:

Conſuetudo ualet, longos manſura per annos:
Illaq; naturam, uires ſi ſumpſerit, æquat.

Ac cõtinẽtia quid ſit, qd impotẽtia, qd cõſtantia & mollities, quã hæ inter ſe rationẽ habeant animi affectiones, iam expoſitum explicatumq; eſt.

TRES

TRES ANTIQVORVM DE VOluptate ſententias refert, earumq; rationes. Cap. XI.

VOluptas autem quid ſit, quid dolor, quæque eorum uis & natura, philoſophi ciuilis eſt tenere & cognoſſe: quippe cum is ſit finis beatæ uitæ quaſi architectus, quem intuentes alia in bonis, alia in malis eſſe cenſeamus. Iam uerò cum uirtutes & uitia more perfecta, in uoluptate ac dolore cerni potuerimus, plerique etiam cum uoluptate uitam beatam cōiunctam eſſe affirment: hæc nobis de uoluptate & dolore etiam neceſſario ſuſcipienda diſputatio eſt. Itaq; μακάριον, id eſt, beatum ἀπὸ τοῦ χαίρειν nominatur. Sunt igitur, qui nullam uoluptatem bonum eſſe cenſent, neque propter ſe, neque propter aliud: quòd non idem ſit bonum & uoluptas. Alij nōnullas in bonis numerant, multas in malis. Tertia etiam eſt ſententia eorum qui aſſerunt, & ſi omnes in bonis ſint, tamen non poſſe ſummum bonū in uoluptate numerari. Omnino quidem non eſt bonum uoluptas, quod uoluptas omnis ſit motus quidam, qui cum ſuauitate quadā naturam mouet, & ad eam affluit & illabitur. Neq; enim ex eodē genere ſunt motus & finis, ut nulla in ædificando ſuſcepta opera, domus uocatur. Præterea & temperans uoluptates fugit, & prudens ſequitur id quod dolore uacat, non quod uoluptatem efficit. Impedit etiam uoluptas conſilium, eoq; magis, quo maior ſit, ut ueneris. qui enim in ea ſit, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poteſt. Iam uerò nulli arti quaſi materia quam tractet, & in qua uerſetur, ſubiecta eſt uoluptas, cum interim omne ſit artis opus in bonis. Præterea uoluptatem & pueri perſequuntur & belluæ. Nam non omnes eſſe in bonis, hinc perſpici poteſt, quòd earū quędam obſcœnæ ſunt, & ut probra obijciuntur, & quòd nocent. Quædā enim eorum quæ ſenſum dulcedine quadā permulcent, morbos afferunt. Non eſſe autem in uoluptate ſummum bonum, quod non finis ſit, ſed motio quædam & ortus. Atq; hæc ferè ſunt, quæ de uoluptate aſſerunt.

PROPOSITAS DE VOLVPTAte ſententias, omnes ſigillatim, & acutè refellit: & uoluptatem diſtinguit ac definit. Caput XII.

EX quibus non effici, ut uoluptas ne ſit bonum, neque ſummū bonū, primùm ex hoc intelligi poteſt, quòd cum duplex ſit bonū, alterum, quod abſolutè & per ſe bonum ſit: alterum, quod alicui bono ſit, & uſui: eodem etiam modo naturæ, & habitus conſequentur. ita & motiones ac generationes. Quæq; malæ uidentur, perfectè & per ſe malæ ſunt, alicui non ſunt, ſed expetendæ. Quædam uerò certo cuidam uoluptati nō ſunt, ſed aliquando, & perexiguo tempore: expetendæ non item. Aliæ non ſunt uoluptates, ſed uidentur omnes eæ, quæ cum dolore coniunctæ ſunt, & remedij cauſa adhibētur, quales ſunt ægrotorum. Deinde cum bonorū aliud ſit actio, aliud habitus, quæ ad conſtitutionem habitus naturalis pertinent, acceſsione ac fortui

A tu ſuaues ac iucundæ ſunt non ſimpliciter. actus enim in cupiditatibus eſt deficientis nō ſine moleſtia habitus atq; naturæ. Sunt enim quæ dolore & cupiditate uacant uoluptates, quales ſunt quæ cognitionis contemplationisq; cauſa percipiuntur, tum cum natura nihil deſiderat. Quod ex eo perſpici poteſt, quia non eiſdem rebus uoluptatem parientibus delectātur homines, tum cum natura expleta & ſatiata eſt, & cum adhuc expletur: ſed cum iam contenta eſt ijs quæ omnino ac per ſe iucunda ſunt: cū adhuc expletur, nec contenta eſt, contrarijs. Nam & acribus & amaris tum delectari ſolent, quorum nihil natura gratum eſt, neque abſolutè iucundum. Ita ne uoluptates quidem. Vt enim quæ habent delectationem inter ſe affecta ſunt, ſic eæ etiam quæ ex illis percipiuntur uoluptates. Nec uerò aliud aliquid neceſſe eſt uoluptate eſſe præſtantius, ut nonnulli aſſerunt, finem ſcilicet motu eſſe præſtantiorem. Neq; enim ſunt motiones uoluptates, nec copulatæ ſunt omnes cum motu: ſuntq; potius actus & finis. nec dum gignuntur eueniunt, ſed cum ad uſus adhibentur. Non eſt etiam finis omnibus alius propoſitus, ſed ijs modò, quæ ad perfectionem naturæ pertinent. Itaque illud non eſt præclarè dictum, Voluptatem eſſe motum quendā cum ſuauitate ad ſenſus affluentem, ſed definienda fuit potius, actus eſſe habitus naturæ congruentis; & pro illo, ad ſenſus illabens, non impeditus. Quanquam motus quidam uidetur eſſe id quòd propriè & uerè ſit in bonis: cum præſertim actum motū eſſe putent,

B cum tamen reuera ſit aliud. Nam quod aiunt, malas eſſe, propterea quòd morbus pariant nonnullæ res, quæ uoluptatē efficiant, idem ualet contra ſalubria, quorum quædam rei numariæ obſunt. Hac quidē ratione utraq; erunt noxia. Atqui ex hoc quidem non ſunt mala æſtimanda, quoniā cognitio etiam rerum nocet interdum ualetudini. Neq; uerò prudentiam aut habitum ullum impedit, quæ ex quoque habitu percipitur uoluptas, ſed abſurdæ. Etenim quę ex diſcendo & cōtemplando capiuntur uoluptates, in ijs inuitamenta quædam inſunt, quibus magis ad diſcendum cognoſcendumq; moueamur. Quod autem afferunt arti nulli uoluptatem, quaſi materiam quam tractet eſſe propoſitam, præclarè cecidit. Neque enim ullius alterius actus ars eſt, ſed potius facultatis. Quanquam uoluptatis uidentur aſſe unguentaria & culinaria. Quòd uerò aiunt, temperantem fugere uoluptates, prudentemq; ſequi uitam dolore uacantem, pueros autem & belluas uoluptatem perſequi, hæc una ratione omnia refelluntur. Sunt enim, ut diximus, nonnullæ per ſe bonæ & honeſtæ, aliæ non honeſtæ, quas pueri ac belluæ ſequuntur: prudens autem earum uacuitatem, quæ cum cupiditate & dolore coniunctæ ſunt, quę eędem ad corpus pertinent (hæ enim ſunt ex eo genere) & intemperans eas nimias, ex quibus intemperans nominatus eſt. Itaq; moderatus uir eas fugit, quoniā ſunt & temperantis quędam propriæ.

A

DE DOLORE ET VOLVPTAte, eorumq; generibus: nihilq; prohibere, quo minus aliqua uoluptas ſit ſummum bonum. Cap. XIII.

HOc uerò inter omnes cõſtat, dolorem malum eſſe atq; fugiendum. Nam alius abſolutè malum eſt, alius quia eſt impedimento. Quod autem ei contrarium eſt quod fugiendum ſit, quia fugiendum eſt atq; malum, omne id bonum. Eſt igitur bonũ uoluptas. Neq; enim ita proceſsit refutatio, ut diſſoluebat Speuſippus, ut maior res minori contraria ſit, & pari, ita uoluptatem dolori eſſe contrarium. Neq; enim dicas uoluptatem idem, quod malum quoddam eſſe. Sed nihil prohibet ſummum eſſe bonum quandam uoluptatem, etiamſi nonnullæ numerentur in malis, ut ſi pernicioſæ ſint aliquæ ſcientiæ, tamen ſit aliqua in bonis ſcientia. Quin etiamſi ab unoquoque animi habitu proficiſcantur, non impeditæ actiones, ſiue in omniũ actione ſit beatitudo, ſiue in earum aliqua non impedita: profectò eam neceſſe ſit expeti maximè. Atqui hoc ipſum eſt uoluptas. Ita erit ſummum bonum quędam uoluptas, etiamſi aliquæ in malis ponãtur omnino. Ob eamq; cauſam beatam uitam etiam iucundam ducunt omnes, & cum uoluptate coniungunt, nec iniuria. Nulla enim actio ſi impedita ſit, perſecta eſſe ullo modo poteſt. Beatitudo autem undiq; perfectum quiddam & abſolutum ponitur. Quocirca corporis bonis & externis atq; fortuna eget beatus, ut ne hæc impediri poſsint. Quia autem beatum eum dicunt, qui equuleo torqueatur, maximisq; op- B primatur calamitatibus, dum modò uir bonus ſit: uel uoluntate ſua, uel inuiti, nihil dicunt. Videtur aũt quibuſdam beata uita idem eſſe quod ſecunda fortuna, hoc ipſo quòd externis bonis ſit opus. Non ita eſt. Ea enim ſi immoderata eſt & immenſa, impedimẽto ſit beatæ uitę, nec iam fortaſsis proſperitas appellari debeat. Eſt enim eius à beata uita modus terminusq; petendus. Sed uoluptatem quidem eſſe ſummum bonum quodammodo, hinc intelligi poteſt, quòd eam omnes homines & belluæ ſequuntur. Famaque nulla eſſe poteſt, quam multa per orbem turba hominum celebrat. Sed quoniam nõ eadem eſt aut uidetur natura affectioue optima, idcirco nõ eandem omnes ſequuntur uoluptatem: ſed tamen uoluptatem omnes, non quam putant quidem, aut quam ipſi optimam eſſe aſſererent, ſed tamen eandem fortaſsis perſequuntur. Eſt enim natura diuinũ quiddam inſitum omnibus. Sed nominis hæreditatem ſibi uendicarunt & ſumpſerunt ad corpus pertinentes uoluptates, quòd ferè ad eas procliues ſint omnes, earũq; ſint participes. Quoniam igitur hæ ſolæ notæ ſunt, idcirco has ſolas eſſe putant. Illud etiam perſpicuũ eſt, niſi ſit uoluptas bonum & actio, non poſſe iucundè uiuere beatum. Quamobrem enim eam deſideret, ſi non ſit in bonis? Quinetiam euenire poterit, ut iniucundè & cum dolore uiuat. Neq; enim dolor bonum ſit aut malum, niſi etiam uoluptas ſit. Ita quamobrem eum fugiat? Neq; uerò iucundior ac ſuauior ſit uita boni uiri, niſi etiam eius ſint actiones.

DE VOLVPTATIBVS, QVAE ad corpus pertinent, & doloribus: quiq; ſit uoluptatum uſus & modus. Cap. XIIII.

DE ijs autem uoluptatibus quæ ad corpus pertinent, iam diſſerendum eſt nobis, quoniam nonnullas uoluptates uehementer expetendas dicimus, ut ſi honeſtæ ac liberales: non corporis, nec in quibus uerſatur intemperans. Quid eſt igitur, cur dolores contrarij ſint in malis? ſiquidem malo bonum eſt contrarium. An quia quod malum non eſt, id bonum eſt, ita ſunt neceſſariæ in bonis? an ad certum aliquem uſque terminum & modum ſunt in bonis? Nam quibus in affectionibus motionibusq; tranſire modum non licet, nec in uoluptate licet quibus licet, & in uoluptate. Voluptatum autem corporis eſt quædam immoderata copia & exuperantia, & malus in eo cernitur, quòd immodicè his perfruitur, non quia neceſſarijs. Omnes enim modo quodam & epulis delectantur, & uino, & uenere, ſed non ut ratio poſtulat. Contraq; ſit in dolore. Neq; enim malus nimium dolorem fugit, ſed dolorem omnino: quippe cum ei non ſit quod nimium eſt, contrarius, ſed ei qui quod immoderatum eſt ac nimium, perſequitur. Et quoniam non ſolum uerum enunciandũ eſt, ſed cauſa etiam afferenda eſt, cur quicq; falſum ſit (hoc enim ad fidem ualet. Nam cum apparet conſentaneum eſſe, quamobrem uiſum ſit uerum quod uerum non eſſet, tum id facit, ut uero magis aſſentiamur) idcirco afferenda ratio eſt, cur uolu- B ptates corporis magis expetendæ eſſe uideantur. Ac primũ quidem certè, quòd depellunt dolorem. Itaq; cum maioribus quibuſdam doloribus excruciantur, tum quaſi medicinam quandam, ſingularem corporis uoluptatẽ perſequuntur. Quoniam autem uehementes curationes adhibentur, idcirco eas perſequuntur, propterea quòd ex aduerſo contrariam ſpeciem ſui exhibeat. Non igitur bonum uidetur uoluptas, ut dixi, his duabus de cauſis, quòd aliæ ſunt actiones deprauatæ naturæ: aut ſimul ut orta eſt, qualis eſt ferarum: aut conſuetudine, ut flagitioſorum hominũ. Aliæ ſunt medicinæ & curationes eius quod deſideratur, quas melius eſt adeſſe q̃ gigni. Quædam quoniam cum perficiuntur, percipiuntur ex accidente, ſunt bonæ & honeſtæ. Iam expetũtur ab ijs qui alijs affici nõ poſſunt, hoc ipſo quòd firmæ ſunt & uehemẽtes. Itaq; ſitim quandam ſibijpſi obſonant & comparant, quæ ſi non noceant, caret reprehenſione: ſin noceant, eſt in uitio. Neque enim præſto ſunt aliæ quibus perfruantur. At neutro genere perfrui pleriſq; moleſtum eſt, idq; ob ſuam cuiq; naturã. Sunt enim in perpetuo labore animantia, ut etiam naturalis ratio declarat, quæ cernere, & audire moleſtum eſſe docet, ſed aſsiduitate quotidiana, ut aiunt, & cõſuetudine ſenſuum aſſueuimus. Similiterque in adoleſcentia homines ita affecti ſunt propter accretionem, ut uinoléti: & iucunda eſt adoleſcentia. At uerò qui atra bili ſunt natura, ij ſemper requirunt deſiderantq; medicinã, quòd eorũ corpus continenter pungatur, propter temperationem, & uehementes ſemper habent ap-

petitio-

petitiones. Atqui aufert dolorem,quçuis etiam, A dum uehemés ſit,& dolori aduerſaria uoluptas, ob eamq; cauſam homines intemperantes fiunt & flagitioſi. Quæ autem uacant dolore uolupta tes, earum nullæ ſunt exuperantiæ, quo ex gene re ſont quæ ex ijs gignuntur,quç habent ſuapte natura,non fortuito & caſu,oblectationem. Di co aotem fortuitam habere oblectationē ea,quç medicinam faciunt. Nam quod accidit, ut co-rent,cooperante eo quod in nobis adhuc ſanum eſt nutriendi ptincipio, idcirco efficere uidentur uoloptatem. At uerò ſuapte natura uoluptate af ficiuot,quæ eioſmodi naturæ actionē perficiont & abſoluunt. Res autē nulla nos ſemper eadem dalectat, quòd noo eſt natura noſtra ſimplex, ha betq; in ſe quiddam admixtum,diſpar ſui ac diſ-ſimile, quo eā interire neceſſe ſit. Ita ſi quid pars altera faciat, id continnò à natura alterius ſit alie num. Sin quando ad æqualitatem pars utraque reuocetor, nec iocundum uidetur quod agitur, neq; moleſtum. Nam ſi natura ſimplex ſit alicu-ios,eadem ſemper ex actione ſummā capiat oo-loptatem.Itaq; ſemper ona Dens,eaque ſimplicī uoloptate perfruitur. Neq; enim motionis tan-tummodo eſt actus,ſed etiam ſtabilitatis: & ma gis eſt in ſtabilitate uoluptas,quàm in motu. Fit eutem neſcio quo uitio hominum, ut ſententie Poetæ, terum omniū nihil iucundius mutatio-ne, nihil ſuauius eſſe uideatur. Vt enim homo malus facilè huc atque illuc impellitur,ſic etiam natura ea quæ eget mutatione: quoniā nec ſim-plex eſt,nec recta. Dictum eſt de continentia,de impotentia, de uoloptate & dolore, quid etiam B ſit onumquodq; eorū, quoq; modo eorū aliqua in bonis ſint,alia in malis. Supereſt ut de amici-tia dicamus.

IN LIBRVM OCTAVVM ETHI corum Ariſtotelis, Analyſis.

In cap.1. An de amicitia & quomodo di cendum.

S Ex rationibus cōfirmat, de amicitia dicendum eſſe in philoſophia morali. Deinde promittit ſe dicturū de amicitia, quatenus ſpectat ad hominū mores, omiſſis,quæ de amicitiæ cauſa, ſiue ſimilitudine ſiue diſſimilitudine Phyſicus conſiderare debet.

In cap.2. Obiectū ſeu ſi-nis amicitiæ. Amicitia dif-fert ab amore.

Diſtinguit obiectum ami-citiæ,uidelicet,quod cuiq; uidetur bonum, hoc eſt uel bo-neſtum uel utile uel iucundum. Ceterùm ſi quem amamus, à quo non redamamur, aut nos redamari neſcimus, non propriè amicitia,ſed beneuolentia uocabitur. Amicitia e-nim conſiſtit in mutuo amore,eoq; aperto.

In cap.3. Amicitiæ ſpe-cies.

Num tripli cia ſint amicitiæ obiecta, etiam amicitia triplex inueni-tur: una propter boneſtatem, altera utilitatem, tertia uo-luptatem. Poſteriores duæ non propriè uocantur amici-tiæ,ſed per accidens. Nam qui aliquem amat non ob aliam cauſam,niſi quia commodum uel uoluptatem percipit ab eo,quem amat,deſinit amare, quàmprimū utilitas aut uo-luptas ceſſat. Vtilitatis cauſa amant ſenes,& omnes auari: uoluptatis cauſa pleriq; iuuenes,& quidem inconſtanter. Cum enim boc,mox aliud eos oblectet,ſimul amicitias mu

Amicitia uera.

tant. Ceterùm amicitia, quæ propter uirtutē colitur,ſola eſt uera,perfecta,durabilis. Nibilominus tamē probus bo-mo alteri probo ſuo amico utilis eſt atq; iucundus. Talis

A amicitia rarò inter homines reperitur, quia prius quàm fidas alicui, modium ſalis cum eo abſumere, prouerbium monet.

In cap.4. Amicitiæ non uera.

Amicitiæ per accidens citò diſſoluuntur, quan do non paria tribuuntur. Hæ ſolent exerceri à malis erga malos,& bonis erga malos: at amicitiæ propter uirtutem, à bonis tantum erga bonos,eaq; non habet querelas aut ca lumnias,ſicut reliquæ duæ ſpecies,quæ mentiuntur amici-tiam. Quia tamen uulgus abutitur uocabulis,& nos faci-mus tres amicitiæ ſpecies, quamuis unam ſolummodo ue-ram indicemus.

In cap.5. Alia diuiſio a-micitiæ.

Sicut in artibus & uirtutibus contin-git,ita quoq; amici biſariam dici poſſunt,babitu & actu. Nam qui ſimul uiuunt,& officia conferunt, uterq; alteri, propriè & actu ſunt amici. At locorum ſpacio diſiuncti, & ſe inuicem non appellantes, animo interim coniuncti, dicuntur amici babitu, quaſi dormientes. Tales quia non unà uiuunt, beneuoli magis quàm amici uocantur. Simul autem commodè uiuunt, qui iiſdem rebus gaudent, ut ſo-dales.

Amicitiæ diffe rentia. Vide in fra lib.9.ca.5.

Differt autē φιλία,id eſt, amicitia ab amore,quem Græci φιλησιν uocant. hæc enim ſignificat affectum,qua lem habemus etiam erga inanimata. Amicitia ſignificat babitum electiuum, quando bene uolumus alicui propter ipſum,non affectu, ſed iudicio.

In cap.6. Amicitia ad perſonas ap-plicatur.

Senes & moroſi homi-nes eo nomine minus exiſtimantur idonei ad amicitiam gerendam,quòd minus amant conuerſationē amicitiæ pro priam. Potius autem beneuoli debent appellari,quia nibil ominus beneficia conferunt, & ab alijs hæc poſtulant,ur gente neceſſitate.

Amicorū mul-titudo.

Secundò admonet Ariſtoteles, multis u-B num uirtutis cauſa amicum eſſe, non uideri ob tres ratio-nes,quas recenſet, ſed utilitatis & uoluptatis cauſa,unum multis amicum fieri poſſe.

Amicitiarū col latio.

Tertiò,amicitiam uoluptatis cauſa,qualis intercedit adoleſcentibus, magis liberalem ui deri, quàm alteram utilitatis cauſa. Quartò, principes quoſdam ita affici, ut nō iiſdem, ſed diuerſis hominibus ad utilitatem & uoluptatem utantur. Porrò principum ami citia cū alijs bonis uiris baud permanet firma,niſi compen ſatio fiat,ut quando princeps bonoratur, ipſe uiciſſim ma gnifaciat aliorum doctrinam & uirtutem.

In cap.7. Amicitiarum diuiſiones.

Hactenus de amicitijs inter æquales perſonas,ſequitur de alijs amicitijs inter inæquales perſonas,ut patrē & filiū,ſenem & iuue-nem,maritū & uxorem, magiſtratū & ſubditū. Vbi non eadē officia ab utriſq;,ſed diuerſa pro cuiuſq; perſonæ di-gnitate requirūtur. Porrò nō ut diſtributiua iuſtitia præ-ſtat cōmutationibus,ita etiam in amicitia ſe res babet. Sed amicitia inter perſonas æquales ſimilis cōmutatiuæ,magis propriè dicitur amicitia,quàm altera inter perſonas inæ-quales. Nam quando ſupra modū inæquales ſunt,diſſolui-tur amicitiæ uinculū. Exempli gratia,uilis bomo non iudi cat ſe dignū amicitia regis.

In cap.8. Amici nō ueri.

Quoniā etiā inæquales per ſonæ poſſunt eſſe amicæ,ſi ament,& amētur: mouet Ariſto teles, quoſdā propter ambitionē magis uideri uelle, quod amentur,quàm quod ament,præſertim cū amari & bono rari cognationē inter ſe babeant.

Amicitiæ pro-prium.

Secundò quāuis amicitia ſit,amare & amari,potius tamen amare ſignificat. Etenim matres amāt liberos,minus ſolicitæ,quantū amētur. Vnde uirtus & proprium opus amicitiæ eſt amare.

Amicitiæ diu-turnitas.

Tertiò in-dicat Ariſtoteles,quæ amicitiæ diu,quæ minus diu durēt.

Tandem

A *Tandem mentionem facit alterius amicitiæ, quæ fit ex contrarijs. Exempli gratia, quando indoctus amat doctum, ut ab hoc erudiatur, aliqua re compenſans inſtitutionem.*

Amicitiæ ſpecies alia.

In cap. 9. Amicitia confertur iuſtitiæ.

Sicut iuſtitia, ita amicitia conſiſtit in communicatione rerum. Vnde prouerbium ortum, Amicorum omnia communia. Deniq; iuſtum & iniuſtum augentur amicitiæ reſpectu. Iniuſtius enim iudicatur, parentem aut ſodalem, quàm alienum percutere. Deinde communicationes omnes ſub politica ſocietate comprehenduntur. Nam illæ priuatum commodum, hæc publicum curat, & reliqua ad uniuerſam uitam.

In cap. 10. Amicitiæ conferuntur Reip. formis.

Quædam amicitiæ proportionem habent cum reipublicæ formis, quarũ tres numerãtur. Prima regnum, cui opponitur tyrannis. Secunda ariſtocratia, cui opponitur oligarchia. Tertia τιμοκρατία, cuius exceſſus eſt democratia. Societas enim patris erga filium apparet ſimilis regno, domini erga ſeruos: tyrãnidi, mariti erga uxorem: ariſtocratiæ, quæ interdũ degenerat in oligarchiam, quando nulla poteſtas uxori conceditur. Societati fratrum cognatio eſt cum timocratia. Democratiæ autem ſimilis eſt familia, quæ domino caret, ubi quilibet parem ſibi uendicat poteſtatem.

In cap. 11.

Collationem amicitiæ cum iuſticia & uarijs reipublicæ formis exponit fuſius.

In cap. 12. Amicitia differt à conſanguinitate.

De conſanguinitate loquitur, ab alijs amicitijs ſegreganda: & rationes addit, quare parentes magis ament liberos, quàm ab his amentur, uidelicet ob maiorem certitudinem, ob maiorem coniunctionem, quòd hi ſunt ab illis, & non contrà, & ob amorem magis diuturnum. Deinde copioſe declarat reliquas amicitiæ ſpecies.

Amicitiæ ſpecies, coniugiũ.

B *Coniugium dicit non eſſe tantum propter liberorum procreationem, ſed & alia quæ pertinent ad hanc uitam. Vnde coniuges inter ſe diuidunt operas, & facultates habent communes. Quicquid uerò iuſtitiæ, idem & amicitiæ conuenit.*

In cap. 13. Amicitia propter utile diuiditur.

Diligenter exponit, quales in qualibus amicitijs querelæ & accuſationes incidere ſoleant, maximè autem incidunt in amicitia propter utile. Porrò ſicut iuſtitia duplex eſt, una non ex legibus, ſed naturaliter nota, altera legibus comprehenſa: ita amicitia propter utile, duas habet ſpecies, quarum unam naturalem, alteram legitimam notamus. Et legitimam rurſum bipertiri licet in forenſem, & magis liberalem. Moralem dicimus, quando ſine pacto benignè facimus, interim tamẽ gratitudinẽ requirentes: forenſem, quando iuxta prouerbium, ſimul & damus, & accipimus: magis liberalem forenſi, cum ex pacto differre licet compenſationẽ in aliud tempus. In his omnibus querelæ fiunt & diſſolutiones amicitiarum, quando poſſemus quidem, ſed non facimus debitam compenſationẽ. Quantum uerò compenſandum, metiri debemus non tam è largientis conditione, quàm accipientis utilitate.

In cap. 14. Amicitiarum querelæ & diſſolutiones.

Amicitiæ quoq; inter perſonas inæquales admittunt querelas, & diſſoluuntur, niſi præſtantioribus perſonis honor, inferioribus autẽ cõmodum diſtribuatur, idq; pro uirili. Nam quia Deo & parẽtibus nunquam pro dignitate reſpondere poſſumus, qui pro uiribus ſuis reſpondet, iuſtus & æquus exiſtimatur.

ARISTOTELIS ETHICORVM, LIB. VIII.

DE AMICITIA, EIVSQVE NEceſsitate, utilitate, & dignitate. Caput I.

SEQVITVR ut deinceps de amicitia dicendũ eſſe uideatur: quandoquidem aut uirtus quædã eſt, aut cum uirtute copulata. Eadem etiam ad uſum uitæ eſt neceſſaria maximè. Nam quis eſt, qui uelit, ut ne diligat quenquam, nec ipſe ab ullo diligatur, circunfluere omnibus copijs, atque in omni rerum abundantia uiuere? Etenim ut quiſq; maximè opibus, principatu & poteſtate excellit, ita is amicis maximè indiget. Quis enim eſſet tantus fructus in proſperis rebus ſublata benignitate, quæ & in amicos extat maximè, & ampliſsimis laudibus afficitur? Aut quo tandem modo, ſine amicis cuſtodiri conſeruariq; poſſent? quarum poſſeſsio quo eſt maior, eo plus requirit ad ſe tuendam. In paupertate etiam, cæteriſq; aſperis rebus omnibus, amicorum bonitatem perfugium ſolum putant cõmune eſſe omnium. Iam & adoleſcentes in officio continent amici, & ſenibus ad obſequiũ præſto ſunt, easq; uitæ actiones fungẽdas, quibus propter imbecillitatẽ deeſſe coguntur: & conſtanti ætati comites ſe ad præclara honeſtaq; facinora præbent. Etenim ſi B duo unà iter faciant, & maiora animo ac mente agitare, & plura conficere poſſunt. Ac mihi quidam certè uidetur natura eſſe inter natos & parentes: quod non ſolum in hominibus animaduerti poteſt, ſed in auibus etiam animantibusq; plurimis, ijsq; omnibus, qui quodam gentilitatis iure ſunt ac ſocietate cõiuncti. Sed hoc in homine eſt multò euidẽtius, unde ita laudibus eos afficimus, qui alijs conſulunt ut φιλανθρώπους appellemus. Cernere etiã licet in peregrinationibus, quàm ſit omnis homo homini coniunctus & amicus. Videturq; amicitia Rempub. continere, & maiore, quàm iuſtitia, in ſtudio fuiſſe legum latoribus. Nam cum amicitiæ ſit concordia ſimilis, & hanc maximè ſequuntur illi, & ſeditionem quæ ei inimica ſit, omni ratione exterminant. Quòd ſi amicitia inter omnes eſſet, nihil eſſet quod iuſtitiam deſiderarent. At ſi iuſti eſſent, tamen amicitiæ præſidium requirerent. Et quod ius præſtantiſsimum eſt, id amicitia & charitate contineri uidetur. Nec uerò res eſt ſolum neceſſaria, ſed honeſta etiam atq; pręclara. Nam & eos laudamus, qui amicos diligunt, & à multis diligi præclarum ducimus, & nonnulli etiam uiros bonos eoſdẽ amicos putant. Sed de ea inter philoſophos multa diſſenſio eſt. Alij enim eam ſimilitudinem quandam ponunt, & amicos ſimiles. Ex quo prouerbia facta ſint, Pares cum paribus facillimè congregantur: &, Graculus cum graculo, & cætera generis eiuſdem. Alij contra figulos aiunt ita eſſe inter ſe animatos, eorumque cauſas longius & à natura ſtudioſius petunt. Euripides quidem, Terram ait cum ſicca eſt, deſiderare imbrem:

brem: cœlum autem cum magna aquæ copia abundat, terram expetere. Et Heraclitus, Contrarium utlle: &, Ex rebus diſparibus & diſsimilibus pulcherrimum concentum effici: &, Diſcordia effici omnia. Ab his cùm multi alij, tum Empedocles diſſentit. Nam pares cum paribus facillimè congregari. Quæſtiones igitur naturales, quoniam non ſunt huius diſputationis, omittamus, & eas quæ naturam attingunt humanam, quæq; ad mores perturbationesq; animi pertinent, tractemus: ueluti, Vtrū in omnibus ſit amicitia, an inter malos eſſe non poſsit: &, Num ſit unum modò genus amicitię, an plura. Qui enim unum eſſe putant, quod acceſsionē & deceſsionem admittat, nō ſatis magno illi quidem argumento nituntur. Habent enim acceſsionem & deceſsionē multa quæ genere inter ſe differunt, de quibus ſuprà diximus.

DE AMABILI, EIVSQVE CAVſis, bono, iucundo, utili: tum quid beneuolentia differat ab amicitia. Cap. II.

HAec autem facilè intelligentur, ſi quid ſit amabile cognouerimus: quippe cum non uideantur diligenda omnia, ſed ea duntaxat, in quibus ineſt cauſa diligendi: in quibus ſunt, bona, iucunda, & utilia. Vtilia autē ſunt, ex quibus bonum aliquod percipitur, uel conſequitur uoluptas. Ita in eo quod amabile eſt uel bonum, ut finem, ſequimur, uel uoluptatem. Sed utrum id quiſque diligat, quod abſolutè bonum eſt, an qood ſibi bono eſt, quæſtio eſt: quoniam hęc interdum inter ſe diſcrepant. Itemq; de iucundis rebus quæri poteſt. Videtur autē id unuſquiſq; amare, quod ſibi bono eſt. Quod uerò perfectè abſoluteq; bonum eſt, per ſe omne amabile: unicuiq;, quod ſibi quiſq; bonum iudicat. Quod autem cuiq; bono ſit, nō id quiſq; diligit, ſed quod eſſe uideatur. Nihil intereſt, quoniam erit amabile quod uideatur. Quoniam autem ab his tribus omnes cauſæ diligendi proficiſcuntur, cum ijs quidem quæ inanimata ſunt, nemini eſſe amicitia dicitur. Non eſt enim mutuus amor in eis, nec ea uolunt bonis affici. Rideatur enim, ſi quis uinum bonis affici uelit, ſed integrum, ac ſaluum omnes uolunt, ad uſus ſuos. Atqui omnes aiunt oportere amicum uelle bonis affici, eius cauſa, nulla utilitate quæſita. Qui autem ita aliis benignè agunt, eos beneuolos appellant, ſi idem ab illis uiciſsim non fiat. Beneuolētiam enim aiunt in ijs, qui uiciſsim idem faciunt & accipiunt, amicitiam eſſe. Sed nunquid eò addendum eſt, ſi non ſit occulta? Multi enim propter bonitatis utilitatisq; opinionem, etiam eos quos nunquam uiderunt, quodammodo diligunt, fieriq; poteſt, ut eorum aliquis ſic uiciſsim in hunc ſit animatus. Quocirca hi beneuolentia inter ſe illi quidē coniuncti uidentur eſſe. Sed amicos quis eos dixerit, cum quemadmodum inter ſe animati ſint, ignorent? Amici ergo & beneuolentia inter ſe apertè colligati debent eſſe, & ſe uelle ultrò citroque bonis affici: cum ſe non ignorent, propter unum aliquid eorum quæ dicta ſunt.

A

AMICITIAE TOTIDEM ESSE genera, quot amabilium: ſed eam eſſe optimā ac perfectam, qua uiri boni, uirtutis cauſa copulantur. Cap. III.

SEd quoniam hæc inter ſe genere differunt, amores etiam & amicitiæ differunt. Sunt enim tria amicitiæ genera, quæ rebus amabilibus æquabiliter, pariterq; reſpondēt. Eſt enim ſuus cuiuſq; generis mutuus amor haud obſcurus. Et qui inter ſe diligunt, alteri alteros ſe bonis affici uolunt, quia diligunt. Ac ij quidem qui utilitatis cauſa colunt amicitias, non propter ſe cauſaq; ſua inter ſe amāt, ſed quia utilitas aliqua utrinq; pariatur. Eadem eſt ratio eorum qui amicitias colunt propter uoluptatem. Non enim facetos propterea diligūt, quia probi ſint, ſed quia delectent. Quapropter & ij qui utilitatis cauſa amicitias ſequuntur, ſuis cōmodis: & ij qui delectationis cauſa, amorem ſua ipſorum uoluptatē metiuntur. Nec quia ij ſunt, illi quos amant, qui digni ſunt quos amemus: ſed quia fructuoſi & iucundi. Sunt ergo hæ fortuitæ & fucatę amicitiæ, quoniam non idcirco qui diligitur, colitur, quia is ipſe ſit: ſed quia uel utilitatis prębitor ſit, uel miniſter uoluptatis. Quocirca celeriter hæ quidem tales amicitiæ dirimuntur, quippe cum pares ac ſimiles illi qui hæc ſequuntur, minus permaneant. Etenim ſi iam non ſint uoluptati, nec utilitati, ab amore deſiſtunt. Et quoniam utilitas non permanet, aliasq; alia paritur, eo quòd amicitiam conſtituerat ſublato, amicitia etiā diſſoluitur, quòd ijs amicitia cum illis rebus inter-
B cederet. Cuius generis amicitia maximè ſenes attingit. (Non enim id ætatis homines uoluptatem in amicitijs, ſed utilitatem ſequuntur) atq; homines corroboratis iam confirmatisq; ætatibus, & adoleſcentes ij omnes, qui emolumentū & fructum ſequuntur. Cumq; non admodū eiuſmodi homines communione uitę conſocientur (interdum enim ne affabiles quidē iucundosq; ſe eſſe uolunt) fit, ut ne hanc quidē uitæ conſuetudinē deſiderent, niſi ex ipſis fructus utilitasq; capiatur. Manent enim iucundi tandiu, quandiu ſperant ſe aliquem fructum eſſe facturos. Quo in genere hoſpitalitatē ponunt. At uerò adoleſcentum amicitia uoluptatis cauſa omnis conſtituta uidetur eſſe. Eorum enim cùm omnis in libidine & perturbatione uita cōſumitur: tum ex quo capiant uoluptatem, eamq; in præſens, id omne uel ſtudioſiſsimè perſequuntur. Et quia mutata ætate alia ſequuntur quæ delectent, idcirco repentè & amici fiunt, & ab amore deſiſtunt. Nam eorum amor ſæpè unà cū uoluptate deponitur, cuius cita eſt & repentina mutatio. Atq; etiam adoleſcentes ad fœdum amorem propenſi ſunt. magna enim pars fœdi amoris in perturbatione & uoluptate ponitur. Itaq; & citò diligunt, & ab amore deſiſtunt ſæpè eodem die mutata ſententia. Hi unà uerſati totos dies cupiunt, & uitæ ſocietate coniungi, quòd iſto modo eis adſint omnia quæ ab amicitia expectant. At uerò perfecta illa amicitia eſt, qua uiri boni pari uirtute prędi-ti inter ſe coniuncti ſunt & copulati. Hi enim ultrò citroq; bonis ſe affici uolunt, quia ſint boni: boni autem ſunt per ſe. Qui autem amicos affici

bonis

ſidia enim & adiumenta inopes deſiderant: ſocietatem uitæ etiam beati, quandoquidem eos ſolos eſſe minimè conuenit. At cõiunctio uitę eſſe inter eos non poteſt, qui nec iucundi ſint, neque ijſdem rebus moueantur: quod ſodalitas uidetur maximè continere. Ergo amicitia uidetur ea maximè, quemadmodum ſæpè dixi, quæ inter bonos eſt. Amandum eſt enim, & ſequendum quod abſolutè ac propter ſe bonũ eſt, uel iucundum. Id autem cuiq; bono eſt, quod ſibi quiſque utile arbitratur. At probus probo amicus eſt utriuſq; cauſa. Sed amor perturbationi ſimilis eſt, habitui amicitia: quoniam amor non minus ijs quæ inanimata ſunt tribuitur: & redamant homines animi iudicio, quod ab habitu proficiſcitur. Boniq; affici uolunt, quos diligunt illorum cauſa, non repentino aliquo, quaſi motu incitati, ſed animi iudicio, atq; ratione. Et quibus amici chari ſunt, ij ſua ipſorum bona diligunt. Cum enim uir bonus, amicus paratus eſt, tum in bonis eius, cui eſt amicus ducitur. Quocirca uterq; ſua bona diligit, uiciſsimq; reddit parem animi uoluntatem & iucunditatem, quandoquidem amicitia quædam æqualitas dicitur. Hæc igitur in amicitia ea quæ in bonis eſt, inſunt maximè.

SEVEROS ET SENES PRAEſertim moroſos, ad amicitiam ineptos eſſe: tum perfectam amicitiam cum multis eſſe non poſſe. Cap. VI.

INter ſeueros autem & ſenes, eo rarius amicitia eſt, quo moroſiores ſunt & difficiliores, minusq; delectantur uitæ cõſuetudine. Nam & amicitiæ propria ſunt hæc omnia, & eam contrahunt. Itaq; amicitiam citò adoleſcentes instituunt, ſenes non item. Neq; enim eos charos habere poſſunt, quorum conſuetudine minus delectantur. Itemq; ne ſeueri quidem & triſtes. Et quanquam hi tales homines beneuolentia inter ſe coniunguntur, cum ſuos bonis uelint affici, & adiumenta præſidiaque ſuis rebus duris petant: tamen amicitia inter eos locum nõ habet, quòd cum alijs uerſari nequeant, neq; ſe ultrò & citrò ulla re oblectare, quæ ad amicitiam omnia maximè uidentur pertinere. Sed perfecta cum multis amicitia inſtitui non poteſt: ſicut fieri nõ poteſt, ut inſano amore unà multi colantur. Eſt enim hoc, ut exceſſus quidã. Quod uerò eſt tale, cum non natura uidetur intercedere. Eidem autem ſimul uehemẽter probari ac placere multos, non facilè eſt. Sed nec bonum eſſe fortaſſe eſt facilè. Experiendum etiam eſt, & conſuetudo adiungenda, quod eſt omnium difficillimum. Nam utilitatis cauſa & delectationis multis idem placere poteſt, quòd & huius generis ſint multi, & breui tempore poſsint, quæ huc pertinent omnia ſuppetere. Horum autem generum magis illa nomen uidetur obtinere amicitiæ, quæ delectatione & iucunditate uitæ dirigitur: cũ in hoc genere eadem efficiant utriq;, & ſe alter alterum oblectent, & ijſdem rebus moueantur. quales ſunt adoleſcentum amicitiæ, in quibus magis uiget liberalitas. At uerò quæ emolumentis, utilitatibus & fructibus colitur amicitia, illorum eſt hominum propria, qui in foro uerſantur. Et bea- A ti quidem utilitates & emolumenta non deſiderant, iucunditatem delectationemq; deſiderant. Viuere enim cũ aliquibus cupiunt, & moleſtias ferunt illi ad tempus: perpetuò uerò ne ipſa quidem bona, ſi moleſtiam afferant, quiſquam perferre poſsit. Itaq; amicos ſuaues quærunt, quos quidem par eſt probos eſſe, & ſibi, & amicis. Sic enim eis ea ſuppetent omnia, quæ amicis adeſſe debent. Qui uerò ſunt aliquo imperio præditi, ij amicis diſtinctis ac diſparibus utuntur. Ex alijs enim utilitates percipiunt, alios habent miniſtros uoluptatum: quæ duo non ferè in eodem reperiuntur. Neq; enim aut eos eligunt, qui uirtute quaſi ſale, ſermonis iucunditatem cõdiant, aut eos qui ſint ad res honeſtas utiles: ſed cùm facetos qui delectãdi ſtudio teneantur, tum eos qui poſsint imperata exequi. Atqui non ſolent admodum hæc in eodem ineſſe. Dictum eſt, uirum bonum eundem utilem & iucundum eſſe. qualis amicus non eſt ſuperiori, niſi etiam uirtute ſuperetur. Sin minus, non fit par qui inferior eſt proportione. Illius uerò generis non admodum multi ſolent exiſtere. Ergo in æqualitate ac parilitate hæ, de quibus dixi, amicitiæ cernuntur, quoniam eadem ab utriſque extant in alterum, & ſibi ea uiciſsim optant, aut aliud cum alio, ut dixi, ut uoluptatem utilitate commutant. Hoc etiam dixi, eas non eſſe æquè amicitias, nec diu permanere. Atque etiam uidentur ex ſimilitudine & diſsimilitudine eiuſdem, & eſſe amicitiæ, & non eſſe. Nam amicitię uidentur, ſi cum ea conferantur, quę uirtute dirigitur. Cum enim B iucunditas in una, in altera inſit utilitas, hæc inſunt in illa omnia. Quia uerò hæc criminationibus caret, ſtabiliſq; ac firma eſt, illæ autem decidunt celeriter, alijsque multis differunt, non uidentur rurſus amicitiæ, propter diſsimilitudinem, quæ ijs eſt cum illa.

DE AMICITIA INTER EXcellentes & inferiores, eiuſq; generibus & modo. Cap. VII.

ATque etiã aliud genus eſt amicitiæ, quod in excellentia & præſtantia cernitur: qualis eſt patri cum liberis, & ſeni cum adoleſcente, uiro cum uxore, & principi cum eis quibus præſit. Sed hæ inter ſe differunt. Non enim eadem eſt parentibus cum liberis, & ijs qui pręſunt alijs, cum ijs qui eorum in imperio erunt: nec patri quidẽ eadem eſt cum filio, & filio cum patre: nec eadem uiro cum uxore, uxorique cum uiro. Nam cum alia uirtus, aliudq; officium horum unicuiq; ſit attributũ, diuerſæ autem & uariæ ſunt cauſæ diligendi: fit, ut alia atq; alia intercedat amicitia & charitas. Nec eadem quidem utriq; ab altero officia tribuũtur, nec id quidem æquum ſit, uel poſtulandum. Cum uerò ea tribuunt liberi parentibus, quæ debent procreatoribus, parentes uiciſsim liberis, quæ ex ſe natis, debent: tum ibi ſtabilia quædam & honeſta amicitia exoriatur neceſſe eſt. Qua etiam ratione in in cæteris amicitijs, quæ in excellẽtia ſunt, amor debet exiſtere: ut maior ei charitas debeatur, qui præſtantior eſt, quàm ipſe alteri debeat: & ei ex quo maiores utilitates fructusq; capiãtur, item-

que cæteris omnibus. Cũ anim amor pro dignitate exoritur, tum exiſtit quodammodo æqualitas, in qua amicitia conſiſtit. Sed non eodem modo in iuſtiris & amicitia par ratio æqualitasque cernitur. Eſt enim in iuſtitiæ æqualitate primo loco eius, quod pro dignirate cuiq; tribuitur, habenda ratio: ſecundò eius, quantũ quiſq; auferre debear. At in amicitia contra, primum locum, quantitatis: ſecundum, dignitaris æqualitas tenet. Quod ex eo perſpici poteſt, quia ſi magna ſit inter amicos uirtutis, uel uitij, uel facultatũ, ual aliarum rerum diſtanria, non iam in amiciria permanent, nec dignos quidem ſe iudicant. Quod in Dijs eſt multo etiam euidentius, ex eo quòd omnibus bonis longè ac multũ ſuperẽt. Id quod etiam in regibus cernere licet, quorum amicitia multo his inferiores homines ſe indignos putant. Et nequã homines ſe indignos cenſent, qui optimis uiris atq; ſapientiſsimis ſint amici. Ergo incertum eſt quatenus hi permaneant in amicitia: cum ſi multa eximantur, etiam maneant: ſin magna ſit diſtantia, ut Dei, non iam manet amicitia. Ex quo exiſtit quæſtio, num aliquando uelint amicos bonis quàm maximis affici, ue Deos eſſe. Neq; enim iam amici futuri ſunt: non igitur erunt in bonis, nam in bonis amicorũ amici nomerantur. Quòd ſi præclarè illud dictũ eſt, ſuum quanq; amicũ bonis affici uelle illius cauſa, profectò permaneat ille in amicitia oporteat, qoaliſcunque hic ſit futurus. Ipſi ſanè ut homini maxima bona ille quidem optabit, ſed non omnia fortaſsis. Se enim quiſq; maximè diligit.

SITNE MAGIS AMICITIA IN *eo ut ameris, an ut ames: ac de ea quæ inter diſpares eſt: tum quæ ex tribus generibus ſit diuturnior.* *Cap.* VIII.

SEd pleriq; uidentur diligi malle quàm diligere, propter ambitionem. Itaq; multi amici aſſentatorum reperiuntur. Eſt enim amicus nimius aſſentator omnis, aut certè ſe eum uult uideri, qui diligere, quàm diligi malit. Hoc autem ipſum diligi haud procul abeſt ab eo quod eſt honore affici, cuius cupiditate multi inflammantur. Neque uerò honorem propter ſe expetunt, ſed per aliud. Pleriq; enim ex eo uoluptatem percipiũt, ſi à uiris qui imperio prǫditi ſunt, honore afficiantur, quòd ſperát, ſi qua re egeant, fore ut ab ijs conſequantur. Interim uerò quaſi ſigno & argumento accipiendi beneficij honore lætantur. Alij cum à probis & notis honorem ſibi tribui cupiant, illorum de ſe cõſtimara uolunt opinionem. Gaudent igitur ſe probos eſſe, illorum quidem iudicio, quod approbant. Sed per ſe gaudent ſe charos eſſe: quod ideo melius eſt, quàm honore affici. Et per ſe expetanda amicitia eſt, quæ magis in eo eſt, ut colas, quàm ut colare. Quod ipſum matres declarant: quæ ex eo quòd diligant, magnam capiunt uoluptatem. Quædam enim dant nutriendos liberos, eosq; ultrò ac ſpõte diligunt, nec ab ijs uiciſsitudinem amoris poſtulant, ſi fieri utrunq; non poſsit, ſatisq; ſibi fieri putant, ſi prǫclarè cum illis agi perſpiciant. Quinetiam eos diligunt, quamuis eia non poſsint propter ignorationem tribuere quǫ

A debent. Cumq; in eo magis cernatur amicitia, ut diligamus, ijque homines laudentur, quibus chari ſunt amici, fit ut amicorum uirtus ſit in amando. Itaq; omnes qui hoc faciunt pro dignitate, amici ſtabiles, conſtantesq; ſunt habendi. eorũq; firma & ſtabilis amiciria eſt. Iſto etiã modo qui diſpares ſunt, quoniam exæquari poſſunt, facilè ſunt amici futuri: ǫqoalitas autem & ſimilitudo quædam amicitia eſt, ac ſimilitudo eorum maximè, qui uirtute ac moribus congruunt. Hi enim cum per ſe ſtabiles ſint & conſtantes, eiuſmodi atiam alij alijs ſe præbent: nac aut flagiria deſiderant, aut miniſtri eorum ſunt, quinetiam ea potius arcent & reprimunt. Probos enim nec ipſos peccare decet, nec amicos ſinere ut adminiſtri ſint libidinis. At uerò in malorum amicitia nihil firmũ, nihil ſtabile eſt: quippe qui ſui ſimiles non permaneant. Ad tempus amicitias colunt, cum interim ſua inter ſe alter alterõ improbitate flagitijsq; oblectant. Illi autem qui utilitaribus amicitias dirigunt, quique ſuauitate, diutius colunt amicitias. Nam amici ſunt tamdiu, quâdiu alter alteri utilitates oblectationesque ſuppeditant. Ex contrarijs uerò ae maximè conſtare uidentur amicitiæ, quæ utilitatis cauſa comparantur: ut egens locupleti, docto inſcius. Qua enim quiſq; re eget, eam cùm ſibi dari uelit, aliam dat uiciſsim. Quod ad genus trahere ac transferre licet amatorem, & eum qui amatur, & formoſum & deformem. Quocirca ridiculi uidentur interdum amatores, qui ſuo in ſuos amori illorũ erga ſe amorem æquum cenſent pariter æqualiterq; B reſpondere. Siquidam digni amore ſunt, fortaſſis æquè poſtulandum eſt: ſin nihil tale habeant, ſit ridiculum. Nec contraria quidem certè contraria ſuapte natura ſibi expetunt, ſed fortuito & caſu, eſtque appetitio mediocritatis: quod bonum dicitur, uelut ei rei quæ ſicca eſt, non optabile eſt nec utile, humidam fieri, ſed ad mediocritatem peruenire. itemq; rei calidǫ ac cǫteris. Sed hæc quidam, quoniam non ſunt huius diſputationis, miſſa faciamus.

DE AMICITIA CIVILI, ET *gradibus officiorum.* *Cap.* IX.

IN ijſdem rebus, ut initio dixi, uerſari amicitia & ius uidentur. quippe cum ius in omni ſocietate & amicitia cernatur. Itaq; amicos appellant eos, quibus cum unà & nauigant & militant: itemq; eos quibus cum quampiam aliam ineont ſocietatem. quandiuq; illi homines inter ſe communione aliqua conſociati ſunt, tamdiu, quoniam iuris etiam cõmunio, amicitia permanet. Et prouerbium illud rectè, Amicorum bona communia, quandoquidem amicitia in ſocietate conſiſtit. Sunt autem fratrum & ſociorũ omnia communia: certa & ſeparata reliquorum. & alijs quidem plura, alijs pauciora: quoniam amicitiæ aliæ grauiores & ſanctiores ſunt, leuiores infirmioresq; aliæ. Sed & iura inter ſe diſcrepát. Neq; enim eadem intercedunt parentibus cũ liberis, neq; fratribus inter ipſos, nec ſocijs, nec ciuibus. Similiterq; in alijs amicis. Alia igitur atq; alia iura ſunt & officia, aliæ atq; aliæ iniuriæ his omnibus inter ipſos, atque hæc pro amicorum gradi-

gradibus, acceſsionem capiunt. Vt ſocio grauius eſt adimere pecuniam quàm ciui: & fratri non opitulari, quàm externo: & patrem uerberare, quàm quemuis alium. Ius autem unà cum amicitia augeri ſolet, quippe cum & iiſdem in rebus ſint, & æquè pateant. Sunt autem omnes ſocietates quædã uelut partes ciuilis ſocietatis. Conueniunt enim homines emolumẽti alicuius cauſa, & ut aliquid ſuppeditent, quod ad uitæ uſum cultumq́; pertinet. Societatem autem ciuilem tam ab initio utilitas & coiuit & continet. Hoc enim legiſlatores ſpectant: & id demum ius eſſe fatentur, quod publicè prodeſt. Ac cæteræ quidem ſocietates ſibi quaſi finem propoſitam habent ſuam quæq; utilitatem, ut nautæ eam quæ nauigationi propoſita eſt, ad conficiendam pecuniam, uel ad aliquid generis eiuſdem: & commilitones eam quam ſpectat res bellica, ſiue pecuniarum, ſiue uictoriæ, ſiue urbis alicuius potiundæ cupiditate ducantur. Itemque tribules & populares. Quanquam nonnullæ ſocietates uoluptatis cauſa conſtitui ſolent, ut eorum qui choros ducunt, & eorum qui pecunias in conuiuia conferunt, quæ ſacrificij cauſa & conuictus fieri ſolent, quæ hæc omnes ciuili ſubiectæ uidentur. Non enim ciuilis conſociatio eius quod in præſens prodeſt, ſed in omnem uitam, ſtudio ducitur. Qui autem ſacra faciunt, atq; in iis conuentus, ii cùm Diis honorem tribuunt, tum ſibiipſi ceſſationem ſuauem & iucundam comparant. Conſtat enim ſacra & conuentus olim fieri ſolitos, poſteaquam fruges perceptæ erant, ut primitias, quòd id maximè temporis ceſſarẽt. Hoc igitur apparet, omnes ſocietates partes eſſe ciuilis. Societates uerò cuiuſque generis, ſui etiam generis amicitiæ conſequuntur.

DE TRIBVS REIP. FORMIS, *& totidem ab illis defectionibus: tum de harũ in familiis ſimilitudine.* Cap. X.

Reipublicæ tria ſunt genera, totidemque ab illis defectiones quaſi earum euerſiones. Sunt autem Reſpublicæ, regia poteſtas, & ea quæ eſt in poteſtate optimorum, & tertia ea quæ ex cenſu nominata eſt, quã aptè cenſuum poteſtatem appellari licet, quam eandem pleriq; Remp. ſolent dicere. Harum autem omniũ optima eſt regia: deterrima, timocratia. Defectio à regia, tyrannia dicitur. utriq; enim unus præeſt, ſed tamen inter eas permultum intereſt. Tyrannus enim ſuis, rex eorum quibus præeſt, ſolet cõmodis utilitatiq́; ſeruire. Neq; enim rex habendus eſt is, qui ſe ipſe nõ eſt contentus, quique copiis adiumentisq́; omnibus minus excellit. Qui autem eiuſmodi ſit, is cùm nullo egebit, tum rationem nullam ducet cõmodorum ſuorum, ſed eorũ qui ipſius in imperio erunt. Nam qui ſe eum non præſtat, eum ſorte delectũ quendam potius quàm regem licet dicere. At tyrãnis huic aduerſaria eſt, ſiquidẽ ſibi ſuisq́; rationibus conſulit. Quo magis perſpicuũ eſt, eam eſſe deterrimam. Quod enim rei optimę contrariũ eſt, idem peſsimũ & flagitioſiſsimum. Ex regali autem poteſtate in tyrannidem Reſpub. delabitur. Eſt enim corruptela ſingularis principatus tyran-

A nis: & rex ſi uitioſus ſit, tyrannus efficitur. Ex eo autẽ ſtatu Reip. qui eſt in poteſtate optimorũ, in eũ fit mutatio, in quo pauci pręſunt: idq́; culpa & uitio principũ, qui res ciuitatis nõ diuidunt pro dignitate, ſibiq́; uel omnia uel maxima cõmoda ſumunt, & magiſtratus ſemper ad eoſdem deferunt, quòd plurimi faciant diuitias. Ita pro optimis pauci, iiq́; uitioſi imperant. Quæ autem ex cenſu poteſtas nominata eſt, in popularem uertitur. Sunt enim hæ finitimæ, quòd & cenſu poteſtas eſt in multitudine, & ii æquo iure uiuunt qui cenſi ſunt. Sed quoniam popularis poteſtas paulũ à ſtatu Reip. diſcedit, minimè uitioſa eſt. Ac Reip. quidem ſtatus hoc ferè pacto labefactari mutariq́; ſolent, quòd ita & paulũ admodum & facillimè mutentur. Earum autem ſimilitudines & quaſi exempla licet in familiis cernere. Nam quæ patri eſt cũ liberis ſocietas, regalis poteſtatis formã obtinet. Patri enim curæ ſunt ſui liberi. Hinc etiam Homerus Iouem patrem uocauit. Debet enim regia poteſtas eſſe patriũ imperium: quod quidem in tyrannidẽ uerſum eſt apud Perſas, qui quaſi ſeruis utũtur liberis ſuis. Eſt etiam domini in ſeruos tyrannicũ imperiũ, quippe in quo domini cõmoda agantur. Atque hoc quidẽ ius rectum uidetur, Perſicum à recta uia deflexit. Diſpares enim diſparia imperia ſequuntur. Viro autem cum uxore ius id intercedit, quod non abſimile eſt ei quod eſt in optimorum poteſtate. Nam pro dignitate uir iis in rebus imperat, quæ dignæ ſunt uiro: quæ autem fœminam decent, eas ei tribuit. Quòd ſi in omnibus B præſit uir ac dominetur, in paucorum poteſtatem fit mutatio, quoniam contra dignitatem ſuam facit, non quia eſt præſtantior. Interdum etiam mulieres pręſunt, cum amplum patrimonium cõſecutæ ſunt. Non igitur tum imperia uirtuti deferũtur, ſed diuitiis & facultatibus, quem admodum in paucorum poteſtate. At cenſu poteſtati pariter reſpõdet quæ fratribus inter ipſos coniunctio eſt. Sunt enim pares, niſi ſint diſpari ætate. Itaq; ſi magna ſit ętatis diſtantia, non iam amicitia fraterna conſtituitur. Sed in iis maximè familiis uiget popularis poteſtas, quæ domino carẽt, q; ibi omnes pares ſint: & in quibus eſt dominus imbecillis, & licentia conceſſa omnibus.

DE AMICITIA REGIA ET OEconomica, *earumq́; uinculo & diuturnitate: in tyrannide nullum eſſe, aut perexiguum amicitię locum.* Cap. XI.

In unoquoque autem Reipub. genere, tamdiu amicitia manere uidetur, quamdiu ius & officium permanet. Regis quidẽ cum iis quibus præeſt, amicitia, in excellentia quadam beneficij cernitur. Bene enim de ſuis meretur. Siquidem bonus ſit, eò omnia referet, ut ſint quàm beatiſsimi, quemadmodũ paſtori oues curæ eſſe ſolent. Vnde Agamemnonem Homerus paſtorem populorum uocauit. Quo etiam in genere patrium eſt imperium, ſed magnitudine beneficiorũ pręſtat. Pater enim is eſt, qui, quod omnium maximum eſt, procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, quæ eadem tribuuntur etiam maioribus. Natura enim præeſt & pater liberis, & progenitores nepo-

nepotibus, & rex ijs qui in eius ſunt imperio. Hę autem amicitiæ in excellentia quadam præſtantiaq; cernuntur. Itaque honos tribuitur parentibus. Nec uerò eadem ijs officia & iura tribuuntur, ſed pro dignitate, præſertim cum hoc etiam modo amicitia iudicetur. Eadem autem amicitia eſt uiro cum uxore, quæ in poteſtate optimorum. Virtuti enim conuenienter & optimo cuique ſemper maxima quæque commoda, & cuique pro dignitate tribuuntur. Quæ eadem eſt iuſtitiæ ratio & ſententia. At uerò fratribus inter ipſos amicitia ſimilis eſt ſociorũ amicitiæ. Sunt enim pares & ęquales, cuiuſmodi quidem in hominibus ijdem ferè mores ſunt, eadem ſtudia, ijdem affectus. Huic etiam finitima ea eſt, quę uiget in cenſus poteſtate. pares enim ciues uolunt eſſe ac probi, uiciſsimq; imperare, & id æqualiter: quod idem in amicitia ualet. Sed in euerſionibus Rerumpublicarum, ut officia & iura minus habent loci, ſic etiam amicitia: quæq; eſt in peſsima, minimum. In tyrannide enim aut nullus, aut certè perexiguus locus eſt amicitię. Nam quibus hominibus nulla ſocietas eſt inter ipſos, nullaq; communio, principi cum eo cui præeſt, in ijs nulla eſt inter eos amicitia: quando ne ius quidem, niſi fortè quale eſt artifici cũ inſtrumento, & animo cum corpore, & hero cum famulo: ab his enim percipiunt utilitates ij qui utuntur. Et amicitia nulla eſt, nec ius ullum cum rebus inanimis, nec cũ equo quidem & boue, nec cum ſeruo, quia ſeruus eſt. Nulla eſt enim ſocietas nobis cum illo, cum præſertim ſeruus inſtromantum ſit animatum: & Inſtrumentum, ſeruus inanimus. Quia ergo ſeruus eſt, nulla eſt nobis cum eo amicitia, ſed quia homo. Sic enim nati uidemur, ut inter omnes eſſet iuris ſocietas quędam, inter quos poſsit eſſe legis conuentorumq; communio. Ita etiam amicitia, quia homo eſt. In tyrannide autem exigua eſt amicitiæ iuriaq; communio: at in populari poteſtate maxima. Multa enim ſunt æquo iure utentibus hominibus inter ſe communia.

DE AMICITIA SOCIALI, ET *cognationis, huiusq; gradibus & cauſis.*

Caput XII.

IN ſocietate igitur ac cõmunione, ut diximus, omnis amicitia conſiſtit. Sed hinc eam quæ inter ſanguine coniunctos & ſocios intercedit, licet excludere. Quæ autem ciuibus, tribubus, & hominibus unà nauigantibus inter ipſos eſt amicitia, quæq; ſunt eius generis, eæ ſocietatibus ſunt communitatibusq; ſimiliores, quippe quæ ſtipulatione quadam conſtare uideantur. Quibus etiam hoſpitalem adſcribere licet. Gradus autem plures ſunt coniunctionis ſanguinis, qui à patria omnes profecti ſunt. Nam & parentes ex ſe natos diligunt, quòd ſint quiddam ipſorum: & nati parentes, quòd illorũ pars quædam ſint. Atqui magis norunt parẽtes quos procrearint, quàm nati ſe ab illis procreatos: coniunctiuaq; eſt, & copulatius ei quod procreatũ eſt, id omne quod ipſum generauit, quàm quod generatum eſt ei quod procreauit. Quicquid enim id eſt quod ab alio profectum ſit, ei cognatũ eſt,

A unde fluxerit, ut dens & pilus, & quidnis aliud ei qui ipſum habet. Illorum nihil ei unde ortum eſt, aut certè minus idq; progreſſu tẽporis. Nam & parẽtibus liberi ſimulac orti ſunt, chari ſolent eſſe, & liberis parentes progredientibus ætatibus cum diſpicere & ſentire cœperunt. Ex quibus perſpicuum eſt, quid ſit cur maior ſit ſenſus amoris in matribus. Nam æquè parentibus uita liberorum chara eſt, atq; ſua. Nam cum ſint ortĩ ex ijs, quaſi alteri ijdem ſunt, propter ſeiunctionem. Et natis quidem parentes chari ſunt, quòd ab illis natura ſint procreati. Fratres autem idcirco inter ſe diligunt, quòd ex ijſdem orti ſunt parentibus. Quæ enim ipſis cum illis eſt coniunctio, ea idem inter illos efficit. Itaq; eundem ſanguinem prædicant, eandemq; ſtirpem & ſobolem, cæteraq; generis eiuſdem. Sunt igitur in diuiſis ſeiunctisq; rebus, eædem res quodammodo. Magnum eſt etiam ad amicitiam momentum unà educatos, & æquales eſſe, quoniam & æqualis æqualem delectat, & uitæ conſuetudine ſiunt ſodales. Quocirca ſociorũ amicitiæ fraterna ſimilis eſt. Atque etiam patrueles reliquique cognati & propinqui ob eam cauſam coniuncti inter ſe copularique ſunt, quòd ex ijſdem nati ſint. Alijq; eorum coniunctiores ſunt, alieniores alij, quod uel propius parentem & authorem attingant, uel ab eo abſint longius. Quæ autem eſt & natis cum parentibus amicitia, & hominibus cum dijs, ea cõſtituta eſt tanquam cum bono atq; præſtanti. Optimè enim de nobis meriti ſunt, præſertim cum & procrearint nos, & aloerint, & erudierint procreatos. B Accedat huc ſuauitas quędã maior oportet ac utilitas, quàm in alienorum amicitia, quo uitæ eſt inter eos arctior communio. Inſunt etiam in fraterna amicitia ea omnia, quæ in ſociorum, ac multo etiam magis in probis & omnino ſimilibus, quo coniunctiores ſunt, arctiusque ſe inter ſe ab ineunte ætate diligunt, quoque ſunt ſimiliores moribus ij qui ab ijſdem procreati ſunt, unà educati, eadem diſciplina eruditi & inſtituti. Huc etiam accedit comprobatio diuturna maximum & arctiſsimum uinculum. Eiuſdem collationis rationis ea omnia ſunt in reliquis cognatis, quæ ad amicitiam pertinent. Sed inter uirum & uxorem, natura peperiſſe amicitiam uidetur. Eſt enim homo ad coniugium natus magis, quàm ad ciuilem ſocietatem: quo prior eſt domus magisque neceſſaria, quàm ciuitas: & quo eſt animantibus procreatio cõmunior. Ac beſtiæ quidem hoc unum ſpectant & ſequuntur, homines autem non procreandi modò cauſa unam in domum conueniunt, ſed eorum etiam parandorũ, quæ ad uſum uitæ pertinent. Statim enim diſpertita ſunt officia, ſuntque alia uiri, alia uxoris propria. Proſunt igitur uterq; alteri ſua in commune conferentes, ob eamque cauſam ſuauitas in hac tali amicitia ineſt utilitasq; maxima. Quĩ ſi probitatẽ ad eam attulerint, uirtute conſtituta uideri poteſt. Eſt enim utriuſq; uirtus propria, qua ſe oblectare poſsint. Et quoniam nati liberi uinculũ quoddã uidentur, idcirco qui liberis carent, facilius diſſociãtur. Nã & liberi cõmune utriuſq; bonũ eſt, & quod cõmune eſt aliquorum,

omne

omne eos coniongit & continet. Quam autem uitæ degendæ rationẽ oĩt & uxor unà ſequi debeant, & amici omoino, hoc quærere nihil aliud eſt, quàm quemadmodũ iura & officia tueri debeant. Neque enim idem homini eſt cum amico & extero, & ſocio, & condiſcipulo.

DE AMICORVM MVTVIS OFficijs, duplici emolumento, & de referenda gratia. Cap. XIII.

CVm autem tria, ut initio dixi, genera amicitiæ ſint, & in unoquoq; genere alij amici pares ſint, alij impares (nam & qui pariter ſunt boni, inter ſe amici ſunt, & præſtantior deteriori eſt: itemq; ſuaues & utiles commoditatibus inter ſe conferendis, partim æquales, partim differentes) illi quidem qui ſunt æquales, pares eſſe debent in amore, cæteriſq; rebus: qui impares ſuot, ijs proportione, præſtantiæ reſpondendum eſt. Exiſtunt autem ſæpè criminationes & querelæ in amicitia, quæ ad fructum referetur, uel ſola, uel maximè, nec ſine cauſa. Quoniã enim ij, qui uirtutem in amicitijs cõciliandis ſequũtur, propenſi ſunt ad bene ultrò & citrò merendum, quod uirtutis & amicitię eſt proprium, eoq; certatim properãt: in ijs nec criminationes incidunt, nec pugnæ. Neque enim eo quiſquam offenditur, cui charus ſit, quiq; de ſe bene mereatur: quinetiam ſi gratus eſt, ei refert gratiam. Et qui cum fœnore conſecutus eſt quod uolebat, ia nunquam de amico cõquereretur, cum uterq; boni cupiditate dũcatur. Ne in ijs quidem ferè quę ſuauitatis cauſa comparantur, incidunt. Si enim B uita uictuſq; communis eos delectat, iam utriq; quod uolunt, aderit. Et ridiculus ſanè uideatur, ſi quia eum accuſet, cuius conſuetudine minus delectetur, cum liceat ab eius abeſſe conſuetudine. At uerò plenæ ſunt obiurgationum, plenæ querelarum & criminationum, eæ omnes quæ fructibus emolumentiſq; diriguntur. Nam qui ſpe mercedis, uſu & cõſuetudine implicati ſunt, ſemper maiora deſiderant: ſeque minora habere putant, quàm digni ſint, queruntur q; nõ tantas ſe opes, quantas requirerent, eſſe cõſecutos, cum digni ſint. Qui autem benignè faciunt, non poſſunt tantis iuuare copijs, quantis illi indigẽt, qui accipiunt. Sed uidetur, ut ius duplex eſt, alterum non ſcriptum, alterum ſcriptum ex lege: ſic emolumentum quod ex rebus utilibus capitur, alterum à more, alterum à lege proficiſci. Oriuntur ergo querelæ tum maximè, cum eam utilitatem non percipiunt, propter quam rem cõtraxerant & tranſegerant. Ac ea quidem utilitas quæ lege introducta eſt, certa obligatione cõſtat, quæ partim ſordida eſt, cum de manu in manum res traditur: partim ad tempus liberalior & honeſtior, ſed pactione adhibita quid pro quo reddendum ſit. Certũ in hac eſt quid debeatur, non dubium, ſed moram & cunctationem benignam, & amicam habet. Itaq; de ijs apud quoſdam nulla ſunt iudicia, ſed ſibi charos eſſe putant oportere eos, qui ex fide rem cum ipſis contraxerint. At uerò quę moribus cõparata eſt, certa obligatione non conſtat, ſed tanquã amico dant beneficium, aut alij qualiſcunque ſit. Par autem aut plus eo exi-

A git, quaſi non dederit, ſed fœneratus ſit beneficium, ſi tum ut cõtraxerat, ita illi non ſoluatur obligatio, exiſtit criminatio. Hoc ita fit propterea, quòd omnes uel certè complures honeſtarum rerum ſtudio illi quidem trahuntur, ſed tamen utilitatem & fructum ſequuntur: porrò autem pulchrum eſt benefacere, nõ ut gratiam exigas, beneficijs autem affici utile & fructuoſum. Referenda eſt quidem par gratia ſi modò poſsis, idq; ultrò. (Neq; enim amicus quicquam inuitus facere debet) quaſi iam inde ab initio peccarit, acceperitq; ab eo beneficium, unde minus debuit. Non enim ab amico, neq; ab eo, qui ob hanc cauſam contulerit. Perinde igitur ac ſi certa eſſet ciuiliſq; obligatio, eum par eſt qui beneficium accepit reddere, atq; polliceri, ſi modo poſsit, ſe gratiam eſſe relaturum. Nam ſi minus poſsit, ne is quidem qui dedit, repoſcat. Ergo ſi poſsis, reddendum beneficiũ eſt. Atq; etiam in primis quis beneficia dederit, & qua de cauſa, ponderandũ eſt: ut etiam his de cauſis expectet ille, aut minus expectet. Sed hoc habet dubitationẽ, utrum referendæ gratiæ officium eius, qui accepit emolumento, & fructu ponderandũ ſit, an eius qui dedit beneficio. Nam cum beneficijs afficiuntur homines, extenuantes eiuſmodi ſe à beneficis accepiſſe prædicant, quæ & illis exigua erant, & ab alijs accipere licebat. Illi contra quæ & maxima deferre potuerint, & quę ab alijs non potuiſſent accipere: idq; rebus eorum aſperis, aut urgentibus aliqui negocijs. Vtrum igitur ſi amicitiam quidem utilitas conſtituat, fructus quem ex be- B neficio tulit, is cui delatum eſt, menſura ſit? Hic enim indigebat, ei opitulatur alter, parẽ aliquando gratiam accepturus. Quoniam igitur tanto fuit præſidio, quanta in altero ſecuta eſt utilitas, tantum etiam reddendum eſt, quantum acceperit, aut plus eo etiam, quoniã hoc multò eſt pręclarius. In amicitijs autem quas uirtus contrahit, quoniam nullæ obiurgationes exiſtunt, officium æſtimandum eſt ex eius qui contulit animo & uoluntate. Virtutis enim & morum laus omnis in animi iudicio & uoluntate conſiſtit.

DE OFFICIIS AMICITIAE imparium & excellentium, & de patria poteſtate, filijq; erga parentes obligatione. Caput XIIII.

ATque etiam in ijs amicitijs, in quibus excellentiæ quædam ſunt, querelæ incidũt. Nam cum uterque plus ſibi tribui ęquum cenſeat: hoc ſi fiat, amicitia diſſoluitur. Qui nanque melior eſt, is ſibi maiora deberi exiſtimat, quòd plus probo tribuendũ ſit. Eadem eſt eius qui maiorem utilitatem affert, ratio & ſententia. Eum enim qui ad nullam partem ſit utilis, paria emolumenta conſequi negant oportere. Famulatum enim non amicitiam eſſe, niſi pro dignitate officiorum ea conſtabunt, quæ ſunt amicitiæ propria. Putant enim ut in ſocietate pecuniarũ, ſic in amicitia, plus accipere oportere eum, qui plus contulerit. Ac inops & deterior, contra. Amici enim ueri & perfecti eſſe, ſubuenire egentibus. Quis enim fructus, inquiunt, quæ utilitas manet eum, qui probo aut potenti ſit amicus, ſi-

quidem nihil ſit conſecuturus? Ac rectè quidem A utereq; repoſcere & exigere uiderur: plusque tribuendum utrique eſt ex ijs rebus quæ uigenr in amicitia: non idem quidem, ſed ſuperiori plus honoris, inopi plus emolumenti. Virturis enim & beneſicentiæ merces eſt gloria: inopiæ & indigenriæ præſidium, quæſtus. Quæ etiam in rebuspublicis ſimilitudo perſpicirur. Nec enim honos ei rribuirur, qui nihil cõfert in Rempublicam ſtudij, nihil operum, nihil faculrarũ. Quod enim cõmune eſt & publicum, darur ei qui Reipublicæ conſulit. Arqui honos communis eſt, communis gloria. Non enim fieri poteſt, ut quis ſimul & à Republica locupleterur, & gloriã conſequatur. Quoniam enim nemo poteſt, ut omni ex parre iacturam faciar, ſuſtinere: qui sei nummariæ iacturam fecerir, ei honorẽ rribuunt: qui muneribus non eorrumpirur, pecunias. Quod enim cuique rribuirur pro dignirate, id exæquat, ur dixi, tueturq; amieitiam. Sic ergo ijs agendum eſt, qui non ſunr pares. Et cui uel ad opes adiumenrum allatum eſt, uel ad uirrurẽ, is honorem deber reddere: uiciſsimq; id reddendum quod quiſque poſsir. Exigit enim & poſtulat amicitia, non quod cuique deberur, ſed quid quiſque efficere poteſt. Neque enim id poſsir fieri in omnibus, quod in ijs conringir honoribus, qui dijs debentur & parenribus. Nam & nemo eſt qui parem ijs grariam referre poſsit, & tamen qui eos quoeunque offirio & obſeruatione poreſt, colit, is uir pius haberur. Itaque filio non uiderur conceſſum, ur patrem exhæredet, patri licer liberos. Par eſt enim filium, qui obligarus eſt beneficia reddere, qui ſi omnia efficiar, nullam tamen B partem uideatur illius merirorum aſſecurus. Ita ſemper illius beneficijs obligatus eſt. Quibus autem quiſpiam debet, eum quoniam illi præterire & abſoluere poſſunt, & patri licebit. Sed nemo eſt ferè qui filium uelit unquam exhæredare, niſi qui inſigni quadam improbitate ſit præditus. Nam prærer naturalem amicitiam communis etiã humanitas impellir, ut ne omni præſidio deſertum eum eſſe patiamur. Qui ſi facinoroſus ſir, cauendum eſt, aut non laborandũ certè, ut opirulemur. plerique enim beneficijs affici uolunr, ipſi conferre ur rem inutilem, nolunt. Ac de ijs quidem hactenus.

IN LIBRVM NONVM ETHICORUM ARISTOTELIS, ANALYSIS.

In cap. 1.
Amicitiarum conſeruatio.
In cap. 2.

COpioſè declarat, qualis compenſatio uarias amicitiæ ſpecies conſeruet, & quid eaſdem deſtruat. Quæſtiones incidunt, ſi non omnibus conferre & rependere poſſumus beneficia, quibus perſonis, quo tẽpore plus aut minus debeamus. Reſpondet Ariſtoteles, nullas certas regulas propter infinitam uarietatem conſtitui. Exempli gratia, ut in plurimum magis oportet rependere, quod accepiſti beneficium, quàm alium beneficio deuincire. Non autem hæc regula ſemper ualet. nam ſi tu mihi, quem bona fide agere noſti, mutuo das pecuniam, ego uerò te mala fide præditum eſſe noui, à quo non poſſem mu- A *tuo datam rurſus extorquere, nõ obſtringor eam tibi dare, imò potius alijs egentibus, à quibus nihil prius accepi, ſuccurrere debeo. Porrò alia atque alia debemus officia patri, matri, fratribus, cognatis, ſodalibus, benefactoribus, imperatoribus, ſapientibus, ſenatoribus, & ciuibus. Conandum igitur, ut ſingulis conuenientia diſtribuamus. Hactenus de compenſatione, quæ cõſeruat amicitiam, iam de diruenda amicitia. Dirimuntur ob ſimulationes & diſſimulationes deprehenſas: ut ſi me quis amet ob commodum, ſimulans amare propter uirtutem: aut ſi me quis amet ob uirtutem, quam ſimulaui tantùm, quod multo deterius eſt, quàm ſi numos adulteraſſem. Item amicitia diſſuenda, quam habuimus cum eiuſmodi malis hominibus, qui honeſtè monitis emendari nequeunt, & cætera.* *In cap. 3. Amicitiæ oppoſita.*

De amicitiæ uarijs actibus uel effectibus, quales ſint bonorum & malorum amicorum. Boni quidem erga amicos haud aliter ac erga ſeipſos affici ſolent. Amicus enim eſt alter ipſe. Hac de cauſa declarat Philoſophus boni uiri iudicium & ſtudium erga ſeipſum. Cæterùm uerè ſcelerati & impij homines neq; ſibi neq; alijs amici ſunt, ſed horrendam carnificinam conſcientiæ experiuntur. *In cap. 4.*

Ab amicitia diſcernitur beneuolentia & φιλησις, id eſt, amor. Nam bene uolumus etiam ignotis, de quibus audiuimus, & ijs quos obiter uidemus, ſi quid uirtutis appareat in illis. Dicitur autem beneuolentia, quaſi ocioſa amicitia, quia beneuolus non ſtatim illius gratia, cui bene uult, moleſtias ferret. Sed ex diuturna beneuolentia naſci ſolet amicitia. B *Cæterùm φιλησις ſignificat uehementiorem amorem, qui non ſubitò, ſed ex mutua conuerſatione oritur, & uelut medium locum obtinet inter beneuolentiam & amicitiam.* *In cap. 5. Vide ſuprà lib. 8. cap. 5.*

Concordia ad amicitiam pertinet, non autem propriè dicitur, quando de ſiderum motu aut alijs ſpeculatiuis, ſed de rerum priuatarum & publicarum adminiſtratione ſimiles ſunt ciuium ſententiæ. Porrò ciuium amicitia nihil aliud eſt, quàm ciuium concordia, qualis uerè conſiſtit inter bonos, inter malos uerò diu durare non poteſt. *In cap. 6.*

De beneficentia, amicitiæ effectu loquitur Ariſtoteles, unam falſam, & quatuor ueras cauſas afferens, ob quas ille, qui contulit beneficium, plus amat beneficio deuinctum, quàm à deuincto redametur. *In cap. 7.*

Quæſtio oritur, utrum liceat ſeipſum maximè amare, quod eſt φίλαυτον εἶναι. Reſpondet Ariſtoteles, uulgò φίλαυτον appellari, qui ſuis cõmodis ſtudet, & c mnmo partem animæ ſequitur irrationalem appetitiuam, ideoq; iure uituperatur. Verùm quia ſecundum alteram animæ partem, uidelicet rationalem, propriè dicitur homo, debet eſſe φίλαυτος, id eſt, amans & ſequens rationem ſuam ad optima queq; hortantem. Nam ita ſeipſum uerè & honeſtè amat, & ſibi maxima bona diſtribuit. *In cap. 8.* *De philautia.*

De amicorum uſu. Nunc enim probatur multis argumentis, cur fœlici opus ſit amicis. *In cap. 9.*

Quæſtioni de multitudine amicorum Ariſtoteles diſtinctè reſpondet, & ſigillatim de amicis propter utile, iucundum & honeſtum. *In cap. 10.*

Temporibus aduerſis amicos habere utilius, proſperis temporibus, eſt honeſtius. Nam afflicti dolorem minuit amicus ſuo dolore, ſua *In cap. 11.*

lore, ſua

lore, ſua præſentia, ſua conſolatione. Hic ſubijciuntur egregia præcepta, quando citius, quando tardius accedere debeamus amicos. In cap. 12. *Amicitiæ actus uel exercitium eſt ſimul uiuere, & iiſdem rebus occupari. Vnde malorum hominũ amicitia uitari, bonorum expeti debet, quia bonorum conuerſatione meliores euadimus.*

ARISTOTELIS ETHICORVM, LIB. IX.

DE IIS QVAE AMICITIAM *conſeruant, & de amicitia quæ ex indigentia oritur: de Sophiſtis & Philoſophis.* Caput I.

IN omnibus auté amicitijs, quæ non ſunt eiuſdem generis, comparatio & proportio, ut dictum eſt, & exæquat amicitias, & conſeruat. Quod in ciuili ſocietate contingit, cũ in ſutorem pro calceis, & in textoré cæteroſq; omnes extat remuneratio pro dignitate. Atq; huc quidem numus comparatus eſt, quaſi rerũ omnium menſura cõmunis, ut ad eum referantur, ex eoq; ponderẽtur omnia. Sed in amoribus interdum amator queritur, ſibi in amore parem non eſſe eum, quem uehementer amet, cum in eo nihil fortaſſe dignum ſit amicitia. Sæpè etiã amaſius queritur de amatore, quòd cum prius promiſerit omnia, tamen nihil eorũ quæ promiſit, exoluit omnino. Quod B tum euenire ſolet maximè, cum ille libidinis cauſa amaſium colit, hic utilitatis gratia amatorem, nec utriq; illa adſunt. Quoniã enim amicitia his de cauſis conſtituta erat, diſſociatio & diſtractio ſequitur, cum minus extant ea à quibus cauſæ profectæ erant diligendi. Neque enim ſe inter ſe diligebant, ſed quæ aderant & ſuppetebant: quę quoniam infirma ſunt nec ſtabilia, etiam amicitiæ ſunt eiuſmodi. At uerò amicitia, quam morum ſimilitudo bonorum cõglutinauit, quoniã propter ſe eſt, permanet, ut dixi. Sed amici diſsident inter ſe, tum cum alia atq; optabant eis obueniunt. Nam perinde eſt ac ſi nihil fieret omnino, cum non quod uolunt, conſequuntur. Quod citharœdo cuidam contigit: cui cum quiſpiã pollicitus eſſet, quo melius caneret, eo ſe maiorem mercedem eſſe daturum, iſq; poſtridie exigeret mercedem: eum reſpondit cum uoluptate compenſaſſe uoluptatem. Ac ſi hoc quidem uterque uolebat, ſatis habuit: ſin hic uoluptatem quã cæperit, petebat: ille quęſtum aucupabatur quo caruit: non rectè, neq; præclarè ad ſocietatem accidit. Quo enim quiſq; eget, ad id etiam attentus eſt: quod ut aſſequatur, nihil eſt non daturus. Vtrum auté precium rei eius ſit præſcribere qui dat, an qui accipit, quæſtio eſt. Qui enim dat, uidetur illi permittere. Quod aiunt Protagorã facere ſolitum, qui cum docuiſſet quidlibet, iubebat eum æſtimare qui didiciſſet, quanti uideretur, ſcientiam, & tantundem ferebat. In quibuſdam eius generis ſatis eſt:

Merces digna uiro.

A Qui uerò primùm argentũ acceperunt, deinde nihil pręſtãt eorũ, quę profeſsi ſunt propter promiſſorum magnitudinem, iure ſunt illi quidem uituperandi. Neque enim exoluunt, quod promiſerunt. Quod certè coguntur Sophiſtæ facere, quòd nemo alioqui eſſet, qui pro ijs quæ illi ſciunt, uellet argẽtum dare. Ac iſti quidem quoniam non perficiunt, in quæ mercedem acceperunt, iure reprehenduntur. Inter quos autem nullum pactum mercedis interuenit, ij quoniam ultro dãt, omni, ut dixi, reprehẽſione carent. Hanc enim talem amicitiam uirtus contraxit, in qua ex animo & uoluntate pondetãda remuneratio eſt. Ea enim eſt amici & uirtutis propria. Similis etiam eorum eſt ratio, inter quos philoſophię eſt ſocietas & communio. Neque enim aut rei tantæ dignitas pecunijs æſtimatur, aut ullus honos tanti momenti & ponderis poteſt exiſtere. Sed fortaſsis, ut erga Deos & parentes, ſic hic ſatis ſit præſtare quod quiſq; efficere poſsit. Si uerò nõ fuerit talis largitio, ſed ut omnino aliquid inde uiciſsim auferatur, eam maximè remunerationem eſſe oportet, quæ ex utriuſque dignitate uideatur. Quòd ſi ita non fiat, non ſolum neceſſe eſt, uerum etiam æquum, eum qui rem tardat, precium pręſcribere. Etenim ſi quantam hic utilitatem, quantumq́ue fructũ cæperit, aut quanti fecerit uoluptatem quam habuit, tantum ille uiciſsim cõſequatur, ab hoc precium obtinebit. Nã in rebus uenalibus hoc cernere licet. Et nonnullis in locis leges ſunt quæ ex pactis uoluntarijs actionem naſci uetant, quòd eum deceat, cui B habita ſit fides, ita liberari obligatione, ſicuti cũ eo ſocietas & ratio contracta eſt. Cui enim res tradita ſit atque permiſſa, eum iuſtius, quàm qui permiſerit, putant conſtituere poſſe. Nã permultas res nõ tantidem qui habent, & ij qui ſibi dari uolunt, æſtimant. Sua enim cuiq; & quæ quiſque dat, magni precij uidentur. attamen cõpenſatio tanta ſequi debet, quantum ij qui acceperint, præſcripſerint. Nec fortè eſt tãti res æſtimãda, quanti is qui tenet, æſtimat: ſed quanti antequàm occuparet, æſtimabat.

QVÀNTVM CVIQVE IN AMI*citia ſit tribuendum.* Cap. II.

HÆc quoq; dubitationem afferunt, utrum patri omnia tribuenda ſint officia, eiq; parendũ ſit in omnibus: & utrum ægrotus medico debeat credere: imperator autem diligendus ſit is qui laude rei bellicæ ualeat plurimum. Itemq; amicóne potius, an bono uiro ſubueniendum ſit. Et utrũ ei qui de nobis bene meritus eſt, referenda ſit potius gratia, quàm dandũ beneficium alteri, ſi utrunque non poſsis. Ac horum quidem omnium non eſt facilis explicatio, præſertim cum magnæ in ijs diſsimilitudines, ac differentiæ uerſentur, & magnitudinis, & exiguitatis, & honeſtatis, & neceſsitatis. Hoc tamen non eſt obſcurum, non eſſe eidem officia tribuenda omnia. Potius enim referenda ferè eſt cui debeas, quàm ineunda ab altero amico gratia, ſicuti mutuum etiam reddendum eſt potius cui debetur, quàm ſodali dandum beneficium. Quanquam hoc fortaſſe non ſemper

ſit ſeruandum. Vt ſi quis redemptus ſit à prædonibus, utrum eum qui ſe liberarit uiciſsim redimere debeat, qualiſcúq; ſit: aut ſi captus ille quidem nnn ſit, repetat autem aliquid, utrum ei potius referenda ſit gratia, an uerò redimendus pater? Nam ſuus cuiq; pater potius ſit redimẽdus. Ergo, ut dixi, omnino debitum officium reddendum potius eſt. Quòd ſi dandi ratio honeſti neceſsitatisq; ratione uincat, eſt ad hæc ipſa declinandum. Incidunt enim huiuſmodi tempora, cũ beneficiũ quo prouocati ſumus, reddendũ non eſt, ut ſi uirum bonum eſſe ſciret in quem beneficium ſit collaturus, improbum contrà eum cui ſit referendum beneficium. Neq; enim ſemper ei cõmodãdum eſt uiciſsim, qui cõmodarit. Nam & hic ſpem habens recipiendi quod cõmodat, bono uiro cõmodauit, & ille non recepturum ſe ab improbo ſperat. Ergo ſiue ita eſt re uera, non eſt par dignitas: ſeu non eſt ita, ſed putant, nunquam abſurdum quicquam facere uidebuntur. Vt ergo ſæpè dixi, quæ de perturbationibus, actionibus & officijs habetur oratio, eodẽ ſe modo habet quod quidem attinet ad definiendum de ijs aliquid, ac pro certo conſtituendum, quo eæ res in quibus uerſantur. Atque illud quidem perſpicuum eſt, non eadem omnibus officia tribuenda eſſe, nec patri quidem omnia, quemadmodum Ioui non fiunt ſacra omnia. Quoniã autem alia parẽtibus, alia fratribus, alia ſodalibus, alia beneficis tribuenda ſunt: ſuum cuiq; ac proprium, quodque deceat tribuendum eſt. Quod etiam facere uidentur. Nã inuitant cognatos ad nuptias. quibus quoniam genus cõmune eſt, idcirco quę genus attinent, ſunt illis inter ipſos officia communia. Ob eamq; cauſam cognatis & propinquis maximè incumbit quæ onera ſunt in procurandis ſuorum rebus ferre. Sed neceſſaria præſidia uitæ parentibus maximè debentur, quibus rebus procuratores iuuare pulchrius eſt quàm ſeipſum. Atq; etiã ut Dijs, ſic ſuus honos tribuendus eſt parentibus: non omnis quidem (neq; enim patri & matri idem tribuendus eſt, nec idem ſapienti & imperatori) ſed patri is qui patrem, matri qui matrem deceat. Omni etiam ſeni honos tribuendus eſt is, qui ætatem illã decet, aſſurgendo, decedendo de uia, alijsq; generis eiuſdem. Cum ſodalibus & fratribus libertas, & rerũ omnium cõmunitas uigere debet. Cognatis etiam atq; tribulibus, ciuibus item reliquisq; omnib. ſemper enitendũ eſt, ut ſuus cuiq; tribuatur. & quæ in quoq; inſunt, ea ex illa quæ nobis cum illis erit familiaritate, ex uirtute & uſu erũt iudicanda. Ac in ijs quidem quæ ſunt eiuſdẽ generis, facilius iudicium eſt: quæ autem ſunt alterius, difficilius. Non tamen ob eam quidem cauſam deſiſtendum eſt, quinetiam quoad fieri poterit explicanda ſunt omnia.

DE AMICITIIS DIMITTENdis, *quomodo id faciendum ſit, & ob quas cauſſas.* Cap. III.

De dimittendis autem amicitijs hoc quæri ſolet, utrum diſcedẽdum ſit ab amicis, qui non ſunt cõſtantes, neq; ſtabiles. Ac ab ijs quidẽ qui amicitias utilitatibus & ſuauitate di-A rigunt, cum hæc quidem non aſſequuntur, non eſt alienum diſcedere. Hæc enim amabant ipſa, quibus ſublatis, illud cõſentaneum eſt, ut etiam amicitia tollatur. Querela autem orietur, ſi quis utilitatẽ & ſuauitatem quęrens diligat, ſeq; in amicitia uirtutem ſimulet ſecutum. Nam ut initio dixi, multa amicorum diſsidia fiunt, cum nõ æquè ae putatent, ſunt amici. Ac tum quidem, cum quiſpiam falſus eſt opinione, quòd alterũ putaret ductum uirtute ſe diligere, cum nihil alius tale præ ſe ferret, ſe ipſe accuſare debet. Sin autem ab illius ſimulatione falſus eſt, par eſt accuſari eũ, qui fraude egerit, uel multo etiam magis, quàm eos qui numos adulterant, quo in re præſtantiore calliditas cõſumitur. Sed ſi tanquã probum uirum receperit aliquis, malus autẽ factus eſt, aut etiam uidetur, etiámne diligendus ſit, quæritur: an hoc fieri nullo pacto poteſt? Siquidem non ſunt amore digna omnia, ſed bona ſola. Et improbus diligendus eſt nullus, neq; æquum ſit. Non enim uel amare improbos quiſquam debet, uel par eſſe ac ſimilis malorum. Atqui pares, ut dixi, cum paribus inſtituunt amicitiam. Sed utrum repentè præcidendæ ſint amicitiæ, an non cum omnibus, ſed cum ijs quorum uitijs remedium nullum inueniri poteſt? Iis autem qui ſanari poſſunt, eò magis quoddam adiumentum afferẽdum eſt ad mores, quàm ad opes, quo melius eſt & amicitiæ magis propriũ. Quãquã alienum nihil qui diſceſſerit facere uidetur, quippe cum nõ huic, aut certè tali foret amicus. Quoniam igitur ad meliorem mentem reuocari

B non poteſt, ab eius ſe remouet amicitia. Sin hic permanet ſui ſimilis, ille autẽ melior eſt factus, præſtatq; uirtute: utrum eo amico uti debet, an id fieri non poſsit? Hoc enim perſpicuum eſt maximè in magna diſtantia, ut in ijs amicitijs quæ ab ineunte ætate contractæ ſunt. Etenim ſi ille in puerili animo & ſentẽtia permaneat, hic autẽ uir ſit optimus: quî fieri poteſt, ut inter ſe diligant, cum nec moueantur ijſdẽ rebus, nec offendantur? Neq; enim paria in ſe mutuò conferent officia, ſine quib. amici eſſe nullo modo poſſunt: quandoquidem uita uictusq; cõmunis non poteſt inter eos intercedere. Sed de his iã diximus. Vtrum uerò nihilo erga eum alieniore animo eſſe debet, quàm ſi nunquam amicitia intercеſsiſſet: an prioris conſuetudinis ualere debet recordatio? Vt enim amicis potius gratificari putamus oportere, quam exteris: ſic ueteri amicitiæ aliquid tribuendum eſt, niſi propter ſingularem quandam improbitatem facta ſit diſtractio.

VNDE AMICORVM OFFICIA *proficiſcantur: quiq; amicitiæ fines: qui itẽ amicus eſſe, dicatur: ac deniq;, improbos nec ſe ipſos amare nec amari ab alijs.* Cap. IIII.

Ea autem quæ ab amicis in amicos proficiſcuntur officia, quibusq; amicitiæ fines, & termini conſtituti ſunt, ab ijs profecta uidentur, quæ ſibi quenq; præſtare conſpicimus. Ponunt enim amicum eum, qui uelit ſeruire, ac ſeruiat cõmodis amici, aut quæ uideantur, illius cauſa: aut qui uelit ſaluum & incolumem amicũ, eũq; manere in uita, ipſius cauſa. Quo ſunt animo

mo matres in liberos, ijque amici qui ueluti impulſi ad amandum feruntur. Alij amicum eũ ſtatuunt, qui uita uictuq; cõmuni cum amico coniũctus eſt, quiq; eadem ſtudia ſequatur: aut eum qui & rebus aduerſis amici doleat, & gaudeat ſecundis. Quod idẽ in matribus contingit maximè: eorum uerò etiam aliquo amicitiam definire ſolent. Atqui hæc quidem omnia uirum bonum ſibi ipſi optare ac præſtare cernimus: cæteros autem, quia bonos ſe exiſtimãt. Eſt enim & uirtus & uir bonus, menſura, ut dixi, rerum omnium. Nam & ipſi ipſe conſtat, & iiſdem rebus totus eius animus mouetur. Eſt igitur ia qui ſe ijs quę uerè bona ſunt, aut uideantur, uelit affici, quæ eadem in ſe ipſe præſtat. Eſt enim boni uiri quod bonum ſit gerere, atq; ſuam cauſam, ſiquidem mentis gratia, quæ id ipſum eſt quod quiſque maximè eſſe uidetur. Atq; etiã manere uult in uita, ac ſaluus eſſe: eamq; maximè partẽ uult ſibi incolumem quæ ualet prudẽtia. Bono enim uiro eſſe, bonum eſt. Et ſe quiſq; bonis uult affici. Quòd ſi alij fierent ſemper omnes atq; ſunt, nemo eſſet humo qui ſibi omnino optaret illud quod ita ſemper fieret, nunquam eſſet. Eſt enim etiam in Deo bonum hoc tempore, ſed quod idẽ ipſum eſt, quod ſemper eſt. Ac mens ſua quiſq; eſt, uel maximè. Cumq; ſit eiuſmodi, ſecum ipſe uult uiuere, idq; facit libenter. Vt enim lætamur ijs bonis quæ recordamur, ſic ijs erigimur quæ expectamus. habent enim hæc oblectationem. Atque etiam eius mens abundat perceptorum copia. Et quoniam iiſdem rebus ſemper oblectatur, & offenditur, & non alijs aliàs, fit ut doleat B gaudeatq; rebus ſuis unà ſecũ maximè. Is enim eſt quem nullius omnino rei poſsit pœnitere. Ergo quia hæc omnia uiri boni in ſeipſum pietatis officia ſunt, in amicum autem nõ alio animo eſt, quàm in ſeipſum (eſt enim amicus tanquam alter idem) hinc fit ut in eorum uideatur aliquo amicitia cõſiſtere: & in quibus eadem illa inſunt, ii amici nominentur. Vtrum autem ſecum cuiq; ſit amicitia, nécne ſit, omittamus hoc quidẽ tempore quærere. Verùm ea ex parte putandum eſt amicitiam conſtare, qua eorũ quæ dixi, aut duo adſunt, aut etiam plura, uel ex eo quòd maxima amicitia uidetur ei ſimilis, quæ ſecum cuiq; eſt. At enim uidentur quæ dicta ſunt, adeſſe permultis etiam improbis. Num ergo eorum participes ſunt, quia ſibi placẽt ipſi, ſeq; bonos putant? Hęc enim omnia eorum inſunt nemini, qui admodũ nefarij ſunt & improbi, nec uidentur quidẽ nec ferè ulli malorum. A ſe enim diſsident ipſi, ſecumq; diſcordant, & alia uolunt, alia ſequuntur, ritu impotentũ. Quæ enim ſibi ipſi bona eſſe ſtatuerunt, ea ijs quæ iucunda ſunt, cum ſuo etiam damno cõiuncta anteponũt. Alij rurſus propter timiditatem & ignauiã ab ijs rebus gerendis recedũt, quas ipſi ſibi optimas eſſe decernũt. Qui uerò multa & grauia ſcelera admiſerunt, improbitate uicti, & ſe oderunt ipſi, & uitam fugiunt, mortemque ſibi ipſi conſciſcunt. Improbi etiam alios quibuscum uerſentur, requirunt, ſe fugiũt ipſi. Multa enim & grauia facinora recordantur, & alia eiuſdem generis, cum ſoli ſunt, expectãt: cum ſunt cum alijs, obliuione obruunt. Et quo-

A niam in ijs nulla eſt cauſa cur diligantur, nulla eſt etiam in eis ratio diligendi ſui. Nec igitur ipſi ſecum unà lætari poſſunt, nec dolere. Eorum enim animus à ſe ipſe diſsidet, ſecumque diſcordat, aliasque propter improbitatem, ſe dolet à quibuſdam rebus abſtinuiſſe, aliàs gaudet. atque pars altera huc trahit, & illuc altera, ut ſolent partes diſſoluti corporis. Qui ſi & dolere ſimul non poſsit & lætari, at paulo poſt certè & ſe moleſtè fert ex rebus aliquibus uoluptatem cepiſſe, & ſibi eas uellet non fuiſſe uoluptati. Eſt enim uita malorum plena pœnitentiæ. Non igitur in ſe amicè animati ſunt improbi, quòd in eis dignum nihil ſit amicitia. Quòd ſi ita affectũ eſſe animo ualde miſerum eſt, fugienda improbitas eſt animi magna contentione, dandaque opera, ut boni ſimus. Sic enim & in nos ipſi amico animo affecti, & alijs ſumus amici futuri.

DE BENEVOLENTIA: QVAE *quidem amicitia non eſt, ſed amicitiæ principium: nec qui beneuolentia coniuncti ſunt, ſtatim diligere, & uirtutem beneuolentiæ cauſſam eſſe.* Cap. V.

BEneuolentia autem quanquam uidetur, tamen non eſt idem quod amicitia. Nam beneuolentia etiam cum ijs cõiuncti ſumus, quos ignoramus, eademque occulta eſſe poteſt, amicitia ſecus. quod etiam ſuprà attigimus Nec amor quidem eſt, præſertim cum nec ſit deſiderij, nec cupiditatis particeps, quæ amorem conſequuntur. Propterea conſuetudine amor ſuſcipitur, B beneuolentia etiam citò, quod in certantibus cõtingit. Alij enim in alios beneuoli ſunt, & in eis eſt eadem uoluntas, cum interim nullis officijs nullisque actionibus iuuent. Nam & repentè, ut dixi, beneuolentia cõiunguntur, & leuiter diligunt. Eſt igitur amicitiæ principium & fons, beneuolentia, quemadmodum amatoriarum lenitatum eſt ea uoluptas, quæ ex ſenſu oculorum ſpectuque capitur. Etenim nemo quenquam inſanè amat, quęm non uiderit. Et quem forma delectat, nõ continuò amore capitur, ſed tum denique cum & abſentia deſiderio tenetur, & præſentem concupiſcit. Sic inter nullos amicitia eſſe poteſt, niſi ante coniuncti ſint beneuolentia. At qui beneuolentia coniuncti ſunt cum quopiam, non ij continuò etiam diligunt. Eos enim duntaxat uolunt bonis affici, quibuſcum ſunt beneuolentia coniuncti: nec ullis officijs tamẽ iuuare adhùc uellent, nec ullam propter eos ſuſcipere moleſtiã. Quocirca eam translato nomine ocioſam amicitiã licet dicere, quã tẽpore confirmatam cùm auxit conſuetudo, tũ amicitia naſcitur, non quæ utilitatis aut ſuauitatis cauſa fingitur: quandoquidem eorũ cauſa nemo cũ alio beneuolentia coniungitur. Nam qui beneficia accipit, ſi eum qui contulit, beneuolentia complectatur, is quod iure debet facit. At uerò qui beneficia ponere uult apud quempiam, ſpe præſidij & auxilij adductus, non illi beneuolus, ſed ſibi potius uidetur. ſicuti nec is amicus habẽdus, qui utilitatis cauſa colit & obſeruat quempiam. Omnino autem uirtus & probitas beneuolentiã cõtrahit, ſi qua ſignificatio honeſtatis,

fortitudinis,

fortitudinis, aut alicuius eiuſdē generis eluceat. Quod etiā in certantibus fieri ſolere diximus.

DE CONCORDIA, QVID EA ſit, & quarum rerum. Cap. VI.

ATq; etiam concordia ad amicitiam pertinere uidetur. Itaque non eſt idem quod conſenſus, quādoquidem in ijs etiā quorum alter alteri ignotus ſit, hic ineſſe poteſt. Nec concordes aiunt eos qui de quauis re idem ſentiunt, ut eos qui de rebus cœleſtibus: quippe cū idem, & unum de ijs rebus ſentire, nō pertineat ad amicitiam. Sed ciuitates in concordia eſſe tū dicuntur, cum de cōmodis & utilitatibus, unum idemq; ſentiunt & ſequuntur, quodque publicè placuerit, exequūtur. Ergo in gerendis rebus ijs quæ graues ac magnæ ſunt, quæque adeſſe poſſunt, uel utriſq;, uel omnibus, cōcordia conſiſtit. Veluti ciuitates concordes ſunt, cum placet omnibus magiſtratus delectu creari, aut ineundam cum Lacedæmonijs ſocietatem, aut Pittacū imperatorem eſſe, ſi etiam ipſe uelit. At uerò cū ſe ipſum uterque, ut eſt in Phœniſsis, uoluerit deligi, tum ſeditio naſcitur. Non enim unum idemq; cogitare duos, quale id cunq; ſit, concordare eſt, ſed idem de eadem re. Vt cum populus & optimates optimos uolunt præeſſe reipublicæ. ſic enim omnes quod uolūt conſequūtur. Ciuiumq; inter ipſos amicitia, concordia uidetur, ut etiam celebratur. Eſt enim illa in cōmodis & utilitaribus, ijsq; adeò quę ad uitę uſum pertinent: qualis bonis inter bonos concordia eſt. Ii enim per eam quam ſemper retinent conſtantiam unum B idemq; & ipſi ſecum, & cum alijs ſentiunt: præſertim cum eorum ſtent ſententiæ, & uoluntates, non more Euripi refluant. Recta etiam & utilia ſibi proponunt. quorum cōmuniter cupiditate ducuntur. At uerò improbi, niſi ad breue & exiguum tempus concordes eſſe nō poſſunt: ſicuti etiam amici eſſe ſolent, cum in emolumentis ſe uelint ſemper potiores: ijs autem in rebus, quæ laborem ſumptusque deſiderant, ab officio deficiant. Quæ quoniam ſibi quiſq; exoptat, proximum quemque obſeruat & arcet: & facilè perit quod erat cōmune, cum nemo tueatur. Ex quo naſcuntur ſeditiones, dum alteri alteris neceſsitatem afferunt, ipſi fungi officio nolunt.

VEHEMENTIVS AMARE EOS qui beneficia contulerunt, quàm qui acceperunt, & ob quas id fiat cauſſas. Cap. VII.

BEnefici autem uehementius eos diligere uidentur, in quos beneficia contulerunt, quàm ij qui acceperunt, eos qui dederunt. Quod ſanè quaſi præter rationem ita fiat, dignū uidetur de quo quæratur. Ac compluribus hoc ita uidetur, propterea quòd illi debent, his debetur. Vt igitur in cōmodato perijſſe expetunt debitores, eos quorum æs contraxerunt, ſalus autem debitorum curæ eſt creditoribus: ſic ij qui bene meriti ſunt, eos ſaluos uolunt in quos liberales fuerunt, quòd gratiam beneficiumq; ſint accepturi: illis curę non eſt remuneratio. Et Epicharmus quidem fortè hoc dicat, ad improbitatem eorum ſpectare orationem: quæ tamen hu- A manus eſt. Sunt enim pleriq; immemores beneficij, propenſioresq; ſunt ad accipiēdum quàm ad bene merendum. Sed cauſa à natura potius profecta uidetur, quæ nihil ſimile habeat ei rei, quæ adfertur de creditore. Non enim in illis amor ineſt, ſed uolunt ſaluos illos, ut ſuum recipiant. At ij qui bene meriti ſunt, eos diligunt, & charos habent, apud quos beneficia collocarunt, etiamſi in præſens nihil ex ijs emolumenti percipiant, nec ſint percepturi in poſterum. Quod etiam in artificibus contingit. Omnibus enim ſua cuique chariora ſunt opera, quàm ſuis quiſq; operibus, ſi fierent animata. Sed neſcio quo pacto hoc in poētis magis cernitur, quos ſua opera pręter modū delectant, ea ut liberorum loco diligāt. Huic eſt ſimilis cauſa beneficiorum. Nam qui beneficium accepit, opus eorū eſt, quod eis charius eſt, quàm operi procreator & auctor. Hoc autē cauſæ eſt, quòd cum nobis eſſe optabile ſit & charum, ſimusq; ipſo quodam actu (nam uiuendo & agendo) ſit, ut qui fecit opus actu, hoc ipſo ſit quodam modo. Ergo opus diligit, quia eſſe diligit. Atq; hoc à natura ductum eſt. Quod enim eſſe poteſt, id opus reipſa & actu exhibet & oſtendit. Atq; etiam ei qui beneficium contulit, pulchrum honeſtumq; eſt id quod egit. unde fit, ut id etiā in quo ipſum ineſt, delectet. At is qui beneficium accepit, nihil rei præclarę in eo qui dedit habet, ſed fructum & emolumentum, quod inſuauius eſt, minusq; amabile, quàm quod honeſtum eſt. Habet autem eius quod præſens eſt, actio, & rei futuræ, expectatio, & præteritorum, B recordatio, oblectationem. Sed ipſa uigēs actio, id eſt ſanè, quod eſt iucundiſsimum, itemq; maximè amabile. Ac ei quidē qui bene meritus eſt, ſui operis permanet ſtabilis, certaque poſſeſsio. Eſt enim firmum, conſtans, & ſtabile id quod honeſtum eſt. Qui uerò accepit, ei utilitas perit facilè, & decidit. Et honeſtorū recordatio iucundiſſima eſt, utilitatum non ferè, aut minus certè. Cōtraq; eſt in expectatione. Amor etiam actioni ſimilis eſt, amari perpeſsioni. Qui autem in actione ſunt occupati, eos neceſſe eſt diligere, eaq; ſequi omnia, quæ ad amorem pertinent. Iam uerò ea ſunt chariora omnibus, quę labore parta ſunt, ut etiam pecuniæ ijs chariores ſunt qui quæſierunt, quàm qui acceperūt. Atqui accipere beneficium, nullius negotij eſt: dare, arduum ac difficile. Ob eamq; cauſam liberi chariores ſunt matribus, quòd partus difficilior ſit, maiorisq; laboris indigeat, & q; ſuos eſſe ſciant certius. Quod idem beneficis proprium uidetur.

AN SE QVISQVE MAXIME DIligere debeat: & quatenus, quasq; ob cauſſas. Caput VIII.

SEd utrum ſe quiſq; maximè diligere debet, an alium aliquem, quæſtio eſt. Culpantur enim qui ſe maximè diligunt, eosque φιλαύτους, hoc eſt, ſui diligentes probri loco appellant. Ac mali quidem uidentur quę faciunt, ſuam ob cauſam facere omnia: atq; eo magis quo ſunt ſceleratiores: idq; illis uitio datur, quòd ſibi tantum conſulant. Boni autem ob honeſtatem, eoq; magis honeſti atq; amici cauſa, quo meliores ſunt,

ut

ut ſuas res rationesq́; prætermittant. A qua oratione facta diſſentiũt, nec ſine cauſa. Aiunt enim diligẽdũ eum maximè, qui ſit maximè amicus. Amicus autẽ maximus is eſt, qui uelit bonis affici quàm maximis eum quẽ diligat, illius cauſa, etiam ſi ad ſe ex his nihil redeat. Hæc uerò ſibi quiſq; exoptat maximè, cæteraq́; omnia quibus amicus definitur. Docuimus enim amicitiæ officia à ſui ipſius charitate ad alios peruenire. Atq; etiam eodem pertinẽt prouerbia: Vnus animus. Amicorum omnia communia. Amicitia, æqualitas. Tibia genu propius. Quæ omnia officijs in ſeipſum, & charitate maximè conſtare cernuntur. Sibi enim quiſque charus eſt maximè. Se ergo quiſque maximè diligere debet. Iure autem hoc uenit in dubium, utris tãdem rationibus aſſentiendum ſit, cum præſertim utræq; ſint probabiles. Conſtituendi ergo ſunt in eiuſmodi rationibus fines, & quaſi termini ueritatis, ut quatenus, & quomodo uerę ſint adhibita diſtinctione, intelligatur. Quòd ſi quem utræq; rationes φίλαυτον, id eſt, ſibi charum conſtituant, intelligamus, fortaſſe id planum fiet. Qui ergo hoc ipſum uitio uertunt φιλαύτους, id eſt, diligentes ſui appellant eos, qui penitus ſuas cogitationes & ſtudia in pecunias, honores, corporis uoluptates, ita collocant, ut horum meliorem ſemper partem à ſe uelint eſſe. plerîq; enim hæc ita expetũt, ijsq́; ſtudent, quaſi in eis ſit ſummũ bonum. Itaq; de ijs digladiari ſolẽt. Qui ergo iſtis rebus totos ita ſe dediderunt, ij cupiditatibus, animi perturbationibus, eiq́; parti quę eſt expers rationis, omnino obſequuntur, cuiuſmodi ſunt οἱ πολλοί, id eſt, plerîq;. Itaque appellatio ipſa ducta eſt ἀπὸ τῶν πολλῶν, id eſt, à multitudine, quæ ipſa uitioſa & deprauata eſt. Iure igitur, ut probrum obijcitur ijs qui ita ſe ipſi diligunt. Nec dubium eſt, quin eos qui hæc talia ſibi illo modo tribuũt, plerîq; φιλαύτους, id eſt, ſui diligẽtes ſoliti ſint dicere. Si quis enim unus ex omnibus maximá operá eò conferat, ut iuſtè & modeſtè facta ſequatur, aut quęuis alia, quæ uirtutibus congruant, isq́; omnino ſibi ſemper honeſtatem uendicarit, hunc nemo ſui diligentem dixerit, hunc nemo reprehendat. Atqui hic potius uir φίλαυτος, id eſt, ſibi charus eſſe uidetur. Nam & pulcherrima quæq; ac optima ſibi aſſumit, & parti ei ſui, in qua ineſt principatus, obſequitur, paretq́; in omnibus. Vt autẽ ciuitas omnisq́; alius conuentus, ſic homo id eſſe maximè uidetur, quod principatũ obtinet: ſibi ergo charus eſt maximè, qui hoc ipſum diligit, ab eoq́ue init gratiam. Atq; etiam ex eo continens & impotens nominatur, quòd mens in eo uincat, uel non uincat, quaſi in ea omnis noſtra uis ſita ſit, ipſiq́; ea ſpõte noſtra uidemur geſsiſſe maximè, quæ ratione duce geſsimus. Illud igitur minimè dubium eſt, ſuam quemq; noſtrûm mentem eſſe maximè, eamq́ue à bono uiro maximè diligi. Quapropter idẽ φίλαυτος, id eſt, ſibi charus eſt maximè, ſed alio genere, quàm quod uitio datur: à quo tantum abeſt & diſtat, quàntum uita rationi conſentanea ei præſtat, quæ uoluptati congruit, quantumq́ue intereſt inter honeſti appetitionẽ, eiusq́; rei quę utilis eſſe uideatur. Ergo ij omnes, qui ſingulari quadã tenẽtur præclararũ actionũ,

A & officiorũ cupiditate, in cõmendatione omniũ laudeq́; uerſantur. Quòd ſi omnes ad uirtutẽ honeſtasq́; actiones quaſi certatim cõtenderent, & publice oẽs decus, & priuatim ſinguli ſummũ bonũ adipiſcerentur: ſiquidẽ uirtus ex eo genere eſt. Ita φίλαυτος ſibi charus eſſe bonus debet. Nã & ſibi pręclaris actionib. proderit, & cęteros iuuabit. At nõ debet improbus, ſiquidẽ & ſibi nocebit, & proximis: præſertim cũ prauis cupiditatibus obſequatur. Ac in deprauatis quidẽ quę agunt ipſi, ab ijs diſſentiunt quæ facere debẽt. Boni autẽ niti quæ debent, eadẽ efficiunt. Nã & animus quod optimũ eſt eligit, & uir bonus menti obtemperat. Nã quod aiunt, multa uirum bonũ & amicorũ cauſa & Reipublicæ gerere ſolitũ, & ſi opus erit, mortem etiã oppetere: id uerum eſt. Pecunias enim & honorẽ, & omnino cætera bona, de quib. homines inter ſe digladiari ſolent, cõtemnet, ac pro nihilo putabit, dũ ſibi honeſtatẽ ac decus retineat. Breui enim tempore ſummã malit, quàm longo leuẽ percipere uoluptatẽ: & unũ annum præclarè uiuere, quàm multos quouis modo: unumq́; officium pręclarũ & magnũ, multis & paruis anteponet. Qđ ijs perfectò accidit, qui pro amicis & pro patria mortẽ non dubitãt oppetere: qui ijdem ſibi quidẽ magnũ decus aſſumũt, & diuitias pro nihilo ducũt, quò maiores opes amici cõſequantur. Nã cùm diuitias & opes amici cõſequũtur, tũ ipſe decus & honeſtatẽ. Ita ſibi maiora bona retinet ac uendicat. Eadẽ honorũ & imperiorũ ratio eſt. Hæc enim amico omnia relinquet, ex quo decus ſibi laudemq́; cõ-
B parabit. Rectè igitur bonus uidetur is qui rebus omnibus antefert honeſtatẽ. Atq; etiam fieri poteſt, ut amico rerũ actiona cõceſſa, pulchrius ſit, eum amico gerendę rei cauſam extitiſſe, quàm ſi ipſe gereret. Quare hoc iã perſpicuum eſt, bonũ uirũ honeſtatis plus ſibi ex ijs rebus omnib. quę ad laudem ualent, aſſumere ſolere. Atq; hoc quidem modo, ut dictum eſt, decet φίλαυτον, id eſt, diligentẽ eſſe ſui: quomodo ſolẽt plerîq;, nõ decet.

BEATAM VITAM NON ESSE *ſine ueris amicis perfectam.* Cap. IX.

HOc etiam de beato quęri ſolet, utrum amicis, nécne, ei ſit opus? Beatos enim, eosque omnes qui ſe ipſi cõtenti ſunt, amicorum præſidis negant requirere. nam omnibus eos copijs & opibus abundare: cum igitur ſe ipſi contenti ſint, nullo egere. Amicum porrò cum quaſi alter idem ſit, quod quiſq; minus per ſe poſsit, id ſuppeditare. Hinc illud:

Quid eſt opus amicis, quando Deus fauet?

Sed abſurdum ſit, cum bona omnia beatis attribuamus & concedamus, amicos non cõcedere, quibus nihil in bonis externis maius, nihil melius inueniri poteſt. Quòd ſi amici eſt beneficia dare potius quàm accipere: & ſi eſt boni uiri ac uirtutis, benignè facere: pulchrius autem & pręſtantius amicis quàm alienis ſubuenire: certè bonus uir quibus det beneficia, requirat neceſſe eſt. Quocirca quæri ſolet, utrum rebus aduerſis magis quàm ſecundis deſiderentur amici: quòd calamitoſi, qui opem ferant: & qui beati putantur, de quibus bene mereantur, requirant. Atque

etiam

etiam illud fortaſsis alienum ſit, beatum conſtituere ſolitarium: præſertim cum nemo uelit in ſumma ſolitudine omnibus opibus circunfluere & copijs. Eſt enim homo ad ciuilem congregationem, coniunctionemq́; uitæ natus. Hoc igitur beato adeſt, qui omnibus, quæ ui ſua & natura bona ſunt, ſit præditus & ornatus. Atqui hoc quidem perſpicuum eſt, cũ amicis & bonis melius eſſe, quàm cum alienis & quibuslibet uiuere. Eſt igitur amicis opus beato. Quæ eſt igitur ſuperiorum ſententia, quoq; modo uera eſt? An id uolunt à pleriſq; amicos eos potiſsimum putari, ex quibus ſperant ſe fructum eſſe capturos? cuius quidem generis nullum requiret beatus, quippe qui omnib. ſit copijs præditus: neq; eorum quẽquam, qui delectationis ſuauitatisq́; cauſa parantur, niſi paulùm admodum. Quoniã enim uita ei ſuauis eſt & iucunda, nihil uoluptatis adſcititiæ indiget. Et quia amicos eiuſmodi non deſiderat, continuò uidetur nullos requirere omnino. Quod fortaſſe nõ ita eſt. Initio enim dixi beatitudinem in actione quadam conſiſtere, & perſpicuum eſt actionem gigni, non adeſſe, nec permanere ſitu poſſeſsionis. Quòd ſi beatitas omnis in uita & actione cõſiſtit: boni autem uiri per ſe & propter ſe bona eſt & iucũda actio, ut initio dictum eſt: ſua etiam quenq; delectant: & cernere proximum quenq; magis quàm noſmetipſos poſſumus, illorumque res & actiones, quàm noſtras: bonorum quoq; qui amici ſunt, actiones bonos uiros delectant, præſertim cum ijs utriſq; ea inſint quę ſuaui & ſuapre natura iucunda ſunt: efficitur ut beati amicos eius generis deſiderent neceſſariò. Siquidem intueri uult actiones & facta præclara & ſua, quo ex genere ſunt illa amici qui ſit uir bonus. Huc accedit q, beatum iucũdè uiuere putant oportere. Itaq; in ſolitudine agenti, moleſtiarum ac curarum uita pleniſsima eſt. Nec enim facilè eſt eũ qui degat in ſolitudine, continuò in rerum actione uerſari: cum alijs & apud alios multo facilius. Futura eſt igitur ita deniq; actio diuturnior, ſi iucunditas uera acceſſerit, quod ineſſe debet in beato. Nam uir bonus, quia bonus eſt, honeſtis delectatur actionibus, turpibus offenditur. ſicuti muſicorũ aures ſuauibus ſonis permulcentur, offenduntúrq́; cõtrarijs. Atq; etiã ex uita uictuq́; cõmuni inter bonos, exercitatio quædam uirtutis comparatur, ut etiam Theognidi placet:

Virtutem ex iuſtis diſces utrumq́; laborem:
Improbus inficiet teq́; animumq́; tuum.

Qui autẽ longius à natura cauſam petunt, ijs uidetur uir bonus natura expetendus amicus eſſe uiro bono. Quod enim per ſe ſuaq́; ui bonum ſit, id docui bono uiro ſua ſponte bono eſſe ac uoluptati. Atqui uita in animantibus ui ſenſus definitur, in hominibus ui ſenſus & intelligentiæ. Sed uim actio rerum conſequitur, & laus omnia in actione conſiſtit. Viuere autem eſt propriè ſentire & intelligere. Vita etiam in ijs eſt, quæ per ſe bona ſunt & iucũda. Nam definita certaq́; eſt: & quod certum eſt, ad naturam boni accõmodatũ eſt. Quod autem ſuapte natura bonum eſt, omne bono uiro bonum uidetur. Quocirca ſuus ſtatus quenq; delectat. Sed non eſt deſignanda uita

A uitioſa & deprauata, neque doloribus cruciatibúsue confecta. Vt enim quæ inſunt in tali uita, ſic ipſa incerta infinitaque eſt. Quod ex ijs quæ mox de dolore dicam, erit multo euidentius. Quòd ſi ipſa uita bonum eſt, & iucundum, quod hinc perſpici poteſt, quia cũ omnes, tum uel maximè boni ac beati eius cupiditate ducuntur. Nã & his expetẽda eſt maximè, & illorum uita beatiſsima eſt. Qui autẽ cernit, ſe cernere ſenſu percipit: & qui audit, ſe audire: & qui ambulat, ſe ambulare, itemq́; in cæteris quiddam eſt, quod nos agere percipit. Ergo ſenſu percipere poſſumus, nos ſenſu aliquid percipere: & mente agitare poſſumus, nos aliquid intelligere. Illud autẽ ſentire in nobis eſſe rei alicuius ſenſum: & intelligere quod in nobis ſit intelligẽtia, eſt quod ſimus & in uita manemus percipere. Nam eſſe, & in uita manere, eſt, uel ſenſu uel animo percipere. Atqui ſentire ſe quenque uiuere in ijs eſt, quæ ſunt ſuapte natura iucũda. Nam per ſe uita eſt in bonis, ſenſus autem alicuius rei bonæ quòd adſit, ſuauis eſt. Vita autem cum omnibus expetenda eſt, tum maximè bonis, quòd eis eſſe bono ſit & uoluptati. Senſus enim eius quod ſuapte natura bonum ſit, eos delectat. Quemadmodũ porrò in ſe bonus uir, ſic in amicũ animatus eſt. Eſt enim amicus alter idem. Vt igitur ſuus cuiq;, ſic aut pari propemodũ ratione, ſtatus amici expetendus eſt. Status autem ob eam cauſam expetẽdus eſt, ut diximus, quia ipſum ſibi bono eſſe, ſenſu perciperet, qui quidem ſenſus per ſe ipſe delectat. Amicum ergo neceſſe eſt beatus in uita
B manere ſentiat. Quod uita uictusq́; communis, ſermonumq́; ac cõſiliorum omnium efficiet ſocietas & cõmunio. In ea enim uitæ degendæ ratione hominũ inter ipſos conſiſtit coniunctio, non ut pecudum, in paſtu ciboq́; cõmuni. Quòd ſi ſtatus propterea beati expetendus eſt, quòd ſit ſua ſpõte in bonis, uoluptatemq́; afferat, in eodẽ autẽ genere eſt amici ſtatus: ſit ut amic⁹ in ijs numeretur, quę beatus expetere debeat. Quod autem ei optabile eſt, ei adeſſe debet, aut hac parte aliquid ei deerit. Amicos igitur ueros & uiros bonos, qui futurus eſt beatus, deſiderabit.

MVLTINE AN PAVCI AMICI uni eſſe poſsint: & qua utrunq́; ratione.

Caput X.

SEd utrum parandi ſunt amici multi, an quẽadmodũ in hoſpitalitate rectè dici uidetur, nec multitudine opus eſſe hoſpitum, neque omnino deſertũ eſſe oportere: ſic deceat in amicitia nec deſertum eſſe ab amicis, neq; multitudinem amicorum ſibi adiungere, magna quæſtio eſt. Ac in ijs quidem qui utilitatis cauſa ſingunt amicitias, quod dictum eſt, ualere uidetur. Difficile eſt enim multis referre gratiam, neq; ad id agẽdum ſatis ſit uita. Quocirca plures quàm res familiaris patiatur, ſuperuacanei ſine, afferantq́; impedimentũ ad uitam honeſtè degendam. Nõ eſt igitur his opus. Iis etiam qui delectationis iucunditatisq́; cauſa amicitiæ præſidia quærunt, pauci ſatis ſunt amici, ſicuti in delicijs condimẽtum. At uerò boni uiri utrum multos parare debent? an ut ciuitatis, ſic multitudinis amicorum

certi

certi ſunt termini cōſtituti? Neq; enim ex decem hominibus conſtat ciuitas, nec ſi centum millia excreuerit, etiamnum ciuitas eſt. numerusq; fortè non eſt unus quidam & certus, ſed omnis qui inter certos aliquos & definitos conſtitutus eſt. Ergo amicorū quoq; multitudinis certi quidam fines & termini cōſtituti. Et fortaſſe ita definiendus numerus amicorū, ut non plures ſint quàm quibus cum liceat uitam traducere, cum præſertim id amicitia digniſsimum eſſe uideatur. Nec uerò dubium eſt, fieri non poſſe, ut quiſquam uitæ ſocietate cum multis coniunctus, ijs ſe quaſi dedat & impertiat. Iam uerò illi etiam coniuncti ſint amicitia oportet: ſiquidem omnes uita uictuq; cōmuni conſociati ſint: quod certè in multis difficile eſt. Difficile eſt etiā & rebus proſperis gaudere, & aduerſas grauiter ferre cum multis, ut ſe ad eorum ſenſum naturamq; accommodet. Ita enim euenire poterit, ut ſimul cum uno uoluptate afficiatur, doleatq; cū altero. Quapropter fortè hic præclarè agetur, ſi minus quàm plurimos amicos quæramus: at tantū certè numerum, quantus ſat ſit ad uitæ ſimul degendæ inſtitutū. Neq; enim fieri uidetur poſſe, ut cuiquam ualde chari ſint plurimi. Itaq; ne amore quidem multos proſequi poſſunt qui amant. amor enim eſt ueluti excellens quædam ac præſtans amicitia, qua unus cum uno tantū coniungitur. Quare ſi qua ſit magna & excellens amicitia, ea uni cum paucis intercedat neceſſe eſt. Quod etiam rerum uſu ac reipſa experimur. Neq; enim inter multos ea iungitur, quę ſodalibus inter ipſos eſt amicitia. Et quæ celebrantur efferunturq; laudibus, eæ inter duos iunctæ feruntur. Qui autem multitudinē & quaſi cohortem ſibi adiungunt amicorum, quiq; ſe familiariter gerunt cum omnibus, ij amici nemini uidentur, niſi more urbanorum, quos uocāt comes & affabiles. Quapropter uni qui etiam ad uoluptatem nō loquatur, ſed qui uerè ſit bonus, amicitia cum multis, ciuium propria illa quidem, intercedere poteſt: amicitia autem, quam uirtus contrahit & conciliat, non poteſt. Nec ſanè id fit immeritò, ſi paucos huius generis reperiamus.

VTRA IN FORTVNA MAGIS *amici deſiderandi, & quatenus.* Cap. XI.

Atque etiam hoc quæri ſolet, utrum rebus ſecundis magis, quàm aduerſis amici deſiderentur? Nā in utroq; genere quæruntur. Nam & ij qui aduerſa utuntur fortuna, opis indigent: & qui ſecunda, conuictores requirunt, & quibus benignè faciant, præſertim cum alijs beneficis conferre uelint. Ac rebus quidem aduerſis magis ſunt illi quidem neceſſarij, quòd in hoc genere ij quærantur, ex quibus fructus percipi poſsit: ſed honeſtius ſanè eſt in rebus ſecundis amicū ſe præſtare. Itaq; uiros bonos ſibi adiungunt, quòd & ijs ſubuenire, & cum ijs uiuere optabilius ac melius eſſe uideatur. Suauis eſt enim amicorū præſentia & in proſperis rebus & aduerſis. Mœrores enim & luctus facit amicitia cōmunicans patiensq; leuiores. Quocirca quæret aliquis, utrum doloris quaſi oneris ſocij ſint amici, an non ita ſit, ſed eorum iucunda præſen-

A tia, ſenſusq; communis doloris minorem faciat ægritudinem? Ac utrū ob eas cauſas, an ob rem aliquam aliam leuetur eorū dolor, omittamus exponere. quanquam id, quod dixi, euenire uidemus: & eorum quodammodo mixta præſentia uidetur. Nam amici aſpectus ſuauis eſt ei præſertim, qui in miſerijs luctuq; uerſetur: in eoque ad depellendum dolorem pręſidium quoddam eſt paratum & conſtitutum. Amicus enim ſi uerus ſit ac ingenuus, aſpectu & ſermone conſolari poteſt. Nam cum eius habeat mores cognitos, quibus ille rebus moueatur & offendatur, intelligit. Sentire autem alterum ſuis incōmodis dolere, moleſtum eſt. Nam omnes cauent, ne amicis cauſas doloris afferāt (ideoq; qui ſunt magno fortiq; animo pręditi natura, dant operam, ne amici in partem ueniant doloris ſui.) Ac niſi ſit nimia eorum indolentia, non poſſunt ęquo animo ferre, ſi qua illos ægritudine urgeri uideant, omninoq; eos reſpuunt, qui ſocios ſe præbēt lamentorum: propterea quòd ne ipſi quidem propenſi ſunt ad lamentandum. At uerò mulierculæ ſimilesq; muliercularum uiri eorum potiſsimū conſuetudine delectantur, qui ſocios ſe præbent gemitus & lachrymarum, eosq; ut amicos & doloris ſocios diligunt. Sed par eſt ſcilicet in omni re optimū quenq; imitari. In rebus autem aſperis, iucundam uitę cōſuetudinē & coniunctionem, ſenſumque ſuauem efficit amicorum præſentia, quòd iiſdem rebus bonisq; moueantur. Itaq; ultrò ad ſocietatem & communionem proſperitatum amici uocandi ſunt (nam pulchrum eſt be-
B nignitate uti haud grauate) ad ſocietatem uerò calamitatum, timidè, ac raro. Neq; enim rectū eſt amicos malorū ſocios facere. Ex quo factum eſt prouerbium, Satis ego ſuperq; miſer ſum. Tum autem uocandi ſunt maximè, cum leui ſuſcepta moleſtia, ei profuturi ſunt plurimū. Contraq; decet ad eos qui calamitate premūtur, inuocatum & ſtudioſe uenire: ſiquidem amici eſt liberalitate uti in eos præſertim qui opis indigeant, & in eos qui non rogarint. nam in utroq; præclarius & ſuauius eſt. At uerò in proſperitate, ſi actionis officijq; cauſa poſtulet, ſtudioſe ad amicū eundum eſt. eius enim rei gratia amici deſiderantur: ſin ut beneficium accipias, ſenſim id timideq; faciendum. Non enim decorum eſt, ultrò paratum eſſe ad petendum præſidium. Sed tamen uitanda eſt forſitan in denegando quod petitur, offenſionis quæ nonnunquā ſuſcipitur opinio. Ergo hoc quidem perſpicuū eſt, in omni fortuna amicorum eſſe expetendam præſentiam.

AMICITIAM BONORVM, CON*ſuetudine maximè ſimilium ſtudiorum conſtare.* Caput XII.

Sed utrum ut amantibus ipſe aſpectus chariſsimus eſt, ijq; ſenſum hunc prę cæteris expetunt, quòd in eo potiſsimum amor uerſetur, indeq; naſcatur: ſic amici uitā uictumq; communem maximè exoptant? Nam & communitas quædā amicitia eſt, & quo modo in ſe quiſq; affectus eſt, eodē erga amicum. Atqui ſuus cuiq; in ſemetipſo optabilis eſt ſenſus: & in amico igitur. Eius autem ſenſus munus, & officium in ui-

ta uictuq; communi cernitur. Iure igitur uitæ ſocietatem expetunt. Itaq; in quo quiſq; ſtatum uitamq; ponit, & quò omnes uitæ degendæ rationem referunt, in eo uitam uolunt cũ amicis conſumere. Qnocirca alij unà conuiuantur, alij unà ſe talorum ludo oblectant, nonnulli ſe exercent unà, & uenando, & philoſophando: in ijsq; totos dies & ætates conrerunt, quæ quiſq; in uita maximè adamauit. Quoniam enim uiuere cum amicis unà cupiunt, ea faciunr ipſi: earũq; rerum coniunguntur communione, in quibus conſuetudinem uitæ putant cõſiſtere. Quapropter improborum mala amicitia eſt, qui cum inſtabiles inconſtanteſq; ſint, rerum malarum ineunt ſocietatẽ: ſimileſq; ac pares inter ſe, facilè corrumpuntur. At uerò bonorũ præclara & honeſta eſt amicitia, quæ uſu & conſuerudine confirmatur. Videntur etiam progreſſum in uirtute facere, officijs emendationeq; communi. Alter enim ab altero ea exprimit, quibus percipiant uoluptatem. Hinc illud,

Virtutem ex iuſtis diſces, uerumq; laborem.

Ac de amicitia quidem hactenus.

IN LIBRVM DECIMVM ETHIcorum Ariſtotelis, Analyſis.

In cap. 1. *FOelicitas minimè caret uoluptate, ideo nunc Ariſtoteles diligenter docet, quid de uoluptate ſentiendũ. In primo capite rationem reddit, quare & quo modo de*
In cap. 2. & 3. *ea diſſerere oporteat. . Eudoxi narrat argumenta, qui uoluptatem eſſe maximum bonum aſſerebat. Deinde Platonicos introducit huius ſententiæ repugnanter quidem,* B
In cap. 4. *at non ueris rationibus. Suam tandem de uoluptate ſententiam ſubiungit Ariſtoteles. Deſcribit eam, quòd perficiat actiones animæ ſentientis & intelligentis. Vbi etiam obiter definit, actionem perfectam eſſe, quando ſenſus & intellectus optimè percipiunt optima ſua obiecta. Huiuſmodi actionem uoluptas comitatur, quemadmodum formoſus uigorem ætatis. Deinde loquitur de duratione uoluptatum, & cauſam adijcit, quare non continuè delectemur. Inſuper argumentatur, ob quam cauſam uoluptates*
In cap. 5. *tantopere expetantur. De diſcrimine uoluptatum. Initio probat eſſe diſcrimen: primò, quia actiones ſunt diuerſæ, quarũ uoluptatibus perficiuntur. Secundò, actiones & ſtudia noſtra intenduntur, & augentur: nõ quauis, ſed propria uoluptate. Tertiò, uoluptates à noſtris ſtudijs alienæ, impediunt noſtra ſtudia, & uoluptatem ex ſtudijs percipiendam extinguunt. Ergo multum inter ſe differunt, nec eſt una omnium natura. Deinde oſtendit ex uoluptatibus alias eſſe honeſtas, alias turpes, quia ſimiliter actiones & cupiditates differunt. Item uarias eſſe uoluptates, pro diuerſitate ſenſuum & intellectus: adde pro diuerſitate animalium, ut aliud delectat aſinos, aliud canes. In homine autem maxima uarietas. Nam eadem aliquando huic grata, quæ alijs ingrata ſunt. Vbi regulã tenere oportet, eas ſolas eſſe ueras & honeſtas uoluptates, & homini proprias, quas approbat homo fœlix, id eſt, uirtute præditus.*
In cap. 6. *Ex primo libro repetit, fœlicitatẽ eſſe poſitam in uſu uir-* A *tutis. Et refutat falſam opinionem eorum, qui fœlicitatem in ludis collocant.* In cap. 7. *Cum fœlicitas ſit uſus uirtutum, & uariæ ſint uirtutes, haud dubiè maxima fœlicitas conſiſtit in uſu maximæ uirtutis, quæ dicitur ſapientia, id eſt, cognitio & contemplatio honeſtiſsimarum & diuiniſsimarum rerum. Ad id probandum adhibet Ariſtoteles circiter ſex argumenta, propter quæ nos adhortatur, ut ſummo ſtudio conemur excolere partem in nobis præſtantiſsimam, ſcilicet mentem, quæ nonnihil habet diuinitatis.* In cap. 8. *Quòd uſus moralium uirtutum ſit inferior contemplatione rerum diuinarum, probat quatuor argumentis, quæ ſex argumentis in præcedenti capite poſſunt adnumerari. nam utrobiq; contemplatio ueritatis præfertur moralibus.*
In cap. 9. *Quoniam uirtutes explicantur, non ut ſolum cognoſcantur, ſed potius in tota uita moribus præſtentur, amplius dicendum erit de efficiente, & modo eas acquirendi. Efficientes cauſæ ſunt, natura, doctrina, aſſuefactio. Natura, eſt quædam diuina cauſa, non in hominum poteſtate. Doctrina & adhortatio permouet ſolos ingenio liberali præditos. Sed pleriq; fruſtra docẽtur, niſi diligens aſſuefactio, pædagogia & diſciplina adhibeatur, quæ certis legibus cõſtitutis puniat inobedientes, idq; publica autoritate, ut apud Lacedæmonios. Cum autem duplex ſit inſtitutio ſeu aſſuefactio, priuata & publica: priuata quidem eſt exactior, utpote uni uel paucis accõmodata: ſed ut in reliquis artibus & ſcientijs, inſuper uniuerſali doctrina & aſſuefactione, quæ traditur in octo libris Politicorũ, & magna rerum experientia opus erit.*

B

ARISTOTELIS ETHICORVM, LIBER X.

DE VOLVPTATE, AN EA ſit in bonis. Cap. I.

SEQVITVR forſitan, ut deinceps de uoluptate diſſeramus, quãdoquidem generi noſtro uidetur eſſe coniunctiſsima. Itaq; pueros inſtituunt uoluptate ac dolore gubernare. In eo etiam uis maxima eſt ad uirtutem, quæ more perficitur, ſi quis bonis rebus lætetur, doleatq; contrarijs. Patent enim hæc omnia per omnem uitam latiſsimè, in ijsq; magnum momentũ, uisq; magna eſt ad uirtutem, & beatam uitam. Nam & quæ iucunda ſunt, omnes ſequuntur, & quę moleſta declinãt. Quæ cum ita ſint, minimè prætermittenda fuit hæc diſputatio, præſertim cum magnam ea quę ab Eudoxo dicuntur, adferant dubitationem. Alij enim uoluptatem ſummum bonum eſſe dicunt, alij contrà ualde magnum malum. Atque horum alij ita dicunt, quòd eam omnino huiuſmodi eſſe credant. Alij, quòd ita deniq; melius actum iri putant cum uita noſtra, ſi uoluptas, quanquã non ſit, tamen ponatur in malis. procliuem enim ad eam multitudinem eſſe, ac ſeruire uoluptatibus. Itaq; flectendã & deducendã eſſe in partẽ cõtrariam. Sic enim perueniri poſſe ad medio-

mediocritatem, atq; perfectũ. Sed hæc nulla ex parte uera eſt, aut honeſta oratio. Omnis enim quæ de perturbationibus & officijs inſtituitur oratio, minoré quàm facta ipſa, habet authoritatem. Cum igitur dicta ab ijs diſcrepant, quę perſpicua ſunt ſenſibus, tum ea contempta, ueritaté ipſam tollunt funditus. Nam qui uoluptatem quam uiſus eſt ſequi aliquando, uituperat, is ad eam procliuis uidetur, quaſi non ſit ex eo genere quęlibet. Non enim multitudinis eſt diſcernere. Quapropter oratio ſi uera ſit, nõ ſolum ad intelligendum, uerumetiam ad uiuendum ualet plurimum. Si enim factis & uitæ congruat, tum cõprobatur. Quocirca eos hortantur, à quibus intelligitur, ut uitam ad eam quaſi ad normam dirigant. Sed hæc hactenus. Nunc ea explicanda ſunt, quæ de uoluptate feruntur.

AN VOLVPTAS SIT SVMMVM *bonum, diſputat ex Eudoxi ſententia.* *Caput* II.

EVdoxus quidem uoluptatem ſummũ bonum dicebat, quòd omnia uideret eam ſequi, & quæ ratione uterẽtur, & quæ eſſent expertia. In omni autem re quod bonum ſit, expetendum eſſe, & optimum quiq; maximè. Atqui eam ſummũ bonum eſſe omnibus ex eo declarari, quòd ad eam toto impetu omnia ferreotur. Omnes enim quod ſibi bono ſit reperire, ſicuti cibũ. Quod igitur omnib. bono ſit, quodq́; omnia expetant, id ſummum bonum eſſe. Quæ eius rationes comprobatæ ſunt, nõ ſua ui ſolum & pondere, ſed multo magis bonitate ipſius & moribus. Præſtanti enim ac ſingulari habitus eſt temperantia. Non igitur tanquam uoluptaris amans hac uti oratione uidebatur, ſed quòd res reuera ita haberet. Nec uerò ex contrario minus perſpicuum fieri putabat. Dolorem enim omnibus per ſe eſſe fugiendum, itemq́; expetendum contrarium. Maximè autem expetendum eſſe, quod rei nullius cauſa ſequeremur, qualis eſſet uoluptas, cõſenſu omnium. Neminé enim quærere, quamobrem uoluptate afficiatur, quòd per ſe & propter ſe ſit uoluptas expetenda. Quę ſi ad bonum quoduis adderetur, ueluti ad ea quæ iuſta & modeſta ſunt, magis id expetendum efficere. Atqui bonorum acceſsio, niſi ab ijs quę etiam bona ſint, fieri non poteſt. Verùm hæc quidé ratio non magis uoluptaté in bonis uidetur, quàm aliud ponere. Quicquid enim bonum eſt, omne coniunctum cũ alio, optabilius eſt, & magis expetendum, quàm ipſum ſeparatim. Qua etiã ratione Plato refellit eſſe ſummum bonum uoluptatem. Magis enim expetendam cum prudentia coniunctam iucundam uitam, quàm ipſam ſeparatim. Quòd ſi pluris ſit cõiuncta uoluptas, non eſſe in ea ſummũ bonum. Nullius enim acceſsione boni, ſummum bonum magis expetendum effici poſſe. Illud autem perſpicuum eſt, nõ poſſe quicquã aliud ſummũ bonum eſſe, quod coniunctum cum alio, quod per ſe bonũ ſit, magis expetendum, & optabilius exiſtat. Quid ergo eſt eiuſmodi, cuius nos etiam participes ſumus? nam tale quęritur. Qui nanq; negant ſummũ bonum id, quod omnes appetunt, ij nihil di- A cũt. Quod enim uidetur omnib. id eſſe dicimus. Nec qui tollet hanc probationem, aliquid ucriſimilius probabiliusúe adferat. Etenim ſi ſola mẽtis expertia eam expeterent, aliqua eſſet eorum oratio. Sin ea etiam quæ prudẽtia utuntur, quid eſt quod poſsint dicere? Atq; etiam corruptis & deprauatis hominibus fortaſſe à natura quædã boni particula tributa eſt, pręſtantior & melior, quàm ſint ipſi per ſe, quæ bonum naturæ accommodatum expetit. Nec etiam uidetur uera refutatio illius rationis, quæ de contrario adfertur. Negant enim ſi dolor malum ſit, continuò uoluptatem eſſe bonum. Malum enim malo eſſe contrarium, & neutri utrunque. Quæ cum dicunt, uera quidem illi dicunt, ſed quæ tamen locum habere in ijs non poſſunt, de quibus agitur. Si enim utraque ſint in malis, fugienda etiam eſſe oporteret: ſin neutrum ſit aut alterum, eadem ratio eſt. Nunc cõſtat homines uoluptatem ſequi, ut bonum, & dolorem fugere, ut malum. Ita inter ſe ſunt contraria.

DISPVTAT ADVERSVS EOS, *qui uoluptaté negabant eſſe in bonis: & concludit tam eſſe bonum, etſi non per ſe ſit omnis uoluptas expetẽda.* Cap. III.

NEc ſi uoluptas qualitas non eſt, idcirco in bonis non eſt: quippe cum nec uirtutis actiones qualitates ſint, nec beatitudo. Cõtendunt autem bonum certum eſſe & finitum, uoluptatem infinitam & incertam, propterea q acceſsionem & deceſsionem admittat. Atqui ſi B ex eo quod eſt uoluptate affici id iudicant, idem ualebit in iuſtitia cæteriſq; uirtutibus omnibus, in quibus contentionem & remiſsionem manifeſtò capiunt, qui ex ijs quales cognominantur, unde fit, ut pari ratione ipſæ uirtutes acceſsioné capere dicantur, & deceſsionem. Alij enim alijs ſunt, & iuſtiores, & fortiores. Et poteſt aliquis quæ iuſta & modeſta ſunt, & contentius facere, & remiſsius. Sin ipſis in uoluptatibus id uelint inеſſe, ſatis explicatè nunquam cauſam adferãt, cum ſint aliæ immixtæ & ſimplices, aliæ mixtæ & coniunctæ. quid uerò prohibet, ut ualetudo quæ certa ſit & finita, firmior eſt & infirmior, ſic maiorem fieri & minorem uoluptatem? Non enim uel omnium eſt eadem temperatio, nel aliqua certa ſemper in eodem, ſed remiſſa ad tempus permanet: differtq́; acceſsione & deceſsione à ſuperiore: quod idé in uoluptate poteſt contingere. Præterea cum ſummum bonum perfectum quiddam & abſolutum ponunt, motiones autem & ortus imperfectos: uoluptatem quidẽ motum & ortum oſtendere conantur, quod mihi inſcitè uidentur dicere. Neq; enim motus eſt uoluptas, quandoquidem propria eſt omnis motionis uelocitas & tarditas: & ſi non per ſe, uelut ei quæ mũdo attributa eſt per comparationem ad aliud. At neutrũ horũ uoluptati accidit. Fieri enim poteſt, ut quemadmodũ in ira, ſic aliquis citò ſit in uoluptate: ut auté uoluptatem capiat citò, non poteſt, ne facta quidem cum alio comparatione. At ut ingrediatur quis, & creſcat, poteſt, & ſi qua ſunt eiuſdem generis. Fieri ergo poteſt, ut celeriter, tardéue mutemur in uoluptaté.

ut autem citò conuenienter uoluptati agamus, id eſt gaudeamus, & afficiamur uoluptate, non poteſt. Ortus porrò, quo tandem pacto ea futura eſt? Nõ enim ex re qualibet quiduis oritur, ſed occidunt in id omnia, unde orta ſunt: & cui rei cauſam ortus adfert uoluptas, eidẽ eſt dolor interitus cauſa. Atq; etiam dolorem dicunt, indigẽtiá eſſe eius quod naturæ accõmodatum eſt: uoluptatem eius expletionem atque ſatietatẽ quæ ſunt perturbationes corporis. Si ergo uoluptas expletio eſt eius, quod naturę accõmodatum ſit: in quo fuerit expletio, id profectò percipiat uoluptatem neceſſe eſt. Ita corpus capiet uoluptatem. At non eſt ita. Non eſt igitur expletio uoluptas, ſed cum ſit ſatietas & expletio, tum quis uoluptate afficitur: & cum ſecatur, dolet. Ac mihi quidem certè hæc manaſſe ſententia uidetur ex ijs uoluptatibus & doloribus, quæ ex cibo alimentoq; capiuntur. Cum enim homines aliquid dolentes deſiderant, poſt eius expletione oblectantur, quanquam non omnibus id uoluptatibus contingit. Vacant enim dolore mathematicæ uoluptates, earumq; quæ ſenſibus percipiuntur, eæ quæ olfactu percipiũtur: atq; etiam auditiones & aſpectus: multæ præterea recordationes & expectationes dolore carent. Quæ quidẽ cuius tandem rei ortus ſunt futuræ? præſertim cum nullius fuerint indigentiæ, quá explere poſſint. Nam ijs quidem hominibus, qui obſcœnas uoluptates adferunt, reſpondendum eſt, nõ eſſe iucunda illa, ex quibus illæ capiantur. Non enim ſi hominibus malè affectis, & conſtitutis iucunda ea ſunt, idcirco putanda ſunt iucunda eſſe omnino & abſolutè, ſed his modò talibus: ſicuti neq; ea quidẽ ſalubria ſunt quæ ægris uidentur, nec dulcia, nec amara: nec rurſum alba ea ſunt, quæ alba lippis uidẽtur. Aut certè hoc modo dicatur, uoluptates quidem expetendas eſſe, at non ſi ab ijs talibus proficiſcantur: ut ſunt diuitiæ expetẽdæ, at nõ proditori. & ualetudo eſt illa quidem expetenda, ſed tamen nõ ei qui ueſcatur re qualibet. Aut ſpecie uoluptates differre. Aliæ enim ex honeſtis rebus capiũtur, aliæ ex obſcœnis & turpibus. Nec quenquá delectare poteſt uoluptas, quæ ex rebus iuſtis capitur, niſi idem ſit iuſtus: nec quæ ex muſicis, niſi idẽ ſit muſicus. Eadẽ eſt ratio cæterarum. Videtur autem amicus, qui ab aſſentatore abeſt diſtatq; plurimũ oſtendere, nõ eſſe uoluptatem bonũ, aut certè ſpecie differre. Ille enim boni honeſtiq; cauſa congreſſus & conſuetudines ſequitur, q. laudi ducitur: hic uoluptatis, quod uitio datur, ex quo diuerſa eſſe quo referũt, ſuos cõgreſſus intelligitur. Nemoq; eſt, qui ijs uelit uoluptatibus perfluens, quib. pueri ſua quidẽ opinione maximis ducũtur, in puerili mẽte degere omnẽ ætatem: neq; ex obſcœnis & turpib. factis uoluptatẽ capere, nullo unquá impendente doloris metu. Multarũ etiam rerũ ſtudio trahamur, etiá ſi nullam uoluptatẽ adferant: ut uidendi, ut recordandi, ut ſciendi, actionisq; uirtutũ. Nec intereſt, utrum ex ijs uoluptas conſequatur neceſſariò: quippe cum ea ſequeremur, etſi nulla ex ijs gigneretur uoluptas. Ergo illud quidẽ perſpicuum eſt, nec bonũ uoluptatẽ eſſe, nec omnẽ expetendam: etiá illud, per ſe expeten A das aliquas, quæ ſpecie inter ſe differãt: aut ijs rebus ex quibus oriãtur. Ac de ijs quidem quæ de uoluptate & dolore diſputantur, hactenus.

IAM QVID QVALISVE SIT *uoluptas, oſtendit: & quo pacto actionem ipſa omnem perficiat.* Cap. IIII.

QVid autẽ, qualisúe ſit, facilius, ſi paulò altius reperamus, intelligetur. Aſpectus enim perfectus eſt, quacunq; tẽporis quo aſpicimus parte. Nihil enim deſiderat, quod factum in poſterum formá poſsit abſoluere. Huic eſt ſimilis uoluptas, quæ totum quippiá eſt ſemper. nullo enim tempore quiſquá ita capere uoluptatem poteſt, ut ſi maiore tempore gignatur, eius forma poſsit abſolui. Ita ne motus quidem eſt. Motus enim omnis in tẽpore ſit, finemq; aliquem & terminum ſpectat. ueluti actio quæ in ædificando ſuſcipitur, tum perfecta abſolutaq; eſt, cũ id quò refertur, abſoluerit. Ac in toto quidem tẽpore motus perfectus eſt. At in partibus temporis omnes imperfectæ ſunt: differuntque ſpecie à perfecta actione, & illæ etiá inter ſe. Lapidũ enim compoſitio à columnæ erectione differt, & hæ ipſæ à templi perfectione. Ac templi quidem ędificiũ & ſtructura undiq; perfecta eſt, quum ei nihil deſit quod propoſitum fuerat: crepidinũ autem & laquearium inchoata, non perfecta, quippe cum utraq; partis ſit propria. Quapropter ſpecie inter ſe differunt, nec poteſt in ullo, niſi in toto tempore, reperiri motus in ſuo ge B nere perfectus. Similis eſt ratio ingreſſus & motionũ cęterarum omniũ. Etenim translatio motus eſt quo hinc illuc itur, & huius in ſpecie differẽtię ſunt uolatus, ingreſſus, ſaltatio, & alia eiuſdem generis: uerùm non ille ſolum reperitur in hoc motu ſpeciei diſtinctio, ſed in ipſo etiá inceſſu. Terminus enim ex quo mouemur in alium, non eſt idẽ in ſtadio & in parte, neq; in alia atq; alia parte. Nec idem eſt huius & illius lineæ tranſitus. Non enim ſolum linea præteritur, ſed etiá linea quæ in loco ſita eſt. At in alio loco hæc atq; illa eſt. Ac de motu quidem alijs libris accuratè diſputauimus, qui quidẽ non in omni perfectus tempore uidetur, ſed inchoati ſunt ac non perfecti multi, qui etiam ſpecie inter ſe differant. ſiquidem termini, à quo motus incipit, & in quo deſinit, ſpeciem conficiunt. At uerò uoluptatis eſt in quolibet tempore perfecta forma. Ita perſpicuũ eſt & inter ſe ſpecie differre uoluptates, & in ijs eſſe, quę uniuerſa, totaq; ſint atq; perfecta. Quod etiam hinc perſpici poteſt, quia nihil moueri niſi in tẽpore poteſt, at uoluptate affici poteſt: quandoquidẽ quod in puncto eſt temporis, id totum eſt etiá atq; uniuerſum. Ex quib. hoc quoq; perſpicuũ eſt, inſcitè ab his in motu & ortu poni uoluptatem. Neq; enim hæc ipſa ſunt rerũ omniũ, ſed earum duntaxat quæ diuidua in partes ſunt, non ipſa quædam tota. Nec enim aſpectus ortus eſt, nec puncti, nec unius: nec quicquam eorum eſt motus aut ortus. Nec igitur uoluptatis quidem, quæ eſt res quædam tota & uniuerſa. Cũ uerò ſenſus omnis in eo munus ſuũ exequitur, quod ſub ipſum cadit: tũ is qui bene affectus eſt,

eſt, in eo probè munus officiumq; ſuum tuetur, quod omnium quæ ſub ſenſum illum ſubiecta ſunt, eſt præſentiſsimum. ſiquidem tale quiddã perfecta actio, perfectusq́ue uſus uidetur maximè. (At utrũ ſenſum agere dicamus, an id ipſum in quo ipſe ſit, nihil hic intereſt) in omnibus ſanè actio eſt optima eius qui optimè ad id affectus eſt, quod eſt omniũ, quæ ſibi ſubiecta ſunt, nouiſsimum, quæ eadem ſit neceſſe eſt & abſolutiſsima & ſuauiſsima. Eſt enim ſua cuiuſque ſenſus uoluptas propria; itemq́ue mentis & contemplationis. Ea autem actio plurimum habet iucunditatis, quæ eſt perfectiſsima. At ea demũ perfectiſsima eſt, quę ab eo proficiſcitur qui bene affectus aptusq́ue eſt ad eam rem gerendam, quæ omnium optima eſt earum, quæ propoſitæ ſunt ſibi. Perficit autem actionem uoluptas. nec uerò ita uoluptas perficit, ut res ſenſui ſubiecta, & ſenſus ipſe, cum ſunt integra, ſicuti ne ualetudo quidem & medicus eodem modo cauſa ſunt cur ualeamus. Illud autem perſpicuũ eſt, in omni ſenſu uerſari uoluptatem, ſiquidem aſpectus & auditiones iucũdas eſſe dicimus. Ac illud quidem etiam perſpicuum eſt, ita deniq; ſummam uoluptatem futuram, ſi ſenſus ſit integerrimus, & in reliqua eius generis occupatus. cumque erunt eiuſmodi, res ſub ſenſum ſubiecta, & res ſenſu percipiẽs, ſemper erit uoluptas, ſiquidem adſit quod agat quodq́ue patiatur. Sed actionem abſoluit uoluptas, ut non ut ingenitus quidam habitus, ſed ut quidam finis accedens, ueluti hominibus corroboratis iam confirmatisq́ue ætatibus, pulchritudo ſolet accedere. Quandiu porrò res ſubiecta ſenſui uel intelligentiæ talis manet, qualis debet, itemq; & quod iudicat & qđ cõtemplatur: tandiu futura eſt uoluptas in actione. Etenim ſi quod agit quodq́ue patitur ſimilia ſint, eodemq; modo inter ſe affecta: eadem res ſolet exiſtere natura. Et quoniam uoluptate nemo continenter afficitur, aut laborem ſubit (humanæ enim res laborem ſempiternum non poſſunt pati) idcirco ne uoluptas quidẽ manet ulla ſempiterna, cum præſertim actionẽ comitetur. Res autem quædam placent illæ quidẽ, & delectant cum nouæ ſunt: ſed in poſterum ob eã ipſæ cauſam non item. Primùm enim inuitatur & allicitur animi cogitatio, & in res ipſas tota intenditur, ut aciem oculorum intendunt ij omnes qui res conſiderant: deinde actio eiuſmodi non conſequitur, ſed multo remiſsior. Ita uoluptas quoque omnis obſcuratur. Omnes autem uoluptatem appetere, hinc intelligi poteſt, quòd omnes uitæ cupiditate ducuntur. Atqui uita quædam actio eſt. In ijsq; rebus & his quiſq; elaborat & uerſatur, quas maximè adamat. ut muſicus auditu in cantu, ut diſcendi cupidus intelligentia in rerum cognitione & contemplatione, itemq; cęteri. At rerũ actiones undiq; abſolutas uoluptas efficit, uitã etiam cuius cupiditate incenſi ſumus omnes. Ergo uoluptatem quoq; expetũt, nec ſine cauſa, quippe cũ uitam quã quiſq; expetit, abſoluat. Vtrum autẽ uitam uoluptatis cauſa expetamus, an ad uitam uoluptatem referamus, nũc omittamus quęrere. Copulata enim hęc inter ſe uidentur, ut neutrum ab altero nec diuelli poſsit

A nec diſtrahi. Nã & uoluptas eſſe ſine actione nullo mõ poteſt, & perficit oẽm actionẽ uoluptas.

VOLVPTATES INTER SE SPEcie differre: & uoluptatum, ſicut aliarum rerum omnium menſuram eſſe uirtutem & ſapientem. Cap. V.

EX quo perſpici poteſt, uoluptates differre ſpecie. Quæ enim differentium ſunt generum, ab alijs atq; alijs perfici putamus. Differunt autem mentis uoluptates ab ijs quæ percipiuntur ſenſibus. Conſtat enim ſic habere omnia, & quæ natura, & quæ arte ſolent effici. Vt animalia, ut arbores, ut pictura, ut ſtatuæ, ut domus, ut uas. Patet igitur eodem modo actiones etiam quæ ſpecie differunt, ab ijs compleri quæ ſpecie differant. Atqui quæ mente geruntur ab ijs quæ ſenſibus, & hæ inter ſe diuerſæ ſunt. Et uoluptates igitur quæ eas cõplent & abſoluũt. Idq; ex eo etiam intelligi poteſt, quòd unaquęq; uoluptas cum ea coniuncta eſt actione, quã compleat. Auget enim actionẽ ſua uoluptas. Acrius enim & accuratius iudicant exquiruntq; omnia ij, qui rem gerunt & tractant libenter. Vt geometræ fiũt ij qui rebus geometriæ ſubiectis delectãtur, iiq́ue omnia melius intelligunt. Itemq́ue & muſicæ & architecturæ ſtudioſi, & cæterarum artium ſinguli artifices ſuo quiſque operi acceſſionem reperit, eo delectatus. Adaugent igitur uoluptates. At quæ rem augent, maioremq; efficiunt, finitima ac propria uidentur. Quæ autem ijs rebus quæ ſpecie differũt, finitima ac propria

B ſunt, ea etiam ſpecie differũt. Iam uerò hinc etiã facilius hoc ipſum intelligi poteſt, quòd quæ à diuerſis rebus ortæ ſunt uoluptates, actiones impediunt. Qui enim tibiarum cantu tenentur, nõ poſſunt uerba quæ interim fiunt, aduertere, ſi tibicinem modulantem audiant, cum maiorẽ uoluptatem ex numeris capiant, quàm ex præſenti actione. Voluptas igitur quã parit tibiarũ numerus, eam labefactat actionẽ, quæ in oratione uerſabatur. Quod idem in alijs cõtingit, cum ſimul in duas res intendimus. Quę enim plus habet oblectationis, excludit alteram: eoq; magis, quo maior uoluptatis præſtantia eſt, ut nihil agamus in altera. Itaq; cũ uehementer nos res quęlibet delectat, non admodũ aliud agimus: aliaq; facimus, dum ex alijs leuem capimus uoluptatem. Quod ijs uſuuenit, qui in theatro edunt bellaria: id enim faciunt tum maximè, cum imperiti ignobilesq; concertant. Quoniam autem uoluptas propria & delectatio accuratas facit & diuturniores & meliores actiones: quæ autem alienæ ſunt, corrumpunt & labefactãt, perſpicuum eſt inter eas intereſſe plurimum. Ferè enim idem faciũt alienæ uoluptates, quod proprij dolores. Auferunt enim moleſtiæ propriæ, actiones. Vt ſi cui iniucundus moleſtusq; eſt ſcribendi labor, alteri ratiocinandi: ille ſcribere, hic ratiocinari nõ ſolet, quòd moleſtiæ plena ſit actio. Cõtingit ergo circa actiones rem ſe habere, contrà in uoluptatibus ijs quæ naturæ accõmodatæ ſunt, atq; doloribus. Accõmodatæ autem ſunt & propriæ, quæ actionem per ſe conſequuntur. Alienæ uerò dictæ ſunt, quæ ſimile quiddam faciunt do-

loris. Interimunt enim, etſi non eodem modo. A Præterea cum actiones aliæ bonæ ſint, aliæ malæ, earumq́; nonnullæ expetendæ, quædam fugiendæ, aliæ indifferentes, eadem eſt ratio uoluptatũ. Sua enim cuiuſque actionis uoluptas eſt & delectatio. Quæ ergo prauæ propria eſt, eadẽ inhoneſta & mala: quæ bonæ & honeſtæ, bona. Etenim rerum honeſtarum laudandæ ſunt cupiditates, turpium uituperandæ. Sed actionibus interiores ſunt & magis proprię, quę in ipſis inſunt uoluptates, quàm appetitiones: quoniam hæ ſunt ab illis diiunctę & temporibus & natura: uoluptates autẽ ita propè accedunt ad actiones, adeoque indiſtinctæ ſunt, ut idémne ſit uoluptas quod actio, ſit quæſtio. non tamen uidetur quidem, quoniam abſurdum eſt, uoluptas eſſe cogitatio aut ſenſus. Sed quia non ſeparantur, idem uidentur eſſe nõnullis. Vt igitur actiones, ſic uoluptates differunt. Intereſt autem aſpectus à tactu puritate, & à guſtatu tactus & odoratus. Similiterque differũt inter ſe ſenſuum uoluptates, & ab his quæ mentis ſunt propriæ & inter ſe utræque: uideturque ut opus, ſic ſua cuique animalium uoluptas eſſe attributa, ea ſcilicet quę propriam cuiuſq; actionem comitatur. Id quod ſingula ſpectanti uidebitur. Alia eſt enim uoluptas equi, alia canis, alia hominis. Verumque eſt illud Heracliti, Aſinos ſtramen malle quàm aurum. Eſt enim aſinis ſtramen pabulum, quàm aurum ſuauius. Atque hæ quidem quæ propriæ ſunt eorum quæ ſpecie differunt, diuerſorum etiam ſunt generum. Quę autem eorum ſunt quę eiuſdem ſunt generis, eas conſentaneũm eſt, ut non differant. At uerò in hominibus magna earum diſtinctio eſt. Eadem enim res alios offendit, alios delectat: nonnulliſq́; moleſta ac odioſa eſt, quibuſdam ſuauis & optanda. Quod etiam in rebus dulcibus contingit. Non enim eadem res dulcis uidetur ei, qui febri affligatur, & ualenti: neq; idem calidum ei, qui imbecilla & infirma eſt ualetudine, & ei qui bene habet corpus conſtitutum. ſimiliterq́; fit in cæteris. In quibus omnibus id uidetur uerum, quod ſapienti uideatur. Quòd ſi præclarè ac uerè dicitur: profectò ut uidetur, ſic etiam eſt rerum omnium menſura uirtus, & ſapiens, qui a talis eſt. uoluptatesque eæ ſunt habendæ, quæ huic uidentur: & iucunda ea, quibus hic gaudet. Quæ autem ei grauia & moleſta ſunt, ea ſi cui ſuauia uideantur, nihil mirum. Multæ enim ſunt hominum deprauatæ infectæque affectiones, nec ea uoluptatem efficiunt, niſi fortè iſtis, & qui ita affecti ſunt & conſtituti. Ac eas quidem quas obſcœnas & turpes conſtat eſſe, perſpicuum eſt non eſſe nominãdas uoluptates, niſi fortè deprauatorum hominum. Earum autem ſunt quæ ueræ uoluptates, quæ tandem, qualiſue hominis propria uoluptas habẽda eſt? an id perſpici poteſt ex actionibus? eas enim uoluptates conſequuntur. Siue ergo una ſiue plures habendæ ſunt perfecti, & beati uiri actiones, profectò quę has complebunt & abſoluent, eę propriè & uerè dici poſſunt hominis uoluptates. Cæteræ ſecundum locum, idque multifariam, ut etiam actiones, obtinebunt.

A DE BEATITVDINE, QVAM *non eſſe habitum oſtendit, ſed in actionibus iis, quæ ui ſua & propter ſe ſint expetendæ.* Caput VI.

Reliquum eſt, quoniam de iis diſſeruimus quæ ad uirtutes, amicitias, & uoluptates pertinebant, ut populariter ac planè de beatitudine dicamus, pręſertim cum in ea rerum humanarum finem ultimumq́; ponamus. Quòd ſi quæ ſuprà dicta ſunt, paulo altius repetamus, multo breuior futura eſt oratio. Habitum quidẽ eam eſſe negauimus, quòd dormienti per omne tempus ætatis adeſſe poſſet, etiam ei qui uitam plantarum degeret, eiq́; qui in maximis calamitatibus miſeriiſq́; uerſaretur. Quæ ſi minus probantur, potiusque in actione quadam ponenda eſt, ut ſuprà docuimus: actiones autem aliæ ſunt neceſſariæ & propter aliud expetẽdæ, alię ui ſua & propter ſe: perſpicuũ eſt in iis quæ propter ſe, nõ propter aliud ſunt petendæ, beatam uitã eſſe numerandã. Nihil enim beata uita deſiderat, nihil requirit, nullo eget, ſed ſeipſa contenta eſt. Sunt autem propter ſe expetendę, ex quibus ſola actio petitur. ex quo ſunt genere uirtuti conſentaneæ actiones. (Bene enim & præclarè facta omnia in illis ducuntur, quæ ui ſua per ſe & propter ſe expetuntur) atq; etiam eæ quæ gratę ſunt atq; iucundæ ludorum oblectationes. Neq; enim propter aliud expetuntur. Dant enim eis incommoda potius, quàm utilitatem afferant: uidemusq́; eos nec ualetudinis, nec rei familiaris habere rationem. & confugiunt ad hæc uitæ in- B ſtituta pleriq; eorum, qui beati putantur. Itaque apud tyrannos honorati ſunt ii, qui in rebus & inſtitutis huiuſmodi comes ſe facetosq́; prębẽt. Quarum enim rerum illi cupiditate incenſi ſunt, in iis ſe iucundos & affabiles præbent iſti, quales illi homines requirunt maximè. Atque hæc ipſa quidem uidentur, propterea uitam beatam complere, quòd homines principatu, imperio, & poteſtate præditi iis rebus operæ plurimum tribuunt. Sed fortaſsis ex iis non æquum eſt ſumere argumẽtum. Neq; enim in poteſtate & imperio uirtus ac ratio, à quibus honeſtæ actiones proficiſcũtur, poſitæ ſunt. Nec ſi propterea quòd partem nullam liquidæ uoluptatis, & liberæ unquam guſtarũt, ſe corporis uoluptatibus dedãt, idcirco eæ putandæ ſunt optabiliores. Nam pueri etiam quæ apud ipſos ſunt in honore & precio, optima exiſtimant. Cõſentaneum eſt igitur, ut alia pueris, alia uiris in honore ſunt, ſic improbis eſſe & bonis. Quare ea demũ, ut ſępè dixi, habenda ſunt honorata & iucunda, quę bono uiro eiuſmodi uidebuntur. Singulis autẽ hominibus quæ à ſua cuiuſq; affectione & uoluntate ducitur, maximè expetẽda actio eſt. Et bono igitur uiro ea, quæ uirtuti congruit. Nõ igitur eſt in ludo beata uita. Nã abſurdum ſit profectò, finem rerũ omniũ in ludo ponere, totq́; ac tãtas res gerere, tot uitę pericula adire, tanta mala per omne tempus ętatis perferre, ob eã unam cauſam, ut poſsis ludere. Omnia enim, uerè ut dicã, excepta beata uita, propter aliud expetimus. Eſt enim ea finis & extremũ omnium. Multum autem ſtudii curæq́; ponere, & laborem ferre, ut ludas, ſtultum quiddam

quiddam & nimium puerile eſt. At ludere, ut ſerias res gerere poſsis, Anacharſidis ſententia æquum eſt. Quoniam enim ludus requieri & ceſſationi ſimilis eſt, quoniamq́; laborem ferre ſempiternũ minimè poſſumus, ceſſatione opus eſt. Non eſt igitur in ocio & ceſſatione finis poſitus, quippe quæ ad actionem referatur. Beata autem uita, quæ bona eſt & ſeria, non in ludo, ſed in uirtute conſiſtit. Quæq́; res bonæ & ſeriæ ſunt, eas meliores dicimus iocis & luſibus: & melioris ſemper partis, & hominis actionem eſſe magis ſeriam, maioreq́; ſtudio dignam. At optimæ cuiuſq; partis actio optima eſt, & beatæ iam uitæ maximè propria uidetur. Voluptatibus autem corporis frui quiuis poteſt, etiam mancipiũ, non minus quàm uir optimus. At beatitudinẽ mancipio nemo tribuat, niſi etiam uitã beatam. Non enim in his uitæ degendæ rationibus beata uita, ſed in uirtute conſentaneis, ut antè dixi, actionibus officijsq́; cernitur.

BEATAM VITAM PRAECIPVE *mentis eſſe, ſapientiæ & contemplationis: & hanc eſſe uere diuinam uitam, & immortalitatem.* Cap. VII.

QVòd ſi beatitudo actio eſt uirtuti congruens, conſentaneum eſt, ut ſit optimæ conſentanea, quam eandem ſitam eſſe neceſſe eſt in parte optima, ſiue ea quidem mens eſt, ſiue alia pars aliqua, quæ naturæ lege imperare debet ac regere, notitiamq́; in ſe rerũ honeſtarum ac diuinarum continere, ſeu diuina quædam res etiã eſt, ſeu in nobis ea nihil eſt diuinius: in eius certè actione uirtuti propriæ conſentanea completa & abſoluta beatitudo ponetur, quam eandem in cognitione & contemplatione conſiſtere, ſuprà demonſtratum eſt. Id quod uideri poteſt, & ſuperioribus reſpondere, & conſpirare cũ ueritate. Omnium enim actionum nulla eſt hac præſtantior, nulla melior. Nam & mente nil melius in nobis eſt, & nil præſtantius ijs rebus quæ contemplationi ſubiectæ ſunt, in quibus mens ipſa uerſatur. Tum iſta actione nulla eſt diuturnior ac permanentior. nam contemplari diutius quàm quiduis agere poſſumus. Præterea uoluptatem putamus copulari, & connecti debere cum beatitudine. Omnium autem actionũ quæ à uirtute manant, nulla eſt iucundior omnium conſenſu, nulla ſuauior ea, quæ à ſapientia proficiſcitur. Itaq; mirabiles quaſdam ſapientia puritate & ſtabilitate habet oblectationes. Verũ id conſentaneum eſt doctos, quàm dubitantes & inſcios, maiorem percipere uoluptatẽ. Illa etiam quæ fertur ſatis ampla, & ſe ipſa contenta rerum abundantia, in rerum cognitione & contemplatione conſiſtit maximè. Omnium enim rerum quæ ad uitam degendam ſunt neceſſariæ, & ſapiens uir & iuſtus, & cæteri omnes indigẽt. Quę profectò ſi ſuppetãt adhuc, tamẽ uir iuſtus apud quos & quibus cum res iuſtas tractet, deſiderabit. Itemq́; moderatus, & fortis, & cæteri. At uerò ſapiens etiam ſolus poteſt in rerum cognitione uerſari, eoq́; magis quo erit maiore ſapientia ornatus & inſtructus. Cui quanquam fortaſsis melius eſt miniſtros pręſto eſſe, tamen ſe ipſe eſt

A contentus maximè. Videtur etiã hæc actio propter ſe ſola expeti, quippe ex qua præter cõtemplationem nihil conſequatur: ab ijs uerò rebus quæ geruntur præter actionem plus minusque pręterea aſſumamus. Beatitudo etiam in ocio & ceſſatione uidetur cõſiſtere. Negotia enim ſuſcipimus, ut in ocio ſimus: & bella gerimus ob eã cauſam, ut in pace uiuamus. Ac uirtutũ quidem uſus & munera earum quæ ad actionem rerum ualent, in ciuilibus bellicisq́; rebus uigent maximè, quæq́; in his uerſantur actiones & officia, negotioſa uidentur. Ac bellicę quidem omnino. Nemo enim bellum, quia bellum eſt, gerere inſtituit, neque bellum parare. Crudelis enim uideatur omnino, ſi quis cõtra amicos bellũ inſtruat, ut pugna edatur, fiantq́; cędes. Eſt uerò etiam negotioſum eius munus, qui in Reipub. luce uerſatur, eiq́; præter Reipub. adminiſtrationem propoſita ſunt imperia & honores: aut certè hanc ipſam beatam uitam ſibi procurat & ciuibus, aliam à ciuili quam etiam quærimus, quamq́; ab illa differre conſtat. Quòd ſi inter uirtutũ actiones & officia bellica, & ciuilia multo præſtant, & dignitate & magnitudine: hæc autem actuoſa ſunt, ad finemq́; aliquẽ referuntur, nec propter ſe expetuntur: mentis uerò, & animi ſapiens actio, & ſtudio longè excellere uideatur, ut quæ cognitione dirigitur, & præter ſe finem ſibi nullum proponit, & propriam habet oblectationẽ, qua ipſa maximè augeatur. Hinc ſanè fit, ut & illa ſeipſa contenta rerum abundantia, & ocium & uacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cæteraque omnia quæ beato uiro
B tribuuntur, hac ipſa actione contineantur. Hanc igitur undiq; perfectam beatitudinem hominis eſſe neceſſe eſt, ſi perfectæ & abſolutæ uitæ uſura acceſſerit. Nihil enim in beata uita non perfectum poteſt exiſtere. Quę talis uita profectò melior eſt, quàm ut attribuere eam ſibi homo debeat. Eam enim agat, non qua homo eſt, ſed qua in eo diuinũ quiddam incluſum eſt: quod quanto præſtat ei quod concretũ eſt, tanto eius actio ei quæ à cæteris uirtutibus proficiſcitur, antecellit. Vt igitur diuinũ quiddam mens eſt cum homine comparata, ſic uita ei congruens & conſentanea, diuina eſt ad humanam. Omnesq́; debemus, non, ut hortantur quidam, ſpectare humana cum ſimus homines, nec mortalia cum mortales: ſed quoad poſſumus, niti ad immortalitatem, omniaq́; perficere, ut uitam ex eo degamus, quo nihil eſt in nobis præſtantius. Etſi enim mole exiguum eſt, at ui certè & dignitate multũ rebus omnibus antecellit. Quinetiã uidetur quiſq; illud ipſum eſſe: ſiquidẽ id ſit quod eſt in nobis optimum, quodq́; principatum obtinet. Quo indignius uideatur, ſi non ſuam quiſq; uitã ſequatur, ſed alienam. Accedit huc quod & antea diximus, & nunc dici par eſt, quod cuiq; tributum ſit à natura, id cuiq; eſſe, & optimũ, & ſuauiſsimũ. Et uita igitur homini eſt ſuauiſsima, menti congruens. ſiquidem eſt homo hæc pars maximè, quæ eadẽ uita etiam beatiſsima ſit neceſſe eſt.

DE BEATITVDINE EA, QVAE in ciuili uita, humaniſq; uirtutibus cernitur: quæ tum ad illam diuinam quoque referenda eſt.

A

Caput VIII.

SEcndo loco beatitudiois ea uita eſt, qoę reliquis uirtutibus cõgruit, quòd actiones illis conſentaoeæ ſint humanæ. Nam & iuſtitiæ nos & fortitudinis cæterarumq; uirtutũ muneribus officijsq; ultrò & citrò fungimur, cũ in rebus contrahendis, io indigentia, io omnibus actionibus & perpeſsiooibus ſuum cuiq; tribuimus pro dignitate, quæ ad naturam humanam perſpicuũ eſt omnia pertinere. Atq; etiam à corpore quædam ex ijs duci uidentur: habetq; cum perturbationibus moralis uirtus magnũ commercium. Copulata etiam eſt, & cooo exa prudentia cum uirtute, quæ ſpectatur in moribus: & hæc ipſa cõ prudentia. Nam & prudentię initia manant ab ijs uirtutibus, quę more perficiuntur: & quicquid in eis eſt quod bonũ rectumque ſit, id omne à prudentia ducitur. Quòd ſi hæ ipſe in perturbationibus inhærent, in eo toto quod ex aoims & corpore conrretũ eſt, ſitę ſiot neceſſe eſt. cuius quoniam humanæ ſunt uirtutes, neceſſe eſt etiam uitam eam quæ ad eas dirigitur, & beatitudiñe eſſe humanã. At uerò quæ à mente uita, & beatitudo proficiſcitur, ab illa ſeparata eſt. Hæc enim de ea dicta ſint hactenus: quoniã de ea ſubtilius diſputare, maioris negocij ſit, quàm quod ſuſcepimus. Sed paulum admodum hæc externa bona, & affluentiã, aut minus certè quàm quæ more perficitur, uidetur requirere. Nam ut rerum aduinendũ neceſſariarũ uſum utraq; requirat, idq; ſi ita uis ex æquo quanqoam maior quædam ei qui in Repub. uerſatur ad res corporis, cęterasq; omnes eiuſdem generis procurandas adhibenda ſit diligẽtia: ſed in ea certè re non ita multum differunt: in officijs uerò & actionibus ſequendis, plurimũ inter eoa intererit. Nam & liberali ad tuenda officia liberalitatis pecunia opus erit. & iuſto quidem ad referendã gratiam. Incertæ enim ſunt uoluntates hominũ, multiq; cum iuſti non ſint, præ ſe ferunt iuſtitiæ ſpeciem & opinionem. Forti uerò uis eſt neceſſaria, ſi quid uirtute gerere uelit: & moderato uiro licẽtia. Quomodo enim perſpici poterit, utrum hac uirtute præditus ſit, an ab ea alienus? Vtrum autem uoluntas, & prima ſuſceptio plus in uirtute poſsit, an effectus, quoniã in utroq; conſiſtit, quæſtio eſt. Necdubium quidẽ quin in ijs duobus perfectio, & quaſi ſumma cõſiſtat. Sed actiones multa deſiderant, eoq; plura & maiora, quo maiores & clariores. At homo is qui in rerũ cognitione uerſatur, res eiuſmodi ad actionem nihil requirit, quinetiã uerè, ut dicam, impediunt contemplationem. Sed tameo quia homo eſt, ut ræq; uſu cum multis implicatur, eo fit, ut officia cætera uirtutis ſequatur & faciat: idcirco his ei opus erit, ut more hominũ uitam poſsit degere. Hanc autem undiq; cõpletam & abſolutam beatitudinem in actione quadã eſſe cognitionis & contemplationis, hinc etiã perſpici poteſt. Deoa enim putamus eſſe beatiſsimos, quas tandem ijs actiones, quę officia triboemus? Num iuſtitię? At nõne ridiculi uidebuntur, ſi & res cõtrahant, & depoſita reddant, cæteraq; faciant eiuſdem generis? An fortes diremus eos qui res aſperas perferant, periculaque adeant ob eam cauſam, quia decet? Num liberales? At cui largientur? Abſurdum etiam uideatur, ſi oumum, aut tale quid habeant. An uerò temperãtes? At quî eſſe poſſunt? An nõ laus ſit uiolenta & importuna, prauis eos uacare cupiditatibus? Atqoi ſi per omnia actionum officiorumque genera expaciemur, perexiguam ſanè laudem, & Deorum maieſtate indignam continere uidebuntur. Attamen eos uiuere omnes exiſtimant. Agere ergo etiam eos putant. Non enim par eſt, eos tanquam Endymionem, dormientes facere. Sublata igitur agendi, faciendiq;, ac multo etiam magis, ratione, quid tandem uiuenti Deo præter cootemplationem relinquitur? Ita Dei præſtans beatitudine actio in cognitione & contemplatione conſiſtat, neceſſe eſt. Atq; etiam hominum actio, ut quęq; ad hanc proximè accedit, ita eſt beatiſsima. Idq; ex eo intelligi poteſt, quòd cætera animalia ſunt omnia expertis beatitudinis, cum huius ſint generis actione omni ex parte priuata. Nam omnis eſt Deorũ beata uita: hominũ autem quatenus io ea elucet quoddam eius actionis exemplar. At ex cæteris animantium generibus nullum beatitudinem conſequitur, quod cognitionis & cõtemplationis nullo modo ſit particeps. Quàm ergo latè patet contemplatio, tam etiam beatitudo: & quo maior aliquibus ineſt cognitio & cootemplatio, eo ampliorẽ beatitudinem conſequuntur, non temerè & caſu, ſed per ipſam

[B] contemplationem. Eſt enim per ſe plena dignitatis. Ita eſt in cootemplatione beatitudo. Commodis autem externis, cum homo ſit, indigebit. Imbecilla eoim natura eſt ad rerum contemplationem. Sed certè opus eſt corpus ualere, & uigere, præſidiaq; alimento neceſſaria reliquumq; cultum ſuppetere. Nec ſi beatus ſine bonis externis eſſe nemo poteſt, idcirco multis & magnis beato fore opus putandum eſt. Non enim in nimia quadam rerum omnium abundantia & affluentia, ſatietas poſita eſt, uel officium. poſſunt enim ij etiam qui terra mariq; non imperant, res gerere, & magnas, & dignitatis plenas. Nam cui adſint modicæ ac moderatæ opes, is poteſt ea efficere, & præſtare omnia quæ uirtuti congruunt. Quod planè cernere licet. Priuati enim homines nihilominus, ac multo etiam magis uirtutem colunt, quàm ij qui ſunt in magiſtratu. Atq; hæ tales ſatis magnæ ſint copiæ. quandoquidem uita futura eſt beata eius qui uirtutẽ colet. Et Solon quidem beatos rectè profectò eos dixit, qui moderatis externis copijs & cõmodis præditi, res geſsiſſent illuſtriſsimas, & temperatè, moderateq; uixiſſent. Fieri enim poteſt, ut qui mediocres opes habeant, officium ſequantur. Anaxagoras uerò nec diuitem, nec potentem beatum iudicabat, cum negaret ſibi mirum uiſum iri, ſi ipſe multitudini, quę ex bonis externis, quorum ſolũ ſenſum habet, homines iudicaret, ineptus & ſtultus uideretur. Cum rationibus igitur noſtris, ſapientum quoq; ſententiæ cõgruunt, quæ magnam quandam habent illæ quidem authoritatem: ſed tamẽ cùm de officijs agitur, tum ex

fectis

factis & uita, in quibus eorum oīs præcipua cernitur, uetitas indicatur. Spectanda igitut ſunt antedicta omnia: quæ ſi cū factis conſentiant, comprobare: ſin diſcrepant, uerba modò exiſtimare debemus. Vt autem quiſq; mentem uitæ actioniſq; ducem maximè ſequitur & colit, eſtq; optimè animo conſtirutus, ita eſt Deo chariſsimus. Etenim ſi Dij res curant humanas, ſicuti curant, profectò illud quidem eſt conſentaneum, ut re delectentur & oprima, & quæ generis ſocietate cum ipſis ſit coniunctiſsima, qualis mens uidetur eſſe: ijsque hominibus, qui eam rem maximè ament & colant, beneficia reddant, quòd res eas curent illi quas habent charas, recteq; ac præclarè facta ſequantur. Nec uerò dubium eſt, quin hæc ipſa inſint omnia ſapienti. Ergo Deo chariſſimus eſt, idemq; beatiſsimus debet eſſe. Ita ſapiens maximè eſt beatus futurus.

PERORATIO PRAECLARA, *qua ad uirtutem & beatam uitam philoſophus omnes hortatur: & ſemina quædam iacit ſequentium de Repub. librorū, & optimo ſtatu ciuitatis.* Cap. IX.

SEd qnoniam de bis rebus, de uirtutibus, de amicitia, de uoluptate ſatis multa dicta ſunt populariter, ac pingui quadā Minerua: quæret aliquis, num finis inſtituti mei ueniſſe putandus ſit, an, ut aiunt, cum officia & actiones traduntur, non eſt finis in cognitione poſitus, ſed actione potius ſingulorum? Ergo nec uirtutem quidem ſatis eſt habere cognitam, dandaq; opera eſt, ut & habere eam & colere poſsimus. aut ſi quo alio modo mouemur, ut boni ſimus. Ac ſi in uerbis quidē ſatis magna uis eſſet ad uirtutem, iure profectò Theognidis ſententia, magnū illa quidem fructū ferrent, eaq; adbiberi oporteret. Nunc uerò ualere illa quidem uidentur ad hortandos excitandosq; adoleſcentes liberaliter educatos: ualent etiam ad mores ingenuos imbuendos, & ad honeſtatis ſtudium, cum iam mores recta educatione exculti ſunt: ſed pleroſq; ad uirtutem non poſſunt traducere. Neq; enim pudore parere ſolent, ſed metu: nec deterret eos à facinoroſa uita ipſa turpitudo, ſed pœna. Cum enim in uita animi perturbationibus obediant, ſuas quiſq; uoluptates perſequuntur, eaq; omnia ex quibus oriantur, fugiuntq; dolores cōtrarios. Honeſti aūtē uereq; uoluptatis, quam nunquam deguſtarunt, nec partē norunt ullam, nec unquam noſſe uoluerunt. Hos ergo tales homines, quæ tandem uis orationis poſsit à peruerſa illa & facinoroſa uita ad rectam honeſtamq; deducere? Non enim poteſt, aut non facilè poteſt, ſi quid eſt penitus inſitum moribus, id oratio euellere. Sed cōtenti eſſe debemus profectò, ſi ijs omnibus adhibitis, quibus probi uidemur fieri poſſe, uirtutis compotes ſimus. Probos autem fieri, alij natura putant, alij conſuetudine, pleriq; doctrina. Ac illud quidem perſpicuum eſt, quod in uirtutis actione naturæ eſt, non eſſe illud in noſtra ſitum poteſtate, ſed à diuina quadam ui ijs ſuppeditari, qui uerè ſint fortunati. Orationis autem & doctrinæ uia nunquā apud omnes idem ualet, ſed debet antè, ut humus quę ſemen fotu-

A ta eſt, ſic impotentis animus quibuſdam moribus excoli, ut rectè lætari ac dolere poſsit. Non enim audiat, intelligátue orationem dehortantis is qui pareat perturbationibus. Qui uerò ita ſit affectus, quo tandē modo uerbis poterit deduci de ſententia? Omnino uerò non oratione uidetur, ſed ui perturbatio poſſe ſanari. Quocirca mores quodammodo antè ineſſe oportet uirtuti accommodatos, qui & honeſtatis amore & turpitudinis offenſione moueantur. Difficile autem eſt, cum his legibus talibus non ſis educatus ab ineunte ætate, rectam uitæ uiam ad uirtutem ferentem aſſequi. Nam cùm pleriſq; moderatè & conſtanter uiuere moleſtum eſt, tum adoleſcentibus maximè. Itaq; præſcribi educatio, & ſtudia debent legibus, quæ minus moleſta futura ſunt, ſi conſuetudo adhibeatur. Nec uerò fortaſſe ſatis eſt quidem ab ineunte ætate educationem, rationemq; uiuendi rectam ſequi, ſed confirmatis iam ętatibus omnes oportet in his ipſis ſtudijs uerſari, ad eaq; adiungere cōſuetudinem. Itaq; in his quidem, omninoque per omne tempus ætatis legibus opus eſt. Pleriq; enim ui potius quàm ratione, & pœna magis quàm honeſtate ad officium impelluntur. Quocirca latores legum putant nonnulli debere adhortari & incitare ad uirtutem honeſtatis ſtudio, quòd conſuetudine in primis ſint obtemperaturi boni: in eos autem qui parere nolint, nec generoſi ſint, pœnas & ſupplicia conſtituere. At eos qui à peruerſa uita detorqueri nullo modo poſsint, ex corpore Reipub. exterminare omnino. Nam & bo-

B num uirum qui honeſtè uiuat, rationi obediturum: & improbum, qui uoluptatis cupiditate incenſus ſit, tanquam iumentum, malo demū coerceri poſſe. Itaq; pœnas aiunt eiuſmodi extare oportere, quæ uoluptatibus, quibus erant dediti, repugnent maximè. Si quis igitur bonus futurus eſt, primùm rectè, ut dixi, educari debet, conſuetudinemq; exercitationis capere: deinde honeſtis ſtudijs ætatem conterere, quæq; flagitioſa ſunt, nec inuitus, nec ſua ſponte admittere. Quæ quidem omnia ita fient deniq:, ſi quis uitæ ducem rationem ſequatur, & cui uis ad cogendum inſit rectam præſcriptionē. Ac patrium quidem imperium nec cogit, nec uim aut neceſsitatem affert: neq; cuiuſquam hominis unius omnino, niſi qui rex ſit, aut ſimili aliqua poteſtate præditus. At uerò lex uim habet ad cogendum idoneam, quæ ſit mens ratioq; prudentis. Et improbi quidem eos oderunt, qui ipſorū obſiſtant cupiditatibus, etiamſi rectè hoc facere uideātur. At lex non eſt inuiſa, cum bonum æquumq; decernit. In ſola autem Lacedæmoniorū ciuitate, ac paucis alijs, legiſlatori curæ fuit educationis diſciplinæq; ratio. In pleriſq; hæc neglecta ſunt omnia, in quibus pro ſua quiſq; libidine uitam agit: Cyclopumq; more & liberos regit & uxorem. Ergo omniū rerū nihil eſt melius, nihil pręſtantius, quàm ſi recta diſciplina publicè ſanciatur, quā omnes ſequi poſsint. Quę ſi publicè negligatur, tum par erit omnes ad uirtutē adiumentum adferre ſuis liberis & amicis, aut certè uelle. Quę omnino facultas penes eū erit maximè, qui ſuperiora hęc pręcepta ſecutus, facultate legum

feren-

ferendarum multũ ualebit. A lege autem publi-
cæ diſciplinę ducuntur,ſed rectè à bonis. Vtrum
autem ſcripræ ſint, an non ſcriptæ : aut unus ne
an mulri his inſtituantur,nihil interſit:ſicuti nec
in muſica,nec in gymnaſtice alijsq; ſtudijs. Vt e-
nim in Repub. ius legitimum & conſuetudo, ſic
domi priuatim paterna præcepta,paterniq; mo-
res& inſtituta ualent : eoq; magis,quòd generis
inter eos & beneficiorum intercedit cõmunio.
Amicitiam enim natura inter eos ,animorumq;
ac uoluntatum conſenſionem pepetit. Iam uerò
ut in medicina, ſic bic priuatæ à publicis diſcipli
næ differunt. Nam generatim omni homini qui
æſtu febriq; iactatur, prodeſt inedia & quies. at
alicui forſan nõ prodeſt. Nec certè ludimagiſter
pugilibus omnibus idem genus pugnæ præſcri
bit & conſtituit. Singulæ autem res ita demum
tractabuntur accuratius, ſi propria ſingulis dili-
gentia adbibeatur. Omnes enim ita utilitatem
aſſequuntur melius. Sed ita deniq; ſummam cu-
ram & diligentiam rebus ſingulis & medicus &
gymnaſtes & quiuis alius adhibiturus eſt, ſi ge-
nus totum intelligat omnibus ſcilicet hoc pro-
deſſe,uel talibus. Scientię enim dicuntur,ac ſunt
rerum uniuerſarum proprię. Et quanquam nihil
fortè prohibet rectè curare aliquid eum, qui ſit
ille quidem inſcius, ſed tamen omnia notauerit
& obſeruarit,quę quamq; rem conſequantur:ſi-
cuti etiam ſunt quidã medici, qui ſibi ſunt opti-
mi,& tamẽ alteri nibil opis ferre poſſunt: tamen
nihilominus ad res uniuerſas debet fortaſſe con
tendere, easq; tenere quoad fieri poterit, is qui-
dem qui ſe doctum & artificem eſſe uelit. In his
enim artes dicimus conſiſtere. Ac ſi quis forſan
ſuo ſtudio & diligentia ſiue multos, ſiue paucos
meliores uelit efficere, ei danda opera eſt, ut ad
leges imponendas aptus eſſe uideatur, ſiquidem
boni futuri ſumus legibus. Neq; enim cuiuſuis
eſt noſſe quas leges ponere oporteat, & quomo
do rectè diſponendæ quas ponere uelit : ſed ſi
quis hoc poteſt , profectò peritus & doctus. id
quod in medicina uidere licet, reliquisque rebus
omnibus, in quibus diligentiæ & prudentiæ lo-
cus eſt. Nunquid ergo id nunc exquirendum eſt,
unde aut quo tandem modo quis rationem con
dendarum legum poſsit aſſequi? an ut in cæteris
ſit, ab ijs id petendum eſt, qui ciuili ſcientia ſunt
præditi? pars enim ciuilis ſcientiæ uidebatur. An
non idem ſit in ciuili ſcientia, quod in reliquis
ſcientijs & facultatibus omnibus. In alijs enim
eoſdem cõſtat, & artem ipſam tradere,& eadem
duce fungi munere, ut medici & pictores faciũt.
Atqui res ciuili ſcientiæ ſubiectas ſe profitentur
Sophiſtæ eſſe docturos , ſe autem eas geſturum
eſſe nemo profitetur: ſed qui Remp. gerunt : qui
hoc ipſum ui quadam & uſu potius præſtare ui-
dentur, quàm conſilio atq; ratione. Neque enim
aut hæc mandant literis, aut de ijs diſſerunt, etſi
præſtantius ſit profectò, quàm uel iudiciales ora
tiones uel cõciones. Nec uerò ciuili ſcientia eru-
dierunt ſuos liberos, uel alios amicos. quod cer-

A tè conſentaneũ fuiſſet, id ſi præſtare potuiſſent.
Non enim aut Reip. quicquam melius hac ui &
facultate relinquerent, aut ſibi adeſſe malint, aut
ijs etiam quos habent chariſsimos. Non tamen
uidetur parum adiuuare experientia. Neq; enim
ſcientiæ ciuilis conſuetudo eos ad Remp. geren
dam paratiores & inſtructiores faceret. Quocir-
ca qui ciuilis ſcientiæ ſtudio trahuntur, ijs neceſ-
ſaria experientia eſt. Qui autem Sophiſtæ hanc
profitentur ſcientiam, procul admodũ ab eo ab-
ſunt ut doceant: quippe qui omnino nec quid ſit
ipſa norint, nec quibus in rebus uerſetur. Non
enim eandem quam rhetoricen , nec inferiorem
ponerent: nec facilè eſſe putarent ferre leges ei
qui probatas leges unum in locum contuliſſet:
licere enim deligere optimas. quaſi delectus nõ
ſit prudentiæ,& iudicium uerũ non ſit omnium
maximũ. Quod in muſicis animaduerti poteſt.
Qui enim in rebus ſingulis exercitati ſunt, ij re-
tè de operibus iudicãt: quibusq; rebus & quem
admodum perficiatur decorum , intelligunt, &
quæ quibus cõgruant. At imperiti cõtenti ſunt,
dum non fiat manifeſtum, rectène res acta ſit, an
præpoſterè, quod in pictura contingit. Cum au-
tem leges ſint ueluti opera ciuilia, quo tandem
pacto quiſquam per eas ſcientia legum ferenda-
rum erit inſtructus? aut quæ optimæ ſint iudica
bit? Non enim medici habẽdi ſunt ij, qui habent
cognita quæ libris medicorũ traduntur, etiamſi
non ſolũ curationes conentur tradere, ſed etiam
ut curari ægri poſsint, & quemadmodũ ſint ad-
hibendæ curationes, ſuis cuiuſq; expoſitis affe-
B ctionibus. Quę exercitatis & peritis omnia ma-
gnum adiumentum adferant, inſcijs non item.
Ita fortaſsis legum ac rerum publicarũ collecta
inſtituta eos adiuuabunt, qui rectè ne, an contrà,
aut quæ quibus conueniant, cognoſcere ac iudi
care poterunt. At qui ea euoluent ac percurrent,
ſine quadam animi affectione, ut nunquam ue-
rum inde quidem iudicium comparare poſsint,
niſi fortuitu, at certè prudentiores in his ſunt fu
turi. Quoniã igitur ſuperiores prætermiſerunt,
quæ ad ſcientiam legum ferendarum pertinent,
de ijs diſputare eſt melius, ac de toto genere Rei
pub. ut quæ in rebus humanis uerſatur philoſo-
phia, à nobis, quoad eius fieri poterit, undique
ſuis partibus omnibus perfecta abſolutaque ui-
deatur. Ac primùm quidem ſi quid à maioribus
rectè traditum ſit, exponam: deinde ex ijs rebus
publicis quas collegimus, quæ res euertant Res
pub. perſpiciemus, & quæ conſeruent : & quid
ita aliæ rectè, aliæ contrà, adminiſtrentur. His e-
nim cognitis, facillimè fortaſsis & quę omnium
optima ſit, & quemadmodum ſingulæ con-
ſtitutæ ſint , & quibus legibus inſti-
tutisque utantur, intel-
ligemus.

ETHICORVM ARISTOTE-
LIS, FINIS.

ARISTO-

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, QVAE POLITICA DICUNTUR, Libri octo, Ioachimo Perionio Cormœriaceno interprete.

IOACHIMI PERIONII in octo de Republica libros, Argumentum.

SENTENTIA *quidem quæ ſit horum librorum, ipſe Ariſtoteles decimo extremo de Moribus ad Nicomachũ filium libro, qui cum his cohæret, explicat. Nam primum quid de Republica ſenſerint ij qui ante ipſum in hoc genere uerſati ſunt, ſe expoſiturum eſſe pollicetur: deinde ex ijs Reſpublicis quas collegit, confirmat facilè nos perſpecturos, & quæ ſint Rerũpub. ſalutis cauſæ, & quæ interitus, & quid ſit quãobrem aliæ præclarè, aliæ contrà adminiſtrentur. quibus cognitis, facillimè quæ omniũ optima ſit, quoq; modo ſingulæ ſint conſtitutæ, quibusq; legibus inſtitutisq; utantur, intelligi poſſe. Sed quoniam hæc ille ſummatim tradidit, nos ſigillatim, idq; quàm poterimus breuiſsimè de iiſdem rebus diſſeremus. Quia de ciuitate ciuiliq; ſocietate his libris diſputaturus eſt, primum cuius cauſa unaquæq;, omniumq; optima conſtituta ſit docet: quo exordij genere ferè in libris ſuis omnibus utitur. Deinde reprehenſa Platonis de rege, ciuitatis rectore, patreſfamilias, heroq; ſententia, quod in omni arte tradenda faciẽdum eſſe dicit, id ipſe obſeruat. Cum enim his libris quærat, quæ uis ſit ciuitatis, eam ex partibus cognoſcendam eſſe confirmat. Et quoniam ciuitatem ex familijs & uicinijs ut partibus cõſtare uidit, quid familia, quid uicus ſiue uicinia ſit, exquirit. Intellexit autem familiam uiro & uxore, ut partibus primis contineri. de ijs ergo primum diſſerit, eorumq; ſocietatem ſeu coniugium à natura conſtitutum eſſe docet, ut ciuitatem omnem etiam à natura ortam doceat, & conſtitutam. His ab eo expoſitis (neq; enim ſigillatim omnia explicanda ſunt à nobis, hominem aptum eſſe natura ad hanc ciuilem communionem docet, non belluam: quod ille boni & mali, iuris & iniuriæ notitiam, quæ hanc ſola cõiunctionem conſtituant, habeat, hæc non habeat. Tum de ſingulis partibus ciuitatis diſſerit: quarum quoniam inuenit unam eſſe rem familiarem, eius partes explicandas ſuſcepit, imperium ſeruile, rem uxoriam, & imperium paternum. Ac primum de ſeruili imperio diſputat, quod ut à natura comparatum eſſe doceat, à natura eſſe generatum & id quod præeſt, & id quod paret, multis exemplis & rationibus docet. nec aliquod contra naturam negat eſſe. Inde alias rei familiaris partes perſequitur, quas in tribus ſuperioribus nõ duxerat, ut rei faciẽdæ & pecuniæ quæ-*

A

rendæ rationem, ex quarum poſteriore quæ à natura inuenta ſit cum eius plurimis partibus, quædam contra naturam extiterit. Exponit ergo rationis quærendæ pecuniæ, quam natura peperit, omnes partes, agriculturam, rẽ pecuariam, piſcatum, aucupium, uenationẽ, cæteraq; animantia hominis cauſa parata eſſe confirmat. Itemq; alterius partes omnes, quæ repugnante natura inuenta eſt. Tum de imperio paterno & re uxoria pauca dicit, & cætera ex ijs quæ de Rebuſpublicis à ſecundo libro ad extremum tradentur, eſſe cognoſcenda confirmat. Hæc primi libri ferè ſententia eſt. In ſecundo autem, cum ſibi optimum ciuitatis ſtatum propoſuiſſet, alij ne eum populi & ſcriptores qui aliqua laude ualerẽt, in Reſpub. ſuis tenuerint, exquirit. Ac primũ Platonis utranq; Remp. multis de cauſis tum Phaleæ, Mileſiorum, Lacedæmoniorum, Cretum, Carthaginẽſium, poſtremò Solonis, omniumq; qui aliquid de Repub. præclarè ſcripſerũt, repudiat & refellit: ita ut horum omnium improbatis uel Rebuſpub. uel de optimo ciuitatis ſtatu ſententijs, deinceps de ea ſuam interponat. Ac primum in tertio libro, quid ciuitas ſit, exquirit. Et quoniam ciuitatem omnẽm ex ciuibus conſtare uidit, primum quid ciuis ſit, inueſtigat & tradit: tum quæ eadem ciuitas ſit appellanda, quæ alia: quod boni ciuis ſit officium id ne à boni uiri officio differat: qui incolæ ciuitatis ciues ſint habendi, qui non habendi: quæ multorum populorum de ciuibus ſententia & conſuetudo in eis uel probandis, uel improbandis. tum quid Reſpub. ſit, quotq; eius ſint ge-

B

nerat, tradit. Tria autem dum inuenit præclara & laudabilia, regiam poteſtatem, optimorum, & quæ communi omnium nomine appellatur, Rempub. triaq; uitioſa his cõtraria, tyrannidem, paucorum opulentorum poteſtatem, & populare ciuitatis genus: eorum naturis explicatis, refutataq; nonnullorum de ijs ſententia, quod cuiuſq; ius ſit, quot illa genera contineat, exquirit, & inuentum refutat. Quoniamq; non ſolum Reſpub. ſed etiam optimam ſibi Rempub. proponit, quid ſummam in Repub. poteſtatẽ habere oporteat, quærit, plebémne, an diuites, an bonos, an unum uirtute præſtantem, an tyrannum. Ac multitudinẽ quidem ſic anteponit, ut aliorum de quoq; uel quibuſque alijs, ipſe pulcherrimis ſententijs firmiſsimisq; rationibus refellat, conuellatq; ſententias. Quanquam unum qui cæteris uirtute antecellat, uel etiã plures eius generis probat, eiq; cæteros æquum eſſe dicit obtemperare. His ita conſtitutis, ſingula genera in quæ Rempub. diuiſit, conſiderat, ac primum regalem poteſtatẽ, eiusq; quatuor genera: deinde de optimati ciuitatis genere diſſerit: tum in quarto libro de uitioſis generibus, earumq; partibus dicit, poſteaquam docuit quæ omnium ſit deterrima, & utra reliquarum ad eam propius accedat. primumq; ſpectat populare ciuitatis genus, eiusq; partes: deinde idem etiam in paucorum poteſtate ſequitur. Ex his autem duabus quoniam ea quæ Reſpub. dicitur, extitit, his expoſitis de ea diſputat: tum de tyrannide, in quo & uniuſcuiuſq; generis partes perſequitur, & quæ ſint earũ diſsimilitudines, & quamobrem tot fuerint explicat. Cumq; ſupra quæ eſſet optima Reſpub. ut dixi, eamq; quæ à rectore optimo aut plurib. regeretur,

regeretur, optimam conſtituiſſet, deinceps ex rebus ipſis A *quæ poßidentur eam optimam concludit, in qua modera- te earum & magnæ ſint copiæ. Sed quoniam non ſolum eam optimã eſſe, quæ omnino eſſet optima, intellexit, ſed eam etiam quæ poteſt eſſe optima, deinceps quæ cuiq; aut quibuſq; optima ſit, quærit. Id quo facilius faciat, tres ciui tatis partes quæ ciuitatẽ quamq; continẽt, conſtituit, ordi nẽ ſenatoriũ, magiſtratus, & iudicum decurias: earumq; triũ partiũ quis ſit in quaq; Reipublicæ forma modus. ſed ferè uitioſus, oſtẽdit, ut poſtea corrigat. Atq; hæc quidẽ in quarto libro. In quinto autem, cum unumquodq; ciuitatis genus eorũ quæ enumerauit, à ſtatu dilabi, mutariq; in a- lium uideret, mutationis interitusq;, quas caueremus, & ſalutis quas retineremus cauſas tradidit. Ac primum cau- ſas eas explicat, quæ cõmuniter ad omnium generum inte ritum exitiumq; pertinent: deinde ſingillatim eas quæ ſin gulas aut commutant, aut euertunt funditus: tum quæ Re- ſpublicæ in quas potißimum mutentur. Quem etiam ordi nem ſeruat in cauſis ſalutis omniũ, & cuiuſq; proferẽdis. In quibus omnibus, infinitis utitur exemplis Rerumpubli carum cùm propè omnium gentium, tum uel maximè Græ corum. Eodemq; modo in ſexto libro quæ res populi pau corumq; poteſtatis partes & efficiant, & labefactent & conſeruent, ex ijsq; partibus quæ optima, quæq; deterri- ma ſit, explicat. Deinde qui magiſtratus, & quot conſti- tuendi ſint, & quæ eis cura data ſit, docet. Quoniam autẽ optimam Rempub. inueſtigat, & eam quæ quibuſq; opti- ma ſit. quoniamq; optimum uitæ genus, id eſt beatam ui- tam cum optimo ciuitatis ſtatu coniunctum eſſe cognouit, & bonis animi, corporis, & fortunæ expleri: primum u- tra uita ſit anteponenda, eáne quæ in Repub. & in geren dis rebus ponitur, an ea quæ actione cernitur. Deinde quæ res illa tria bona efficiant, in ſeptimo octauoq; libro con- ſtituit. Itaq; urbs quàm magna, & quo in loco ſita eſſe de- beat, docet: quantus numerus ciuium cũ omnium, tum eo- rum qui neceſſarij ſunt, quæq; eorum ſit & urbis deſcri- ptio, qui quæq; munera ſuſtinere, & an parêre uicißim debeant: tum qua ætate coniugium inire, grauidæ mulie- res quid facere uel fugere, nati pueri primum quæ facere & fugere: deinde qua ætate, quibus quotq; artibus erudi- ri debeant: horum inquam omnium his duobus libris di- ſciplina continetur.*

ARISTOTELIS
DE REPVBLICA,
Liber primus.

CIVITATEM DOCET, VT EST *omnium ſocietatum ſeu communionum optima & perfe- ctißima, ſic ad optimum finem referri: itaq; diuerſam eſſe rationem domus adminiſtrandæ ab ijs, quibus ciuitas & regnũ gubernatur: & item ab ea, qua dominus ſeruis im- perat: & has omnes inter ſe differre ſpecie, non, ut Plato putauit, multitudine & paucitate ſub- iectorum.* Caput I.

Q VIA omnem ciuitatem ſocietate quadã contineri uidemus, omnemq; ſocietatem utilitatis alicuius cauſa cõſtitutam: omnes enim ad id quod bonum uideatur, omnes ſuas actiones referunt: certè cum omnes bonum quoddam, tum uel maximè ea quę principatum tenet, cæteraſq; continet, qualis eſt ciuitas, ciuiliſq; ſocietas, ſummum bonum inueſtigat & exquirit. Ac eos quidem, qui eundem putant eſſe & ciuitatis rectorem, & regni, & rei familiaris, & ſeruilis imperij, nõ rectè ſentire hinc apparet, quòd eos multitudine ac paucitate, non genere differre exiſtimant. ueluti ſi paucis imperet, dominũ: ſi pluribus, patrem familiâs: ſi etiã pluribus, rectorem ciuitatis regniúe nominant. quaſi uerò nihil interſit inter magnam familiam & paruam ciuitatem, ciuitatis regniq; moderatorem. quoniam cum ipſe præeſt, Rex: cum ex illius artis præſcriptione uiciſsim imperat & paret, Gubernator ciuitatis dicitur. Quæ falſa eſſe facilè ij intelligẽt, qui ea quæ inſtituta hac diſputatione trademus, conſiderabunt. Vt enim in cæteris artibus id quod concretum eſt, uſq; ad indiuidua diuidendum eſt neceſſariò (hæ enim minutiſsimæ partes ſunt rei) ſic ea ex quibus ciuitas conſtat, ſi proponamus nobis ad conſiderandum, tum deniq; facilius & quæ ſit eorũ diſtinctio, & eáne arte tradi poſsint, intelligemus. Quòd ſi quis à primo rerum ortu ducat exordiũ,
B is ut cæteris in rebus, ita in his optimum cognitionis ac ſcientiæ ordinem ſequetur. Principiò neceſſarium eſt maris & fœminæ coniugium, quorum uterq; ſine altero debilis eſt, nec poteſt conſiſtere, procreandi cauſa: idq; non animi iudicio, ſed ut in cæteris animãtibus, & ijs rebus quę terra edũtur, naturale eſt deſideriũ quale quieq; eſt, tale quid alterum relinquendi. Eius autẽ qui imperat, & eius qui paret, naturalis eſt coniunctio, ſalutis cauſa conſtituta. Nam & cuius animo natura uim ad proſpiciendũ conſulendumq; alijs tribuit, id natura præeſt, naturaq; imperat: & cui à natura tributum eſt, ut hæc ipſa munera corporis functionibus obeat, id natura & paret & ſeruit. Quocirca domini ac ſerui eadẽ ſunt commoda, eædem utilitates. Ac natura quidem fœminã à ſeruo diſcreuit. Neq; enim tale aliquid natura facit, qualem fabri ærarij gladiũ Delphicum: ſed uni inſtrumento unum munus uſumq; largita eſt. Ita enim probiſsimè inſtrumenta munus ſuum exequuntur, ſi uni non multis officijs accommodantur. Apud barbaros autem fœmina & ſeruos in eodẽ numero habentur, propterea quòd non habent quod natura imperet: omniſq; eorum coniunctio & ſocietas, ſerui ac ſeruæ iure continetur. Itaque poëtæ aiunt, Barbaris Græcos decet præeſſe, quòd idem ſit barbarus & ſeruus. Ex his duabus ſocietatib. familia prima cõſtat, ut rectè Heſiodus dixiſſe uideatur,

In primis tibi quære domum, ſociamq;, bouemq;.

Bos enim pauperibus pro ſeruo eſt. Quæ igitur omnium dierum à natura cõſtituta ſocietas eſt, familia dicitur: quos Charondas ὁμοσιπύους, id eſt,

conuictores,

conniɛtores, Epimenides Cres, ὁμοκάπους id eſt, A contubernales nominat. Quæ autem ex multis familijs conſtat ſocietas prima, non quotidiani uſus cauſa, uicinitas uocatur. In uicinitatem autem quaſi in coloniam quandam è domo exire uidentur. quos nonnulli, ut ita dicam, collactaneos appellant, & liberos, & nepotes. Quocirca principiò ciuitates regibus paruerunt, quod & in gentibus etiam nunc manet. Ex ijs enim qui regibus obtemperarunt, coaluerunt. Omnis enim familia uni, qui ætate anteit, paret. Ita qui ſanguine coniuncti erant, in colonias exierunt. Atq; hoc ipſum eſt, quod Homerus ait, Iura dat unoſquiſque liberis & uxoribus. Diſperſi enim quondam & palantes, hoc etiam pacto habitarunt. Deosq; omnes aiunt ob eam cauſam regi parêre, quod & eorum partim etiam nunc, partim quondam regibus paruerũt: atq; ut formas ſibi deorum homines, ſic uitas ſolent fingere.

EXPLICATA DOMVS VICIQVE *ratione, ciuitatem docet communionem eſſe perfectam ex compluribus uicis conflatam, iam per ſe ſufficientem & copioſam, nihil aut perparum indigentem, externis, alienisúe opibus ad uitam degendam. quæ cum finis ſit rerum natura exiſtentium, id eſt domus, & uici, ipſa multo etiã magis natura conſiſtit, cum natura cuiuſq; rei in fine magis cernatur. Itaq; homo natura propenſus eſt ut uiuat in ciuili ſocietate: ut indicat ſermo homini à natura datus, qui ſolitario ſuperuacaneus eſſet. A qua ſocietate ſi quis abhorreat, natura hunc improbum eſſe ait, & ſeditionũ, belliq; cupidum, authore Homero: cui tantum tribuere ſolet Ariſtoteles in omni ſermone, ut cum eius citat ſententias, nõ hominis teſtimonia, ſed Dei cuiuſpiam oracula, proferre uideatur.* Cap. II.

Ciuitas autẽ, ſocietas eſt ex multis uicinijs cõſtans atq; perfecta, cui propoſita eſt tanquam extremum ac finis, rerum omnium ſatis magna abundantia. cuius & origo ad uiuendum, & inſtitutio ad bene uiuendum refertur. Itaq; à natura ciuitas omnis orta & profecta eſt: ſiquidem primæ etiam conſociationes, cum præſertim hæ ad eam referantur, & natura in extremo ac fine numeretur. Quale enim quidq; eſt à primo ortu, talem cuiuſq; ut equi, ut bouis, ut domus, naturam eſſe dicimus. Præterea finis, idque quo cætera omnia referuntur, in rebus optimis eſt, & rerum ſatis ampla copia ac finis, quiddam eſt præſtantiſsimum. Ex quibus perſpicuum eſt, in ijs quæ à natura orta ſunt, eſſe ciuitatẽ: hominemq; animal eſſe aptum ad cœtus, ad concilia, ad ciuitates: & eum qui cœtus cõgregationesq; hominum fugiat, natura, non fortè temerè, uel uitioſum eſſe, uel homine præſtantiorem. cuiuſmodi ille fuit, in quem Homerus hæc conuicia iecit per contumeliam, Tribus expers, iurisq; domusq;. Simul enim ut ortus eſt, belli cupiditate inflãmatur, quia nullo iugo, tanquam aues, coërcetur. Hominem autem ad cœtus & congregationes aptũ eſſe magis, quàm apes ſint, quamq; beſtiæ omnes congregabiles, hinc perſpici licet, quòd natura nihil, ut aiunt, ſine cauſa facit. Sed ſolus eſt homo ex omnibus animantibus particeps compoſque ſermonis. Ac uox quidẽ quoniã uoluptatis & doloris index eſt, reliquis animãtib. data eſt: quippe eò uſq; natura eorũ progreſſa eſt, ut & uoluptatis dolorisque ſenſum habeant, & ea inter ſe indicẽt. Oratio autem tributa eſt ad explicandum quid utile ſit, quid inutile: quid iuſtum, quid iniuſtum. Hoc enim homo cæteris animãtibus præſtat, quòd quid bonum ſit, quid malum, quid cum iuſtitia coniunctum, quid ab ea remotum ſit, cæteraq; hoc ſentiat: quarum quidem rerum communione ac ſocietate familiæ ciuitatesq; continentur. Et ciuitas quidẽ prius eſt naturæ ordine, quàm familia, quàm unuſquiſq; noſtrûm: quoniam unaquæque re parte ſui antiquior eſt, cum præſertim toto corpore ſublato, nec pes ſit futurus, nec manus, niſi fortè ſocietate nominis, ut ſi quis eam lapideam appellet. Si enim interierit, in eo genere manebit. Atqui officio, munere, uiq; id efficiendi, definita ſunt omnia. Ita cum in ſuo genere non maneant, iam non ſunt eadem dicenda, ſed homonyma. Hoc igitur perſpicuum eſt, ciuitatem & à natura profectã eſſe, & unoquoq; noſtrûm antiquiorem. quandoquidem ſi unuſquiſque noſtrûm, qui ſe ipſe non ſit contentus, à ciuili ſocietate ſe remouerit, eodẽ loco habendus erit, quo reliquæ partes corporis, ſi cum toto conferãtur. Quod ſi quis eſt qui congreſſus & ſocietates hominum ferre non poſsit, aut nullo egeat, quòd ſe B ipſe contentus ſit, is profectò in parte ciuitatis non eſt habendus. Ita uel bellua, uel Deus putandus eſt. Ac nobis quidem inſitus eſt à natura, huius ſocietatis & cõmunionis appetitus: quã qui primus inſtituit, is optimè de genere hominum meritus eſt. Vt enim homo ſi omnibus ſuis partibus & numeris perfectus abſolutusque ſit, multo cæteris animantibus antecellit: ſic ſi à lege & iuſtitia remotus ſit, nulla ferarum fraus eſt tanta, nulla malitia, quę poſsit cum eius malitia contendere. Nam cum iniuſtitia armis inſtructa ſit horribilis maximè, hominique à natura quaſi arma quædam data ſint prudentiæ ac uirtutis, quibus in contrarias partes plurimum uti poſsit: nihil eo ſi uirtute uacet, eſſe poteſt ſceleratius, nihil immanius, nihil denique ad libidinem & intemperantiam abiectius. At uerò iuſticia popularis eſt: quandoquidem iuſtitia ciuilis ſocietatis deſcriptio eſt, iuſtitia iuris dijudicatio.

VT TENEAT ORDINEM INſtitutum, *antequam de ciuitate diſſerat, de domo, & partibus eius diſputat: quæ partes tribus potiſsimum ſocietatibus facultatibusq; continentur, herili, maritali, & filiorum procreatrice. Sed primum omnium de herili, quæ ad dominum ſeruumq; pertinet. ad hanc enim pertinet res familiaris, & ſeruus, qui pars eſt rei familiaris, & utrumq; inſtrumentum ſeu inſtrumenta ad uitam agendam.*

Cap. III.

QVoniam autem perſpicuum eſt, quibus ex partibus conſtet ciuitas, primùm neceſſe eſt de re familiari dicere: præſertim cũ ciuitas omnis ex familijs conſtet, & rei familiaris partea ſint, qoibus familia continetur, & perfecta familia ex ſeruia liberisq; conſtet. Cũq; in minimis partibus primum quidque inueſtigandum ſit, primæ autẽ & minimæ familiæ partes ſiot dominua, ſeruos, uir & uxor, pater & liberi: quod quidq; ſit horũ trium, & quale eſſe debeat, uidendum eſt. Hæc ſunt autẽ, dominatus, patrium imperium, & res uxoria, quoniam hæc ipſa proprio non appellatur nomine. Siot autem hæ tres quas cõmemorauimus. Eſt etiam quædam pars quam alij prudentiam domeſticã putant eſſe, alij eiua partem maximam. quod quale ſit, uidendum eſt. Eam autẽ dico, quæ ratio quęrendæ pecuniæ dicitur. Sed primum de domino & ſeruo diſſeramus, ut & ea quę ad neceſſarium eultum conducunt, uideamus, & num quid melius ad eorum cognitionem, quàm quæ nunc de ijs ſententia eſt, afferre poſsimus. Partim enim dominatum, artem quandam eſſe exiſtimant, idemq; ualere prudentiam domeſticam, domini in ſeruos imperium, ciuilem rationem, & regiã poteſtatem, quemadmodũ initio diximus: partim contra naturam illud ipſum dominari & imperare putant. lege enim introductũ eſſe, ut hic ſeruus ſit, ille liber: natura autem nihil inter eos intereſſe. Itaque ne iuſtum quidem id eſſe, quoniam ui factum. Quando igitur in familiæ parte opes ſunt, & ars quęſtuaria rei familiaris pars, (neq; enim uiui poteſt, aut honeſtè uiui, niſi res ad uiuendum neceſſarię ſuppetaot) quemadmodum cæteris artibus, ſic rei familiari ſua inſtrumeota ſuppetant neceſſe eſt, ut opus & muous ſuis partibus abſoluatur. Inſtrumenta autem alia inanima ſunt, alia animata. Vt enim gubernatori, clauus inanimatus eſt: is autem qui proram gubernat, animatus: (miniſter enim inſtrumenti ſpeciem gerit in artibus) ſic opes in ioſtrumentis ſunt, quæ ad uitam ſunt neceſſaria, & poſſeſsio commoditatum copia, & ſeruus animata eſt poſſeſsio, & miniſter omnis eſt quaſi inſtrumentum omnium præſtantiſsimum. Si enim ſuum quodque inſtrumentum munus quod iuberetur, aut quod præſentiſceret, exequi poſſet, ut quemadmodum aiunt Dedali machinaa, aut Vulcani tripodas, quos inquit Poëta, ſponte ſua ad prælia deorum ueniſſe, ſic & pectinea texereot, & plectra lyram pulſareot: baud eſſet ſanè, quod uel architecti miniſtros, uel domioi ſeruos requirerent. Ac ea quidem inſtrumenta quæ cõmemoraui, ad faciendum accommodata ſunt: ad agendum poſſeſsio. quandoquidem pectine ſit aliquid præter eius uſum, ex ueſte & lecto uſus tantummodo capitur. Iam uerò quoniam effectio ab actione ſpecie differt, & utrique ioſtrumentis opus eſt, neceſſe eſt eorum eaodem eſſe diſtinctionem. Er quia uita in actione, non in effectu conſiſtit, efficitur ot ſeruus miniſter ſit eorom munerum, qoæ ad actionem pertinent. Poſſeſsio uerò ſic dicitur, ut para. Vt enim pars non ſolum alterius pars eſt, ſed alterios omnino, ſic poſſeſsio. Itaque cum dominus ſerui ſolum ſit A dominus, non etiam illius: ſeruus tamen non ſolum heri ſeruus eſt, ſed illius omnino. Ac quæ ſerui natura ſit, quæ uis, ex boc perſpici poteſt, quòd qui non eſt ſui iuris, ſed alieni natura, is homo oatura ſeruus eſt. Alterius aotem bomo eſt, quicunque & homo eſt, & in poſſeſsionis appellatione. Sed cum ſit in poſſeſsione, inſtrumentum eſt, & ad agendum aptum, & ſeparatum.

Vtrum autem natura talem aliquem genuerit, néc ne, & ſatiúsne ſit, & iuſtum alicui ſeruire, nec ne, ſitq́ue omnis ſeruitus contra naturam comparata, mox uidebimus. Neque uerò id difficile eſt, & ratione exquirere, & ex ijs quæ ſiunt diſcere. Nam imperare & parêre ooo ſolum neceſſe eſt, ſed etiam utile. quædamq; ſimulac orta ſunt, & io lucem edita, ita diſpertita ſont, ut eorũ partim pareant, partim imperent & præſiot. Atq; multa ſunt genera, & eorum qui imperãt, & eorum qui pareot. ſemper etiam ut quiſque eorum qui præſunt, & qui parent, pręſtantiſsima uirtute eſt, ita imperium eſt præſtantiſsimũ: ut hominis imperiũ melius eſt, quàm beſtiæ. qood enim opus à præſtantiſsimo quoq; perficitur, id optimum eſt. In quo autem aliud imperat, aliud paret, in eo eſt eorum quoddam munus & officiũ. Quæ enim ex multis conſtant partibus, ut fiat quiddam commune, ſiue partes continuatę ſiot, ſiue ſecretæ & diuiſæ, in ijs omnibua perſpicitur pars quæ imperat, & pars quæ paret. idq; à natura tributum eſt rebus animantibus: quoniam in ijs quæ beneficio uitæ non utuntur, eſt quidam principatus, quaſi coocentus. Sed hæc non ſoot
B huius diſputatioois. Animal autem primũ conſtat ex animo & corpore: quorum ille natura imperat, hoc paret. Sed quoniam id quod natura dedit, in ijs potius quæ ſecundum naturam affecta ſunt, perſpici debet quàm in ijs quæ deprauata: idcirco homo, qui optimè & animo & corpore affectus ſit, cõſtituẽdus eſt, in quo id animaduerti licet. Deprauatorum enim & uitioſe affectorum hominum, ſæpè uidere licet corpus imperare animo, propterea quòd malè & contra naturam affecti ſunt. In animantibus igitur, ut dixi, primum cernere licet imperium herile, & ciuile. quoniam animus in corpus imperium habet domini, mens & ratio in cupiditatem ciuile ac regium. Ex quo perſpicuum eſt, & ſecundum naturam eſſe, ac utile eſſe corpori, animo obedire: & ei parti in quib. uerſantur perturbationes, menti, & ei quæ rationis eſt particeps: æquo autem iure eſſe, aut uiciſsim parêre & imperare, obeſſe omnibus. Eadem eſt ratio hominis cæterorumq; animantium. Nam & cicures immanibus natura præſtantiores ſunt, & his omnibus parêre homini melius eſt, quoniam ita ſaluti ſuæ conſulunt. præterea mari & fœminæ, à natura tributum eſt, ut hic præſit, illa obediat: cũ mas pręſtantior ſit, deterior fœmina. Eodemq; modo in hominibus omnibus hæc neceſſariò reperiũtur. Ac quorũ qoidem tantę ſunt diſsimilitudines & diſtinctiones, qoãtũ animus pręſtat corpori, & homo cęteris animãtibus, eodẽ modo affecti ſunt. Quorũ autem munus & officiũ in functionibus corporis omne poſitum eſt, eaq́ue maior & melior ex ijs utilitas nulla percipitur, ſunt ij quidẽ

natura

natura ſerui, quibus hoc genere imperij parère melius eſt, ſi quidem etiam ijs quæ cõmemorauimus. Eum enim natura ſeruũ fecit, qui alterius iuris eſſe poteſt, itaq; in alterius eſt poteſtate: & eũ, qui rationis eſt particeps tantú quatenú ſenſu ei⁹ mouetur, nõ ut eã habeat. nã cęteræ animalia ſunt omnis rationis expertia, ſuisq; perturbationibus ſeruiunt. Atq; etiã functionũ minor in his quædam diſtinctio eſt. Nã eorum omniũ, quę ad cultum corporis neceſſaria ſunt, cõmoditas ex utriſq; percipitur, & ex ſeruis & ex beſtijs cicuribus. Naturæ igitur hęc uoluntas eſt, ut inter liberorum corpora & ſeruorũ aliquid interſit. horũ quidem firma fecit, & robuſta, ad uſus uitę neceſſarios: illorũ ęrecta, inutiliaq; ad eiuſmodi munera & opportunitates, utilia autẽ ad uitam ciuilẽ: quæ quidem diſpertita eſt in bellorú & pacis opportunitates. Ferè autem fit cõtrà, ut in his ingenuorũ corpora, in illis animos ineſſe uideamus. perſpicuũ eſt enim, ſi tantę in corporibus eorum ſolum ſint diſsimilitudines, quantæ in deorum imaginibus. fore, ut eos qui uincẽtur, dignos horum ſeruitute fateantur. Quòd ſi in corporib. id uerum eſt, maiore quadam ratione in animis exiſtunt hæ ipſæ uarietates. Sed non eſt æquè facilè animi ac corporis pulchritudinem cernere. At illud quidem perſpicuum eſt, eſſe quoſdam à natura liberos generatos, quoſdam ſeruos, quibus & utilis eſt & iuſta ſeruitus.

QVANQVAM SVNT NONNVLli natura ſerui, tamen nõ temerè (ut docet) à quibuſdã traditum eſt ſeruitutẽ eſſe rem uiolentam. Nã cum ſeruus dupliciter dicatur, natura, & lege: ſi quis bello captus ſit, qui ſeruitutem uiolentam rem eſſe tradunt, hi de hac poſteriori diſſerunt, quæ iniuſta eſſe uidetur, cum ius non ex ui exiſtere uideatur, ſed ex beneuolentia & uoluntate eorũ, qui ſe ſalutis & cõmoditatis gratia uirtute præſtantibus cõmittunt, atq; ſubijciunt. Cæterũ lex illa eo iure defenditur ab alijs, quoniã qui uincit, is uirtute quadã præſtat. Eſt autem rationi & naturæ conſentaneũ, ut qui uirtute ſuperior eſt, is uirtute inferioribus imperet, ac præſit. Sed hæc ratio infirma eſt, quia fieri poteſt, tum ut bellum ex iniuſtis cauſis fuerit ſuſceptum, ac proinde ſeruitus inde nata ſit iniuſta: tum ut uictor una bellica uirtute, hoc eſt fortitudine præſtet, ac ſuperet, & multis ac potioribus ſuperetur, ut iuſtitia, humanitate, ac prudentia, quæ uirtute potiores ſunt, & magis imperio dignæ. Caput IIII.

FAcilè autem intelligi poteſt, eos qui cõtradicũt, quodãmodo uerè dicere. Duobus enim modis ſeruire dicitur, & ſeruus. Eſt enim quidã ſeruus, quem leges faciunt. Lex enim conuẽtú eſt quoddã, quo bello capta uictorũ eſſe dicuntur. quod quidẽ ius multi eorũ qui leges ſcribunt, ut oratorem iniquæ rogationis accuſant: quod indignum ſit id quod ui captú ſit, eius qui uim afferre poteſt, & ui ſuperior eſt, ſeruum fieri, eiq; parère. Ac alijs quidem hęc probatur ſententia, alijs illa, atque in his ſunt docti. Cauſa autem huius diſſenſionis, quodq; rationes in utranque partem excitauit, eſt: quia ut quæq; uirtus maxi-

A mè munita eſt, ita uim afferre maximã poteſt: & quicquid ſuperius eſt, id ſemper in alicuius boni præſtantia cernitur. ut non ſine uirtute uis ſalua conſiſtere poſſe uideatur. Ita de ſolo iure eſſe cõtrouerſiã. Ob hanc enim cauſam nonnullis uidetur ius à beneuolentia proficiſci: alijs, hoc ipſum ius eſſe, ſuperiorem imperare. quandoquidẽ his rationibus ſeparatis, reliquę neq; firmitatis quicquam, neq; ullam habent autoritatem ad perſuadendum, non oportere eum qui præſtantior ſit, præeſſe & imperare. Omninoque nonnulli iure quodam, ut putant, freti, & adducti (lex enim quoddam ius eſt) ſeruitutem eam quæ iure belli introducta eſt, & iuſtam eſſe aiunt, & negant: quoniam fieri poteſt, ut initium bellorum ſit iniuſtum, & eum qui ſit indignus ſeruitute, nunquam quiſquam ſeruum eſſe fateatur. Alioqui iſto pacto fiet, ut nobiliſsimus quiſque & clariſsimus, ſit ſeruus & ex ſeruis, ſi accidat ut captus uendatur. Itaque eos ſeruos appellare nolunt, ſed barbaros. Quanquam cum hoc dicunt, nihil aliud quærunt, ut initiò diximus, niſi ſeruum quem natura procreauit. Dicendi enim ſunt aliqui neceſſariò, alij ubique ſerui, alij nuſquam. Eadẽ eſt nobilitatis ratio. Suos enim non ſolum domi nobiles, ſed ubiq; exiſtimãt: barbaros domi modò. quaſi aliquid ſit omnino nobile & liberum, aliud non omnino. Id quod Theodecti Helena ait:

Diuina ſatam ſtirpe de parentibus.

Quis ęquum putauerit hanc ſeruam dicere? Hoc autem cum dicunt, nulla re, niſi uirtute & uitio
B ſeruum & liberũ, nobiles & ignobiles definiunt contineri. Volunt enim, ut ex homine homo, & ex bellua bellua naſcitur: ſic ex bonis naſci bonos. Atqui hoc natura uult & conatur efficere, ſed tamen ſæpè non poteſt. Ergo hoc quidẽ apparet, diſſenſionem hanc quadam ratione nixam eſſe, aliosque eſſe natura ſeruos, alios liberos, & quibus ex rebus ſtatuti ſint ij quorum alteri ſeruitus utilitati eſt, alteri imperium: quorumq; alterum ius eſt & decet parère, præeſſe alterum, eo imperij genere quod à natura datũ ſit, ob eamq; cauſam imperare. At ex iniuſto genere imperij neuter ullum fructum percipit, cũ præſertim eadem ſit utilitas partis & uniuerſi corporis ac animi: & ſeruus ſit pars quædam domini, tanquam animata quædam pars corporis, ſed tamen ſeparata. Quocirca non ſolum utilitates quaſdam ultro citroq; dominus & ſeruus capiunt, ſed amicitia etiã coniuncti ſunt: quippe quos natura hoc pacto colligârit. Qui autem non hac ratione coniuncti ſunt, ſed lege & ui, in ijs cõtrà fit. Atq; hoc etiam perſpicuũ eſt, non eſſe idẽ ius herile quod rationem ciuilem: neq;, ut aiunt quidam, omnia imperia ſimilitudine contineri. Hæc enim liberorum eſt natura, illud ſeruorum: & in prudẽtia domeſtica unus præeſt (omnis enim familia uni paret) ciuilis autem ratio liberis hominibus, & æquo iure uiuentibus cõtinetur. Ac dominus quidem non ex ſcientia nominatur, ſed ex eo q. talis ſit. Itemq; ſeruus & liber. Scientia autem & imperãdi & ſeruiendi dici poteſt: ſeruiendi, quã quidã Syracuſis docebat. Illic enim mercede docebat pueros, ſordida uulgariaq; munera. Eſt e-

tiam in his talibus diſciplina, ut ars culinaria, & cætera miniſteriorum genera. Sunt enim officia alia alijs & liberaliora, & magis neceſſaria, atque ut eſt in ueteri prouerbio, Seruus ſeruo præſtat, & dominus domino. Atq; hæ quidem ſeruiendi artes ſunt omnes. Imperandi autẽ ſeruis ars eſt, quæ quemadmodum ſeruis utendũ ſit, præſcribit. Nam dominus nõ in poſſeſsione ſeruorum, ſed in uſu cernitur. Hac autem arte nihil magna laude aut gloria dignum continetur: quippe cũ quæ munera & officia ſeruus exequi poteſt, & debet, ea ille ex arte debeat præſcribere. Quocirca quibus licet à periculis & malis abeſſe, eorum uicarius hanc gloriam adipiſcitur: ipſi uel rempublicam gerunt, uel philoſophantur. Quęſtuaria autem ars ab his diuerſa eſt, quaſi iuſta quædam ars bellica, uel uenatio. Atque de ſeruo & domino hactenus.

HACTENVS DE SERVO, QVI *pars eſt rei familiaris, diſſeruit. iam de tota re familiari diſputare aggreditur, ac de opes quærendi facultate. dubitari enim poteſt nũ ratio parandi diuitias eadem ſit, quæ ratio rei familiaris adminiſtrandæ, aut pars eius, an diuerſa quidem, ſed adminiſtra, atq; ei ſuppeditans res aliquas neceſſarias: & ſi ſuppeditat, utrum inſtrumenta ſuggerat, an materiã. Docet autẽ ut opes ſiue diuitiæ ſunt diuerſæ, ſic opes quærendi uarias eſſe rationes: quarum una in cibis parandis uerſatur, eademq; multiplex, & uaria. quæ uarietas ut in cæteris animantibus, ſic in homine uarias eſficit uiuendi rationes, uariaq; ſtudia quærendi opes. Sed omnis hæc quæſtuaria ratio, qua cibus uarijs modis comparatur, omnibus eſt à natura tributa.*

Caput V.

OMnino aũt in omni poſſeſsione, & arte ea quę in quęrẽdis diuitijs poſita eſt, inueſtigãda, eã quã inſtituimus rationẽ ordinẽq; ſeruabimus: quandoquidẽ ſeruum in poſſeſsionis parte quadã collocauimus. Ac primũ quidẽ quærendum eſt, utrum ars parandarũ diuitiarũ eadem ſit quæ rei familiaris diſciplina, an eius pars quędã, uel miniſtra: ſi miniſtra, utrum quẽadmodũ pectinaria textoriæ, an ut fabrica æris ſtatuariæ. neq; enim eodem modo miniſtrant, ſed altera inſtrumenta prębet, materiã altera. Voco autem materiã, rem propoſitã ex qua aliquod opus efficitur. ut textori lanã, ſtatuario ęs. Ac nõ eſſe quidẽ eandem prudentiã domeſticam, & arte parandarũ diuitiarum, hinc intelligi poteſt, q, huius eſt parare, illius uti. Quæ enim ars eſt pręter domeſticam, quę rebus ijs utatur, quæ ad domũ familiamq; pertinent? Vtrum autem eius ſit pars quædam, an ne aliud genus, de eo diſſenſio eſt. Si enim eius eſt qui arte parandarũ opũ præditus ſit, unde opes & poſſeſsiones parentur intelligere & noſſe, poſſeſsio autem & opes multas partes complectuntur: certè primum exiſtet quæſtio, ſit ne agricultura pars quædam artis parandarum opum, an genus aliud: & omnino ciborum curatio & poſſeſsio. Atqui multa ſunt ciborum alimẽtorumq; genera, ob eamq; cauſam uaria & hominum & animalium genera uiuen-

A di conſecuta ſunt. Cum enim paſtu ſublato, nihil loci uitę relinquatur, fit, ut uarietatem paſtus uaria animãrium uiuendi genera conſecuta ſint. Beſtiarum enim congregatæ aliæ ſunt, partim ſoliuagæ, quocunque eis ad paſtus capeſſendos proficiſci commodum eſt: propterea quòd nonnullæ animalibus ueſcuntur, alię frugibus, quędam his omnibus. Itaque pro horum commoditate atque delectu, earum uiuendi genera natura diſtinxit. Sed quoniam non eadem res omnea delectat, ſed alia alios, idcirco & earum beſtiarum quæ animalibus ueſcuntur, & earũ quæ fructibus, uitæ genera inter ſe differunt. Eadem eſt ratio hominum. Magnæ enim in multis eorum uiuendi generibus exiſtunt uarietates. Ac pigerrimus quiſq; greges paſcit, propterea quòd ex cicuribus animantibus omnes etiam ſine labore uictum capiunt. quòd ſi neceſſe ſit mutare locum animalibus propter paſtus cõmoditates, ipſi etiam unà coguntur ſequi, quaſi agriculturã uiuam colentes. Alij autem ex præda uiuunt, alijque ex alia præda. uelut nonnulli uenatione, quidam piſcatu: cuiuſmodi ſunt ij omnes qui paludes, ſtagna, flumina, uel mare accolunt: partim ex auibus & beſtijs immanibus. Sed maximæ parti hominum terra res ad uiuendum neceſſarias profert ex ſeſe, domeſticiq; fructus. Ac uiuẽdi quidẽ genera tot ferè ſunt, quæ naturales functiones & commoditates in ſeſe continent, nec contrahendo, nec cauponando uictum comparant: paſcendi ratio, agricultura, aucupium: piſcatus, uenatio. Sunt etiam qui his coniunctis, uitã

B cum uoluptate traducant: eatenus quidem uitã, quæ plurima requirit, refercientes, quatenus aliquid deſiderat, ut per ſe ipſa contenta ſit. Velut alij paſcendi rationem cũ prædandi, partim agriculturã cũ uenatione coniungunt. Eodemq; modo alia uitæ genera, ut rerum uſus & inopia premit, ita ſequuntur. Atque hæc quidem opportunitas ab ipſa natura uidetur data omnibus, ut à primo ſtatim ortu, ſic cum perfecti ſunt. Etenim primo ortu quædam animalia ſimul extra pariunt tantum alimenti, quantum ſatis ſit dum id quod procreatum eſt, ipſum ſibi parare poſsit: cuius generis ſunt ea, quæ uermes uel oua pariunt. Quæ autem animalia pariunt, ea in ſe alimentum ad quoddam tempus continent, quod lactis naturam dicimus. Quapropter eodem modo de perfectis naturis iudicandum eſt, eas quæ è terra gignuntur, animantium, beſtias omnes hominum cauſa generatas eſſe, ut cicures & ad uſum & ad uictum: immanes & feræ ſi non omnes, at certè quàm plurimæ ad uictum cultumque natæ uideantur, ut ex ijs & ueſtes & cęteræ commoditates opportunitateſque caperentur. Si igitur nihil inchoatum & imperfectum, neque ſine cauſa facit natura, neceſſe eſt hæc omnia hominum cauſa fabricatam eſſe naturam. Quocirca ars etiam bellica, ui ſua & natura quæſtuaria eſt quodam modo. Venatio enim pars illius eſt, qua contra belluas utendum eſt, eoſque homines, qui cum aptos animos ad parendum habeant, tamen parẽre nolunt, quòd iuſtum ſit hoc bellum natura. Vnum igitur genus artis parandarum rerum natura tanquam

pars,

pars,ſubiectum eſt prudentiæ domeſticæ, quod q ·idē uel ſuppetere & adeſſe oportet, aut certè hanc parare,ut conditio & quaſi theſaurus pecuniarum ſuppetat, quæ & ad uitam neceſſariæ ſunt, & ad ſocietatem ciuilem domeſticamque perutiles.Et certè his ueræ diuitiæ contineri uidentur. Harum enim facultatum ampla ſatis copia & abundantia ad bene beateque uiuendum, infinita non eſt: quemadmodum Solon in poëtica dixit,

Neſcit homo rebus finem reperire cupitis.

Eſt enim modus appoſitus, quemadmodū alijs artibus. Neque enim ullius artis inſtrumentum eſt multitudine infinita, neq; magnitudine. Atqui opes multorum inſtrumentorum & cōmoditatum in re familiari, & ciuili ratione locum obtinent. Ex quo perſpicuum eſt, quæſtuariam quandam artem à natura propoſitam eſſe & ijs qui rempublicā, & ijs qui rem familiarē tuētur.

DVPLEX EST OPES PARANDI *ratio,altera prorſus naturalis, de qua eſt huc uſq; diſputatū,ut agricultura,uenatio,piſcatio: altera,in cōmutatione uerſatur, quæ & ipſa duplex eſt: aut enim res ipſæ inter ſe cōmutantur,ut frumentū pro lana,uinū pro oleo,quæ ratio à naturali neceßitate orta eſt: aut res pro numo,quæ ratio ſi nō procederet ultra uſus uitæ neceſſarios, & liberales, poſſet hac parte ipſa quoq; dici naturalis: ſed quū fit ad quæſtū non neceſſariū,ut mercatura, iam nō naturalis eſt,ſed artificioſa,multūq; ab œconomica, officioq́; patrisfamiliâs abhorret.*

Caput VI.

EST autem aliud genus quærēdarum opum, quod in quærendis pecunijs occupatū eſſe uolunt, & certè ita æquum eſt dicere. qua quidem arte factum eſt, ut diuitiarum & poſſeſſionum neque modus ullus, neque finis eſſe uideatur. quam pleriq; ab ea de qua diximus, propter uicinitatem, non ſeparant, cum nec eadem ſit, nec illi ualde diſsimilis. illam enim natura, hanc non natura, ſed quædam exercitatio & ars potius comparauit, de qua diſſerendi hinc capiamus exordiū. Duplex eſt uniuſcuiuſque rei quę poſsidetur uſus, & uterque per ſe ac ut ſua eſt ille quidem comparatus, ſed non eodem modo: uerùm alter proprius, alter rei non eſt proprius. Vt calcei inductio in pedes, & cōmutatio, quorum utrunq; uſus eſt calcei. Is enim qui commutat calceum cum eo cui opus eſt, precij uel cibi loco, utitur ille quidem calceo quia ſit calceus, ſed à proprio uſu diſcedit: quando quidem non cōtrahendi cauſa inſtitutus eſt. Eadem eſt ratio reliquarum rerum, quarum eſt poſſeſsio. Eſt enim commutandarum rerum ratio primum à natura profecta, quòd aliarum rerum maiores copias, aliarum minores quàm ſatis eſſet, homines haberēt. Ex quo etiam illud perſpicuum eſt, artem eam quæ in quærendis pecunijs poſita ſit, à natura non eſſe ortam. quippe cum quantum ſatis erat ipſis, neceſſe fuerit eos contrahendis rebus implicari. Ac in prima quidem ſocietate, id eſt in familia, perſpicuum eſt, ei nihil loci relictum

A fuiſſe: ſed cum iam maior eſſet ſocietas. aliorum enim omnia erant communia, aliorum priuata erant, multa & uaria, quæ quenque pro rebus aſpetis, ad cōtrahendum impellebant neceſſariò. id quod etiā nunc multæ barbaræ nationes a contrahendis rebus obſeruant: quæ res eas, quarum uſus eſt aliquis, rebus eiuſdem generis mutent, nihil præterea, uelut uinū pro frumento & dant & accipiunt, aliaq; generis eiuſdem. Hæc igitur commutandarum rerum ratio, nec repugnante natura orta eſt, nec pars eius eſt quæ in quærendis pecunijs cernitur: quippe quæ ad expletionem copiarum quas natura deſiderat, ſit inuenta. Quanquam ex hac illa nata eſt, nec iniuria. Nā cum ab externis auxilium peterertur, inuehendis ijs rebus quibus egebant, & exportandis ijs quibus abundabant, numi uſus comparatus eſt neceſſariò. Cum enim non facilè deferri poſſent, quæ ad uiuendum ſecundum naturam neceſſaria erant, ob eā cauſam ad res contrahendas eiuſmodi aliquid inter eos conuenit dare & accipere: quod cum in rebus eſſet utilibus, uſum ad uitam accommodatum afferret, cuiuſmodi eſt ferrum & argentum, & ſi quid aliud eiuſmodi. Atq; id primum certa magnitudine & pondere terminatum fuit omnino, deinde etiam forma impreſſa eſt, ut à menſura liberarentur. forma enim magnitudinis & ponderis nota fuit. Cum igitur numus contrahendarum rerum cauſa iam introductus eſſet neceſſariò, aliud genus quærendarum pecuniarum, quod cauponandi dicitur, conſecutum eſt. quod primum fortaſſe ſimpliciter natū

B eſt, deinde uſu & exercitatione ars quędā maior acceſsit, unde & quo pacto permutandis pecunijs plurimum lucri faceret. Itaque ars parandarum pecuniarum in numo uerſari uidetur maximè, eiusq; officiū eſſe, poſſe perſpicere unde parari poſsit magna pecuniæ uis & copia. ualere enim uidetur ad parādas opes & pecunias: quandoquidem diuitias & opes ſæpe in magna ui numorum ponunt & copia, propterea quòd in ijs ratio quęrendæ pecuniæ & cauponatia cernantur. Contrà interdum nugæ numus uidetur, & lex una omnino: natura autem nihil eſſe, quod ſi mutent ij qui utuntur, precij nullius eſt, neque ex eo utilitas ulla ad uſus uitæ neceſſarios percipitur. & cui magna uis ſit pecuniæ, ei frequenter neceſſarius uitę cultus uictusq; deerit. Atqui abſurdum eſt, eas diuitias eſſe, quibus abundārem liceat fame enecari. Quemadmodum de Mida illo narrant fabulæ, cui propter ſtultum optatū, ea quę apponebantur, aurū fiebant omnia. Quocirca alias diuitias quærunt, aliamq; artē parandarum pecuniarum. atq; rectè ij quærunt. Eſt enim alia ars quærendarum opum, & aliæ diuitiæ, quas natura approbat: atq; hæc quidem prudentiæ domeſticę ſubiecta eſt, tanquam pars generi: illa autem cauponatrix pecunias non omni ratione, ſed permutandis pecunijs parat, & in pecunijs tota occupata eſt. Nam & initium dat numus, & finem, contrahendis rebus. Itaq; nullus finis & modus eſt diuitiarum, quæ hac quærendi ratione parantur. Vt enim medicina eſt ualetudinis quaſi infinitæ & immenſæ, & unaquæq; ars nullum modum in fine ſuo adipiſcendo ad-

hibet (ſtudioſiſsimè enim ad eũ cupiũt oẽs per- A
uenire) ijs aũt quę ad finẽ ferunt, modũ apponit
(finis enim propoſitus eſt omnibus) ita hæc ara
quęrẽdæ pecuniæ fini ſuo modũ nullũ apponit:
finis aũt eiuſmodi eſt in diuitijs, & in pecuniarũ
poſſeſsiõe. At uerò prudẽtię domeſticę nõ iſtiua
rationis parãdarũ pecuniarũ propoſitus eſt finis.
neq; enim hic rei familiaria finis eſt. Quapropter
hoc quidẽ perſpicuũ eſt, modum quendã omniũ
diuitiarũ huic tenendũ eſſe neceſſariò. Sed con-
trà fieri uideo. Oẽs enim ſioe modo opea augẽt
& pecunias. Io cauſa eſt earum uicinitas, quoniã
alterius uſus in alteram trãsfertur. cum in eodẽ
numo utraq; pecuniæ quærẽdæ ratio uerſetur.
Eſt enim eiuſdẽ uſus poſſeſsio, ſed non eadem ra
tione: uerũ huic alius finis propoſitus eſt, illi pe-
cuniarũ amplificatio. Quocirca nonnulli rei fami
liaris officium in hoc ſtatuunt, in eaq; permanẽt
ſententia, ũt uel conſeruandas eſſe pecuniarũ co
pias, uel certè ſine ullo modo augẽdas exiſtimẽt.
Hanc autẽ animi affectionem & opinionẽ, uluen
di, at noo bene beateq; uiuẽdi cupiditas attulit.
quæ cum ſit infinita, effectũ eſt, ut infinitarum re
rũ quæ quidem illã efficiant, inflãmati auiditate
raperentur. In quibus autẽ cupiditas ſpectat ob
cõmodam & ſuauem uitã, ab ijs expetuntur di-
uitię ad perfruẽdaa uoluptates. Ita cõ hoc quoq;
in poſſeſsione poſitum eſſe appareat, omne eorũ
ſtudiũ in pecunijs congerendis accumulandisq;
ponitnt, ob eamq; cauſam aliud quęrendæ pecu
niæ genus extitit. Cũ enim uoluptas modũ tran
ſeat, eã quæſtuariam quæ immenſas uoluptates
pariat expetunt, quod ſi augendis pecunijs cõpa B
rare & adipiſci nõ poſsint, hoc alia uia aggrediõ
tur, omnemq; rationẽ & artem quã natura non
finit, adhibent. nõ eſt enim fortitudinis pecuniã
facere, ſed audaciã. nec rei militaris aut medici-
næ, ſed illi uictoria propoſita eſt, huic ualetudo,
At iſti oẽs artes pecunia dirigũt, quaſi hic ſit illia
finis propoſitus, & quod ad finẽ eferẽda ſint om
nia. Ac ratio quidẽ quęrendę pecunię, quę nõ eſt
neceſſaria, quæ ſit, quaq; de cauſa deſiderata ſit à
nobis, diximus. De neceſſaria etiã diſſeruimus,
eamq; ab illa ſeiunximus, & rei familiaris diſci-
plinę, cui natura cohæret ſubiecimus: ut in uictu
cultuq;, non quemadmodum illa, infinito & im-
menſo, ſed moderato conſiſteret.

FACVLTAS, INQVIT, PECV-
*niaria ſiue quæſtuaria, de qua ſupra quærebamus, nõ pro-
priè ad patremfamiliâs, nec ad ciuitatis præfectum perti-
net: cæterùm oportet ut quemadmodũ ciuitatis præfectus,
ſic paterfamiliâs det operã, ut opes quibus utatur adſint:
& his nõ ſuppetentibus, uel ne ſuppetere deſinant, aliquẽ
debet huic parandi opes muneri præficere, qui per quæ-
ſtuariam facultatẽ pecunias opesq; comparet, ut magiſtrũ
pecoris & uillicum: quo munere ſi ipſe per ſe fungatur,
hoc non ut paterfamiliâs faciet, ſed ut pecuniariæ ratio-
nis, quæ adminiſtra eſt œconomicæ, peritus: opes autẽ na
turali & honeſta ratione, ex fructibus & animalib. paran
tur: cõmutationibus uerò mercium inter ipſas, uel rerũ alia
rum numo, ut fit à mercatoribus, non perinde honeſtè, per
fœnus uerò turpiſsimè.* Cap. VII.

A ILlud autẽ perſpicuũ eſt, quod initio quęreba
tur, ſitne patrisfamiliâs, & eius qui ciuilẽ ſo-
cietatẽ tuetur, propria quærendæ pecuniæ ra
tio, nécne: uerũ hæc illis ſuppetere & adeſſe de-
beat. Vt enim homines nõ gignit ciuilis ratio &
ſocietas, ſed cũ acceperit à natura, illis utitur: ſic
uictũ & cultum natura terra & mare aut aliquid
aliud ſuppeditare debet, ex ijsq; hęc rectè curare
paterfamiliâs. Neq; enim artis eſt texendi, lanas
conficere, ſed eas iã confectas ad uſus ſuos accõ-
modare, ex eisq; probas & aptas à nõ probis &
aptis internoſcere. Etenim quærat aliquis, quid
ita prudẽtię domeſticę pars eſt pecuniarũ & opũ
quęrendarũ ratio, medicina nõ eſt? cũ pręſertim
opus ſit, ut uictũ & alias res neceſſarias habere,
ſic ualere familiã. Sed quoniã eſt quatenus & pa
terfamiliâs, & qui pręeſt reipub. medicinã tene-
re debeat, eſtq; quatenus nõ debeat, ſed medici
illud iã eſt officiõ: ita eſt quatenus patrẽfamiliâs
pecunię quęrẽdæ rationẽ ſcire oporteat, eſt qua-
tenus nõ oporteat: ſed eius artis officiũ eſt, quæ
illius adminiſtra eſt. Hoc autẽ natura quẽadmo-
dũ antè dixi, ſuppetere debet maximè, naturę e-
nim monus eſt & officium, eis quos generauit &
procreauit, res præbere ad uictũ neceſſarias: cũ
pręſertim omni naturę ex eo à quo generata eſt,
cibus relinquatur. Itaq; omnib. à natura tributa
eſt ars ea quęſtuaria, quæ ex fructibus & aoimã-
tib. utilitates percipit. Cũ autẽ eius duo ſint ge-
nera, ut dixi, quorũ alterũ cauponatticis, alterũ
rei familiaris eſt: & hoc neceſſariõ eſt ac laudabi
le, illud cõmutandis rebus accõmodatum eſt, i-
B demq; uituperabile: nec iniuria. nõ enim natura
id genuit, ſed rerũ ultro citroq; cõtrahendarũ ra
tio, iure quidẽ optimo in hominũ odia incurrit
fœneratio, quoniã ipſa pecunia fructus eius eſt,
nec ad permutandas res, cuius cauſa comparatã
eſt, refertur. Fœnus autẽ pecuniã auget & ampli
ficat, ex quo etiã nomen inuenit. quooiam quæ
procreata ſunt, ſimilia ſunt procreatorib. & fœ-
nus ex pecunia pecuniã parit. Nũc quoniã de ijs
quæ ad artẽ & cognitionẽ pertinebant ſatis mul
ta diximus, ea exponẽda ſunt quæ ad uſum per-
tineant. Harũ quidẽ rerũ de quibus dicimus, libe
ralis eſt, ac ingenua ars & cognitio, uſus autẽ ne-
ceſſariua. Partes autẽ artia quęrendarũ opum, ex
quibus utilitas aliqua percipi poteſt, hę ſunt, uſu
peritũ eſſe, quæ rerum copiæ ſint, ex quib. maxi-
mæ utilitates capiantur, & ubi ſint, & quomodo
capi poſsint: ueluti equorum cõmoditas quę ſit,
aut boum, aut pecudũ, itemq; cæterorũ anima-
lium. Rerũ enim uſu cognoſcẽdũ eſt, ijs omnib.
inter ſe cõparatis, ex quibus maximæ cõmodita
tes opportunitatesq; capiantur, quibusq; in lo-
cis. In alijs enim locis fœlicius alia gignũtur. De-
inde in cultura agrorũ, eaq; & nuda & conſita, id
uidendũ eſt, itemq; in apũ operibus, reliquorũq;
animalium aquatiliũ uel uolatilium, ex quibus
commoditates & utilitates capi poſſunt. Ac ue-
ræ quidẽ rationis pecuniæ quærendæ, hæ ſunt
primæ partes. Eius autem quæ deflexit, pars uel
maxima eſt mercatura: cuius tres ſunt partes, na
uigatio, inuectio, & negotiatio. quæ hoc inter ſe
differunt, q. aliæ tutiores ſint, aliæ maiores ube-
rioresq; fructus afferant, Secunda eſt, fœneratio.

Tertia

Tertia, mercenariorum omnium: cuius una pars in ſordidis artibus uerſatur, altera in ijs quę artē non conſtant, ſed ſolius corporis opera & induſtria. Eſt etiam tertium genus quærendæ pecuniæ, inter hoc & ſuperius locatum. Quę enim ex terra gignuntur & oriuntur, nec fructū, ſed commoditates afferunt: eorum partim cum ea quam natura peperit, partim cū ea quæ degenerat, conſentiunt: qualis eſt arborum conſectio, & omnia è terra eruendi ratio. Hæc aūt multa genera complectitur. Multa enim ſunt genera eorum quæ è terra eliciuntur. Sed de his omnibus dictum eſt omnino, & generaliter: propria autē accurataq; diſputatio, ad functiones & quæſtum illa quidē aliquantum adiumenti afferret, ſed tamē grauis eſſet commoratio. Artificio aūt maximo conſtant quæſtus ij, in quibus minimum fortuna poteſt. Sordidiſsimi ſunt, in quibus corpora inquinantur. Maximè illiberales, qui uſu plurimo corporis egent. Ignobiliſsimi, qui minimū uirtutē deſiderant. Sed quoniam de his quidam ſcripta uolumina reliquerunt, ut Chares Parius, & Appollodorus Lemnius, de cultura agrorū, & nudorū, & cōſitorum, item alij de alijs ſcripſerunt multa hæc quidē, ab illis petat cui curę eſt: quæ autem diſperſa ſunt præcepta, quibus rationib. adepti ſunt diuitias ij qui ualent opibus, colligere debemus. Hęc enim omnia ijs proderunt, apud quos in honore & precio eſt pecuniæ quærēdæ ratio. Cuius generis eſt illud Thalis Mileſij, præceptū enim quoddam eſt pecuniæ faciendæ. quod illi propter ſapientiam qua ualebat plurimū, attribuunt. generale autem quoddam præceptū eſt. Cum enim obijceretur ei propter paupertatem ſapientiæ ſtudiū, ut inutile, animaduertiſſe aſtrologia dicitur olearum ubertatem fore: & hyeme antequam florere cœpiſſent, cum parua pecuniç uis ſuppeteret, arris datis omnes olearias officinas quæ erant in agro Mileſio & Chio, paruo cōduxiſſe, quia nemo pluris liceretur. Cumq; tempus ueniſſet, multiq; cōcurrerent, eis tanti quanti uoluit uendidiſſe: ita magna pecuniæ copia coacervata, oſtendiſſe etiā philoſophos, ſi id cōmodum eſſet, pecuniam facere poſſe: ſed in ea re ſtudia eorum non uerſari. Ac Thales quidem ad hunc modū ſapientiæ ſpecimen edidiſſe dicitur. Hoc autem ad rationem, ut dixi, faciendæ pecuniæ omnino pertinet, ſi quis ſibi uni uenditionē parare & uendicare poſsit. Itaq; ciuitates quædam hanc ſibi facultatē reſeruant, cum pecuniæ deſunt. Sibi enim ſolis rerum uenaliū uenditionem uendicant. In Sicilia autem quidā pecuniam, quam apud ſe conditā habebat, ex ferrarijs omne ferrum coemit. Poſtea uerò quam ex mercaturis redierunt mercatores, ille unus uendebat, non magnopere aucto precio, ſed tamē pro quinquaginta talentis centum accepit. Hoc cum Dionyſius animaduertiſſet, & pecunias exportare eum iuſsit, nec tamen iam Syracuſis manere uoluit, qui copias ipſius rebus inutiles inueniſſet. Thaletis quidem & huius eadem præſenſio eſt: quoniam uterq; ſibi uni arte quadam uenditionem attribuit. Quarum rerum cognitio etiā ijs qui Reipub. præſunt, magnos uſus affert, propterea quòd pecuniæ faciendæ rationem ut fa-

A miliæ, ſic urbes, ac multò etiā magis deſiderant. Quapropter quidam in Republica hanc unam rem proſequuntur.

EX TRIBVS OECONOMICAE partibus, de herili ſuprà diſputauit. nunc de maritali diſſerit, & paterna, utrumq; in uxorem ciuile imperium tenere docet, ducta ſimilitudine non a paritate uiri & uxoris, nec imperandi uiciſsitudine, quod utrumq; abeſt: ſed ex eo quod uir ut potior eſt, ſic ornatu ſermoniſq; grauitate, & honoribus uxori præſtat, ut priuato præfectus, quandiu magiſtratui præeſt. Patrem uero in filios regium imperium tenere tradit, tum iure ætatis perfectæ, tum uoluntate filiorum, qui libenter parentibus obtemperant: deinde docet, ut præfectorum, ſic ſubditorum uirtutes eſſe morales, ſed ſpecie diſtinctas. Exempli gratia, mulieris fortitudinem ſpecie à fortitudine uiri differre: & ſerui à domini, ut partis inferioris animæ uirtutes ſpecie ſunt à uirtutibus partis ſuperioris diuerſæ. Cap. VIII.

TRes autem rei familiaris partes ſtatuimus, unam in dominatu, de quo ſuprà diſſeruimus: alteram in paterno imperio: tertiam in re uxoria. quoniam pater & uxori præeſt & liberis, quanquam nō eodem genere imperij: ſed uxori, ciuili: liberis, regali poteſtate. Nam & mas ad principatum aptior eſt natura, quàm fœmina, niſi fortè alicubi contra naturam accidat: & quæ antiquiora perfectaq; ſunt, quam iuniora & imperfecta. Ac in ciuilibus quidem imperijs quàm plurimis, quoniā pari iure eſſe uolunt natura duce, nullumq; haberi delectum, cōmutantur is qui præeſt, & is qui paret. ſed tamen cū eſt B quod imperat, & quod paret, tum fit ut ſit quædam & formarū, & ſermonum, & honorū præſtantia: quemadmodū Amaſis de pelui ea in qua pedes lauabat, orationem habuit. Atqui mas ſi cum fœmina comparetur, eo ſemper genere excellere uidebitur. Liberorū autem imperium regale eſt. Quod enim procreauit ac genuit, id ue præſit, & amicitiæ ratio, & ſenectutis poſtulat: quod quidē genus eſt regalis poteſtatis. Itaque præclarè Homerus Iouem appellauit regē horū omniū, cum dixit: Parens hominūq; deumq;. Natura enim in rege diſsimilis, genus idem eſſe debet: qua quidē re & maior natu minori, & procreator natis præſtat. Hoc igitur perſpicuū eſt, prudentiā domeſticā in hominibus, quàm in rerum quæ inanimæ ſunt copijs: in uirtute eorum comparādā, quàm in ijs facultatib. quas diuitias opeſq; dicimus: in liberis, q̄ in ſeruis, plus operę ſtudijq; ponere. Ac primū de ſeruis quærat quiſpiam, ſit ne eorū uirtus pręter eas quæ in corporis officio & adminiſtratione conſiſtunt, alia his illuſtrior & clarior? ut temperātia, ut fortitudo, ut iuſtitia, cæterçq; generis eiuſdē. an uerò nulla præter corporis adminiſtrationes? Habet enim hoc dubitationē in utranq; partē. Si enim ineſt, quid inter eos & liberos intererit? Si nō, certè id abſurdū eſt, cū & homines ſint, & rationis cōpotes. Quod idē ferè de uxore & liberis quæritur, eorum ne ſint aliquæ uirtutes? & deceat ne uxorem temperantē eſſe, fortē, atq; iuſtā? Et puer ſitne libidinoſus & temperatus necne? Omninoq; hoc cōſiderādū eſt, ſintne is q̄ pręeſt natura, & is qui paret, ijſdē uirtutib. an alijs atq; alijs prędititi?

Si enim uterq; probitatis compos eſſe debet, cur A
omnino hunc imperare, illum parere oporteat?
Neq; enim hoc differre poſſunt, quòd in altero
maiores uirtutes inſunt, in altero minores: præ-
ſertim cum parere & imperare ſpecie differant,
maiores & minores uirtutes nõ differant. Quòd
ſi hic præditus eſſe debet, ille non debet, id mi-
rum eſt. Si enim is qui præeſt, non ſit moderatus
& iuſtus, quomodo bene imperabit? Si is qui pa
ret, quo pacto modeſtè parebit? Nam intempe-
rans & ignauus ſi ſit, nullum officium ſequatur.
Ergo hoc quidem perſpicuum eſt, utrunq; uirtu
tibus præditum eſſe oportere, ſed alijs atq; alijs:
quemadmodum ea omnia quæ natura uult obe
dire. Quod in animo quàm primò animaduerti
licet, cuius una pars natura imperat, altera obe-
dit: quarum diuerſas uirtutes eſſe dicimus, uelut
huius habere rationem, illius nõ habere. perſpi-
cuum eſt igitur, eandem cæterorum eſſe rationẽ.
Quocirca natura fecit cõplura & quę imperant,
& quæ parent. Nam & liberi alio genere impe-
rij ſeruis præſunt, & mares fœminis alio, & alio
uir liberis. iisq; omnibus datæ ſunt partes ani-
mi, ſed datæ ſunt cum delectu quodam: ut in ſer
uo non ſit pars ea quæ ualet conſilio: in fœmina
inſit illa quidem, ſed imbecilla: in puero inchoa-
ta & imperfecta. Quod eodem modo de uirtuti
bus ijs quæ more perficiuntur iudicandum eſt,
illis omnes præditos eſſe oportere non eodem
modo, ſed quantũ cuiq; ſatis ſit ad ſuum munus
fungendum. Itaq; eum oportet qui præſit, perfe
ctis atq; abſolutis uirtutibus quæ more gignun
tur, eſſe præditum & ornatum. Eſt enim munus B
& officium architecti, & ratio architecti nomen
obtinet: cæteros autem, quantũ quenq; decet.
Quare perſpicuũ eſt, uirtutem moralem hos om
nes habere oportere, neq; eandem eſſe uxoris &
uiri temperantiam, neq; fortitudinem & iuſti-
tiam, quemadmodũ Socrates putauit: ſed hanc
fortitudinem aptam ad imperandũ, illam ad mi-
niſtrandum & ſeruiendum. Similis eſt ratio cæ-
terarum. Quod ij facilius perſpiciunt, qui res ſin
gulas conſiderant. Errant enim ij qui omnino a-
iunt uirtutem eſſe, bene animo eſſe cõſtitutum,
uel recta facere, aut ſi quid aliud eiuſdem gene-
ris: multoq; rectius dicunt, qui uirtutes enume-
rant, ut Gorgias, quàm ij qui iſto pacto rem defi-
niunt. Ita quod Poeta de mulieribus dixit: Mu-
lieri ornamentum affert taciturnitas, uiro non
item: id de omnibus exiſtimare debemus. Quo
niam autem puer imperfectus eſt, profectò uir-
tutem qua eſt præditus, non ad ſe & res ſuas, ſed
ad perfectũ & eum qui regit referre debet, item-
que ſeruus ad dominũ. Et quia ſeruum uſus af-
ferre ad res neceſſarias poſuimus, idcirco perſpi-
cuum eſt, in eo & uirtutem paruam deſiderari,
& tantam ut neq; propter intemperantiam, neq;
propter ignauiam officio deſit. Sed quærat qui-
ſpiam, id quod modò dictum eſt, ſi uerum ſit, e-
tiam ne artifices uirtute præditos eſſe oporteat.
Sæpè enim propter intemperantiam officia de-
ſerunt. At magna eſt diſsimilitudo. Cum enim
ſeruus ſit communionis uitæ particeps, ille lon-
ge ab ea abhorret, tantumq; ad uirtutẽ ſpectat,
quantum ad ſeruitutem: quippe cum artificem

A enim qui in ſordida arte uerſatur, certa quædam
ſeruitus conſtrictum teneat. Seruum etiam natu
ra genuit, ſutorem nõ item, neq; ullum alium o-
pificem. Hoc igitur perſpicuũ eſt, ſeruum his ta-
libus uirtutibus informari inſtituiq; à domino
oportere: non qui inſtructus ſit arte quæ ualeat
ad docenda munera imperij herilis. Non igitur
audiendi ſunt ij qui ratione ſeruos ſpoliant, eos-
que ſolum dicto audientes eſſe confirmant. Ad-
monẽdi enim ſunt ſerui potius quàm pueri. Ac
de his quidem ſatis multa diximus. De uiri au-
tem & uxoris, patris & liberorum uirtutibus,
& in mutuo eorum ſermone ac conſuetudine,
quid honeſtũ ſit, quid minus honeſtũ, & quem-
admodũ id quod rectum eſt perſequi, quod pra
uum ac uitioſum declinare oporteat, in libris
quibus de Repub. diſſeremus, neceſſe erit dice-
re. Quoniam enim familia omnis pars eſt ciuilis
ſocietatis, hæc autem familiæ ſunt partes, & par
tis uirtus ex totius uirtute ſpectãda & æſtiman
da eſt: idcirco neceſſe erit nos qui totam Remp.
nobis proponimus, & liberos inſtituere, & uxo
res, ſi modò aliquid intereſt ad ciuitatem bene
moratam, & liberos & uxores eſſe moratas. At-
qui intereſt neceſſariò, cũ præſertim media pars
liberorum hominum ex mulieribus conſtet, &
pueri ciuilis communitatis ſocij oriantur. Qua-
propter quoniam de his dictum eſt, de cæteris
autem in alijs libris diſſerendum erit, hac diſpu-
tatione quam modò habuimus, ut quæ termi-
num habeat, prætermiſſa, aliud initium dicendi
faciamus. Ac primùm quæ de optimo Reipub.
B ſtatu dicta ſunt, uideamus.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIB. II.

IN PRIMO LIBRO DE DO-
*mo & partibus eius, deq; domeſtica facultate, quæ di-
citur œconomica, & officio patrisfamilias, & ſimul de
quæſtuaria ratione, & eius partibus diſputauit. Iam
hic incipit de ciuitatis ordine, & adminiſtratione, quæ
Reſpublica nominatur, diſſerere: & ex omnibus, qui-
bus tunc utebantur ciuitates, quæ optimè adminiſtra-
ri putabantur, & quæ traditæ fuerant, ſiue ab inge-
nioſis hominibus excogitatæ, nullam eſſe docet, quæ non
indigeat correctione. Sed primùm in Platonis Rempubli
cam, quæ tunc, ut eſt probabile, in ore omniũ propter no-
uitatem erat. Nam uxores & filios, fortunasq; communes
faciebat, ut hac ratione ciuitas maximè una fieret, eſſetq;
ſumma inter ciues omnes beneuolentia. Quem ſtatum rei-
publicæ non ſolum incommodiſsimum eſſe docet Ariſto-
teles: ſed etiam nulla ratione inſtitutũ, nec ex auctoris ra-
tionibus effici, quod ipſe uolebat: ſed contra nimia ciuita-
tis coniunctione ciuitatem tolli, uxorum & filiorum com
munitate minui potius ciuium beneuolentiam: itemq; ex
patrimoniorum communione odia & conten-
tiones exiſtere. Cap. I.*

QVO-

QVONIAM autem nobis propoſitum eſt quęrere quæ ſit ſocietas ciuilis omnium optima, ijs quibua in uita degenda omnia ex animi ſententia euenire quàm facillimè poſsint, aliæ etiã reſpublicæ, quibus utuntur ciuitates quædam, quæ bonis legibus dicuntur regi, cognoſcendæ ſunt, & ſi quæ eliæ quæ à nonnullis rómemotantur, beue conſtitutæ uidentur, ut & uirtus perſpiciatur, & utilitas. Quòd ſi quid præterea etiam exquiremus, non eſt cur uideatur hæc omnino commentitia quæſtio: præſertim cum hanc uiam & rationem diſputandi inducere uideamur, quòd eæ quæ nunc etiam ſtant, non ſint præclatè conſtitutæ. Exordium autem primùm capiendum eſt, quod huic ſermoni natura conſtituit. Neceſſe eſt enim aut omnium ciuium eſſe omnia communia, aut nulla, aut quædam eſſe, quædam non eſſe. Ac ut nulla ſint communia, profectò fieri non poteſt: cum præſertim & Reſpub. quædam ſit ſocietas, & primùm neceſſe ſit ciues locum habitare communem. Locus enim ęqualitas eſt unius ciuitatis, ciues autem eiuſdẽ ciuitatis ſocij. Sed utrum quę communia eſſe poſſunt, ea omnia melius ſit ciuitatem quæ bene cõſtituenda ſit, communia habete, an aliqua habete, alia nõ habete, quęſtio eſt. Fieri enim poteſt, ut ciuibus inter ipſos liberi communes ſint, communes uxores, communes deniq; poſſeſsiones, ut eſt in Platonis Rep. Illic enim Socrates ait oportete & liberos, & uxores, & poſſeſsiones eſſe cõmunes. In quo id quæri poteſt, utrũ præſtat ita rem habere, ut his ſit temporibus, an ut lex in Rep. ſcripta pręſcribit. Cum uerò multas alias incommoditates in ſe cõtinet uxorum inter omnes cõmunitas: tum id cuius cauſa putat hoc pacto legibus ſanciendum eſſe Socrates. Ex rationib. non perſpicitur effici. Iam uerò fieri non poteſt, quemadmodũ modò dixi, ut ad eum finem quem ciuitati ait propoſitũ eſſe oportere, id dirigatur. Quo autẽ modo diuidendum ſit, nihil exponit: id eſt, quo pacto una ciuitas quàm optime efficiatur ex omnibus. Nã hoc ſibi proponit Socrates. Atqui perſpicuum eſt, ſi ciuitas progreſsionib. utatur, ac minor fiat, eam ne ciuitatem quidem fore. In multitudine enim quadam conſiſtit ciuitas: quæ ſi magis una fiat, & augeatur, certè & ex ciuitate familia, & ex familia homo cõſtabit: quando quidem familiam unam quàm ciuitatem, & hominẽ magis unum dicimus quàm familiam unam. Ita etiam ſi quis id facere poſſet, tamen quia hoc pacto ciuitatem euerteret, facere non deberet. Neq; uerò ex multis ſolum hominibus cõſtat ciuitas, ſed etiam ex hominibus qui ſpecie differunt: quippe cum ex ſui ſimilibus non conſtet ciuitas. Aliud enim ſocietas belli eſt, aliud ciuitas. Illa enim multitudini utilis eſt, etiamſi ſpecie differat: quoniam auxilij cauſa cõparata eſt belli ſocietas, ut ſi maius pondus deprimat. Qua etiam re ciuitas à gente diſtabit, ſi non per uicos diuiſa ſit multitudo, ſed ut Arcades. Ex quibus autem unum cõſtare debet, ea ſpecie differunt. Itaq; talio, quemadmodũ in libris de Moribus dixi, ciuitates cõtinet: quãdoquidem id in liberis populis & pari iure ui-

A uentibus, uigeat neceſſe eſt. Nam cum non poſſint omnes magiſtratũ gerere, niſi annuum, uel ſi qua alia ſit præſcriptio aut tempus cõſtitutum, iſto pacto fiet, ut omnes magiſtratũ gerant: quo modo ſi ſutores & fabri mutarentur, nec ijdem ſemper fabri & ſutores eſſent. Quoniam autem hic ciuilis ſocietatis ſtatus melior eſt, certè eoſdẽ ſemper eſſe in magiſtratu melius eſt, ſi fieri poſſit. Apud quos aũt id fieri non poteſt, propterea quòd natura omnium par eſt cauſa & conditio: ſimul etiam æquum eſt, ſiue ſalutaris, ſiue perniciosus ſit magiſtratus, omnibus ad magiſtratus aditum patẽre, meminiſſe debent, ſibi qui pari iure uiuant abeundũ eſſe magiſtratu uiciſsim tanquam à principio ſint ſimiles. Alij enim imperant, alij parẽt uiciſsim, quaſi alij facti. Eodemq; modo eorum qui præſunt, alij alios magiſtratus gerunt. Ex quibus perſpicuũ eſt, naturs non eſſe ita comparatam unam ciuitatẽ, ut quidam confirmant: & quod ciuitatibus ſummum bonum eſſe dictum eſt, id ciuitates euertere. Atqui quod cuiq; bono eſt, id quemq; conſeruat. Alià etiam ratione perſpici poteſt, ualde in unam ciuitatem redigere uelle, non eſſe melius. Nam & familia munitior eſt, quàm unus homo: & ciuitas, quàm familia: quæ tum ſe uelit eſſe ciuitatem, cùm accidit, ut ſit multitudinis ſatis munita communitas. Quòd ſi id magis expetendum, quod ſeipſo contentum eſt: etiam quod minus unum eſt, eo quod magis unum eſt, magis expetendum eſt.

INFIRMAT REFELLITQVE SO*cratis argumentũ, & ut propoſitum tanquã uerum,* B *quod tamen eſt falſum, non efficiat nec concludat, exponit.* Cap. II.

NEq; uerò eſſe hoc ſummum bonum, ciuitatem unam eſſe, quàm maximè illud uidetur docere ratione, ſi omnes ſimul dicant meum & non meum, quod putat Socrates argumento eſſe perfectè unam eſſe ciuitatem. Omnes enim dicitur duobus modis. At ſi tanquam ſinguli, fortaſsis magis fiat quod uult Socrates effici. Suum enim quiſq; filium eundem dicet, eandemq; uxorem. quod eodẽ modo de facultatibus, & de quaq; re iudicandũ eſt. Nunc non ita aiunt ij qui communibus utuntur uxoribus & liberis: ſed ita dicunt omnes, non quod unuſquiſq; eorũ. Itemq; facultates, omnes dicunt ſuas, non autem unuſquiſq; eorum. Hoc igitur perſpicuũ eſt, captionem quandã eſſe, ſi omnes dicamus. Nam uerbũ, omnes, & utrunq;, numerum dicit parem ac imparẽ, propterea quòd duobus modis dicitur, & in argumentatione ex eo concertationis cauſa cõparatæ ratiocinationes oriuntur. Quapropter eandẽ rem ſuã omnes dicere, alio modo rectũ eſt, ſed fieri non poteſt, alio modo nihil conſentaneũ. Aliud etiam incõmodũ ſequitur. Quod enim multorũ cõmune eſt, id minimè curæ eſt. Suum enim cuique curæ eſt: quod aũt cõmune eſt, minori quàm quantũ ad quemq; ſpectat. Nam quaſi alius curet cętera, ita magis negligũt: ſicut fit interdũ, ut cõplures ſerui deterius miniſtrent quàm pauciores. Iã uniuſcuiuſq; ciuis erunt mille liberi, & hi nõ uniuſcuiuſq;, ſed cuiuſuis ęquè quiſq; eſt filius: ita omnes ſimili-

ſimilIter negligent. Singuli etiam ciues iſto pa-
cto ſuum eſſe dicent eum, qui cum præclarè uel
malè agitur, qualicunq; ſint numero: quaſi ſuum
certum eſſe milleſimum quemq; aut omnes qui
eiuſdem ciuitatis ſint, confirmantes, cum id illis
ueoist in dubium. Incertũ eſt enim cuinam na-
ti ſint liberi, atque ij nati, an ſalui ſint & incolu-
mes. Quanquã quæſtio eſt, utrum iſto pacto di-
cere ſuam quemq; rem eandem eſſe ex duobus
millib. uel ex decem melius ſit: an potius eo mo
do, quo in ciuitatibus, ſuum eſſe quid confir-
mant. Alius enim filium ſuũ, alius fratrem ſuum
eundem appellat, alius nepotem, & ſi qua alia co
gnatio & coniunctio eſt, uel ſanguinis, uel pro-
pinquitatis, uel affinitatis, ipſius primũ, deinde
eorum qui ab ipſo nati ſunt: præterea alium ſo-
dalem, alium curialem. præſtat enim nepotẽ ger
manum eſſe, quàm iſto pacto filium. Atqui ne ui
tari quidem poteſt, quin nonnulli ſuos fratres,
liberos, patres & matres eſſe putent: cum præſer
tim ex ſimilitudinibus parentum quæ in natis
exiſtunt, ſibi de ſe inter ſe fidem facere poſsint.
Quod quidam eorum qui terræ ambitum exqui
runt, aiunt euenire. Eſſe enim aiunt nonnullorũ
populorum ſuperioris Lybiæ uxores cõmunes,
cum interim filij ex ſimilitudinibus internoſcan
tur. Sunt etiam aliorum animantium quædam
uxores, cuiuſmodi ſunt equæ & boues: quæ ſo-
lent ualde ſimiles parentibus natos edere, qua-
lis illa fuit equa Pharſaliæ, quæ iuſta uocabatur.
Iam uerò incommoda hæc, ut plagas, ut cædes,
& quæ inconſultò, & quæ uoluntate ſuſcipiun-
B tur, ut pugnas, ut contumelias, quæ impia & ne-
faria ſunt in parentes, & in propinquos, non ita
in extraneos, nõ facilè uitare poſſunt ij qui hunc
ſtatum Reipub. inuehunt. Quinetiam ſæpius ea
eueniant neceſſe eſt, ſi ignorent quàm ſi cogno-
ſcant. Quod ſi oriantur, ea expiare poſſunt qui
norunt: qui ignorant, non poſſunt. Atq; etiam il
lud abſurdum eſt, eum qui cõmunes liberos po-
ſuerit, concubitum ſolum adimere amantibus,
amorem non adimere, neq; uſus alios, quos eſſe
patri cum liberis, & fratri cum fratre, quoniam
etiam ſolus amor obſcœnus eſt, eſt indecorum
maximè. Illud etiam abſurdum eſt, concubitum
ipſum non ob aliam cauſam ſuſtuliſſe, niſi quia
nimia uoluptas oriatur: & nihil intereſſe putare,
ſitne parens an filius, an fratres qui cõmiſcean-
tur. Quanquam agricolis hæc mulierum libero-
rumq; communitas utilior eſt futura, quàm cu-
ſtodibus. Leuior enim ita demum amicitia futu
ra eſt, ſi ſint cõmunes & mulieres & liberi, qua-
les debent eſſe ij qui parent in imperio, non re-
bus nouis ſtudere. Omninoq; contra fiat hac le-
ge neceſſe eſt, quàm ea patiantur, quæ rectè latis
legibus efficiuntur, quamq; id cuius cauſa Socra
tes ita ſtatuere putauit oportere de liberis & u-
xoribus. Ciuitatibus enim oihil maius aut me-
lius amicitia dari poteſt. Sic enim minimè inter
nos ſeditiones orirentur. Ac ciuitatẽ ex eo quod
una ſit, maximis laudibus ornat Socrates. quod
& uidetur, & ille ait eſſe amicitiæ munus: quẽad
modum Ariſtophanẽ ſcimus in libro quem Pla-
to de amore ſcripſit, dicere, amantes propter ar-
dorem amoris coniungi, & ex duobus unũ effi-
A ci. Atq; hic quidem neceſſe eſt utrunq; interijſſe,
uel alterum. In ciuitate autem à tali ſocietate &
cõmunitate neceſſe eſt amicitiam leuem & im-
becillam oriri: ut nec ſit neceſſe filium patrem
ſuum appellare, nec patrem filium. Vt enim ſi ali
quantũ dulcedinis in magna copia aquæ fuſum
ſit, temperatio & commixtio ſenſu non percipi-
tur, ſic curę eſt neceſsitudo & propinquitas, quę
ex his nominibus ducta inter omnes intercedit:
in tali Repub. minimè neceſſe ſit uel patrem cu-
ræ eſſe ut filio: uel filium tanquam parenti, & fra
tres alterum alteri. Duæ enim cauſæ ſunt, quę
hominibus inter ipſos neceſsitudinẽ amoremq;
gignunt & conciliant, id quod priuatum eſt, &
id in quo eſt cauſa diligendi. Quorum neutrum
hominibus qui hoc genere Reipub. utuntur, in-
ter ipſos intercedere ullo pacto poteſt. Atque e-
tiam ex illa ratione de transferendis liberis qui
nati erunt, ut alij ab agricolis & opificibus ad cu
ſtodes, alij ab his ad illos transferantur, magna
ſequitur confuſio & perturbatio: quo tandem
pacto licebit, aut neceſſe erit, eos qui dederint
aut tranſtulerint, quos quibus dederint internο
ſcere. Iam uerò ea etiam quę ſuprà dicta ſunt in-
cõmoda, ut plagæ, ut amores, ut cædes, facilius
hic naſcentur neceſſariò. Neq; enim iam fratres,
neq; liberos, neq; parentes appellabunt cuſto-
des ij, qui alijs ciuibus traditi erunt: neq; rurſus
ij, qui à cuſtodibus ad alios ciues transferentur:
ut uerendum ſit, ne quid tale committatur, pro-
pter coniunctionem ſanguinis.

B PRIMVM INCOMMODA, QVAE
*ex uxorum & liberorum communione contrahuntur, ex-
ponit: deinde nihilo cõmodius eſſe docet, ut bona ſint com
munia, ſiue omnia, ſiue prædia duntaxat: non fructus, aut
è diuerſo: & uarias inde querelas & contentiones exiſte-
re: itaq; multo ſatius eſſe ut ſimpliciter priuatim poſsi-
deantur: ſed quodammodo per uſum ſcilicet ac liberalita-
tem poſsidentium fiant cõmunia. hoc enim & uir-
tutem augere, & eſſe iucundum.*

Caput III.

AC de liberorum quidem ac mulierũ com
munitate hactenus. Deinceps cõſideran-
dum eſt, quo pacto conſtituere debeant
ij qui optimo Reipub. genere uſuri ſunt: utrum
omnia quæ poſſeſsionis appellatione continen
tur, communia eſſe, an ne priuata. Quæ quidem
quæſtio ab illis quæ de liberis & mulieribus le-
gibus tradita ſunt, ſeparari poteſt: ut quæramus
conſtitutis illis priuatis, ut nunc ſunt apud om-
nes, ſit ne melius rerũ poſſeſsiones, & uſus eſſe
communes, uelut ſolum priuatum eſſe, fructus
autem in cõmune collatos expẽdere, quod qui-
dem faciunt nonnullæ nationes: an contrà, fun-
dum communem eſſe, & publicè coli, fructus au
tem tribui ad ſuos cuiq; uſus, quo ſocietatis ge-
nere barbari quidam coniuncti eſſe dicuntur: an
communes & fundos & fructus. Ac ſi alij ſint a-
ratores, aliud genus idq́ue facilius conſequetur.
Sin ſibi ipſi laborent, profectò rerum poſſeſsionẽ
& quaſi ſupellectilem, multa incommoda ſe-
quentur. Etenim ſi percipiendis commodita-
tibus,

tibus, ſubeundiſq; laboribus non ſint pares, certè ij qui minorem fructum capient, & plus laboris impendent, eos qui magnas utilitates percipiant, cū minus operæ contulerint, criminabuntur. Cùm autem uitæ coniunctio, rerumq; humanarum omnium, tum uel maximè harum difficilis ſocietas & communio eſt. Idq; eorum qui iter unà faciunt ſocietates declarant, quorū ferè diſsidia fiunt, ita ut leui de re offenſiore inter ſe animo ſoleant affici. Iam uerò famulis ijs infenſi ſumus maximè, quos plerunq; ad munera uulgaria adhibemus. Hæc igitur & alia eius generis incommoda rerum communitas inuehit. Quæ autem nunc ſtat ratio, ſi & moribus & bonarum legum præſcripto exornetur, ab illa diſtabit plurimum. Sic enim utriuſq; generis utilitatē complectetur, id eſt & eam quæ ex communione, & eam quæ ex proprietate rerum percipitur. Nam communes quodammodo debent eſſe, omnino autem priuatæ. Officiorū enim & curarum partitio criminationes non gignet inter ciues, imò uerò proficiet, cum ſuum quiſq; quaſi locum ordinemq; tuebitur. uirtute aūt fiet, ut uſu (quemadmodum eſt in prouerbio) amicorum omnia ſint communia. Eſt etiam nunc in eodem modo præſcriptum, tanquā id fieri poſsit, cùm in quibuſdam ciuitatibus, tum uel maximè in ijs quæ præclarè adminiſtrantur, in quibus alia ſunt, alia eſſe poſſunt. Cum enim ſuum quiſq; tenet, eo amicis prodeſt, alijs rebus cōmunibus utitur. ut Lacedæmone, in qua ſeruis alij aliorum utuntur ut ſuis: itemque equis & canibus, ſi uiatico in agris regionis egeant. Perſpicuum eſt igitur, ad Reip. ſtatum melius eſſe, res priuatas eſſe, uſu autem cōmunes fieri. quod ut fiat, legiſlatoris erit prouidere. Iam uerò dici nō poteſt, quàm iucunda ſit cuiq; rerum ſuarū cogitatio. Neq; enim fortuita aut ſuperuacanea eſt amicitia, qua ſe quiſq; diligit: ſed à natura profecta eſt. Nam ſui diligentem eſſe, id demū iure uituperatur, quod non eſt ſeipſum diligere, ſed nimium: quemadmodū cupidum eſſe pecuniæ. quandoquidē ſtudent omnes rebus eius generis . Atq; etiam gratificari & opitulari amicis, uel peregrinis, uel ſodali iucundiſsimū eſt. quod ſi res & poſſeſsiones priuatæ ſint, extat: ſin una fiat ciuitas, tollitur. Sic etiam duarum uirtutū officia perſpicuè tolluntur: temperantiæ, id quod uxoribus præſtatur (eſt enim præclarū officium & opus, ab ea quæ aliena ſit, abſtinere ſe propter temperantiam) & liberalitatis, id quod in rebus dandis cernitur: neque enim perſpicuū erit an ſit liberalis, nec ullum liberale officium munusq; præſtabit. quippe cum in rerum quæ occupantur uſu, conſiſtat liberalitas. Præclara igitur & humana hæc legum condendarum ratio uideri poteſt, de qua qui audit, eam libenter approbat, exiſtimans ita admirabilem quandā omnibus inter omnes amicitiam futuram: præſertim ſi quis de incommodis & malis, quæ nunc in rebuſpub. extant, queratur: quaſi ex eo quod facultates cōmunes non ſint, oriantur. actiones dico, quæ inter ciues ſunt cōtrahendarum rerum, falſorum teſtium iudicia, locupletum aſſentationes: quorum nihil communitatis rerum exterminatio, ſed hominum uitium inue-

A hit, quandoquidem multo plura diſsidia fieri uidemus eorū qui omnia habent cōmunia, quàm eorum qui priuatas res tenent. uerùm paucos eorum qui in commune omnia conferunt inimicitias & ſimultates inter ſe gerere animaduertimus, quòd eos qui priuatas res habent, multos cum illis paucis comparamus. Iam uerò æquum eſt non ſolum commemorare quot malis liberabuntur ij qui res communiter tenent, ſed etiam quibus bonis carebunt. quanquam hęc quidem uiuēdi ratio omnino eſſe nullo modo poteſt. Socratem autē in hunc errorē lapſum eſſe, eo quòd non rectū finem proponat, exiſtimare debemus. Debet enim & familia & ciuitas una eſſe quodā modo, non omnino: quoniam eſt quidam terminus conſtitutus, extra quē ſi egrediatur, iam non erit ciuitas: eſt quatenus ſtabit illa quidem, ſed tamen ſi paulùm abſit ab eo, ut perdat ciuitatis nomē, deterior ciuitas habebitur. Ut ſi quis concentum faciat unum eundemq; ſonum, uel uerſum ad pedem unum redigat: ſed debet quum ſit multitudo, ut ſuprà diximus, communi inſtitutione & diſciplina, una effici. & certè abſurdū eſt eum qui diſciplinam inuehere uelit, eaq; putet ciuitatem fore beatam, his rebus talibus exiſtimare ad rectam uiam dirigi poſſe. non moribus, non philoſophia & legibus. quales ſunt poſſeſsiones quas legiſlator Lacedæmone & Cretę in epulis ſodalitatum uoluit eſſe communes. Sed hoc ipſum ignorare non debemus, multorū temporū & annorum habendam eſſe rationem, in quibus iſta ſi præclara & honeſta fuiſſent, ho-
B mines minimè latuiſſent. Inuēta enim ferè ſunt omnia, ſed alia inducta non ſunt, alijs non utuntur ij qui norunt. Sed hoc perſpici licebit maximè, ſi quis reipſa eiuſmodi Remp. conditam uideat. Neq; enim ciuitatē fundare poterit, niſi partiatur & ſeiungat, alia in ſodalitates, alia in curias & tribus, & nihil aliud legibus cautum eſſe uideatur, niſi ne cuſtodes arent. Quod quidem etiam nunc Lacedæmonij facere conantur. Forma uerò Reip. quæ futura ſit inter eos quorum omnia erunt communia, nec Socrates ipſe tradidit, nec facilè tradi aut explicari poteſt. Nā cum ciuitatis multitudo ferè ex aliorū atq; aliorum ciuium multitudine conſtet, tamen de ijs nihil expoſitū eſt, utrum aratorū inter ipſos res communes omnium eſſe debeant, an priuatæ ſingulorum, & liberi nè ac mulieres cōmunes, an propriæ atq; priuatæ. Etenim ſi eadem ratione res omnes cōmunes erunt omnium, quid inter hos & illos cuſtodes intererit? aut quæ maior autoritas in ijs erit, qui eis imperabunt, aut in ijs qui à doctrina ad imperij prouinciam ſuſtinendam uenient? niſi fortè tale aliquid fingūt, quale Cretes, qui cum cæterorum omnium ſeruis poteſtatem concedant, ſolū gymnaſia & armamentaria uetant. Quòd ſi ut in alijs urbibus, ſic apud illos hæ res inſtitutæ erunt, quæ tandem forma erit cōmunitatis? Nā in una ciuitate duæ ſint neceſſe eſt, eæq; inter ſe cōtrariæ: quippe cū alios faciat cuſtodes quaſi pręſidia: alios aratores, quoſdā opifices, alioſq; ciues. Criminationes uerò & iudicia, cęteraq; mala quę in alijs ciuitatib. ineſſe ait, apud hos exiſtent oīa. Quanq̄ cōfirmat Socrates

non

non multum eos deſideraturos leges propter educationem & inſtitutionem, ut de rebus ciuilibus & forenſibus, alijsq́; eiuſdem generis, diſciplinę cura ſolis cuſtodibus relicta. Iam uerò poſſeſsiones omnes poteſtati cuſtodum permittit, certa collata penſione. Atqui multo uériſimilius eſt eos fore difficiles, ſublaturosq́; animos, magis quàm ij ſerui qui apud nonnullos hilotiæ pæneſtiæ ac ſeruitia dicuntur, ſolent. Sed enim an æquè hæc neceſſaria ſint, necne, nunc quidẽ nihil explicatum eſt, nec quæ deinceps cõſequuntur, quæ eorum reſpublica ſit, quæ diſciplina, quæ leges: cum nec inuẽtu facile ſit, nec paulùm interſit ad tuendam cuſtodum communionem, quibus moribus aliqui ſint prędit. Quòd ſi mulieres facit communes, priuatas autem res, quis rem familiarem adminiſtrabit? ut uiri earum, res quæ in agris naſcuntur curant, etiamſi communes res ſint, & aratorum mulieres. Abſurdum etiam eſt eadem mulieres, quę uiros, ſtudia decere, belluarũ ſimilitudinibus docere, ad quas rei familiaris cura nihil pertinet. Atq; etiam de magiſtratibus periculorum plena eſt Socratis inſtitutio. Vult enim eos eſſe perpetuos, quod ſeditionis in Repub. ſeminariũ eſt, etiam apud eos qui abiecto demiſſoq́; animo ſunt: quanto magis apud eos qui magno animo ſunt præditi, & ad bellum nati? Ei autem faciendos eſſe perpetuos magiſtratus neceſſariò, hinc perſpici licet, quod non aliàs alijs animis diuinum aurum miſcetur: ſed ſemper eiſdem, cum ipſe confirmet in alijs ſimul atq; orti ſint, aurum, in alijs argẽtum miſceri, æs autem & ferrum in ijs qui opifices & B aratores ſint futuri. Iam adempta beata uita cuſtodibus, legislatori faciundum eſſe ait, ut beata ſit ciuitas. Atqui fieri non poteſt, ut tota ſit beata, niſi multæ eius partes, uel omnes, uel certè aliquæ beatæ uitæ ſint compotes, cum pręſertim non ſit eorundem beata uita, quorum eſt par numerus, qui quidem in toto eſſe poteſt, & in neutra parte: quod de beata uita dici non poteſt. Quod ſi cuſtodes non ſint beati, qui alij erunt? nõ enim quidem certè opifices, aut ſordidarum artium multitudo. Ac Reſpublica quidẽ, de qua dixit Socrates, hæc incommoda & mala, aliaque non leuiora inuehit.

PLATO POST OPVS DE REpublica *libros de Legibus conſcripſit, in quorum quinto alteram Reipublicæ formam diuerſam ab ea quam tradiderat, in libris de Republica tradit. & ſecundũ Rempublicam appellat, in quam deinceps Ariſtoteles diſſerit, ut hactenus in illam, quam uocat primam, de qua eſt in libris de Republica: & inter primam & ſecundam nihil propemodum intereſſe docet, præter uxorum, filiorũ, & patrimoniorum cõmunem, quæ in prima, non item in ſecunda ſancitur. Et illud quod in prima Repub. mille homines eſſe placet, qui arma teneant ad urbis cuſtodiam, in ſecunda quinq; millia & quadraginta, quam multitudinem ocioſorum uirorum adiunctis ſeruis & mulieribus nimiam dicit Ariſtoteles. Item in legibus condendis non ſolum hominum, id eſt, oppidanorũ & regionis, ſed etiam uicinorum habendam eſſe rationem: nec ualde uniuerſaliter præci-* A *piendum, nec unius uirtutis, aut unius partis fœlicitatis legumlatori habendam eſſe rationem, ſed omnium.* Caput IIII.

SImilis eſt ferè legum ratio, quas ſcripſit poſtea. itaq; de Repub. quæ illic conſtituitur, pauca dici eſt melius. Nam in libris de Rep. breuiter expoſuit Socrates, quæ ratio & forma cõmunium liberorum, & uxorum, & poſſeſsionum, & Reipub. ordinis eſſe debeat. Cum enim in duas partes multitudo eorũ qui eandem ciuitatem incolunt, tributa ſit, in aratores, & in eos qui bellicis officijs ſtudeant: tertia autem ex his ſit, eorum qui conſilio iuuant, & poteſtate ciuitatem tenent: aratores quidem & opifices nullum ne magiſtratũ gerant, an aliquem, & utrum arma ferre & bellum gerere necne debeant, nihil ſtatuit Socrates. Mulieres autem & bellũ gerere uult, & ijſdem artibus quibus cuſtodes erudiri. reliquam diſputationem alijs nihil ad rem pertinentibus referſit, & qualis cuſtodum inſtitutio eſſe debeat. Quod autem ad leges attinet, maxima ex parte leges ſunt, in quibus pauca de Republica dixit: quam dum uult, maximè patêre ciuitatibus, paulatim rurſus ad alteram Rempub. deducitur. Excepta enim mulierũ poſſeſsionumq́; communitate, cætera eadem utriq; Reipub. concedit. Nam & diſciplinam eandem concedit, & ijs qui neceſſarijs muneribus fungi non poſſunt, uictum. Eodemq́; modo de ſodalitatibus ſtatuit, niſi quod in hac ſodalitates mulierum eſſe ait oportere, & illam mille arma ferentium, hanc quinq; milliũ. Ac omnes quidem Socratici ſermones ferè minus neceſſarijs rebus referti ſunt, ijsq́; & ornatum, & res nouas, quęq́; diſputatione egeant cõſectatur. præclari autem omnes certè eſſe nõ poſſunt. Nam quod attinet ad hanc multitudinem quam cõmemoraui, hoc intelligendũ eſt, eis qui tot ſint, Babyloniæ, uel alicuius alterius urbis, cuius innumerabiles ſint incolæ, regione fore opus, ex qua quinq; millia inertium hominum alenda erunt, aliaq́; numeroſior turba mulierum atq; ſeruorum. Proponere quidem ad tractandũ quam quiſq; materiam uelit, licet: ſed tamen nihil quod fieri non poteſt proponendum eſt. Aiunt autem legislatorem in ferendis legibus duarum rerum habere oportere rationem, regionis atq; hominum. Præterea illud etiam rectè addi poteſt, finitimorum locorum rationem ducendam eſſe, ut ciuitas uitam quæ ſe digna ſit poſsit degere. Neq; enim ſolum ei neceſſarius eſt uſus eorum armorum quæ ad regionem & agrum ipſius defendendũ apta erunt, ſed ad alia etiam loca uel tuenda, uel etiam inuadenda. Quod ſi quis non hoc uitæ genus probet, in ciuitate neq; priuatim, neq; publicè, tamen hoſtibus ciues non ſolum cum intra fines ueniunt, ſed etiam cũ inde excedunt, terrorem afferre debent. Atq; etiam uidendum eſt, ne fortè ſatius ſit multitudinem poſſeſsionũ alio modo, eoq́; planiore deſcribere. Tantam enim eſſe ait oportere, ut temperatè uiuatur: quod tãtum ualet, ut ſi quis dicat, ut bene uiuatur. quod latius patet. Iam uerò fieri poteſt, ut tẽperatè quidem uiuatur, ſed miſerè. Atqui deſcriptio & modus me-

dus melior ſit, ſi ad temperatè liberaliterque uiuendum referatur. Si enim utrunq; ſeiunctum ſit, alterum luxum, alterum difficultatem laboremq; conſequetur: quandoquidem hæ affectiones, uirtutes ſunt, quæ in facultatũ aeq; diuitiarum uſu ſolæ uerſantur. ueluti facultatibus clementer aut fortiter uti non licet, moderatè & liberaliter licet. ut neceſſe ſit hos uſus in eis ipſis conſiſtere. Illud etiam abſurdũ eſt, eum qui poſſeſsiones æquas & pares faciat, multitudini ciuium nõ conſulere, procreationemq; liberorum incertam dimittere: quaſi uerò propter liberorũ orbitates quot ſint cunque, eidem multitudini ſatis ſit æquanda, propterea quòd nunc etiam ciuitatibus hoc ipſum uſuuenire uideatur. Atqui non tam ſubtilis tum ratio ciuitatũ, quàm nunc, eſſe debuit. Nunc enim quoniam opes & facultates inter ſe diuidit multitudo, quantacunq; ſit nemini quicquam deeſt: tum uerò, cum nulla fieret bonorum partitio, neceſſe erat aratores ſiue minor ſiue maior eorũ numerus eſſet, nihil obtinere. Quinetiam modus procreandorũ liberorum potius quàm bonorũ ſtatuendus erat hoc fine, ut certum quendam numerum procreandis liberis non excederent: quem numerũ qui conſtitueret, is & euentus rerũ ſpectaret, ſi fortè ex ijs qui nati eſſent, excederent è uita, & aliorũ orbitates. Quæ res, ſi ut in plurimis urbibus prætermittatur, neceſſariò egeſtatẽ ciuibus afferet, ex egeſtate ſeditiones fraudesq; naſcentur. Phidon quidẽ Corinthius legislator uetuſtiſsimus, ciuibus parem domorum numerum permanere putabat oportere, cum antea impares multitudine ſortes habuiſſent. In his autem legibus contrà eſt. Sed quis ſit horum optimus ſtatus, mox diſſerendũ erit. In his etiam legibus ea prætermiſſa ſunt omnia, quæ ad magiſtratus pertinẽt, quemadmodũ ijs præſtabunt qui in eorũ erunt imperio. Ait enim oportere, quemadmodũ ſtamen ex alia lana quàm ex licijs texitur, ſic eandem cum ijs qui parent eos qui imperant habere rationem. Porrò cum facultates augeri ſinat uſq; ad quincuplum, cur hoc in ſolo ad certũ terminum fieri non poteſt? Atq; etiam uidendũ eſt, ne fortè ædificiorum diuiſio ad rem familiarem conferat. Binas enim ædes cum ſeparatim diuiſiſſet, cuiq; attribuit, cũ difficile ſit duas domos habitare. Tota autem deſcriptio neq; populari, neq; optimati genere cõtinetur, ſed medio quodam ſtatu, quam politiam nominãt: quod ex ijs conſtat qui arma ferunt. Ac ſi hanc conſtituit ciuitatibus ut latiſsimè patentem, & ad plurima pertinentem, fortaſsis præclarè dixit: ſin ut optimam poſt primam Remp. non præclarè. Sunt enim fortaſſe, qui Laconum Remp. anteponant: aut etiam aliam, quæ magis ſit in poteſtate optimorum. Ac nonnulli quidem ſunt in ea ſententia ut dicant, optimum ciuitatis ſtatum ex omnibus Rebuſpub. confuſum eſſe oportere. Itaq; laudant Remp. Lacedæmoniorũ. conſtare enim eam alij ex paucorum, unius, populiq; poteſtate confirmant: dicuntq; regnum unius imperio, ſenum imperium paucorum poteſtate cõtineri: in Ephororum autem magiſtratu, quòd de populo creentur, populi poteſtatẽ intelligi. Alij autem

A in Ephoris tyrannidem ſpectari uolunt: in ſodalitatibus uitaq; quotidiana, populi poteſtatẽ. At uerò in his legibus Socratis ſententia eſt, eam Remp. quæ ſit omnium optima, ex populi & tyranni imperio cõſtare oportere, quæ imperia uel omnino in numero Rerumpublicarũ non ſunt reponẽda, uel certè in numero deterrimarũ. Verior eſt ergo eorum qui plures miſcent oratio & ſentẽtia. Quo enim quæq; Reſp. ex pluribus confuſa eſt, eo melior eſt. Deinde nihil in ea ineſſe uidetur, quod eius imperij cui unus præeſt, ſit proprium: omnisq; potius à paucorũ & populi poteſtate mutuata eſt: ita tamẽ, ut ad id imperium potius cui pauci præfecti ſunt, deflectere uideatur. Quod ex ratione mandandorũ magiſtratuũ perſpici licet. Nã ex delectis ſortitionẽ fieri, commune utriq; eſt: locupletiores aũt cogi uenire ad comitia, mãdare magiſtratus, cæteraq; munia & officia publica obire, cæteros uerò præteriri, eius imperij eſt cui pauci præſunt: itemq; id conari, ut plures ex locupletibus magiſtratus obtineant, & maximũ quenq; ex maximo cenſu. Senatorũ etiam cooptationem facit ad idem paucorũ imperium pertinere. Omnes enim neceſſariò deligunt, ſed ex primo cenſu: deinde totidem ex ſecunda claſſe, tum ex tertia: niſi quòd nõ omnes tertiæ & quartæ claſsis neceſſariò ſuffragium ferunt. Ex quarta autem claſſe deligere ijs ſolũ neceſſe eſt ex quatuor, qui primæ ſunt & ſecundæ claſsis: deinde ex his parem numerum ex ſingulis claſsibus legi cenſet oportere. Itaq; plures & potiores ex maximo cẽſu erunt, propterea quòd
B nonnulli populares non deligunt, quia deligere non coguntur. Hanc quidẽ Remp. non ex eo imperio, quod eſt in paucorum & unius poteſtate conſtare oportere, ex ijs intelligetur, quæ dicentur tum cum de hac ipſa Rep. erit diſputandi locus. Illa etiam ratio deligendorũ magiſtratuum, qua ex delectis delectus habetur, periculoſa eſt. Nam ſi qui etiã pauci coire uelint, ſemper mandabuntur eorum arbitratu magiſtratus. Atq; eorum quidem quæ ad Remp. pertinent, eam quæ in legib. Platonis conſtituitur, hæc ferè ratio eſt.

POSTQVAM IN VTRANQVE *Platonis Rempub. diſſeruit, alias aggreditur, ſed eam primùm, quam Phaleas inſtituit: cui placuit in primis ut paria eſſent ciuium patrimonia: nec tamen de numero procreandorum filiorum quicquam ſtatuit. qui ſi plures fuerint quàm pro ratione patrimoniorum, fore ait Ariſtoteles ut lex diſſoluatur, utpote iniqua: & multi fiant ex diuitibus pauperes. Quod genus hominũ rebus nouis ac ſeditionibus ſtudere ſolet: & parum eſſe æquari patrimonia, niſi mediocritas etiam patrimoniorum conſtituatur: nec hoc ſatis eſſe, niſi cupiditatibus modus per diſciplinam & legem imponatur. Quæ omnia cum adſint, fieri tamen poſſe, ut ex honorum inæqualitate ſeditiones exiſtant. quibus malis à Phalea non eſt prouiſum, qui leges etiam tradit, quibus paruæ iniuriæ, non quibus magnæ repellantur: & quæ pertinent ad mutuã ciuium inter ipſos conſuetudinem, non habita uicinorum, nec externorum ratione: nec terminũ opibus ſtatuit, quas optimè hoc*

termino finiri ait Ariſtoteles, ſi non tam longè proceſſerint, ut eis multati potentiores bellum inferant: ſeditiones autem nõ tam æquatione bonorũ tolli dicit, quàm ea proviſione, ut qui natura ſunt ad uirtutem propenſi, ſic inſtituantur, ne plus iuſto cõcupiſcant: improbis aũt facultas aliena inuadendi tollatur. Cap. V.

Svnt etiam aliæ Reſp. partim priuatorũ, partim philoſophorũ, eorumq́; qui in Reip. luce uerſantur. quę ad harum utranq; ſimilitudinem non propius accedunt, quàm eæ ipſæ quæ conſtitutæ ſunt, & ad quas uitę ciuilis rationem omnes hoc tempore dirigunt. Nemo eſt enim alius qui nouam hanc liberorũ uxorumq́; cõmunitate, & mulierũ ſodalitates inſtituerit: potiusque ab ijs qui neceſſaria ſunt, capiunt omnes exordium. Quibuſdã enim in eo maxima uis poſita uidetur, ſi rectè cõſtituantur fines, & quaſi termini facultatũ, quòd dicãt de ijs omnes ſeditiones inter ciues oriri ſolere. Itaq; Phaleas Carthaginenſis hoc primus induxit. Ad bonorũ enim poſſeſsionumq́; æquationẽ illius omnis pertinet oratio & ſententia: quod ille facile factu putabat, cum primũ ciuitates condebantur, conditis iam illis non item: ſed tamen ad æquationem ita celerrimè reuocari poſſe, ſi locupletes dotes darẽt, nec acciperent: pauperes contrà acciperent, nec darent. Plato autem leges ſcribens, certũ quendam modũ in ijs concedendũ cenſuit, cum interim uetuit, ut ſuprà dixi, ne cui ſupra quincuplũ poſſeſsionũ minutiſsimarum liceret tenere. Sed quod nunc ignoratur, id intelligere debẽt ij, qui tales leges ferunt, eis qui multitudinẽ facultatũ conſtituunt, liberorum etiam conſtituendã eſſe multitudinẽ. Etenim ſi bonorũ minores ſint copiæ quàm liberorum numerus, profectò lex tollenda erit neceſſariò: quòd ſi non tollatur, pernicioſa erit, quòd multi ex diuitibus fient pauperes, cuiuſmodi ferè homines nouis rebus ſtudere ſolent. Vim quidẽ non paruam in bonorũ æquatione ineſſe ad ciuilem ſocietatem, nonnulli etiam ueteres intellexiſſe uidẽtur, ut Solon ſanxit: & apud alios lex eſt, quæ uetat, ne agri tantũ quantũ quiſq; concupierit, teneat. Itemq́; leges uetant, ne bona uendantur. Quẽadmodũ Locris lex eſt, qua cauetur ne uendantur, niſi calamitas inſignis accidiſſe oſtendatur. & præterea ut hæreditates ueteres retineantur. quod quidem ius abrogatũ & irritum, etiam Leucade, ſtatũ eorum ciuitatis in populi imperium cõmutauit. Ex eo enim factũ eſt, ut iam non à cenſu ſtato & certo magiſtratus adipiſcerẽtur: facultatum aũt bonorumq́; æquatio eſſe poteſt, ſed quæ aut nimium magna ſit, ut lautè: aut anguſta nimis, ut tenuiter uiuatur. Ex quo perſpicuũ eſt, non ſatis eſſe, bona ad æqualitatẽ ab eo qui leges ſcribit reuocari, niſi modus exquiratur. quem ſi quis adhibeat atq; præſcribat omnibus, nihil tamen proficiet: cum præſertim cupiditatũ potius quàm facultatũ ſit retinenda æquabilitas, quã nemo qui nõ legibus inſtitutus ſit, aſſequetur. Sed Phaleas dicet fortaſſe, hoc à ſe cautũ eſſe: quippe qui cenſeat duarum rerum æquabilitatẽ in ciuitatibus uigere debere, facultatũ, & inſtitutionis. Sed

A quæ ſit futura inſtitutio & diſciplina, explicandum fuit. Nam unam eſſe & eandem nihil adiuuat, cum præſertim fieri poſsit, ut eadem & una ſit: ſed eiuſmodi, qua homines eruntur ad augendas pecunias, uel honores, uel utrũq; propenſiores. Iam ciues non ſolũ quia impares ſunt facultates, ſed etiam quia honores, inter ſe diſsident. Contraq; fit in utroq;, quoniã pleriq; in ſeditione ſunt propter bonorũ inęqualitatẽ: magni uiri, ſi ſint pares honores. Ex quo illud, Inhiat honoribus tam malus quàm bonus. Non ſolum autem homines ad iniuriam faciendã aggrediuntur, ut res quę deſunt ſuppeditent: quarũ ille remedium bonorũ æquationẽ exiſtimat: ut ne furentur frigore uel fame coacti, uerumetiã ut capiant oblectationẽ, neq; cõcupiſcant. Itaq; cum rerum neceſſariarũ maiore quadã cupiditate teneantur, tum ut ei cupiditati medeãtur, adducuntur, ut eos iuſtitiæ capiat obliuio. Ita fit, ut nõ huius cauſa ſolũ, uerumetiã ad perfruẽdas uoluptates cõcupiſcant. Quod ergo his tribus remediũ reperietur? Nõnullis res familiaris parua, & induſtria, alijs tẽperantia. Tertiũ, ſi qui uelint oblectari per ſe, non poſſunt niſi è philoſophia remediũ quærere. Nam cæteræ artes homines deſiderant, quãdoquidẽ ad ſummas iniurias faciendas aggrediuntur nonnulli, ut omniũ rerum nimias copias ſuppeditent, nõ ut res ad uiuendũ neceſſarias cõparent. ueluti tyrannidẽ exercent, nõ ut ne frigore obrigeſcant. Itaq; magnus honos propoſitus eſt, ſi quis nõ furem, ſed tyrannũ interfecerit. Ita ad leues ſolũ iniurias propulſandas ratio Reip. Phaleæ ualet. Pręterea multa ille inſti-
B tuit, quibus fiet, ut pręclarè ciues inter ſe in ciuili ſocietate ſe gerant. Atqui debent etiã pręclarè ſe gerere & aduerſus finitimos, & aduerſus exteros. Reſp. ergo ſit oportet munita & inſtructa cõtra uim hoſtiũ, de qua nihil ille ſanxit. Itẽq; poſſeſsionũ diuitiarũq́; copijs abundare debet. Neque enim ad ciuilis ſocietatis ſolũ uſus ſuppeditare debẽt, ſed ad propulſanda etiã pericula, quę ab externis impẽdẽre poſſunt. Quocirca nõ tam copię ſuppetere debent, ut eas finitimi, ijq́; ſuperiores adipiſci concupiſcant: qui aũt ijs præditi ſint, non poſsint eos qui infeſti ueniant propellere. neq; uerò tam paruæ, ut eæ non ſatis ſint ad eorũ qui pares ſint uiribus, bellum perferendũ. Ac ille quidem nihil de his cõſtituit. Intelligendum eſt aũt, magnas diuitiarũ copias eſſe utiles. Atq; is quidem modus & finis optimus fortaſſe conſtituetur, ut ijs qui ſuperiores ſunt, nõ ſit bellum utile, propter earum nimiam affluentiam, ſed ita ut ſi nõ ſint tantis opibus pręditi. Vt Eubulus, cum eſſet Autophradates Atarnem oppugnaturus, eum quanto tempore oppidum capere poſſet, conſiderare, & eius temporis ſumptuũ rationem habere iuſsit. Se enim uelle etiam minore ſumptu captam Atarnem iam relinquere. Quæ cum dixiſſet, & Autophradatẽ in eandem ſententiam traxit, & ut obſidione oppidum ſolueret, impulit. Aequatio ergo bonorum inter ciues, aliquid illa quidem ualet ad tollendas eijciendasque è ciuitate ſeditiones, ſed non multum. Summi enim uiri id moleſtè ferent, ut qui nõ ęquis & paribus copijs pręditi eſſe debeant.

Itaq;

Itaq; ſæpè exiſtunt factioſi & ſeditioſi. Iam uerò inſatiabilis eſt hominū improbitas, quibus primùm ſatis ſunt duo oboli: cum autem eos eunſecuti ſunt, tum ſemper plus expetunt, dum infinitas opes congeſſerint. Nunquam enim explentur, nunquam ſatiatur cupiditatis ſitis: quam tamen ot expleant, pleriq; uiuunt. Quibus rebus remediu eſt, non upum & bonorū æquariu, ſed potius diſciplina, qua ij quos natura inſigni quadam probitate urnauit, ita præculentur & præparabuntur, ut & ipſi augere iu immenſum opes nolint, & imprubi ooo poſsint. Quod fiet, ſi inferiores ſint, neq; uiolentur. Neq; uerò upū & bonurum ęqualitatem rectè definiuit: quippe cum agrus tantummodo pares ſaciat, & ſerui, pecudes, pecuniæ, magnusq; ſupellectilis apparatus io diuitijs poſſeſsionibusq; numerētur. Aut igitur horum omnium æquariu quęrenda fuit, aut moderatio quædam, aut certè prætermitti umnia debuerunt. Idem ciuitatem paruam facere uideтur ſuis legibus, ſi mudò artifices omnes publicè præbeantur, neq; ciuitatē aliqua ex parte augeaot. Atqui ſi publici habendi ſunt ij, qui publica opera & munia obeant, ad eam ſurmam quæ eſt Epidamoi, & eam quam aliquādu Diophantus Athenis præſcripſit, dirigi debent. Ac ex his quidem quæ de Phaleæ Repob. diximus, facilè perſpiei poteſt quid rectè ille, qd eūtrà ſanxerit.

HIPPODAMVS HANC REIPVB. *formam excogitauit, ut ciuitas ex hominum decem millibus constituta, in tres partes diuideretur: quarū una eſſet opificum, altera agricolarum, tertia militum. Regionem quoq; id eſt, agros, in tres partes diuiſit: ſacram, quæ ad Dei cultum neceſſaria ſuggereret: communem, unde milites alerentur: priuatan, quæ eſſet agricolarū. Tria quoq; tribunalia conſtituit: de contumelia, de damno, de nece. præterea unum ſummum, ad quod eſſet ex cæteris prouocatio. Placuit etiam ut occiſorum in bello filij ex publico alerentur: magiſtratus deligerentur totius populi ſuffragio. In hæc inſtituta diſſerit Ariſtoteles: primùm in diuiſionem ciuitatis, quod cum artifices & agricolas partes ciuitatis eſſe uellet, tamen eam conditionem opificibus & agricolis tribuit, ut nullum penè magiſtratum gerere poſſint. qua facultate & munere ciuis à non ciue propriè diſtinguitur, ut tertio libro declarat: & qua negata animorum à Republica alienationem exiſtere neceſſe eſt. Agros præterea incommodè diuiſos eſſe docet, ſiue à militibus pars communis, ſiue ab agricolis, ſiue ab alijs qui ſint ab utriſq; diuerſi, coli debeat, cum uel milites agricolæ fiant, ut agricolæ intolerabili onere grauentur, uel alia pars ciuitatis, quæ quarta ſit, inducatur. In iudicijs modo partiendi ſententias damnato, cōmunem & uſitatum meliorem eſſe declarat.*

Caput VI.

Hippodamus autē Mileſius fuit, Euryphontis filius: qoi & ciuitatum diuiſiunem inuenit, & Piræum iocidit, cum eſſet reliquā etiam uita lautiur, propter gluriæ cupiditatem: ut nonoullis nimia uideretur in uita diliA gentia & accuratione, cùm capillorum prolixitate, tum cultus ſplendore, ueſtitu præterea & cultu curporis tenui illo quidem, ſed calido, nec hyeme ſolum, ſed etiam in ſummis calutibos. Is cum rerum umnium cauſas & naturas ſtudioſe exquireret, primus eorum qui ad Remp. nun acceſſerunt, aliquid de optimu ciuitatis ſtatu inſtituit dicere. Conſtituit autem ciuitati decem uirutum millia, eamq; in partes tres diſtribuir, in opifices, in agricolas, in eos qui bellarent, & qui arma ferrent. Agrum etiam tres in partes diuiſir, in ſacrum, in publicū, & in priuatū: ſacrum eum, unde ſacra Dijs fierent: publicū eum, qui bellantibus uictum ſuppeditaret: priuatum, agriculatum. Idem tria tantummudo legum genera eſſe ouluit. Nam de quibus iudicia fiereot, ea tria eſſe numeru, contumeliam, damnū, murtem. Lege etiam forum inſtituit, in quu ſumma erat aurtoritas: ad quud cauſæ reijcieodæ eſſent, de quibus minus præclatè iudicia facta uiderentur: idq; ex ſenibus qui delecti eſſent, cū fecit. Iudiciaq; cenſuit in ſuto facienda, noo ſuffragij uuce: ſed unū quenq; rabellam deferre uoluit, in qua ſcriberet ſententiā, ſi umoino & planè iudicio condemnaret: ſin omnino abſolueret, inanē & oacuam relinqueret. Quòd ſi pattim eundemnaret, partim abſulueret, id exponeret. Neq; enim hac ex parte hudie quicquā rectè cautum eſſe putabat, quòd ij qui hoc uel illud iudicarent, peierare cugerentur. Tulit etiam legem de ijs, qui aliquid quod è Rep. eſſet, inueniſſent, ut glutiā adipiſcerentur, filiusq; eotum, qui in bellu murte oceuboiſſent,
B publicè alendus cenſuit: quaſi nondum id apud alios lege eautum eſſet: cum & Athenis hæc lex etiam boc tempore ſit, & in alijs urbibus. Magiſtratus autem omnes à populu mandari uuluit: pupulumq; ipſum tribus ciuitatis partibus contineri. Qui uerò creati eſſent magiſtratus, eos Rē pub. curare uoluit, resq; peregrinurum & pupillurū. Atq; hæc ſunt ferè umnia, & maximè commemurabilia, quę Hippodamus ſuis legibus cō plexus eſt. Diuiſio autē multitudiois ciuium primùm dubitationē afferre puteſt. Nam cum opifices, aratures, & equeſter ordo omnes ſiot ciuitatis ſocij: ararotesq; non ferant arma, & opifices neq; agros habeant, neq; arma: efficitur, ut ferè in ſeruis eurum qui arma ferunt, babeantur. Venire quidē io ſocietatem umnium hunorū nun puſſunt, quippe cū neceſſe ſit ex ijs qui arma ferant & imperatures deligere, & eus qui ciues tueantur, & ſummos magiſtratus. Sed tamen quo tandē modu Reſp. chara eſſe poſsit ijs, ad quos Reſp. nū pertinet? Atqui ſuperiores reliquis duabus partibus eſſe debent ij qui arma ferunt, euiuſmodi non facilè eſſe poſſunt ij qui pauci ſint. Quud ſi fiet, quid attinet cæteros Remp. tenere, & eorum ius poteſtatemq; eſſe, mandare magiſtratus? Præterea agricolæ cui uſui erunt ciuitati? opificibus enim opus eſt, ſine quorū opera & diligētia eſſe ciuitas nō poteſt: atq; ex arte, quemadmodum fit in qoibuſdā urbibus, fructum capere poſſunt. Aratures autē ſi ijs qoi arma ferunt res quę ad uitam degendam pertinent, pararent & ſuppeditarent, rectè illi quidem in aliqua ciuitatis parte numerarentur. Nunc uerò priuatas poſſeſ-

poſſeſsiones tenent, eaſq; priuatim ſibi colunt. Iam uerò ſi commune ſolum ex quo ij qui in bellicis officijs uerſantur uictum ſibi parabunt, ipſi arabunt: non erit aliud genus equitum, aliud agricolarum: quod uult legislator. Sin alij aliqui ſint qui priuatos agros colent, & equitum, certè quarta quædam pars erit ciuitatis, quæ cum nulla conſpiret atq; cõſentiat. Quòd ſi quis eoſdem ponat, qui & priuatos agros & cõmunes arent, primùm copia fructuum deerit, quos quiſq; feret duabus familijs. Deinde quid cauſæ eſt, quãobrem non ſtatim ex ijs agris, qui ad eos ſorte obuenerint, & ſibi ſumãt, & militibus prębeant res ad uiuendum neceſſarias? Quæ certè omnia magnam in Remp. inducent cõfuſionem. Neq; uerò lex de iudicijs rectè lata eſt, quæ uult in iudicijs adhiberi diſtinctionẽ ſi omnino fiant, atq; arbitrũ fieri ex iudice. hoc in arbitrio & permultis alijs fieri poteſt. conferunt enim arbitri inter ſe capita rei de qua controuerſia eſt. At in iudicio non poteſt. quinetiam pleriq; eorum qui leges ſcribunt, canent, ne iudices inter ſe uerba faciat. Deinde quid eſt quamobrem iudicium non confuſe & perturbatè fiat, cum iudex debere iudicabit, non tantum autem quantum petitor cõtendet? ut ſi, exempli cauſa, hic uiginti minas deberi confirmabit, iudex autem decem tantum iudicabit: aut hic plus, ille minus, alius quinque, alius quatuor, atq; hac ratione partiẽtur, ut alij omnia debere, alij nihil iudicent, quis tandem erit modus diſcernendarũ ſententiarum? præterea peierare nemo cogit eum qui abſoluat aut condemnet omnino, ſi crimen omnino, & ſine fraude in B ius uocatum ſit. nec iniuria: non enim is qui abſoluit, nihil deberi, ſed uiginti minas iudicat: ſed is demũ peierat, qui cum non putet uiginti minas deberi, tamen condemnat. De ijs autem qui aliquid inuenerint quod Reip. conferat, ut honores conſequantur, id lege cauere non abeſt à periculo. Idq; ſolum benignè audiendũ eſt. Nam & calumniæ patet, & ad Remp. perturbandam, ſi itares ferat, ualet. Sed in aliam quæſtionem & diſputationẽ hoc totum cadit. Vtrum enim tollere & abrogare patrias leges, ſi qua ſit alia melior, perniciosum ſit, an ſalutare ciuitatibus, quęſtio eſt. Itaq; non eſt facilè aſſentire, cũ aſſeretur. ſiquidem non eſt utilis mutatio. Quanquã fieri poteſt, ut aliqui legum abrogationẽ, & Reipub. euerſionem tanquam publicè proſit, inducant in ciuitatem. Sed quoniã eius mentionẽ fecimus, pauca præterea diſſeri eſt melius, cum pręſertim de eo, ut dixi, inter nõnullos ſit diſſenſio. Ac mutari tolliq; eas melius eſſe uideri poteſt, quippe cum in alijs etiam artibus utile uideãtur. Veluti medicina cõtra patrios mores & leges mutatur atq; uariatur: & gymnaſtice, omninoq; artes omnes atq; facultates. quarũ cum una ciuilis ſcientia ponatur, certè eodem modo de ea iudicemus neceſſe eſt. Idq; re ipſa ex eo perſpectũ eſt, quòd ueteres leges nimis ſtultæ & barbaricę fuerunt. Nam & ferro armari incedebant Græci, & uxores inter ſe emebant. omneſq; reliquæ leges ueterum certè inchoatę & rudes erant omnino. ut Cumis de cæde lex eſt, Si actor multos teſtes ex ſuis agnatis produxerit, cęde eum qui accuſatus A ſit, teneri. Omnes autem non patrios mores, ſed ea quę bona ſunt, ſequuntur: ueriſimileq; eſt primos illos homines, ſiue terrigenę fuerint, ſiue ex aliquo interitu ſeruati, ęquè fuiſſe & uulgares & imprudentes. ac fama obtinuit de terræ filijs, ut ſi eorum iudicijs ſtare abſurdum eſſe uideatur. Præterea ne ſcriptas quidẽ leges præſtat immobiles immutabileſq; ſeruare. ut enim in cæteris artibus, ſic in ciuili ratione accuratè ac limatè ſcribi omnia non poſſunt. Cum enim omnino & generatim ſcribendũ ſit neceſſariò, actioneſq; ipſæ in rebus ſingulis uerſentur, illud certè perſpicuũ eſt, leges aliquas interdum eſſe mutandas. Quĩ autem aliter rem ſpectabunt, ijs timidè & pedetentim ad id ueniendũ eſſe uidebitur. Nam cum ſit illud ipſum melius quod quęritur perexiguũ: cõſuetudo autem cupidè abrogandarum legum perniciosa, profectò in ijs qui leges rogant, atque in principibus quidã errores ferendi ſunt. Neque enim tantum proderit is, qui irritam legem fecerit: quantum is qui morem parendi principibus ſuſtulerit, nocebit. Falſumq; eſt exemplum ſumptum ab artibus, aliud eſt enim artẽ, aliud legem tollere. Cùm enim lex uim nullam ad parendum niſi conſuetudine capta habeat, quæ niſi diuturnitate temporis non capitur: profectò facilis legum quę extent, in alias nouas commutatio, naturę legis infirmatio eſt. Deniq; ſi mutandę ſunt, hoc quæro, utrũ omnes & in omni forma Reip. necne, abrogandę ſint. Et utrum cuiuis id liceat facere, an quibuſdam? hoc enim magnopere refert. Quapropter hanc quæſtionẽ, quæ aliorum B temporum eſt, miſſam hoc tempore faciamus.

IN LACEDAEMONIORVM *Rempub. quæ ex omnibus erat laudatißima, nec optimã eſſe docet ſimpliciter, nec optimam pro ratione propoſiti finis. Nam primùm quod optimæ cuiq; Reipub. adeſſe debet, ut ciues non ſint occupati in operibus neceſſarijs, id non erat rectè Lacedæmonijs inſtitutum. Cum Ilotes qui agros ipſorum colebant, ſæpè in eos conſpiraſſent: cui ſimile Theſſalis à ſuis agricolis acciderat. Præterea quod ad mulieres pertinet, quæ pars eſt propè dimidia ciuitatis, peßimè erat inſtitutum, cum diſſolutißimè uiuerent, & penè uiris ob ipſorum ſalacitatem imperarẽt: nec erat utile Reipublicæ, ut ad audaciam mulieres inſtituerentur, ne in bello quidem, nedum in pace, ubi audacia multum obeſſe ſolet.*

Cap. VII.

De Lacedæmoniorum autem Republica, & Cretum, ac ferè de cæteris omnibus, duo uidenda ſunt: unum, ſit necne ſit aliquid in eis rectè & aptè ad optimum ciuitatis ſtatum ſancitum legibus: alterum, an aliquid, fundamento & formæ illius Reipublicæ, quæ eis propoſita eſt, repugnet. Illud quidem inter omnes conſtat, ei ciuitati quæ præclarè adminiſtretur & regatur, res quæ ad uictum cultumque pertinent, ſuppetere oportere. Quemadmodum autem ſuppetere oporteat, non ita facile factu eſt cognoſcere. Nam & Theſſalorum Peneſtia, ſæpè

ſæpè Theſſalos, & Ilotes Lacedæmonios, quaſi res aduerſas ſemper obſeruantes, oppreſſerunt. Cretibus autem nihil adhuc tale accidit, credo quòd finitimę urbes etſi inter ſe bellum gerunt, tamen nullum auxilium ferant eis qui deficiunt, quoniam nulli uſui eſſe eis poteſt, cum habeant etiam finitimos. At Laconibus finitimi omnes hoſtes fuerunt, Argiui, Meſſenij, Arcades. A Theſſalis enim initio defecerunt, quòd tum etiã cum finitimis Achæis, Perrhæbis & Magnetibus bellum gererent. Quòd ſi nihil aliud, at certè illa cura difficilis eſt, quemadmodum aduerſus eos illi gerere ſe debeant. Nam & indulgentia laſciuiunt ac inſoleſcunt, ſeq́; dominis æquandos iudicant, & in uita dura laborumq́; plena, inſidias nectunt, & oderunt. Ex quo perſpicuum eſt, eos non inuenire optimum ciuitatis ſtatum, quibus hoc ex illa ſeruitute accidit. Iam uerò mulierum licentia & Reip. inſtituto detrimentum affert, & bonis legibus ciuitatis. Vt enim familiæ partes ſunt uir & mulier, ſic ferè exiſtimandum eſt, ciuitatem bifariam eſſe diuiſam, in uirorum mulierumq́; multitudinem. Ita in quibus Rebuſp. ea quæ ad mulieres ſpectant officia uitioſe deſcripta ſunt, in eis mediæ ciuitatis parti legem nullam datam eſſe exiſtimare debemus. quod quidem illic contigit. hoc enim cũ inſtitueret is qui leges Lacedæmonijs dedit, totam urbem continenter uiuere, id in uiris præſtitiſſe uidetur: in mulieribus neglexit omnino, quippe cũ intemperatè uiuant in omni luxu & libidine. Quocirca in eiuſmodi Repub. diuitiæ in honore ſint &
B precio neceſſe eſt, præſertim ſi muliebri imperio regantur. cuiuſmodi ſunt quædam genera hominum, qui ſunt ad rem militarem & bellicam apti ultra Gallos, aut ſi qui ſunt alij, apud quos concubitus marium inter ſe perſpicuè probentur. Primus enim qui fabulas inuenit, Martem cum Venere copulauit: nec iniuria. Aut enim ad cõcubitus marium, aut ad muliebre imperium, procliues ſunt hi tales. Itaq; id fit apud Spartas, in quorum imperio multa à mulieribus adminiſtrantur. Quanquam quid intereſt, utrum mulieres præſint, an ij qui pręſunt, mulieribus pareãt? cum idem conſequatur. Cumq́; audacia nulli rei uulgari ſit uſui, nec niſi bello proſit, Laconicæ mulieres etiam in hoc plurimum obfuerunt: id quod in Thebanorum incurſione declararunt. Quod enim fit in pleriſq; oppidis, ut mulierum nullus ſit uſus, id fecerunt: maioreq́; tumultu & turba quàm hoſtes, omnia impleuerunt. Ac initio quidem iure quodam matronis Spartarum hæc conceſſa licentia eſt. Diu enim propter expeditiones domo abfuerunt, tum cum bellum cum Argiuis, & rurſus cum Arcadibus, Meſſenijsq́; geſſerunt. Cum autem in ocio eſſent, ſeipſi legiſlatori præbuerunt illi quidem, quaſi præcultos & præparatos militari uita, quæ multas uirtutis partes continet: mulieres autem dicitur Lycurgus ad leges traducere uoluiſſe, ſed cum repugnarent, rurſus deſtitiſſe. Cauſæ ergo euentorum hæ ſunt, quas etiam huius peccati & erroris eſſe conſtat. Sed nos non hoc ſpectamus, cui uenia tribui aut non tribui debeat, uerùm quæ recta & optima ſit ciuitas. Quæ autem de mulie-

A ribus uitioſe & perperam ſancita ſunt, nõ ſolum uidentur, quemadmodum ſuprà dictum eſt, dedecus & maculam per ſe Reipub. infligere, uerũ etiam pecuniæ cupiditatẽ inuehere. Deinceps ea culpari poſſunt, quæ ad inæqualitatem poſſeſſionum pertinent. Hinc enim factum eſt, ut cum nonnulli nimias opes haberent, alij perexiguas, ad paucos tota regio ueniret. quod legibus improbè præſcriptũ eſt. Nam cum emere & uendere agros quicunq; ſuppeterent, ſanxerit non licere, idq́; præclarè, tamen dandi & relinquendi ijs qui uellent poteſtatem dedit: cum id neceſſe ſit hoc uel illo modo euenire. Sunt etiã ferè mulierum duæ partes ex quinq;, in quas totus ager diuiſus eſt, & quòd multæ orbæ ſunt, & quòd magnę dotes dantur. Atqui melius fuit nullam, aut exiguam, aut certè mediocrem ſanciri. Nunc orbam puellam dare licet nuptum, cui uidetur. qui ſi obierit mortem nullo inſtituto hærede, illa cui libet legat. Itaque regio quæ poteſt alere ſuis fructibus mille equites & quingentos, & peditum triginta millia, ne mille quidem numero alit. Res autem declarauit, nõ præclarè ab eis hanc conſtitutam eſſe rationem. Neq; enim plagam unam pertulit ciuitas, ſed paucitate ciuium funditus interijt. Quanquam fama eſt, eos ſuperiorib. regibus donaſſe aliquos ciuitate: ex quo factum ſit, ut urbs tum cum bellum multos annos gereret, frequentaretur. Atq; aiunt aliquando Spartiatas decem milia fuiſſe. Sed tamẽ ſiue ita eſt, ſiue ſecus, præſtat exęquatis poſſeſſionibus urbem uirorum multitudine celebrari. Lex
B etiam de procreandis liberis huic rationi contraria eſt. Cũ enim cuperet is qui leges Spartĩs dedit, quàm plurimos Spartas eſſe ciues, adhortatus eſt, ut quàm maximũ liberorum numerum procreatẽt. Eſt enim apud eos lex, eum qui tres filios ſuſcepiſſet, præſidij, & ſtationis: qui quatuor, omnium munerũ uocationem habere. Atqui perſpicuum eſt, ſi multi ſint, & ager ita diuiſus ſit, multos pauperes futuros neceſſariò. quin etiam Ephororũ ratio uitioſe conſtat. Nam cum huic magiſtratui rerum maximarũ permiſſa ſit poteſtas, ijq́; qui ei pręſunt è populo omnes ſint, ſæpè eueniet, ut magiſtratũ adipiſcantur homines admodum egentes, qui inopia coacti uenalia omnia habebunt. Quod cùm ſæpè antea declararunt, tum hoc tempore in Andrijs. quorum quidam pecunia corrupti, quantum in ipſis fuit, totam ciuitatẽ funditus euerterunt. Et quia hic magiſtratus plus poteſt quàm ſatis ſit, eſtq́; par tyrannidi, ij populares eſſe etiam reges coegerunt, ut hac etiam parte Reſpub. detrimentũ caperet. Populare enim ciuitatis genus ex Repub. natum eſt, ea quæ eſt in optimorũ poteſtate. Ac Remp. quidem hic magiſtratus continet, quoniam quietus eſt populus, quod ei ad ſummum magiſtratum aditus pateat. Itaq; ſiue eius qui leges ſcripſit prouidentia, ſiue fortuito & caſu id accidit, certè Reipub. cõducit, cum præſertim ſi qua Reſpub. in ſuo ſtatu ſalua ſemper futura eſt, ea & ſtare partes omnes ciuitatis & permanere uelle debeat. Ac reges quidem ut eo ſint animo, facit regia dignitas: ut clari & boni uiri, ſenatorius ordo, quoniam hic magiſtratus uirtutis eſt

mercesunt populus, Ephoratus, ad quem aditus A
pater omnibus. Sed hic magiſtratus ſuffragijs
mandari debuit omnibus, nō ea ratione qua ho
die mandatur. eſt enim nimium puerilis. Et quo
niam iudicia eis qui ſunt uulgò, permiſſa ſunt de
rebus magnis, ob eam cauſam eos non ſuo arbi
tratu iudicare melius fuit, ſed ex ſcriptis legi-
bus. Genus etiā uiuendi quod ſequuntur Epho-
ri, inſtituto ciuitatis minimè cōgruit. Nam cum
ſit diſſolutius, cæterisq; in rebus ſeuerius & du-
rius, fit ut non poſsit ferri, ſed clam à lege diſce-
dentes uoluptatibus corporis perfruuntur. Ne
Senatorius quidem ordo apud eos rectè conſti-
tutus eſt. quanquam enim hoc dici poteſt, Reip.
rationibus conducere, ſenatores eſſe qui æqui-
tatis laude ualeāt, educatiq; ſint & inſtituti pro-
bis moribus, tamen in eorum poteſtate eſſe per
omne tempus ætatis rarum grauiſsimarum iu-
dicia, de hoc diſſenſio eſt. Eſt enim ut corporis,
ſic animi ſenectus. Cum autē ea ratione inſtituti
ſint, ut etiam is qui leges tulit, eis ut non bonis
uiris diffidat, id minimè tutum eſt. Atqui multis
in rebus Remp. & ſordidè & ambitioſe admini-
ſtrare, uidere licet eos, quibus ad hunc ordinem
patet aditus. Quocirca melius eſſet eos rationes
referri. Nunc autem non referunt. Ephororū au-
tem poteſtas rationem poſcit geſti magiſtratus
ab omnibus, quod Ephoratus nimis magnum
donum habet. Nos autem non iſto modo confir
mamus rationes referri oportere. Iam & coopta
tio ſenatorū iudicio ipſo puerilis eſt: & eum ma
giſtratum petere qui dignus ſit, non rectum eſt.
Debet enim & uoluntate ſua, & inuitus uenire B
ad imperium is qui dignus eſt magiſtratu. Nunc
uerò quod in reliqua Reip. deſcriptione, hoc e-
tiam loco legislator facit, ut quos ciues cupidi-
tate gloriæ & ambitu imbuit, ijſdem in cooptan
dis ſenatoribus utatur. Nemo enim magiſtratū
perit, qui nō gloria ambitioneq; ducatur. Et cer-
tè ad ſcelera malaq; omnia quæ uoluntate ſuſci-
piuntur, ferè uel ambitione homines, uel pecu-
niæ cupiditate impelli ſolent. De regia autē po-
teſtate, ſitne melius ea ciuitates regi, nec ne, alia
diſputatio eſt. Melius quidem certè eſſet, nō eo
more quo paſsim hodie utuntur, ſed reges ex
ſua quemq; uita iudicari. Eum autem qui leges
ſcripſit, deſperare ſe poſſe reges ad uirtutē & bo-
nitatem deducere, argumēto illud eſt, quòd eis
ut non ſatis bonis diffidit. Quocirca legatos ho-
ſtes unà miſit, atq; in regum diſcordia ſalutem
Reip. eſſe exiſtimauit. Neq; uerò ſodalitates, quę
phiditia dicuntur, pręclarè ſancitæ ſunt legibus.
Decuit enim publicè potius, ut in Creta, omnia
ſuppeditari, cōuentumq; fieri. Apud Lacedæmo
nios autem ſuum quiſq; conferre debet, etſi non
nulli ſunt ualde tenues, qui hos ſumptus ſuſtine
re non poſsint. ex quo fit, ut nōnihil accidat con
tra eius qui leges ſcripſit uoluntatem & ſenten-
tiam. Vult enim hoc de ſodalitatibus inſtitutū
eſſe populare, cum hoc pacto ſancitum, quiduis
potius quàm populare uideatur. Neq; enim ad-
modū pauperibus aditus patere ullo modo po-
teſt, cū interea hi fines & termini Reip. apud eos
patrij conſtituti ſint, ut qui hoc munus ferre ne-
queat, nulla cum eis ſocietate & cōmunione iun

A garur. Legem autem quæ de nauarchis lata eſt,
& alij nōnulli improbarunt, & rectè improbant.
Seditiones enim inducit in ciuitatem. Nam cum
reges imperatores ſint, perpetua claſsis pręfectu
ra ferè alterū regni locum tenet in ciuitate. Atq;
id quod legislator ſibi proponit, in eā reprehen-
ſionem incurrere poteſt, quā perſecutus eſt Pla-
to in lib. de Legib. Nam ad bellicam uirtutē, quę
pars uirtutis eſt, quæq; ad uincendum ualet, om
nis legū deſcriptio dirigitur. Itaq; qui bello ſalu
tem adepti ſunt, in imperio cōciderunt: propte-
rea quòd pace & ocio uti neſciant, neq; ullam ar
tem aliam bellica meliorē excoluerant. Hoc au-
tem peccato illud non eſt leuius, quod ea bona,
de quibus digladiari homines ſolet, uirtute ma-
gis procedere quàm uitio exiſtimabant: atq; id
quidem præclarè. Quòd autem hæc ipſa uirtuti
anteponenda docebant, non pręclarè. Pecunia-
rum etiam publicarū ratio apud Spartiatas non
rectè collocata eſt. Neq; enim in ærario quicquā
eſt, ut cū grauia bella gerere coguntur, ægrè pe-
cunias conferant. Nam quoniā plurimū agri te-
nent, nō exquirunt inter ſe quæ cōferre debeāt,
ex quo legislatori uſu uenit, ut qua re utilitati
conſuluiſſe uidebatur, ex ea maximū detrimen-
tum Reſp. ceperit. Nā & ciuitatē pecunijs exhau
ſit, & priuatos homines ad pecunię cupiditatem
impulit. De Lacedæmoniorū Rep. hactenus di-
ctū ſit. Hęc enim ſunt reprehēſione digniſsima.

MVLTA CRETENSIVM INSTI
B *tuta ſimillima eſſe dicit Lacedæmonijs, propterea quòd
Lycurgus qui leges dedit Lacedæmonijs, diu uerſatus in
Creta inſula. Sunt autem his duabus rebus publicis hæc ſi-
milia, quod ut Ilotes Lacedæmonijs, ſic periœci Cretenſi-
bus agros colunt: & quòd utriq; comeſſationibus utuntur,
item quod Ephoris Lacedæmoniorum eadem eſt poteſtas,
quæ Coſmis apud Cretenſes, niſi quod hi ſunt decem, E-
phori quinq; numero, & Senatores totidem numero ſunt
utrobiq;. Comeſſationes eo differunt, quòd Cretenſibus ex
publico fiunt, quod eſt commodius: Lacedæmonijs ex pri-
uato ſuam ſingulis partem conferentibus. Sed econtrariò
Ephororum ratio commodior eſt quàm Coſmorum. Nam
Ephori ex omni populo deliguntur, Coſmi ex certis ho-
minum generibus, & Senatores ex ijs qui Coſmi fuerint.
Senatores perpetui ſunt, quemadmodum apud Lacedæ-
monios: & ſine correctione & controuerſijs dijudicant,
non ex legum ſcripto, ſed ſuo iudicio. Vnde eadem incom-
moda conſequuntur, quæ apud Lacedæmonios. Itaq; Rem
publicā Cretenſium non legum, ſed loci bene-
ficio conſeruatam.* Cap. VIII.

HVic eſt finitima Cretēſis, in qua pauca in-
ſunt non deteriora, minus ſplendida per-
multa. Nam Cretum Reſp. Lacedęmonio
rum maxima ex parte imitata eſſe & uidetur &
dicitur. Et multæ res ueteres minus perfectę at-
que abſolutę quàm nouæ uidētur. Dicitur enim
Lycurgus cū Charilai regis tutela relicta, procul
à patria abeſſet, in Creta multos annos cōtriuiſſe
propter cognationē. Erant enim Lacedęmonio
rum

rũ coloni Lyctij. Sumpſerunt auté ij qui in coloniam deducti erant, eam legum deſcriprionem quæ in ijs uigebat, qui ea loca incolebant. Itaq; accolæ nunc ijſdem legibus utuntur, tanquam eas Minos primum ſcripſerit. Hæc autem inſula percommodè ad imperium Græciæ nata atque ſita uidetur. Nam & toti mare imminet, cum ferè Græci omnes mari accolant, & abeſt paulũ hinc Pelopõneſus, illinc Aſię locus is qui eſt ad Triopium & Rhodum. Quocirca maris imperiũ Minos obtinuit, & inſulas alias depopulatus eſt, in alias colonos miſit: ad extremum cum Siciliam inuaderet, illic ad † Caminũ exceſsit è uita. Cretenſis autem deſcriprio & ratio, Laconicæ proportione reſpondet. Vt enim apud Lacedæmonios ſerui qui ab illis Ilotes dicũtur, arant: ſic apud Cretes accolæ, qui periœci uocantur. Apud utroſq; ſodalitates ſunt: & quondã Lacones, nõ Phiditia, ſed Andria, ut Cretes nominabant. Ex quo perſpicuũ eſt, id genus ſodalitatis illinc fuiſſe translatum. Similis eſt etiam ratio Reip. Nam & Ephororum eadem eſt autoritas ac poteſtas, quæ eorum qui Coſmi appellantur in Creta: niſi quòd Ephori ſunt quinq; numero, Coſmi decẽ. & Gerones pares ſunt ſenib. quos Cretes Conſilium uocant. Regale autem ciuitatis genus fuit primũ, deinde id Cretes repudiarunt, principatumq; in bello Coſmi tenent. Omnibus in Senatu datur locus, ſed nullius ſentẽtia ualet, niſi ſenum & Coſmorum decretis aſſentiatur. Ac ſodalitatis quidem melius à Cretibus quàm à Lacedæmonijs habita ratio eſt. Lacedæmone enim uiritim ſuam quiſq; partẽ conferũt: alioqui lex, quemadmodum ſuprà dictum eſt, eos ratione Reip. priuat. At in Creta hoc potius fit publicè. De omnibus enim fructibus, & pecudibus quæ percipiuntur ex publicis, & copija quas accolæ afferunt, pars alia deorum ſacris, publicisq; muneribus, alia ſodalitatis epulis conſecrata eſt, ut publicè omnes & mulieres & pueri & uiri alantur. Multa autem ſapienter de tenuitate & continentia in uictu, is qui ſcripſit leges, diſſeruit. Ad mulierum etiã diuortia, ut ne multos filios procrearent, concubitu marium inter ſe preſcripto, illos philoſophorum more hortatus eſt: quod utrũ uitioſe & improbè, nec ne fecerit, alius erit diſputandi locus. Perſpicuũ eſt igitur ea quæ ad cõmunem uictũ pertinent, melius apud Cretes quàm Lacedæmonios eſſe inſtituta. At Coſmorum poteſtatẽ quàm Ephororũ deterius. Quod enim malũ eſt in Ephororũ magiſtratu, ut quiuis paſsim eum adipiſcatur, id etiã in illis ineſt. Quod autem illic Reip. prodeſt, hic deeſt. Illic enim quia mãdatur omnib. populus cui ad ſummũ magiſtratum aditus patet, Remp. eſſe ſaluã cupit. hic non ex omnibus Coſmi deligũtur, ſed ex certis familijs, ex ijsq; qui Coſmi fuerint ſenatores cooptãtur. De quibus eadem dici poſſunt, quæ dicta ſunt de ijs qui Lacedæmone creantur. Nam & non referre eos rationem geſti magiſtratus, magiſtratumq; perpetuum gerere, maius eſt eis præmium quàm pro dignitate: & non ex ſcriptis legibus imperare, ſed ſuo quemq; arbitratu ac libidine, plena res periculi uidetur. Nam quod populus cui negantur hi honores, in ocio

Caminum

A uiuit, non eſt argumento, id pręclarè conſtitutũ. Nihil enim Coſmis quæſtus propoſitũ eſt, ſicuti eſt Ephoris: qui quidem procul ab ijs qui corrũpant, habitẽt in iuſula. Quamq; huic morbo medicinam adhibent, ea abſurda eſt, nec ad ſocietatem ciuilem, ſed ad † dominatũ aptiſsima. Sępè enim Coſmos nõnulli coeuntes uel collegæ, uel priuati eijcere ſolent. Coſmis etiã interim licet abire magiſtratu. quæ certè omnia melius eſſet lege fieri, quàm hominũ, quæ nõ eſt tuta regula, uoluntate. Omniũ autẽ uitiorũ, nullum neq; fœdius neq; deterius ea confuſione, quam potẽtes coniurari ſæpè inducunt, cũ pœnas Reip. nolunt pendere. Ex quo perſpicuũ eſt, hac deſcriptione particulam aliquã Reip. nõ Rempublicã, ſed dominatũ contineri. Solent etiã plerunq; populo amicisq; ſubornatis id genus ciuitatis quod unius dominatu tenetur cõſtituere, atq; inter ſe bellis ciuilibus dimicare. Ecquid intereſt utrũ hoc tale malum graſſetur, an quodã tempore iã non ſtet ciuitas eiuſmodi, ciuilisque ſocietas dirimatur? Ciuitas profectò eiuſmodi, periculis opportuna eſt, ſi qui eorum qui poſſunt aggredi uellent: ſed quemadmodũ dixi, eam loci natura tutatur, quĩ inde procul peregrinos & exteros remouit. Itaq; & Cretibus ſui periœci in fide permanent, & Ilotes ſępè defecerunt: quoniã cũ externo imperio Cretes nulla ſocietate iũcti ſunt. Sed recens externum bellum in inſulam translatum eſt: quod quàm ſint illic infirmæ leges indicauit. Hæc habui quæ de Rep. Cretum dicerem.

Dynaſtiam Græcè uocat Ariſtot. Cæſar potẽtatum, alij principatum.

B DISPVTAT IN CARTHAGI*nienſium Rempub. ipſamq; docet quibuſdam in rebus æmulam eſſe Lacedæmoniorum Reipublicæ, ut in comeſſationibus, non totius populi, ut apud Lacedæmonios, ſed quarundam ſodalitatum, & in centum quatuor uirorũ imperio, quod ſimile erat Ephoriæ, item in Regibus & Senatoribus. ſed Reges, inquit, cõmodius à Carthaginienſibus, ex cuiuſq; meritis & dignitate deligebantur, quàm à Lacedæmonijs, qui ex uno duntaxat Heraclidarum genere reges accipiebant. Sed Carthaginienſis Reſpublica partim ad popularẽ inclinabat, quatenus ſcilicet multa in Regũ Senatorumq; diſcordia ad populum referebantur, partim ad paucorum potentiã, in magiſtratuum ſcilicet creatione. Sed illud erat optimatum ſtatui conueniens, quod ſine mercede magiſtratus gerebantur, & quod ſuffragio mandabantur, non ſorte, ſed magna ex parte in paucorum potentiam inclinabat: quia magna diuitiarum ratio in mandandis magiſtratibus habebatur, quanquam uirtus quoq; ſpectaretur, in quo tamẽ ea fuit legumlatoris culpa, quòd rationẽ qua uiri præſtantes uirtute, licet eſſent egeni, ocio frui, & magiſtratus gerere poſſent, nõ inuenit. Illud quoq; improbat, quòd cum unus magiſtratus ab uno multo melius adminiſtretur, & hoc ſit populo gratius, ut plures ſint Reipublicæ participes, tamen unus homo multis ſimul magiſtratibus fungebatur.* Cap. IX.

CArthaginenſes etiam præclara Repub. utuntur, & cum multa egregiè inſtituta habent,

 ſi cum

ſi cum cæteria conferantur, tū uel maximè quæ- A dam, qoæ ad Lacedæmoniorum Remp. ſimilitudine accedanr. Hæ enim Reſpub. tres & inter ſe finitimæ ſunt quodámodo, & cęreria ualde diſſimiles, Cretum, Lacedæmooiorum, & Carthaginenſium, apud quos multa ſunt præclarè inſtituta. Remp. aurem præclarè conſtitutá eſſe hinc perſpici poteſt, quòd populus inregrum Reipublicæ ſtatū adhuc ſeruauit: neq; ſeditionis, quæ quidem cōmemoratione digna ſit, autor fuit unquam, neq; tyrannum probauit. Lacedęmoniorum autem Reip. par eſt ac ſimilis. Nā & uictus cōmunis ſodaliratum Phiditijs, & centum quatuor uirorum magiſtratus, Ephoris pares ſunt: niſi quòd nō deterior eſt horum inſtitutio, cum Ephororum magiſtratum quiuis paſsim adipiſcatur, hunc optimates. Regibus etiam atq; Senatui eadem ratione reges ac ſenes qui illic inſtituti ſunt reſpondenr. ſed melius eſt, regea nec ex eadem familia & gente, nec ex qualibet creari, ſed ſi in aliqua gente hnmines ſinr præſtanti uirtute, ſiue ætate, ex ijs deligi. Quibus enim hominibus rerum uel maximarum poteſtas permiſſa eſt, ij ſi tenues ſint, & maxima detrimenta afferunr, & Lacedæmoniorum Reip. iam attulerūt. Ac ſi qua ſint in hac Rep. quæ propter nimiam progreſsionem reprehēdi improbariq; poſsint, quæ certè ſunt plurima, ei ſunr cum cęteris omnib. cōmunia, de quibus diximus. Eorū aūt quæ ad cauſam Reip. quæ in poteſtate eſt optimorū, & omnino Reip. pertinér, partim ad populū magis, partim ad eā Rép. cui pauci pręſunt inclinat.
B Nam alia ferre, alia non ferre ad populum, Regū & ſenum ius eſt, ſi unum idemq; omnes ſentiat: ſin diſſentiant, populi ius eſt. Quæ anrem hi tetulerint, nō ſolum ius eſt populo approbare, ac ſequi magiſtratuum ſenrentiam, uerumetiam de ijs iudicare. Quòd ſi quis uelit ijs quæ referūtur contradicere, ei conceditur. quod in reliqois Rebuſp. non licet. Nam quod Quinqueuiratus, cui multarum rerum & grauium ius eſt, ab illis ereatur, & Centumuiratus qui eſt ſummus magiſtratus à Quinqueuiris, quodq; hos magiſtratus diutius gerunt quàm cæteros, (nam & cum abierunt magiſtratu, & cum deſignati ſunt, imperár) hoc in eo genere Reip. cui pauci præſunr, numerandum eſt: quod autem nullum præmium eis proponitur, neq; ſortitò mandatur, & ſi qoid aliud tale eſt: quòd deniq; iudicia omnia fiunt à magiſtratibus, nec alia ab alijs, quemadmodum apud Lacedæmonios, ad id ciuitatis genus accommodandum eſt, quod eſt in poteſtate optimorum. Status aurem Carthaginenſium ex eo genere imperij cui præſunt oprimi, in id cui pauci, commuratur maximè, quadam ratione quæ multis probatur. Non enim optimum quenque ſolum, ſed etiam opulentiſsimum creari putant oportere: quòd inops pręclarè magiſtratum gerere, & in ocio uiuere nō queat. Cum ergo proprium ſit eius Reip. quā pauci adminiſtrant, mādare locupletiſsimo cuiq; magiſtratum: eius autem quæ in oprimorū poteſtare eſt, uirtuti: profectò deſcriptio hæc Reip. rertia erir, qua etiam Carthaginenſes uruntur, cū præſertim hæc duo cùm in omnibus, tū in maximis magiſtratibus,

A ut regibus & imperatoribus mandandis, ſeqoantur & ſpectent. Debet autem maximo uitio dari legum ſcriptori hæc ex genere optimati commuratio. Hoc enim iā ab initio neceſſariò uldendū eſt, ut optimi in pace poſsint uiuere, ut à decoro ne diſcedát, neq; in magiſtratu, neq; priuati. Quod ſi opibus & coplja ocij gratia conſulendum eſt, malè ſe res habet, cum ſummos quiſq; mágiſtratus, ut regnum, & munus imperatoriū, pecunia cōrenditur. Diuitias enim in maiore honore & precio hæc lex habet quàm uirturem, atque in totam ciuiratem pecuniæ cupiditarem. Quæcunq; autem opinio de cuiuſq; rei honore ac precio in principibus extiterir, eadem in cæteris ciuibus neceſſariò ſecutura eſt. & qua in ciuitate non maximus uirtuti honos tribuitur, in ea optimus ciuiratis ſtatus ſtabilis, & firmus eſſe nullo modo poreſt. Hoc oerò cōſentaneum eſt, ur ij qui emūt magiſtratus, quæſtui habere aſſueſcant Remp. cum ad eos largitionibus aſcenderinr. Haud enim uériſimile eſt, pauperem eumq; bonum uirum uelle habere quæſtui Remp. improbum autem nolle, qui quidem imperium largitione ſit adeptus. Itaque ijs qui habent à † natura adiumenra rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus ſunt, & gerenda Reſpub. eſt. Quo melius fuir, ſi legū ſcriptor bonorū uirotum † copiam prouidebat fore, attamen eorum ocio conſulere in magiſtratu. Atq; etiam uitioſum eſt, eundem mulros magiſtratus gerere, quod apud Carthaginenſes gloriæ ducitur. Vnus enim unum munus & officiū
B optimè exequitur. Idque ut fiat legum ſcriptori prouidendum eſt, non ſanciendum, ut idem & tibicen ſit & ſutor. Quocirca in magna ciuirate quo pluribus ad honores aditus patet, eo id & ad ciuilem ſocietarē, & ad populare ciuitatis genus aptius eſt, & accommodarius. quodq; à pluribus, id omne, ut dixi, & melius & celerius conficitur: id qood in bellicis nauticisq; muneribus perſpici licet, in quib. per oēs diffuſa eſt imperādi parendiq; ratio. At cū ciuitas eo genere imperij regiros, quod in poteſtate paucorum eſt, hoc effugiunt optimè, quòd ut ſemper aliqua ciuitatis pars copioſa & locuples ſit, reliquam in alias ciuitates quaſi in colonias deducunt. Hac enim ratione medentur Reip. eamq; conſtituunt. Atqui hoc forrè, temerè ac caſu fit, cum legum ſcriptor, ne inter ciues ſeditio oriri queat, diligentia ſua prouidere debeat. Nunc ſi calamitas aliqua incidat, ſecedatque plebs, nullum pacis remediū leges afferre poſſunt. Ac de Lacedæmoniorum quidem, Cretum & Carthaginenſium Rebuſp. quæ iure laudantur, hactenus.

Virtute

Egeſtatem contemnebat, attamen

EXPLICAT LEGVMLATORVM *diſcrimina, quorum aliquos uitam priuatam perduxiſſe, alios Reipub. muneribus functos fuiſſe tradit, & horum quoſdam leges duntaxat tuliſſe, alios Reſpublicas etiam inſtituiſſe. Deinde Athenienſis Reipublicæ rationem paucis commemorat, ut fuerit ex uarijs Reipub. generibus à Solone omnium ordinum habita ratio conſtituta, ut poſtea corrupta à popularibus hominibus, & in popularem formam redacta, tum multos diuerſarum gentium legum-latores*

latores & philoſophos, qui leges ſcripſerint recenſet: & quid propriè quiſq; ſanxerit, commemorat. A

Caput X.

EOrum autem qui aliquid de Repub. diſſeruerunt, nonnulli io gerendis rebus non ſunt uerſati, ſed uitam priuatim in ocio traduxerunt: de quibus omnibus ſi quid memorabile eſt, id ferè commemorauimus. Alij leges ſcripſerunt, quorum partim ſuis ciuitatibus, partim nonnullis gentibus & nationibus, cū ipſi Remp. adminiſtraſſent, quorum alij leges modò ſcripſerūt, alij etiam de Rep. ut etiam Lycurgus, ut Solon, qui & leges dederunt, & Reſpub. conſtituerunt. De Lacedæmoniorū Rep. diximus. Solonem autem nonnulli quidem ſapientē fuiſſe legum ſcriptorem exiſtimant. nam & ciuitatis ſtatum, qui in manu eſt paucorum, qui ualde immoderatus eſſet, eum ſuſtuliſſe, & populum à ſeruitute uindicaſſe, & in patria ſua conſtituiſſe id genus Reip. Quę eſt in populi poteſtate, Rep. præclarè temperata atq; permixta. Eſſe enim Ariopagi conſilium eius Reip. proprium cui pauci præſint, magiſtratuum autem mandādorū rationem eius quæ in poteſtate eſt optimorum, iudicia popularis. Solon autem illa duo quæ prius erant, mea quidem ſententia non ſuſtulit, conſilium & magiſtratuum deligēdorum rationem: populare uerò genus cōſtituit, cum iudicum decurias feciſſet ex omnibus. Itaq; nonnulli ei uitio uertunt, quòd alterū ſuſtulerit, iudicio & foro ad quod ſortitò deligebantur, data omnium rerum poteſtate. Quando enim hoc conualuit, B tum populi quaſi tyranni animo obſecuti, Rempub. in eam qua nunc utimur, popularem commutarunt. Ac Ariopagi conſilij autoritatē Ephialtes & Pericles imminuerunt. iudicibus mercedem Pericles ſtatuit, atq; hoc modo populares omnes augendo, Remp. ad popularem ſtatum, qui nunc eſt, deduxerunt. Quanquam non Solonis hoc iudicio & ſtudio, ſed caſu potius accidit. Nam cū populus bello Medico præfecturæ claſſis autor extitiſſet, ſuſtulit animos: pernicioſosq; patronos ſuæ cauſæ adhibuit, bonis Remp. contrà gerentibus. Alioqui Solon eam populo poteſtatem dedit, quæ maximè neceſſaria erat, ut & magiſtratus mandaret, & eorum quæ quiſq; in magiſtratu geſsiſſet rationē repoſceret: cū præſertim populus niſi eius ſit hoc ius, & ſeruitute opprimi ſoleat, & ob eam cauſam ad bellum inimicitiasq; ſe conuertere. Magiſtratus autem omnes ex cenſu deſcripſit, ut primores ciuitatis & locupletes, qui quingentos modios & iugera haberent, aut qui ex tertio cenſu equites appellarentur, eos ſoli adipiſcerentur. Quartum cēſum attribuit mercenarijs, quib. ad honores iter præcluditur. Scripſerunt etiā leges, & Zaleucus Locris ijs qui ad occidentem pertinent: & Charondas Catinenſis ſuis ciuibus, alijsq; Chalcidicis ciuitatibus, quæ ſunt Italiæ & Siciliç finitimæ. Volunt etiā nonnulli, Onomacritū primū ſcribendarum legum laude ualuiſſe, eumq; in Creta hāc artē excoluiſſe, quò diuinatione admonitus acceſsiſſet cum Locrus eſſet: deniq; cum Thalete magnā ei neceſsitudinē fuiſſe. Thaletis autē auditores fuiſſe Lycurgū & Zaleucū, Zaleuci Charondā. Sed hæc qui dicūt, dicūt inſcitia tēporis. Scripſit etiam Thebanis leges Philolaus Corinthius. Fuit autem Philolaus ex gēte Bacchiadū, qui poſtea quàm amator fuiſſet Dioclis eius qui uicit ludis Olympicis, ut ille exoſus amorē matris Alcyones relicta patria Thebas ſe contulit, illic uterq; exceſsit è uita: uiſunturq; nunc etiam eorum ſepulchra, quorum ex utroq; alterum uideri poteſt, cū interim ex alterius ſepulchro Corinthiorum ager conſpici poſsit, ex alterius non poſsit. Ferunt enim fabulæ ſic eos * præſcripſiſſe, Dioclem quidem propter animi offenſionē, ut ne cerni poſſet ex terræ tumulo Corinthius ager: Philolaum autem ut poſſet. Hāc igitur ob cauſam apud Thebanos habitarunt, quibus leges Philolaus ſcripſit, cùm de alijs quibuſdā rebus, tum de procreandis liberis, quas uocant illi [illegible], id eſt leges de procreandis liberis. atq; illud ab eo propriè lege ſancitum eſt, ut numerus hæreditatum ſeruetur. Charondæ autem nulla propria eſt, niſi iudicia de falſis teſtibus. primus enim de eo diſputauit. Accuratione autem, diligentia & elegantia in ſcribēdis legibus eos etiā qui nunc ſunt, legū ſcriptores, longè multumq; ſuperauit. Philolai eſt poſſeſsionū inæqualitas. Platonis autem, & mulierum & filiorum & bonorum communitas: cōmunis & mulierum uictus: & præterea lex de ebrietate, ut ſobrij ſint præfecti conuiuiorum: & de exercendis bellicis officijs, ut in meditatione & exercitatione ipſa utraq; manu utantur, quòd dextra manus utilis eſſe minimè debeat, læua inutilis. B Draconis ſunt leges, ſed quas Rep. conſtituta ſcripſit. In eius autem legibus nihil legitur, nec cuius fuerit inuentor, nec quod ſit memorabile, niſi pœnarum acerbitas. Scripſit etiam Pittacus leges, non Remp. Lex autem illa eius eſt, ut ebrij ſi quem pulſauerint, grauiores dent pœnas, quàm ſi id feciſſent ſobrij. Nam quoniam maior eſt numerus eorum qui uinolenti inſoleſcūt, & alios uerberēt, quàm ſicci, non habuit rationem ueniæ, quæ potius ebrijs dāda ſit: ſed utilitatis. Androdamus etiam Rheginus leges ſcripſit Chalcidenſibus ijs qui ſunt in Thracia, cuius extant de cæde leges, & de hęreditatibus. Quanquam nihil ei tanquam autori & inuētori tribui poteſt. Ac de Rerumpublicarū cognitione ac ſcientia, & earum quæ principatum tenent, & earum quæ à nōnullis conſtitutæ ſunt, hactenus.

Conſtituiſſe ſcilicet ſepulchra.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIBER III.

QVIA RESPVB. EST ORDO *urbem inhabitantium, id eſt ordo ciuitatis, præſertim magiſtratuum, ut lib. 4. declaratur, cap. 1. & item quia Reſpub. eſt uita ciuitatis, ut eſt in eodem libro 4. cap. 11. idcirco ut Reipub. rationem intelligamus, neceſſe eſt quid ſit ciuitas intelligere: & quia ciuitas eſt ciuiū multitudo, cum de partibus priuſquam de toto ſit more & inſtituto noſtro diſſerendum, primum omnium de ciue diſputare cōuenit: qui cum alius ſit in alia Reipub. forma, tamen ciuis in*

in uniuerſum iudicandi, & deliberãdi facultate cenſetur, quod utrunq; magiſtratus indefinitus nominatur: & hominum, quibus ſic Reſpub. cõmunicatur, multitudo: cui ſuppetat rerum neceſſariarũ & cõmodarum copia, ciuitas eſſe definitur.

Caput I.

CVI propoſita eſt ad conſiderandũ ciuitas, quæ ac qualis quæq; ſit, is ferè primum debet, quid ciuitas ſit, uidere. Nũc enim hac de re omnis eſt diſſenſio. alijq; ciuitatem aiunt rem geſsiſſe: alij nõ ciuitatẽ, ſed imperij genus cui pauci præſint, aut certè tyrannũ. Nos uiri ciuilis & ſcriptoris legũ, omnẽ curam & induſtriã in ciuitate conſtituẽda poſitã uidemus. Reſpub. autẽ eorum qui eandẽ incolũt ciuitatem, quædã deſcriptio eſt. Cumq; ciuitas concretum quiddam ſit, quemadmodũ aliud quid totum, conſtetq; ex multis partibus, profectò prius quærendus eſt ciuis. Nam quoniam multitudo quædam ciuium eſt ciuitas, fit, ut quis ſit appellandus ciuis, exquirendum eſſe uideatur: præſertim cum de ciuis appellatione ſæpè controuerſia oriatur, quod non eundẽ omnes ciuẽ eſſe concedant, ſitq; aliquis in populari genere ciuitatis ciuis, qui in imperio cui pauci præſint, ciuis minimè habeatur. Ac eos quidem qui alio quouis modo hanc adepti ſunt appellationem, ueluti eos qui ciuitate donati ſunt, prætermittere debemus. Ciuis autem non ex eo iudicandus eſt, quòd eandem ciuitatẽ incolat. municipes enim & ſerui eandem incolunt: neque ij habendi ſunt ciues, quibus inter ipſos ita eſt officij iurisq; ſocietas, ut & cauſam dicãt & litigẽt. hoc enim iuris eſt etiam inter eos, inter quos teſſerarum communio eſt. Quanquam municipes non omnino eius ſunt participes ſocietatis, ſed quemadmodum pueri qui nondum uirilem togam ſumpſerunt, aut ſenes qui exautorati ſunt, ſic illi ciues dicendi ſunt quodammodo, non ciues omnino, ſed cũ adiũctione: hi ciues inchoati, illi ueterani. Nihil enim intereſſe hinc perſpici licet, quòd eum qui ciuis ſit omnino, quęrimus: & eum cui hæc quaſi nota quæ elui debet, non ſit inuſta. quandoquidem & de ijs quibus ignominiæ nota inuſta eſt, & de exulibus hæc eadẽ quæri refelliq; poſſunt. Ciuis autem qui omnino ciuis eſt, alia re nulla definitur, quàm iudicij magiſtratusq; communione. Magiſtratus uerò

Definiti alij tempore * diſtincti ſunt, ut quoſdam non liceat omnino eundem bis gerere, aut præſcriptis quibuſdã temporibus: alijs nullum tẽpus præfixũ eſt, cuiuſmodi ſunt iudex & ſenator. Et quãquam ſunt, qui hos tales magiſtratus eſſe negẽt, ob eamq; cauſam eis iter ad magiſtratus præcludant, tamen ridiculum eſt, eis qui ſumma poteſtate præditi ſint, adimere magiſtratum. Sed nihil noſtra intereſt, cũ præſertim in nomine omnis uerſetur cõtrouerſia. Incertum eſt enim quo nomine communi uterq; iudex atq; ſenator appellari debeat. Explicandæ autem rei gratia, appellemus nullis certis tẽporibus circumſcriptũ liberumq; magiſtratum. Ita in ciuium numero eos reponimus, qui huiuſmodi ſocietate cõmunioneq; continentur. Ergo qui ciuis maximè in ciues omnes, de quibus dixi, conuenit, is ferè huiuſmodi eſt. Intelligẽdum eſt autem, earum rerum quarũ ſubiectę res ſpecie differant, & quiddam eſt primũ, quiddam ſecundum, & ſic deinceps: aut nihil omnino, aut parum, quatenus tales ſunt, commercij habere cum illis. Atqui Reſpub. inter ſe ſpecie differre cernimus, earumq; partim poſteriores eſſe, partim antiquiores. Nã & earum quæ labefactantur, & earum quæ collabuntur, poſterior ſit origo neceſſe eſt, quàm earum quæ labefactari nequeunt. Quas autem collabi dicamus, pòſt intelligetur. Ita fit, ut alius etiam in alio Reipub. genere ſit ciuis. Quocirca in eo genere Reip. quod eſt in populi poteſtate, ciuis eſt maximè is quem diximus: in cæteris generibus, ut poſsit haberi in tali numero, non tamen neceſſe eſt. Nõnullis enim nec populus eſt, nec ſenatus legitimus, ſed indictus, & ius dicũt uiciſsim. ut Lacedæmone in cauſis alijs rerum quæ cõtrahuntur, alius Ephorus ius dicit, in cauſis cædis ſenes, & in alijs alius fortaſſe magiſtratus. Eadem eſt ratio Carthaginienſium. Omnes enim cauſas magiſtratus quidam iudicant. At enim ciuis definitioni adhibetur correctio, quandoquidẽ in alijs Rebuſpub. nõ magiſtratus perpetuus, ſenator aut iudex appellatur, ſed eorum magiſtratui certum tempus præſtitutũ eſt. Eorũ enim aut omnibus aut quibuſdam permiſſa eſt iudiciorũ uel omnium, uel aliquorum poteſtas.

B Ac ciuis quidem quis ſit, ex his facilè perſpici licet. Cui enim conceſſa eſt ſententię dicendæ, uel iuris dicundi poteſtas, eũ ciuem huius uel illius ciuitatis eſſe dicimus. Ciuitas autem eſt horum talium, quæ ſatis munita ſit rebus ad uiuendum neceſſarijs, multitudo. Definiunt autẽ nonnulli uſu ciuem eum, qui ex utroq; parente ciue ſit, nõ ex altero tãtummodo, ut ex patre, uel ex matre. alij etiam ad plures uolunt pertinere, ueluti ad auos duos, aut tres, aut etiam plures. Hic ita accommodatè ad Remp. & citò conſtitutis, nonnullis in dubium uenit, tertius ille aut quartus quo tandẽ modo ciuis ſit futurus. Gorgias quidem Leontinus partim fortaſſe quòd non haberet quod diceret, partim quòd ſententiam ſuam fronte occultaret, confirmauit: ut mortaria ſunt quæ ab artificibus effecta ſunt: ſic Lariſſæos eos eſſe, qui ab artificib. facti eſſent. Eſſe enim quoſdam Lariſſæorum effectores. Sed hoc unum ac ſimplex eſt. Etenim ſi ex definitione quæ tradita eſt, in ciuitatis ſocietatẽ ueniſſent, certè ciues fuiſſent, præſertim cum illud ipſum ex utroq; ciue ortum eſſe, in primos qui incoluerunt ciuitatem uel condiderunt, conuenire nequeat. Illud autẽ potius dubitationem afferat in ijs qui mutato ciuitatis ſtatu, ciuitate donati ſunt. Quod Athenis fecit Cliſthenes exactis tyrãnis, qui multos peregrinos & ſeruos municipes in numerum tribuũ adſcripſit. Quanquam omnis hæc quę cum illis eſt controuerſia, non in eo uerſatur, quis ciuis ſit appellandus, ſed iure, an iniuria. Illud etiã quæri poteſt, ſit ne ciuis quiſquam niſi iure ſit: quòd idem ualeat iniquus, quod falſus. Quoniam autem quoſdã magiſtratus præeſſe uidemus contra

tra

tra leges, quos præeſſe illos quidem cōcedimus, ſed non rectè, & ciuis magiſtratu quodam & imperio definitus eſt, (cui enim ad hunc uel illum magiſtratū aditus patet, is eſt, ut diximus, ciuis) profectò hos etiam ciues dicere debemus. de illo autem, iure, an contra iura, cum eo prior cohæret quæſtio. Illud enim nonnulli quærunt, quādo ciuitas fecit, & quando non ciuitas, ueluti cō ex eo ciuitaria ſtatu, qui eſt in paucorum poteſtate, aut in tyrānorum uita, in eum mutatur Reſp. cui populus præeſt. Tū enim nec conuentis ſtare uolunt nonoulli, quòd non ciuitas, ſed tyrannoa eum ciuitate donanerit: nec alia eiuſdem generis ſeruare quaſi quædam Reſpublicæ uincendi cauſa, non ut uniuerſorum utilitati conſulatur, ſint conſtitutæ. Quapropter ſi nōnullæ Reſpub. in poſtetate ſunt populi, hoc pacto certè cōſitendum eſt, huic ciuitati æquè & hnius Reip. & eius eui pauci præſunt, & eius quæ à tyrannis adminiſtratur, acta eſſe attribuenda.

MVTATIONE FACTA IN CI-*uitate quæri ſolet, maneat eadē ciuitas, an ſecus. ſed huius quæſtionis non eſt difficilis ſolutio: nam ſi locus duntaxat mutetur, erit urbs alia, non alia ciuitas. ſi homines duntaxat mutentur manente Reipub. forma, manet eadem ciuitas. ſed ſi forma Reipub. mutatur, alia ciuitas efficitur.*

Caput II.

HVius autem quæſtionis explicatio propria hoc loco uidetur, quo tādem modo eadem ciuitas, aut non eadem, ſed alia dicenda ſit? Ac perſpicua huius rei quæſtio in loco hominibusq; uerſatur. Fieri enim poteſt ut locus & homines coniuncti ſemper ſint, & ut alij alium locum incolant. Atq; hæc facilior quæſtio eſt. Nā cum multis modis dicatur ciuitas, eſt quodāmodo huius quęſtionis facilis explicatio. Quod eodem modo iudicādum eſt, cum homines locum eundem incoluut, qua ex re ciuitas ona eſſe exiſtimanda eſt. nō enim ex mœnibus: quippe cum Peloponneſo una mœnia liceat circumducere. Cuiuſmodi fortaſſe eſt Babylon, omnisque quæ gētia potius quàm ciuitatis circumſcriptionem contineat. quæ quidem cum capta eſſet, fama eſt tertio die qoandam partem urbis non ſenſiſſe. Sed hæc res alio loco cōmodè diſputabitur. Nā magnitudo urbis ei cognita eſſe debet, qui in Repub. uerſatur, & utrum unam an plures eſſe utile ſit. At uerò ſi ijdem ſint eiuſdem loci incolę, utrū quoad idem incolarum genus maneat, eadem urbs appellāda ſit: etiam ſi alij intereaot ſemper, alij oriantur, quemadmodum fluuios eoſdē ſoliti ſumus dicere, eoſdēq; fontes, etſi ſemper alia aqua conſequatur, & alia erumpat: an uerò homiues ijdem ob eam cauſam dicēdi ſint, & urbs alia, quæſtio eſt. Etenim ſi ſocietas quædam eſt ciuitas, eaq; ciuium ſocietas, certè ſi Reipub. mutetur forma & ſtatus, ciuitatis etiam ſtatus mutetur neceſſe eſt. quemadmodum Chorū interdum Comicū, interdū Tragicum eſſe dicimus, cum ſæpè ijdem ſint homioes. Itemq; omnem aliam cōmunionem & compoſitionē diuerſam

A dicimus, ſi aliud genus ſit compoſitionis, ueluti concentum eorundem ſonorum alium eſſe dicimus, interdum quia Doricus, interdū quia Phrygius. Quæ cum ita ſint, perſpicuum eſt eandem ciuitatē maximè habita ratione Reip. eſſe dicendam. Nomine autem alio, aut eodem eam appellare licet, tum ſi ijdem, tum ſi omnino alij eā homines incolant. An autē æquum ſit decidere de rebus, nécne, cum io aliud Reipub. genus mutatur ciuitas, alia diſputatio eſt.

VT EADEM VIRTVS SIT, AN *diuerſa uiri boni, ac boni ciuis intelligatur, primùm quæ ſit uirtus boni ciuis ſtatuere oportet: ſed cum multæ ſint Reipub. formæ, & uirtus ciuis ad Reipub. rationem ſit referenda, efficitur ut non poßit una uirtus omnium ciuium eſſe in omnibus ciuitatibus. Præterea cum ciuitas non poſſit ex cunctis uiris probis conſtare, omnes tamen boni ciues ciuilem uirtutem habere debeant, hac ratione non eadem uiri boni uirtus quæ boni ciuis eſſe uidetur: & item quia ciuitas ex dißimilibus conſtat, cum dißimilium diſpares ſint uirtutes, efficitur ut non eadem ſit ciuium omnium uirtus. Cæterùm in optima Repub. eadē eſt boni ciuis, quæ boni uiri uirtus: uirtus tamen in utroq; duplex eſt, altera qua rectè pareat, altera qua rectè imperet, quæ maior & perfectior eſt priore. ergo ad rectè parēdum fortitudine, exempli gratia, & temperantia opus eſt: diuerſis tamen ſpecie à fortitudine & temperantia, quæ in rectè imperāte requiritur: ſed utriſq;, bonus tum ciuis, tum uir prædi-*
B *ditus eſſe debet. quanquam bonus propriè dicitur uterq; perfectiore uirtute: ſed ex uirtutibus propriis imperantis eſt prudentia. nam ad parendum, prudentia non deſideratur.*

Cap. III.

DEinceps utrum eadē uirtus uiro bono, & bono ciui tribuenda ſit, nécne, uidendum eſt. Atq; ſi hæc quæſtio tractāda eſt, uirtus & officium ciuis primū pingui quadam Minerua, planeq; exquirendum eſt. Vt igitur nauta unus eſt ſociorum, ſic ciuem eſſe dicimus. Nautarum autem etſi diſsimilia ſint officia (alius eſt enim remex, alius gubernator, alius prorā regit, alius alio appellatur nomine) tamen hoc perſpicuū eſt, quæ cuiuſq; accuratiſsimè tradetur definitio, eam officij propriam fore, itemq; cōmunē quandam in omnes eſſe caſuram. Officium eſt eſt enim eorum omniū nauis ſaluti proſpicere, cum præſertim unuſquiſq; nauta eius cupiditate ducatur. Similiter eum ciuium etiam ſi diſsimiles ſint, officium ſit ſocietatis ſaluti cōſulere: ſocietas autē ſit ipſa Reſpub. efficitur, ut ad Rempob. uirtus ciuis officiumque referatur. Quod ſi plura ſunt Reip. genera, profectò illiud perſpicuum eſt, boni ciuis unum munus & officiū perfectum eſſe non poſſe. Et quaoquam perſpicuū eſt, fieri poſſe, ut is qui bonus ſit ciuis, uirtutē ex qua bonus uir nominetur, non conſequatur: tamen alio etiam modo licet diſputando eodē ſermone de optimo ciuitatis ſtatu diſſerere. Nam quoniam ex omnibus qui probi ſint, conſtare ciuitas nullo modo poteſt, omnes autē ſuū quiſq;
munus

munos præclarè obire debēt, idq; à uirtute pro- A
ficiſcitur: quoniā q; ciues omnes ſimiles eſſe noo
poſſunt, certè nunquā una eademq; ciuis & bo-
ni uiri futura uirtus eſt. Nam & boni ciuis uirtus
in omnibus ineſſe debet, quòd hoc modo ciui-
tas optima erit neceſſariò, & uiri boni: non po-
teſt, quin neceſſe ſit omnes bonos eſſe ciues eos,
qui beatam Remp. incolant. Præterea quãdo ex
diſſimilibus rebus conſtat ciuitas, quemadmo-
dum & animal ex animo & corpore, & animus
ex ratione atq; appetitu, & familia ex uiro ac mu
liere, & rei faciēdæ ratio ex domino ac ſeruo, ſic
ciuitas ex his omnibus, ac præterea alijs diſsimi
libus formis conſtat: neceſſe eſt non unā eſſe uir-
tutem ciuium omnium. ſicut non eadem laus eſt
eorum qui chorū agunt, præſultoris, & eius qui
illi ſecundus eſt. Ex quibus perſpicuum eſt, quã-
obrem non eſt omnino eadem uirtus omnium.
ſitne autē eadē alicuius boni ciuis ac uiri uirtus,
quæſtio eſt. Nos quidem eum qui ſapienter præ-
ſit, bonum ac prudentem eſſe dicimus: eum autē
qui Remp. adminiſtret, prudentem eſſe neceſſa-
riò. Atq; etiam diſciplinam eius qui imperet, ſta
tim aliam nonnulli aiunt eſſe oportere, quemad
modum & cernūtur regum liberi rei equeſtri &
ciuili inſtitui: & ait Euripides, Ne mihi decora, at
quæ ciuitas deſiderat. quòd ſit diſciplina, quæ
eos deceat qui imperant. Quod ſi eadem uirtus
& eum qui bene præeſt, & bonum uirum decet,
ciuis autem eſt is etiam qui in aliorum eſt impe-
rio, ſit, ut non eadem omnino uirtus ſit ciuis &
uiri, etſi alicuius eſt. Nō enim eadem eſt eius qui
imperat, & ciuis. ob eamque cauſam fortaſſe Ia- B
ſon ſe eſurire dicebat tum, cum non imperaret,
quod priuatus eſſe non didiciſſet. Sed tamen lau
di datur, poſſe & imperare & parēre: & ciuis præ
clari uidetur eſſe, poſſe bene præeſſe & parēre. Si
ergo uirtutem boni uiri ponimus eam quæ apta
ſit ad imperādum, ciuis autē eam quæ idonea ſit
ad utrunq;: nō erūt utraq; ſimilis laudis. Vtraq;
ergo, ac nō eadē eū qui imperat, & qui paret, di-
ſcere debere: ciuē autem utrūq; tenere, & utraq;
uirtute eſſe præditum, hinc intelligi poteſt, q; eſt
imperiū domini in ſeruos, quod in rebus neceſſa
rijs quæ dicuntur, præſtare non neceſſe eſt eum
ſcire qui imperet, ſed uti potius. Alterum autē
etiam mancipiorum eſt. Dico autem alterū, poſ-
ſe præſtare ſeruiles actiones & munera. Seruorū
autē plura ſunt genera, quòd plures functiones:
quarum pars una ijs qui opere manuum utūtur
continetur, quales ſunt ij qui Chornetæ dicūtur,
hoc eſt, ut uocabulum indicat, qui uictū ſibi ma-
nuum opere quærunt, in quibus opifices ducū-
tur. Itaq; apud nonnullos olim ad honores opifi
cibus aditus nō patebat, antè quàm populi ſum-
ma eſſet poteſtas. Non igitur officia eorum qui
parēt. aut bonus Reip. gubernator, aut ciuis de-
bet diſcere, niſi fortè id ipſe per ſe, aut in rebus
ſuis deſideret. Neq; enim iā efficitur, ut alter ſit
dominus alter ſeruus: eſtq; imperium quoddā,
quo ijs qui eiuſdem generis ſunt, ac liberis impe
ret. Hoc enim ciuile imperiū eſſe dicimus, quod
debuit is qui præeſt, tum cum alteri parebat, di-
ſcere. ueluti præeſſe equitibus, qui præfecto e-
quitum paruerit: & imperatorium munus ſuſti-

A nere, is qui imperatori paruerit: & ordinē mani-
pulumq; duxerit. Quocirca hoc uerè dicūt, non
poſſe bene præeſſe eū qui nō paruerit. Horū autē
uirtus eſt illa quidem alia: ſed tamen debet egre
gius ciuis, ut ſcire, ſic poſſe & parēre, & impera-
re. Atq; hoc boni ciuis officiū eſt, eorū qui utun-
tur libertate imperium in utramq; partem ſcire,
& uiri boni utrumq;. Quòd ſi alterum genus ſit
temperantiæ ac iuſtitiæ, quæ uim habeat impe-
randi, quoniam eius qui paret, ſed qui idem liber
eſt: perſpicuum eſt non unam eſſe uirtutem bo-
ni, cuiuſmodi eſt (exempli cauſa) iuſtitia: cuius
plura ſunt genera, quibus fretus imperabit atq;
parebit, quemadmodū alia uiri, alia mulieris eſt,
& temperātia & fortitudo. Nam & uir ignauus
eſſe uideatur, ſi ut mulier eſt, ſic fortis ſit: & * mu
lier locus ac debet faciat, ſi ornata ac uenuſta ſit,
ut uir bonus. Quinetiam ratio tuendæ rei fami-
liaris alia eſt uiri, alia mulieris. quippe cum illius
ſit quærere, huius quæ parata ſunt tueri. At uerò
prudentia una uirtutum eius propria eſt qui im-
perat. quoniam reliquæ eis qui præſunt cōmu-
nes ſunt cum ijs qui in eorum ſunt imperio. In
eo autem qui paret, non prudentia, ſed uera tan-
tum eius opinio deſideratur. Eſt enim quaſi effe-
ctor tibiarum is qui paret: is autem qui imperat,
tibicinis, qui uſum tenet, locum obtinet. perſpi-
cuum ergo eſt ex ijs quæ diximus, ſitne eadem
uirtus uiro bono, & bono ciui, an alia, & quēad-
modum eadem & quomodo alia, tribuenda. De
ciue autem reliqua eſt etiam quædam quæſtio,
utrum ciuis ſit habēdus is cui ad honores aditus
B paret, an ij qui in ſordidis artibus uerſantur, in ci
ues reponendi ſint. Ac ſi ij etiam quibus ad ma-
giſtratus iter præcloſum eſt, in ciuium numerū
adſcribendi ueniunt, fieri certè nō poteſt, ut hæc
ipſa uirtus in omni ciue reperiatur: quoniā hic
habetur ciuis. Sin autem nemo horum talium ci
uis habendus eſt, quo tandem in numero eſt u-
nuſquiſq; futurus? neq; enim municeps, neque
peregrinus erit, aut certè hoc noſtro ſermone ni
hil abſurdum dicemus effici. Nam nec ſerui in
numero eorum de quibus diximus habēdi ſunt,
nec liberti. Sic enim res habet, non omnes ciues
docendi ſunt ij, ſine quibus ſtare ciuitas nullo
modo poteſt: quippe cum pueri, & uiri non eo-
dem modo ciues ſint, ſed hi omnino, illi cum ad-
iunctione, ciues ij quidē ſunt, ſed imperfecti &
inchoati. Ac olim quidem apud nonnullos ſerui
erāt, & ij qui in ſordidis artibus uerſabantur, &
peregrini. Itaq; multi ſunt huiuſmodi etiam hoc
tempore. Optimus autem ciuitatis ſtatus nun-
quam ciuem faciet eum qui in ſordido quæſtu
uerſabitur. Quod ſi hic etiā ciuis habetur, ac cer-
tè ciuis quàm dixi uirtutem, fateamur neceſſe eſt
nō cuiuis, ne libero quidē, eſſe tribuēdam, ſed ijs
deniq;, qui à neceſſarijs munerib. ſoluti ſunt ac
liberi. Eorū autem qui neceſſaria munia obeūt,
ſerui ſunt ij qui hæc ipſa ad unius cōmoda refe-
runt: qui autē ad Reip. ſordidi & mercenarij. Ex
quib. perſpicuum eſt, ſi quis parū uelit attēdere,
quæ ſit horū uis & ratio. id enim ex ijs quæ di-
cta ſunt, perſpici licet. Nam quoniam multa ſunt
Reip. genera, efficitur neceſſariò, ut plura etiam
ſint genera cùm ciuium omnium, tū uel maximè
ciuium

Quidam codices habēt Græcè, γενὴ λάλος, (non γενὴ ἄκοσμος) id eſt, mulier garrula, ſi ſic comparata ſit, ut.

cioium eorum qui parent. Quocirca in aliquo ſtaru cioitatis neceſſe eſt eos qui ſordidas artes tractant,ac mercenarios,in numero eſſe ciuium: quod in aliqoo fieri non poteſt. ueluti ſi quis eſt ciuitatis ſtarus, qui in poteſtate ſit optimorum, in qoo & uirtuti honores tribuaorur, & pro cuiuſque dignitate. Neque enim colere uirtutem poteſt is qui uitam ſordidorum ac mercenariorum agat. In ijs autem Rebuſpub. quibus pauci præſunt, quia ex magno cenſu ad honores perueniuot, mercenarius ciuis eſſe non poteſt, ſordidus poteſt: qoia multi etiam opifices copioſi ſunr. Ac Thebis quidem lex erat, ne is qui decẽ annos ſoro uænali aut mercatura minimè abſtinuiſſet, gereret magiſtrarum. In multis autẽ Rebuſpub. profertur lex de peregrinis. Qui enim ex ciue matre narus eſt, is ciuis in quiboſdã Rebuſpub. habetur. Eadem eſt apud nonnollos ratio ſpuriorum, quos tamen ciuium oerorum penuria ciues faciunr. Homioum enim paucitate coguntur iſto modo uri legibus. Cum aurẽ magnus multitudinis numerus ſuppetir, primum pedetentim eos qui ex ſeruo aut ſerua nati ſunt, rollunt, mouentque numero ciuium: deinde eos qui ex mulieribos: poſtremò eos demum ciues faciunt, qui ex utroque ciue procreati ſunr. Ex quibus perſpicuum eſt plura eſſe genera ciuiũ: eumq; ciuis nomine dignum eſſe maximè, cui aditus ad honores pateat, quemadmodum etiam Homerus uerſib. ſuis rradidir. Ar ubi hoc ipſum occulrum abſtruſumq; eſt, id ualet ad fraudẽ eorum qui eandem urbem incolunt, ut quaſi inbonorarum quendam aſcititiũ repellant. Eſt enim quaſi municeps, is qui magiſtrarus non adipiſcitur. Arque illud quidem perſpicuum eſt, aliáne, an eadem ſtaruenda uirtus ſit, ex qua uir bonus & ciuis ſapiens nominetur, quòd alicuius ciuilis ſocietatis idem ſir ciuis bonus, qui uir bonus, alicuius alius, atq; ille, oon quiuis cõtinuò ciuis ſit: ſed is demum qui Remp. adminiſtrat, & cuius unius aut etiam collegarum poteſtate Reipub. cura & diligentia nititur.

QVOT, ET QVAE SINT GE*nera Reipub. iam hinc incipit explicare, earumq; diſcrimina in diuerſa ratione adminiſtrandæ ciuitatis conſiſtere docet: & ciuitatem tum uiuendi, tum etiam rectè uiuendi gratia conſtitutam fuiſſe declarat. Et cum ſint iuſtorum imperiorum uaria genera, cuncta ad ſubiectorum bonum & commoditatem potiſſimum, ex accidenti uerò ad imperantium utilitatem ſpectare, præter imperium berile, cuius eſt contraria ratio. Itaque omnes deprauatas Reſpub. berile imperium imitari.*

Caput IIII.

QVoniam aotem hæc expoſita ſunt, nunc quod conſequens eſt cõſiderandum eſt, utrũ Reſpub. una ponenda ſit, ánne plures: & ſi plures, quæ quotq; ſint, qoæq; earum ſit diſtinctio. Eſt quidem Reſpub. ciuitatis deſcriptio, cùm in cæteris magiſtratibus, tum uel maximè in eo qui principatum tenet. principatum autem tenet ubiq; ratio ordoq; ciuitatis: ratio autem ordoq; ciuitatis aliud nihil eſt, niſi Reſpub.

A ueluti in ijs Rebuſpub. quæ in populi poteſtate ſunt, primas tenet populus, contraq; pauci in ijs quibus pauci præſunt, ex quo fit, ut horũ etiam Rempub. ab illa differre dicamus. Eodemq; modo de cæteris iudicandum eſt. Primò præponendum eſt, quis ſit Reip. propoſitus finis. Ac initij hominis ſocietatisq; ac cõmunionis uitæ genera quot ſint, dictũ eſt ſuperioribus libris, in quibus de prudentia domeſtica & dominatu diſſeruimus, docuimusq; hominem natura aptum eſſe animal ad cœtus & ſocietates: ut ſi nihil mutuo egerent auxilio homines, tamẽ cooiunctionis uitæ cupiditate ducerentur. Sed tamen communis etiam omnium utilitas coniungit homines ac conſociat, quantum ad quemq; bene beateq; uiuendi ratio pertinet. Atq; hic finis coniunctionis eſt maximè & publicè omnibus, & priuatim ſingulis. Conueniunt autem uiuendi etiam gratia. Ineſt enim profectò in omnibus quędam honeſti particula, retinentq; ciuilem ſocietatem uitæ etiam modo cupiditate, niſi multum uitæ incommoditatibus difficultatibusq; ſuperetur. Illud autem perſpicuum eſt, perferre multa mala, calamitates, & miſerias multos homines uitę cupiditate, tanquam inſit in ea quædam copiarũ adfluentia, naturalisq; dulcedo. Verùm principatus quæ diximus genera, facilè eſt exponere, quoniam in ijs libris quos [illegible] inſcripſimus, à nobis ſæpè de ijs diſputatur. Nam dominatus, etſi eadem ſit ſerui ac domini, quos natura inſtituit, utilitas tamen ad domini cõmodum refertur: ad ſerui, fortuitò: præſertim cum ſeruo
B ſublato dominatus ſtare non poſsit. Liberorum autem mulieris totiusq; familiæ imperiũ, qood uocamus domeſticum, aut eorũ qui parent gratia coſtitutum eſt, aut alicuius rei quæ inter utroſq; cõmunis eſt: per ſe quidem eorum qui parent, quemadmodũ cæteras artes uidemus, ueluti medicinã, & exercendi artẽ, fortuitu etiã illorum ipſorum qoi imperant. nihil enim prohibet ipſum magiſtrum ludi interdum unum eſſe eorum qui ſe exercent: ſicuti unus ſemper nautarũ eſt gubernator. Ac magiſter qoidem ludi, aut gubernator eorum quibus præeſt utilitati cõſulit: cum autem ipſe unus eſt eorum, caſu ac temerè abeſt à periculo. Nam & hic nauta efficitur: & ille cum magiſter ludi ſit, unus eorum qui exercẽtur. Itaq; magiſtratus, cum Reſp. æquabilitate ciuium & ſimilitudine conſtituta eſt, uiciſsim uoluot imperare: ac primum, id quod naturale eſt, uolunt uiciſsim miniſtrare, & ipſius commodis aliquem rurſus inſeruire, quemadmodũ antea ipſe cum præeſſet, illius rationibus conſulebat. Nunc aũt propter utilitates & quę ex Repub. & quæ ex magiſtratu percipiuntur, perpetuũ magiſtratũ gerere uolũt, ut ſi ij qui imperant, ſemper ualerent, antea cũ morboſi eſſent. Sic enim profectò magiſtratus ambirẽt. Perſpicuũ eſt igitur, omnes eas Reſpub. quæ cõmuni omnium utilitati conſolunt, iuri perfecto eſſe conſentaneas: quæ autem eorum qui præſunt tantũmodo rebus rationibusq; conſulunt, eas à uero ſtatu deſciſcere. Eum enim dominatum quo dominus & ſeruus continentur, imitatur, cum ciuitas liberorum hominum ſit ſocietas atq; cõmunio.

RERVMPVBLICARVM DISCRIMINA in ſumma adminiſtratione conſiſtunt, id eſt in ijs, quorum arbitrio Reſpub. gubernatur: quorum cum ſit triplex differentia, tria genera Rerumpub. rectarum, totidemq́; aberrationes exiſtunt. nam uel unius, uel paucorum, uel multorum arbitrio Reſpub. ad ſubiectorum utilitatem gubernatur. Si unius, regnum eſt: ſi paucorum, ſtatus optimatum dicitur Latinè, Græcè Ariſtocratia: ſi multorum, communi uocabulo Reſpub. nominatur. Quòd ſi ad imperantium commoditatem Reſpub. geratur, tyrannis uocatur: paucorum autem, paucorum potentia Græcè oligarchia: multorum ſtatus popularis, Græcè democratia, quæ aberrationes ſunt rectarum Rerumpub. Eſt autem paucorum potentia, ubi locupletes dominãtur: ſtatus popularis, ubi egeni. illis enim accidit, ut pauci ſint: his ut multi. Cap. V.

HIs ita cõſtitutis, ſequitur ut quot ſint Reſpub. numero, quęq́;, uideamus. Ac primũ ueras nobis proponemus. His enim expoſitis, earũ mutationes facilè cognoſcentur. Quoniã autem Reſp. & Reip. gerendę ratio idẽ declarant: Rei autẽ pub. gerendæ ratio in eo eſt, quod principatũ tenet in ciuitate: quoniamq́; neceſſe eſt principatũ tenere uel unũ, uel paucos, uel certè multos: quando unus aut pauci aut multi publicę utilitatis cauſa præſunt, eæ rectę ſint Reſp. neceſſe eſt: eæ autem quæ priuatæ utilitatis gratia, uel unius, uel paucorum, uel multitudinis, ab optimo ciuitatis ſtatu deſciſcant. Nã aut negandi ſunt ciues eſſe ij qui ſocietate ciuili coniuncti ſunt, aut in cõmodorum ſocietatẽ uenire debẽt. uocare autẽ ſolemus unius dominatum, eũ qui omniũ utilitati cõſulit, Regiam poteſtatẽ: quod autem genus paucorũ, ſed plurium quã unius, id optimatum poteſtatẽ appellamus, aut quia optimi imperãt, aut quia eius rei cauſa quę eſt è Rep. maximè, eorumq́; qui Reip. cõmunione continẽtur. Cum autẽ multitudo in Rep. adminiſtranda omnia ad Reip. utilitatẽ refert, tum cõmuni omnium Rerumpublicarũ nomine, Reſp. appellatur, nec ſine cauſa. Nã cum unus aut pauci præſtare uirtute poſſunt, tum difficile eſt, multos in omnibus uirtutibus excellere, ſed longè difficillimum in uirtute bellica excellere: quippe quæ ſedẽ habeat in multis. Itaq; primas tenet equeſtris ordo, in hoc Reip. genere: & eius ſocietate tenentur ij qui arma nacti ſunt. Mutãtur autem hæc genera, regalis poteſtas in tyrannidẽ: ea quę eſt in optimorum poteſtate, in eã cui pauci præſunt: & in eam quę à populo geritur, ea quam cõmuni omniũ nomine Remp. appellari diximus. Nam & tyrannis tyrãnorum cõmodis ſeruit: & ea quæ in paucorum eſt poteſtate, locupletum, & popularis poteſtas, inopũ rebus rationibusq́; conſulit. Neq; enim ulla omnium utilitati inſeruit. Sed pluribus exponendum eſt, quid quæq; ſit harum Rerumpublicarũ. Exiſtunt enim multæ quæſtiones. Omnes autem qui in omni arte quæ uia & ratione conſtat, philoſophorum more diſputando uerſantur, neq; ad officiũ & actionem ſolum diſputationem accõmodant, ij nihil negligere nec prætermittere debẽt, ſed id quod

A res eſt de quaque re exponere. Eſt igitur tyrannis unius dominatus, ut dixi, qui ciuilem ſocietatem in ſuam ditionem redigit. paucorum poteſtas, cum principatum in Rep. tenent ij, qui facultatibus præditi ſunt: popularis autem ciuitatis ſtatus contrà, cum ij qui non ſunt nacti magnas opes, ſed inopes, imperant. Prima autem quæſtio, contra definitionem eſt. Si enim maior pars rerum copijs abundans plus poſsit in ciuitate, & popularis ciuitatis ſtatus eſt, cum multitudo primas tenet, itemq́; ſicubi accidat ut inopum minor ſit numerus, ijq́; qui ſuperiores ſint, plurimum poſsint in Republica, & ſi ubi pauci præſunt, ibi in paucorũ poteſtate Remp. eſſe faterentur: profectò non recta uideretur, neq; præclara Reiũpublicarũ definitio & explicatio. Quod ſi quis coniungat cum opum abundantia paucitatem hominum qui præſint, & cum inopia multitudinem, ex eoq́; Rerumpublicarum genera diſtinguat, & nominet Remp. quæ in paucorũ ſit poteſtate, eam in qua præſunt locupletes qui numero pauci ſint: popularem autem ciuitatis ſtatum, in quo inopes multi: certè alia quæſtio eſt. Quod enim ad genus referemus eas quas cõmemorauimus Reſpublicas? eam in qua multi opulenti, & in qua pauci inopes, cum utriq; in ſuis Rebuſpub. plurimum poſſunt? ſi modò nullum aliud genus eſt Reip. præter ſuperiora. Videtur ergo ratio ipſa hoc planum facere, ut pauci aut multi ſint ij, quorum in ciuitate maxima ſit poteſtas, fortè temerè & caſu fieri: illud in eo genere Reip. cui pauci præſunt, hoc in populari ſtatu
B ciuitatis. propterea quòd copioſi & diuites pauci, multi inopes ac pauperes ubique ſint. Itaque nõ efficitur, ut cauſę & rationes quæ allatę ſunt, earum ſint diſtinctiones. Quo autem & ea Reſp. in qua pauci præſunt, & ea in qua populus, inter ſe differunt, diuitiæ ſunt & inopia: ac neceſſe eſt, & ubi opes ad imperandum uocant ſiue paucos ſiue multos, ibi eſſe eum ciuitatis ſtatũ, cui pauci præſint: & ubi inopia, ibi ſtatum eſſe popularem. ſed caſu ſit ac temerè, quemadmodum diximus, ut illi ſint pauci, hi permulti, quippe cum & pauci rerum omnium copijs abundent, & omnes libertatis communio attingat: quibus cauſis impulſi utriq; de Rep. diſſentiunt.

IN DVABVS DEPRAVATIS REbuſpub. paucorum & populari, quæ ſunt quodammodo contrariæ, ius quoddam citatur. nam utriq; iure quodam nituntur: pauci, quia diuitijs aut genere ſuperiores ſunt, ſimpliciter ſe ſuperiores eſſe, ac proinde maiorẽ Reipub. partem ad ſe pertinere contendunt. imparibus enim imparia deberi, populares autem cum libertate ſint diuitibus & nobilibus pares, pariter ſibi Rempub. cõmunicanda in eſſe confirmant: paribus enim paria deberi. Neutri tamen probãdi ſunt: non enim qui diuitijs ſunt aut genere ſuperiores, ij ſimpliciter ſuperiores ſunt: nec rurſus ſimpliciter pares, qui ſunt pares libertate: quoniã nemo ſuperior ſiue potior, ſimpliciter eſt, niſi qui uirtute præſtat: ac eodem modo æqualis ſimpliciter eſt, non qui libertate, ſed qui uirtute eſt æqualis. non enim ſolum ut ſimul uiuerent homines, ſed multo magis ut rectè uiuerent, in unam ciuitatem

um conuenerunt: ad quod quia plurimum conferunt qui optimi ſunt & uirtute præſtantes, idcirco uirtu-ti eſt maior ciuitatis pars tribuenda.

Caput VI.

INtelligendum eſt autem primùm, quos fines & quaſi terminos cõſtituant, & eius Reipub. quæ eſt in paucorum, & eius quæ eſt in populi poteſtate, quodq́; ſit ius utriuſq; Reip. Omnes enim ius quoddam tenent, ſed aliquam ad partẽ progrediuntur, nec totũ ius perfectè enunciant: ueluti uidetur quod æquabile eſt, id ius eſſe, ſicuti eſt, ſed non omnibus, ſed ijs demum qui pari iure & conditione uiuunt: & quod inęquale eſt, ius uidetur eſſe (eſt enim) ſed non omnibus, uerùm ijs qui non pari ſunt conditione. Sunt qui hoc tollant, quibus ſit hominibus ius æquabile, aut inæquabile, ijq́; falſum putant. Idq́; ob eam cauſam ſit, quod de ſuis quiſq; rebus iudicat: cũ ferè fiat, ut pleriq; de rebus ſuis & proprijs præpoſterè iudicent. Itaq; cum ius nonnulli diuidãt eo modo in res & perſonas, quomodo ſuprà in ijs libris qui de Moribus ſcripti ſunt, diximus, rei æqualitatem concedunt, de perſonarũ æqualitate omnino diſſentiunt ob eam cauſam maximè quam modo dixi, quòd de rebus ſuis præpoſterè iudicant. Deinde quod cum utriq; dicunt id quod ius eſt quadã ex parte, ius omnino ſe dicere exiſtimãt. Alteri enim ſi ſint inęquales quadam ex parte, uelut pecunijs, omnino inęquales ſe eſſe putant. alteri ſi par eorum in aliqua re cauſa eſt, ut ſi pari libertate ſint præditi, parẽ & eandem ſuam cauſam omnino eſſe arbitrantur. Sed **A** quod plurimũ poteſt, non afferunt. Si enim bonorum & fortunarum cauſa cõſociati ſunt inter ſe & conciliati, eatenus ciuilis ſocietatis cõmunione tenentur, quatenus poſſeſsiõnũ & bonorum. Ita eorum qui Repub ea quæ in paucorum eſt poteſtate delectãtur, ualere uidebitur oratio. Non enim æquum eſſe, tantum percipere de centũ minis, uel quæ primæ quaſi caput datæ ſunt, uel auctæ, eum qui tantum unã contulerit, quantum is qui reliquum contulit. At non uiuendi ſolum cauſa conſociati ſunt, ſed bene uiuendi potius. eſſet enim ſeruorum, aliorumq́; animantiũ ciuitas. nunc autẽ nulla eſt, quòd ſerui ac belluæ beatæ uitæ non ſunt cõpotes: neq; eius uitę quę iudicio ac ratione degitur. Neq; uerò ſocietatis belli cauſa, ut ne à quoquã uis eis inferatur, aut rerum contrahendarum ultro citroq́; ratio & utilitas, quam alij ab alijs capiũt, homines unum in locum cõpulit. Sic enim Tyrrheni & Carthaginenſes, omnesq́; qui alij alijs ſigna & teſſeras dant, ut unius eſſent ciues ciuitatis: quippe cum inter ipſos & conuenta ſint de rebus importandis, & teſſerę de non inferenda ui atq; iniuria, & tabulæ de ſocietate belli, cum interim nulli ſunt cõmunes apud hos magiſtratus, ſed alij apud utrunq; populum, nec alijs curæ eſt aliorum diſciplina & inſtitutio, neq; ut nemo eorum qui pactorum ratione tenetur ſit iniuſtus, aut aliquo alio uitio præditus, laborant: ſed hoc unum curãt, ut ne qos iniuria ſe ultro citroq́; afficiant. At ij demũ uirtutum uitiorumq́; ciuilium rationẽ habent, quibus curæ eſt legum bonarum conſti-**A** tutio. Ex quo perſpicuum eſt dandam eſſe operã uirtuti ei ciuitati, quæ uerè hoc nomine, non uerbo appellatur. Fert enim ciuilis ſocietas alijs auxilium, cum à ſocijs, qui procul abſunt, locorum tantum interuallis diſiungatur. & lex, conuentũ eſt, quemadmodum Lycophron Sophiſtes dicebat, ciuibusq́; inter ipſos quaſi ſtipulatio intercedit: ſed quę ciues bonos & iuſtos efficere nõ poſſit. Quod ita eſſe hinc ſciri poteſt, quia ſi quis locos in unum conducat & conſerat, ut muri eorũ Megarenſium & Corinthiorum urbibus adiuncti ſint, & cohæreant, non tamen eſſet una ciuitas: ut etiam eodem addamus, cõnubia inter eos iungi. quod ciuitatibus & urbibus propria ſolet eſſe ratio & cauſa ciuilis ſocietatis. Eodẽq́; modo ſi qui ſeorſum ac ſeparatim habitent, non tamen tantis locorum interuallis diſiuncti ſint, ut nihil contrahant, nec ullum inter ſe cõmercium habeant, ſed his leges ſint, ne in contrahendis rebus alij alijs iniuriam inferant: ut ſi hic faber ſit, ille arator, alius ſutor, alius aliquid aliud eiuſmodi tractet, & decem milia eſſent, neq; ij aliarũ rerum niſi harum ſocietatem inirent, ut & res contraherent, & belli ſocietatem iungerent: certè ne hoc quidem pacto eſſet ciuitas. Quam tandẽ ob cauſam? Nõ enim quidem certè quia remota eſt cõmunio & ſocietas. Si enim unum in locum ij inter quos eiuſmodi eſſet ſocietas conuenirent, cum interim ſua quiſq; domo ut urbe uteretur, eo conſilio ut ſibi ipſi cum oppugnaretur urbs, cõtra eos qui iniuriam inferrent, opitularentur: ne ſic quidem ciuitas eſſe uidebitur ijs, qui rem **B** diligenter & accuratè conſiderabunt. Siquidem eodem modo ij qui unũ in locum habitandi gratia conuenerunt, quo ij qui diſiuncti ſunt, conſociabuntur. Perſpicuũ eſt ergo, ciuitatem non eſſe loci cõmunionem ob eã cauſam, ut ne alij alios uiolent homines, resq́; inter ſe contrahant: ſed hæc adeſſe oportet omnia, ſi futura eſt ciuitas. quæ ut ſuppeditent omnia, non tamen iam erit ciuitas: ſed bene uiuendi cõmunio, & conſociatio inter amicos, atq; genera hominum uitę perfectæ atq; ſeipſa contentæ cauſa comparata, ea demũ ciuitas eſt habenda. Quod tamen ut fiat, & locus idem ad habitandum & connubiorum ius tribuatur neceſſe eſt. Itaq; & affinitates extiterunt in ciuitatibus, & ſodalitates & ſacrificia & rationes uitæ uictusq́; cõmunis. quod amicitiæ officium eſt, quandoquidem in coniunctionis uitæ uoluntate amicitia conſiſtit. Finis ergo ciuitati propoſitus, beata eſt uita, quem ad finem omnia referantur. Ciuitas autem eſt gentium uicorumq́; in uita abſoluta, & quæ ſit ſeipſa contenta communio, quod bene beateq́; uiuere dicimus. Ciuilis ergo ſocietas præclararũ actionum gratia, ponenda eſt eſſe conſtituta, non uitę uictusq́; cõmunis. Quocirca qui plurimum opis in hanc ciuilem communionem conferunt, ij potius ciues ſunt, quàm qui pari libertate præditi ſunt, aut generis nobilitate: aut etiam in ijs excellunt, in uirtute autem ciuili ſuperãtur. aut quàm ij qui cum opibus uincant, uirtute uincuntur. Illud ergo perſpicuum eſt, ex ijs quæ commemorani eos omnes qui de generibus Rerumpub. diſſentiunt, aliquam iuris particulam attingere.

QVAE SIT COMMODISSIMA ratio Rempub. adminiſtrandi, magna quæſtio eſt: nam ſi bonis uiris ſemper eſſe imperium deferendum dicas, illud ſtatim occurrit quòd cæteri relinquerentur inhonorati. Item ſi legem quæ uacat affectibus non hominem dominari oportere contendas, ne hoc quidem eſt omnino probandum: nam fieri poteſt ut lex ſit populari aut paucorum potentiæ accommodata, eritq; idem in lege, quòd in homine malum ſiue incommodum. Cæterùm multi quorum nemo probus & prudens ſit, an pauci optimi melius Rempub. gubernent, ſi quæras, quæſtio ſic ſolui poteſt. Si multi omnes peſſimi ac imprudentiſſimi, & mãcipiorum ſimiles ſint, melius à paucis optimis Reſpub. gereretur: ſin autem mediocres, commodius à multis talibus, quàm à paucis optimis adminiſtrabitur. Itaque imperia ſeu magiſtratus qui à ſingulis aut cum paucis geruntur, optimis uiris mandari: cæteri qui à multis ſimul, multitudini permitti debent, ut ſuffragio ferre magiſtratus, eoſdemq; corrigere, & geſti muneris rationem poſcere. Poſtremò leges quoad fieri poſſit, in Repub. dominari oportet: nec aliud eorum qui tenent imperium arbitrio permitti, quàm id de quo legibus caueri non poteſt. Cap. VII.

QVid autem ſummam in ciuitate auctoritatem obtinere oporteat, quæſtio eſt. Aut enim multitudinem, aut locupletes, aut bonos, aut unum qui cæteris uirtute præſtet, aut tyrannum. Sed ex his omnibus quædam exiſtunt difficultates, & incõmoda. Quid enim? ſi pauperes quia uincunt numero, res copioſorum adminiſtrent, an nõ id iniquum eſt? iuſtũ enim, ſi dijs placet, uiſum eſt ei, cum cũ ſumma eius eſſet poteſtas. Quid ergo attinet ſummã iniuriã dicere, ſi hęc non eſt? Prętetea ſi ſumptis omnibus plures eorum res qui pauciores ſunt, gubernent & diſtribuãt, perſpicuè ciuitatem euertent funditus: & tamẽ uirtus nulla ei in quo ſit, exitium affert: nec quod iuſtum eſt, uim habet tollendæ Reip. Ex quo efficitur, nõ poſſe iuſtam eſſe hanc legẽ. Iam uerò quicquid egerit tyrannus, id iuſtũ erit neceſſariò: cũ præſertim ipſe qui ſuperior ſit, legibus, quemadmodũ locupletibus multitudo, uim afferat. Sed fortaſsis pauciores qui ijdem diuites ſint, æquum eſt imperare. Quòd hæc ipſa illi faciant, diripiantq; & adimant res ſuas multitudini, & hoc iuſtum ſit, alterũ etiam igitur eſt. Perſpicuum eſt igitur, hæc omnia cũ ſcelere coniuncta eſſe, & à iuſticia remota. At boni imperare debent, cæteriſq; eſſe ſuperiores. An non neceſſe erit cæteros omnes ſine honore eſſe, qui ciuilibus magiſtratibus ſpoliabuntur? præſertim cum honores magiſtratus uocemus: & ſi ſemper ijdẽ magiſtratus gerant, neceſſe ſit reliquos omni honore ſpoliari. An unum qui ſit ſapientiſsimus, imperare eſt melius? At hoc eſt in anguſtiorem locum imperium deducere, cum plures qui honores non adeant ſint futuri. Sed dicet fortaſſe aliquis, hominem eſſe qui ſummũ imperium habeat, non legem pernicioſam, quæ contineat & habeat, quę in animo exiſtũt perturbationes.

A At ſi ſit lex paucorum, aut populi ſtatui ciuitatis apta, quid aberit eorum quæ ſunt à nobis diſputata? Sic enim aderunt ea mala omnia, quę ſupra cõmemorauimus. Atq; aliorum quidem alia ſit ratio & diſputatio. Multitudinem autem imperare oportere potius, quàm optimos qui pauci ſint, explicari, & in quadam quæſtione uerſari, ac fortaſsis uerum eſſe uideatur. Fieri enim poteſt, ut multi, quorum quiſq; non ſit uir bonus, tamen illos uirtute anteeant, cum unum in locũ conuenerint, non ut ſinguli quidem, ſed ut uniuerſi. quemadmodũ ſolent eſſe lautiores cœnæ eæ, quæ ex ſingulorum ſymbolis inſtructæ ſint, quàm quæ unius ſumptibus. Cum enim multi ſunt, unuſquiſque eorum particulas habet uirtutis & prudentiæ: cumque unum in locum cõuenerũt, tum multitudo ipſa inſtar eſt unius hominis, qui multos pedes habet, multas manus, multoſque ſenſus, quod eodem modo de moribus atq; ratione iudicandum eſt. Itaque multorum acrius iudicium eſt, & in rebus muſicorum, & in rebus poëtarũ: propterea quòd aliam particulam, & omnes uniuerſas exquirunt & ponderant. Quinetiã uiri boni differunt à quoq; uulgi, quemadmodũ aiunt intereſſe inter pulchros ac deformes, & inter ea quæ arte depicta ſunt, & & ea quæ uera: quòd ea quæ diſperſa erant, in unum collata & conducta ſunt. quãdoquidem ſi ſeparentur, fiet ut pulchrior & præſtantior ſit huius quàm imaginis oculus, ut alicuius alterius alia pars. Ac illud quidem dubium eſt, an in omni populo, in omnique multitudine, hæc multorum, paucorumque, qui boni ſint, poſsit eſſe B diſtinctio. In nonnullis quidem certè perſpicuũ eſt id non poſſe omnino fieri. Eadem enim ratio in belluis ualebit. Quid enim inter homines quoſdam, & belluas intereſt? At in quadam multitudine nihil prohibet id uerum eſſe quod dixi. Itaq; & eam quam ſupra expoſuimus quæſtionem, his explicari licet, & hanc quæ illi adiuncta eſt, Quę res in liberorum hominum & multitudinis ciuium poteſtate eſſe debeant? Hi autem ſunt, qui nec opes nacti ſunt, nec ulla uirtute pręſtãt: cuiuſmodi hominibus & aditum patẽre ad maximos magiſtratus, haud tutum eſt, quòd cũ iniuſtitia ad iniuriam faciendam aggredientur, tum imprudentia in errorem inducentur: & negati formidoloſum eſt, quia cum ab honoribus arcentur multi & ijdem inopes, tum ciuitas hoſtium plena ſit neceſſe eſt. Relinquitur ergo eis liberis ſenatus iudiciorumq; communio. Quocirca & Solon, & quidam legum ſcriptores ſuffragia libera eis dant in creandis magiſtratibus, & repoſcendi rationẽ, geſti magiſtratus poteſtatem, ſolis autem gerendi magiſtratus poteſtatẽ nõ permittunt. Vt enim uniuerſi tolerabili ſcientia doctrinaq; prædiri, permixti ſi ſint cũ bonis, Reip. proſint (quemadmodum inſaluber cibus cõiunctus cum ſalubri, totum meliorem, quàm eſſet exiguus, efficit) at per ſe quiſq; non ſatis ualet ad iudicandũ. In hac autẽ Reip. deſcriptione prima hęc uerſatur quæſtio, uideri eiuſdem eſſe, & quis rectè curauit iudicare, & curare ac facere ut ægrotus ex hoc morbo conualeſcat. eum autem eſſe medicum, Quod eodẽ modo de cæteris experien-

experientijs & artibus iudicandum eſt. Vt ergo medicus earum rerũ quæ ſuæ arti ſubiectæ ſunt, reddere rationem debet, ſic cæteri rerum eiuſdẽ generis. Medicus autem eſt & effector, & princeps ad efficiendum, & arte eruditus, cuiuſmodi in reliquis ſunt artibus. At iudiciũ tribuimus nõ minus eruditis, quàm ijs qui artem ipſam tenent. Deinde eadem eſt ratio delectus. Nam deligere rectè, doctorum officium eſt: ut geometram, deligere eorum eſt qui geometriã: gubernatorem, eorum qui gubernandi artem tenent. Vt enim quorundam officiorum opera atq; artificia cum idiotis & inſcijs communicata ſint, at cum doctis certè magis: ita efficitur hac quidem ratione, non eſſe multitudini permittendã, neq; comitiorum, neq; rationum repoſcendarum poteſtatem. Sed non eſt certè hæc omnia uera oratio, ſi id quod dudum ratione cõfirmauimus, ſit multitudo non nimis ſeruorum ſimilis. Vniuſcuiuſq; enim ſeparatim iudicium erit, quàm doctorum, deterius: uniuerſi autem aut uerius, aut certè non deterius iudicabunt. & quod de nonnullis rebus non eius unius qui eas fecit, acrius iudicium eſt, quam eorum qui res norunt, nec arte ſunt præditi: ueluti domus naturam, non ſolũ is qui ędificauit, nouit ſed is etiam qui ea utitur, qualis eſt paterfamiliâs, illo uerius iudicium feret. Itemque clauum melius nouit gubernator, quàm faber: & epulas conuiua, quàm coquus. Atq; hanc quæſtionem hoc modo licet explicare. Alia eſt huic adiuncta. uidetur enim alienum & incommodum eſſe, maiores res in malorum quàm in proborum eſſe poteſtate. Rationum autem repoſcendarum & magiſtratuum mandandorum poteſtas quiddam maximum eſt, quam in quibuſdã ciuitatibus, ut dixi, populis permittunt. harum enim rerum omniũ domina eſt concio, ad quam, & ad ſenatum & ad forum aditus minimo cuiq; cẽſui, atq; cuiuis ætati patet. Quęſturam autem gerunt, & imperatores deligũtur, maximosq; magiſtratus adipiſcuntur ij, qui primæ ſunt claſsis. Eadem etiam ratione hæc explicari poteſt quæſtio. profectò enim etiam hæc recta ſunt. Neq; enim iudex, aut ſenator, aut is cui ferendi ſuffragij ius eſt, imperat, ſed forum, ſenatus, & populus, quorum pars eſt unuſquiſq; eorum quos dixi. partem autem dico ſenatorũ ſuffragatorem, ac iudicem. Ita iure optimo maiorũ rerum poteſtas permiſſa multitudine eſt, cũ pręſertim & populus, & ſenatus, & forũ ex multis conflata ſint, cenſusq; horum omniũ maior ſit, quàm ſingulorum, eorumq; qui pauci maximos gerant magiſtratus. Atq; hæc quidẽ hoc modo expoſita ſint, prior autem quæſtio nihil aliud tã planum facit, quàm leges ſalutares ualere oportere, eiusque qui præſit, ſiue unus ſit, ſiue plures, ſummã ijs in rebus eſſe poteſtatem, de quibus leges, quoniã non facilè eſt de omnib. omnino & totũ explicare, cauere nullo modo poſſunt. Quales quidem eſſe oporteat leges eas quæ rectè feruntur, nondum conſtat: ſed etiam manet, quæ iampridem tractata quæſtio eſt. Sed neceſſe eſt, qualis Reſp. ſit, tales leges eſſe, aut pernicioſas, aut ſalutares, iuſtas aut iniquas. Attamen hoc quidem perſpicuum eſt, leges pro ratione Reip.

A eſſe ſcribendas. Quòd ſi ita eſt, illud perſpicuum eſt, eas quæ ad rectam formã Reip. accõmodatæ erunt, ſalutares ac bonas: quæ ad Reipub. mutationem, pernicioſas & malas, neceſſariò futuras.

CVM CIVILIS FACVLTATIS *finis ſit iuſtitia, quæ in conſulendo publicæ cõmoditati uerſatur, iuſtum uerò æquale quiddam ſit, quærendum eſt in quarum rerũ æqualitate iuſtitia conſiſtat. non enim quarumcunq; rerum, ſed earum modò, quæ pertinent ad opus ſeu finem eius rei de qua contenditur: æqualitas uel inæqualitas ad iuſtitiam facit. Itaq; non omniũ rerum, ſed earum duntaxat quæ bonum publicum attingunt, æqualitatem & præſtantiam ſpectari oportet in Repub. cõmunicanda, rusq; honoribus & cõmodis diſtribuendis. In optima igitur Repub. cum finis ſit ex uirtute degere, æqualitas, & præſtantia in uirtute potiſsimum ſpectari debet.* Cap. VIII.

CVm autem omnium artium & ſcientiarũ finis, & extremũ in bonis eſt, tum uel maximè, atq; in maximis bonis eſt finis eius, quæ omnium tenet principatum, cuiuſmodi eſt ciuilis ſcientia. Ciuile autem bonũ ius eſt, id eſt, quod publicè prodeſt. Omnium autẽ ſententia ius æquabile quiddam eſt, eſtq; quatenus libris philoſophię in quibus de uita & moribus diſputatum eſt, aſſentiantur. Nam & quid eſſe ius & inter aliquos eſſe, concedunt: & ijs qui pari ſunt conditione, ęqoabile eſſe aiunt oportere. Quarũ
B autem rerũ ſit ęquabilitas, & quarum inæqualitas, quoniã de eo diſſenſio eſt, & ad philoſophiã ciuilẽ pertinet, intelligere debemus. Dicet enim aliquis fortaſſe, tribuẽdos eſſe honores inæqualiter pro omnium bonorũ præſtantia & excellẽtia, ſi modò par ſit reliquorum cauſa, nullaq; ſit eorum in cæteris diſsimilitudo. Eorũ enim qui diſsimiles ac diſpares ſint, aliud eſſe ius, aliud id quod ſit pro dignitate tribuendõ. At ſi ita res eſt, melior quędam erit conditio eorũ qui & colore, & magnitudine, & quouis bono excellẽt. Quod perſpicuè falſum eſſe, in cęteris artibus & ſciẽtijs perſpici licet. Neq; enim ſi qui ſint pari arte tibiarum præditi, maior danda eſt copia & excellẽtia tibiarum ijs qui maiore loco nati erunt, quippe qui non ſint tibijs melius uſuri: ſed ei demũ qui uſu tibiarum præſtat, maior etiam inſtrumentorum danda pręſtantia eſt. Quòd ſi nondum perſpicuum factũ eſt quod dixi, ita demum erit, ſi rẽ etiam dilatare uelimus. Si quis enim ſit, qui arte tibiarum excellat, multum autẽ nobilitate generis aut pulchritudine ſuperetur, etſi maius bonũ ſit unumqoodq; illorum, nobilitatẽ dico & pulchritudinem, quàm ars tibiarũ, & proportione duo hæc bona magis arti præſtẽt tibiarũ, quàm ille in arte tibiarum excellat, tamẽ huic inſignes ac præſtaotes tibiæ debẽt tribui. Debet enim ad opus atq; muous tibiarũ, & opum & nobilitatis excellentia conducere. nunc autẽ nihil cõducit. præterea hac quidem ratione omnia bona cõferri inter ſe poſſent. Si enim quædam magnitudo excellat, omnino etiam magnitudo ſimilis erit, & cum diuitijs ac libertate cõparabitur. Ita ſi hic

uirtute excellat & plus omnino uirtutis præſtet magnitudo, certè cõparari inter ſe poterunt omnia. Nã ſi hæc magnitudo illã ſuperet, perſpicuũ eſt hanc eſſe alicui parẽ. Quod quoniam fieri nõ poteſt, profectò in ciuili ratione, non de quauis cauſa impari & ratiõe magiſtratuũ diſſenſio eſt: nec iniuria. Nõ enim ſi alij non ualent uelocitate ad curſum, alij ualent, idcirco horũ melior, illorũ deterior conditio eſſe debet: ſed in ijs demũ ludis, qui gymnici appellantur, harũ rerum excellentia gloriam præripit. Ex quibus autẽ conſtat ciuitas, de ijs neceſſe eſt eſſe diſſenſionẽ. Itaq; iure optimo omnis de honore, nobilium, liberorũ hominum & diuitũ contentio eſt. Debẽt enim, ut liberi eſſe, ſic cenſum cõferre. Neq; enim ex ciuibus qui omnes inopes ſint, ut nec ex ſeruis, cõſtare ciuitas ullo modo poteſt, & ſi hæc adeſſe debent, certè & iuſtitia & uirtus bellica, quippe cum ſine his habitari ciuitas non poſsit. uerũ ſuperiorib. rebus ſublatis nec ſtare, nec ſine his rectè habitari ciuitas ullo pacto poteſt. Atq; quod ad ciuitatis ſtatũ attinet, aut de omnibus, aut de nõnullis certè, horum rectè cõtrouerſia uidetur eſſe. quod autẽ ad uitam honeſtè degendã attinet, de inſtitutione ac uirtute maximè, iure optimo, quemadmodũ ſuprà dictũ eſt, diſceptari poteſt. Quando autẽ nec æqua rerum omnium portio ad eos qui ſunt re aliqua ſolum pares peruenire debet, neq; inæqualis ad eos qui re aliqua impares ſunt: certè omnia illa Reip. genera optimũ Reip. ſtatum tranſeant neceſſe eſt. Dixi quidẽ ſuprà, omnes iure quodam modo diſceptare, non omnes omnino iure contendere: diuites, q. plus agri occupant, cũ agri ſint cõmunes: & præterea q. in pactis & cõuentis citius uerè eis habetur fides: liberos aũt & nobiles, q. eorum ſimilis conditio eſt. Ciues enim habẽdi ſunt potius nobiles, quàm ignobiles, & nobilitas apud omnes domi eſt in honore & precio. Et q. uerisſimile eſt, præſtantiſsimũ quemq; ex pręſtantiſsimis natũ eſſe. quippe cum nobilitas generis ſit uirtus. Eodemq; modo uirtutẽ dicemus in cõtrouerſia uerſari. Iuſtitiã enim ad cõmunionem & ſocietatẽ aptã eſſe dicimus, quam cæteræ neceſſariò comitantur. Quinetiã plures cum paucioribus de honore contendunt, præſertim cum & ſuperiores & opulẽtiores & meliores ſint, quatenus plures cum paucioribus conferuntur. Quòd ſi omnes, ut boni, ut diuites, ut nobiles, & præterea alia quędam multitudo ciuilis, unã urbem incolant, ſitne futura inter eos contentio, nécne, qui potiſſimũ imperare debeant, quęſtio eſt. In unoquoq; quidem genere ciuitatum earum quas dixi, iudicium ſine controuerſia eſt, qui præeſſe debeant: quòd ijs qui ſummã habent poteſtatem, inter ſe differant. Alia enim quòd à locupletibus, alia q. à bonis uiris gubernetur, itemq; unaquæq; reliquarum. Sed tamen ſi uidendum eſt, cum hęc in eodem tempore concurrunt, quo tãdem modo explicanda ſint: ſi ij pauci ſunt numero, qui uirtute præditi ſint, quomodo explicandum erit? aut ſi paucitas ex officio ponderanda erit & ſpectanda, an Remp. adminiſtrare poſsint: aut tantane ſit multitudo, ut ex ijs ciuitas cõſtare poſsit. Eſt etiã quæſtio de ijs omnibus qui de ciuilibus

A honoribus diſceptant. Nihil enim æquitatis habere uidebitur eorum oratio, qui ſe dignos principatu opum magnitudine iactabunt, neq; eorũ qui generis nobilitate. Perſpicuum eſt enim, ſi quis rurſus cæteros uincat opibus, eum hoc iure cæteris imperare oportere. Quod eodem modo fiet, ſi quis generis nobilitate præſtet ijs qui de libertate contendent. Quod idẽ profectò fiet uirtutis ergò in ijs etiam Rebuſpub. quę ſunt in poteſtate optimorum. Si quis enim cæteris uirtute & bonitate antecellat, ijs qui in rectione Reip. boni uiri ſint, eum oportebit hac iuris formula ſummam habere poteſtatem. Quocirca ſi multitudo principatum tenere debet ob eam cauſam, qs multi paucis meliores ſunt: ita fiet, ut ſi unus uel plures uno, multis autem pauciores, alios bonitate uincãt, eos potius pręeſſe oporteat, quàm multitudinem. Ex quibus omnibus illud certè perſpici poteſt, horum finium & quaſi terminorum nullum eſſe, ex quo rectè ipſi ſe dignos imperio, cęteros autem in ipſorum eſſe imperio ſpectari putent oportere. Etenim & contra eos qui principatum ex uirtute ſpectari uolunt, & cõtra eos qui ex opibus, multitudinum iuſta quędam proferri poterit oratio. Nihil enim prohibet interdum paucos à multis, non ut ſinguli ſunt, ſed uniuerſi, bonitate opibusq; ſuperari. Itaq; huic nonnullorum quæſtioni hoc modo occurri poteſt. Quęrunt enim quidam, utrum ſcriptor legũ in ferendis legibus, quas æquiſsimas eſſe uelit, cum id quod dixi accidit, optimi cuiuſq; an plurium utilitatem ſibi debeat proponere. Quod au-
B tem rectum eſt, æquabiliter intelligendum eſt. Quod uerò æquabiliter rectum eſt, id ad totius ciuitatis & communem ciuium utilitatem referendum eſt. Porrò ciuis publicè is eſt, qui imperare & parẽre poteſt: in quaq; autẽ Repub. alius atq; alius eſt ciuis. In optimo uerò ciuitatis ſtatu, is qui & poteſt, & uult imperare ac parẽre, ut uita ex uirtute degatur.

QVID CONSILII CAPIENDVM *ſit ediſſerit, ſi unus aut pauci tantopere uirtute in ciuitate præſtent, ut cæterorum omnium uirtus cum huius uel horum uirtute non ſit comparanda, & hunc aut hos affirmat iuſtum eſſe, ut ſemper imperium in alios teneant. Alia ratio eſt, ſi opibus, genere, aut clientelis excedant. nam ubi talibus bonis imperia tribuuntur, Reſpub. ſunt deprauatæ: ſed omnino in quauis Repub. bona uel mala commodum eſt non eſſe inter ciues maximam inæqualitatem, idq; legibus prouidendum eſſe tradit.*

Cap. IX.

SI quis autem eſt, qui tam præſtanti ſit uirtute aut plures uno, ſed qui iuſtã ciuitatis formam præbere & explere non queant, ut reliquorum omnium uirtus, & ratio ciuilis cum illorum ſi plures ſint, aut ſi unus ſit, cũ illius unius uirtute & ratione non ſit comparãda: ij certè nõ ſunt in ciuitatis parte numerãdi. iniuria enim eis inferetur, ſi pari ſint cõditione. cũ tã impar in eis & uirtus & ratio ciuilis inſit. Hũc enim talẽ hominem

minem par eſt, quaſi Deum inter homines habe A ri. Quocirca cum leges neceſſariò ijs dentur, qui pari ſint & genere & uirtute, fit ut eiuſmodi homines lege nulla teneantur. Sibi enim ipſi legis uim & nomen obtinent: cum præſertim ſtultus ſit futurus is qui eis leges uelit præſcribere, quòd ea cõmemorare certè poſsint, quæ ait Antiſthenes, leones reſpondiſſe leporibus, cum in concione omnium parem conditionem eſſe æquum iudicarent. Itaque oſtraciſmum, id eſt, exilium ad quoddã tempus inſtituunt, ob eam cauſam quæ à populo reguntur ciuitates, quòd ſolæ ex omnibus æquitatem perſequuntur maximè. Quocirca eos qui opibus & multitudine amicorum, aut alia aliqua potentia ciuili excellere uidentur, in exilium mittunt, eijciuntq; ad quoddam tempus è ciuitate. fama eſt etiam Herculem ab Argonautis ob eandẽ cauſam relictum eſſe, quòd Argo nollet remis cum cæteris incitare: quaſi uerò dignitate nautas longè multumq; ſuperaret. Itaque non omninò qui tyrannidem, atq; Periandri quod dedit Thraſybulo conſiliũ uituperant, rectè reprehendere putandi ſunt. Aiunt enim Periandrũ nihil reſponſi dediſſe ei caduceatori, qui ad eum miſſus erat de conſilio, ſumma autem pa-

Segetem

uera decuſsiſſe, atq; * humo adæquaſſe. Itaq; cum rei euentus ignarus caduceator, quid accidiſſet renunciaſſet, intellexiſſe Thraſybulũ, ſummum quemq; uirum eſſe tollendum. Hoc enim non ſolum è re eſt tyrannorum, neq; tyranni ſoli faciunt, ſed tam in ciuitatis ſtatu qui eſt in paucorum, quàm in eo qui eſt in populi poteſtate, fit eodem modo. Nam oſtraciſmus idem ualet ac B efficit quodammodo, * quod prohibere ſuperiores, atq; in exilium mittere. qood faciunt & obſeruant in ciuitates & in gentes ij qui potentes ſunt, ut Athenienſes in Samios, Chios, & Lesbios, quos contra fœdus oppreſſerunt, ut primum imperium tenuerunt. Perſarum autem rex Medos & Babylonios aliosq; populos qui animos ſuſtulerant, quòd interdum imperium obtinuiſſent, ſæpè fregit. At quæſtio hæc ad omnes Reipub. formas rectas pertinet. Nam quę optimum ſtatum ciuitatis tranſeunt, id faciunt ſuo quæq; ducta cõmodo. Quanquam eſt eadem ratio earum quæ communi omnium utilitati cõſulunt, idq; in cæteria artibus & ſcientijs perſpici licet. Neq; enim pictor in animante quam pinget, pedem feret aptam membrorum compoſitionem ſuperantem, ne ſi pulchritudo quidem excellat: neq; nauium faber puppim, aut ullam aliam partem nauis: nec deniq; præſultor eum qui maiorem clarioremq; ſonum edet toto choro, ſinet unà canere: ita nihil prohibet eos qui ſoli imperant conſpirare, unumque ſentire quod ciuitates, ſi modò id faciant tum cum ipſorum imperium omnium utilitati conſulit. Eſt igitur in ijs excellentijs, de quibus inter omnes conſtat, iuſta quadam ex parte ciuiliter ea quæ de oſtraciſmo habita oratio eſt. Ac melius eſt quidem eum qui leges ſcribat, iam ab initio ita conſtituere Rempublicam, ut ne ſit hac tali regula dirigenda, quod in ciuitatibus minimè fiebat. non enim domeſticæ utilitati ſeruiebant, ſed ſeditionibus commotæ oſtraciſmi uſum inducebant. Ac in ijs

Quod imminuere ſuperiores

A quidem Reipub. generibus, quæ modum iuſti imperij excedunt, perſpicuum eſt id priuatim prodeſſe ac iuſtum eſſe. Aequabile autem ius nõ eſſe, neq; ius omnino, id etiam perſpici licet. Sed in optimo ciuitatis ſtatu magna quęſtio eſt, non quidem cum præſtantia eſt cæterorum bonorum, ut uirium, ut opum, ut multitudinis amicorum: ſed ſi quis uirtute antecellat, quid tandem faciundum ſit. Neq; enim illud quidem dicant, eijciendum pellendumque talem eſſe ciuem, neque uerò eum in imperio alterius eſſe oportere. Similiter enim facient, ut ſi diuiſis imperijs dignos ſe qui Ioui imperent, eſſe cenſeant. Relinquitur igitur id quod naturale uidetur, omnes huic tali æquis animis parêre oportere, ut ſit eiuſmodi in ciuitatibus imperium ſempiternum.

QVATVOR HIC REGNI GEnera memorantur. *Primum id, quo regnum Lacedæmoniorum olim cõtinebatur, nunc regnum Arragonenſium. Alterum, quo regna Barbarorum, quæ cum lege nitantur, & ſint hereditaria, herile tamen imperium exercent, cuiuſmodi nunc eſt regnum Turcarum. Tertium genus eſt eorum, quos Græci Aeſymnetas uocabant, ab imperando, quod ſuffragio deferebatur, non hæreditate, partim ad uitam, partim ad tempus, qualis erat apud Romanos Dictatura. Quartum genus heroicorum temporum: quæ regna initio non per uim erant occupata, ſed populorum uoluntate deferebantur. Deinde ex lege poſteris hæredi-* B *tate tradebantur, qui reges in bello imperium cum ſumma poteſtate tenebant, & quibuſdam ſacrificijs præerant.*

Caput X.

HIs autem expoſitis, percõmodè ad locum de regia poteſtate ueniemus: quandoquidem hanc unam eſſe dicimus ex ijs generibus Rerumpublic. quæ rectè conſtitutæ ſunt. Vtrum autem è re ſit & Reipublicæ, quam optimè adminiſtrari oporteat, & loci, necne, parêre regi, ſed alteri potius: an aliquibus conducat, aliquibus non conducat, uidendum eſt. Primò uerò explicandum eſt, utrum unum eſt eius genus, an plura. Atq; id quidem facilè perſpici poteſt, & plura genera complecti regalem poteſtatem, & non eandem eſſe imperij formam omniũ. Nam in Republica Lacedęmoniorum quanquam uidetur regia poteſtas, una ex omnibus maximè quæ legibus parent, non tamen penes eam ſumma eſt omnium rerum poteſtas: ſed tum, cum fines imperij egreſſus eſt rex, principatum rerum bellicarum tenet, & præterea quæ ad Deorum cultum pertinẽt, permiſſa ſunt regibus. Hæc igitur regalis poteſtas quaſi munus quoddam eſt imperatorium, liberum ac perpetuum. Neque enim in eo Ius necis erat, niſi in quadã parte regiæ poteſtatis, quemadmodum quondam cum in hoſtes expeditio ſuſcipiebatur. Id quod Homerus indicat. Agamemnon enim cum malè audiret in concionibus, æquo animo ferebat: cum autem eductus erat in prælium exercitus, necis ac mortis In eo poteſtas erat. Ait enim,

Quem uerò pugna timidum ipſe excedere cernam,
Ille canum morſus non ſl uitarit biantes,
Vulnificosúe auium laniato corpore rictus,
Propterea tutus poterit ſperare ſalutem.
Eſt mihi nanq; necis ius, eſt mortisq; poteſtas.

Atq; boc quidem genus regiæ poteſtatis, impe-
rium eſt per omne tempus ætatis: quæ ita diui-
ſa eſt, ut aliæ à genere quaſi hæreditatio iure du
cantur, aliæ deligantut. Eſt pręterea aliud genus
imperij cui unus præeſt, quales ſunt apud non-
nullos regiæ Barbarorum poteſtates. Earum au
tem quanquam eadem eſt poteſtas quæ tyran-
norum, ſunt tamen legitimæ, patrioq; more ca-
piuntur. Nam quoniam gentes natæ ſunt ad ſer
uitutem, & Barbari Græcorum, & Aſiatici eo-
rum qui accolæ ſunt Europæ, haud grauatè fe-
runt domini principatum. Ac tyrannidi quidem
ob id ipſum finitimæ ſunt, minus autem pericu-
loſæ, quia patrio more natę ſunt, ac lege conſtát.
Ob eamq; cauſam regia cohors, non tyrannica,
dicitur: quoniá reges a ciuibus armis defendun-
tur, tyranni autem à peregrinis & exteris. Cum
enim lege illi, & uolétibus, hi inuitis & recuſan-
tibus imperent, fit, ut reges à ciuibus præſidium
habeant, tyranni in ciuium perniciem compa-
rent. Ac duo quidem hęc ſunt unius dominatus
genera. Aliud autem eſt, quo ueteres Gręci quos
Aeſymnetas uocant, utebantur. quod quidem
genus nihil aliud eſt, niſi quoddam tyrānorum
imperium, ad quod ſuffragijs peruenitur. diuer-
ſum illud quidem genus à Barbarico, non quòd
minus lege conſtet, ſed quia non patrio ſit inſti-
tuto comparatū. Hoc autem imperium in non-
nullis per omnem uitam manebat: in alijs certis
quibuſdam temporibus officijsq; definiebatur.
ut Mitylenæi aliquando Pittacum contra exu-
les delegerunt, quibus Antimenides & Alcæus
poeta præfectus fuerat. Alcæus auté Pittacum
delectum eſſe tyrannū in quodam opuſculo in-
dicat. Reprehendit enim eos, quòd Pittacū ma-
gnis laudibus afficientes impoſuerint tyrannū,
perniciosum ciuem eius urbis quæ nihil ſuis re-
bus acerbis commoueretur. Atque hæ quidem
ſpectant, & ſpectarunt, quia tyrannorum impe-
rio ſunt ſimiles, ad ſeruile imperiū: quia autem
ſuffragijs & uoce mandabantur, ad regias pote-
ſtates pertinent. Quartum autem genus regalis
poteſtatis fuit heroum temporibus uoluntariū,
patrium ac legitimum. Quia enim beneficia pri-
mi cōferebant in plebem, uel docendis artibus,
aut in bello, aut quia propagabant fines, aut da-
bant agros, ultro conſtituebantur reges, erantq;
ijs qui acceperant, patria hæc imperia: permiſſa
autem erat eis ſumma rerum bellicarū & ſacro-
rum eorum quę ſacerdotum non erant propria:
& præterea ius dicebant, quod faciebant alij iu-
rati, alij non iurati. Iuſiiurandum autem erat ſce-
ptrum ſublatum. Atq; hi quidem olim & nego-
tia urbana, & quæ intra fines imperij & quæ ex-
tra, gerenda erant, perpetuò adminiſtrabát: poſt
cum alia ipſi reges relinquerét, alia plebs etiam
adimeret, cæteris quidem in urbibus ſacra reli-
cta ſunt ſolis regibus. Apud quos auté iure poſ-
ſumus dicere regiam eſſe poteſtatem, rerum tan

A tummodo bellicarum reges extra fines imperij
ſummam retinuerunt.

QVATVOR REGNI GENERI-
*bus commemoratis, quintum addit, quod proprijßimè re-
gnum dicitur, cum uoluntate & arbitrio unius Reſpubli-
ca ad ſubiectorum cōmoditatem gubernatur: quod regnū
ſimile eſt gubernationi domeſticæ. Quæritur igitur, utrū
legibus iuſtis, an unius optimi uiri arbitrio cōmodius Res-
publica gubernetur. nam leges dominari, & ex ipſarum
ſcripto Rempub. adminiſtrari, incōmodum eſſe uidetur,
cum legibus non quod perpetuò, ſed quod magna ex par-
te iuſtum eſt, ſanciatur. nec enim aliud rerum agendarum
natura & inconſtantia patitur, quamuis rationem legis
uniuerſalem notam eſſe conueniat Rempublicam admini-
ſtranti. Rurſus cum lex affectibus careat, quibus humanus
animus agitatur, commodius eſſe uidetur leges dominari:
ſed cum utrunq; uerum ſit, caput quæſtionis eſt, utrum in
his rebus, de quibus lege caueri nō poteſt, ſatius ſit unum
optimum uirum tenere imperium, an multitudi-
nem, de quo diſputat in utranq; partem.*

Caput XI.

REgalis ergo poteſtatis genera hęc ſunt qua
tuor numero, quorum unum erat heroum
temporibus, idq; uoluntariū erat illud qui
dem imperium, ſed quædam certæ res præſcri-
bebantur. Nam & imperator erat rex & iudex,
rerumq; diuinarum ei cura commiſſa erat. Secun
B dum genus eſt barbarorū, idq; imperium ad ſer-
uile deflectit, eſtq; legitimum & hæreditarium.
Tertium eſt, quam Aeſymnetiá uocant, quæ ea-
dem poteſtas tyrānorum eſt, ad quam ſuffragijs
aſcenditur. Quartum eſt Lacedæmoniorū, quod
genus eſt nihil aliud, niſi perpetuus rerum belli-
catū hæreditario iure ſumptus principatus. At-
que hæc quidem hoc modo inter ſe differunt.
Quintum genus regiæ poteſtatis eſt, cum in u-
nius poteſtate ſunt omnia: quemadmodum una
quæq; gens & unaquæq; ciuitas eo modo inſti-
tuta eſt, quo rei familiaris diſciplina. Vt enim
prudentia domeſtica quædam regia familiæ po
teſtas eſt, ſic regalis poteſtas ciuitatis eſt & gen-
tis unius aut maioris re familiari. Duo quidem
ferè ſunt regiæ poteſtatis genera nobis explican
da, hæc ipſa, & Lacedæmoniorū. pręſertim cum
multæ ex alijs his interiectæ ſint, ueluti ij qui in
paucos habent imperiū, ad eam pertineant, quæ
omnino regia dicitur: ij autem qui in plures, ad
Lacedæmoniorum Rempub. Ita fit, ut hæc om-
nis in duobus uerſetur quæſtio: quorū alterum
eſt, Sitne è Repub. imperatoré eſſe perpetuum?
atq; id an ex genere, an ex certa parte. Alterum,
utrum utile ſit unam ſummam omnium rerum
habere, nec ne, poteſtatem. Atq; hic de tali impe
rio locus, legum magis ſpeciem pręſe fert, quàm
Reipub. quandoquidem id in omnibus formis
Reipub. contingere poteſt. Itaq; prætermiſſa re-
gia poteſtate, altera cognoſcenda eſt, & tractan-
dæ de ea quæſtiones ſunt, cū ſit Reipub. genus.
Initium auté hinc capiemus, Sitne utilius opti-
mo uiro parēre, an optimis legibus? Iis quidem
qui

qui uni parendum eſſe putant, leges uidentur ſemel ac omnino dicere, non præſcribere ea quæ euenire poſſunt. Ita ius ſcriptum in quauis arte ualere & imperare, ſtultum eſt. Et in Aegypto quatriduo pòſt, medicis agitare licet ac mouere: ſin prius, ipſorum fit periculo. perſpicuũ eſt quidem, eum qui ſcripto & legibus gubernatur, nõ eſſe ob eam cauſam optimum ſtatum ciuitatis. In ijs autem qui præſunt, illa quæ de toto genere dicit, ineſſe debet ratio. Sed in quo non ineſt omnino ea pars animi quę perturbationibus agitatur, id melius eſt, quàm id cui natura eſt attributa: quæ & in lege non ineſt, & in hominis animo neceſſariò eſt. Sed dicet aliquis, hominẽ de rebus ſingulis huius rei loco deliberaturum eſſe ſapientius. Illud ergo perſpicuũ eſt, eum ſcriptorem legis eſſe neceſſariò, & ferri leges non quæ ualeant quatenus modum tranſeunt, alioqui in alijs rebus ualere debent. Sed in ijs quæ lex nequit omnino aut nõ rectè diſtinguere, utrum unus qui præſtantiſsimus ſit, an multi imperare debeant, quæſtio eſt. Etenim hoc tempore docti & intelligentes ius dicunt, ſententiam dicunt & iudicant, cum iudicia omnia fiant de rebus ſingulis. Ac qui per ſe ac ſolus ſecum quamuis rem communicabit, fortaſſe aberrabit: ciuitas autem conſtat ex multis. ut epulum ſi dentur & conferātur ſymbola, uni ac ſimplici pręſtat. Ob eamq́; cauſam acrius eſt multitudinis de multis rebus, quàm unius de quaque re iudicium. Præterea ut rei alicuius, ueluti aquæ, copia minus corrumpi ſolet, ſic multi difficilius quàm pauci corrũpuntur. Vnus autem ſi iræ, aut alicui alij perturbationi ſuccumbat, iudicium corrumpatur neceſſe eſt. At illic difficile eſt uniuerſos iracundia concitari, aut aberrare. Sint autem multi liberi, qui nulla in re à lege diſcedant, niſi in quo parum dicet neceſſariò. Quòd ſi in multis hoc inuentu difficile eſt, at ſi multi ſunt boni uiri & ciues, id quæri poteſt, unus ne minus corrumpi queat in imperio, an potius plures numero, q boni uiri ſint, an perſpicuum eſt plures illos? At inter illos ſeditiones orieтur, ille unus liber erit à ſeditionibus. Quanquã hoc modo reſiſti occurriq́; poteſt huic loco, illos plures ita bene animo, ut hunc unum, eſſe conſtitutos. Quod ſi in multorum imperio, ſed qui boni uiri omnes ſint, optimorũ poteſtas intelligi debet: & in unius, regia poteſtas, certè ciuitatibus magis optanda eſt optimorũ quàm regalis poteſtas, ſiue cum poteſtate coniunctum ſit, ſiue ab ea ſeiunctum imperiũ. Ob eamq́; cauſam fortaſsis quondam parebant regibus homines, quòd pauci erant uiri, qui multum uirtute præſtarent, pręſertim cum illis temporibus perpaucæ ciuitates cœtus hominũ celebrarent. Iam beneficentia reges conſtituit, quod eſt bonorum uirorum officium. Poſtea uerò quàm multi pari uirtute extiterunt, non iam reges tulerunt, ſed quiddam commune quæſiuerunt, Remq́; publicam conſtituerunt. Cum uerò degeneraſſent, Remq́; publicam quęſtui habere cœpiſſent, tum demũ quia in precio & honore opes erant, conſentaneum eſt natos hinc eſſe paucorum principatus. Ex his primùm in tyrannos cõceſsit ſumma rerum: à tyrannis in populum. Semper enim

A in pauciores turpi quæſtu ducti Rempub. transferentes, res populi firmiores reddiderunt, ita ut impetus fieret, popularisq́; poteſtas exiſteret. Poſtea quàm uerò ciuitates coaluerunt, profectò haud iam facilè fuit aliud Reipub. præter populare genus inducere. Quòd ſi quis ciuitatibus regiam poteſtatem optimam commodiſsimamq́; eſſe ſtatuat, quo tandem in loco res erunt liberorum? an etiam genus regnare oportebit? At ſi exiſtant qualeſcunq; res feret, id oberit Reipub. An non regnum liberis talibus, cum plus poſsit, traditurus eſt? At non eſt tuta huius rei fides. Eſt enim id perdifficile, maiorisque uirtutis, quàm ne ea in hominis naturam cadat. Hoc etiam dubitationem habet, sne qui regia poteſtate ſit præfuturus, circum ſe uim & armatos habere debeat, quibus poterit eis qui detrectabunt imperium, uim adhibere, ut pareant? aut quo tandem modo imperium adminiſtrare poſsit. Vt enim legitimam habeat poteſtatem, nihilq́; arbitratu ſuo contra leges faciat, tamen in eo uis & potentia qua leges tueatur, inſit neceſſe eſt. Ac ea quidem quæ ad hunc talem regem attineant, haud difficilia ſunt ad explicandum. Debent enim copiæ ei dari, ſed tantæ, ut eis unumquenque ac plures uno coerceat, à multitudine autem coerceatur. Id quod ueteres obſeruabant ij, qui cohortem dederunt tum cum quendã in ciuitate delegerunt, quem Aeſymneten aut tyrannum appellabant. Et Dionyſio, cum cohortem peteret, conſilium dedit Syracuſanis quidam, ut tantam darent.

B DE REGNO QVOD PLENVM *nominatur, græcè autem παμβασιλεία, hoc loco diſputandum eſt: nam cætera non propriè dicuntur regna, ubi princeps non habet ſummam rerum omnium poteſtatem. Quæritur ergo ſit nec ne iuſtum regium imperiũ, de quo in utranq; partem diſputatur: nam ubi multi ſunt uirtute pares, iniuſtum eſſe uidetur. Cur enim hic potius quàm quiuis æqualis imperium teneat? cum paribus imparia tribuere lege natura prohibeatur? itaq; iuſtior eſſe uidetur imperandi uiciſsitudo, utq́; leges quatenus fieri poſsit, dominentur. Sed ubi lex deficit, iuſtius eſſe, ut multi, quàm ut unus teneat imperium, de quo dum diſſeritur, quædam ſcitu pulcherrima de natura legum traduntur, quarum quæ moribus continentur, his maiorem auctoritatem ineſſe dicit, quàm ſcriptis: quæ ſcriptæ cum deficiunt, melius à multis quàm ab uno quod ſtatuere oporteat, cõſideratur: quod princeps ipſe declarat, qui multos ex amicis adhibet ad res dubias ſtatuendas: ſed contrà uidetur pro natura hominum imperia eſſe ſtatuenda, quorum ut quidam ſunt apti, ut ciuili imperio gubernentur, ſic alij ut regio: denique ſi quis homo ſingularis, aut genus aliquod tantoperè uirtute præſtet, ut eius uirtus maior ſit cæterorum omniũ uirtute, hunc ut in cæteros omnes imperium teneat, æquum eſſe tradit.*

Caput XII.

Nunc

NVnc hic locus poſtulat, ut de tege, qui ex libidine & atbitratu ſuo getit omnia, diſſecamus. Rex enim is, qui ex lege nominatur, non eſt genus, ut dixi, regiæ poreſtaris, propterea quòd in omni genere Reipub. ur in optima & in populati, petpetuum retum bellicatum imperium poreſt exiſtete. Multi etiam ſunt, qui uni totius quaſi iuriſdictionis impeiiũ tribuant: cuiuſmodi eſt quidã Epidamni ptincipatus, atq; eriam Opunte quadã parte minor. Nunc autem de abſoluta omnibus impetij pattibus tegia poteſtate agimus, in qua ex libidine ſua tex getit adminiſtatq; omnia. Quorundam autem ſententia, non in uno uult eſſe natura ciuium omnium poteſtatem, ubi ex ijs qootum par eſt conditio, conſtat ciuitas. Nam cum inter eos quos pates natura fecit, idem ius intercedat, ob eamq; cauſam neceſſe ſit eis eandem à natuta tributam eſſe dignitarem: efficitut, ut ſi obſit corpotibus, eos qui non ſunt pari magnitudine tantundem cibi capere, rantamq; ueſtem ſumere, eadẽ etiam ſit tario honorum. Quod eodem modo, ſi æquales non tantundem capiant, iudicandum eſt. Ita nihilo magis æquum eſt imperare quàm patêre. Viciſsitudinis igitut imperandi & patendi eadẽ eſt rario. Atqui hoc iam lex eſt, cum ſit lex deſcriptio. Oprabilius eſt ergo, ut lex præſit, quàm unus aliquis ciuis. Hac eadem ratione ſi quos imperate melius eſt, ij certè præficiendi ſunt, qui & leges tueantut, & eis pateant. Nam cum aliqui qui præſint, debeant eſſe neceſſariò, non tamen unum hunc præeſſe æquũ eſſe confirmanr: præſertim ſi omnium ſit par conditio. Quinetiã quę lex explicare nequit, ne homo quidem cognoſſe poterit: ſed cùm rectè lex docuit, tum inſtituit ut reliqua magiſtratus ſentẽtia æquiſsima iudicent & adminiſtrent. Iam uerò uiam & tationem oſtendit, qua quicquid uſu peritis uiſum erit ſatius eſſe ijs legibus quæ ſcriptæ ſunt, corrigant. Qui ergo legẽ præeſſe uult, is uelle uidetur Deũ ac leges imperare. Qui autem uult hominem, is etiam belluã adiungit, cum præſertim tale quid ſit cupiditas & iracundia: & magiſtratus & optimus quiſq; à recta uia detorqueantur. Quapropter lex eſt aliud nihil, niſi mens à cupiditatibus libera. Exemplum autem quod de artibus affertur, falſum eſt, quòd ex ſcripto curari pernicioſum eſt: quinetiam optabilius eſt, ijs uti qui prędit ſunt illis artibus. Hi enim nihil amicitia ducti contra rationis præſcriptionem faciunt: qui etiam cum priſtinam ualetudinem reſtituerint, mercedem ab ægrotis ſe negant accepturos. Illi autem in ciuilibus magiſtratibus multa & ad offenſionem, & ad gratiam ſoliti ſont facere. Alioqui cum ſuſpicantur medicos ab inimicis adductos mercede corrumpi, tum curationẽ à libris petere mallent. Atqui medici cum ægrotant, alios medicos ſibi adhibent: & magiſtri ludi cum exercentur, alios artis magiſtros, quaſi uerè iudicare non poſsint: propterea quòd tum cũ in perturbatione ſunt, de rebus ſuis ferant iudiciũ. Ex quo perſpicuũ eſt, eos tum cum ius inueſtigant, quia lex mediocritas eſt, mediocritatem quærere. Præterea quia plus ualent, & in rebus maioris ponderis uerſantur leges quæ moribus com-

A probatæ ſunt, ijs quæ ſcripto cõſtant, ſit ut ſi homo qui præeſt, tutior ijs ſit legibus quæ ſcripto conſtant, at non ijs certè quę more approbantur non ſcriptis. At uerò quia unus non facilè poteſt omnia munera ſuſtinere, plures principes qui ab illo imponantur, eſſe oportebit. Ita quid intererit, idne iam ab initio fiat, an hoc pacto unus inſtituatur. Præterea id quod ſuprà dictũ eſt, quòd uir bonus quia præſtantior eſt, dignus eſt principatu. Atqui uni duo boni anteponuntur. Id eſt enim quod dici ſolet, Si duo conueniant. Et Agamemnonis optatum,

Sint mihi bis quinq; excellenti mente.

Sunt etiam hodie imperia & magiſtratus, qualis eſt iudex, quorum eſt de quibuſdam rebus iudicium, quas lex non poteſt diſtinguere, quod nunquam optimè lex nec ea præſcribere, nec diſtinguere potuiſſet: quandoquidem quæ ipſa poteſt nemini dubium eſt, ea quin præſcribat. Sed quoniam alia ſunt quæ legibus circũſcribi poſſunt, alia quæ non poſſunt, hæc ipſa ſunt, ex quibus hæc nata quæſtio eſt, utrum melius ſit optimam legem præeſſe, an optimum uirum. Nam ferri leges non poſſunt de ijs rebus quæ cadunt in deliberationem. Non ergo contradicunt, non eſſe ſumendum hominem neceſſariò, qui de rebus eius generis iudicet: ſed hoc unum efficiunt, non unum eſſe, uerùm multos: quippe cũ unuſquiſque qui imperabit, à lege doctus & eruditus, rectè ſit iudicaturus. Illud etiam abſurdum uideatur, eſſe aliquem qui acrius cernat duobus oculis, & duabus auribus iudicet, duobusq; pedibus

B ac manibus melius aliquod negocium conficiat, quàm multos pluribus: præſertim cum etiam nunc ij qui ſoli imperãt, multos ſibi oculos, multas aures, manus ac pedes faciant. Eos enim quibus & imperium charum eſt & ipſi chari, ſocios imperij ac conſortes faciunt: quorum qui amici non ſunt, eius qui ſolus præeſt, qui amici, & illius, & imperij uoluntati obtemperabunt, cum ſit amicus par ac ſimilis. Ita ſi hos imperare putat oportere, pares ac ſimiles præeſſe putat oportere eodem modo. Atq; hæc ferè ſunt, quæ contra regiam poteſtatẽ dicunt in utramq; partem, quorum alia in quibuſdam ualent, alia nõ item. Eſt enim quiddam ſeruilis imperij, natura, & aliud regis, & aliud ciuile ius & commodum. Tyrannorum autem non eſt naturale, neq; reliquarum formarum Reipub. quæ uero modum tranſeunt, quippe quæ fiant repugnante natura. Sed illud quidem ex ijs quæ dicta ſunt perſpicuum eſt, neq; utile eſſe, neq; ius inter pares ac ſimiles unum eſſe, cuius imperio omnes pareant, ſiue leges non extent, ſiue exiſtant boni ciues, iſque ſit bonus, ſiue pernicioſi ſint & ille improbus: neq; uerò ſi is uirtute, niſi quodammodo, præſtabit. Quis autem ſit modus, dicendũ eſt, quanquam iam de eo ſuprà diximus. Primùm autem explicandum eſt, quæ ſit multitudo quæ regali poteſtati, quæ generi optimati, quæ ciuili pateat. Ac regiæ quidem poteſtatis multitudo eſt, quæ nata eſt ad perferendũ genus, quod præſtanti uirtute eſt ad ciuilem principatum. Reipub. autem, quæ eſt in optimorum poteſtate, multitudo eſt, quę apta eſt ad ferendos multos, imperioque li-

beri

beri populi parêre poſsit ad ciuile imperium ijs qui uirrute ſunt principes. Ciuilis autem multitudo eſt, quæ cũ in ea multirudo etiam una eſſe ſoleat, ad rem bellicam apta, & parêre & imperare poteſt ex lege, quæ inopibus honores tribuat pro dignitate. Cum igitur accidit, ut aut genus torum, aut etiam unus ex cæteris tantum excellat uirtute, ut & illius & cæterorum uirtutem ſuperet, tum ius eſt, genus illud eſſe regium, cuius ſit omniũ ſumma poteſtas, eumq́; unum eſſe regem. Nam quemadmodum ſuprà dixi, nõ ſolum eam uim habet id ius, quod proferre ſoliti ſunt ij qui Reſpub. fundarunt, & qui eas quæ in optimorum, & qui eas quæ in paucorũ, & rurſus eas quæ in populi ſunt poteſtate. Omnes enim eas ex præſtantia & excellentia exiſtimãdas eſſe cenſent, at nõ eandem excellentiam afferunt, ſed ut ſuprà diximus. Neq; enim interficere, aut exilio in perpetuum mulctare, aut ad quoddam tempus, hunc talem certè decet, neq; parêre uelle uicissim: præſertim cum pars natura toti non præſtet, quod in eum cadit, in quo tanta inſit excellentia. Relinquitur ergo ſolũ, ut & huic tali omnes pareant, & hic non uiciſsim & quadã ex parte, ſed omnino ſummam rerum teneat. Ac regia quidem poteſtas quot genera complectatur, & utrum è Repub. ſit necne, & quibus utilis ſit, & quatenus, ſatis ſit explicatũ. Quoniam autẽ tria genera Rerumpub. quæ rectè conſtitutę ſint, eſſe diximus, earum optimã neceſſe eſt eſſe eam quæ ab optimis geratur: cuiuſmodi ea eſt in qua uel unus aliquis cæteris uirtute præſtat, aut totum genus, aut multi: quorum alij parêre, alij imperare poſsint, ad optimũ uitæ genus perſequendũ. Et quoniam ſuperiore libro demonſtratum eſt, eandem eſſe neceſſariò uiri ciuisq́; optimę Reip. uirtutẽ, profectò eadem ratione ijſdemq́; rebus uir bonus efficitur, quibus ciuitas ea quæ optimati aut regali genere adminiſtretur, conſtitui poteſt, ut ſit futura eadẽ ferè diſciplina, eademq́; conſuetudo, qua uir bonus & ſapiens, & qua ciuis & Reip. & regiæ poteſtatis efficiatur. His autem ita conſtitutis, iam dicendũ eſt, quo tandem modo optimus ciuitatis ſtatus & eſſe & conſtitui poſsit. Locus ergo quem ſumus deinceps tractaturi, in ea re totus uerſabitur.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIB. IIII.

DOCTRINARVM ET ARTIVM *exemplo declarat, ad ciuilem doctrinam pertinere, ut doceat nõ ſolum quæ ſit omnium optima Reipub. forma, ſed etiam quæ quibus hominibus maximè conueniat. Sunt enim quædam ciuitates, quæ etſi maximè uelint, uti tamen optima Reipub. forma non poſſunt, rebus ſcilicet ad optimam Rempublicam neceſſarijs non ſuppetentibus: tali ergo ciuitati, quæ Reſpublica conueniat, ſtatuere officium eſt hominis ciuili facultate pollentis. Præterea nouiſſe debet quæcunq; Reſpublica fuerit propoſita, exempli gratia, popularis, uel paucorum potentia, quomodo ea inſtitui debeat ab initio, & qua ratione, & quibus legibus gu-* A *bernari. Item quæ ſit omnium communiſsima ratio, id eſt, quæ plurimis ciuitatibus conuenire poſsit. Adhæc cuiuſq; generis Reipublicæ partes, ſeu ſpecies quot ſint, & quæ leges cuiq; Reipublicæ conueniant. Caput I.*

IN omnibus artibus ac ſcientijs ijs quæ non in parte, ſed in toto aliquo genere perfectę uerſantur, uni propoſitum eſt ad cognoſcendum, quid cuique generi conueniat. ueluti quæ cuiq; corpori utilis, quæq́; optima ſit exercitatio (Etenim qui optimè ſit corpore conſtitutus, naturæq́; bonis & adiumentis inſtructus, ei exercitatio optima cõueniat neceſſe eſt) & quæ una plurimis. Eſt enim hoc gymnaſticæ officiũ. Præterea ſi quis ſit, qui nec affectionẽ nec ſcientiam expetat iuſtam eorum quæ ſubiecta ſunt gymnaſticę, nihilominus eſt eius qui gymnaſtica præditus eſt, hanc ipſam uim efficere. Quod idem & in medicina, & in fabrica nauali, & in ſartoris, & in omni alia arte uidemus contingere. Ex quo perſpicuum eſt, eiuſdem eſſe artis opus, & quis optimus ciuitatis ſtatus ſit cognoſcere, & quis ſi adſit, ex ſententia ſuccedat maximè, ut nihil caſus & fortuna in eum poſsit: & quis quibus conueniat maximè, quoniam multi optimum nanciſci certè nequeunt. Ita optimum ciuitatis ſtatum omnino, eumq́ue qui ex ſubiectis rebus optimus intelligitur, nec ſcriptor legũ ignorare, nec is qui uerè ciuilis eſt, B debet: nec præterea tertium, qui ex cauſa optimus intelligatur. Nam & certa quædam cum proponitur initio, quemadmodum inſtituatur, cognoſcendum eſt, & inſtituta quomodo diu ſtare poſsit. Vt ſi qua ciuitas nec optimo ſtatu utatur, eique ſit rerum etiam neceſſariarum penuria, nec uti poſsit, ut eius res ſunt, ſed quodam potius miſeriore. Sed cognoſcenda eſt præterea ea Reſp. quæ ciuitatibus aptiſsima eſt, ut ij tradiderunt, qui de Repub. ſuam dicunt ſententiã: qui ut alia pręclarè dicant, at certè ab utilitate diſcedunt. Non enim optimus ſolum ciuitatis ſtatus cognoſcendus eſt: ſed is etiam, qui talis eſſe poteſt. itemq́; is qui cęteris facilior eſt, pateтq́ue latius. Nunc alij extremũ ſtatum, eumq́; cui magna rerũ abundantia ſit opus, tantummodo exquirunt. alij cum eam dicunt quæ latius manat, Reſpublicas quæ extant euertunt: Lacedæmoniorum, aut aliquã aliam laudãt. Sed ea demum inducenda ciuitatis deſcriptio eſt, cuius ſocietatem facilè ijs opibus quæ ſuppetant, adducti homines, & probabunt, & tueri poterunt, quod nõ minoris negotij eſt Rempub. reſtituere, quàm inſtituere ab initio: ut diſcere iterum, quàm ab initio diſcere. Quocirca pręter ea quę dicta ſunt, is debet qui ſciẽtia ciuili inſtructus eſt, ijs etiam quę ſtant Rebuſp. (ut diximus) opitulari. quod facere is qui ignoret quot ſint Reipub. genera, nullo pacto poteſt. Nunc autem populi paucorumq́ue poteſtatem tantummodo nonnulli eſſe putant: quod cum falſum ſit, cognoſcenda ſunt Reip. genera, & quot modis inter ſe miſceantur. quibus cognitis, & optimæ leges cognoſcendæ ſunt,

ſunt, & quæ cuiq; Reipub. aptæ ſint. Accommo A dandæ ſunt enim ad Reſpub. leges cũ feruntur, & omnes accommodant, non ad leges Reſpublicæ. Nam & Reſpub. deſcriptio eſt ciuitatibus data, quemadmodũ magiſtratus mandentur, quid que in Rep. ſummam habeat poteſtatẽ, ac quis cuiq; ſocietati ſit propoſitus finis, & leges ſeiunctæ ſunt ab ijs qui Rempub. exponant, quarum præſcripto ij qui præſunt, & imperare debent, & eos qui illas uiolant, cauere. Hoc ergo perſpicuum eſt, tenenda eſſe uniuſcuiuſq; Reipub. genera, ut legum ferendarum peritia atq; ratio teneatur. Neque enim eædem poſſunt uſui eſſe ijs omnibus Rebuſpub. quæ in paucorum & populi ſunt poteſtate. ſiquidem plures ſunt, non una Reip. in qua populi ſumma poteſtas eſt, itemq; ea non una eſt, quæ eſt in poteſtate paucorum.

COMMEMORATIS BREVI E*pilogo ijs, de quibus in tertio libro diſputatum fuit, deinceps diſſerendum eſſe ait de Rep. cõmuni uocabulo nuncupata, & de Rebuſpub. deprauatis, ex quibus tyrannidem cunctarum peßimam eſſe dicit, propterea quòd ab optima Repub. hoc eſt, regno deſciuerit: proximè à tyrãnide paucorum potentiã in uitio eſſe, quia longißimè diſtat ab optimatum Republica. Rempublicam uerò popularem in malis medium tenere, quia eſt oppoſita Reipub. communi uocabulo dictæ, quæ ultimũ locum tenet inter rectas.* Cap. II.

QVoniam aũt ſuperiore libro docuimus tres eſſe Reſpub. quæ rectę ſint, regiam poteſtatem, optimatum, & Rempub. earumq; tres mutationes, tyrannidem regię poteſtatis, paucorum poteſtatem optimorum poteſtatis, & populi poteſtatem eius quæ omnino Reſpub. diceretur: quoniamq; & de optimati & de regali genere dictum eſt (nam de optimo ciuitatis ſtatu diſſerere, aliud eſt nihil, niſi de ijs rebus quę illis nominibus declarantur: quippe cum utraq; conſtitui ex uirtute ſeipſa contenta debeat) & præterea quid interſit inter eam quæ eſt in optimorũ, & inter eam quæ eſt in regum poteſtate, & quando regia poteſtas eſſe putanda eſt: reliquum eſt, ut de ea quæ communi nomine Reſpub. appellatur, & de ea quæ eſt in paucorum, & de ea quę eſt in populi, & de ea quæ eſt in tyranni poteſtate diſſeramus. Ac illud quidem perſpicuum eſt, omnium harum mutationũ quæ ſit deterrima, quæq; ſecundas teneat. Primæ enim, quæq; diuina eſt maximè, mutatio deterrima ſit neceſſe eſt. Regalis autem poteſtatis aut ſolum nomen manet cum res nulla ſit, aut propter magnã pręſtantiam extat eius poteſtas, qui ut rex imperat: ita fit, ut tyrannis quæ deterrima eſt, plurimum abſit ab Repub. ſecundo loco ea quæ eſt in poteſtate paucorum: quoniam ea quæ eſt in optimorũ poteſtate, ab ea plus diſtat quàm ea quæ Reſpub. dicitur: medium locũ popularis ſtatus obtinet. Iam quidẽ aliquis ante me ita ſuam de hac re ſententiam expoſuit, ſed non eadem qua ego ratione ductus. Ille enim omniũ earum quæ bonæ ſunt, ut paucorum poteſtatis quæ bona eſt, A cæterarumq; omnium, populi poteſtatẽ eſſe deterrimam, uitioſarum optimã eſſe iudicauit. Nos autem omnino has à bono ciuitatis ſtatu deſciſcere dicimus. nec populare genus aliud alio melius eſſe rectè dicitur, ſed minus malum dicendum eſt. Sed hoc iudicio nunc omiſſo, nobis primùm exponenda ſunt Rerumpub. genera. ſiquidem multa ſunt genera eius Reipub. quæ eſt in populi, & eius quæ eſt in paucorum poteſtate: deinde quæ latiſsimè pateat, quæq; ſecundum optimam ſit expetẽda maximè, & ſi qua alia eſt in poteſtate optimorũ, præclarè fundata & conſtituta, ſed quæ apta ſit plurimis ciuitatibus, quę nam illa ſit: deinde ex reliquis quæ quibus expetenda ſit, explicandum eſt. Alijs enim populare genus magis neceſſarium eſt quàm paucorũ poteſtas, alijs contrà paucorum aptior eſt. Tum demonſtrandum eſt, quemadmodũ is qui has Reſpub. genera dico populi paucorumq; poteſtarũ, probare uelit, cõſtituere debeat. Poſtremò cùm horum omnium mentionem quàm poterimus breuiſsimè faciemus, tum conabimur exponere, quibus rebus & euertantur Reſpub. & conſeruentur tum communiter omnes, tum priuatim ſingulæ, & quibus ex cauſis hæc omnia naſcantur maximè.

VT SINT NON MODO COM*plura Reipub. genera, ſed cuiuſq; generis complures ſpecies, in cauſa eſt, quòd cuiuſq; ciuitatis complures ſunt partes. Alij enim diuites ſunt, alij pauperes, alij mediocres:* B *quidam armati, & militares, alij inermes: item agricolæ, mercatores, opifices, mercenarij, & uaria nobilium genera. Nam cum Reſpub. ſit ordo magiſtratuum, & hæ partes nunc omnes, nunc pauciores, modò plures ſint Reip. participes, neceſſe eſt tot eſſe Reipub. genera & ſpecies, quot ſunt huiuſmodi ordinis diſcrimina: quarum Rerumpublicarum quæcunq; à rectis diſceſſerunt, omnes ſunt, ut ſuprà dictum eſt, aberrationes, ſed ita, ut ex his ſeueriores & magis heriles ad paucorum potentiam, remiſſæ uerò & mitiores ad popularem referantur.* Cap. III.

AC multæ quidem Reſpublicæ ex eo natæ ſunt, quòd multæ ſunt partes cuiuſq; ciuitatis. primùm enim ex familijs omnes ciuitates conſtare cernimus, deinde ex hac multitudine alios opulentos neceſſariò, alios tenues, alios medium locum obtinere. Ex locupletibus & tenuibus quoſdam ad arma aptos, quoſdam non eſſe. Videmus etiam ex populo alios ad agriculturam natos eſſe, alios in mercatura, alios in ſordidis artibus uerſari. Eorum etiã qui ſummo loco nati ſunt, quædam ſunt diſsimilitudines ac differentiæ, alioſq; opibus præſtare uidemus, nonnullos facultatũ copia, ut equos alunt, quod non eſt facile factu ijs qui opibus nõ abundant. Itaq; olim quibus ciuitatibus poſitæ erant in equis copiæ & diuitiæ, apud eas uigebant eæ Reſpub. quæ ſunt in poteſtate paucorum. Vtebantur autem equis aduerſus finitimos hoſtes, ut Eretrij, Chalcidij, & Magnetes, ij qui Mæandrum incolunt, multiq; populi Aſię. Iam uerò ex ijs diſ-

ſijs diſsimilitudinibus, quæ ex diuitijs ſumũtur, A alia ex genere, alia ex uirtute ducitur: & ſi quid tale ciuitatis pars eſſe debet, expoſitum eſt tum cum de Repub. quę eſt in optimorum poteſtate, diceremus. Illic enim diſſeruimus, ex quot quęque ciuitas neceſſarijs cōſtaret partibus. Earum enim partium aliàs omnes, aliàs pauciores, aliàs plures ad ſocietatem ciuilem pertinent. Ex quo perſpicuum eſt, multas eſſe Reſp. neceſſariò, quę inter ſe ſpecie differant, cum præſertim hæ ipſæ partes ſpecie inter ſe differant. Cum enim Reſp. ſit magiſtratuum deſcriptio, quibus mandandis omnes aut facultates eorũ qui eos adipiſci poſſunt, ſequantur: aut cōmunem quandã ipſorum ęqualitatem, ueluti tenuiorum, aut locupletum, aut quandam quæ inter illos cōmunis eſt: efficitur neceſſariò tot eſſe Reſp. quot ſunt excellentiarum & diſsimilitudinũ partiũ deſcriptiones. Sed duæ eſſe maximè uidentur. ut enim uentus dicitur alius Aquilonaris, alius Auſtralis, alij eorum mutationes: ſic Reſp. duæ ſunt, ea quę eſt in populi, & ea quæ eſt in paucorũ poteſtate. Eam enim quæ eſt in poteſtate optimorum, formam ponunt paucorum poteſtatis, tanquam ſit quædam paucorum poteſtas: & eam quæ Reſp. uocatur, ad populi ſtatum referunt. ut uentos, Zephyrum Aquiloni, Auſtro Eurum attribuunt. Quod idem fit in concentibus, quorundam ſententia. Illic enim duo ponunt genera, Dorium & Phrygium: cōfuſiones autem quaſdam Dorias, alias Phrygias nominant. Atq; illi quidem ita de Rebuſpub. ſentire ſolent. Cum autem uerius atque aptius, ut nos explicauimus, duę ſint, aut una certè quæ præclarè conſtituta ſit, reliquas mutationes eſſe dicamus, aliàs eius concentus qui aptè compoſitus eſt, aliàs optimi ſtatus ciuitatis: quatum eas quæ nimium contentæ ſunt, & propius & nimis ad dominatum accedunt, paucorũ poteſtates: remiſſas autem & molles, populares uocamus.

REIECTIS QVIBVSDAM DE*finitionibus, ſtatum popularem ſic eſſe definiendum tradit. Status popularis eſt Reſpub. in qua penes liberorum multitudinem eſt ſumma poteſtas. Paucorum potentia, in qua penes diuitũ paucitatẽ. Deinde exemplo animalis docet, quomodo ſint ſpecies Reip. conſtituendæ. Tum partes ciuitatis octo commemorat, agricolas, opifices, forenſes, id eſt, mercatores omnis generis, mercenarios, militares, conſultores, iudices, & magiſtratus. Sed duæ ſunt, inquit, maximè partes, diuites & pauperes. Rurſus plebs in multas partes ſecatur: nobilitas in quatuor, diuitijs, genere, uirtute, doctrina diſtinctas. Ex dictarum partium copulis diuerſis, diuerſæ Reſp. conficiuntur. Prima ſpecies Reip. popularis eſt, ubi pariter omnibus Reſpub. cōmunicatur. Secũda, cum cenſuum habetur ratio, qui tamen exigui ſint. Tertia, ubi Reſpub. cunctis, ſed qui nõ poſsint exceptione repelli, communicatur lege dominante. Quarta, ubi cuiuis cōmunicatur, qui modò ciuis ſit, lege dominante. Quinta, ubi cætera ſunt eodem modo, ſed multitudo, non lex dominatur: quæ ſpecies non eſt propriè Reſpub. Vbi enim leges non tenent imperium, non eſt Reſpub.* Cap. IIII.

A NOn eſt autem ſtatuendum populare ciuitatis genus, quemadmodum ſolent quidam hoc tempore omnino, hoc modo, id in quo ſumma eſt poteſtas multitudinis: cũ pręſertim in paucorũ poteſtate, & ubiq; maior pars ſummam habeat poteſtatem. Si enim omnes eſſent mille & trecenti, eorumq; mille ſummas opes haberent, neq; trecentos qui pauperes & liberi eſſent, cæteraq; pares ac ſimiles eſſent, in magiſtratuũ ſocietatem uocarent: certè hos nemo populari imperio parêre dicat. Paucorum etiam poteſtas ducenda non eſt ea, in qua pauci Reip. pręſunt. quòd ſi pauci eſſent illi quidem inopes, copioſis autẽ qui plures ſint meliores, nemo paucorum poteſtatẽ appellet: nec hanc talem, ſi cæteri locupletes ſint, neq; ad honores aditus pateat. Popularis igitur ſtatus ciuitatis potius tum habendus eſt, cum liberi: & paucorum, cum diuites ſummã rerum tenent. Sed accidit ut illi multi ſint, hi pauci, propterea quòd liberi multi, diuites pauci ſunt. Etenim ſi in mandandis magiſtratibus uel magnitudinem ſequerentur, ut in Aethiopia, quemadmodum aiunt quidam, aut pulchritudinem, paucorum poteſtas eſſet. Eſt enim parua & pulchrorum & procerorum hominum multitudo. Veruntamen ne his quidem ſatis accuratè hæ Reſpublicæ definiuntur: ſed quoniam multæ ſunt & populi & paucorũ poteſtatis partes, etiam intelligendũ eſt, non eſſe populare ciuitatis genus, ſi liberorum hominum ſit paucitas, qui maiori parti non liberorum hominum imperent. Velut Apolloniæ quæ eſt in Ionio, & Theræ: B in quatũ utraq; urbe, honores adibant ij qui nobilitate præſtabant, & qui primi ex multis, cum pauci eſſent, colonias obtinebant. Popularem etiam ſtatũ non faciunt diuites, ex eo quòd numero præſtent. ut Colophone quondam, ubi multi ante bellum Lydium magnas opes habebant. Sed tum demum populare ciuitatis genus eſt, cũ liberi ac tenues homines plures ſunt, ſummamq; habent imperij poteſtatem: paucorũ autem poteſtas, cum locupletes & nobiles, qui pauci ſunt. Ac Reſpub. quidem plures eſſe, quamq; ob cauſam, dictum eſt. Cur aũt plures ſint, quàm quæ dictæ ſunt, quæq; ſint, & quamobrem, dicamus. In quo initium reperẽdum altius uidetur. Concedimus enim non una parte, ſed pluribus quanq; ciuitatem contineri. Vt enim ſi animantium genera inſtitueremus intelligere, primũ id quod neceſſe eſt omne animal habere diuideremus: ut nonnullas partes in quibus ſiti ſunt ſenſus, & partem quæ conficit cibum, quęque accipit, cuiuſmodi eſt os & ſtomachus: pręterea, quibus partibus unumquodq; animal moueatur. quòd ſi tot ſolum ſint genera, horũ differentias explicaremus: ueluti ſi oris ac ſtomachi plura eſſent genera, & partium earum in quibus ſenſus eſt ſedes, earumque quæ motum cient, profectò coniugationis earum numerus multa animantium genera neceſſariò faceret. quoniã fieri non poteſt, ut idem animal plura oris & aurium genera complectatur: ut cum ſumentur eorum omnes quę poſſunt eſſe coniunctiones, facturæ ſint animantium genera, & tot animantium genera, quot ſunt neceſſariarum partium coniugationes.

tiones: ſic ſit in Rebuſpublicis, de quibus diximus. Etenim ciuitates nō ex una, ſed ex multis, ut ſæpè dictum eſt, partibus cōſtant. Ac una quidem pars eſt eorum, qui in cibo præparando occupati ſunt, quos agricolas nominamus: altera eorum qui in ſordidis artibus uerſantur, ſed ſine quibus ciuitas coli & frequentari nullo modo poteſt. Harum autē artium aliæ neceſſariæ ſunt, aliæ uiuendi, aut bena uiuendi gratia comparatæ ſunt. Tertium genus eſt mercatorum, qui in emptionibus, uenditionibus, mercaturis, & cauponandi arte uerſantur. Quartum eorum qui operas ſuas locant. Quintum genus eſt eorū qui bellum geſturi ſunt, quod non minus eſt quàm illa neceſſariū, ſi modò ijs qui aggrediuntur ſeruire nolint. Non enim fieri poteſt, ut ciuitatis nomine ea rectè appelletur, quæ oara eſt ad ſeruitutem, cū præſertim ciuitas ſatis munita, & ſeipſa contenta ſit. & quod ſeruit, non ſit ſeipſo cōtentum. Itaq; in politia ſplendida eſt, non ſatis accurata de hac re oratio. Ait enim Socrates ex quatuor neceſſarijs conſtare ciuitatem, quos uocat textorem, aratorem, ſutorem, & architectū. Adiungit præterea, tanquam hæc ſatis multa non ſint, fabrum ærarium, eosq; quorum uita omnia in pecudibus neceſſarijs occupata eſt, mercatoremq; & cauponem. Atq; hæc ſunt omnia expletio prioris ciuitatis: quaſi uerò rerum neceſſariarum cauſa omnis ſit conſtituta ciuitas, non bone ſtarum potius, cum fortè temerè ſutores & agricolas deſideret. Eos autem qui ad bellum deliguntur, non antè in parte ciuitatis ducit, quàm auctis imperij finibus & finitimis eam attingentibus ad bellum diſponantur. Atqui neceſſe eſt in ijs qui quartam ciuitatis partem explent, & quibus liber ſocijs eſſe aliquem, qui ius dicat. Quòd ſi animus animantis potius pars quàm corpus, putandus eſt, certè qui ad bellum delecti ſunt, quique iuſtitiæ quæ iudicijs procuratur, ſocietate tenentur, in partibus ciuitatum numerandi ſunt potius quàm ea quæ ad neceſſarium uſum pertinent. Quod eodem modo iudicandum eſt de ijs, qui conſilium capiunt de rebus ciuitatis, quod eſt prudentiæ ciuilis officium. atque hæc utrum ſeparatim nonnullis attribuantur, an ne ijſdem, nihil intereſt, cum præſertim ferre arma, & colere agros ſæpè ijdem ſoleant. Ex quo perſpicuum eſt, ſi & hæc & illa habenda ſunt in partibus ciuitatis, eos etiam qui arma ferunt in parte ciuitatis ducendos eſſe neceſſariò. Septimum autem genus eſt eorum qui facultates miniſtrant & impendunt: quos locupletes uocamus. Octauum eſt eorum qui publica negocia gerunt, & qui gerunt magiſtratus. ſiquidem ciuitas ſine magiſtratibus ſtare nullo modo poteſt. Neceſſe eſt igitur eſſe quoſdam, qui præeſſe poſſint, & Rempublicam his officijs uel ſemper, uel uiciſſim adminiſtrent. Reliqua autem ſunt genera, de quibus modò diſſeruimus, eorum qui conſilium dant, & ius dicunt, ijs inter quos iuris controuerſia eſt. Quòd ſi hæc in ciuitatibus eſſe debent, & coniuncta eſſe cum honeſtate & æquitate, profectò aliqui ſint ex ciuibus neceſſe eſt, qui uirtutis ſint compotes. Atque aliæ in ijſdem habilitates ineſſe

A poſſunt, multorum ſententia. Veluti ijdem ad rem militarem apti aratores & opifices, & præterea qui conſilium dent, iusque dicant. Sumunt autem ſibi uirtutem omnes, ac permultas imperare poſſe exiſtimant: at tenues & locupletes ijdem eſſe non poſſunt. Itaque inopes ac copioſi in partem ueniunt ciuitatis maximè: præterea quia ferè ſit, ut hi pauci ſint, illi permulti, hæ certè partes ciuitatis inter ſe contrariæ uidentur. Quocirca Reſpublicas ex horum præſtantia ſtatuunt & definiunt. ac duo Reipublicæ genera uidentur eſſe, ea quæ in populi, & ea quæ in paucorum eſt poteſtate. Ac multa quidem eſſe Reipublicæ genera, & quamobrem, iam ſuprà dictum eſt. Eſſe autem etiam plebis & paucorum poteſtatis multa genera, dicamus. Quanquam hoc ex ijs quæ dicta ſunt, perſpici licet. Sunt enim & plebis multa genera, & eorum qui nobiles uocantur. ut plebis genus unum eſt aratorum, alterum eorum qui artes tractant, tertium eorum qui in emptionibus uenditionibusque uerſantur. aliud eorum qui mare adeunt, quod genus in multa alia diuiſum eſt. Nam alij in mari bellum gerunt, alij pecuniam faciunt, alij portitores ſunt, alij piſcatores. Multis enim in locis uniuſcuiuſq; horum magna eſt turba: ut Tarenti & Byſantij piſcatorum, eorum qui triremes incitant Athenis, mercatorum Æginæ & in Chio, portitorum in Tenedo. Præterea ſequuntur operatij, & ij qui tam paruas opes nacti ſunt, ut non poſſint eſſe in ocio. Poſtremum genus eſt eorum, qui ex utroque parente ciue libero non

B ſunt nati, & ſi quod tale aliud plebis genus eſt. Patriciorum autem genera faciunt opes, nobilitas, uirtus, diſciplina, & quæ horum dicuntur diſſimilitudines. Ac populare quidem genus, quod primum dicitur, ex æquitate ducitur maximè. Aequum enim ait eſſe lex eius popularis poteſtatis, nihilo plus poſſe tenues locupletibus, nec locupletes maiorem cuiuſquam rei habere poteſtatem, ſed utroſque pares eſſe. Si enim libertas in populi poteſtate, ut quidam exiſtimant, uiget maximè, & æquabilitas, certè hoc ita demum fiet, ſi omnes ex æquo in Reipublicæ ſocietatem ueniant. Et quia plebis maior eſt numerus, ualetque id quod maiori parti uiſum eſt, efficitur neceſſariò hanc eſſe populi poteſtatem. Atque hoc quidem unum eſt populare ciuitatis genus. Alterum eſt, cum in mandandis magiſtratibus cenſum ſequuntur: qui cum paruus ſit, ei qui nactus eſt, permiſſa eſt poteſtas adipiſcendi magiſtratus: ei qui amiſit, non adipiſcendi. Tertium genus eſt, cum ciuibus omnibus aditus ad honores patet, ijs qui culpæ non ſunt affines, lex autem præeſt. Aliud genus popularis ſtatus eſt, cum omnes magiſtratus adipiſcuntur, ſi tantummodo ſit ciuis, legi autem obtemperant. Aliud eſt, cum omnia eadem ſunt, niſi quòd multitudo non lex imperat. Id quod fit, cum plebiſcita ualent, non lex: quod genus populares inuehunt in Rempublicam. Nam in ijs Rebuſpublicis populi, quæ legibus reguntur, non popularis quiſquam exiſtit, ſed optimates imperant. Vbi autem non ualent leges, ibi omnino populares exiſtunt: populus enim illic ſolus princi-

principatum tenet, unus ex pluribus conflatus, quoniam multi renent imperium, non ut ſinguli ſunt, ſed ut unluerſi. Homerus autem utrū hoc popularis imperij genus improbet, an cum multi lunt qui præſunt ſingillatim, incertum eſt. Atque hic quidem talis populus, qui ſingulare tenet imperium, uult ſolus princeps eſſe: proptereа quòd legi nō pareat, exiſtitq; in eo dominandi cupiditas. Quocirca aſſenratores ſunt apud eum iu honore & precio, atq; hic talis populus ſimilitudine ad tyrannorum imperium accedit. Itaq; ijſdem ſunt moribus, & utriq; ineſt bonis dominandi cupiditas: & quemadmodum plebiſcita illic ſunt, ſic hic præſcriptiones. popularisq; idem eſt qui aſſentator: & utriq; ualent plurimū, aſſentarores quidem apud tyrannos, populares apud plebem eius generis. Iſti autem faciunt, ut plebiſcita ualeant, non leges, dum ad populum omnia referunt. Fiunt enim magni propterea, quòd & ſumma eſt populi poteſtas, & in ipſis eſt populi ſita ſentenria. Morem enim gerit populus eorū uoluntati. Iam uerò quoniam ij qui magiſtratus in ius uocant, populi de eo iudiciū eſſe contendunt, & populus libenter cauſæ dictionem audit, fit ut magiſtratus rollantur omnino. Iuſta autē eius reprehenſio uideatur, ſi quis hanc talem populi poteſtatem eſſe dicat, non Remp. quippe cum ubi non ualent leges, ibi nullus ſit Reipublicæ locus. Nam & in rebus uniuerſis leges ualere debent, & de rebus ſingulis proprium magiſtratuū reiq; publicæ iudicium eſt. Ex quo perſpicuum eſt, ſi popularis poreſtas in numero rponenda ſit Rerumpublicarum, at eam certè in qua decretis omnia adminiſtrātur, indignam eſſe quæ iure populatis poteſtatis appelletur nomine, cum præſertim decretum nullum de toto genere poſsit dicere. Ac popularis poteſtatis genera ſic expoſita ſint.

PAVCORVM POTENTIAE QVA *tuor eſſe genera, quæ quoniam ſexto quoq; capite explicantur, hoc loco prætereunda duximus.* Cap. V.

Eius autem quæ eſt in paucorum poteſtate, genus unum eſt, cum in magiſtraribus adipiſcendis ratio facultatū habetur tanta, ut tenues quorū eſt magnus numerus, non poſsint adipiſci: & licet ei qui habeat tantas opes, ad Rempub. accedere. Alterum genus eſt, cum magiſtratus ex paruo cenſu mandantur, & eos quibus deeſt, ipſi deligūt. Ac ſi ex his omnibus creent, id potius ad genus quod eſt in poteſtate optimorum, pertinere uideatur. Sin ex certis quibuſdam, ad eam quæ eſt in paucorum poteſtate pertinet. Tertium genus eſt, cum liberi loco patris accedunt ad Rempublicam. Quartum, cum id fit quod modò dictum eſt: & mos geritur nō legi, ſed ijs qui imperant. Atq; hoc genus ex altera parte reſpondet ijs quæ ſunt in poteſtate paucorum, quemadmodū tyranni ijs imperijs quæ unus gubernat: & ea populi poteſtas, de qua poſtremò dixi, alijs generis eiuſdem. Itaq; hanc talem populi poreſtatem dominatum uocant. Atque hæc ſunt tot genera populi, paucorumq; po-

A teſtatis. Intelligendū eſt autem, multis locis uſu uenire, ut Reſp. in qua leges ualent, ne ſit popularis, cum interim moribus inſtitutisq; popularibus gubernetur. Itemq; rurſus apud alios Reſp. quæ legibus paret, popularis eſt, genere autem uitæ & conſuetudine ad paucorum poteſtatem propius accedit. quod mutatione Rerumpub. fit maximè. Non enim mutant continuò ſtatum ciuitatis, ſed primū contenti ſunt, ſi paulum aliquid alij alijs amplius habeant. Quocirca cum leges ſtant, quæ prius latæ erunt, tum ij ualent qui ſtatum mutant ciuitatis.

COMMEMORATIS STATVS *popularis, & item paucorum potentiæ generibus, primū Reipub. popularis genus eſſe dicit ex paruo cenſu, cum agricolæ, & qui mediocres fortunas habent, ſumma poteſtate Rempub. gerunt, ſed lege. Secundum genus, cum nulla cenſus habita ratione Reſpub. communicatur cunctis, qui nulla generis exceptione repelli poſſunt. Tertiū, cum ſerui duntaxat excluduntur: ſed in his duobus generibus multos ipſa egeſtas & neceſsitas impedit, quo minus gerendæ Reipub. uacare poſsint. Quartum eſt, quum non legibus, ſed multitudinis arbitrio Reſpub. geritur, quod extitiſſe ait, poſtquam ciuitates hominum multitudine, diuitijsq; creuerunt, & merces fuit gerentibus Rempub. propoſita. Eodem modo explicat genera paucorū potentiæ. Nam primum genus eſt, cum plures gerunt Rempublicam cenſibus non magnis, ſed qui modò pauperes repellant, le-* B *ge tamen dominante. Secundum, cum pauciores, & à paulò maioribus, & ab ipſis magiſtratus cooptantur, lege quoq; imperiū tenent. Tertium, cum à maioribus etiamnum, nec omnino receditur à legibus, & filij parentibus ſuccedunt. Quartum, cum pauciſsimi & ditiſsimi non legibus, ſed ſua libidine rem cōmunem gerunt, quorum omniū cauſas reddit.* Caput VI.

Ex ijs autem quæ dicta ſunt, perſpici licet, tot eſſe genera populi, paucorumq; poteſtatis. Nam quoniā neceſſe eſt aut omnes populi partes, quas expoſuimus communione Reipub. teneri, aut quaſdam teneri, alias non teneri: cum genus eorum qui colunt agros, & qui moderatas ac tenues opes nacti ſunt, Reipub. præerunt, eam ex formula legum adminiſtrabunt. Si quid enim agant operis, eis uita uictusq; ſuppetet, cum interim nihil agere non poſsint. Ita cum legem ſibi præficiunt, conciones neceſſarias conuocant. Alijs autem ita ad Rempub. licet accedere, ſi cenſum quem leges præſcribunt, nanciſcentur. Omnino enim non licere omnibus magiſtratus adipiſci, proprium eſt popularis ſtatus ciuitatis. Vt autem in ocio uiuatur fieri non poteſt, niſi facultates ſuppetant. Atq; hoc quidem unum genus populi poteſtatis ex his cauſis extitit. Alterū autem genus natum eſt ex ea, quæ tenetur magiſtrātuum creatione. Nam omnibus ijs quorum generis crimen nullum in eos profertur, ad honores aditus patet, ſi modò uitam trāquillam & ab opere liberā agere poſsint: ob eamq; cauſam

in hac tali populi poteſtate leges ualēt, quia nulli ſunt fructus. Tertium genus eſt, cum licet omnibus ad Remp. accedere qui liberi ſint, & propter cauſam quam dixi, non accedere. Ita in hac quoq; lex ualeat neceſſe eſt. Quartum genus popularis ſtatus eſt, eius quod ſuperioribus temporibus in ciuitatibus extitit. Nam quia multo potentiores & maiores euaſerunt urbes ijs quę initio fuerant, & magna opum copia ſuppeditauit, omnes Rempub. capeſſunt propter nimiā multitudinem, in Reipub. autem ſocietatē & ad gubernacula ueniunt, propterea quòd etiam inopes accepta mercede ceſſare non poſſunt. Ceſſat autem hæc multitudo uel maximè, quòd nihil eam rerum ſuarū cura impedit quæ locupletes impedit, ut ſępè nec in ſe natum ueniant, nec iua dicant. Ita tenuiorum multitudo ualet in Repub. non leges. Ac popularis quidem poteſtatis his de cauſis tot ſunt, ac eiuſmodi genera neceſſariò. Paucorum autem poteſtatis primum genus eſt, cùm multi habent opes, ſed tenuiores non admodum magnas. Licet enim ei qui nactus eſt, ad Rempub. accedere, & quia magnus numerus eſt eorū qui Remp. adminiſtrant, neceſſe eſt non homines, ſed leges ualere. Quo enim longius abſunt ab unius dominatu, neq; tantas habent opes, ut gerere negotium negligant, neq; tam tenues, ut publicè alantur, eo magis legem præeſſe non ſe uolunt. Quod ſi minor ſit eorū numerus, quibus ſuppeditant facultates, & id genus ſit quod prius, ſed maior ſit numerus, tum alterum paucorum poteſtatis genus eſt. Cum enim plus poſsint, cupiditate augendarū opum tenentur. Itaq; ex alijs eos qui ad Rempub. accedunt, deligunt: & quia nondū ita firmæ ſunt eorum opes, ut ſine lege præſint, eam legem ferunt. Si autem minor pars maiores opes habeat, tertium genus paucorū poteſtatis exiſtit, cum ipſi per ſe illi quidem magiſtratus gerunt, ex lege autem quę uult mortuorum liberos ſuccedere. Cum autem maioribus etiam opibus excellunt, & amicorū multitudine, tum hæc poteſtas ad ſingularem principatum proximè accedit, tumq; hominum ſumma eſt, non legū poteſtas: idq; uocatur quartum paucorum poteſtatis genus, quod extremo popularis ſtatus ex altera parte reſpondet.

GENERA RERVMPVB. QVAtuor à pleriſq; memorantur Græcis nominibus, Monarchia, Oligarchia, Democratia, Ariſtocratia: Latinis autē, unius imperium, paucorū potentia, ſtatus popularis, optimatum Reſpublica. His addit Ariſtoteles quintum genus, quod cōmuni uocabulo Reſpublica nominatur. Eſt autem optimatū Reſpublica, quæ à uiris ſimpliciter bonis, id eſt, ſic ex uirtute uera nominatis, gubernatur. Sunt & aliæ Reſpublicæ, quæ optimatū appellantur, non propriè, ſed quia proximè ad hanc accedunt. Cap. VII.

SVnt præterea duæ Reſpub. præter populi paucorumq; poteſtatē, quarum alteram & omnes nominant, & nos appellauimus, unū ex quatuor generibus Reipub. Appellant autem quatuor, regiam poteſtatem, paucorum, populi,

A & optimorum. Quinta eſt ea quæ cōmuni omnium nomine appellatur. Rempub. enim uocāt: ſed quia rarò exiſtit, non eſt eis cognita, qui numerū Rerump. tradere conantur, eum quatuor tantummodo utantur, ut facit Plato in Politiis. Iure quidem optimorū poteſtatem eam de qua ſuperioribus libris diſputatū eſt, appellauimus, cum præſertim ea Reſpub. quæ omnino ex optimis uiris conſtat, non quadam ex parte, aut cauſa bonorum hominum, ſola rectè optimorū poteſtas uocetur. Cū enim in hac una idem ſit omnino uir bonus, qui ciuis, ij qui in cæteris boni ſunt, ex ſua ipſorum Repub. nominantur. Quanquam ſunt quædam quæ ab ijs quæ paucorū dominatu tenentur, & ab ea quæ Reſpub. dicitur, differunt, uocanturq; optimorū poteſtates. Vbi enim non opum modò, uerumetiam uirtutis habetur in deligendis magiſtratibus ratio, hęc ipſa Reſpub. ab utraq; diſtat, appellaturque poteſtas optimorum. Etenim in ijs, in quibus publicè uirtutis ratio nulla ducitur, tamen ſunt nonnulli in honore, & quorum de uirtute opinio eſt. Ergo quæ in Rep. opibus, uirtuti, populoq; mandantur magiſtratus, qualis eſt Carthaginenſium, ea eſt in optimorum poteſtate: eaq; in qua duorum tantummodo ratio habetur, ut Lacedęmoniorū Reſpub. quæ uirtutis & populi ſolum rationem ducit. Ita in ea duarum harum, populi, optimorumq; poteſtatis coniunctio eſt. Ac eius quidem quæ eſt in poteſtate optimorū, præter primum optimum ciuitatis ſtatum, hęc duo genera ſunt: tertium explent eæ, quæ Reſpublicæ uocantur, B ſi quando ad paucorū poteſtatem magis uideantur deflectere.

REDDITA RATIONE ORDInis diſputandi de Reipublicæ generibus, de Republica diſſerit, quæ ſic cōmuni uocabulo nominatur. Eſt igitur Reſpub. adminiſtratio quædam ciuilis, ex paucorum potentia & ſtatu populari conflata: quæ compoſitio ſeu temperatura cum ad popularem inclinat, Reſpublica dicitur: cum uerò ad paucorū potentiam, ſtatus optimatum: quoniam uirtus & nobilitas, diuitias magna ex parte aſſectantur. Item eam ciuitatem bene legibus inſtitutā eſſe dicit, in qua non ſolum bonæ leges ſunt, ſed etiam legibus ipſis obtemperatur. Tria ſunt, inquit, quæ de paritate in Repub. certant, libertas, diuitiæ, uirtus. Diuitum autē & egenorum mixtio Reſpub. nominatur: omnium uerò trium temperatura, ſtatus optimatū dicitur.

Caput VIII.

REliquum eſt, ut de ea quæ Reſpublica communi omniū nomine appellatur, ac de tyrannide diſſeramus. Sic autē deſcripſimus, cùm neq; hęc, neq; eæ optimorū poteſtates, quę modò commemoratæ ſunt, mutationes eſſent, propterea quòd reuera omnes ab optimo ciuitatis ſtatu deflexerunt: deinde quòd cum his enumerantur, ſuntq; earum hæ mutationes, quemadmodum initiò diximus. Poſtremò conſentaneum eſt de tyrannide diſſerere, quòd ex omnibus hæc una indigniſsima eſt Reipublicæ nomine. Cur hunc ordinem ſeruaui, dictum eſt. nunc de Repub. diſputandum eſt, cuius uis & natura

planior

planior eſt, quòd iam expoſita ſint, quæ ad paucorum popularemq́; ſtatum pertinent. Eſt enim Reſpub. paucorum populiq́; poteſtatis commixtio. Solent autẽ Reſpub. uocari eæ poteſtates, quæ ad populi poteſtatem inclinant, & eæ quæ ad paucorum, potius optimorũ poteſtates: propterea quòd in ijs potius qui plus opibus ualẽt, diſciplina & nobilitas ſoleat exiſtere. Præterea habere locupletes uidẽtur ea quorum gratia iniurij alios uiolant. Itaq; & pulchros & bonos & nobiles eos appellant. Quoniã igitur hoc uult, & agit ea quæ in optimorum poteſtate eſt, ut optimis ciuibus præſtantia tribuatur, fit ut eæ etiam quæ ſunt in paucorũ imperio, ex bonis clarisq́; conſtare dicantur. At fieri non poteſt, ut ea Reſpublica quæ ab optimis gubernatur, bonis legibus pareat, & pareat ea quæ à malis: itemq́; ut ea optimis pareat, quę bonis legibus minimè pareat. Neq; uerò bonarum legum deſcriptio habenda eſt, ſi leges bonæ ſcriptæ ſint, & ſalutares, neq; eis pareatur. Itaq; una eſt ducenda bonarũ legum deſcriptio, ſi ſcriptis pareatur legibus. Altera eſt, ſcriptas eſſe præclarè, quibus pareatur. quippe cum obtemperare liceat etiam malè latis. Quod duobus modis fieri poteſt: aut optimis quę in illos ferri poſſunt, aut omnino in optimos. Ea autem Reſpub. quę ab optimis regitur, in eo poſita eſt maximè, ſi honores pro uirtute & dignitate tribuantur. Nam & optimati generi quaſi finis ac terminus, uirtus propoſita eſt, & paucis opes, & populo libertas. Quod autem maiori parti uiſum ſit, ualet in omnibus. Nam & in paucorum & in optimorum & in populari ſta-

B tu, quicquid maiori parti placet, id ratum eſt. Ac in permultis quidem ciuitatibus genus Reipub. uocatur, quoniam ſola locupletum & inopum, diuitiarum libertatisq́; coniunctio exquiritur, & ferè copioſi bonorum ac proborũ partes obtinent. Quoniam autem tria ſunt, quæ de æquabilitate Reipub. diſceptant, libertas, opes, & uirtus (nam quartum quod uocant nobilitatem ex duobus conſequens eſt: præſertim cũ uetus nobilitas in diuitijs ac uirtute poſita eſſet) certè duorum, locupletum & tenuiorum copulatio dicenda Reſpub. eſt: & trium, optimorũ poteſtas una ex cæteris maximè, prima illa & uera excepta. Ac eſſe quidem alia Reipublicæ genera pręter regalem, popularem, paucorumq́; poteſtatẽ, demonſtratum eſt. Illud etiam perſpicuum eſt, quæ ea ſint, & quid inter ſe optimorum poteſtates, & Reſpub. ab optimorũ poteſtate differant, & inter eas non eſſe magnas diſsimilitudines.

DOCET QVOMODO RESPVB. *quæ ſic communi uocabulo dicitur, ex uarijs generibus, id eſt, populari, & paucorũ potentia conſtituatur, quod tripliciter fieri poſſe declarat. Primùm, ſi utriusq; inſtituta ſiue leges accipiantur: deinde, ſi medium eorum: tertiò, ſi partim ex una, partim ex altera inſtituta ſumantur. Erit autem temperatio tunc optima ratione facta, cum eadem Reſpub ſtatus popularis, eadem paucorũ potentia eſſe uidebitur, tum hoc, tum illud: modò utrunq;, modò neutrum.* Cap. IX.

A QVemadmodum autem ex populi paucorumq́; poteſtate ea quæ Reſpub. uocatur, oriatur, quoq́; modo ſtatuẽda ſit, deinceps dicendum eſt. ex quo perſpicuũ erit, quos fines & quaſi terminos populi paucorumq́; imperiũ cõſtituant. Eſt enim earum ſumenda diſtinctio: deinde ſumpta ex utraq; earum ea re in qua ſimiles ſunt, cõmiſceri debent. Sunt autem tres compoſitionis ac commixtionis termini. Aut enim utrunq; eorum, de quibus utraq; poteſtas leges ſanxit, ſumendum eſt, ut de iudicijs: quoniam in ea Republica quę eſt in paucorum poteſtate, diuitibus mulctam dicunt, niſi iudicent, & inopibus mercedem nullam conſtituunt: in ea autem quæ à populo regitur, contrà inopibus mercedem, diuitibus nullum damnum, quod utrunq; quoniam commune eſt illarum, & medium, idcirco ad eam quoq; Reſpub. dicitur, pertinet. ex utraq; enim mixta eſt. Atq; hic unus eſt coniugationis modus. Alter autem eſt, cum medium ſumitur eorum quæ utriq; præſcribunt, ut in concionem uenire, in quo alteri aut cenſum nullum aut certè perexiguum, alteri magnũ ſequuntur. Commune quidem earum neutrum eſt, ſed medium utriusq; cenſus. Tertius modus fit ex duabus præſcriptionibus, partim ex paucorum poteſtatis, partim ex populi lege. Veluti uidetur popularis ſtatus proprium magiſtratus ſortitò creare, paucorum imperij ſuffragijs atq; uoce, popularis etiam poteſtatis non ex cenſu paucorum. Optimi igitur ſtatus ciuitatis propriũ eſt ac Reipub. ab utraq; Repub. utrunq; mutuari: ut à pau-

B corum poteſtate, uocem ac ſuffragia in declarandis magiſtratibus: à populari ſtatu, rationem nõ ex cenſu deligendi. Atq; hic commixtionis modus eſt. Modus autem quo rectè inter ſe mixtæ erunt populi paucorumq́; poteſtates, tum tenebitur, cum poterunt appellari unius Reipub. nomine. Perſpicuũ eſt enim hoc eis uſu uenire, qui appellant, quod rectè mixtæ cõfuſęq́; ſint. Quod idem fit in medio, propterea quòd utrunq; extremorum in eo declaretur. Id quod in Lacedæmoniorum Republica perſpicitur. Multi enim eam appellant populare, quòd multa deſcriptio complectatur eorum quæ popularis ſint propria, cuiuſmodi eſt primò liberorum educatio. Eadem enim eſt locupletum tenuiorumq́; & educatio & inſtitutio. Eadem eſt etiam conſequentis ætatis, & mediæ ratio. Nihil enim inter locupletem & tenuem intereſt. Ita in ſodalitatibus uictus eſt omnium. Veſtem etiam diues & inops ſumunt, quæcunq; à quoq; ſuppeditari queat. Popularia etiam ſtatus eſt ex duobus maximis magiſtratibus, alterum ſuffragijs creare populum, alterum gerere. Nam & ſenes uoce declarant, & Ephoratum adipiſcuntur. Alij autem hanc ipſam Lacedæmoniorum Rempublicam paucorum poteſtati attribuunt, quod multa eius poteſtatis propria habeat. Vt omnes magiſtratus uoce creantur, nullus ſortitione, & pauci mortis ac exilij pœnam irrogant: aliaq́; permulta. Neutrum autem, ſed utrunq; in Repub. confuſa & mixta præclarè cohęrere debet. Nam per ſe, ſuisq́; uiribus ipſa conſeruari, non externis debet: atque ita per ſe, non quòd multi exteri eam uelint ſaluam eſſe &

incolumem (eſſet enim Reſpub. uicioſa, etiam ſi hoc præſidio niteretur) ſed quòd Remp. aliam particula nulla ciuitatis omnino expetat. Quem admodũ quidem Reſpub. conſtituenda ſit, eæq; quæ optimorum imperia uocantur, diximus.

TYRANNVS QVANQVAM RA*tionem Reipub. non habet, cũ leges in ea uim nõ habeant, tamen inter deprauatas Reipublicæ formas annumerari ſolet. Tyrannis autem nõ una eſt, ſed multiplex. Nam regna Barbarorum & Græcorum Aeſymnetiæ, licet uolentibus legeq; imperent, & hac parte regnũ imitentur, tamen quoniam berile imperium in bonos etiam & meliores exercent, idcirco Tyrannides eſſe dicuntur. Proprie tamen tyrãnis intelligitur, quæ in liberos inuitos berile imperium exercet.*

Caput X.

RElinquum autem eſt nobis de tyrannide diſſerere, non quòd multa uerba de ea facienda ſint, ſed ut partem inſtitutæ diſputationis conſequatur. quandoquidem hanc etiam in Reipub. parte enumerauimus. De regia quidem poteſtate ſuperioribus libris diſputauimus, tum cum de ea quæ maximè regalis poteſtas diceretur, diſſeruimus: eſſet ne inutilis an utilis ciuitatibus, quæq; & ex quibus, quoque modo conſtituenda eſſet. Tyrannidis autem duo genera expoſuimus, cum diſputaremus de regia poteſtate, quòd uis earum quodammodo in regiam poteſtatẽ mutaretur, cum lege utraq; imperia conſtarent. Nam & apud Barbaros quoſdam, imperatores qui ſoli præſunt, deliguntur: & quondã apud Græcos nonnulli qui ſoli imperarent eodem modo extiterunt, quos Aeſymnetas uocabant. Sed earum quędam ſunt diſsimilitudines. Nam quòd lege conſtabant, regiæ habebantur poteſtates, & quòd ſoli uolentibus imperarent: tyrannides autem erant, quòd ex libidine ſua domini ritu præeſſent. Tertium autem genus tyrannidis eſt eius, quæ maximè tyrannis uidetur eſſe, quæq; regiæ poteſtati ex altera parte reſpondet. Tyrannis autem ſit neceſſe eſt unius dominatus, qui rationib. nullis geſti magiſtratus reddendis tenetur, paribusq; iisq; qui pręſtantiores ſunt, rebus ſuis, non eorũ qui parent conſulens, imperat. Itaq; non eſt uoluntatium imperium. Nemo eſt enim ſuę uoluntatis iurisq; uir, qui æquo animo tale imperium perferat. Ac tyrannidis quidem hæc ſunt genera.

OPTIMA RESPVBLICA EST, *quæ ex ciuibus mediocres diuitias habentibus conſiſtit. Nam neq; ditiſſimi nec pauperrimi ſunt ad ſocietatem ciuilem idonei. Alteri enim nimis ſuperbi, alteri nimis deiecti ſiunt: alteri cõtemnunt, alteri inuident: alteri imperant ut domini, alteri parent ut ſerui: ciuitas autem ex paribus & ſimilibus conſtare debet, quod mediocribus accidit. Itaq; plurimum ciuitas ex mediocribus conſiſtens conſeruatur, eaq; optima eſt, & à ſeditionibus abhorret. Nam ubi omnes aut plurimi ſunt diuitijs uel paupertate extre-* A *mi, facilè aut tyrannis exiſtit inualeſcentibus locupletibus: aut extremus populus, ſi uincat pauperum multitudo.*

Cap. XI.

QVis autem optimus ſtatus ciuitatis, quodque optimum uitæ genus multis ciuitatibus, atq; omnibus ſit, nec ex uirtute ea ad quam priuati peruenire non poſſunt, homines iudicant: nec ex diſciplina quæ naturam fortuitamq; bonorum ſuppeditationem deſideret, nec deniq; ex Repub. quæ ex animi ſententia accidit: ſed uitam eam omnes eiuſmodi intelligunt, quæ cum multis communicari poteſt, & Rempublicam optimam eam qua multę ciuitates regi gubernariq; poſſunt. Nam quas optimorũ poteſtates appellant, de quibus modò diximus, eæ partim à ſtatu permultarum ciuitatum longius diſcedunt, partim ad eam quæ Reſpub. uocatur, accedunt. Itaq; de duabus ut de una dicendum eſt. De his autem omnibus iudicium ex iiſdem elementis ducitur. Si enim in libris de moribus præclarè dictum eſt, beatam uitam eſſe eam quę uirtuti congrueret, ſi nihil impediat, mediocritatem autem eſſe uirtutem, profectò media ſit neceſſe eſt uita optima eius quam quiſque aſſequi poſsit, mediocritatis. Iidem etiam fines & quaſi termini ſunt neceſſariò ciuitatis, uirtutis, uitij, ac Reipub. Eſt enim Reſpublica uita quædam ciuitatis. Ciuitas autem omnis in partes tres diſtributa eſt, in admodũ locupletes, in ualde inopes, & in eos qui medium horum locum obtinent. Quòd ſi inter omnes conſtat, id quod mo- B deratum eſt ac medium, eſſe optimum, profectò rerum ſecundarum mediocris moderataque abundantia omnium optima eſt. Cùm enim facillimè rationi paret, tum qui præſtanti eſt forma, aut uiribus, aut nobilitate, aut opibus, aut contrà, qui admodum eſt uel pauper, uel imbecillus, uel ignobilis, haud facilè rationi obtemperat. Nam & illorum libido aperta, atque improbitas inſignis eſt, & horum aſtutia atque leuia peccata. Atqui ſcelera alia ex libidine, alia ex fraude naſcuntur. Iam uerò minimè iſti nec tribubus ſe, nec conſilio pręfici patiuntur. quorum utrunque obeſt Reipublicæ, præterea illi tum cum fortuna nimium ſecunda utuntur, ut & uiribus & opibus & amicis & alijs eiuſdem generis excellant, tum parẽre nec poſſunt, nec ſciunt. Idque malum eis à pueritia domeſtica affert educatio. Mollitia enim licentiaque uiuendi corrupti, ne in ſcholis quidẽ morem gerere ſolent. Quos autem nimia harum rerum inopia excruciat, abiecto demiſſoq; ſunt animo. Itaque illi ut pręeſſe neſciunt, & parẽre dominis tantũ ſciunt, ſic illi nullius imperio parent, & domini ritu pręſunt. Ita dominorũ ſeruorumq; eſt ciuitas, nõ liberorum hominũ, quorũ hi inuidentiæ flammis ardent, illi faſtu & arrogantia elati facilè contemnunt cęteros: quæ quidẽ aliena ſunt & ab amicitia & à communione ciuili, cum præſertim ad amorem idonea ſit communio. Neq; enim eadem uia qua inimici, uolũt incedere. Ciuitatis autem hæc uoluntas eſt ac ſententia, ut ex quàm maximè paribus & ſimilibus contineatur. quod cum in mediocribus inueniatur maximè, profectò opti-

optimè gubernetur neceſſe eſt hęc ciuitas his hominibus, ex quib. natura ciuitatē inſtituit abſolucre. Atq; etiā hi ciues ex omnib. maximè in ciuitatibus ſalui & incolumes permanebūt. quòd nec ipſi alieni ut pauperes appetentes erunt: nec alij ipſorum, quemadmodum locupletum, res tenues appetunt: & quia nec inſidiæ eis parabūtur, neç alijs parabunt, ſine metu uiuent. Quocirca præclara eſt illa Phocylidis precatio, Mediocribus optima multa: cum mediocres opes habere cuperet in Rep. Perſpicuum eſt igitur, ciuilem ſocietatem eſſe optimā eam, quæ ab ijs qui mediocres opes habent, & à ciuitatibus ijs præclarè adminiſtrari poſſe, in quibus magna rerū mediocriū, meliorumq́;, ac utrarumq; maximè: ſin minus, alterarum copia ſuppetat. Nam ſi coniunctæ ſint, & magnum momentum afferunt, & nimias rerum contrariarum copias expellunt. Itaq; maximę felicitatis eſt eos qui in Repub. uiuunt, mediocres ac ſatis firmas opes habere: quòd ubi alij admodum magnas nacti ſunt, alij nullas, ibi aut populi ſumma poteſtas, aut paucorū immoderata, aut tyrānis certè ex utraq; nimia poteſtate naſcitur. Etenim ex populi quæ recentiſsima eſt, & paucorū poteſtate tyrannis exiſtit: ex medijs & finitimis multo minus: cuius cauſā mox cum de mutationibus Rerump. agendum erit, afferemus. Perſpicuum eſt autem, eam quæ medium locum tenet, cæteris eſſe anteponendam. Sola enim uacat ſeditionibus. Nam in quibus Rebuſp. multū eſt moderationis, in ijs minimæ ſeditionum & diſsidiorum tempeſtates ſolent exiſtere. Atq; magnæ urbes magis à ſeditionib. B liberę ſunt ob eam cauſam, quòd in eis dominatur mediocritas. At in paruis facilè eſt omnes in duas partes diuidere, ut nihil medium relinquatur, ſintq́; omnes uel pauperes uel opulēti. Atq; eæ etiam quæ in populi poteſtate ſunt Reſpub. ijs ſunt quę à paucis gubernātur, & propter eos qui mediocres moderatasq́; opes habent, & firmiores & diuturniores. Maior eſt enim eorū numerus, & ſæpius ad honores eis patet aditus in ijs quæ populi ſunt, quàm quæ paucorum dominatu tenentur. Aliter, cum ſine his numero uincūt tenues, hic & ſcelera exiſtunt, & illi citò euertuntur. Quod hinc etiam ſciri poteſt, quia optimus quiſque legum ſcriptor, mediocres opes habuit. Teſtis eſt Solon qui in ijs fuit, quod in uerſibus ſuis declarat: teſtis Lycurgus, (neque enim rex fuit) teſtis Charōdas, & ferè alij pleriq;. Ex quibus etiam perſpicuum eſt, quid ſit cur pleræq; ciuitates partim in populi, partim in paucorum ditionem redactæ ſint. Nam quoniam perſæpè in ijs parua eſt eorū qui mediocres opes nacti ſunt multitudo, ſemper utrilibet uincant, ſiue ij qui ipſas opes habent, ſiue plebs: ij qui modum opū tranſeunt, Remp. ad ſe & in ſuam ditionem redigunt, ut uel paucorum, uel populi poteſtas exiſtat. Præterea quoniā ſeditiones & bella naſcuntur inter populum ac locupletes, utrilibet uincant hoſtes, cōmunem Remp. non conſtituunt, neq; æquabilem: ſed uictoriæ præmiū in eo ponunt, ſi in Repub. ſint principes, atq; illi populi, hi paucorū opes resq́; confirmant. Præterea qui Græciæ tenuerunt imperium, cum ſuæ utrique

A Reipub. rationem ducerent, partim eorū populare genus in ciuitatibus conſtituerunt, partim paucorum, in quo non Reipub. rationibus, ſed ſuis ipſorum ſeruierunt. Quibus rebus effectum eſt, ut aut nunquam moderata illa & temperata Reſpub. aut rarò & apud paucos exiſteret. Vnus enim modò eorum qui antea principatum obtinuerunt, hoc ſibi in animū induxit, hāc Reipub. deſcriptionē exprimere. Iamq́; hic mos animos eorum qui ciuitates incolunt, quaſi occupauit, ut pares eſſe nolint: ſed uel ſuperiores eſſe uolīt, uel uictorum ferre ſeruitutem. Illud ergo perſpicuum eſt, quis ſit optimus ſtatus ciuitatis, quaq́; de cauſa. Reliquarum autem Rerump. quoniam multa populi paucorumq́; poteſtatis genera fecimus, quæ prima ponenda ſit, quæ ſecunda: & ita deinceps quæ melior, quæ deterior ſit, expoſita optima, facilè eſt uidere. Quo enim quæque propius ad hanc accedit, eo melior: quo longius abeſt, eo deterior eſt, niſi ex cauſa quis iudicet. Dico autem ex cauſa, quòd etſi alia Reſpub. anteponenda ſit, nihil tamen prohibeat Remp. illā nōnullorū rebus, rationibusq́; magis cōducere.

ANTEQVAM RESPVB. QVAE quibus hominibus cōueniat explicetur, illud ſtatui debet, quod eſt omni Reipub. commune, oportere ad Reipub. cōſeruationem, ut quæ pars ciuitatis Rempub. eſſe ſaluam cupit, hæc potentior ſit, quàm altera. Sunt autem duo in partibus ciuitatis conſideranda: Qualitas, quæ libertate, opibus, doctrina uirtuteq́; & generis nobilitate cōſtat: Quātitas, qua ciuiū numerū, qui ſunt in partibus, intelligimus: B quibus rebus inter ſe collatis uaria genera Rerumpub. exiſtunt. Nam ubi egeni plus numero uincunt, quàm ſuperentur qualitate, ibi Reſpub. popularis exiſtit. Contrà uerò paucorum potentia, ubi diuites magis excellunt qualitate, quàm ſuperentur numero. Itaq; legumlator plurimam rationem mediorum habere debet, ne in extremum malum delabantur. Vbi uerò medij potentiores ſunt quàm diuites, & egeni ſimul, aut certè quàm diuites per ſe, & quā pauperes, ſeparatim, hic magna eſt occaſio Reip. ſtatuendæ, tum ad firmitudinem, tum ad diuturnitatem: plus autem diuitibus tribuere in Repub. quàm pauperibus, perículoſius eſt quàm oppoſitū.

Caput XII.

QVæ autem Reſp. quibus utilitati ſit, ſequitur ut diſſeramus. Ac primū quiddam de toto genere Rerumpublicarū intelligendum eſt, meliorem ac præſtantiorem partem eā quæ Remp. ſaluam & incolumem ſtare uelit, ea quę nolit, eſſe oportere. Conſtat autem Reſpub. omnis ex qualitate & quātitate. Qualitatem autem uoco, ut libertatem, ut opes, ut diſciplinam, ut nobilitatem: quātitatem, ut magnum plebis numerum. fieri autem poteſt, ut & qualitas inſit in altera parte earum quibus ciuitas cōtinetur, & in altera quantitas reperiatur, ut maior ignobilium quàm nobilium, aut inopum quàm locupletum numerus eſſe poteſt. at tantum ſuperare quantitate non poteſt ulla partium, quantū qualitate ſuperetur. Ita hæc inter ſe cōparanda ſunt.

Ac in qua Repub. tenuium numerus eam quam
dixi proportionem uincit, in ea popularis ſtatus
eiusq; genera omnia pro cuiuſq; populi maiori
multitudine ſolent exiſtere. Veluti ſi ararorũ nu
merus uincat, primũ populare ciuitatis genus: ſi
eorum qui in ſordidis artibus uerſantur, ac mer-
cede cõducuntur, extremum, itemq; cætera quę
inter hæc duo locata ſunt. In qua autem Repub.
locupletum aut nobilium multitudo qualitate
pręſtat, aut numero uincitur, in ea paucorum po
teſtas, & unumquodq; eius genus pro popula-
ris multitudinis exuperantia orietur. Sed prudẽ
tis eſt legis ſcriptoris, ſemper in Repub. conſti-
tuenda eos qui mediocres illas res habent adiũ-
gere. Nam ſi leges paucorũ ſtatui aptas ſcribat,
eos qui medij ſunt exquirere: ſi eas quę popula-
ri accommodatæ ſint, eos legibus debet addere.
Vbi autem mediorum numerus, aut utrumque
extremũ aut alterum tãtũmodo ſuperat, ibi de-
mum Reſpub. eſſe ſtabilis poteſt. Neq; enim pe-
riculum eſt, ne quando locupletes cum pauperi-
bus in hos coniurent, præſertim cum nulla con-
ditione alteri unquam adduci poſsint, ut alteris
ſeruiant. Neq; uerò Remp. quæ magis cõmuni
omnium ſeruiat utilitati ſi quęrant, aliam ullam
inueniẽt. Nã & uiciſsim imperare nollent, quod
alterorum alteris fides ſuſpecta erit, & arbiter fi-
delis eſt ubiq; uel maximè, cum ſe mediũ gerat:
& quo quæq; Reſpub. melius confuſa & tempe
rata eſt, eo eſt permanentior. Errant autem mul-
ti etiã qui Reſpublicas eas quæ ſunt in optimo-
rum poteſtate, fundare uolunt, non ſolum quia
plura tribuunt locupletibus, ſed etiam quòd po
pulum in fraudem impellunt. Nam & ex ijs quæ
falſo bona ſunt, tandem aliquando uera mala na
ſcãtur neceſſe eſt: & nimirum maiores locupletũ
opes potius, quàm plebis, Remp. ſolẽt euertere.

DOLIS, QVIBVS DIVITES EGE *nos, & hi uiciſsim locupletes eludere conantur, ad Remp. ſibi uendicandam expoſitis, quod pro utriſq; eſt, id ſumendum eſſe tradit legumlatori ad Remp. quæ iuſta ſit, & utriſq; cõmunis inſtituendam, cuius præcepti ſumma eſt, ut merces pauperibus gerentibus Remp. propoſita ſit, diuitibus autem pœna, ſi munus publicum recuſauerint. Debet autem Reſpub. ijs tantum qui arma tenent communicari, cenſus uerò ea magnitudine conſtitui, ut plures numero ſint, quibus per cenſum Reſpub. pateat, quàm qui per eundem excludantur.*

Caput XIII.

SVnt autem quinq; numero, ea quæ excuſa-
tionis gratia in Rebuſpub. malitioſe in po-
pulum cõminiſcuntur, in concione, in magi
ſtratibus, in iudicijs, in armis, in exercitatione.
Quod ad conciones quidem attinet, hoc afferũt,
in concionẽ uenire omnibus licere, & dici mul-
ctã locupletibus, aut ſolis, aut certè multo maio
rem niſi ueniant in ſenatum. De magiſtratibus
autem, aiunt ijs qui opes habẽt & cenſi ſunt, eoa
non licere eiurare, & tenuibus licere. & in iudi-
cijs, locupletibus fraudi eſſe, niſi ius dicãt: inopi
bus autem impunè eſſe: aut illis magnæ fraudi,
A his leui. Quod Charondas ſanciuit ſuis legibus.
Alicubi ius eſt omnibus, qui profeſsi ſunt, & in
concionem uenire, & ius dicere. Quòd ſi profeſ-
ſi & aſcripti nec in ſenatum ueniant, nec ius di-
cant, eis tum demum graues mulctę irrogantur,
ut & mulcta deterriti profeſsionem fugiant, &
quòd nõ ſunt profeſsi, iudiciorum concionisq;
ratione priuentur. Eodẽ modo de armis & exer-
citatione leges ferunt. Nam & tenuibus licet ca
rere, & locupletibus fraudi eſt. quemadmodum
tenuibus mulcta nulla, ſi non ſe exerceant dici-
tur: & locupletibus dicitur, ut hi propter mulctã
uires experiantur, illi quia illa minimè deterren-
tur, non ſe exerceant. Atq; hæc quidem ſunt, quę
malicioſe & callidè ad paucorũ opes confirman-
das legibus ſanciunt. In ijs autem quæ à populo
reguntur, contrà illis quaſi ex altera parte hanc
fraudem comparant. Nam & inopibus mercedẽ
præbent, ſi in concionem ueniant, iusq; dicant,
& mulctam nullam dicũt copioſis. ut perſpicuũ
ſit, ſi quis rectè hæc miſcere & temperare inter ſe
uelit, eum oportere ea quæ apud utroſq; ſunt, u-
num in locum conferre, ut alijs lucrum apponat,
alijs mulctam dicat. Sic enim inter omnes futu
ra eſt ſocietas, & illo modo Reſpub. ſolum eſt in
poteſtate alterorum. Reſpub. autem ex ijs ſolũ
qui arma habent conſtare debet. cenſus autẽ ma
gnitudo, ſi quis omnino ac ſemel definiat quan-
ta eſſe debeat, explicari non poteſt: ſed ita deniq;
poterit, ſi quis uideat quò ſummus cenſus pro-
gredi poſsit, ut eorum qui ciues ſunt Reip. maio
rem numerũ quàm eorum qui non ſint præſcri-
B bat. Nam ſeditioſi non ſolent eſſe pauperes, ijq;
omnes qui ad honores nõ cõſcendunt, niſi quis
eos uiolet, aut aliquam partẽ facultatum detra-
hat. Quanquam hoc ipſum non eſt facile factu.
Neq; enim ſemper gratioſi ſunt apud plebem, ij
qui Remp. adminiſtrãt. Atq; etiam ſolent in bel
lo tergiuerſari, ſi nec res ad uictum neceſſarias ca
piant, & tamen inopes ſint. quòd ſi quis uictum
præbeat, bellum expetunt. Apud quoſdam autẽ
Reſp. non ſolum ijs qui arma ferunt, ſed ijs etiã
qui arma tulerũt, continetur. Atq; apud Malien-
ſes Reſp. ex his conſtabat, magiſtratus autem ex
militibus deligebantur. Prima etiam Reſp. apud
Græcos exactis regibus ex belligerantibus con-
tinebatur, initio quidem ex equitibus, quòd bel
li uis ac pręſtantia in equitibus ſita ſit. Nam ſub-
lata ordinũ deſcriptione nullus armorum uſus.
eſt. quarum rerum quoniã olim nec uſu ullo ua-
lebant, nec diſpoſitionem ſeruabant, factum eſt,
ut uis in equitibus cõſiſteret. poſtea uerò quàm
urbes creuerũt, ijq; qui in armis erant ualuerũt,
pleriq; Remp. cœperũt capeſſere. Itaq; quas nũc
Reſp. uocamus, priſci populares poteſtates ap-
pellabant. Veteres autem Reſp. à paucis & à re-
gibus gubernabantur, nec iniuria. Cũ enim mul
ti qui mediocres opes haberent, non eſſent pro-
pter hominum penuriam, pauci qui erant & nu-
mero, & ordinis deſcriptione, facilius aliorũ im-
perium ferebant. Quamobrem quidem multa
ſunt Rerump. genera, & cur alia ſint quàm quæ
feruntur (neque enim una eſt modò populi po-
teſtas, neque aliorum) præterea quæ eorum ge-
nerum ſunt diſsimilitudines, & quid ita factum
eſt,

eſt, quiq́; ſit omnium optimus ciuitatis ſtatus, & quæ quibus conueniat diximus.

TRES SVNT POTISSIMAE *partes Reip. conſultores, magiſtratus, & iudices: in quarum partium diſcrimine, Rerump. diſcrimina conſiſtunt: ſolet autem conſultari de pace, de bello, de ſocietate, & de fœderibus. item de ferendis & abrogãdis legibus, de rebus capitalibus, de exilio, de bonorũ publicatione & correctione magiſtratuum, quarũ rerum deliberationes omnes omnibus committi poſſunt, uel omnes quibuſdam, uel aliæ alijs, uel quædam omnibus. Vt omnes conſultent, populare eſt: quod fieri multis modis poteſt. Vt autem quidam de rebus omnibus, ad paucorum potentiam pertinet.*

Partitæ uerò deliberationes & iudicia ad optimatum adminiſtrationem, & Rempub. pertinent.

Caput XIIII.

DE quaq; autem Rep. & generatim & ſeparatim iterum diſſeramus, de ijsq́; quæ deinceps uidenda ſunt, unde æquum eſt, ducamus exordium. Sunt quidem Reſp. omnes in tres diſtributæ partes, quarum cuiq; ſapiens legum ſcriptor conſulere debet: quæ ſi præclarè conſtitutæ ſunt, Reſp. bene erit conſtituta: quarum etiã diſsimilitudines atq; differẽtias, Reip. genera ſequuntur. Earum trium partium una in conſilio capiendo de Rep. cernitur: altera in magiſtratibus, id eſt, qui eſſe, quæq́; eorum auctoritas, & quo tandem modo creari mandatiq́; debeant: tertia in iudicijs & iure cõſiſtit. Ei autem B parti quæ ad deliberandum ualet, belli ac pacis poteſtas permiſſa eſt, itemq́; ſocietatis faciendæ & dirimendæ, & legũ, mortis, exilij, proſcriptionis atq; rationum. Neceſſe eſt autem, aut ciuibus omnibus de ijs rebus omnibus, aut de omnibus nõnullis iudicia permitti: ut uni alicui magiſtratui, aut multis & diuerſis de alijs atq; alijs rebus, uel nonnullis eorum de omnibus, uel quibuſdã de nonnullis conceſſa ſit iudicandi poteſtas. Ac de rebus omnibus iudicium eſſe omnium, populare eſt. hanc enim æquabilitatẽ populus exquirit. Multis autem modis omnes qui multi ſint iudicare poſſunt: primùm ſi unuſquiſque uiciſsim, non uniuerſi, ut in Teleclis Mileſij Rep. atq; etiã in alijs Rebuſp. magiſtratos omnes unà de Rep. deliberant: magiſtratus autem uiciſsim omnes tribus parteſq́; minimæ omnino adipiſcuntur, quoad peruentum ſit ad omnes. Conuenire autem ſolent tum deniq;, cum leges feruntur, & de Rep. agendum eſt, & relaturi ſunt aliquid magiſtratus. Secundo modo, cum uniuerſi iudicãt, & ſolum conueniunt ad creandos magiſtratus, & leges ferendas, & cum de bello ac pace cõſultandum eſt, & rationes repoſcendæ ſunt: de cæteris autem magiſtratus conſilium capiunt, ij quibus certa munera præſcripta ſunt, ad quos omnes uoce uel ſortitione perueniunt. Alio modo, cum ciues ad creandos magiſtratus uel de repetundis conueniunt, cumq́; de bello & ſocietate iungenda conſilium capiundum eſt: cætera autem magiſtratus adminiſtrant, qui uoce quicunq; poſſunt, declarãtur: cuiuſmodi ſunt ij omnes, quos

A periti gerunt neceſſariò. Quarto modo, cum omnes ad res omnes iudicandas unum in locũ conueniunt, & magiſtratuum de re ulla nullum iudicium eſt, ſed ſolum præiudicia faciunt: quemadmodum extremus populi ſtatus nunc adminiſtratur, quem paucorum poteſtati, quæ ad ſeruile imperium ſpectat, & ſingulari imperio tyrannorũ proprio proportione reſpondere dicimus. Atq; ij quidem modi ad popularem ſtatum omnes pertinent. Cum autem quidam de rebus omnibus iudicant, paucorum eſt poteſtatis. Cuius etiam multa genera ſunt. Nam cum ijs uoce declarandis opum mediocrium habetur ratio, ijq́; propter moderatas opes multi ſunt, nec de ijs iudicant, quæ lex iubet, ſed ea ſequuntur, licetq́; ei qui opes nactus ſit, adipiſci: tum imperium eſt illud quidem paucorũ, ſed ciuile, propterea quòd adhibitus ſit modus. Cum uerò non omniũ conſilij capiẽdi poteſtas eſt, ſed eorum qui ſuffragijs declarati, lege imperant, id etiam ut prius, imperium paucorum eſt. Cum porrò ij quorũ eſt conſilij capiundi deliberatio, ſe ipſi creant, liberique loco patris adipiſcuntur, in eorumq́; poteſtate lega ſunt, is ſtatus paucorum ſit neceſſe eſt. At cũ de nonnullis rebus quorũdam eſt conſilium, ut cũ de bello & pace, ac de repetundis omnes conſulant, de cæteris autem rebus ij qui ſummã habent poteſtatem, ijq́; uel uoce, uel ſortitò creantur: tum optimorum poteſtas uel Reſp. eſt. Si uerò ad conſilium capiũdum de quibuſdam rebus ſuffragio, de alijs ſortitò ueniant: & ſortitò uel omnino, uel ex ijs qui deſignati ſint, aut publicè B ſuffragijs uel ſortitò creantur: eorum partim ad Remp. eam quæ eſt in poteſtate optimorũ, partim ad ipſam Remp. pertinent. Ac ea quidẽ pars quæ ad conſultandum ualet, hoc modo diſtincta & ad Reſp. accõmodata eſt: eaq́; diſtinctione quodq; Reip. genus adminiſtratur. Vtile eſt autem ei quæ maximè uidetur nunc in populi eſſe poteſtate (eam autẽ dico, in qua maior eſt populi quàm etiã legum poteſtas) ad melius aptiusq́; conſilium capiẽdum id efficere, quod in iudicijs fit, in ijs Rebuſp. quæ paucorũ dominatu tenentur. Mulctam enim ijs dicũt, quos ius uolunt dicere, ut iudicẽt: populares autem mercede ad id tenues alliciunt. Quod etiam in ſenatu, & in cõcionibus erit perutile. Nã ita deniq; omnes prudentius conſilium capient, ſi in cõmune conſilia conferant, populus cum nobilibus, & hi cũ multitudine. Illud etiam utile eſt, eos qui cõſultent, uoce creari, aut certè ſortitò ex partibus ciuitatis deligi. Atq; etiam perutile eſt, ſi popularium multo maior ſit quàm ciuilium numerus, aut nõ omnibus præmium proponi, ſed ijs qui numero patriciorum proportione reſpondeant, aut ſortitò illos plures excludere. In ijs autem Rebuſp. quæ à paucis reguntur, aut aliquos è plebe antè deligi utile eſt, aut magiſtratib. creatis cuiuſmodi ſunt in quibuſdã Rebuſpu. quos conſules uocant, & nomophylacas, de ijs agere, quæ illi antè facienda decreuerint. Sic enim populus & conſiliũ capiet, & nihil in Rep. poterit euertere. Illud etiam proderit, aut eadem populum ſciſcere, aut nihil contrà quàm quæ referentur: & cõſilij dandi poteſtatem fieri omnibus, magiſtratibus autẽ

cenſendi

cenſendi atq; ſtatuendi. Plebi etiã contrà faciendum eſt, atq; fit in Rebuſp. ut ſumma eius in cenſendo nõ ſit poteſtas, ſed ad magiſtratus eius ſcita referenda. Nam præpoſterè fit in Rebuſp. in quibus paucorum in non cenſendo ualet, in cenſendo non ualet ſententia, ſed ad populum ſemper refertur. Ac ea quidem Reipub. pars quæ in conſilio capiendo uerſatur, hoc modo explicanda & diſtinguenda eſt.

DE MAGISTRATIBVS PRO RA*tione Reip. conſtituendis conſiderare oportet, quot eſſe cõueniat, & ad quæ munera obeunda, & in quod tempus. Item ex quibus creandi ſint, & à quibus, & quomodo. Magiſtratus autem ſiue imperia propriè intelliguntur, quibus deliberandi, uel iudicandi, uel imperandi poteſtas adeſt, ſed potißimum quibus imperandi. Magiſtratus autem quidam ſunt in quaq; ciuitate neceſſarij, quidam non neceſſarij, utiles tamen quibus magnæ & opulentæ ciuitates utuntur. Nam paruæ propter hominum idoneorum paucitatem pluribus neceſſarijs magiſtratibus, interdum hominem unum præficiunt. Videndum eſt etiam, utrum in omni genere Reip. idem magiſtratus ſint inſtituendi, quamuis ex diuerſis hominum generibus: an diuerſi pro diuerſitate Reip. & qui cuiq; Reip. cõueniãt. Conſtituendi uerò magiſtratus rationes uariæ ſunt pro diuerſitate compoſitionum trium terminorum. Sunt autem termini, qui, ex quibus, & quomodo deligere debeant, ut omnes, aut quidam ex omnibus, aut ex quibuſdam, ſuffragio uel ſortibus deligant.*

Caput XV.

SEquitur deinceps magiſtratuum deſcriptio. Sunt enim de hac Reip. parte multæ diſſenſiones, ut quot ſint magiſtratus, quæque eis permiſſa ſint, quantumq́; cuiq; magiſtratui temporis ſit præſtitutum. (Alij enim ſemeſtres faciunt, alij paucorum menſium, quidam annuos, nonnulli diuturniores) & perpetui ne eſſe debeant, an diuturni, an neutrum: ſed ſæpè ijdem, aut non idem bis, ſed ſemel tantũmodo. Prætereà de magiſtratuum creatione, ex quibus deligi, & à quibus, & qua ratione debeant, quæſtio eſt. Nam adeſſe facultas debet, qua & quot modis hæc ipſa fieri queant, & qui magiſtratus, quibus Rebuſp. utiles ſint, explicetur. Hoc autem nõ eſt facile explicatu, quid magiſtratus nomine appellandum ſit. Nam cum præfectis multis ſit opus ciuili ſocietati, certè non omnes qui uoce aut ſortirò creantur, magiſtratus habẽdi ſunt. cuiuſmodi ſunt primũ Sacerdotes, quos in alium numerum, quàm ciuilium magiſtratuum, debemus reponere: deinde Choragi, & Præcones. Suffragijs etiam Legati creãtur. Curationes autem ciuiles, aut omnibus ciuibus ad aliquod officium præſunt, ut dux belli exercitui, aut parti, ut matronarum ornatus arbiter & cenſor, & puerorum magiſter & cenſor. Aliæ ſunt domeſticæ. plerunque enim frumenti menſores creant. Quædam ſunt ſeruiles, & ad quas, ſi opes ſuppetant, ſeruos adhibent. Atqui ij magiſtratus potiſsimũ appellandi ſunt, quibus de quibuſdã rebus dicendæ ſen-A tentiæ & iudicandi, atq; imperandi permiſſa eſt poteſtas: ſed hoc poſtremũ maximè. Imperare enim uim magiſtratus magis indicat. Sed hęc nequeutilia ſunt (neq; enim lis terminum adhuc habuit eorum, quorum in nomine omnis uerſatur controuerſia) neq; huius ſunt loci & temporis. Qui autem magiſtratus ſint, & quot neceſſarij, ſi futura eſt ciuitas, quiq; non neceſſarij, ſed ad benè conſtitutam Remp. inutiles, maiorem quandam affert dubitationem, habita ratione cùm omnis Reip. tum uel maximè paruarum ciuitatum. Nam in magnis quidem poteſt, ac debet uni magiſtratui unũ præſcribi proponiq́; munus. Nam & multi magiſtratus adipiſci poſſunt, quoniam multi ciues ſunt, ut alij intermittantur, alij ſemel gerant magiſtratum: & melius quodq; officium atq; opus diligentia quę unum aliquid molitur, quàm quæ multa, abſoluitur. In paruis autem ciuitatibus, neceſſariò multi magiſtratus paucis mandantur, quòd propter hominum penuriam difficile eſt multos eſſe in magiſtratu. Qui enim his ſuccedent? Eoſdem autem magiſtratus eaſdemq́; leges interdum paruę Reſp. magnæq; poſtulant, niſi quòd illæ ſæpè eoſdem deſiderant, quod his diuturno tempore uſuuenit. Itaque nihil prohibet multas ſimul curationes & poteſtates inſtituere: neq; enim aliæ alias impedient. Ecce pro hominum paucitate magiſtratus † quaſi lucernę, faciendi erũt. Si ergo explicare poſsimus, quot omni Reipub. neceſſarij ſint magiſtratus, quotq́; non neceſſarij ſint, cum eſſe debeant, multo certè facilius hæc cum tenuerimus, quæ uni B magiſtratui munera mandanda erunt, colligemus. Intelligendum etiam eſt, quorum magiſtratuum curæ multa officia pro loco committenda ſint, quæq́; ubiq; in unius magiſtratus poteſtate eſſe debeant. Veluti ornatus & ordo utrũ in foro forenſis, & alius in alio loco, an idem ubiq;, & utrum ex re, an ex hominibus ornatus, ducenda ſit diſtinctio: ut una lex ſit de ornatu, an alia de puerorum, alia de mulierũ ornatu. Et in Rebuſp. an pro cuiuſq; genere etiam magiſtratuum genus, nécne diſtinguatur, ueluti, in populi paucorum optimorumq́; poteſtatibus, & in unius dominatu, ſint ne ijdem magiſtratus qui ſummam habeant poteſtatẽ, non ex paribus hominibus, neq; ſimilibus intelligendi, an in alijs alij: ut in ea Rep. quæ eſt in poteſtate optimorum, ex ijs qui inſtituti ſunt, & docti: in ijs quæ à paucis gubernantur, ex locupletibus: & in populari ſtatu, ex liberis: an quidam ſunt, quorũ diſtinctio magiſtratuum ſequitur diſtinctionem? Eſt ubi ijdẽ conueniunt, eſt ubi differunt. Quodam enim in loco longum tempus, alibi exiguum præſcriptũ eſſe magiſtratibus eiſdem conuenit. Quinetiam quidam priuati ſunt & proprij: ut eorum qui cõſules dicuntur, qui magiſtratus nõ eſt aptus populari poteſtati, ſenatus autem popularis eſt. Nã quiddã debet eſſe eiuſmodi, cuius officiũ ſit populo conſulere, ut ne à ſuis rebus negotijsq́; auocetur: cui muneri ſi pauci præſint, ad paucorum imperium pertinebit. Conſules autem cum pauci ſint neceſſariò, fit ut paucorum attingant poteſtatem. At ubi hi duo magiſtratus ſunt, conſules ſenatoribus præficiũt, Nam & ſenator popularis

Quaſi uero lucernæ. uel Obeliſcolychni Græcè habetur.

laris eſt, & conſul paucorum poteſtatis. Senatus autem auctoritas in ijs popularibus imperijs diſſoluitur, in quibus populus ipſe ueniens in ſenatum, omnia decernit. quod tum uſuuenire ſolet, cum ijs qui in concionem conuocantur, quęſtus præmium iſe oſtenditur. Sæpè enim in ſenatum coguntur, quòd nihil agant, & omnia ipſi iudicent. puarorum autem mulierumq; cenſor, & ſi quis alius magiſtratis tali diligentiæ præficiatur, eius Reip proprius eſt, qui eſt in poteſtate optimorum, nō eius quæ à populo geritur (quo enim pacto prohibere poterunt, ne inopum uxores abeant?) neque eius quæ à paucis, propterea quòd eorum qui pauci præſunt, uxores in luxu uiuunt. Sed de his hactenus. De magiſtratuum autem creatione dicere aggrediamur iam inde ab initio. Tres autem ſunt diſsimilitudinum termini, quibus compoſitis & cōiunctis, omnia genera neceſſariò ſumuntur. Eorum triū terminorum unus eſt, qui ſint qui magiſtratus creent: alter, ex quo hominū genere creētur: tertius quēadmodum creentur. Vniuſcuiuſq; autem horū trium tres ſunt diſtinctiones. Aut enim omnes ciues creat, & aliqui: & uel ex omnibus ciuibus, uel ex certis quibuſdā magiſtratus creant, ut uel cenſus, uel generis, uel uirtutis, uel alicuius eius generis, ut Megaris fœderatorum atq; ſociorum ratio habeatur in mandādis magiſtratibus. Idq; fieri poteſt uel ſuffragio, uel ſorte, ut hęc etiā cōiungantur, aliosq; magiſtratus aliqui mandent, alios omnes ciues, & in quibuſdam mandandis omnium, in nōnullis aliquorum ratio habeatur: alijq; uoce, alij ſortitò mandentur. Vniuſcuiuſq; autem horum quatuor erunt genera diſtinctionis. Nā aut omnes ex omnibus magiſtratus uoce creant, aut omnes ex omnibus ſortitò: & ſi ex omnibus, uel ex quibuſdam partibus, uelut ex tribubus, uel ex populis, uel ex curijs, quoad uētum ſit ad omnes qui ad gerendas res apti erūt, uel ſemper ex omnibus: & eorū partim hoc modo, partim illo. Rurſus ſi qui creent, uel ex omnibus ſuffragio, ac uoce, uel ſortitò ex omnib. ciuibus, aut ex certo numero ſuffragijs, aut ſortitò ex qbuſdā, uel eorū partim hoc modo, partim illo: id eſt alios ex omnib. ſuffragio creāt, alios ſortitiōis. Ita duodecim cōficiūtur rationes, præter duas cōiugationes. Harū autē duę creandi rationes populares ſunt, cū oēs ciues ex omnibus ſuffragio, uel ſortitione deligunt magiſtratus: aut utroq; modo alios ſorte, alios uoce ac ſuffragio creant: cum autem non omnes illi quidē unà deligūt, ſed ex omnibus, aut ex aliquibus ſorte uel uoce, uel utroq; modo, uel aliquos ex omnibus, alios ex aliquibus utroq; modo (cum autem utroque modo dico, alios dico ſorte, alios ſuffragio) tum ea creandi ratio eius propria eſt, quæ Reſpub. dicitur. Cumq; aliqui ex omnibus alios magiſtratus uoce, ſortitò alios creant, uel utroq; modo, nonnullos ſortitò, quoſdam ſuffragio, id ad paucorum poteſtatem pertinet. Magis autē ad paucorum poteſtatem pertinet, cū utroq; modo deligūt. Cum autem alij ex omnibus, alij ex quibuſdam, tū id propriè dicitur ad eam Remp. pertinere, quę eſt in poteſtate optimorum. quod eodem modo iudicandum eſt, cum aliqui uoce,

A alij ſorte mandantur. At cum aliqui ciues ex certis quibuſdam magiſtratus creant, paucorum eſt poteſtatis: & cum aliqui ex aliquibus deligunt, nec fit eodem modo, id eſt aut ſortitò aut uoce omnes: & cum aliqui ex quibuſdam utroq; modo, id eſt alios magiſtratus ſortitione, alios ſuffragio creant. Cū uerò aliqui ciues ex omnibus, & cum omnes ciues ex certis quibuſdam ſuffragio creant magiſtratus, eius eſt Reipub. quæ ab optimis gubernatur. Ac rationes quidē tot ſunt mandandorum magiſtratuum, eæq; hac formula pro Rerump. ratione diſtinctæ ſunt. Ex quibus perſpici licet, qui magiſtratus quibus expediant, aut quemadmodū creari magiſtratus debeant unà cum auctoritate, quiq; ſint. Auctoritatem autem magiſtratus dico, ut poteſtatem uectigalium, & pręſidij ſtationisq; poteſtatē. Aliud enim eſt genus auctoritatis rei militaris, aliud præfecturæ pactorum, forenſium.

TRIBVNALIVM SIVE IVDIciorum differentiæ in tribus terminis cernuntur: *ex quibus ciuibus deligendi ſint iudices, & quibus de rebus ſint iudicaturi, & quomodo ſint deligēdi. Numerat autē octo genera tribunalium pro diuerſitate cauſarum, deinde modos deligendi perſequitur, per ſuffragia, & ſortes, & ex quibus, ex cunctis, uel ex quibuſdā.* Cap. XVI.

Reliquum eſt, ut de ea parte Reip. quæ in iudicijs uerſatur diſſeramus. Iudiciorum etiā eadem ratione modi nobis ſumendi ſunt. B Eorum autē in tribus finibus, & quaſi terminis poſita diſtinctio eſt: ex quib. hominibus, de quibus rebus, & quemadmodum. Ex quibus utrū ex omnibus iudices, an ex aliquibus legātur. De quibus, ut quot ſint iudiciorum genera: quemadmodū, ut ſortitò ne, an ſuffragijs legantur. Ac primò quidē iudiciorū formulæ explicandæ ſunt. Sunt autem octo. Vna, in qua rationes referūtur. Altera, ſi quis Reip. iniuriam inferat. Tertium genus eſt, in quo de ijs agitur quæ ad Rempub. pertinent. Quartum, in quo magiſtratus ac priuati de mulctis diſceptant. Quintum, in quo res inter priuatos cōtractæ, & res graues & magnæ diſceptantur, ac præterea cauſæ cędis, & peregrinorum res. Cauſarum autem cædis genera, ſiue apud eoſdē iudices, ſiue apud alios agantur, ſunt quæ conſultò peccantur, & quæ per imprudentiam, quæq; facta eſſe conſtat, & de iure controuerſia eſt. Quartum genus eſt, in quo ea aguntur quæ reis cædis in reditu ab exilio, obijciuntur. Cuiuſmodi decuria etiam Atheois ἐν φρεάτῳ dicitur. Hæc autem rarò uſuueniunt, etiam in magnis ciuitatibus. Iudiciorū autem peregrinorū unū genus eſt, cùm peregrini cum peregrinis diſceptant: alterum, cum peregrini cum ciuibus. præterea cum cauſæ de rebus leuibus cōtractis, ut quæ unius drachmæ aut quinq; drachmarū ſint, & paulo maioris precij. Nā & de his iudicia fieri debēt, nec in magnum iudicū numerū incidūt. Sed de cauſis cędis, ac peregrinorū, ſatis multa diximus. De ciuilibus autē iudicijs dicendum eſt, quæ niſi præclarè fiant, & ciuibus inter ipſos controuerſiæ exiſtere ſolent, & Rerump. mutationes.

tiones. Neceſſe eſt aotem uel omnes iudices de
omnibus cauſis quæ diſtinctæ ſunt, & explica-
tæ, ſuffragijs uel ſortitione uel omnes de cauſis
omnibus partim ſottitione, partim uoce: aut de
nõnullis eiſdem cauſia alioa ſottitione, alioa uo
ce iudicare. Atq; hi quidem quatuor modi ſunt.
Totidem ſunt eriam alij qui ad partem hominũ
referuntur. Rutſua enim ex aliquibus iudicea le
cti de omnibus cauſia uoce iudicant, aut ex qui-
buſdam lecti ſortitò, aut eatum partim ſortitio-
ne, partim uoce, aut quædam iodicia de ijſdẽ re-
bus fiunt à iudicibus, quotũ partim ſortitò, par-
tim uoce ac ſuffragija legũtur. Iidẽ quidem mo-
di ſunt, quemadmodum dictum eſt, hi qui ſupe-
riorea. Prætetea autem ijdem eruot etiam ſi co-
pulentur, ut alij ex omnibus, alij ex utriſq;, uelu-
ti ſi eiuſdem decuriæ alij iudices ex omnibus ci-
uibua, alij ex quibuſdam legantur, idq; uel ſorti-
tò, uel uoce, uel utroq; modo. Omuea quidẽ mo
dos in quos iudicia ttibui poſſunt, expoſui. quo-
rum primi populatea ſunt, ij omnes in quibus
ex omnibus legi iudicea dictum eſt, ac de cauſis
omnibus iudicare. Alteri paocorũ poteſtati ac cõ
modari ſunt ij, in quibus ex aliquo hominum ge
nere dixi iudicea legi ſolere ad rea omnes iudicã
das. Tertij autem geoeris tationes ad eã Remp.
aptæ ſuni, quæ eſt in poteſtate optimotum, eæ-
demq; ad eã quę uocatur Reſp. pertinent: quan-
do partim ex aliquo hominũ genere, partim ex
omnibus ciuibua iudices leguntur.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIBER V.

IN QVATVOR LIBRIS SVPE-
rioribus de ciuitate & eius partibus, deq; omni Reip. ge-
nere, diſputauit: multaq; de legumlatoris officio, & quo-
rundam erroribus commemorauit. Deinceps de Rerump.
mutationibus, & mutandi cauſis, diſſerit: & quibus rebus
unumquodq; Reip. genus conſeruetur, & quibus uiciſsim
labefactetur, declarat. Caput autem omnis ferè ſeditio-
nis eſſe tradit, quod cum omnes æquum proportione di-
gnitatis eſſe cuiq; tribuendum confiteantur, tamen quidã
cum pares ſint in una re duntaxat, omnium rerum parita-
tem ſibi poſtulant. alij cum una ſint ſuperiores rerum om
nium, maiorem partem ſibi uendicare conantur: quæ cum
ſimul fieri non poßint, ex hac opinionum contentione ſe-
ditiones exiſtunt. Dupliciter autem fit in Rep. mutatio: nã
uel Reſp. tranſit in genus diuerſum, ut cum fit popularis
ex paucorum potentia: uel retenta eadem Reip. forma mu
tantur rectores, aut magiſtratus aliquis nouus inſtituitur,
aut uetus antiquatur: uel ratio Reip. intenditur uel remit
titur, ut fiat, exempli gratia, magis aut minus popu
laris, uel tyrannica. Cap. I.

DE cæteris quidem ferè omnibus,
de quibus inſtituimua dicere, di-
ſputatum eſt. Deinceps uidendõ
eſt, quæ quotq; ſint cauſæ muta-
tionis, interitusq; Rerump. quęq;
in quas potiſsimũ mutentur, ptę-
A ter ea quibua quæq; rebos & publicè & priua-
tim conſeruentur. Hinc aotem primũ capiundũ
exordium eſt. Multę Reſp. extiterunt, inter quas
omnes de iute, & de ea quæ proportione eſt, æ-
quabilitate cõſtat: & ab ijs tamen aberrant, quẽ-
admodũ ſuprà diximus. Popularis enim ſtatus
ciuitatis ex eo natus eſt, quòd ij qui quauis re pa
rea erant, omnino ſe pares & æqualea putareot.
Paucorum autẽ poteſtaa ex eo, quòd omoino ſe
impares inęqualeaq; exiſtimarent, qui aliqua ex
patte erant impares. Nã qui inæqnales opes na-
cti ſunt, ij ſe prorſus inæqualea eſſe exiſtimant.
Deiude alij quaſi pares ſint, in rerum omniũ ſo-
cietatẽ uenire uolunt. alij quod inæquales ſint,
maiores opes habere cupiũt. Quod enim maius
eſt, id inæquale eſt. Iuris ergo Rebuſp. omnibus
aliqua cõmunio eſt, ſed à uero perſectoq; diſtãt
plurimũ. Ob eamq; cauſam quando noo pro ſua
quiſq; opinione utriq; in Repub. obtinent, tum
ſeditiones inter eos diſcordiæq; naſcũtur. Opti-
mo autẽ iure ex omnibus ſeditioſi eſſeor, ſed id
minimè faciunt, ij qui uirtute præſtant. Conſen-
taneum eſt enim maximè, horum omnino cau-
ſam eſſe imparem. Sunt autem oõnulli, qui cum
genere excellant, non ſe dignos qui æqua obti-
neant, exiſtiment, propter eam quam dixi inæ-
qualitatem. Nobilea enim ij demũ uidẽtur eſſe,
in quibua maiorum uirtus ineſt, ac copiæ. Initia
ergo hæc & quaſi fontea ſunt ſeditioonum, unde
ſedirionibus agitantur. Itaq; mutationes oriun-
tur, nec iniuria: interdum ut ex ea Rep. quæ con
ſtituta eſt, in aliam mutetur ſtatus ciuitatis, uelu
B ti ex popolari ſtato in paucorum poteſtatem, uel
in popularem ſtatum ex paucorum poteſtate, &
ex hia in eam quæ Reſpub. dicitur, & in eam quę
eſt in optimotũ poteſtate, aut ex his in illaa: in-
terdum nolunt eam qua otuntur mutari, ſed ean
dem cupiunt, per ſe autem hanc oel illam expe-
tunt: ueluti paocorum poteſtatem, uel unius do
minatum. Prætetea augete uel temittere eã for-
mam qoa otuntur, uolunt, ut cum pauci parent,
magis eſſe in paucorum imperio uolunt, aut mi
nua: uel ſtantem populi poteſtatem mutare uo-
lunt in eã quæ magis minúsue popularis habea-
tur. Itemq; in alija Reip. generibus motationem
requiruot, ut uel augeatur, uel temittatur ſtatus
ciuitatia. & prætetea ut para aliqua Reip. mute-
tur: ueluti ſi quia magiſtratus cõſtituatur, aut tol
latur. Quemadmodũ Lacedæmone ſama eſt Ly
ſandrum dediſſe operam, ut regiam poteſtatem
diſſolueret: & Pauſaniam tegem, Ephoratũ. Epi-
damni etiam aliqua ex parte muraia eſt ſorma
Reip. Nam in tribunorum, id eſt tribuum præfe-
ctorum locum Seoarus ſucceſsit. In Heliæam ue
rò magiſtratus ij etiam qui Remp. gerunt, ire co
guntur, tum cum ſuffragijs magiſtratua aliquis
creatur. Atque etiam ampliſsimus magiſtratus
onus, qoi Archon dicitur, in hac Athenienſium
Rep. ſpeciem gerit eius Reip. quæ paucorum do
minatu tenetur. Inter omnes enim ex diſpari cõ
ditione ſeditio naſcitur, non tamen eadẽ eſt im-
parium ratio. Regia enim poteſtaa perpetua, æ-
quabilitate uacat, ſi pares ei ſubiecti ſint: cũ præ-
ſertim æquabilitatis cupiditate ſeditionib. om-
nia impleant. Eſt autem duplex æqualitas. Alia
enim

enim ex numero intelligitur, alia ex dignitate. Dico autem ex numero intelligi, id quod multitudine aut magnitudine eadem eſt, aut pari. Ex dignitate autem, id cuius eadē, uel par ratio eſt. ueluti pari numero quatuor duo ſuperāt, & hæc unum. Nam duo pars eſt æqualis quatuor, & unum duorum: quippe cum utrunq; pars ſit media. Cum autem conſtat inter homines omnino quid eſſe ius: de eo quod eſt pro dignitate, quēadmodum ſuprà dictum eſt, diſsident alij. quòd ſi qua in re pat eorum cauſa eſt, ſe pares omnino eſſe arbitrantur. alij quòd ſi quadā ex parte ſint inæquales, omnibus quæ inæqualia ſunt ſe dignos exiſtimant. Itaq; duæ Reſpub. exiſtunt maximè, populi & paucorum poteſtas. Nobilitas enim & uirtus in paucis cernitur, hæc autem in pluribus. Nam & nobiles, boniq; uiri nuſquam centum reperiuntur, † & locupletum ubiq; magnus numerus eſt. At omnino & ex omni parte ius perfectū ex alterutra æquabilitate ſtatuere, in uitio eſt. Id quod res ipſa indicat. Reſp. enim eius generis nulla firma eſt, nulla ſtabilis. fieri enim non poteſt, quin ſi principium initiumq; rei malè inſtitutum ſit, ex eo tandem aliquando mali aliquid eueniat. Quocirca partim ea quę ex numero, partim ea quæ ex dignitate ducitur, utendum eſt æqualitate. Attamen tutior eſt, minusq; ſeditionibus patet, populi quàm paucorum poteſtas: quod in ijs Rebuſp. quæ à paucis gubernantur, ſeditionum genera duo exiſtunt, & paucis inter ipſos, & inter ipſos ac populum: in populi autē poteſtatibus inter eos ſolum qui pauci præeſſe uolunt. Nā populo inter ipſum, id quod dignum eſt cōmemoratione, ſeditiones eſſe non ſolent. Præterea Reſp. ea quæ ex ijs conſtat qui mediocres opes nacti ſunt, propius ad popularē ſtatum, quàm ad paucorum accedit: quæ quidē Reſpub. omnium eius generis tutiſsima eſt.

† ἄποροι habent alij codices, non εὔποροι. ergo legendū hic, & tenuium, non locupletū, quod etiam autoris inſtituto congruit melius.

QVONIAM SERMO DE SEDI*tionibus popularibus inſtituitur, tria conſideranda ſunt. Primùm quomodo affecti, quaúe perſuaſione inducti ciues in Rep. ſeditiones moliantur: deinde quibus de rebus contendentes, tum quæ ſint initia & irritamenta ſeditionum. Eſt autem perſuaſio, qua ciues ad diſsidendum inducuntur, quòd quidam ſe pares eſſe putāt alijs à quibus ſuperantur, ſeq; illis uolunt in Reip. cōmodis exæquari. Alij cum pares ſint, ſe ſuperiores eſſe putant, & ſibi Reip. deberi contendunt. Res autem de quibus contenditur, ſunt cōmoda & honores, quibus ſe ciues aut æquari aut præferri uolunt. Principia uerò & cauſæ diſſenſionum ſeptem memorantur, de quibus ſuo loco diſſeremus.* Caput II.

QVoniā autem quæ ſint ſeditionum & mutationū in Rebuſp. cauſæ conſideramus, de toto genere cauſarum & initiorū primū dicendum eſt. Sunt autem tres numero, quę planè primū exponendæ ſunt. Intelligēdum eſt enim quib. animis affecti, & qua de cauſa ſeditiones excitent, quęq; initia ciuilium diſcordiarum motuumq; ſoleāt exiſtere. Ac cōſtitutionis quidē animi, quo affecti ad mutationem procliues

A ſunt, cauſa omnino ea maximè ſtatuenda eſt, de qua iam diximus. Alij enim æqualitatis appetētes, in ſeditione ſunt, ſi cōditionē ſuam deteriorem exiſtiment, cum eadē ſit & par ipſorum cauſa, & eorum qui maiora occupant: alij autē inæqualitatis & præſtantiæ ſtudio trahuntur, ſi cum ſint ſuperiores, non meliorē, ſed parem aut deteriorem conditionē ſuam putent. Hæc autē & iuſtè poſſunt & iniuſtè appeti. Cum enim inferiores ſunt, tum ut pares ſint, ſeditiones cōmouēt: & cū pares ſunt, ut ſint ſuperiores. Ac quo quidē modo affecti homines, ſeditionem in Remp. inuehunt, diximus. Cauſæ autem quæ ut ſeditioſi ſint faciunt, ſunt quæſtus & honos, hisq; contraria. Nā cum ignominiam fugiunt, & damnū, aut cauſa ſua, aut amicorū, ſeditionibus Remp. perturbant. Cauſæ autē & initia motuū, quibus eo, quē dixi, modo affecti ſunt, eas ob res quas expoſui, ſeptem ſunt numero, interdū etiam plures: quarū duæ ſunt eædem quæ ſuperiores, ſed non eadem ratione. Nā quæſtus honorisq; cauſa inter ſe inimicitias exercent, non ut ſibi ipſi adipiſcātur, quemadmodū ſuprà dictū eſt, ſed q. alios uident iure, alios iniuria hæc ſupra modum amplificare. Præterea eò impellit eos luxus, metus, principatus, cōtemptus, ex proportiōe nata amplificatio, itemq; alia ratione contentio, contemptio, paruitas, diſsimilitudo.

DECLARAT QVOMODO RE*rum memoratarū quæq; ſit cauſa & origo ſeditionis. Cōtumelia, inquit, quæ opponitur honori, & quæſtus ſeditio*
B *nem mouent, ſi magiſtratus per libidinē aut contemptum iniuriam & contumeliam inferant, aut habeant quæſtui Remp. aut bona priuatorū inuadunt. Quæ res non ſolum in magiſtratus importunos mouet odiū, ſed etiā in ipſam Remp. quæ magiſtratibus eam licentiā tribuit. Honor uerò, ſi uel ipſi ſine honore ſint, uel alios in honore eſſe indignentur. Excellentia, quum aliquis ſic inter ciues excellit, ut periculum ſit, ne totam ad ſe trahat Remp. uel ſi plures ſint, trahant. Timor dupliciter, uel ne pœnas luant admiſſi criminis, uel ne iniuria afficiantur. Contemptus, cū ij quibus honores non cōmunicantur, ſperni ſe putant. Pudor, quum pudendis hominibus mandantur magiſtratus. Negligentia, cum ciuium incuria ſummo magiſtratui præficitur is cui odio eſt præſens Reip. ſtatus. Exiguitas, cū paruum diſcrimen ad nullum redigitur, ut in cenſibus paruis. Generis diuerſitas, cum aduenis aut inquilinis Reſpub. communicatur.* Cap. III.

QVotum libido & quæſtus quā uim habeāt, quotq; cauſas, facilè perſpici licet. Cū enim inſolentiæ & libidini dedunt ſe magiſtratus, ac ſuprà modum res ſuas augent, tum & ſe mutuis ſeditionibus exagitant, & Reſp. quę hāc licentiam dederunt. Amplificatio autem rerum interdum ex priuatis rebus, interdum ex publicis communibusq; naſcitur. perſpicuum eſt etiā & quid honos poſsit, & quemadmodum cauſa ſit ſeditionis. Nam cum iacent ipſi ac improbantur, cæteros autē cernunt in honore eſſe & precio, ſeditionibus implent omnia. Quæ quidem

iniuria fiunt, cum contra dignitatem aut in honore ſunt aliqui, aut afficiuntur ignominia. iure autem, cum pro dignitate: prçſtantia autem eos in ſeditionem impellit, cũ unus aliquis plus poteſt, aut mulri ciuitatis conceſſu, adiuncta etiam Reip. autoritate. Solet enim ex his talibus uniua dominatus & ſeruile imperium exiſtere. Itaque nonnullis in locis hos tales in exilium ad tẽpus ſoliti ſunt mittere, ut Argis & Athenis. Atqui præſtat Initio cauere, ut ne qui aliqua re tantum excellant, quàm eis quos creſcere ſiueris, pòſt remedium adhibere. Metu autem ad ſeditiones indocendas aggrediuotur, & ij qui iniuriam fecerunt oe dent pœnas, & qoibos inferenda iniuria eſt, ot iniuriam propulſent prius, quàm ipſi aliquo afficiantur incommodo. Quemadmodũ Rhodi clariſsimo quiſque loco oatus in plebem coniurauit, propterea quòd in iudicium adducerentur. Contemptu aotem & ſeditiones inuehũt in ciuitatem, & impetus faciũt, ut in ijs Rebuſp. quæ ſunt in poreſtate paucorum, cũ maior para eſt eotum qui Rempub. non gerunt. Se enim ſuperiores eſſe exiſtimãt: & in populari genere locupletes, contempta & neglecta perrurbarione & licẽtia ciuitatis. Vt Thebis poſt pugnam quæ apod Oeoophytos geſta eſt, cum Reipub. malè gereretur, populi poteſtas interijt. & Megarenſium, cũ ſeditionibus perturbata & oimia licentia diffluens cioitas, uicta & proſtrata fuiſſet: & Syracuſis ante Gelonis tyrannidẽ, & Rhodi populus cõcidit ante defectionem. Naſcuntur etiã ex incremeoto, quod à proportiooe ductum eſt, Rerumpublicarũ mutationes. Vt enim corpus ex partibus conſtat, idq; proportione debet creſcere, ut apta compoſitio membrorum maneat: ſin minus, interit, cum pes trium eſt cubitorum & reliquum corpus duorum palmorum, interdumq; etiam in aliam animantis formam mutarur, niſi oõ ſolum magnitudo eius, uerum etiam qualitas proportione augeatur: ſic ciuitas ex partibus conſtat, quarum aliqua cum augetur, latet. ueluti inopum multitudo in ijs Reſpub. quæ à populo reguntur, & in ijs quæ Reſpub. nominantur. Quod interdum caſu, fortè, temerè contigit, uelut Tarenti uictis & interfectis multis, qui ſummo loco nati erant, à Iapygibus paulo poſt pugnam Medicam, ex eo ſtatu ciuitatis qui Reſpub. dicitur, popularis extitit. Et Argiui, cũ cæſi eſſent milites ſeptimo die à Cleomene Lacedæmonio, quoſdam accolas coacti ſunt accipere in cioitatem. Et Atheois cum terra malè res gereretur, nobiles inferiores fuerunt, quòd bello Lacedæmonio delectu habito militiæ nomẽ darẽt. Quod etiam in populi poteſtate cõtingit, quanquam rarius. Cum enim maior eſt pars locupletum, aut res & opes augentur, tum ad paucos dominatusq; Reſpub. transfertur. Mutãtur etiam formæ Rerumpob. ſine ſeditione, propter contentiones: ut in urbe Heræa, in qua eos qoos uoce declarabant, ſortitò deligere cœperunt, quòd eos qui contenderent inter ſe de honore, ſuffragijs creaſſent. Contemptione etiam ducti, rebos nouis ſtudent, cum ad magiſtratus quorũ ſumma poteſtas eſt, peruenire ſinont eos qoibus chara Reſpublica noo eſt. Quemadmodũ Orei euerA ſa eſt paucorum poteſtas, cum magiſtratus fuiſſet Heracleodorus, qui ex paucorum poteſtate eam quæ Reſp. dicitur, & popularem ſtatum fecit. Prætereа naſcuntur etiam ſeditiones parua de caoſa. paruam autem cauſam dico, propterea quòd plerunq; latet magna inſtitutorum mutatio, cum res parua contemnitur. Vt Ambraciæ parua res erat cenſus, ſed tandẽ nollo cenſu magiſtratus deſcripti ſunt: quòd paulum aut nihil intereſt inter nihil & parum. Ad ſeditionem etiã ſpectat quicquid oon eſt unius gentis, dum unũ idemq; ſentiat. Vt enim non ex quauis multitudine, ſic nec in quouis tempore coaleſcit ciuitas. Itaque omnes qui adhuc conuenas, aut colonos in ciuitatem acceperuot, ferè ſeditiooibus paruerunt: ut Sybari ciuitate Achæos Trœzenij donauerunt, deiode cum Achæi onmero oincerent, Trœzenios expuleruot, ex qoo cladem Sybaritæ acceperunt: qood etiam in Thurijs Sybaritæ contra eos fecerunt, qui illos receperant. Illos enim qui maiores opes habere uellent, quaſi illorum ager eſſet, eiecerunt. Et Byſantij cum imperium in eos aſcititij facere cogitarent, in ipſo facinore eos prælio expuleruot. Et Aotiſſæi cum Chiorum exules recepiſſent, prçlio expulſi ſunt. Zanclæi aoté etiam eiecti ſunt, receptis Samijs: & Apolloniatæ ij qui Pontum Euxinom accolunt, cum aſcititios accepiſſent, ſeditiooibus exagitati ſunt: & Syracuſani, exactis tyrannis, cum peregrinos & cõductos mercede ciues feciſſent, io magnas ſeditiones inciderunt, bellumq; com miſeruut. Amphipolitæ etiam cum Chalcidenſiũ colonos accepiſſent, maxima ex parte ab eis B eiecti ſunt. Multi autem ſunt, qui in eas Reſpub. quæ ſunt in paucorum poteſtate, ſeditiones iouehunt, tanquam illata eis ſit iniuria, qoòd cum ſint pares, ut ſuprà dixi, non paria obtineot: in eas autem quç à populo reguntur nobiles, quòd cum diſpar eorum ſit cauſa, tamen par eorum cõditio eſt. Iu ſeditione autem ſunt interdom ciuitatea etiam propter locos, cum non eſt aptus ager uni ciuitati, ut Clazomenis inter eos q Chytram incolunt: & eos qui inſulam, nata eſt ſeditio, & inter Colophooios & Notienſes. Et Athenis non eodem loco ſunt, ſed populares ſunt potius ij qui Piræum, quàm ij qui urbem incolunt. Vt enim in bellis riuorum etiam exiguorum traiectio phalangas etiam diſsipat, ſic omnis diſsimilitudo diſsidium facere uidetur. Ac maximũ quidem certè diſsidium eſt oirtutis & uitij, deinde diuitiarum ac paupertatis, itemq; aliod alio maius, quorum unom eſt id quod dixi.

CVM EX PARVIS INITIIS SE*ditiones oriantur, res tamen de quibus diſsidetur magna ſunt. Sæpè nanq; res exiguæ occaſiones magnarum diſſenſionum præbent, ut multarum ciuitatum exemplis docet. Sed orta ſeditione de magnis rebus contenditur, interdũq; de ſumma Reſpub. diſsidetur, unde Rerumpublicarũ mutationes exiſtunt, quod dupliciter fit, ui & dolo coniunctim & ſeparatim, uariaq; ratione.* Cap. IIII.

Naſcun-

NAſcuntur autem ſeditiones nō leui de re, ſed ex re leui: in ſeditioue autem ſunt homlnes magnis grauibusq; de rebus. Atq; etiam paruæ tum uel maximas uires habent, cū inter eos quorū ſumma poteſtas eſt oriuntur. Id quod apud Syracuſanos quondā contigit, apud qoos mutata eſt forma Reip. duorū iuuenū qui erant in magiſtratu ſeditione, cui initium fœdus amor dederat. Cum enim alter abeſſet, quidā ex eius neceſſarijs eum quē ille perditè amabat, ſibi adiunxit. Ille autē huic infenſus, eius mulieri ut ad ſe ueniret perſuaſit: hinc eis ſolicitatis qui Rēpub. gerebant, ſeditiones induxerūt in ciuitatē. Quocirca hæc cauēda ſunt ijs qui parent, odiaq; ac diſsidia principum & potentium diſſoluenda ſunt. Cū enim à principio error naſcatur, principiūq; dicatur dimidiū eſſe totius, certè leue peccatū in quod quiſq; initio impellitur, in reliquas etiā partes infunditur. Omninoq; nobiliū ſeditiones in totam etiam ciuitatem malum infundunt. Quod in Heſtiæa accidit, cū mutato populari ſtatu duo fratres de paternis bonis diſceptarēt. Alter enim qui minus ualebat opibus, quòd alter non proferret opes, neq; theſaurum quem pater inueniſſet, populum: alter autem qui magnas opes haberet, locupletes ſibi adiunxit. Delphis etiā cum de affinitate nata eſſet controuerſia, omnium diſsidiorum cauſa fuit, quæ conſecuta ſunt. Cū enim aruſpex malum aliquod portenderet, & ſponſus ueniſſet ad ſponſam, nō accepta ea abijt. At propinqui ſe contumelijs affectos & deriſos putantes, immolantem de ſacris pecunijs expulerūt: deinde, ut ſacrilegum interemerunt. Atque etiam Mytilenis, cum ſeditio ex puellis pupillis nata eſſet, initium fuit magnorū malorum, & belli quod cum Athenienſibus geſtum eſt, in quo Paches eorū urbem cepit. Cū enim Timophanes uir prædiues & copioſus duas filias reliquiſſet, easq; petiuiſſet filijs ſuis Doxander, nec impetraſſet, ſeditioni locum & initium dedit: Athenienſesq; concitauit, cum eſſet ei eū ciuitate uetus hoſpitium. Apud Phocenſes etiā cum ortum eſſet, de muliere orba & magna hæreditate aucta diſsidium, inter Mnaſeam Mneſonis, & Eutycratem Onomachi patrem, diſsidiū hoc cauſa ſacri belli extitit. Mutata eſt etiam Reſpub. Epidamni ob rem uxoriam. Nā cum quidā filiam deſpondiſſet, ut ei mulctā dixit pater ſpōſi, cum magiſtratuum, quorum ſumma eſt poteſtas, alter fuiſſet, eos qui extra Rempub. erant, quaſi uiolatus adhibuit. Trāsfertur etiam ſtatus ciuitatis ad paucos, ad plebem, & in eam formā ciuitatis recidit, quæ Reſpub. dicitur, cum aliquis magiſtratus aut pars aliqua ciuitatis eſt in honore ac precio: ut in Areopago Senatus, cum ex bello Medico magnam gloriam reportaſſet, Rempublicam quæ à populo regebatur, auxit. Et rurſus multitudo nautarum, cum uictoriam ad Salaminam peperiſſet, & propter hunc principatum, & quòd mari polleret, populi poteſtatem firmiorem reddidit. Et Argis clari homines cum gloriam in pugna quæ Mantineæ geſta eſt cum Lacedæmonijs, adepti eſſent, popularem ſtatum conati ſunt euertere. Syracuſis etiam populus uictoriæ belli quod contra Athenienſes

A commiſſum eſt, auctor, ex ea forma ciuitatis quę Reſpub. dicitur, in eam quæ eſt in populi poteſtate mutatus eſt. Et Chalcide populus ſublato Phoxo tyranno cū clatis hominibus, ſtatim Rēpub. tenuit. Eodēq; modo Ambraciæ populus, eiecto unà cum ijs qui in Remp. imperium faciebant Periandro tyranno, in ſuam ditionem Rēpub. redegit. Omninoq; hoc intelligendum eſt, eos qui potentię & auctoritatis auctores fuerūt, & priuatos & magiſtratus, & tribus, & uno nomine partem & quamuis multitudinem, ſeditionibus omnia implere. Aut enim ij qui horū gloriæ inuidēt, ſeditionis auctores ſunt: aut iſti propter præſtantiam pares eſſe nolunt. Atq; etiam Reip. forma mutatur, cum partes ciuitatis quæ uidentur contrariæ, inter ſe adæquantur. Cuiuſmodi ſunt locupletes & tenues: mediocritas parum, aut nihil omnino. Si enim multum excellit pars quælibet, quod reliquum eſt, cum eo quod perſpicuè præſtantius eſt, non uult in diſcrimen ſe offerre. Itaque præſtanti uirtute uiri, haud ſeditioſi ſunt, quòd pauci ſunt collati cum multis. Ac omnino quidem in omnibus Rebuspublicis & ſeditionum & mutationum initia eiuſmodi ſunt. Euertunt autem Reſpub. alias ui, alias dolo & fraude. Vi, uel iam inde ab initio, uel pòſt, neceſsitate impoſita. Etenim fraus duplex eſt. Interdum enim cùm fraude egerunt, primum aliorum ſumma uoluntate Rempublicam mutant: deinde ijs inuitis, ui Rempub. obtinent. Vt cum quadringenti tyranni eſſent, populum in fraudem egerunt, cum dicerent regem pecuniā

B ad bellum quod cum Lacedæmonijs gerendum erat, eſſe præbiturum. Ita mendacio & fraude Remp. tenuerunt. Interdum autem cum initio perſuaſerunt, etiam poſtea eis uoluntate ſua adductis, imperant. Atq; omnino quidē ex his cauſis Rerump. mutationes oriuntur.

CAVSAS DEINCEPS PERSE*quitur, quæ cuiq; generi Reip. mutationem afferunt. Primumq; de populari diſſerit, quam multis modis euerti, mutariq; docet, aſſentatorum popularium improbitate. Vno modo coactis diuitibus in populum conſpirare, dū uel ipſi priuatim calumniantur diuites, uel populum in locupletes concitant, qua ratione popularis Reſp. in paucorū potentiam mutatur, ſed interdū aſſentatores ipſi populares Remp. inuadunt, fiuntq; tyranni.* Cap. V.

SIngillatim autē facta uniuſcuiuſque generis Rerump. partitione, ex eis effecta cognoſcēda erunt. Ac popularis quidem ſtatus unus ex omnib. mutatur maximè, propter nonnullorum qui auram popularem aucupantur, effrenatam licētiam. Nā & priuatim calumniando, eos qui opes habent inter ſe cōiungunt (compellit enim in unum cōmune periculum, etiā inimiciſſimos) & publicè multitudinē concitādo, quod in multis iam factum uidere licet. Nam & in Co inſula populi poteſtas, cū mali populares eſſent, concidit, nobilium cōiuratione: & Rhodi. Nam cum populares ſtipendium cogerent, uetarentq; mercedem pręfectis triremium dari: illi iudiciorum metu coacti, coniuratione populi poteſtatē

A fundirus ſuſtulerunt, Euerſa eſt etiam popularis poteſtas Heracleæ, ut primum colonia deducta eſt, idq; tribunorum plebis iniquitate. Nam cum ab eis ulolati patricij eiectique eſſent, illi deinde conferti, cum ab exilio rediſſent, populi poteſtatem diſſoluerunt. Eodemq; modo Megarẽſium ſtatus popularis corruit. Nã tribuni plebis ut pecunias publicare poſſent, multos patricios in exiliũ miſerunt, quoad magnus eſſet numerus exulum. At illi reuertentes, prælio uicerunt populũ, Remq; publicam ad paucos trãſtulerunt. Quod idem etiam Cumis accidit, ſtante populi poteſtate, quam Thraſymachus ſuſtulit. Eodemq; ferè modo cernere licet cæteris Rebuſp. mutationes incidiſſe. Nam aliàs, ut iniurijs faciendis ineant gratiã à plebe, patricios concitant, ad ſtudiumq; rerum nouarũ impellunt uel bonorum diuiſione, aut fructuum ad munera publica ſuſtinenda trãslatione. Aliàs criminationib. idẽ faciũt, ut diuitum bona publicare poſsint, & proſcribere. Olim autem cũ eſſet idem tribunus plebis & imperator, Reſp. in tyrannos incidebat. Nam maxima ferè ex parte ueteres tyranni ex tribunis plebis extiterunt. Cur autẽ tum eſſent, nũc nõ ſint, in cauſa eſt quod tum ex imperatoribus erãt tribuni plebis: nondũ enim ualebant dicendo. His uerò temporibus quibus ars Rhetorica floret, qui aliquid dicendo poſſunt, plebis illi quidẽ patroni ſunt: imperitia autem rerum bellicarũ nouis rebus non ſtudent, niſi fortè paulum aliquid tale extitit. In tyrannorum etiam ditionem magis Reſpub. olim redigebatur, quàm nunc, quod magnos magiſtratus quidã tum adipiſcebantur, B ut Mileti Prytaniam. Multa enim magna erant, in Prytanis poteſtate: præterea quòd paruę tum erant urbes, & populus in agris uiuebat, & in opere erat, præfecti plebis tum deniq; tyrannidẽ affectauerunt, cum idonei bello eſſe cœperunt, quod populi gratia freti omnes perfecerunt. Ea autem perſuaſio locupletum odio nata eſt. Vt Athenis Piſiſtratus, cum inimicitias cum Pediacis exercuiſſet, & Theagenes Megaris cæſo locupletum pecore, quod ad flumen in paſtu ceperat. Dionyſius etiam cum Daphnæum locupletesq; accuſaret, ad ſe unum ut dignum Rempub. tranſtulit, cum propter inimicitias ſe eſſe popularem probaſſet. Mutantur etiam Reſpub. ex auita & uera populi poteſtate, in eam quę his paucis annis inuenta eſt. Vbi enim ſuffragijs magiſtratus creantur, neq; cenſus ratio habetur, & plebs eos mandat, ibi tribuni plebis imperij cupiditate, eò loci rem deducunt, ut populus plus etiam quàm leges poſsit. Vt autem id ne fiat, aut fiat rarius, tribus eos creare debet, non uniuerſa multitudo. Ac ex his quidem cauſis popularis ſtatus exiſtunt mutationes.

VNA RATIO MVTANDI PAV*corum potentiam eſt, ſi pauci dominantes iniuria afficiant multitudinem, quæ laceſſita conſpirationem facit, deiectiſq; paucis Rempub. occupat. Altera eſt diuitum inter ipſos diſſenſio, quæ multiplex eſt: modò enim à diuitibus priuatis ſeditio naſcitur, indignantibus ſibi non cõmunicari Rempub. quam perpauci ſuo arbitratu moderentur. Modò ſeditio ex ipſorum paucorum contentione oritur, cum eorum aliquis dux & aſſentator popularis, ipſorum quaſi turbæ fit. Quandoq; cum eorundem paucorum quiſpiam ſe turbæ populari contra ipſos paucos ducem & aſſentatorem præbet. Item cum pauci ad pauciores rediguntur: tunc enim excluſi ſeditionem mouent. Præterea cum ex ipſis paucis quidam per luxum patrimonia conſumpſerunt: tales enim rebus nouis ſtudere ſolent, ut uel ipſi tyrannidẽ inuadãt, uel alij auctores inuadendi fiant. Item cum ſummi magiſtratus non paucis cunctis communicantur, quod eſt unam paucorum potẽtiam alteri addere. Quandoq; præfectus præſidij tyrannidem inuadit. Itẽ ex mutuis paucorũ iniurijs ſeditiones exiſtunt, quæ Rempub. euertunt. Adhæc ex crudelitate & auaritia paucorũ imperantium. Præterea caſu tum Reſp. tum paucorum potentiæ mutantur: ut ſi manente eodem cenſu, temporum felicitate precia poſſeſsionem augeſcant: ſed mutationes modò in diuerſum genus, modò in aliam formam, ſed intra idem genus fiunt.*

Cap. VI.

EA autem Reſp. quæ eſt in poteſtate paucorum, duobus potiſsimũ modis perſpicuè mutatur: uno, ſi plebi ab illis inferatur iniuria. Cum enim q[illegible]bet idoneus eſt huius rei auctor, tum uel maximè quando ita accidit, ut princeps ex ipſa paucorum poteſtate naſcatur. Quod Naxi Ligdami uſuuenit, qui poſtea Naxijs tyrannus imperauit. Habet etiam initium ſeditionis, quod ab alijs proficiſcitur, diſtinctiones. Nã interitus Reip. interdum autores ſunt ipſi locupletes, ſed tum cum magiſtratum nullum gerunt, & pauci admodum honores adipiſcũtur. Quod Maſsiliæ, Iſtri, Heracleæ, alijsq; urbibus cõtigit, in quib. fratres maiores natu primũ, deinde rurſus minores, quibus ad honores aditus non patebat, finem non fecerunt ſeditionũ, quoad Reipublicæ ſtatum commutauerint. Neq; enim aliquibus locis ſimul pater & filius magiſtratũ adipiſcuntur, alicubi maior natu & minores. Atque hic quidem paucorum poteſtas ad ciuilem ſocietatem propius accedit. Iſtri autem ad plebẽ peruenit. Heracleæ uerò à paucioribus ad ſexcẽtos. Cõmutata eſt etiam Cnidi popularis poteſtas, mutua patriciorum ſeditione, quòd pauci magiſtratus adipiſcerẽtur: & quòd quemadmodum dixi, ſi pater adipiſcatur, filio aditus nõ patet: nec ſi plures liberi ſint, niſi maximo natu. plebs enim cum illi in ſeditione eſſent, delecto ſibi præfecto ex patricijs, facto impetu uicit. Infirmum enim eſt quicquid eſt in ſeditione. Atq; etiam Erythris cum * reginarum ſtaret poteſtas, quanquã Remp. præclarè adminiſtrabant, tamen moleſtè ferens populus ſe paucis parẽre, Reip. formã ſtatumq; mutauit. Euertũtur etiã per ſe ipſæ paucorũ poteſtates, populariũ contentionibus. Cõciliandę aũt plebis ratio eſt duplex: una, quæ in ipſis paucis cõſiſtit. Sunt enim qui plebis aurã aucupentur, etiam ſi pauci ſint. Vt Athenis cũ triginta tyrãni imperarent, Charicles triginta collegarum qui plebi aſſentarentur, opera cõfirmauit:

Videtur melius eſſe, ſi Græcè legas [Greek, illegible], quàm [Greek, illegible]: hoc eſt, regiorũ quàm reginarum. Ab Androclo enim Codri regis filio ꝗ ducebãt genus Baſilidæ uocabãtur.

& cum

& cum quadringenti imperarent, Phrynichus. Quod eodem modo iudicandum eſt, cum ij qui in paucorum poteſtate Remp. adminiſtrant, plebis aſſentatores ſunt: quemadmodum Lariſſę ciuium cuſtodes quos uocant, quòd ipſi ſuffragijs plebis creantur, eam colũt. Idemq́; fit, in quibus paucorum imperijs non ij magiſtratus ſuffragijs creant, quorum ordinis ſunt magiſtratus, ſed cũ in magiſtratibus mãdandis magnorum cenſuũ uel ſodalitatũ ratio habeatur, magiſtratus ipſos ij qui arma ferunt, uel populus uoce deligit. Qđ quidem Abydi contigit. Id fit etiam ubi iudices non ex ijs qui Remp. gerunt leguntur. Qui enim plebi aſſentantur, propter iudiciorũ cauſas Rempub. cõmutare ſolent. quod Heraclææ, quæ eſt in Ponto, factum eſt. Quod idem fit, cum nõnulli ad pauciores Remp. trahunt. Qui enim æquationem uolunt, ij à plebe pręſidium & auxilium petere coguntur. Fiunt etiam paucorum poteſtatis mutationes, cum ſua licenter & libidinoſe uiuendo effundunt. Hi enim tales homines rebus nouis ſtudent, & uel tyrannidem affectant ipſi, uel alium ei parãt: quemadmodũ Syracuſis Hipparinus Dionyſium, & Amphipoli is cui nomẽ erat Cleotimo, colonos Chalcidenſiũ duxit, qui cum ueniſſent, eorum in locupletes odium concitauit. Et Æginæ is qui rẽ perfecit, quæ ei erat cũ Charete, ob eam cauſam Remp. mutauit. Aliàs ergo conãtur aliquid cõmutare, aliàs Remp. diripiunt. unde inter hos ſeditiones & diſsidia naſcuntur, uel cum his latronibus bellum gerũt. Quod in urbe Apollonia contigit. Paucorum autem ſtatus ſi unum idemque ſentiat, haud facilè per ſe interit. Quod ex Pharſaliæ Rep. intelligi licet, in qua cum pauci ſint qui Remp. gerant, tamen iamdiu principatum tenẽt: propterea quòd pręclarè ſe in imperio gerunt. Euertuntur etiam tum, cum in Remp. quæ eſt in poteſtate paucorum, alia eiuſdem generis inuehitur. Quod tum fit, cum Reſp. uniuerſa parua eſt, & omnes qui pauci ſunt maximos magiſtratus non adipiſcuntur. Quod Elidi aliquando uſuuenit. Nam cum à paucis gubernaretur Reſp. ſenes omnino pauci erant, quòd perpetui erant cum eſſent nonaginta: ratio autem creandi ſuffragijs ad dominatum ſpectabat, ſimiliſq́; erat Lacedæmoniorum Senibus. Mutantur autem paucorum poteſtates & in bello & in pace. In bello, propter plebis infidelitatem, alijs militibus coguntur uti. Qui enim præficitur, is ſępè tyrannus efficitur: quemadmodum Corinthi Timophanes. qui ſi plures ſint, ipſi ſibi dominatum uendicãt. Interdum autem hoc metu coacti, ad Reip. gubernacula populo aditum patẽre uolunt, quòd populo cogantur uti. In pace autem propter mutuam infidelitatẽ rem cõmittũt militibus & magiſtratui, qui medius utriq; parti conſulit, iſque interdum utrorumque ſummam poteſtatem habet: quod in urbe Lariſſa contigit, tum cum in magiſtratu eſſent Aleuadæ ij qui ad Samum imperium tenuerũt: & Abydi ſtantibus * ſodalitatibus, quarum una erat ea quæ Iphiadæ fuit. Diſsidia etiam fiunt ex eo quod alij ab alijs uexantur in populari poteſtate, & quòd nuptiarum, aut iudiciorum cauſis ſeditionibus exagitantur: quales ſunt de iure cõ-

*Factionib.

A nubij, quas ſuprà expoſui. Paucorum etiam Eretriæ ſtatum, qui erat in equitum poteſtate, Diagoras ſuſtulit, cum ei ob rem uxoriam illata eſſet iniuria. Ex iudicio autem fori, ſeditio Heracleenſis extitit, & Thebis ſtupri cauſa, cum iure, ſed ſeditione orta ſumptum eſſet ſupplicium ab Heracleenſibus de Eutione, à Thebanis de Archia. Inimici enim ſuis certaminibus perfecerũt, ut in foro ad palum deligarentur. Multæ etiam Reſpub. quòd nimium ad dominatum ſpectarent paucorum poteſtates, à nonnullis ciuibus moleſtè ferentibus euerſæ ſunt. Cuiuſmodi eſt Gnidiorum & Chiorum paucorum poteſtas.

Atque etiam caſu cõmutantur, & eæ quæ Reſp. uocantur, & eæ quæ ſunt in poteſtate paucorũ, in quibus deſcriptus eſt cenſu Senatus, & iudicia & cæteri magiſtratus. plerumque enim cenſus primum præſcriptus, tempus quod adeſt, quodq́; præſens eſt, ſpectat, ut in paucorum poteſtate paucis, in ea autem quæ Reſp. dicitur, ijs qui mediocres opes nacti ſunt, ad illos honores liceat aſcendere. Nam cum pax aut alia proſpera fortuna, ſuppeditationem affert bonorum, ferè fit, ut eadẽ bona cenſu maiore digna ſint. Ita omnibus ad omnes magiſtratus aditus patet, aliàs cum ſenſim & paulatim mutatio fit quæ lateat, aliàs etiam cum celerius. Atque ab his quidem cauſis & commutationes exiſtunt Rerump. quę in paucorum ſunt imperio, & in eis ſeditiones. Omnino autem & populi, & paucorum poteſtates non in contrarias Reſp. mutantur, ſed in eas quæ ſunt generis eiuſdẽ: ueluti ex legitimis po-
B puli, paucorumq́; imperijs in ea, in quibus homines, non leges ualent, ex hisq́; in illa mutãtur.

MVLTIS EX CAVSIS SEDITIO*nes in optimatum Rep. cõmouentur. Primùm ob hoc tantum quod pauci ſunt, qui Reip. præſunt, ut ſuperiore capite de paucorum potentia præſertim in exemplo Baſilidarum memoratũ eſt. Sed cauſæ potiſsimæ ſunt, quum præter optimates ſunt alij in ciuitate, qui ſe illis uirtute non inferiores eſſe putant: uel cum uiri uirtute præſtantes indignè tractantur ab honoratioribus, uel ad honores non admittuntur. Præterea cum alij ditiſsimi ſunt, alij pauperrimi. Item ſi quis magnopere emineat, & habeat tyrannidem occupandi facultatem. Sed tunc maximè Reſp. & ſtatus optimatum euertitur, ſi ius in ipſa Rep. uioletur. huius enim mali origo eſt in eo quòd non rectè Reſp. popularis cum paucorum potentia in Rep. mixta eſt, nec Reſp. popularis & paucorum cum uirtute in ſtatu optimatũ. Quo fit ut hi ſtatus modò in paucorum potentiam, modò in popularem tranſeant, ſed omne genus Reip. nunc interno & domeſtico malo, ut declaratum eſt, euertitur, nunc ab externis potentioribus qui talem ſtatum ciuitatis non probant, deletur.*

Caput VII.

IN ijs autẽ Rebuſp. quæ ſunt in poteſtate optimatum, ſeditiones & diſsidia oriuntur, quòd paucis ad honores aditus patet: id quod dixi etiam paucorũ imperiis ſolere euertere. quoniã optimorum poteſtas paucorum eſt quodãmo-

do, quippe in quarum utraq; pauci imperẽt, etſi non eiuſdem rei cauſa pauci ad Reip. gubernacula ſedent, quandoquidem non ob aliam cauſam optimorum eſſe poteſtas uidetur. Atque id tum maximè neceſſe eſt fieri, cùm multitudo animos ſuſtulit, quod pari uirtute ſit prædita. Quales Lacedæmone fuerunt ij qui Partheniæ nominantur, qui cum ex ſimilibus orti eſſent, eos quod rebus nouis ſtudere deprehendiſſent, Tarentũ colonos miſerunt. Mutatio etiam fit optimorũ poteſtatis, cum nonnulli magni uiri nec inferiores uirtute, ratione bonorum priuantur à quibuſdã, qui in maiore ſunt honore, ut Lyſander à regib. aut cum aliquis uiri nomine dignus, non adipiſcitur honores. Quod Cinadon fecit is, qui rege Ageſilao aduerſus Lacedæmonios coniurationis auctor fuit. prętetea cum alij nimium tenues ſunt, alij locupletes, quod in bello fit maximè. Contigit idipſum etiam Lacedæmone ſub Meſſeniacum bellum: quod ex poëtico Tyrtæi opere, quod Eunomia uocatũ eſt, perſpici licet. Nõnulli enim cum bello premerentur, ut ager diuideretur petebant. Mutantur etiam optimorum poteſtates, ſi quis magnus ſit, poſsitq; creſcere, ut ſuo unius dominatu ſummam rerum teneat: ut Lacedæmone Pauſanias is qui Medico bello pręfuit imperator, & Carthagine Hanno. Collabuntur autem maximè Reſp. quæ dicũtur, & eæ quæ ab optimis gubernantur, cũ iura in ipſa Rep. uiolatur. Hoc enim initiũ & cauſa eſt, ex qua intelligitur nõ præclarè temperatã coniunctamq; fuiſſe cũ Rep. quæ uocatur, populi paucorumq; poteſtatem, & cum ea Rep. quæ eſt in poteſtate optimorum has ipſas & uirtutẽ, ſed duo illa maximè: cũ autẽ duo dico, populi paucorumq; imperia dico, quòd hæc ipſa Reſp. & quæ optimorum poteſtate a dicuntur, conantur coniungere. Hoc enim à Rebuſp. quæ nominantur, eæ quæ ſunt in optimorũ poteſtate differunt, ob eamq; cauſam earum partim minus, partim magis ſunt ſtabiles atq; firmæ. Nam quæ magis ad paucorũ poteſtatẽ ſpectant, eas optimorũ poteſtates uocant: quæ autem ad popularem ſtatũ, Reſp. Itaq; minus hæ tales quàm reliquæ requirunt ad ſe tuendas, quod uincit maior numerus: & qui æqua obtinent, magis ſunt ſe ipſi cõtenti. Qui autẽ magnas opes nacti ſunt, ij, ſi auctoritatẽ Reſp. dederit, & libidini ſeruire, & maiores opes habere, & ſuperiores eſſe uolunt. Omninoq; quamcũq; in partem inclinet Reſp. in eã mutatur, & ſua utriq; amplificant. Veluti ea quæ Reſp. appellatur in popularẽ ſtatum, ea quæ eſt in optimorum poteſtate, in paucorum poteſtatẽ: aut contrà optimorum poteſtas, in populi poteſtatem. Quaſi enim iniuriam acceperint, ſic in contrarias poteſtates tenuiores Remp. diſtrahunt, & quæ uocantur Reſp. in paucos incidunt, quod ea demũ æquabilitas & certa rerum cuiuſq; poſſeſsio ſtabilis diuturnaq; eſt, quę pro dignitate tribuitur. Quod autem dixi, Thurijs contigit: apud quos quoniã in mandandis magiſtratibus maioris cenſus habebatur ratio, ad minorẽ redacta eſt Reſp. & pluribus magiſtratibus tradita eſt: quoniamq; contra leges omnes agros patricij occupauerant. Reſp. enim in paucorum nimia poteſtate erat, ut res ſuas augere poſſent. Populus autem exercitatus bello, ſuperior fuit armatorum ui, dum eos qui maiores opes habebant, ex agris expulit. Iã quia Reſpub. omnes quę in poteſtate ſunt optimorũ, à paucis adminiſtrãtur, fit, ut patricij facilius maiores opes conſequantur. Vt Lacedęmone opes ad paucos perueniunt, daturq; patricijs quidlibet faciendi poteſtas, ut eis etiam liceat, quo cũ uelint neceſsitudinis iure coniungi. Itaque Locrorum ciuitas propter Dionyſij affinitates prorſus euerſa eſt, cui rei nunquam in populari ſtatu, optimorumque poteſtate rectè temperata locus eſſe potuiſſet. Eæ autem Reſpub. quæ ſunt in poteſtate optimorum, cum cõmutantur, incertum eſt ob id maximè, quòd pedetentim ſenſimque concidunt. Id quod ſuprà dixi de omnibus Rebuſp. generaliter, paruitatem eſſe cauſam mutationum. Cum enim aliquid negligitur eorũ quæ ad Remp. pertinent, tum facilius aliud aliquanto maius perturbant, quoad omnem ordinem euerterint. Quod etiam Thuriorũ Reipub. uſuuenit. Cum enim lex eſſet, ut quinq; annorum eſſet præfectura belli, quidam adoleſcẽtes qui uſu belli ualebant, erantq; apud pleroſq; cuſtodes in honore, neglectis ijs qui in rebus gerendis uerſabantur, quòd ſe facilè id conſecuturos putarẽt, hanc legem primum ſunt tollere conati, ut perpetuam belli præfecturam ijdem gererent, quòd ſe à populo ultro crearũ iri cernerent. At illi magiſtratus qui ei rei præfecti erant, qui conſiliarij uocantur, impetu facto, primum ut ne intercederetur perſuaſerunt, exiſtimantes hac lege ſublata, eos reliquam Rempub. ſaluam & incolumem relicturos. poſtea cum prohibere uellent, ſublatis cæteris, nihil iam aliud egerunt, ſed omnis Reipub. ſtatus in dominatum redactus eſt eorũ, qui nouis rebus ſtuderent. Omnes autem Reſpub. collabuntur aliàs per ſe, aliàs externa cauſa, cum propè eſt contraria Reſpub. aut ſi procul abeſt, at certè uim eius habet. Quod Atheniẽſibus Lacedæmonijſq; contigit. quorum Athenienſes ſemper paucorum, Lacedæmonij populi poteſtates deleuerunt. Atque quibus cauſis Reipub. ſtatus mutaretur, aut ſeditionibus exagitaretur, ferè dictum eſt.

MVLTAE SVNT RESPVB. CON*ſeruandi rationes, ſed illa communis, ne quid fieri contra leges & inſtituta præmittatur, quod maximè cauendum eſt in rebus exiguis, quoniam hæ maximè latent. Item ne ſe homines callidis commentis capi permittant, quibus inſidiæ cuiq;* Reip. *generi tenduntur. Prodeſt etiam eos qui magiſtratibus præſunt rectè ſe gerere, tum cũ ijs qui Rempub. non gerunt, tum cum cæteris. Item curam præſentis ſtatus* Reip. *non remittere, ad quod utile eſt timores inijcere, quo diligentius cuſtodiatur. Præterea legibus cauere nobilium ſeditiones, & ſi oriantur, eorum animos occupare, qui nondum ſeditione ſunt implicati. Sed in paucorum potẽtia, mutationi quæ per cenſum fit occurritur, ſi ciuitas certis temporibus cenſeatur, & inita patrimoniorum diuitiarumq; ratione, cenſus uel augeatur uel minuatur, ut proportione ad primum inſtitutum redeat. Illa quoque cautio cunctis Rebuſpublicis communis, ne quis*

honoribus,

honoribus, & potentia ultra modum augeatur. Item legibus prouidere, ne quis opibus & clientelis nimium creſcat, conſtituta exilij pœna, ſi quis legis terminos excedat. Eſt etiam utile magiſtratum creare, qui priuatorum uiuendi rationem exploret, ſi qui ſint uitam Reipub. rationibus contrariam agentes, quiq; in ocio & uoluptate degant, qui interdum rebus nouis ſtudere ſolent. Sed primum omnium eſt in omni Repub. prouidendum, ne qua ratio ſeu facultas magiſtratibus, habendi quæſtui Rempub. relinquatur: cui malo ſic occurri poteſt, ſi pecuniæ coram omni populo tradantur, & exempla rationum apud tribus ſeu centurias deponantur: item ſi præmium bene geſtæ Reipub. honores proponantur. Confert etiam tum in ſtatu populari, tum in paucorum potentia, exceptis ſummis magiſtratibus, & in quibus ſumma Reipub. uertitur, cætera liberaliter cum ijs qui minus ſunt Reipub. participes, communicare. Cap. VIII.

DE conſeruatione autem & communiter & ſeparatim cuiuſq; Reipub. deinceps diſſerendum eſt. Ac illud quidem primũ perſpicuum eſt, ſi quibus rebus euertãtur Reſpub. teneamus, etiam nos quæ ſint earum cauſæ ſalutis tenere. cum præſertim & contrariorum efficientia contraria ſint, & interitui ſit ſalus contraria. In ijs igitur Rebuſpub. quæ bene conſtitutæ ſunt, illud obſeruandũ eſt, ut ſi quid aliud, ut nihil cõtra leges fiat, tum uel maximè, ne qua res parua uioletur, uidendum eſt. Latet enim ſumptus, quòd non ſumma ratio ducitur, & animus ab eis capitur, ut ab hac fallaci concluſiuncula: Si ſingula pauca ſunt, etiam uniuerſa. quæ quidem quodammodo uera, quodãmodo falſa eſt. Nam totum & uniuerſa non parua ſunt, ſed ex paruis conſtant. Vna ergo contra hos initio comparanda cautio eſt: deinde non eſt habenda fides ijs, quæ fallacis concluſiunculæ gratia contra multitudinẽ compoſita ſunt. Res enim ipſa eas refellit. Quas autem fallaces Reipub. concluſiones appellem, ſuprà expoſui. Cernere autem licet quaſdam ſtabiles non ſolum optimorũ poteſtates, ſed etiam paucorũ, non quòd in tuto firmæ ſunt Reſpub. ſed quòd præclarè ſe gerant ij qui ſunt in magiſtratu & aduerſus eos qui ad Rempub. non accedunt, & aduerſus ciues, dum illos nulla afficiunt iniuria, & eos qui principatu digni ſunt, in Rempub. introducũt, eosq; qui honoris cupiditate inflammãtur, non honore debito defraudãt, nec pleriſq; quæſtum detrahunt: & aduerſus eos etiam qui honores non adipiſcuntur, ſe gerunt populariter. Quod enim ius æquabile populares in multitudine uolunt eſſe, id ijs qui pari iure uiuunt, nõ ſolum æquum eſt, ſed etiam utile. Itaq; ſi ij multi ſint qui Rempub. gerant, multa conducunt eorum quæ populariter lege ſanciuntur. Veluti ſemeſtres eſſe magiſtratus, ut eos ij omnes qui ſimiles ſint adipiſcantur. Sunt enim inſtar plebis ij qui pares ſunt. Quocirca apud hos ſæpè plebicolæ, quemadmodũ ſuprà dictum eſt, exoriuntur. Deinde minus in dominatus eæ Reſpub.

A quę ſunt in paucorum optimatumq; poteſtate, incidunt. Neq; enim tam facilè ad ſcelera & maleficia impelluntur magiſtratus cum breui tempore, quàm cum diuturno imperant. quandoquidem ex eo in paucorum populiq; poteſtatibus tyrannides naſcuntur. Aut enim potentiſſimi homines in utraq; ad tyrannidem aſpirant, hic quidẽ plebis aſſentatores, illic potentes, aut ij qui maximos magiſtratus gerunt cum diu imperant. Stant aũt Reſp. non ſolum quòd procul abſunt ab ijs rebus quæ interitum afferunt, ſed interdum etiam quòd propè. Qui enim in metu uerſantur, ij diligentius Reip. ſaluti conſulunt. Quocirca debent ij quibus Reſp. curæ eſt, metũ incutere, non ut exitium, ſed quaſi nocturnum præſidiũ Reip. ſalutem afferant. Debent etiam quòd procul à periculo abeſt, id docere imminere. præterea danda opera eſt, ut patriciorũ contentiones ac ſeditiones caueantur, eorumq; qui à contentionibus abhorrent, antequã ipſi cœperint: quòd naſcens malũ cognoſſe, non cuiuſuis eſt, ſed uiri ciuili ſcientia prẹditi. Quod autẽ attinet ad eam rerum cõmutationem, quæ propter cenſus fit ex paucorũ poteſtate & ea quæ Reſp. dicitur, cum hoc uſuuenit, ſi ijdem cenſus maneant, & magna pecuniæ copia ſuppetat, tũ erit utile multitudinem publici cenſus ex prẹterito tempore pondetare. In nõnullis ciuitatib. quot annis cenſentur, in maioribus tertio aut quinto quoq; anno. quod ſi maior ſit aut amplior ſuperiore, quo cenſus publicus cõſtitutus eſt, perutile erit legẽ eſſe, & cenſum augere, aut imminue-
B re, ſi ſuperet: augendo, pro ratione incrementi: ſi quid prætermiſſum ſit, remittendo. Nam & in paucorum poteſtate, & in ea quæ Reſp. uocatur ſi hæc omittantur, hic ad paucos imperiũ perueniet, illic dominatu unius omnia tenebũtur. illo autem modo ex Repub. popularis poteſtas efficitur, ex paucorũ autem poteſtate Reſpub. aut certè populi poteſtas. Cõmunis autem conſeruandæ & populi & paucorum poteſtatis, omniſq; Reipub. ratio eſt, neminẽ ornare ſupra modum, ſed exiguos potius & diuturnos honores tribuere, quàm celeriter magnos. His enim talibus deteriores fiunt, & ferre ſecundã fortunam non omnes poſſunt. Sin minus, at certè utile erit, non prẹripere honores uniuerſos, qui ſemel habiti fuerint, ſed ſenſim maximè conari ita legibus agere, ut nemini adſint nimię neq; amicorum neq; pecuniarum copię. Alioqui procul ab urbe ſeiungendæ erunt eorũ clientelæ. Et quoniam rebus nouandis priuata uita præbet materiam, magiſtratus quidam creandus eſt, qui uitam omniũ & mores cenſeat, & ſpectet, ne Reipub. nocere poſsint. Et ſi qua pars in ciuitate abundantia uictus efferatur ac gliſcat, ob eas cauſas ſingillatim obſeruanda eſt. Cui remedio erit ſemper contrarijs partibus curationes & magiſtratus mandare. Dico autem bonos multitudini aduerſari, & inopes locupletibus. Danda etiã opera eſt, ut uel coniungantur tenuium & locupletũ multitudo, uel ij qui ijs interiecti ſunt amplificẽtur. Hoc enim ſeditiones quæ ex inæqualitate naſcuntur, reſtinguet. Maximũ eſt autem omnẽ Rẽp. ita legib. & omni procul ratione &

pacto conſtitutam eſſe, ut ne ſint qoæſtui magiſtratus, idq́; in ijs Rebuſpub. quæ ſunt in paucorum poteſtare, obſeruandum eſt maximè. Iſto enim pacto nõ moleſtè ferunt pleriq; ſe à Repub. gerenda excluſos eſſe: quinetiam lærâtur, ſi quis eos ſua negotia agere ſinat. Quòd ſi magiſtratibus Rempub. quæſtui eſſe exiſtiment, tum duplicem dolorem percipiunt, & quòd non adipiſcantur magiſtratus, & quòd nihil lucri faciant. Atque eriam uno modo coniungi poteſt populi optimorumq́; poteſtas, ſi quis hoc inſtituat. Sic enim & patricij & plebeij quod oolunt conſequẽtur. Nam & licere omnibus gerete magiſtratus, populare eſt: & patricios eſſe in magiſtratu, eius eſt Reipnb. quę ſit in poteſtate optimorum. Quod fiet, cum magiſtratus non erunt quæſtui. Nam nec tenues adipiſci magiſtratus uolẽt, quibus nullum lucrum propoſitum erit, ſed ſua age reporius: & locupletes poterunt, quòd nihil cõmunium rerum deſiderant. Ita fiet, ut inopes ſe collocupletent, quòd ſua negotia agant, & locupletes ne cuiuis pareant. Ne autẽ pecunię publicæ ſurripiantur, pecuniæ præſentibus ciuibus omnibus tradantur, anrigraphaq́; apud curias, curiarumq́; partes & tribus cõdantur. Vt autem quæſtui ne ſit magiſtratus, honores legibus ſanciri debent ijs, * quorum de uirtute erit opinio. In ijs uerò Rebuſpublicis, quæ à populo tenentur, locupletibus ita parcendum eſt, ut non ſolum eorum poſſeſsiones ne diuidantur æqualiter, ſed ne fructus quidem. quod in quibuſdam ciuitatibus dum fit, ignoratur.* Melius eſt autẽ eis netare qui clam inſcijsq́; alijs inſtituent hæc ſuſtinere munera, quæ & magno ſumptu conſtent, nec utilitatem obeuntibus afferunt: cuiuſmodi ſunt ædilitates, lampadumq́; in ludis exhibitiones, cæteraq́; generis eiuſdem. In paucorum autem poteſtare cõſulendum eſt tenuibus, ijsq́; magiſtratus mandandi ſunt potiſsimũ, ex quibus utilitas aliqua percipitur. Quòd ſi quis locupletum pauperem uiolet, grauius in eos animaduertendum eſt, quàm ſi inter ſe alij alios iniuria afficerent. Perutile etiam erit, hæreditates nõ donationibus oenire, ſed genere, nec eundem plures unà adire. Sic enim æquabiliores etunt facultates, & maior inopum numerus opibus affluet. Proderit etiam & in ea Repub. quæ à populo, & in ea quæ à paucis gubernatur, teliquarum rerum oel æqualitaté, uel præſtantiam tribuere ijs qui minus Rempub. gerunt, in populari ciuitatis genere locupleribus, in paucorũ poteſtare inopibus, præter ampliſsimos magiſtratus, qui ijs ſolis mandandi ſunt, qui Rempub. gerunt, uel certè pluribus.

Quorũ induſtria cõmendatione digna uidetur.

Alijs hic locus ſic uertẽdus uidetur, Meli eſt autem eis uetare munera, quæ magno quidẽ ſumptu exhiberi ſolent, ſine ulla utilitate, ut ſunt ſpectacula & ludi, ceteraq́;*

QVONIAM AD REIPVB. CONSERVATIONEM *magni intereſt, idoneis hominibus magiſtratus ſummos mandari: idcirco quibus rebus inſtructus eſſe debeat is, cui rectè ſummus magiſtratus committitur, declarat, quas tres eſſe docet. Primum, ut ſit amicus Reipub. Secundò, ut facultatem, ingenium, & uſum ad rem gerendam habeat. Tertiò, ut ſit ea uirtute & iuſticia præditus, quæ illi Reipub. generi conuenit. Quæ res ſi non omnes in eodem homine congruant, ea plus ponderis habere debet* A *in electione, quæ rarior in hominibus reperitur. Sed nihil eſt quod magis Rempub. conſeruet, quàm ſi ea pars quæ ſtatum præſentem Reipub. probat, quàm quæ nõ eſt ea contenta, potentior ſit. Cauendum eſt etiam ne modus in his rebus excedatur, quæ Rempub. popularem faciunt, aut paucorum, & alias eodem modo. Sed ea ratio maximè ad Reipub. conſeruationem facit, ſi prouideatur ut ciuium inſtitutio & educatio ſit Reipub. accommodata, ne uita & moribus, à legibus & inſtitutis diſcedatur.* Cap. IX.

TRia autem quædam præcepta tenere debent ij qui ſummos magiſtratus geſturi ſunt. Primõ, ut charam habeaot Rempub. Deinde, ut maximam habeant munerum magiſtratus poteſtatẽ. Tertium, ut in qoaq; Repub. præditi ſint uirtute ac iuſtitia ea, quæ ad Rempub. accommodata ſit. Si enim non idem ius eſt in omoi Reipub. genere, ſint neceſſe eſt uaria iuſtitiæ genera. Sed quoniam non io eundem hęc omnia conueniunt, quemadmodũ delectus habendus ſit, quæſtio eſt. Vt ſi quis dignus ſit belli principatu, ſed uitioſus, & cui minimè chara ſit Reſpub. alter autem bonus, & qui charam habeat Rempub. uter diligendus eſt? Duo autem ſpectanda ſunt, & quibus rebus præditi ſunt omnes ſæpius, & quibus rarius. Itaq; in muoere imperatorio magis exercitatio, quàm uirtus poſtulatur: quòd rarius imperatoriæ laudis homines, uirtutis ſæpius ſunt compotes. At in ſtatione & quæſtura contrà. Maior enim uirtus in B ea deſideratur, quàm quãta pleriq; præditi ſint. Scientia autem cõmunis eſt omnium. Sed quęret aliquis, ſi ratio adſit ciuilis & charitas Reip. quid uirtute opos eſt? Nam duobus illis Reip. cõſulet, niſi fortè fieri poteſt, ut ij in quibus hęc duo inſint, impotẽtes ſint. Ita quemadmodum ipſi ſibi non miniſtrant, qoanquam docti ſiot, & ſibi chari: ſic nihil prohibet aliquos ſe hoc pacto gerere aduerſus Rempub. Omnino quæ legibus contenta Reip. prodeſſe dicimus, ea omnia Rempub. tuentur: & quod ſæpè expoſitum eſt maximum eſſe, uidere, ut ſuperior ſit ea multitudo, quæ Rempub. ſaluam eſſe uelit, ea quæ nolit. Hoc prętetea intelligendũ eſt, quod nunc ignorant Reſpub. eæ quæ modum optimi ſtatus tranſeunt. Multa enim eorum quæ popolaria uidentur, populi opes uimq́; diſſoluunt, & paucorum poteſtati multa accõmodata uidentur, quę illam euertunt funditus. Qui autẽ hanc unam uirtutem eſſe putant, trahunt Rempub. ad nimium, oec intelligunt quemadmodũ naris optimã formam egreſſa eſt, collata cũ aduncitate aut ſimitate, ſed tamen etiam honeſta eſt & uenuſta cum aſpectu collata: cum interea ſi quis eam etiam intendat ſupra modum, primũ amittit partis eius iuſtum modum: poſtremò eò progredietur, ut ne naris quidem perſpiciatur propter nimium ac parum cõtrariorum: ſic eandem aliarum partium eſſe rationem. Hoc etiam in alijs Rebuſpub. contingit. Nam fieri poteſt, ut & cum paucorum & cum populi poteſtate præclarè agatur, etſi ab optimo ſtatu dimota ſit. At ſi quis utranq; earum ampliorem faciat,

primùm

primùm deteriorẽ efficiet Remp. poſtremò ne Remp. quidem. Quapropter tenere debat ſcriptor legũ, & ſcientiæ ciuilis haud ignarus, quæ popularem conſeruent, & quæ populi opes labefactent, quæq; paucorũ poteſtatem: quarum neutra nec ſtare, nec permanere poteſt ſine locupletibus & multitudine. Sed cum æquatæ ſunt facultates & poſſeſsiones, tum alia ſit Reſpub. neceſſe eſt. *Ita qui leges de excellentia tollunt, Reſpub. tollunt. Peccatur autem & in populi & in paucorum poteſtatibus. in populi poteſtate à plebicolis, ubi multitudinis ſumma eſt in leges poteſtas. Duas enim faciunt ſemper Reſp. ex una, gerentes inimicitias cum locupletibus. At contrà oportet ſpeciem præ ſe ferre dicentis pro copioſis, & in ea Repub. quæ paucorum dominatu tenetur pro plebe, & iurare cõtrà quàm nunc fit, debent ij qui paucis parẽt. Nam in quibuſdam his temporibus iurant, & cũ plebe bellum geram, & malè in eum conſulam. Atqui ſentiendum & diſsimulandum eſt contrà, cum hac iuriſiurandi ſignificatione, Non faciam populo iniuriam. Omnium autem quæ dicta ſunt pertinere ad conſeruandas Reip. nihil eſt melius ea, quam nunc omnes pro nihilo putant, Reip. diſciplina. Vſus enim nullus eſt uel maximè ſalutarium legum, atq; eorum quæ uiſa ſunt omnibus qui in Repub. uerſantur ſine educatione ac diſciplina: quæ ſi leges populares ſint, accõmodata ſit ad populi poteſtatem: ſi ad paucorũ poteſtatem aptæ ſint, accõmodata ad illam. Quemadmodũ enim in uno intemperantia eſt, ſic in ciuitate. Diſciplina autem accõmodata ad Rempub. non in eo poſita eſt, ut ea fiant quæ paucis quorum in poteſtate Reſp. eſt, aut ijs qui popularc ciuitatis genus probant, afferant uoluptatẽ: ſed ut ea quibus perficere poſsint, ut illi pauci imperent, hi populari ciuitatis genere utantur. Nunc uerò in ijs Rebuſp. quæ à paucis tenentur, liberi eorum qui imperãt, molliter educantur, tenuiorum autem exercentur, atq; laborem perferunt: ita fit, ut facilius ac libentius res nouas moliri & uelint & poſsint. In ijs autẽ Rebuſp. quæ maximè populares uidentur, contrà quàm è Repub. ſit uſuuenit, propterea quòd uicioſe libertatem definiant. Duo enim ſunt termini & quaſi fines populari ſtatui conſtituti: unus, quòd maioris partis ſumma eſt poteſtas: alter, libertas. Ius enim æquabile uidetur eſſe. æquabile autem ac ęquum eſt, quod multitudini uiſum ſit, id ualere. Libertas autem & æquitas in eo poſita eſt, ut quod quiſq; uelit, faciat. Ex quo efficitur, ut in populari genere ciuitatis eiuſmodi, ita quiſq; uiuat ut uelit, & quemadmodũ ait Euripides, ut deſideret, quod in uitio eſt. Neque enim uita quæ ex Reip. præſcripto degitur, ſeruituti deputanda eſt, ſed ſaluti. Ac de cauſis mutationis Rerumpublicarum, interitus ac ſalutis hactenus.

Alias uidetur in Græco ſenſus, Ita qui legibus modum excedẽtibus alterutrum tollunt, Reſpub. tollũt.

QVIBVS REBVS CONSERVAri Reſpub. poßit, ac uiciſsim deleri, diximus. Quæ regnũ & tyrannis imitantur, eadem regno tyrannidiq; ſalutares ſunt, aut pernicioſæ. Regnum autem optimatũ Rempub. imitatur: tyrannis uerò paucorum ſimul potentiam & popularem. Regi publica commoditas tanquam finis quò referat omnia: tyranno uoluptas eſt propoſita. Officium regis eſt prouidere, ut nec in locupletes iniuria cuiuſq; generis, nec in pauperes inferatur contumelia. Tyrannus autem nihil facit, quod ad bonum publicum pertineat, præterquã ut ſuis commodis proſpiciat: habetq; omnia tum paucorũ potentiæ, tum Reipub. popularis uitia. Tria ſunt quæ potiſsimum ſubiectos ad conſpirandum in monarchas impellunt, iniuria, timor, & contemptus. Sed cum conſpiratio uel in caput principis, uel in ipſum principatum fiat, quæ ex iniurijs à contumelia proficiſcitur, ea capitalis eſſe ſolet, quanquam ambitio quoſdam, ſed alia ratione ad tyrannum tollendum impellit, ut magnam ſcilicet gloriam conſequantur. Sed duo ſunt quæ potiſsimum homines ut in tyrannos cõſpirent impellant, odium cuius pars eſt ira & contemptio. Regnũ ex cauſis extrinſecus illatis rarò deletur. Itaq; plurimi ipſius interitus à domeſtico malo duorum modorum altero proficiſcũtur, uel conſpirantibus regis amicis, & quorum opera utitur in adminiſtranda Republica, uel ipſo principe leges contemnente, & tyrannicum imperium regio præferente.

Cæterùm regna hæreditaria interdum per contemptum eorum euertuntur, qui regno impares, indigniq; ſuccedunt.

Caput X.

REliquum eſt, ut quibus rebus unius dominatus tollatur & conſeruetur, diſſeramus. Ferè autem eadem quæ ſuperioribus Rebuſpublicis, etiam tyrannidi & regiæ poteſtati uſuueniunt. quandoquidem & regale ciuitatis genus ex eo quod eſt in optimorum poteſtate, & tyrannicum ex paucorum extrema poteſtate, populariq; genere conſtat. Itaque obeſt genus hoc plurimum ijs qui ei parent, quippe quod ex duobus quæ uitioſa ſunt conſtet, habeatq; uitia quæ ab utroque proficiſcuntur. Vtriuſque autem ſingularis principatus origo profecta ex contrarijs eſt. Regia enim poteſtas eo comparata eſt, ut in populo bonis prę́ſidium eſſet conſtitutum, & reges ex bonis propter uirtutis præſtantiam conſtituti ſunt, aut propter uirtutis actiones, aut certè pro huius generis excellentia & dignitate. Tyrannus autem ex populo & multitudine contra patricios conſtitutus eſt, ut plebem iniuris prohiberet. Quod exitus indicat. Tyranni enim ferè ex ijs qui plebis auram aucupabantur, extiterunt, cum ad eorum fidem inops multitudo confugiſſet, quòd ab ijs qui maiores opes habebant, premeretur. At tyranni quidem hoc modo, cum iam ciuitates coaluiſſent, conſtituti ſunt. Alij autem ante hos ex regibus qui patrios mores uiolabant, affectabantque imperium, quod ſeruili par erat. Alij ex ijs quibus ſummi magiſtratus mandati ſunt. Quondam enim populi diuturniores curationes ac magiſtratus conſtituebant. Alij ex paucorum poteſtatibus, quæ unum aliquem cum ſumma poteſtate ad maximos magiſtratus extollebant. His enim modis omnibus licuit hoc perficere, ſi modò uoluiſſent,

quòd

quòd adeſſet alijs regij honoris authoritas, alijs ea quæ magiſtratu continetur. Veluti Phidon Argis & alij tyranni impoſiti ſunt, cum regalis ſtaret poteſtas. Ii autem qui in Ionia fuerunt, & Phalaris, ex honoribus & magiſtratibus effecti ſunt tyranni. Panætius uerò apud Leontinos, & Cypſelus Corinthi, Piſiſtrat⁹ Athenis, & Dionyſius Syracuſis, alijq; eodem modo aura populari. Ergo regalis poteſtas, ut dixi, ex ea Repub. conſtituta eſt, quæ eſt in poteſtate optimorum. Nam uel excellentia & dignitas eam uel priuata uirtus, uel generis, uel beneficiorum ratio, uel hæc ipſa & potentia pepererunt. Omnes enim qui beneficis dederunt, uel urbibus ac gentibus dare potuerunt, hunc honorem ſunt adepti. alij prohibẽtes ſeruitute bellica, ut Codrus, alij data libertate, ut Cyrus: uel cõditis urbibus agrisque occupatis & quæſitis, ut Lacedæmoniorũ, Macedonũ, Moloſſorumq; reges. Reges autem cuſtodiæ defenſionisq; cauſa conſtituti ſunt, ut & locupletes prohiberent iniuria, & inopẽ multitudinem contra locupletum iniurias tuerentur. At uerò tyranni non publicæ omniũ, ut ſæpè dixi, ſed ſuæ ipſorũ utilitati conſulunt. Eſtq; tyranno uoluptas propoſita, regi honeſtas. Itaq; tyranni pecunias congerere & augere ſtudent, reges eas potius res quæ ad honorẽ & gloriam ualent. Regum etiam cohors ex ciuibus, tyrannorum ex externis conſtat. Ineſſe autẽ in tyrannorum uita & populi & paucorũ poteſtatis mala, hinc perſpici licet, quod tyrãni in diuitijs quę ſunt paucorũ poteſtatis, omnia ponunt. *Nam iſto uno pacto neceſſe eſt præſidium uictumq; permanere, & quòd nulla in re multitudini fidem habeant. Itaque arma ei adimunt. premere etiam inopem multitudinem, eamque ex urbe *eijcere, atq; in diuerſos locos diſpergere, utriſq; cõmune eſt, & eius Reipub. quæ eſt in paucorum poteſtate, & eius quæ in tyrannorũ. Ab ea autẽ quæ à populo regitur, hoc mutuata eſt, gerere inimicitias cum locupletibus, eosque & clam & palam de medio tollere, in exiliumque mittere, ut qui eorum fraudi oppoſiti ſint, eorumq; imperio obſtent. Quibus rebus efficitur, ut tyrannos aggrediantur alij imperij cupiditate ducti, alij libertatis. Vnde Periandri ad Thraſybulum conſilium eſt, ſummarũ ſpicarum decuſsio, quòd primores ciuitatis interficiendi eſſent. Vt ergo expoſitum eſt, eædem cauſæ, eademq; initia mutationũ in Rebuſpub. habenda ſunt, quæ in ea quæ dominatu unius tenetur. Nam & iniuſtitia, & metu, & contemptione adeundum ſingulare imperium pleriq; eorũ qui id ferunt aggrediuntur. Iniuriæ autem eæ commouent maximè, quæ per contumeliã inferuntur: interdum eos impellit etiam rerum priuatarum detractio. Fines etiã ijdem propoſiti ſunt, ut illic, etiam tyrannis ac regibus. Viuunt enim in magna opum honorumq; abundantia ij qui ſoli imperant. quarum omnes rerum cupiditate ducuntur. Impetus autem alius in corpus fit eorum qui præſunt, alius in imperiũ. Ac is quidem qui à cõtumelis proficiſcitur, fit in corpus. Cumq; contumeliæ multę partes ſint, unaquęque earum iracundiam miniſtrat. Iratos autem

Aliter enim præſidiũ lautitiaq; nequit perm.

Summouere, atq; ſeorſum habitare, cogere, utr.

A maxima ex parte ulciſcendi libido, non dignitas ad aggrediendum permouet. Quo in genere eſt impetus is qui in Piſiſtratidas factus eſt ab Harmodio, quòd filiam irriſiſſent: & ab Ariſtogitone, quod in Harmodium dixiſſent. In Periandrum etiam Ambraciæ tyrannum impetus factus eſt, quòd in conuiuio puerum interrogaſſet, an ex ſe grauidus eſſet. Philippus autẽ à Pauſania interfectus fuit, quòd eum ab Attalo contumelijs iactari ſineret. Et Amyntas paruus à Derda, quòd ſe abuſum eſſe eius ætate gloriaretur: & Eunuchus ab Euagora Cyprio cęſus fuit, propter contumeliam qua ſe affectum putauit, quòd mulier filium eius exterminaſſet. Multi etiam impetus in corpus facti ſunt, quòd ij qui ſingularem principatũ tenebant, concubitu corpora dedecorarent: cuiuſmodi ille fuit Cratæi in Archelaum. Cum enim moleſtè grauiterque ferret conſuetudinem, idonea etiam leuior cauſa ei fuit, quàm quòd cum alteram filiarum ipſi nuptum daturum ſe recepiſſet, neutram dedit, ſed maiorem natu, occupatus bello, quod cum Sirra & Arrabæo gerebat, regi Elimeę, minorem natu Amyntæ filio, quòd iſto modo putaret illum cum Cleopatræ filio inimicitias nõ eſſe geſturum. At alienationis cauſa erat, quòd res uenereas grauiter ferret. Eademq; de cauſa adiutor eius facti fuit Hellanocrates Lariſſæus. Cũ enim cum eo conſueſceret, neq; eum reduceret in patriam, quemadmodum pollicitus erat, libidinis, non amoris cauſa concubitum fuiſſe exiſtimauit. Paron autem & Heraclides Aenienſes

B Cotyn ut patrem ulciſcerentur, interemerunt. Adamas uerò à Cory defecit, quòd puer ab eo per contumeliam fuiſſet exectus. Multi etiã cęſo corpore concitati, partim interfecerunt, partim adorſi ſunt, tanquam cõtumelijs affecti, eos etiam qui regalem poteſtatem obtinebant. Veluti Mitylenis Megacles Penthilidas, cum præterirent pulſarentque claua, adiutoribus amicis impetu facto necauit: poſtesq; Smerdes Penthilum acceptis plagis cum à muliere extractus eſſet, occidit. Eius autem impetus qui in Archelaum factus eſt, Decamnichus auctor fuit. quippe qui primus eos qui aggreſsi ſunt concitauerit. Cauſa autem iratum fuit, quòd eum Euripidi poetæ uerberandũ tradidiſſet: Euripides autem ei ſuccenſebat, quòd in tetrum odorem oris eius dixiſſet. Alijq; permulti ob eam cauſam partim interfecerunt, partim inſidias pararunt. Itemque metu permulti impetum faciunt. Vna enim cauſa hæc quædam eſt, ut in Rebuſpublicis, ſic in ijs quæ unius dominatu tenentur. ueluti Xerxem Artapanes metuens inuidiam qua flagrabat, quòd Dariũ egiſſet in crucem iniuſſu ſuo, cum ſibi ueniam daturũ eum putaret, quaſi propter cœnam in mentem ei non ueniret. Alij impetus contemptione fiunt: quemadmodum fecit in Sardanapalum quidam, cum eum inter mulieres nentem animaduertiſſet, ſi modò fabulis credendum eſt. Quòd ſi minus in hoc, at in alio certè uerum fuit. Dionyſium etiam minorem cõtemptu Dion inuaſit, cum uideret ita affectos ciues, & illum ſemper ebrium. Atq; etiam amici quidam contemptione ducti aggrediun-

diuntur, quòd propter fidem quæ eis habetur, obſcura ſit futura contemptio. Ii etiam qui ſe putant imperium poſſe obtinere, quodámodo contemptu aggrediuntur ad impetum faciundum. Potentia enim freti, neglecto periculo, facilè adoriuntur: ut imperatores ducesq; copiarum eos qui ſingularem obtinent principatũ: ueluti Cyrus Aſtyagem, cum & uitam eius & potentiam contemneret, quòd potentia eius conſeuuiſſet, ipſe uerò molliter uiueret. Et Seuthes Thrax Amadocum, qui eum bello præfecerat, inuaſit. Alios autem multæ cauſæ earum quas expoſui impellunt, ut faciant impetum: interdum contemptio & præmium, quibus impulſus Mithridates Ariobarzanem interfecit. Sed hæc ipſa cauſa eos potiſsimum ad impetus faciendos impellit, qui natura audaces laude & gloria rerum bellicarũ ualent apud eos qui ſoli imperant. Fortitudo enim ui freta audacia eſt, quarum utraq; ſperantes ſe facilè ſuperiores fore, impetũ faciunt. Eorum autem quos ambitio ad inuadendũ ſtimulat, alia ratio eſt & cauſa, quàm ſuperiores. Non enim ut quidam tyrannos aggrediuntur, quòd ſibi magna præmia propoſita eſſe uideant, magnosq; honores: ſit unuſquiſq; eorum qui cupiditate gloriæ inflammari, alios occupant, adire pericula inſtituunt, ſed illi ea quã dixi cauſa ducti, hi autem quaſi alia etiam quædam res ſit minus neceſſaria, & qua nomen ſuum clarum efficiant alijs, ſic in eos impetum faciunt qui ſoli imperant, non quòd comparare ſibi uelint ſingulare imperium, ſed gloriam. Verumtamen perpauci adhuc inuenti ſunt, quos hæc cauſa impulerit, ut ſe periculis offerre uellent. Subeſſe enim debet ſalutis negligentia, ſi rem quam uolunt, minus aſſequantur: quibus quidem omnes Dionis opinio eſſe debet, quæ ægrè in multis reperitur. Ille enim paucos milites in Dionyſium eduxit, cum ſe ita animo conſtitutũ diceret, ut quocunque progredi poſſet, id ſibi ſatis foret, ut ſi ut primùm in eius fines progreſſus eſſet, è uita migraret, eam mortem præclaram ſibi duceret. Ea autem Reſpub. quam tyranni tenent, uno modo euertitur, quemadmodum unaquæque cæterarum Rerumpub. à cauſa externa, ſi qua ſit contraria Reſpub. ſuperior. Perſpicuum eſt enim uoluntatem affuturam, propter inſtitutorum uoluntarumq; repugnantiam. Atqui quod quiſq; uult, id, ſi modò poſsit, efficit. Sunt autem Reſp. contrariæ, ea in qua populus imperat tyrannorum uitæ, Heſiodi ſententia, Figulo figulus. nam populi poteſtas extrema tyrannis eſt. Regalis etiam & optimorum poteſtates inter ſe diſsidẽt, propter Reipub. repugnantiam. Itaq; permulta tyrannorum imperia & Lacedæmonij deleuerunt, & Syracuſani, tum cum præclarè Rempub. gerebant. Altero modo tyrannorũ poteſtas per ſe diſſoluitur, cum ciues exagitantur ſeditionibus. ut Gelonis antea, & nunc Dionis. Gelonis, dum Thraſybulus Gelonis frater filium Gelonis popularem efficit, ad uoluptatesq; pellicit, ut ipſe imperaret. Domeſtici autem coniurarũt, ut non tyrannis funditus euerteretur, ſed Thraſybulus. At coniurati dato tempore eos omnes expulerunt. In Dionyſium uerò Dion cum affi-

A nis eius eſſet, exercitum eduxit, aſſumptoq; populo cũ illum eieciſſet, ipſe interfectus eſt. Cum que cauſæ duæ ſint, quæ homines ad impetus faciendos in tyrannos impellant, odium & contemptio: alterum quidem in tyrannis ineſſe debet, odium: ex contemptu autẽ multæ eueniunt euerſiones. Quod ex eo ſciri poteſt, quia multi qui tyrannidem ſibi parauerant, imperium tutati ſunt: alij cum accepiſſent, ſtatim omnes interierunt. Qui enim uoluptariam uitam traducunt, ij certè facilè deſpiciuntur, multasq; dant imperij faciendo opportunitates. Pars autem quædam odij etiã ira ducenda eſt, quippe quæ ad eaſdem res agendas quodámodo impellat: quanquam ſæpenumero maiorem uim ad agendum habet, quàm odium. Contentione enim maiore ut impetum faciant homines, impellit hæc perturbatio, propterea quòd rationi minimè pareat. Contumelia autem maximè homines, ut dolori obtemperent, permouet. qua de cauſa Piſiſtratidarum imperiũ concidit, aliaq; permulta reliquorum generum. At odium magis rationi obtemperat. Cum enim ira coniuncta ſit cum ægritudine, cogitationi & rationi uix locus aliquis relinquitur, & odium ſeparatum eſt à dolore. Sed ut in pauca rem cõferam, quot cauſas expoſui paucorum imperij immoderati & extremi, popularisq; poteſtatis poſtremæ, totidem intelligendę ſunt eſſe tyrannorum imperij. Hæ enim ſunt diuiſæ diſtinctæq; tyrannorum poteſtates. At uerò regalis poteſtas quia externis nullis cauſis rebusq; deletur, ſtabilis eſt ac diuturna. plurimos
B autem interitus gignit ex ſe, ſed duobus modis. Vno modo, eorum qui regium imperium obtinent ſeditionibus. Altero, adminiſtratione nimium tyrannica, cum plura ſui iuris eſſe uolunt, idq; contra leges. Non extant etiam his temporibus regiæ poteſtates, ſed quæ extant potius imperia ſunt tyrannorũ, quòd regalis poteſtas uoluntarium imperium eſt. ſed quòd maiorem habeat poteſtatem, & quòd multi ſunt qualeſcunque, præſtatq; tantum nemo, ut maieſtatem dignitatemque imperij pari dignitate tueatur: ob eamq; cauſam ultrò imperium illud non feruor, & ſi quis dolo & fraude aut ui imperiũ aſſequatur, iam tyrannis quædã uidetur. Earum autem regalium poteſtatum, quas qui tenent ex certo genere ſemper imperãt, eadem eſt interitus cauſa, quæ ſuperiorum, & quod multi ſunt qui facilè contemnantur: & quòd cum potentiam tyrannorũ nacti non ſunt, ſed dignitatem regiam, uiuant licentius. Eſt enim facilis regni interitus, quandoquidem ſi nolint, quamprimùm nulla erit regia poteſtas: ſed tyrannorum, etiamſi nolint. Atq; hæ quidem ſunt, aliæq; eiuſdem generis, cauſæ ſingularium imperiorum euerſionis.

HACTENVS CAVSAS PER*euntium Rerump. expoſuit, hinc quibus rebus conſeruentur, declarat, primũq; uniuerſali præcepto Reſp. rebus cõtrarijs, ij quibus euertũtur, cõſeruari docet. Sed ad ſingula genera deſcendẽs, regnũ, inquit, ſeruatur, ſi mediũ teneat, ne nimis multa regis arbitrio gerãtur. Tyrãnides duobus modis cõtrarijs cõſeruantur, uiros præſtantes, atq; eos qui*

magno

magno celſoq́; animo ſunt de medio tollere, non pati in ciuitate conuentus hominum fieri, nec literarum ac proborum institutorum ſtudia, quæ liberos reddunt animos permittere, & dare operā ut ciues inter ſe minimè noti ſint, utq́; ciuitas exploratorum plena ſit, qui facta & conſilia ciuium deferant. Item per calumnias ciues inter ipſos committere, ſubiectos ad paupertatem redigere, & occupatos tenere, ne diuitiarum occaſione, aut per ocium eis inſidiari tyranno liceat, implicatosq́; bello tenere, ut ipſo ductore ſemper indigeant. Debet præterea tyrannus amicorum inſidias cauere, mulieribus & ſeruis uiuendi licentiā præbere, ut utriſq; exploratoribus contra uiros & dominos utatur, quæ omnia tribus finibus continentur: primū, ut ſubiecti abiecto animo ſint: deinde ne alij alijs fidant: tertiò, ut etiam uolentibus tyrannidem euertere, facultas abſit. Eſt etiam alter modus huic contrarius, ut tyrannus regiam adminiſtrationem æmuletur, & regiam uoluntatem oſtentet, detq́; operā diligenter, ut etiamſi bonus non ſit, eſſe tamen uideatur, amorem iuſtitiæ, religionis, & honeſtatis præ ſe ferat: quibus rebus homines capiuntur maximè, hoc tamen iacto & retento fundamento, ut etiam nolentibus imperare poßit.

Caput XL

COnſeruantur autem cōmuniter quidem, ut perſpicuum eſt, rebus contrarijs: ſigillatim autem, regiam poteſtatem ad moderatiorem formā diſciplinamq́; reuocando. Quo enim minor poteſtas eſt eorum qui imperāt, eo diuturnius ſtabiliusq́; omne ſtat imperiū. Nam & minus ad dominationem inſtructi ſunt, & magis pares ſunt moribus, & minus eorum qui ſe ipſorum imperio ſubiecerunt, flagrant inuidia. Ob eam enim cauſam & Moloſſorum regale ciuitatis genus ſtabile fuit, & Lacedæmoniorum, quòd iam ab initio in partes duas imperium diuiſum eſt, & rurſum ei Theopompus modū adhibuit, cū præter alios magiſtratus etiam Ephoros inſtituiſſet. Imminuta enim poteſtate, tempore auxit imperium regium. Ita quodammodo id non minus, ſed maius effecit. Quod eum uxori ſolitum aiunt dicere. Cum enim ea obijceret, an non puderet eum regnum minus tradere liberis, quàm ipſe à patre accepiſſet? non certè, inquit: trado enim diuturnius. Tyrannorum autem imperia duobus modis maximè repugnantibus conſeruantur, quorum alter traditus eſt, quo q́; tyranni permulti imperium adminiſtrāt. Eorum partim à Periandro Corinthio aiunt tradita, partim ab imperio Perſarum ſumi poſſunt. Sunt autem quæ ſuprà dixi ad ſalutem tyrannidis pertinere, ut primores ciuitatis interficere, ſapientes tollere, conuictus non pati, nec ſodalitates, nec diſciplinam, nec quicquam tale: ſed ea ne fiant cauere, unde duo effici ſolent, prudentia & fides. nec ſcholas, neq; conuentus alios aptos ad ceſſationem ſinere fieri, & omnia perficere, ut quàm maximè ignori inter ſe omnes ſint. Notitia enim fidos eos inter ſe faciet. Eos etiam qui in urbe morantur, ſemper uideri, & ſtare pro foribus. Sic enim & minimè latebit quid agant, & aſſueſcent animo eſſe abiecto & demiſſo, perpetua ſeruitute. Aliaq́; omnia eiuſdem generis Perſarum & Barbarorum inſtituta, quæ ad tyrannorum imperium pertinent. Tantundem enim ualent omnia. Et dare operam, ut non lateat, quid quiſq; eorum qui eius imperio ſe ſubiecerint, dicat aut agat: contraq́; ut ſint ſpeculatores, cuiuſmodi erant Syracuſis, qui * Potagogidæ uocabantur. Hieron etiam quoſdam qui auribus perciperent quid diceretur, mittebat, ubi conuentus aut cœtus aliquis hominū erat. Minus enim liberè loquuntur, horum metu: aut ſi liberè dicunt, minus latet quid dicant. Præterea crimina eis inter ipſos & pericula creare, concitare odijs amicos inter ſe, & plebem cum patricijs, & locupletes inter ſe, eosq́; qui ſunt in illius imperio, pauperes efficere, tyrannorum proprium eſt: ut nec præſidium alatur, & quotidianis operis occupatis non uacet impetum facere. Teſtes ſunt pyramides Aegypti, teſtes ſtatuæ quas Cypſeli poſteri ſtatuerunt, & Iouis Olympij ædes à Piſiſtrati poſteris facta, & in Samo Polycratia opera. Hæc enim omnia ualent ad negotium & inopiam eorum qui parent. Multum etiam poteſt tributorum collatio. ut Syracuſis, ubi tyranno Dionyſio quinquennij ſpacio uniuerſę opes collatæ ſunt. Solet etiam tyrannus bellum gerere, ut ne ſint in ocio, & ducis deſiderio teneantur. Et regia quidem poteſtas amicorum fide, & pręſidio maximè conſeruatur: tyranni autem eſt amicos potiſsimum ſuſpectos infidosq́; habere, quaſi uerò omnes uelint, hi autem maximè eum poſsint de medio tollere. Ea etiam omnia quæ in extrema populi poteſtate obſeruātur, propria ſunt tyrannorum: ueluti mulierum poteſtas uagandi per domos, ut conſilia uirorū enuncient. Itemq́; ſeruorum manumiſsio, eadem de cauſa. non enim imperum faciunt in tyrannos ſerui ac mulieres: qui ſi ex animi ſententia uiuant, charas habeant neceſſe eſt, tum tyrannorū tum populi poteſtates: populus enim ſolus princeps uult eſſe. Itaq; aſſentator apud utrumq; eſt in honore ac precio, apud plebem popularis (eſt enim plebicola populi aſſentator) apud tyrannum is qui ſummiſſe ſe gerit in conſerendis ſermonibus, quod eſt aſſentationis. Ob eamq́; cauſam tyranni improbos ſibi amicos parant, quòd aſſentatione moueantur: quod nemo qui animo libero præditus erit faciet. quinetiā amant boni uiri, uel certè non aſſentantur. Et improbi maleficijs apti ſunt. Clauus enim clauo truditur, ueteri prouerbio. Tyrani etiam eſt, nullo præſtanti, aut libero homine delectari, quòd ſe tantū eiuſmodi putat eſſe. & qui contrà ritu hominis liberi ſplendorē adhibet, is maieſtatem poteſtatemq́; tyranni tollit. Quocirca eos odit, ut imperij euerſores. Adhibere etiam conuictores peregrinos potius quàm ciues, tyrannorum eſt, quòd hos hoſtes habeant, illos non repugnantes. Hæc autem aliaq́; eiuſdem generis tyrannorum ſunt illa quidem, ad conſeruationemq́; imperij ualent, ſed nullum non ſcelus complexu ſuo continent, quæ omnia tribus generibus continentur. Tyrannus enim tria exquirit: unum, ut ij qui ipſi parent, abiecto ſint animo. quòd qui puſillo animo eſt,

Proſagogidæ correctius, quæ uox delatores ſignificat.

mo eſt, impetum facit in neminem. Alterum, ut alteri alteris inuidi ſint. neq; enim tyrannorum potentia antè euertitur, quàm aliqui cõſpirent, fidiq́; ſint inter ſe. Itaq; cũ bonis inimicitias exercent, tanquam imperio eius obſtent, non ſolum quòd parêre nolint ut ſerui domino, ſed etiam quòd ipſi alij alijs fidem habent, & illis cæteri, & quòd neq; ſe ipſi accuſent, neq; cæteros. Tertium, ut nulli potentes ſint. Cum enim id aggreditur nemo, quod ipſe efficere non poſsit, ne tyrannũ quidem ſi uires non ſupperant, quiſquam interficere uelit. Atque hi tres ſinea ſunt & quaſi termini, quò uoluntates tyrannorum & conſilia referuntur. Nam ad has reliquæ eorum cogitationes referri redigiq́; poſſunt, partim ut fides nulla ciuibus inter ipſos relinquatur, partim ut parum poſsint, partim ut demiſſo ſint animo. Hæc igitur una ratio eſt conſeruandarum tyrannidum. Altera ferè diligentia contrà quàm diximus, continetur, quam à regiæ poteſtatis interitu aſſumamus licet. Vt enim una ratio euertendi regni in eo poſita eſt, ſi imperium ad tyrannidem propè accederet: ſic tyrannorum opes conſeruabũtur, ſi ad regiæ poteſtatis ſimilitudinem imperium transferatur, retenta modò ea poteſtate, ut non ſolum uolentibus, ſed etiam inuitis ac nolentibus imperet. Si enim negligat, & hoc ipſum amittet, & ius tyranni. Sed hoc quaſi fundamentum conſtituendum ac ſtabiliendum eſt: cætera partim efficienda ſunt, partim ſpecie regis tegenda, primùm ut Reip. conſulere uideatur. Quod fiet, ſi nec impenſas eiuſmodi faciat, quæ multitudinis uoluntatem offendant, cum ab ea accipiũtur quæ parcè opere ac labore quæſiuit, & ſcortis, peregrinis, opificibusque effuſe dantur: & accepti expenſique rationem referat, quod iam quidam tyranni fecerunt. Qui enim hoc modo Remp. adminiſtrabit, paterfamilias, non tyrannus eſſe uidebitur. Neque uerò timendum eſt, ne pecuniæ deſint, cùm ſumma ſit eius poteſtas in ciuitate. Quinetiam domo abeuntibus tyrannis hoc utilius eſt, congeſtas relinquere. Minus enim cuſtodes corporis imperium occupabunt. Maius autem periculum tyrannis à cohorte, quàm à ciuibus imminet: quòd illi unà cum eo abſunt, hi manent domi. Præterea tyrannus ita ſe gerere debet cogendis tributis & uectigalibus, ut ea Reip. cauſa cogere uideatur. Quòd ſi quãdo uſui ſunt bellicis rebus, omnino ſe ipſe præſtare debet cuſtodem ac quæſtorẽ, ut rerum communium, non ſuarum. Hoc etiam perſpectũ ſit & cognitum, eum non difficilem eſſe, ſed comem & humanũ, quod in eo poſitũ eſt, ut eum non timeant ij qui adeunt, ſed uereãtur potius. quod aſſequi difficile eſt eũ qui huiuſmodi eſt, ut facilè contemnatur. Itaq; ſi minus cæteris uirtutibus, at certè ciuili danda opera eſt, talisq́; ei de ſe afferenda opinio eſt. Iam uerò ea de illo opinio eſſe debet omnium, ut non ſolum ab ijs adoleſcentibus aut uirginibus, quibus præſit, manus abſtineat, uerumetiã ab ijs qui circa ipſum erunt. Eodemque modo eius mulieres aduerſus cæteras ſe gerere oportebit, quòd propter mulierum iniurias multa tyrannorum imperia conciderunt. Quod autem ad uoluptates corporis

A attinet: contrà ei faciendum eſt, quàm nonnulli tyranni hoc tempore faciant. Non enim ſolum ut primùm illuxit uoluptatibus corporis ſe tradunt, multosque dies hoc unum agunt, ſed hæc ſua facinora alijs perſpecta eſſe uolunt ac cognita, ut ſe ut beatos ſuſpiciant atq; mirẽtur. Sed inprimis his modus adhibendus eſt: ſin minus, certè ei afferenda opinio eſt, ab ijs ſe abhorrere. Neque enim impetus fieri ſolet in eum qui ſobrius eſt, ſed in eum qui ebrius: neq; in uigilantes, ſed in dormientes. quod de contemptu eodem modo iudicandum eſt. Contraq́; faciendũ eſt, quàm ſuprà dixi. Conſtituere enim Rempub. & ornare debet, tanquam tutor ſit, non tyrannus. Religioni etiam deorũ præ cæteris operam dare debet, quod ita minus uerentur, ne in ſe contra leges princeps malè cõſulat, ſi eum uereri Deos ac curare arbitrentur. minusq́; in eum impetum facient, qui deos etiam adiutores habeat. Eumq́; ſe præſtare ſine ulla ſtultitiæ ſuſpicione debet. Boni autem qui aliquid cum laude geſſerint, ijs honoribus ab eo afficiendi ſunt, ut non putent unquam ſe maioribus ornari potuiſſe, ſi ſuis legibus uterentur. Quos quidem honores ipſe tribuet, pœnarum autem atq; ſuppliciorum rationem alijs magiſtratibus iudicijsq́; committet. Communis autem cautio omnis ſingularis imperij eſt, ne unus aliquis creſcat, ſed plures, quòd ſe inter ſe obſeruabunt. Quod ſi quis fortè magnus faciendus ſit, at ne is fiat, quem mores ſuperbum audacemq́; efficiunt. Sunt enim hi tales mores ad impetus faciendos in Rebuſpub. om-

B nibus inſtructiſsimi. Quòd ſi quem potẽtia ſpoliare uideatur, ſenſim id erit pedetẽtimq́; faciendum, ut ne totam adimat. Cùm autem ab omni libidine continere ſe debet, tum præ cæteris à duabus, & à uerberibus, & à rebus uenereis. hoc autem ne fiat, in ijs maximè qui cupiditate gloriæ ducuntur, prouidendum eſt. Vt enim ij qui pecunias amant, pecuniarum imminutionem, ſic ambitioſi ac boni uiri gloriæ iacturam moleſtè ferunt. Itaq; aut non eſt his utendum, aut opinio eſſe debet, eum ſupplicium patrio more, nõ eo repudiato & ſpreto ſumere. Conſuetudinis autem eius & concubitus cum pueris, uideri debet amor cauſa eſſe, non libido & licentia. Omnino quæ ignominiæ ac dedecori ducuntur, ea erunt maioribus honoribus compenſanda. Eorum autem qui impetũ faciunt ad corporis internecionem, à nemine maius periculum impendet: neq; quiſquam maiore diligentia cauendus eſt, quàm is qui poſt hanc mortẽ, uitam nullam uult quærere. Quocirca ab ijs declinandum eſt, maximè qui uel ſibi, uel ijs qui illis curæ ſunt, iniuriam factam eſſe putant. Neq; enim ſibi conſulunt, qui ira incitati, impetũ in alios faciunt: Heracliti etiam ſentẽtia, qui ait difficile eſſe iracundiæ obſiſtere, quòd uita conſtet. Quoniamq́; ciuitates ex duabus partibus conſtant, ex inopibus & locupletibus: hoc in primis ſtatuendum eſt, ut utrorumq; ſaluti in imperio conſulatur, alijque ab alijs nulla afficiantur iniuria. Vtrilibet autem ſuperiores erunt, ij adiungendi erunt imperio: propterea quòd ſi hæc adſit facultas, nec manumittere ſeruos tyrannus, nec arma ponere

cogetur. Pars enim altera cum copijs coniuncta ſatis munita erit, ut impetus hoſtium uincere & reprimere poſsit. Sed ſuperuacaneum eſt de ſingulis dicere. perſpicuum eſt enim, id quod ſpectare & quod ſibi proponere debet tyrannus, opinionem de eo omnium eorum quibus præeſt eiuſmodi eſſe oportare, ut non tyrannũ eum, ſed patremfamilias & regem: nõ uendicatorem, ſed tutorem eſſe exiſtiment: utq́ue moderatum uiuendi genus, non effuſum delegiſſe uideatur. Iam uerò cum primoribus conferre ſermones, plebem delinire obſequio debet. Sic enim fiet neceſſariò, ut non ſolum imperium ſit præſtantius & amabilius, quòd melioribus ciuibus præſit, nõ abiectis & demiſsis animis, cum nec eum ciues oderint, nec metuant, ſed etiam ut ſit diuturnius. Denique ijs moribus debet eſſe prædítus, ut uel ad uirtutem aptum animum habeat, uel certè quadam ex parte bonus ſit, non planè improbus, ſed quodammodo.

EX OMNI GENERE REIPVB. *paucorum potentia & tyrannis breuiſſimo tempore durant: quod argumento tyrannidum quæ diutiſſimè durarunt, declarat, ſubiectis tantæ durationis cauſſis. Deinde Platonem accuſat, quòd non rectè in ſua Repub. de Rerumpublicarũ mutationibus diſſeruit.* Cap. XII.

ATqui omnium Rerumpub. minus diuturnæ ſunt paucorum tyrannorumq́ue poteſtates. Nam Sicyone tyrannorum imperium Orthagoræ eiuſq; liberorum diuturnum fuit: quippe quod centum annos tenuerit. ſed id accidit propterea, quòd moderatè ſe & præclarè geſſerunt aduerſus eos quibus imperabant, & quòd magna ex parte legibus paruerunt. Et quoniam bello erat bonus Cliſthenes, non contemnebatur, & quòd multis in rebus ſtudioſe popularis erat. dicitur enim Cliſthenes corona donaſſe eum iudicem, qui eius uictoriæ & triũpho repugnauerat. nec deſunt qui confirment, eius qui ita iudicauit, eam eſſe ſtatuam quę in foro poſita eſt. Ferunt etiam Piſiſtratũ cum in ius ad Ariopagum uocatus eſſet, paſſum eſſe iudicium. Altera tyrannis fuit Corinthi, eorum qui in Cypſeli locum ſucceſſerunt, quæ quidem durauit annos tres & ſeptuaginta & ſex menſes. Cypſelus enim annos triginta imperauit, Periander quatuor & quadraginta, Pſammerichus Gordij filius tres annos. Eædem etiam cauſæ diuturnum hoc fecerũt Cypſelus enim popularis fuit, ob eamq́; cauſam in imperio nullum ſibi præſidium adhibuit. Periander autem tyrannum ille quidem ſe præſtitit, ſed idem bello fuit bonus. Tertium eorum qui Piſiſtratum conſecuti ſunt, fuit Athenis, ſed non fuit cõtinuatum. Bis enim actus eſt in exilium. Ita ex annis tribus & triginta, decem & ſeptem tantummodo imperium tenuit, & duodeuiginti eius liberi. Ita omnes anni quinq; explent & triginta. Reliquum eſt imperium Hieronis, Gelonis Syracuſis, quod nõ multos annos ſtetit, ſed tantum duodeuiginti. Geloo enim cum tyrãnus ſeptem annos imperium

A tenuiſſet, octauo exceſsit è uita, & Hiero decem imperauit. Thraſybulus autem undecimo menſe exactus eſt. At uerò magna ex parte tyrannorum omnino breuis ſunt, non imperia diuturna. Ac quibus quidem rebus Reſpub. poteſtatesq́; eorum qui ſoli præſunt, euertantur, atq; conſeruentur, ferè dictum eſt. In Platonis autem Politia diſſeritur quidem de mutationibus Rerumpub. à Socrate, ſed non rectè diſputatur, cũ præſertim optimæ Reip. quæ eadem prima eſt, non tradat quæ ſit propriè mutatio. Ait enim id cauſæ eſſe, quòd nihil maneat, muteturq́ue circuitu quodam temporis. initium autẽ horum eſſe ea quorum ſeſquitertiũ fundum coniunctum cum quinq; duplicem concentum efficit. additq́; illo tum id fieri, cum diagrammatos numerus huius eſt ſolidus, tanquam natura interdum prauos ac meliores, quàm diſciplina procreet. Atque hoc quidem certè dicit non malè. Fieri enim poteſt, ut ſint nõnulli qui inſtitui boniq́; effici non poſſint. At quî tandem hæc propria illius quam dicit optimam Rempub. eſſe poteſt, magis quàm cæterarum omnium, & omnium rerum quæ oriuntur? atq; id, tempore quo fluere ait omnia? etiam ea quorum non ſimul origo eſt & ortus, unà mutarentur? ueluti ſi ſint pridie quàm muterentur. ſimul ergo mutantur. Prętereà quamobrem ex hac ipſa in Rempub. Lacedæmoniorum fiet mutatio? cum præſertim ſæpius in contrarias mutentur Reſpublicæ omnes, quàm in finitimas atque uicinas. Eadem eſt ratio reliquarum commutationum. Lacedęmoniorum enim Reſ

B publica in paucorum poteſtatem, ut ait, mutatur, & hæc in populi, & populi poteſtas in eam quæ eſt in poteſtate tyrannorum. Atqui contrà etiam commutantur, ueluti populare ciuitatis genus ad paucos transfertur, idq́; potius quàm ad eos qui ſoli imperant. Iam uerò ſit necne futura tyrannorum poteſtatis mutatio, & quamobrem, in quamq́ue Rempublicam non aſſerit. Cuius ratio afferri poteſt, quòd non facilè id potuit dicere. incertum enim eſt, quandoquidem eius ratione ac ſententia, in primam eandemq́; optimam fieri mutatio debeat. Sic enim fiet continenter, atque in orbem reuolueretur. At tea tyrannorum ad alios tyrannos transferuntur: ut tyrannis quæ Sicyone erat, ex ea cui Myro præfuit, in eam mutata eſt, quam exercuit Cliſthenes. In paucorum etiam poteſtatem commutatur, quemadmodum Chalcidenſis, quam Antileon occupauit: & in popularem, ut Syracuſis ea quam tenuerunt Gelonis liberi: & in eam Rempublicam, quæ eſt in poteſtate optimorũ, ueluti Lacedæmone & Carthagine Charilai. paucorum etiam opes ad tyrannos transferuntur, ut ueteres Reſpub. ferè in Sicilia, apud Leontinos in Panætij, Gelæ in Cleandri, Rhegij in Anaxilai tyrannidem commutata eſt, quod eodem modo de alijs pleriſque urbibus iudicandum eſt. Illud etiam abſurdum eſt, eam Remp. ad paucos putare concedere, propterea quòd auidi pecuniæ ſunt ij qui ſunt in magiſtratu, non quod permulti qui ſummas opes nacti ſunt, nõ æquum putant eos qui nullas opes habent, pari iure in Repub. cum ijs quæ habent contineri.

In multis quidem ciuitatibus nõ licet facere pecuniam, legesq; ſunt quæ id uetent. Carthagine autem, quæ ciuirss populi conſilijs adminiſtratur, id licer, neq; adhuc eorum res opesq; conciderunt. Abſurdum eſt etiam dicere duas eſſe ciuitates, eam quæ à paucis gubernetur, ſi in ea ſint opulenti ac pauperes. Quid enim peiore ea conditione eſit, quàm Lacedæmoniorum quæuis alia, in qua omnes pari iure uiuunt, aut non omnes boni uiri ſimili iure continentur? Quòd ſi nemo egentior quàm prius, fiat, tamen in populare ciuitatis genus ex paucorũ poteſtate mutantur Reſpub. ſi maior ſit pars tenuiorum: & ex populari in paucorum, ſi pars locupletum uincat multitudinem, & hæc negligat, illi ſint attentiores. Cumq; commutandarum rerum multæ cauſę ſint, eas non enumerat, ſed unã, quòd cum uoluptatibus ſe tradant conſtringendos, luxuq; diffluant, uſuris exhauſti egentes fiant: quaſi uerò omnes ab initio locupletes naſcantur, aut certè plurimi. Quod falſum eſt. Sed cũ aliqui ex primis ciuitatis patrimonia conſumpſerunt, tum deniq; nouis rebus ſtudent. Cum uerò alius nihil aſperum eſt: mutaturq; nihilominus interdũ in popularem, quàm in aliam Remp. Præterea ſi non pateat eis aditus ad honorem, ſi iniuria aut contumelia afficiantur, ſeditionem inducunt in ciuitatem, Resq; publicas commutant, etiamſi patrimonia nõ profuderint, quod impune quiduis agendi eis data ſit poteſtas. quod licentia aſunt fieri. Deniq; cũ plura ſint genera & earum Rerumpub. quæ à paucis, & earum quæ à populo principe adminiſtrentur, tanquam una ſit utraq;, ita mutationes Socrates enumerat.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIBER VI.

IN HVIVS SEXTI LIBRI *præfatione, de quibus rebus in ſuperioribus libris præſertim quarto & quinto diſputauit, ſummatim cõmemorat, ac ſimul de quibus deinceps diſputaturus ſit, proponit. Oportet, inquit, non ſolum qui ſit optimus ſtatus Reip. ſed etiam quomodo conſtitui debeat explicare. Et quia primũ de ſtatu populari differendum eſt, conſideranda ſunt omnia quæ habentur popularia, & ex his uariæ temperaturæ faciendæ. Hinc enim complures ſpecies cuiuſq; generis exiſtunt, in quo non ſolum populi partes conſiderari debent, de quarum uarijs mixtionibus in quarto diſputatum eſt, ſed etiam de accidentibus proprijs cuiuſq; Reipublicæ, quarum rerum cognitio non ſolum ad conſtituendam initio Rempub. ſed etiam ad corrigendam deprauatam facit.*

Caput I.

PARTIS quidem ciuitatis quæ conſilijs Remp. adminiſtrat. & eius quæ ſummam habet in Rep. poteſtatem, magiſtratuumque ac iudiciorũ deſcriptionis quot quęque ſint diſtinctiones ac diſsimilitudines, quęq; ad quam Remp. accõmodanda

A ſit: pręterea quæ res ac cauſę Rebuſp. interitum ſalutemq; afferant, ſuperioribus libris demonſtratum eſt. Quoniam autem multa ſunt genera eius Reip. quæ populi conſilijs adminiſtratur, itemq; cæterarum, non alienum erit, ſi quid reliquum ſit uno ſermone tradere, rationemq; explicare, quæ cuique accõmodata utilisq; uideatur. Cognoſcendæ ſunt pręterea omnium rationum quas expoſui coniunctiones, quòd ex earũ copulatione uarię Reiũp. formæ mutationesq; naſcũtur, ut eæ quæ inſunt in poteſtate optimorũ, ad populum transferãtur. Cum autem coniunctiones dico, eas dico eſſe conſiderandas, quæ nondum tractatæ ſunt. Veluti utrum eius pars ciuitatis quæ cõſilijs præeſt, & eius quæ creãdis magiſtratibus deſcriptio ac ratio ad paucorum poteſtatem pertineat, an ea quæ cõſilijs præeſt deſcripta ſit accõmodatè ad paucorum imperium. & quæ creandis magiſtratibus, ad eam formam Reip. quæ optimatũ conſilijs adminiſtretur: an uerò alia quadam ratione non omnia quæ Rempub. attingunt, ſint cõſtituta. Et quanquã quod populare ciuitatis genus ad quam ciuitatem accõmodandum ſit, quodq; paucorum ad quam multitudinem, & quæ reliquarum Rerump. quibus utilis ſit, iam expoſitum eſt: tamen planum fieri debet, non ſolum quæ ciuitatibus ſit ſalutaris maximè, ſed etiam quemadmodũ conſtituendæ ſint & hæ & alię, paucis explicandum eſt. Ac primùm de ea quæ à populo adminiſtratur, diſſeramus. Ea enim cognita, etiam contrariam intelligemus, quam quidam uocant paucorum po-
B teſtatem. hac autẽ uia & ratione iura omnia popularia exponenda ſunt, quæq; uidentur res populi attingere. popularis enim poteſtatis genera, pluresq; populi poteſtates, easq; diſtinctas eorum fecit coniunctio. Duæ enim cauſæ ſunt, quę res populi in multas partes diuiſerũt: altera quæ ſuprà expoſita eſt, populi diſtinctio. Populi enim pars alia aratorum eſt, alia eorum qui in ſordidis artibus uerſantur, alia mercenariorũ, quarum prima cum ſecunda coniuncta, & tertia utrique nõ tantum eo differt, quòd populi poteſtas melior deteriorq; fiat, ſed eo etiam quòd nõ eadem. Altera cauſa eſt ea de qua nunc dicimus. Quæ enim populares poteſtates attingunt, Reique publicæ propria uidentur, ea coniuncta Reſpub. quę populi conſilijs adminiſtrantur, ab hac ſeparauerunt. Alij enim pauciora, alij plura conueniunt, cuidam hæc omnia. perutile eſt autem unumquodq; eorum cognoſcere, ut conſtituatur quam quiſq; ſequi uelit, & quæ ſint adhibendæ correctiones. Hoc enim agunt, hoc meditantur ij qui Reſpub. conſtituunt, omnia quæ apta accommodataq; ſint, ad finem propoſitum referre. quod qui faciunt, errant: quemadmodum docui, tum cum de Rerump. interitu & conſeruatione diſputarem. Nunc de fundamentis & inſtitutis, quæq; expetant, diſſeramus.

FINIS, QVO SPECTAT STA*tus popularis, eſt libertas. Signum popularis gubernationis, eſt imperandi uiciſsitudo. Ius populare, eſt æqualitas arithmetica. Alterum ſignum eſt, ſi quiſq; uiuat, ut uult.*

Ret inſtitutaq́; popularia hæc ſunt, ut omnes magiſtratus ex omnibus ordinibus conſtituantur: ut omnes ſingulis, uiciſsimq́; ſinguli omnibus imperent: ut magiſtratus ſortito mandentur, ijs exceptis qui uſum aut artem requirunt. hi enim ſuffragio mandari debent, ut nullus cenſus, aut minimus ad gerendum magiſtratum requiratur: ut nullum aut paucos magiſtratus bis gerere liceat, aut nõ ſæpi præter bellicos: ut omnes ad breue tempus ſi ratio magiſtratus ferat, mandentur: ut omnes & ex cunctis ordinibus iudicia de omnibus rebus, aut certè de pleriſq; & grauiſsimis exerceant. Eſt etiam populare ut ſit conſilium, ad publicas deliberationes, ſi merces egenis conſultandi gratia populariter conuenientibus non ſuppetat, ut merces omnibus Rempub. gerentibus, ſi facultates adſint, tribuatur: ſin minus, iſt qui maximo magiſtratus gerunt, & ſimul cibum capiunt. Sunt etiam popularia, ignobilitas, rgeſt.u, & artes ſordidæ, utq́; nullus magiſtratus ſit perpetuus. Cap. II.

FVndamentum quidem popularis Reip. eſt libertas. Hoc enim omniũ ſermonibus increbuit, quaſi uerò in hac una Repub. libertatis inſit communio: propterea quòd hanc dicant ab omni populari imperio indagari & exquiri. Libertatis autem una pars eſt, uiciſsim parēre atq; præeſſe. Ius enim populi in eo poſitum eſt, ut omnes æquales opes habeant, non pro dignitate: quo iure cõſtituto, neceſſe eſt ſummam eſſe populi poteſtatem, quodq́; maiori parti uiſum ſit, id finem & ius eſſe. Omnes enim ciues pari iure uiuere aiunt oportere. Ex quo fit, ut in B populi poteſtate tenues, quoniam plures ſunt, plus poſsint quàm copioſi. Id autem demum ualet, quod maiori parti uiſum eſt. Atq; hoc quidẽ unum ſignum eſt libertatis, quem ſibi finem omnes populares proponunt in Repub. Alterũ autem eſt, ſic uiuere, ut uelis. Hoc enim libertatis aiunt eſſe proprium: ſi quidem ſerui eſt, uiuere non ut uelit. popularis quidem Reip. alter hic finis eſt. Hinc autem euenit, ut parēre uelint in primis nemini: ſin minus, uiciſsim: idq́; ad libertatem conducit eam, quæ ab æquabilitate proficiſcitur. His autem poſitis, atq; hoc ſtante principio, hęc quę ſequũtur popularia ſunt iura. Creandos & deligẽdos eſſe magiſtratus omnes ex omnibus, imperiũ habere oportere omnes in quenque, & uiciſsim quenque in omnes: ſortitò magiſtratus mandandos eſſe omnes, aut eos certè qui exercitationis non indigeant, nec artis: non pro ratione ullius cenſus, aut quàm minimi, eſſe mandandos: nefas eſſe eundem bis ullum magiſtratũ gerere aut rarò, aut certè paucis exceptis bellicis: breue tempus præſcriptum eſſe oportere magiſtratibus omnibus, aut quibus poteſt: omnibus licere de rebus omnib. ius dicere, aut de plurimis, ijsq́; grauiſsimis & principalibus. ueluti de rationibus referendis, de Repub. & rebus quas priuatim quiſq; cum quoq; contrahit. Concionem ſummam habere omniũ rerum poteſtatem: magiſtratum nullum ullius, aut quàm paucisſimarum, aut maximarũ. Magiſtratuum autẽ nullus magis popularis eſt Senatu, in quo

A non omnibus ſtipendium datur, pręſertim cum ei etiam ordini poteſtas adimatur. Sibi enim populus cui ingẽs merces eſt attributa, iudicia omnia uendicauit, quemadmodum ſuperioribus libris, cũ hac de re diſſereremus, diximus. Præterea ſtipendium pendere primum omnibus, concioni, iudicijs, magiſtratibus: ſin minus, ſenatui, & concionibus ſtatis, uel magiſtratibus, ijs qui inter ſe uictus ſocietate coniungantur neceſſariò. Iam quoniam paucorum poteſtas & genere & opibus & diſciplina definitur, popularia his contraria uidentur eſſe, ut ignobalitas, ut paupertas, ut ſordidæ & illiberales artes. Magiſtratum aũt nullum perpetuum eſſe. Quod ſi quis ex antiqua mutatione reliquus ſit, tum fas eſſe ei auctoritatem imminuere, & à ſuffragijs ad ſortem transferre. Atq; hæc ſunt popularium poteſtatum cõmunia, quæ ex eo iure nata ſunt, quòd inter omnes conſtat eſſe populare, omnes æquo iure uiuere, in quo populare imperium ac populus maximè uidetur cõſiſtere. Aequum eſt enim nihilo magis præeſſe locupletes quàm tenues, nec eos ſolos ſummam habere poteſtatem, ſed omnes ex æquo. Sic enim in Repub. æquabilitatem & libertatem ineſſe exiſtimabunt.

QVONIAM SVMMA POPVLA*ris adminiſtrationis eſt, ut æqualitas inter omnes ſeruetur, uidendum eſt qua potiſsimum ratione ſeruari debeat. Nam una ratio eſt, ut tantũ ponderis ſententia mille pauperum habeat, quantum quingentorũ diuitum. Alia, ut ex quingentis diuitibus tot homines ad gerendos magiſtratus, quot ex mille pauperibus deligantur: quarum utraq; ratio iuſtior & æquior eſt, quam illud, ut ratum ſit, quicquid multitudini uiſum fuerit, ut placet popularibus, & quam ut ratum ſit quod placet iis in quibus uincit patrimonium, quoniam ex ambabus poſterioribus rationibus magna incõmoda oriuntur.*

Caput III.

HOc ita conſtituto, quęret aliquis, quo tandem modo opes æquè magnas habere poſsint: an cenſus exempli cauſa quingẽtorũ, in mille diuidendi ſunt, ut mille tantũ poſſint, quantum quingenti? an non in eo ponenda eſt quæ ex eo ſumitur æquabilitas, ſed facta hoc modo partitione, ex quingentis & mille par hominũ numerus ſumendus eſt, quorũ ſumma ſit *diuiſionum atq; iudiciorũ poteſtas. Vtrum igitur hæc Reſp. quæ populari iure æquiſsima ſit, an ea potius quæ multitudinis? Aiunt enim populares, id demũ ius eſſe, quod maiori parti uiſum ſit: pauci autẽ potentes, quicquid maiores opes probarint. pro opum enim magnitudine iudicari aiunt oportere. Sed in utroq; ineſt inæqualitas & iniuſtitia. Si enim quicquid pauci approbarint, id ius tyrannis conſtituitur, quippe cum ſi unus aliquis locupletum opes ſuperet, is unus iure eius Reipublicæ, quæ eſt in poteſtate paucorum, dignus ſit principatu. Sin quòd plures, ij iniuriam facient, proſcribendis bonis locupletum & tenuiorum, ut ſuprà diximus. Quę ergo ſit æqualitas, quam utrique concedunt ex eo iure quod utrique ſtatuunt, cognoſcendũ eſt. Quod

Conſultãdi atq;

Quod enim dicũt, quicquid maiori parti uiſum ſit, ualere: ſit ita ſanè, at non omnino, ſed quoniã duæ ſunt partes, ex quibus ciuitas conſtat, opulenti & pauperes, quod utriſque uiſum erit, aut maiori parti, id ratum eſto. Sin contrariæ ſuot eorum ſententiæ, quod plures ſequentur, atque ij quorum maior eſt cenſus. Veluti ſi hi decem, illi uiginti, & oiſum ſit ſex è locupletibus atq; reoul bus quindecim, accedant ad paoperes qoatuor opulenti, ad dioites illos quinq; inopes: tumq; uttorumlibet cenſus ſuperabit, coniuncto utrorumq; cenſu, id ualeat. Sin paritas erit ſententiarum, eadem hæc exiſtimaoda quæſtio eſt: quæ nunc, ſi concio in partes duas diuiſa ſit, aut forũ & iudicium. Aut enim ſorti res cõmittenda eſt, aut quid aliud tale faciendum. Et qoanquam in æquo & iure ualde difficilis eſt ueri inuentio, tamen facilius eſt id aſſequi, qoàm eis perſuadere omnibus, qui augere res ſuas & amplificare poſſunt. Semper enim æquabilitatis & iuris præſidiom petunt inferiores, ſuperiores autem id negligunt.

QVATVOR SVNT REIPVB. *popularis formæ, quarum illa optima eſt & uetuſtiſsima, cuius populus conſtat agricolis: in qua omnes, aut ex omnibus delecti mandandi & corrigendi magiſtratus & iudicandi facultatem habeant, ita tamen ut ſummi magiſtratus à maximis cenſibus mandentur: aut certè gerantur ab ijs qui gerendi facultatem, id eſt, uirtutem, ocium & peritiam habeant. Secunda, & huic proxima Reſpub. popularis eſt, cuius populus paſtoribus conſtat, qui animo & corpore ad munera quædam bellica obduruerunt. Nam Reſpub. quarum populus mercatoribus omnis generis, opificibus & mercenarijs conſtat, multo ſunt deteriores: tum quia iſtorũ ſtudia & opera nihil habent cum uirtute commune, tum quia facilius poſſunt in concionem conuenire. Cui malo ſic eſt occurrendum, ut huic turbæ ſine agricolarum multitudine in cõcionẽ cogi, ſeu populariter de Rep. cõuenire non liceat. Vltima uerò ut peſsima eſt, ſic multis cautionibus ut cõſeruetur indiget: quarũ illa maxima eſt, ne omnis generis turba popularis ultra modum, ut potentior diuitibus & mediocribus ſit, augeatur. Prodeſt etiam tribuum augere numerum, & omni ratione ut omnes inter ſe miſceãtur prouidere, & ſeruis mulieribusq; & pueris uiuendi licentiam permittere, ut in tyrannide dictum eſt. hic enim populus tyrannum æmulatur. Cap. IIII.*

A Sed maior quædam uolnptas ex agendo opere, quàm ex Repub. gerenda & magiſtratibus percipitur, obicuoq; non magno quæſtoi Reſpub. eſt. pleriq; enim utilitatis magis quàm dignitatis ratione ducũtur. Quod ex eo intelligi poteſt, quia & olim tyrannos pertulerunt, & paucorum imperium perferunt, ſi quis opere eos minus prohibeat, nec eis ſuũ detrahat. Citò enim alijs magnæ copiæ ſuppetunt, alijs nõ deſunt. Præterea poteſtas mandandorum magiſtratuum, & rationum repoſcendarum facilè explet deſiderium, ſi qua honoris cupiditate pulſentur. Quanqoam eoim apud nonnullos populos uon mandat populus magiſtratus, ſed quidam qui ex omnibus uiciſsim deliguntur, quemadmodũ Mantineæ: tamen cũ multitudine præclarè agitur, ſi ad conſilia adhibeatur. Eaq; ſpecies quædam ac forma Reipub. popularis ducenda eſt, cuiuſmodi fuit aliquando apud Mantineam. Itaque è Repub. populi, de qua prius dixi, eſt, in eaq; eſſe conſueuit poteſtas mandandorum magiſtratuum omnium, & repoſcendarum rationum geſti magiſtratus, & iudiciorum. Vtile eſt autem, ad gerendos maximos magiſtratus uoce ac ſuffragijs peruenire: quorũ ut quiſq; maximus erit, ita ex maximo cenſu mãdetur, uel certè in nullo mandando cenſus ratio ducenda eſt: ijq; demum eos gerent, qui adiumenta eorum gerendorum habebunt. Qui autem hoc Reipub. genere utentur, ij & præclarè gubernentur neceſſe eſt, quòd à præſtantiſsimis uiris magiſtratus gerentur, populi ſumma uoluntate, nullaq; bonorum inuidia. &

B boni atq; patricij hoc ſtatu erunt & ordine contenti, quòd & parebunt non alijs deterioribus hominibus: & iuſtè præerunt, cum ſibi geſti magiſtratus rationes reddendas eſſe apud alios uidebont. Pendère enim ex alijs, nec dare cuique qoiduis faciendi poteſtatem, condocit. Licentia enim malum in quoque homioe prouidere non poteſt. Ex quo efficitur id, quod Rebuſpub. plurimum prodeſt, ut booi qui omni uitio carent, præſint, oullo imminuto iure multitudinis. Perſpicuum eſt ergo, hanc populi poteſtatem præſtare cæteris, quod populus bene ſit animo conſtitutus. Ad ſtudium autẽ agriculturæ leges omnes quæ quondam apud nonnullos latæ ſuot, mirabiliter populom alliciunt, quæ omoino modum quendam poſſeſsionibus adhibent, quem egredi non liceat, aut uetant ne quid à certo loco ad urbem uerſus occupent. Legibus etiam olim io multis ciuitatibus ſancitum fuit, ne quis primam hæreditatem oenderet. Lex etiam eſt quam Oxyli eſſe dicont, cuius uis ea erat, ut ne quis in parte fundi qui cuiuſpiam eſſet fœneraret. Sed hoc tempore ad * Aphytalorum legem, quæ ad id qood agimos pertinet, dirigenda ſont omnia. Illi enim & ſi multi ſunt, agrumque exiguũ tenent, tamen uiuunt omnes in agris. Apud eos enim io precio ſunt non uniuerſæ poſſeſsiones, ſed eæ quæ in tot partes diuiſæ ſint, ut etiam pauperes æſtimatione ac precium ſuperare poſſint. Secundum autem multitudinem quæ agricultaram tuetur, populus is præſtantiſsimus eſt, apud quem opiliones ſunt, & rei pecuariæ ſtudium ſequitur. magnum enim habet cum agri-

Fortè Aphytheorum, ab Aphyta urbe Thraciæ. nam Aphytalorũ nulla fit à Geographis mẽtio.

C Vm autem eius Reipub. quæ à populo administratur, quatuor ſint genera: primæ, & optima (quemadmodum ſuperioribus libris dictum eſt) & uetuſtiſsima omoiom deſcriptio eſt. Primam autem dico, quæ in populos diuiſa eſt. Cum enim populus agriculturæ deditus, bonitate & uirtute præſtet, certè popularis ciuitatis genus conſtitui poteſt, ubi multitudo colendis agris paſcendisque gregibus ſe uitamque tueatur. Nam cõ operi intenta ſit, quòd non magnas opes habeat, tarò conuentus celebrat, quodq; non ei res ſuppetant ad uiuendum neceſſariæ, & in opere eſt, nec alieni eſt appetens.

cultura commercium: quæque ad officia bellica pertinent, hi maximè præſtant exercitatione, & optima corporis conſtitutione, ſub diuo durare poſſunt. Reliquæ autem omnes ferè multitudines, ex quibus cætera populi imperia conſtant, ab harũ bonitate deflexerunt. Nam & uita praua eſt, & nullum facinus cum uirtute habet commercium eorum quę tractat multitudo opificũ, & forenſium hominum atque mercenariorum. Præterea quoniam in foro & in urbe hoc hominum genus uerſatur, facilè cœtus & conuentus celebrat. At agricolæ quòd per agros diſperſi ſunt, nec cõueniunt ipſi, nec æquè eiuſmodi conuentus deſiderãt. Vbi autem agri eiuſmodi ſitus eſt, ut procul abſit ab urbe, ibi facilè eſt præclarũ populare ciuitatis genus conſtituere, & Remp. quòd in agris multitudo in colonias exire cogitur. Quocirca in eo Reip. genere quod populi dominatu tenetur, etſi uulgus forum terat, tamen non ſunt conuentus celebrandi, quin ea multitudo quæ in agris habitat cõuocetur. Ac optimus quidẽ & primus popularis ciuitatis ſtatus, quẽadmodum conſtituendus ſit, dixi. Perſpicuum eſt autem quomodo etiam cæteri. Nam eodem modo egrediendum eſt extra limites iuſti imperij, deteriorq́; multitudo ſemper ſeparanda eſt. At uerò extrema populi poteſtas, quoniam in ea omnes reperiuntur permixtæ, nec cuiuis ciuitati tolerabilis eſt, nec facilè ſtare poteſt, quin legibus & moribus bene ſit conſtituta. Quæ autem & hanc & cæteras Reſpub. euertere ſoleant, maximam partem tradidi. Cõſtituenda autem hac populari poteſtate, firmandisq́; populi opibus B ſoliti ſunt ij qui præſunt, quàm plurimos recipere, ciuitateq́; donare, non ſolũ legitimos & proprios, ſed eos etiam qui ex alterutro ciue, ut patre uel matre nati ſint. Quicquid enim tale eſt, naturæ iſtius plebis eſt aptius. Mos quidem fuit aſſentatoribus plebis hoc pacto cõſtituere Rempublicam, ſed tamen recipiendi ſunt ciues eatenus, quoad maior ſit pars locupletum atq; mediorum, nec ultrà progrediendum eſt. Si enim ſuperent, ordinem omnem è Repub. tollunt, & locupletes ut moleſtè ferant popularem poteſtatem impellunt: quod ſeditionem in Rempublicam Cyrenenſiũ induxit. Malum enim recens & exiguum contemnitur: cum autem conualuit uiresq; ſumpſit, uidetur ab omnibus. Ea etiam conſilia ualent ad conſtituendam hanc populi poteſtatem, quibus & Cliſthenes uſus eſt Athenis, cum populare ius amplificare uellet, & apud Cyrenem ij qui populi poteſtatẽ conſtituerunt. Nam & tribuum numerus augendus eſt, & ſodalitates à priuatis ſacris ad pauciora & publica reuocandæ ſunt, omniaque facienda ut quàm maximè inter ſe omnes permiſceantur, & ſuperiores conſuetudines dirimantur. Quę etiam opes tyrannorum firmant, ea omnia popularia uidentur: cuiuſmodi eſt ſeruorum, quæ ad quandam finem conducere poteſt, licentia, & mulierum & liberorum, & uiuendi ut quiſq; uelit poteſtas. Multi enim erunt, qui hanc Rempub. iuuabunt, cum præſertim pleriq; malint intemperatè quàm temperatè uiuere.

A

PRAECIPVA CVRA LEGVMlatoris, qui quartam ſpeciem Reipub. popularis conſtituere uelit, eſt, ut eam diuturnam faciat, quamq́; ea cura in omni Repub. conſtituenda debet eſſe prima. Ad diuturnitatem igitur Reipub. popularis facit, ut bona damnatorum ſi fuerint publicanda, non populo, ſed templis ad cultum diuinum & ſacrorum procurationem adiudicentur. Item prouidendum eſt, ut perpauca ſint iudicia de rebus Rempub. attingentibus, quæ capite ſolent & bonorum publicatione ſanciri. Adhæc ut omnes ciues præſenti ſtatu contenti ſint, aut certè ne odio ſummos magiſtratus habeant: utq́; rarò populus in concionem ad publicè deliberandum conueniat, præſertim non ſuppetentibus uectigalibus. Eſt etiam prouidendũ, ne multitudo nimium paupertate laboret. Cap. V.

QVoniam autem ſcriptoris legum eorumq́; qui aliquam eius generis Rempub. conſtituere uelint, neq; maximum opus neque ſolum eſſe conſtituere, ſed ut conſeruetur potius prouidere. (Neq; enim difficile eſt eos qui qualibet Republica utuntur, unũ diem aut duos tresúe florere) danda opera eſt, ut ijs rebus ex quibus cognouimus ſuperioribus libris quę Rerumpub. conſeruationes eſſent, quæque euerſiones, tutam Rempublicam firmamq́; reddamus. Ac primùm ea quæ interitum & perniciem afferunt uitabimus, deinde leges feremus eiuſmodi & ſcriptas, & non ſcriptas, quibus maximè ſa- B lus Reipublicæ continetur. Neque uerò exiſtimare debemus, id ualere ad populi paucorumq́; opes, quod facit maximè, ut Reſpublica uel in populi ſit uel in paucorum poteſtate, ſed id demum quod facit ut diu. Quoniam autem nunc Tribuni plebis dum grati eſſe plebi uolunt, in iudicijs multa publicant, debent ij qui Reipublicæ conſultum uolunt contrà facere, ſanciendo legibus, nihil eſſe publicum eorum qui damnantur, ſed ſacra omnia. Nam & ij qui iniuriam faciunt, quòd æqualis erit iactura, non minus pertimeſcent, & plebs minus condemnabit, cum ſibi damnatos nulli quæſtui fore intelliget. Publicæ etiam accuſationes in anguſtiſſimum locum concludendæ ſunt. Sic enim maximis pœnis ij qui temerè accuſant, coercebuntur, quòd non in populares, ſed in locupletes intẽdi ſoleat actio. Cùm autem omnes, tum uel maximè ciues charam Remp. habere debent. Sin minus, at certè enitendũ eſt, ut ne ij qui præſunt, hoſtes habeantur. Cumq́; extremæ populi poteſtates multitudine hominũ abundent, difficileq́; ſit eos cõuentus cœtusq́; celebrare, quibus merces nulla propoſita eſt, quæ res ubi fructus nulli publici ſunt, locupletibus obeſt: propterea quòd ex tributis, publicatione bonorum & iudicijs iniquis id neceſſariò naſcitur, quæ omnia multas iam populi opes euerterunt. ubi fructus nulli ſunt, populus rarò conuocandus eſt, & iudicia facienda ſunt de multis rebus, ſed paucos dies. Hoc enim ualet & ad demendum ſumptuum metum locupletibus, ſi inopes, non copioſi iudicent: & ad iudicandas cauſſas, quod locupletes multos diẽ

dies à rebus ſuis abeſſe nolunt, & paucos uolũt. Vbi autem uectigalia ſunt, nõ id faciandum eſt, quod hodie ij faciunt, qui populi patrociniũ ſuſceperunt, qui ea quæ ſuperant partiuntur, eaq; ſimul capiunt, ac rurſus eadem requirunt: ut inſtar uaſis quod perfluit, pauperibus præſidio id eſſe uideatur. Sed si qui uerè popularis ſit uidendum eſt, ut ne nimium ſit inops multitudo. Hac enim re fit, ut res populi uitioſæ ſint. ut ergo abũdantia rerum diu ſuppetat, omni ratione prouidendum eſt. Et quoniam id etiam diuitibus utile eſt, ea quæ fructus ipſi pariunt omnia diuidenda ſunt inter inopes: præſertim ſi quis congerere tantum poſſit, quantum ſatis ſit ad agellum emendũ: ſin minus, ad mercaturæ agriculturæq; rationem. Quòd ſi inter omnes minus poſſit, at certè tributim, aut inter aliam quandam partem erit diuidendum. In quo perutile erit ad neceſſarios conuentus locupletes conferre pecuniam, qui minus neceſſaria munera expetãt. Quo quidem modo Carthaginenſes dum Rempublicam adminiſtrãt, ſumptu & cura munerum inanium liberati, populi beneuolentiam conciliant, quòd cum ſemper popolum in colonias deducunt, eũ collocupletant. Gratioſorum autem nobiliũ eſt, ac ſapientum, recipiendis pauperibus, occaſione data, ad opus eos adhortari. Prçclarum etiam eſt Tarentinorum facta imitari, qui poſſeſſionibus cum inopi multitudine communicandi beneuolentiam ad uſus Reip. comparant. Iidem magiſtratus omnes in duo genera tribuerunt, ut alios ſuffragijs, alios ſortitò creari uellẽt. Sortitò quidé, ut plebi ad eos aditus pateret: ſuffragijs, quo melius Rempub. gererent. Quod in eodem magiſtratu licet facere, ſi ita partiamur, ut alijs ſorte, alijs uoce, ſuffragioq; mandetur. Ac quemadmodum populare ciuitatis genus conſtituendũ ſit, diximus.

DOCET RATIONEM CONSTItuendi genera Reip. paucorum potentiæ. *In quorum primo quod optimum eſt, & propè ad uocatam* Rempub. *accedit, cenſus diuidendi ſunt in minores, à quibus aditus ad magiſtratus neceſſarios gerendos pateat: & maiores, ex quibus deligãtur qui ſummis magiſtratibus præſint. Quæ ratio ſic eſt ineunda, ut ſemper ij qui magiſtratibus fungũtur, reliquis ſint potentiores, & ex popularibus ſemper optimi quiq; ad gerendam* Rempub. *cooptentur. Quæ deinde ſequitur paucorum potentia, eodem modo conſtitui debet, ſed ad minorem numerum redigendo. Extrema uerò & quæ tyrannidem æmulatur, quo deterior eſt, hoc maiore cura ad ſui conſeruationẽ indiget. Vt autem Reſp. populares magna hominum multitudine conſeruantur: ſic paucorum potentiæ ordine ſunt, & ratione tuendæ.* Cap. VI.

EX quibus perſpicuum eſt, quemadmodũ Reb.ſp. ijs quæ paucorũ dominatione tenentur, ſit cõſulendum. Ex cõtrarijs enim unaquæq; paucorũ poteſtas ad contrariã Remp. cui præſit populus reuocanda eſt, habita ratione eius paucorũ poteſtatis, quæ & prima ſit, & maximè tẽperata. Cuiuſmodi ea eſt, quæ proximè ad eã accedit, quæ Reſp. dicitur: in qua cenſus ita

A diuidendi erunt, ut eorũ partim minuamus, partim augeamus. & minuamus eos, ex quibus magiſtratus neceſſarios ciues adipiſcentur: augeamus uerò eos, & quib. deſcribuntur ij, quorum maior erit in Reſp. poteſtas. Quiq; hunc cenſum habebunt, eis ad Remp. gerendã aditus erit patefaciendus, ſi modò interim tantũ cenſum conferet populus, ut eo adiũcto ſuperiores ſint ijs qui ad Remp. non accedent. Homines autem Reip. adminiſtrandæ, ſemper ex meliore populo deligendi ſunt. Eodemq; modo in ea quę hãc ſequitur paucorum poteſtate, pauca reſtitui corrigiq; debent. At uerò ea quæ extremæ populi oppoſita eſt, quæq; nulla nec ad dominatũ, nec ad tyrannicum imperiũ propius accedit, quo deterior eſt, eo maioris cautionis ac diligentiæ indiget. ut enim corpora quæ bene conſtituta ſunt, atq; ualent, & naues ad nauigandum aptæ nautis, multos errores ferunt, ut ijs non intereant: corpora autẽ ægrota, & naues diſſolutæ quib. nautæ impeſiti contigerunt, ne paruã quidem culpã ferunt: ſic ut quæq; Reſp. peſsimè cõſtituta eſt, ita pluri mũ ad ſe tuẽdam requirit. Ac Reſp. eas quæ à populo reguntur, omnino hominũ frequentia tuetur atq; conſeruat. quippe quæ iuri quod pro dignitate tribuitur, opponatur. Paucorum autem poteſtati contrà, à recta & præclara deſcriptione ſalus & auxilium petendum eſt neceſſariò.

VT DOCEAT QVAE REGIO *apta ſit paucorum potentiæ, quæ* Reip. *populari, pergatq; rationes quibus paucorum potentia conſeruatur edocere:*
B *cum quatuor inquit, ſint partes quib. tota multitudo continetur, agricolæ, opifices, negotiatores, & mercenarij: & item quatuor quæ in bello numerãtur, equites, pedites grauiores armaturæ, ferentarij, & claßici milites, quæ regio campeſtris eſt & equitibus apta, hæc paucorũ ultimæ potentiæ cõuenit. hic enim robur eſt in equitatu: equos autẽ alere locupletium eſt. Mediæ uerò apta eſt, quæ grauioris armaturæ peditibus conuenit. In qua uerò claßicorũ militũm magna copia eſt, & ferentariorũ, hæc apta eſt* Reip. *populari. Sed quia in ſeditionibus equites aut pedites grauioris armaturæ ſunt ſine ferẽtarijs infirmi, idcirco in paucorum potentia diuites debent filios ſuos ab adoleſcentia bellicis ferentariorum munerib. aſſueſcere: præterea ad* Reip. *gerendæ ſocietatem populares aſſumere, uel ex cẽſu, ut dictum eſt, uel ex ijs qui longo tempore à ſordidis artibus abſtinuerint, aut quos eo beneficio dignos eſſe iudicauerint. Item ad uitandam populariũ inuidiam ſummos magiſtratus cum onere magnorum ſumptuũ mandari prodeſt.* Cap. VII.

QVoniam autẽ partes ſunt quatuor potiſſimũ multitudinis, agricolarum, opificũ, mercatorum, & mercenariorũ: quatuor item ad bellum utiles, equitum, grauis armaturę militum, leuis, ac nauticarum rerum peritorum: ubi locus & ager ad equites accõmodatus erit, ibi percõmodè firmas paucorũ opes conſtituere licebit. Nã & his copijs incolarum ſalus conſeruatur, & alere equos ij demũ poſſunt qui magnas opes habent. Quæ autẽ regio grauis arma-

turæ militibus opportuna erit, ea ſecundo gene A ri paucorum poteſtatis erit aptiſsima. Nam grauis armatura locupletes potius quàm tenues attingit: leuis autem armatura, & res nautica omnino popularis imperij eſt. At nunc quidem ubi hominum huius generis magna copia eſt, cum in ſeditione eſt ciuitas, tum ferè infelicius dimicatur. Cui malo remedium petendum eſt à belli ducibus, qui cum equitatu & graui armatura leuem quæ conueniat ſolent coniungere. Hac autem in diſcordijs & ſeditionibus locupletes populus uincit. Cum enim expediti ſint, facilè cum equitatu & grauis armaturæ militibus concertant. Hanc ergo manum ex his conſtituere, cum ſit in ſe conſtituere & comparare, omnes debēt, quoniã diſtinctæ ætates ſunt, alijq́; maiores natu & ſenes ſunt, alij adoleſcentes, eos qui etiam adoleſcentes ſunt liberos ſuos leuibus artibus erudire: eos autem qui è pueris exceſſerunt, athletarum arte. Communicanda eſt autem cũ multitudine Reip. rectio, aut quemadmodum modò docui, cum ijs qui opes ac cenſum nacti erũt: aut quemadmodũ Thebani faciunt, cum ijs qui certo quodam tempore à ſordidis operibus abſtinuerunt: aut ut Maſsiliæ, delectu habito eorũ qui digni ſunt Rep. & eorũ qui repudiandi ſint, & excludendi. Magiſtratibus etiam ijs quorum ſumma eſt in ciuitate poteſtas, quosque adipiſci debent ij qui in Rep. uerſantur, munera quædã & ſumptus addendi ſunt, ut ijs populus ſua uoluntate careat, gratiãq́; habeat magiſtratibus, q, magno precio eis cõſtet magiſtratibus. Eos aũt qui hos magiſtratus inibunt, & ſacra facere maB gnifica decebit, & aliquod opus publicum ædificare, ut cũ populus epulo adhibebitur, cernetq́; urbem ornatu & ſplendore nitere, partim donarijs, partim ædificijs, libenter uideat ſtantem & florentem Remp. Ex quo etiam fiet, ut monumẽta ſumptuum ac magnificẽtiæ ſuæ locupletibus maneant. Quanquã hęc non obſeruant hoc tempore ij qui ad gubernacula ſedent Reip. quæ eſt in poteſtate paucorum: utilitati enim nõ minus, quàm dignitati ſeruiunt. Quapropter præclarè agunt, ſi paucas eius generis quę à populo tenẽtur, Reſpub. nominare poſsimus. Ac de conſtituenda Repub. & ea quæ à populo, & ea quæ à paucis adminiſtratur, hactenus.

QVI SINT NECESSARII MA*giſtratus, & qui commodi atq; decori declarat. Ex neceſſarijs, inquit primus in rebus uenalibus uerſatur. Secundus in publicorum & priuatorum ædificiorum ornatu, quæ ut uaria ſint, ſic ipſa procuratio eſt multiplex. Tertius, qui eandẽ ferè curam gerit, ſed in agris. Quartus, qui publicã pecuniã cuſtodit. Quintus, tabelliones & ſcribæ. Sextus, executores iudiciorũ, & carceris præfecti. Sunt etiã alij, ſed maioris dignitatis, qui in urbe tuẽda & in bellis gerendis uerſantur, quibus minores alij magiſtratibus obtemperant. eſt alius magiſtratus, qui rationes ineat, & cum alijs magiſtratibus, qui pecuniam publicam tractant, cõficiat. Sed præter hos omnes magiſtratus eſt is qui ſummam Reip. poteſtatem obtinet, qui ſcilicet concilium eorũ cogat, quorum arbitrio geritur Reſpub. Eſt alia procuratio publica, quæ pertinet ad deorum cultum, ut ſacerdotia: & item ea quæ fungitur, qui rex ſacrorum uocatur. Præterea templorum & earum rerum quæ ad ſacra pertinẽt, curationes: qui omnes magiſtratus & procurationes ſunt omnibus Rebusp. communes. Sed in opulentis ciuitatibus, priuatim ſunt alij magiſtratus, ut mulierum, puerorumq́; præfecti.* Cap. VIII.

SEquitur ut quot ſint, & qui, quarumq́; rerũ magiſtratus, quemadmodum ſuprà dixi, diſſeramus. Nam & ſine magiſtratibus quibus opus eſt, eſſe ciuitas non poteſt: & ſine ijs qui ad ordines moresq́; inſtituẽdos pertinent, rectè habitari nullo modo poteſt. Præterea cum ſit etiã neceſſe, quemadmodum docui, in paruis ciuitatibus paucos, in magnis plures eſſe magiſtratus, qui probãdi ſint, qui repudiãdi, noſſe debemus. Primum quidem in neceſſarijs eſt curatio, quæ in foro tota occupata ſit, cui præponẽdus eſt magiſtratus, ad quem res contrahendæ, earumque apta moderatio pertinent. Ferè enim neceſſaria eſt omnibus ciuitatibus aliarum rerum emptio, aliarum uenditio ad uſus uitę neceſſarios: idque proximè uidetur accedere ad eam rerum abundantiam, cuius cauſa conueniſſe homines in unã Remp. uidentur. Altera quæ hanc ſequitur, eiq́; finitima eſt, procuratio rerum eſt publicarum & priuatarum quæ in urbe accidunt, ut decorũ ſeruetur: eius eſt etiã collabentes ædes ſartas & tectas ſeruare, uias reficere, fines agrorum inter ciues terminare, ut ſine litibus uiuãt, omniaq́; alia munera eiuſdem generis. Hũc magiſtratum plerique præfecturam urbanam uocant, plures autem partes complectitur, quarũ alijs alios præficiunt in ijs ciuitatibus, quæ celeberrimæ ſunt, ut murorum, fontium, portuumq́; curatores. Alius eſt neceſſarius, ſimilisq́; ſuperiori. Iiſdem enim in rebus uerſatur, ſed ad regionem eaq́; quæ extra urbem ſunt, pertinet. Vocantur autem ij magiſtratus præfecti peregrini à quibuſdam, ab alijs nemorum præfecti. Atq; hæ quidem tres ſunt harum rerum curationes. Alius autẽ magiſtratus eſt, qui pecunias publicas cogit, diuiditq́; aſſeruatas unicuiq; iuriſdictioni. Hos coactores quæſtoresq́; nominant. Eſt etiam magiſtratus alius, apud quem perſcribenda ſunt priuata pacta, & iudicia forẽſia, apud eoſdem etiam accuſationes & uocationes in ius. Alicubi uerò hunc quoque in multas partes tribuunt, ſed earũ omnium eadem eſt auctoritas. Appellantur autem commentarienſes, præfecti, actuarij, aut ſcribæ, alijsq́; nominibus quæ his uicina ſunt. Hũc ſequitur alius, quo nullus ferè magis neceſſarius eſt, neq; difficilior, cuius procurationi committuntur & qui dãnati fuerint, & qui rei facti carceri cuſtodięq́; traduntur. Difficilis eſt quidẽ & moleſtus, quod in odia hominum incurrat. Itaq; ubi magnũ præmium non proponitur, nec magiſtratum eũ adipiſcuntur: neq; cum adepti ſunt, legibus parent. Neceſſarius autem uſus eius eſt, propterea quòd fruſtra iudicia fiunt de rebus iuſtis, niſi ad finem perducantur. Ita ſi iudicijs ſublatis, nulla hominum inter ipſos communio eſſe poteſt, nec erit quidẽ ſi nemo quod iudicatũ fuerit exequatur.

Itaq;

Itaq; melius eſt nõ eſſe unum hunc magiſtratũ,
ſed alioa aliarum decuriarũ.itemq́; dãda eſt ope-
ra,ut eorũ qui in acta referuntur,profeſsiones di
ſtinctia magiſtratibus poteſtatibusq́; tribuãtur.
Hoc etiam faciẽdũ erit, ut quædam negotia ita
gerant magiſtratus,cũ cæteri omnes, tũ noui no
ua potius,& inſtanria,ut alius condemner,alius
puniat. Veluti negotia de quibus ſententiam tu
lerinr præfecti annonæ,pręfecti ædificiorũ exe-
quantur, & illi ea de quibus alij pronunciarint.
Quo enim minus inuiſi erũt ij qui quod ab alijs
ſtatutũ erit, ipſi perficient, eo facilius res ad exi-
tum perducentur. Ac ſi ijdem cõdemnent & pu-
niant,duplici inuidia laborabont: ſin autem ijdẽ
de rebus omnibus ſtatuẽt, omnibus inuiſi erũt.
Multis eriam locis magiſtratus is cuius cuſtodię
ſontes traduntur,ab eo diſtinctus eſt,cuius eſt in
eos animaduertere, ut Athenis eorũ qui unde-
cim uiri nominanrur. Quo melius eſt hunc etiã
diuidi, in eoq́; ſubtilem quãdã inuenire rationẽ,
cũ præſertim non minus quàm ſuperior deſide-
retur. Et quoniã boni hunc magiſtratũ maximè
repudiant,eumq́; malis periculoſum eſt manda-
re, quòd ijs cuſtodia potius opus eſt,quàm ut a-
liorum ſe cuſtodes poſaint profiteri: non debet
hic unus magiſtratus eſſe eiſdẽ, neq; perpetuus
eſſe, ſed ubi eſt quidam adoleſcentũ & cuſtodũ
ordo atq; deſcriptio, magiſtratus etiam prouin-
ciam hanc uiciſsim alij atque alij debent gerere.
Atq; hi quidem magiſtrarus primo loco habẽdi
ſunt, quòd uſus eorum ſit neceſſarius maximè.
Alij autem hos ſequuntur,nõ minus illi quidem
neceſſarij,ſed qui maioris amplitudinis ſpeciem B
præ ſe ferunt. Ab iis enim maior uſus, periculũ,
fidesq́; poſtulatur. Cuiuſmodi ſunt ij qui urbem
cuſtodiunt,quiq́ ad bellicos uſus deliguntur. Eſ
ſe enim oportet & pace & bello, qui portas &
muros cuſtodiunt, & quorum diligentiæ ac cu-
ræ recenſio delectusq́; ac deſcriptio ciuium per-
mittatur. Ac nonnullis quidẽ in locis his omni-
bus munerib. multi,in alijs pauci præpoſiti ſunt
magiſtratus,ut in paruis ciuitatibus unus omni-
bus præeſt. Hos autem imperatores, ducesq́; bel
li uocant. Quòd ſi ſint equites,aut pedites,aut ſa
gittarij,aut nautici,uoicuiq; eorum interdũ pręfi-
ciũtur magiſtratus, appellanturq́; præfecti claſ
ſis,præfecti equitum, & pręfecti peditum,ſingil
latimq́; his ſubiecti ſunt tanquam partes generi,
ut præfectus triremis, ut decurio, ut centurio,
quæque horum ſunt partes, quorum omnium ſi
quid totum ſumatur, genus erit bellicorum mu
nerum. Atq; huius quidem magiſtratus talis eſt
ratio & deſcriptio. Quoniã autem ſi minus om-
nes, at quidam certè magiſtratus multa negocia
pub. tractant, alius ſit neceſſe eſt, qui rationẽ ab
illis repoſcat geſti magiſtratus,in eosq́; animad-
uertat, nec quicquam aliud agat. Eos uocãt tum
cenſores,tum legiſtas,tum quęſtores,tum patro
nos. Eſt præterea magiſtratus,cuius maior eſt
quàm cæterorum poteſtas, qui ſępè & uectigal,
& tributũ exigit. Is multitudini pręeſt,ubi ſum-
ma eſt populi poteſtas: quia debet id quod con-
uocat conſilium, ſummam in Rep. habere pote-
ſtatem. Alicubi autem uocanrur Conſules,à cõ-
ſulendo,ubi autẽ plebs dominatur,Senatus po-

A tius dicitur. Ac ciuiles quidẽ magiſtratus tot fe-
rè ſunt. Aliud genus curationis eſt eorũ qui reli-
gioni deorum prępoſiti ſunt,cuiuſmodi ſunt ſa-
cerdotes & curatores eorum quæ ad ſacra perti
nent, ut ſarta recta ſint ea quæ ſtant, & ædes col
labentes reſtituantur, quæq́; alijs deorum cultui
ſunt attributa. Hæc autem cura & diligentia ali-
cubi una eſt,ut in paruis urbib. alio in loco mul-
tas habet partes atq; diſtinctas à ſacerdorio,ut ſa
crificuli, ut æditui, ut quæſtores ſacrarum pecu-
niarum. Huic coniuncta ea eſt,quæ ijs ſacris pu-
blicis præeſt,quæ ſacerdotib. lex non attribuit,
ſed ex publico epulo honorẽ conſequitur. Hos
appellant tũ magiſtratus,tũ reges, tũ Prytaneis.
Præſunt ergo magiſtratus ij qui neceſſarij ſunt,
ut rem in pauca conferam, rebus diuinis & bel-
licis,publicas pecunias tractanr,annonæ præfe-
cti ſunt: mercatus,urbis,portuũ,agrorum pręfe-
cti ſunt: iudicijs præterea, rebus contrahendis,
perſcribendis, profitendis uiris,cuſtodiendis,pu
niendis, deligendis, repoſcendis rationibus, de
cuiuſq; moribus quæſtionibus exercendis,corri
gendisq́; magiſtratibus,deniq; conſilijs publicis
præſunt. Propria eſt autem earum ciuitatũ quæ
à rebus gerendis remotiores ocio perfruuntur,
quæq́; rebus ſecũdis utuntur, dignitatiq́; ac de-
coro conſulunt, mulierum diſciplina,legum cu-
ſtodia,puerorum diſciplina,gymnaſiorum præ-
fectura, ludorũ præterea diligentia,quales ſunt
gymnici & ſcenici,& ſi qui alij ad hæc ſpectacu-
la pertinent. Horum autẽ magiſtratuũ perſpicuũ
eſt aliquoa nõ eſſe populares,cuiuſmodi eſt mu-
B lierũ puerorumq́; pręfectura. Inopes enim mu-
lieribus ac liberis pro ſeruis uti coguntur, quod
ſeruis careant. Cumq́; tres magiſtratus ſint,quo-
rũ ratiõe quidã magiſtratus, ſummos eſſe uolũt:
nomophylaces,cõſules, & ſenatus: nomophyla-
ces Reip. quę in optimorũ eſt poteſtare accõmo
dati ſunt,conſules paucorũ poteſtati. ſenatus po
pularis eſt. Ac de magiſtratibus quidẽ ferè om-
nibus planè dilucideq́; diſputatum eſt.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIBER VII.

IN HOC SEPTIMO LIBRO DE
*optimo genere Reipub. diſputat Ariſtoteles, & quod ipſe
maximè poſt regnum probat, hoc enim omnibus præfert,
ſi rex ad ipſius normã, de qua in libro tertio diſputatum
eſt,cõtingat. Sed ut optimus Reip. ſtatus qui ſit appareat,
ſingulorum hominũ uita beata in quo poſita ſit ſtatuere
oportet,cum eadem ſit priuatim,publiceq́; felicitatis. Igi-
tur ſingulorũ felicitas poſita eſt, inquit, in uſu uirtutis nõ
impeditæ, ſed cum uirtutis uſus modò corporeorũ, modò
externorum bonorum inopia impeditur: fit ut cuncta bo
norum genera homini felici,ac proinde ciuitati adeſſe de-
beant. Sed quoniã animi bona primam dignitatem & au-
ctoritatem ad uitam beatam efficiendã habent, idcirco uir
tus quo maior eſt, hoc plus uirium ad felicitatem ha-
bet,cum in cæteris bonis mediocritas ma
ximè probetur.* Cap. I.

QVO-

QVONIAM autem qui optimũ Reip. ſtatum rectè quærere uult, is primum ſtatuat neceſſe eſt, quęnã uita ſit expetenda maximè, quippe cum hac re ignorata & incognita, optima etiam Reſpub. cognoſci nequeat: & præclariſsimè agi debeat cum ijs qui optima Rep. utuntur, ijs copijs quæ ſuppetant, niſi quid fortè præter expectationem accidat. Primùm conſtare debet, quod tandem uitæ genus ſit omnibus maximè expetendum: tũ idémne publicè ac priuatim, an aliud. De qua beata uita quoniam in libris quos ἐξωτερικοὺς inſcripſi, ſatis multa dixiſſe uideor, illinc aſſumenda ſunt quæ ad hunc locũ pertinebũt. Nemo enim uerè dubitare poteſt, quin cũ tria ſint bonorũ generа, externa, corporis & animi, hæc omnia inſint in beatis. Nemo enim beatum dicat eum, in quo particula nulla ſit fortitudinis, nulla temperantiæ, nulla iuſtitiæ, nulla denique prudentiæ: quiq́; circumuolantes muſcas extimeſcat, neq; ab ulla re ſe abſtineat, ſi ſumma edẽdi bibendiue cupiditate inflammetur, ſummos autem amicos ob quadrantem interficiat, ſitq́; mẽte ita inſana, & à uero aliena præditus, ut puer eſt & amens. Hęc inquam ut dicta ſunt, omnes concedent: de magnitudine autem excellentiaque diſſentient. Nam ſatis in ſe uirtutis eſſe ẽrunt, quantulacunq; ſint pręditi: diuitiarum autem & pecuniæ, & poteſtatis, & gloriæ cæterarumq́; rerum eiuſdẽ generis cupiditati ac ſtudio, neq; finem ullum, neq; modum apponunt. Nos autẽ eis reſpondemus, facilè eſſe harum rerum fidem ex effectu & euentu ſumere, cũ uideamus omnes quærere, ac tueri uirtutes non bonis ijs quæ extrinſecus ſunt, ſed hæc illis & quærere & tueri: beatamq́; uitam ſiue in uoluptate, ſiue in uirtute ponenda ſit, ſiue in utroq;, ijs adeſſe potius qui ſummis uoluntatis animiq́; ornamentis inſtructi ſunt, & modica adiumenta externa & aduentitia habent, quàm ijs qui magnis copijs illi quidem abundant rerũ externarum, ſed his ueris bonis carent. Atqui ſi quis conſideratè rem perpenderit, facilè perſpici poteſt. Nam bona externa terminata ſunt, ut inſtrumentum quoddam. Id autem demum utile eſt, cuius nimia abundantia, uel obeſt neceſſariò, uel certè nihil eos quibus adeſt adiuuat. At uerò animi bona quo plura ſunt & excellũt, eo maius adferunt adiumentũ, ſi modò eis non ſolum honeſti, ſed etiam utilitatis nomen attribuendum eſt. Omninoq́; illud perſpicuum eſt, optimam cuiuſq; rei affectionem ex excellentia, quã ſumpſit differẽtiam, earum rerum quarum affectiones dicuntur, eſſe appellandas. Ita ſi animus, & opibus & corpori præſtat, certè omnino, ac ratione noſtra neceſſe eſt uniuſcuiuſq; horum optimæ affectionis eandem eſſe rationem. præterea animi gratia hęc ſolent experi, ut omnes qui ſanę ſunt mentis, expetere debent, non illorum cauſa animum. Ac unumquemq; noſtrũm eatenus participem eſſe beatæ uitę, quatenus uirtutis ac prudentiæ ſumus compotes, ijsq́; conſentanearum actionum, inter nos cõſtat, in quo Deo teſte utimur: qui cum beatus ſit ac felix, non propter aliquod aduentitium adiumentum, ſed per ſe ipſe, A & quòd natura ſit bonus. ob eam enim cauſam proſpera fortuna aliud eſt, aliud felicitas. Nam à caſu & fortuna quæ extra animam ſunt commoditates, proficiſcuntur. Iuſtum autem neminem, neq; temperatum fortuna efficit. Ex quo id efficitur, quod ijſdem rationibus confirmari debet, & beatam eſſe ciuitatem optimã, & cum ea præclarè agi. Pręclarè autem agi cum ijs non poteſt, qui non pręclara facinora faciant. Atqui nullum pręclarum facinus eſt nec uiri, nec ciuitatis, ſublata uirtute atq; prudentia. fortudinis autem ciuitatis, & iuſtitiæ ac prudentiæ eadem uis & ratio eſt: quarum cum eſt particeps unuſquiſq; noſtrũm, iuſtus, prudẽs, temperatusq́; dicitur. Sed hæc hactenus procemij loco. Neq; enim ea præterire potui, neq; eorum rationes accommodatę ac propriæ exponi potuerũt. Neq; enim ſunt huius diſputationis. Nunc uerò hoc tantum poſitũ ſit, uitam optimam & priuatim unicuiq; & publicè ciuitatibus eam eſſe, quæ coniuncta cũ uirtute, tantum habeat copiarum, ut actiones uirtuti congruentes adipiſcatur. Eos autẽ qui diſſentiunt à nobis, nunc dimittamus. contra quos, ſi quis fortè ijs quæ expoſita ſunt non credat, mox diſputabimus.

EANDEM ESSE CIVITATIS *felicitatem, quæ hominis ſingularis communi hominũ ſententia declarat. Nam quicunq; beatum eſſe hominem locupletem dixerit, is ciuitatem opulentam felicem eſſe confirmabit: eodemq́; modo de imperio & uirtute ſtatuet, qui* B *alterutro uitam beatam metietur. Sed illud diſſerendum eſt, utra ſit magis expetenda uita, quæ in ciuili adminiſtratione uerſatur, an quæ procul abeſt. Illud autem conſtat eum eſſe optimum ſtatum Reip. cuius ordine rectè beatéq́; uiuitur. Sed inter eos, qui beatam uitam uirtute metiũtur, controuerſia eſt, alteris actiuam, alteris uitam contemplatiuam præferentibus. Sunt autem qui felicitatem in imperio herili & tyrannico poſitam eſſe ducant, quorum leges huc maximè ſpectant, ut ciuitas latiſſimè dominetur. Itaq; fortiſſimis uiris honores apud eos propoſiti ſunt, & ignauis ignominia, cum tamen iniuſtum ſit, in omnes ſubiectos heriliter imperare. Nam imperium herile in eos duntaxat conuenit, qui natura ſerui ſunt, uel tam improbi, ut ſint herili imperio coercendi. Itaq; non eſt rectè inſtituta Reſp. in qua ſumma legũ ad uictoriam & imperiũ propagandum dirigitur.* Cap. II.

Reliquũ eſt, ut eadémne ſit beata uita uniuſcuiuſq; hominis ac ciuitatis, nécne, diſſeramus. Quæ etiam facilis quæſtio eſt, quandoquidem omnes eandem eſſe concedent. Qui enim in diuitijs beatam uitam ponunt, ij totam ciuitatem ſi diues ſit, beatam eſſe ducunt. Qui autem tyrannorum uitam plurimi faciunt, ciuitatẽ etiam, quæ plurimis imperet, beatiſsimam eſſe fatebuntur. Quod ſi quis unum uirtute præſtantem probauerit, is ut quæq; Reſp. maximis uirtutibus ordinata erit, ita eam ducet beatiſsimã eſſe. Sed hæc iã duo ſunt, quæ egent diſputatione. Alterum, utrum uitæ genus anteponendum ſit, an quod in gerenda & adminiſtranda Rep. cũ

alijs

alijs traducitur, an peregrinorum, quodq; procul à ciuili ſocietate ſeiunctum eſt. Alterum, quę Reſp. quiq; ciuitatis ſtatus ſit optimus, ſiue omnes ad Remp. accedere uelle debent: ſiue nō omnes, ſed ij quorum ſit pars maior. Quoniam autē ciuilis ſcientiæ ac rationis hoc officium eſt, non quid cuiq; ſit expetendum, uidere: nos hoc tempore hanc tractandam quæſtionem ſuſcepimus, quòd illud quidem præter rem eſſet, hoc huius eſt inſtitutæ diſputationis. Ac illud quidem perſpicuum eſt, Remp. optimam eſſe eam neceſſariò, cuius deſcriptione unuſquiſque beatè poſſit uiuere. Dubium eſt autem ijs qui uiuendi genus coniunctum cum uirtute maximè expetendum eſſe concedunt, utrum uita quæ in Rep. degitur, & in actione poſita eſt, ſit deligēda: an ea potius quæ ab omnibus externis cōmoditatibus aliena ſit. quo in genere eſt ea quę in contemplatione rerum & cognitione uerſatur, quod unum uitæ genus quidam dicunt eſſe philoſophorum. Nam ferè omnes qui laudem & gloriam ex uirtute capere ſtudent, ſiue antehac, ſiue his temporibus, hæc duo potiſsimum uitæ genera ſequuntur. Sed non parui refert, utra uera ſit opinio. Nā prudens homo, & priuatim unicuiq; homini, & publicè Reip. optimum finem ſolet proponere. Nonnullorum autē ſententia eſt, illud ipſum finitimis imperare, ſi ad dominatum ſpectet, cum maxima quadam iniuria eſſe coniunctum: ſin autem ad ciuile imperium, uacare illud quidem iniuſtitia, ſed impedimento eſſe uitæ iucunditati. His quaſi è regione oppoſiti alij in alia ſunt ſententia. Tantum enim uiri eſſe uitæ uiam quæ actione cernitur, & in Rep. degitur. Vniuſcuiuſq; enim uirtutis officia non eſſe magis priuatorum propria, quàm eorum qui Remp. gerūt & adminiſtrant. Atq; horum quidem hæc ſententia eſt. Alij autem eum demum ciuitatis ſtatū qui à domino aut tyranno tenetur, beatū eſſe confirmāt. Quibuſdam is in Rep. finis legū conſtitutus eſt, ut finitimis imperent. Itaq; etſi apud quoſdā plurimæ leges, ut ita dicam, fuſe ſcriptæ ſint, tamē ſicubi quid unū leges ſpectent, omnes ad id obtinendum ferunt. Itaq; Lacedæmone & Cretæ ferè diſciplina & legum multitudo ad bella pertinet. Apud omnes etiam gentes, quæ propagare fines ſuos poſſunt, id poſſe gloriæ datur, ut apud Scythas, Perſas, Thraces, & Gallos. Apud quoſdam enim populos leges quædā ſunt, quæ ad hanc uirtutem excitent: ut Carthagine ferunt annulorum ornatum, pro numero expeditionum in quibus quiſq; militauerit, accipi. Fuit etiā interdum lex in Macedonia, ut is qui nullum hoſtem interfeciſſet, capiſtro cingeretur. Apud Scythas autem nō licebat in epulo quodam ſolenni poculum circumlatum bibere, ei qui hoſtem nō interemiſſet. Apud Hiſpanos uerò quæ gēs multū ualet bello, tot columellas circum ſepulchrū ſtatuunt, quot quiſq; hoſtes occiderit. Pleraque etiam alia eiuſdem generis apud alios partim legibus, partim moribus recepta ſunt. Quanquam nimis alienum uidebitur ijs qui rem attentius conſiderabunt, hoc eſſe officium eius qui ciuilis ſcientiæ peritus eſt, poſſe prouidere, ut imperet finitimis, ſeu imperium uolentes ferant, ſeu de-

A trectent. Quo enim pacto id ciuili communioni aptum eſſe poteſt, aut lege ſanciendum, quod ne legitimum quidem ſit? Neq; enim legitimū eſt, non ſolum iure, ſed etiam iniuria imperare. Nam imperium obtinere, licet etiam non iure. Atqui ne in cæteris quidem artibus hoc animaduertimus. Neque enim medici, aut gubernatoris eſt perſuadere, aut uim afferre: illius, ijs qui ſe curari uolent: huius, nautis. Quinetiam pleriq; ſcientiam imperandi ſeruis, ciuilem eſſe ſentiunt: & quod iuſtum ſibi aut utile eſſe negant, id nō pudet eos aduerſus alios gerere. Nam & ſeipſi iure imperare nolunt, & alijs ius ſuum tribuere non curant. Abſurdum eſt autem non eſſe tributum à natura alij ut imperet, alij ut pareat. Quod cum ita ſit, danda opera eſt, non ut omnibus imperes, ſed ijs tantummodo, qui nati ſunt ad ferendum imperium: quemadmodum non eſt enitendum, ut homines uenando nanciſcamur, ut ijs ueſcamur, uel eos immolemus, ſed quod ad eam rem uenando quæri poteſt. Eſt autem aptum uenationi id omne animal, quod ferum & eſui aptū eſt. Quanquam per ſe ciuitas una beata eſſe poteſt, quæ ſcilicet præclarè adminiſtretur. ſiquidē fieri poteſt, ut ciuitas per ſe alicubi & ſola habitetur, utaturq; bonis legibus, cuius Reipub. deſcriptio non ad bella, neque ad uincendos hoſtes pertineat. nihil enim tale inſtituatur. Ex quo perſpicuum eſt, rem omnem militarem in honeſtis præclariſq; rebus illam quidem ducendam eſſe, non ita tamen, ut ipſa ſummum illarum omnium ſit, ſed hæ illius eſſe uideantur. Eſt autem B ſapientis ſcriptoris legum uidere, quemadmodum ciuitas, hominumque genus ac omnis reliqua ſocietas, bene beateque poſsit uiuere. Attamen quædam erit legum differentia. Idq; erit rationis ferendarum legum uidere, ſi qui ſint finitimi, quæ quibus cum excolenda exercendaq; erunt, quæque officia aduerſus quenque erunt conſeruanda. Sed de hoc toto, quem finem optimus ciuitatis ſtatus ſpectare debeat, mox idoneo loco diſſeremus.

QVI VITAM BEATAM VIRTV*te metiuntur, horum alteri contemplantium uitam maximè probant: alteri ciuiles actiones, quorum utroſq; in errore uerſari docet. Nam qui uitā publicæ adminiſtrationis immunem imperanti præferunt, errant in eo, quod omne imperium dominatum eſſe putant. dominatus enim ſeruorum eſt, qui longè diſtat ab imperio, quod in liberos habetur. Errat item qui ceſſare & nihil agere actioni præferendum eſſe putat, cum felicitas actio quædam ſit, non tamen quia in principatu multæ ſunt agendi occaſiones, idcirco principatus eſt ſummum bonum, præſertim ſi eſt iniuſtus. Sed quanquam uita actiua tum priuatim, tum etiam publicè optima eſt, non tamen ij ſolum agere putandi ſunt, qui iuſtitiam & uirtutes ad alios relatas colunt, cum ij etiam qui philoſophantur, in actione uerſentur. Contemplatio enim actio quædam eſt.*

Cap. III.

Differen-

DIſſerendum eſt autem nobia cõtra eos, qui A uitę genus uirtuti conſentaneum maximè experendum eſſe cõcedunt, & de uſu eius diſſenriunt. Nã alij ciuiles magiſtratus probant, cum aliam liberorum hominum, aliam eorũ qui Remp. gerunt uiuendi rationem, illamq́; unam ex omnibus maximè experendam eſſe putant, alij aurem hanc optimam. Neq; enim fieri poſſe, ut is felix ſit & beatus, qui nihil agar: felicitatem autem idem eſſe, quod beatam uitam. Ac utriq; quidem partim uerè, partim non uerè dicunr. Illi quidem, quòd genus id uiuẽdi quod liberi ſequuntur, ei anteponendum eſſe dicunt quod domini delegerunt, uerè dicunt. Neque enim ſeruo uri, quia ſeruua ſit, ulla laude dignum eſt. prꝑſcribere enim id quod alrer facere cogatur, nulli laudi datur. Exiſtimare autem omne imperium ſeruile eſſe, falſum eſt. Neq; enim minus intereſt inter liberorum hominum & ſeruorum imperiũ, quàm inter eos quos natura ad libertatẽ genuir, & quos ad ſeruiturem. De quibus ſuperioribus libris, ſatis multa dicta ſunt. Maioribus uerò laudibus ornare ocium quàm actionem, haud uerũ eſt. Eſt enim beata uita actio: & ad mulros ac prę claros fines, iuſtorum remperatorumq́; actiones pertinent. Quanquam fortaſſe erit aliquia, qui his ita conſtitutis, in eo ſummum bonum poſitũ eſſe puter, ſi quis omnibus imperet. Sic enim in eius poteſtate erunt plurimæ pulcherrimæque actiones. Ita qui à natura babet adiumenra imperandi, non debet alteri hanc laudem concedere, ſed eripere potius, neq; parti liberorum, neq; liberis parentis, neq; omnino amico amici haben B da ratio eſt. Quod enim optimum ſir, id eſſe expetendum maximè. nunc officium & actionem eſſe optimam. Arq; id quidẽ uerè dicunt fortaſſe, ſi modò in ijs, qui ſpoliant alios, uimq́; afferũt, id inſit, quo nihil melius eſt, nihil præſtanrius. Sed profectò ineſſe non poreſt, idq́; falſo præponunt. Neq; enim etiam præclaræ actiones io eo eſſe poſſunt, qui non tantũ cæteris præſter, quantũ uir mulieri, aut parer liberis, aut ſetuo herus. Quocirca is qui uiolabir, noo tantũ poſtea progreſſum facier in uirtute, quanrum iam à uirtute defecit. Qui enim ſimiles & pares ſunt, ij in imperandi parendiq́; uiciſſitudine honeſtum ius q́; collocant: id enim par eſt, ac ſimile. Pares aurem non æquo, aur impares æquo iure uiuere, contra naturam eſt. Quod autem repugnante natura fit, id non decet. Quapropter ſi quia aliua excellentioribus uirrutibus ornatus erit, adiumentaque rerum gerendarum maiora habebit, quàm oprimus quiſq;: ei & ſeruire pulchrum eſt, & æquũ parère. Sed non ſolum uirtus in eo eſſe debet, uerum eriam uis quædam & auctoritas, qua prædirus inſtructior & pararior ueniet ad agẽdum. Quæ cum ita ſint, beata certè uita in præclara actione ponenda eſt: & publicè totius ciuiraris, & priuatim uniuſcuiuſq; oprimum uitę genus erit id, quod in actione conſiſtit. Sed non neceſſe eſt uitam eam quæ in actione poſita eſt, ad alia uitæ genera referri, quemadmodum nonnulli exiſtimant: nec cogirationes in agendo eſſe eas ſolas, quæ ſententiæ aperiendę graria, ab actione proficiſcuntur. ſed multo etiam magia eæ ſunt eius A generis, quæ ſe ipſæ contentæ ſunt, in ſeq́; toræ uertuntur cognitionea & cogitationes. Pręclara enim actio ipſa, finis eſt officij. ita quædam etiã actio. Arq; etiam eos potiſsimum agere propriè dicimus, qui animo & cogitatione exrernis actionibus præſunt. Neq; uerò nihil agere neceſſe eſt ciuitates eas quæ uiuunt in ſolitudine, idq́ue uiuendi genus delegerunt. Hoc enim in partib. contingere poteſt. Mulræ enim ſocietatea ſunt, quæ inter ſe eandem habent rationem quã partes ciuitaris. In uno eriam quouis homine id inuenitur. Haud enim cum Deo, & uniuerſitate præclarè agererur, quibus nullæ ſunt aduentirię exrernæq́; actiones, prærer ea quæ ipſorum naturia apræ accommodatæq́; ſunt. Perſpicuũ eſt igitur eandem uitam eſſe oprimam, & priuatim uniuſcuiuſq; hominis, & publicè ciuitarum hominumq́; omnium.

HACTENVS DE VITA BEATA, *exordij loco diſſeruit ad diſputationem de optima Rep. propoſita, cuius fundamentum eſt, ut copia rerum neceſſariarum adſit. Sed bæc copia duas babet potiſſimas partes, quarum altera in multitudine bominum, altera in regionis, ſiue agri magnitudine conſiſtit. Ceterùm ad magnitudinem ciuitatis facultas eſt potius, & potentia, quàm multitudo bominum ſpectanda, & in ipſa multitudine conſtituenda ciuium multitudo, nõ ſeruorum, & inquilinorum, & peregrinorum intuenda. Neq; uerò ciuitas optima putanda eſt, quæ ſit bominibus frequentiſſima. Nam maxima bominum multitudo turbam conſuſionemq́; parit. Lex autem ordo quidam eſt: quo fit, ut maxima multitudo legi & legitimo ordini ſit aduerſaria. Debet igitur eſſe magna ciuitas, ut pulcbra ſit, non tamen nimis magna, ſed in qua ciues inter ſe cognoſci queant, ne uirtutes cuiuſq; uitiaq́; uel delegendos magiſtratus & iudices ignorentur, neue peregrini latenter poſſint ad magiſtratus obrepere.* Cap. IIII.

QVoniam autem & ea quæ modò diximus, procœmij loco dicta ſunt, & de alijs Rebus pub. ſuprà diſſeruimus, initium eorũ quæ reliqua ſunt, hinc primum ducendum eſt: quæ tandem fundamenta eſſe oporteat eius ciuitatis, quæ conſtituenda ſit ex animi ſententia. Cũ enim Reſp. oprima conſtitui non poſsit, ſine moderata & temperata rerũ abundantia, mulra anteponenda ſunt tanquam fundamenta optãdo quæ ſuppetere poſsint: ut mulrirudo ciuium, & agrorum. Vt enim alijs opificibus, ueluti textori & nauiũ fabro, mareria ſuppeditare debet apta ad id quod uult efficere (quo enim melius parata erit, eo prꝑſtãrius erir quod ab arte efficietur) ſic Reip. rectori ſcriptoriq́; legum materia apra ſuppetere debet. Ciuilis autem ſuppedirationis primæ partes ſunt in hominum mulritudine, ut quanra qualiaq́; eſſe natura debeat, intelligatur. itemq́; ager quantus & qualis. Ac nonnulli quidem ciuitatem bearam magnã eſſe putant oportere. Quod ut uerũ ſit, tamen quæ magna, quęq́; parua ciuitas ſit, ignorant. Nam ex mulritudine incolarum magnam iudicant, cum ſpectanda ſit

potius

potius potentia, quàm multitudo. Nam cum certum quoddam ſit ciuitatis officium ac munus, ea demum maxima habenda eſt, quæ id facillimè poſsit exequi. ut Hippocratem non hominẽ, ſed medicum maiorem eſſe quiuis dicat eo, qui ei præſtat magnitudine corporis. Et quanquam iudicanda eſt ex multitudine, non tamẽ ex qualibet multitudine, cum præſertim in ciuitatibus neceſſariò inſit numerus & ſeruorum multorũ, & inquilinorum, & peregrinorum: ſed ex eorũ numero qui partes ſunt ciuitatis, & ex quibus ut proprijs ac ſuis partibus conſtat ciuitas. Nam præſtans horum multitudo, magnam ciuitatem indicat. At ex qua, eorum qui in ſordidis artibus uerſantur magnus exit numerus, eorum autem qui arma ferre poſſunt exiguus, ea certè eſſe magna nullo modo poteſt. Neq; enim idem ualet magna ciuitas, quod frequens. Quinetiam id & difficile eſſe, res ipſa declarat, & fieri nõ poſſe ut præclaris legibus regatur nimium celebris ciuitas: quippe cũ ex ijs quæ præclarè adminiſtrentur, nullam multitudine infinitã eſſe uideamus. Quod etiam rationibus concludi poteſt. Nam & lex deſcriptio eſt, & præclara legum deſcriptio, præclara deſcriptio ordoq; ſit neceſſe eſt. Numerus autem immenſus, nec deſcriptione ulla, nec ordine contineri poteſt. Diuinæ enim hoc poteſtatis ac naturæ eſt, quæ hanc etiam uniuerſitatẽ continet. Et quia pulchritudo in multitudine ac magnitudine exiſtere ſolet, ciuitas in qua cũ magnitudine coniunctus erit is quem dixi modus, pulcherrima ſit neceſſe eſt. Sed ut aliorũ omniũ animantium, & earum rerum quæ gignuntur è terra, & inſtrumentorum, ſic ciuitatum magnitudinis quidam modus eſt. Horum enim unumquodq;, nec ſi nimis paruum ſit, nec præter modum magnum & immenſum, uim ſuam retinere poteſt, ſed aliàs ſuà natura ſpoliatũ erit, aliàs malè affectum. Veluti nauigium unius palmæ, non erit nauigium omnino, nec ſi ſit duorum ſtadiorum longitudine. Si uerò in quandam magnitudinem progrediatur, interdum propter paruitatem nauigationem aduerſam faciet: interdum propter immenſitatem. Similiter ciuitas ea quæ ex pauciſsimis ciuibus conſtabit, non erit ſatis munita: quæ autem ex nimium multis, erit illa quidem ſatis inſtructa & munita rebus ad uitam neceſſarijs, ſed in hoc gentis potius quàm ciuitatis nomen obtinebit. Neque enim facilè eſt ex his ciuitatẽ exiſtere. Quis enim dux in bello tam immenſę multitudinis futurus eſt? aut quis præco nõ Stentorius? Quapropter prima ſit neceſſe eſt ciuitas ea, in qua tanta ſit multitudo ciuium, ut in ea prima multitudine ſatis ſit præſidij ad bene uiuẽdum, in ciuili cõmunione. Fieri autẽ poteſt, ut ea quæ hanc multitudinẽ ſuperet maior ſit ciuitas. ſed hoc non eſt, ut dixi, interminatum. Quis uerò ſit præſtãtiæ modus, facilè ex officijs intelligi poteſt. Sunt enim in ciuitate officia, alia eorum qui pręſunt, alia eorum qui parẽt. Eius autẽ qui imperat, eſt iubere ac iudicare. ut autẽ de rebus iuſtis ſentẽtia feratur, mandẽturq; magiſtratus pro dignitate, neceſſariò cognoſcendi ſunt ciues, quales quiſq; ſit. q, ubi hæc minus obſeruantur, neceſſe eſt malè geri ea quę ad ma-

A giſtratus & iudicia pertinent. Nam in horum utroq; nihil temerè faciundum eſt: quod in ciuitate illa immenſa perſpicuè cõtingit, in qua etiam & peregrinis, & inquilinis facilè ad Remp. aditus patet, q, propter nimiã multitudinẽ nõ difficile ſit latẽre. Perſpicuũ eſt igitur in hoc eſſe ciuitatis modũ & terminum optimũ, ſi maxima ſit multitudo eiuſmodi, quę & munita ſit ijs copijs quas uita deſiderat, & facilè qualis ſit, pſpici poſſit. Ac de ciuitatis quidẽ magnitudine, hactenus.

REGIO SIVE AGER OPTIMVS *eſt, conſenſu omnium, qui maximè copioſus & rerum omnium ferax ſit, eaq; magnitudine & bonitate, ut ciues poſſint ex eo liberaliter & ſimul temperatè uiuere. Forma uerò regionis maximè probatur, quæ ad bellum gerendũ eſt accõmodata, ut hoſtibus aditu difficilis ſit, ciuibus facilis ad eruptiones & excurſiones faciendas, & huiuſmodi, ut facilè in omnes partes ſubſidio iri poſsit. Situs ad mare cõmodiſsimus habetur, ſed ager non ſolum ad res bellicas debet eſſe, quemadmodum diximus, accõmodatus, ſed etiam ad fructus prouenientes, & materiam atq; ligna in urbem importandum.* Cap. V.

EAdem eſt etiã regionis agriùe ratio. Nã de illo, qualis eſſe debeat, profectò eũ qui plurima præſidia habeat, ſitq; munitiſsimus, omnes probabunt. qualem neceſſe eſt rerũ omnium ferre ac ſuppeditare copias. Omnia enim habere, & re nulla egere, id demũ eſt ſeipſo eſſe contentum, ſatiſq; præſidij in ſe habere. Tãtam B autem & multitudinem & magnitudinem agri omnes laudabunt, ut poſsint incolæ etiam in ocio liberaliter ſimul ac temperatè uiuere. Id autẽ rectẽne an ſecus præcipiamus, pòſt accuratius uidebimus, cum de toto genere poſſeſsionũ, atq; abundantia facultatum, idoneo loco mentionẽ faciemus, quemadmodum, & quis modus in earum uſu retineri debeat. Magna eſt enim de hac re diſſenſio, propter eos qui uſum earum, in utranq; uitæ rationem quę modum tranſeat: partim ad nimiam parſimoniam & tenuitatẽ in uictu, partim ad luxum diſtrahunt. Agri autem genus q, eſſe debeat, facilè eſt dicere. Sed in quibuſdam rebus rei militaris peritis habẽda eſt fides, qui tradunt agrum eiuſmodi eſſe oportere, ut in eum non facilè hoſtes impetum facere, & ex eo facilè milites ad expeditionem educi poſſint. Iam uerò ut multitudinem ipſam hominũ eiuſmodi eſſe oportere diximus, quę facilè uideri poſſet, ſic agrũ uolumus. Aſpectui autẽ ſubiectum eſſe agrum, eſt eſſe eiuſmodi, cui facilè ſuccurri poſsit. Vrbs autẽ, ſi ex animi ſententia condẽda ſit, & mare & agrũ ſpectare debet, idq; duabus de cauſis: quarũ altera quidẽ quę eſſet, iã diximus. pertinere enim ager debet ad oẽs locos, ut facilè defendi poſsit. Altera eſt, ut fructus qui gignũtur, lignorũ præterea materia, & ſi quã aliam cõmoditatẽ ager nactus ſit generis eiuſdẽ, commodè & facilè importentur & inuehantur.

COMMERCIVM MARITIMVM *quaſdã habet incõmoditates: nocet enim ciuitati rectè inſtitutæ peregrinorum, qui facilè undiq; per mare influũt,*

 conſue-

conſuetudo, prauis ſcilicet moribus, & diuerſis inſtitutis, quorum contagione uitium in ciuitate contrahitur. Item facit ut urbs hominū frequentiſsima turba repleatur, quæ rerum perturbationem parit. Sed contra reputādo his incommodis uitatis commercium maritimum magnas commoditates affert. Nam ſi bello ciuitas laboret, facilius poteſt ab amicis & ſocijs ſubſidium per mare ſubmitti, & ipſi poſſunt facilius hoſtibus nocere. Præterea ex alijs regionibus importandi facultas adeſt, & uiciſsim exportandi. Incommoda uerò peregrinorum influentium, & turbæ naualis uitari poſſunt, ſi locus muniatur ab urbe diſcretus, ubi hoc genus hominum diuerſetur. Prodeſt enim ciuitati, ut claſſe ualeat: ſic enim & amicis ſubuenire facilè poteſt, & hoſtibus terrori eſſe.

Caput VI.

MAris autem nauigario utrum ciuitatibus quæ bonis legibus utantur proſit, án ne obſit, multi ſunt qui ambigant. Nā peregrinorum & exterorum quorundam, qui in alijs legibus educati ſunt, aduentum & cōmunionē nocere aiunt & bonis legibus, & loci frequētiæ. Vſu enim maris fieri, ut mittēdo & recipiendo, mercatorum multitudo exoriatur: quod præclaræ Reip. adminiſtrationi repugnet. Atq; id quidem non dubium eſt, quin ſi his locus nullus ſit reliquus, melius ſit & ad propulſanda pericula, & ad rerum neceſſariarū copias, urbem atque agrum, cum mari rationem habere. Nam & quo facilius ſuſtineant hoſtes, & eos damno aliquo afficiant qui aggrediuntur, magnæ opportunitates ad opem ferendam & terra & mari ijs ſuppetant oportet, qui ſeruādi ſunt. Quòd ſi minus utraq; re poterit, at certè altera magis ſuppetet ijs qui utraq; re ualent. Quæq; deſunt, ea accipere & importare, & quæ abundant exportare, cogit neceſsitas. Sibi enim negotiatrix ciuitas, non alijs eſſe debet. Qui autem mercatum aperiunt omnibus, ij quæſtus cauſa id faciūt. Quòd ſi hanc talem auiditatem probare non debet ciuitas, ne hunc quidem mercatum obtinere. Et quoniam nunc uidemus multis agris & urbibus adeſſe nauium ſtationes, & portus aptè extructos ad ciuitatem, ut neq; ipſa urbs id alijs tribuat, neq; procul loco aliquo remotiore: quin etiam muris alijsq; eius generis propugnaculis cincta ſit: perſpicuum eſt, ſi qua commoditas ex hac communione percipiatur, ad ciuitatem id totum peruenturum: ſi quid autem incommodi, id facilè uitari poſſe, ſanciendo legibus, quibus cum non ſit ineunda, & quibus cum ineunda ſit ſocietas. De copijs autem naualibus, haud dubium eſt, quin perutile ſit earum quandam uim & copiam obtinere. Neq; enim ſibi ipſis ſolum, ſed etiam finitimis, auxilio ac præſidio & terrori eſſe omnes debent, ut terra, ſic mari. Quanta autē uis & multitudo huius rei eſſe debeat, ex uitę genere quod ciuitas delegerit, conſtituendum eſt. Si enim uitam principe uel Rep. dignam ſequatur, neceſſe erit hanc uim ad officia ac negotia accommodari. Multitudo autem hominū quæ in turba nautarū eſſe ſolet, non eſt ciuitatibus neceſſaria. Nulla enim in parte ciuitatis habendi ſunt. Claſsia-

A rij enim & nectores liberi ſunt homines, & in ijs qui terra militant, atq; ſummam habent in nauigādo poteſtatem. Et ſi magnus ſit numerus accolarum & agricolarum, magna ſit etiam neceſſe eſt nautarū copia. Quod etiam nunc animaduertimus, ut in ciuitate Heracleorarum, qui multas triremes implent, nacti ciuitatem cōmoditate præſtantem cæteris. Ac de agro & portubus, & ciuitatibus, & mari, copijsq; rerū nauticarū, hactenus. Quis autē modus ac finis conſtituendus ſit urbanæ multitudini, ſuprà dictum eſt.

DE HOMINVM MVLTITVDI*ne in ciuitate, ſuprà docuimus: nunc autem de ipſorum natura differendum eſt, quæ talis eſſe debet, ut ciues nec ingenio & intelligētia, nec animo deficiant, quales in medio regionū, medijsq; mundi declinationibus proueniūt, quarto ſcilicet & quinto climate. Nam frigoris & caloris temperamentum ingenio & animo temperatos homines mitesq; & humanos reddit. Errāt enim qui bellicoſos homines, quibus conſtat ciuitatis præſidium, ſuis mites, alienis difficiles eſſe putant oportere. Nā qui magno animo ſunt, mitiores habentur, nec cuiq; infenſos ſe & intractabiles præbent, niſi à quibus afficiuntur iniuria.* Cap. VII.

QVæ autem natura eorum eſſe debeat, nūc dicendum eſt. Hoc quidem certè facilè perſpici licet, ſi ciuitates Græcorum quæ in magno ſunt nomine & gloria, uniuerſusq; or-
B bis à quàm uarijs & differentibus inter ſe gentibus incolatur, uideamus. Nam quæ gentes frigida loca incolunt, & Europam, alto & excelſo animo ſunt, ingenio autem & arte nihil ualēt. Itaque libertate magis gaudent, à ciuili ſcientia abhorrent, nec finitimis imperare ſciunt. Aſiaticæ autem, ingenio ualent illæ quidem, & artificio: ſed quia demiſſo animo ſunt, patēt alijs ſemper ac ſeruiunt. At uerò Græci ut medium inter eos locum incolunt, ſic utrorumq; mores imitantur. Sunt enim & magnanimi, & acuti. Itaq; tum libertate utuntur, tum optima Rep. eaq; una, tū cætera imperare norunt. Eadem eſt Græcorum inter ſe diſsimilitudo. Aliorum enim ſimplex natura eſt, alij aptos habēt animos ad utranq; uim & facultatem. Perſpicuū quidem eſt, & ingenio & animo excelſo eſſe oportere eos, qui à ſcriptore legū ad uirtutis ſtudiū ſint impellendi. Quod enim aiunt quidā, cuſtodes aduerſus notos amicè, aduerſus ignotos acerbè & immaniter ſe gerere oportere: pars ea animi in qua irarū exiſtit ardor, eſt quæ amicitiā gignit. Hæc enim pars eſt animi, qua ad amorem impellimur. Quod ex eo ſciri poteſt, q magis in familiares & amicos cōcitatur pars illa, quàm in ignotos, ſi ſe cōtemptā putet. Itaq; Archilochus rectè, cū de amicis quereretur, cū hac animi parte uerba facit: Nunquid nā amicis opprimebare? Atq; etiam imperandi & liberè uiuēdi uoluntas ab hac parte animi datur omnibus. Eſt enim & propenſus ad imperandum animus, & inuictus. Nec uerò honeſta oratio eſt, ignotis difficilem ſe & acerbum præſtare oportere. Neque enim aduerſus quenquam eo

modo

modo nos gerere debemus: neq; magnanimos A naturá immanes facit, niſi aduerſus eos qui iniuriam inferunt. Quemadmodum aduerſus familiares, ut dixi, ſe gerunt magis, ſi ſe uiolatos exiſtiment: nec iniuria. A quibus enim ſibi beneficium deberi putant, ab ijs & iniuria affici ſe, & gratia debita fraudari uident. Hinc illud, Fratrũ graues inimicitiæ: & illud, Quorum amor ſummus eſt, horũ ſumma odia. Atq; quot ciues in ciuili ſocietate, quæq; eorum natura eſſe debeat, quãtusq; ac qualis ager, ſatis ferè diximus. Neq; enim eadem ab ijs quæ ratione docentur, poſtulanda eſt ſubtilitas, quæ ab ijs quæ ſenſibus.

NON OMNIA SINE QVIBVS *ciuitas conſtare nequit, ſunt partes ciuitatis, quia in omni communitate aliquid debet eſſe commune, ſiue æqualiter id, ſiue inæqualiter cõmunicetur, quod tamen non eſt pars communitatis. Itaq; licet opes neceſſariæ ſint ciuitati & ipſius gratia, tamen non ſunt partes ciuitatis, ac proinde ne homines quidem omnes qui opes & res neceſſarias ad uitam ſuggerunt, ut agricolæ & opifices. Sex autem opera ſunt ſine quibus ciuitas conſtare non poteſt, cibi comparatio, quæ ad agricolas paſtoresq; pertinet: multorum inſtrumentorum confectio, quæ ad opifices: uſus armorum, quod eſt militum officium: opum comparatio & ſuppeditatio, quod diuites faciũt: ſacrorum procuratio, quæ propria eſt ſacerdotum: item iudicatio, quæ duplex eſt: altera, qua iudices & tribunalia funguntur: altera, qua Senatores & Conſultores.* Cap. VIII.

QVoniam autem eorum quæ à natura conſtituta ſunt, non eæ ſunt partes totius compoſitionis, ſine quibus eſſe totum non poteſt, profectò ne in ciuitatis quidem partibus habenda ſunt ea quæ in ciuitate inſunt neceſſariò, neq; in alia ulla cõmunione ex qua unum aliquod genus efficitur. Vnum enim aliquid, idq; cõmune atq; idem ſocij adipiſci debent, ſiue par, ſiue diſpar ſit eorum conditio, ſiue id ſit cibus, ſeu agri magnitudo, ſeu aliquid aliud eiuſdem generis. Cum uerò duarum rerum ea uis eſt, ut una ad alterã, quaſi ad finem referatur, nihil certè illarum commune eſt, niſi quòd hæc facere, illa accipere debet. Vt exempli gratia, inſtrumento omni & opificibus nihil cum opere quod efficitur, cõmune eſt, quoniam domui cum architecto nihil cõmune eſt, ſed omnia architectorum ars & induſtria ad domũ refertur. Quapropter etſi poſſeſſionibus opus eſt, tamẽ nulla eſt in ciuitatis parte poſſeſsio, quanquam multæ res inanimæ in ciuitatis partibus habentur. Ciuitas autem cõmunio eſt & ſocietas quædam eorum, quorum par eſt cauſa, optimæ uitæ degendæ, quoad eius fieri poterit, gratia conſtituta. Et quoniã in beata uita ſummũ bonum eſt, eaq; in uirtutis actione uſuq; perfecto conſiſtit, itaq; fit, ut quidam eius fieri poſsint compotes, alij aut parum, aut nihil: certè ex hoc multa uariaq; ciuitatũ, ac Rerũpublicarum genera extiterũt. Nam alij alio modo, alijsq; rebus id indagãtes, uaria uiuendi & Reip. genera effecerunt. Quantus autem numerus ſit eorum, ſine quibus eſſe ciuitas nõ poteſt, uideamus. Nã quæ in ciuitatis partibus numeramus, in ijs ciuitas conſiſtat neceſſe eſt. Rerum ergo ſumendus eſt numerus: ex ijs enim id perſpici licebit. Primũ uictus ſuppeditare debet, deinde artes: multas enim cõmoditates uita deſiderat. tũ arma, quæ neceſſaria ſunt ijs qui ad Remp. accedunt, & ad cogẽdos eos qui detrectant imperiũ, & propulſandam exterorum iniuriam: tum magna uis pecuniæ, quã & ad ſuos & ad belli uſus ſuppeditare poſsint. Quinto loco, atq; in primis deorum cultus eſt, quod ſacrum uocant. Sexto, id quod omnium maximè neceſſarium eſt, iudiciũ de rebus quæ ciuibus inter ipſos utiles ſint, & iuſtæ. Atq; hæ ſunt cõmoditates, quas omnis ciuitas deſiderat. Cũ enim ciuitas multitudo ſit non quæuis, ſed quæ præſidia uitæ habeat, & ſi quid fortè horũ deſit, omnino ſatis munita, ſeq; ipſa contenta eſſe non poſsit: profectò ex his opportunitatibus conſtet ciuitas neceſſe eſt. Sint ergo oportet agricolæ, qui ea quæ ad uitam neceſſaria ſunt præparent: ſint opifices, ſint qui bellũ gerãt, ſint locupletes, ſint ſacerdotes, ſint deniq; qui iudicent de rebus neceſſarijs & utilibus.

EXPLICATIS OPERIBVS IN *omni ciuitate neceſſarijs, ſequitur ut omnésne ciues cuncta opera, an alij alia obire debeant conſideremus. Nam utrunq; fieri poteſt, licet non in omni Rep. Cæterùm in optimo ſtatu Reipub. ubi ciues ſimpliciter boni & iuſti ſunt, ciues, nec artifices eſſe debent, nec mercatores, quippe quorum uita nec ingenua eſt, & à uirtute propter mẽ-* B *dacia & auaritiam abhorret, nec item agros colere debẽt, quoniam agricolis otium nec ad officia, quibus fungendis uirtus ingeneratur: nec ad obeunda ciuilia munera ſuppetit, quamuis eorum uita proclinior ad uirtutem, innocentiorq; ſit. Munera uerò militaria, & cõſultãdi, iudicãdiq; officia, quæ ad ciues maximè pertinent, eiſdem hominibus mandari debent, ſed diuerſis ætatibus, prout natura poſcit, quæ iuuenibus uires ad munera militaria, ſenioribus uerò prudentiam, & rerum maiorem ad iudicandum & deliberandum cognitionem tribuit. Præterea diuitiæ & poſſeſsiones penes hos ciues eſſe debent, qui maximè partes ciuitatis eſſe uidentur: Sacerdotia quoq; ciuibus maximis natu, poſtquam ciuilibus muneribus functi fuerunt, & quaſi emeriti, mandanda ſunt, ut in cultu diuino, & procurandis ſacris acquieſcant.* Caput IX.

HIs ita cõſtitutis, reliquum eſt, ut omnésne ciues hæc omnia tractare ac ſequi debeãt, uideamus (fieri enim poteſt, ut omnes ſint & agricolæ, & opifices, & ſenatores, & iudices) an procurationi ſtatum alij præponi, an uerò eorum partim priuata ſint, partim publica neceſſariò. Non in omni autẽ Rep. ei quod poſtremò dixi, eſt locus. Quẽadmodũ enim dixi, omnes omnia, & nõ omnes omnia, ſed alij alia ſuſtinere poſſunt. Nã hæc uaria Rerump. genera ſunt conſecuta: quippe cum in eo ciuitatis ſtatu cui præeſt populus, omnes munera omnia exequantur: in ea Rep. quæ eſt in paucorũ poteſtate, cõtrà. Cumq; optimus ciuitatis ſtatus nobis ſit ꝓpoſitus, isq; ſit, in quo beatiſsima ciuitas eſſe poteſt, neque

beata uita ſine uirtute, quemadmodũ dixi, poſsit A exiſtere, profectò in ea Rep. quæ quidẽ optimè adminiſtretur, quæq; uiros iuſtos omnino, non ex fictione & quadã ex parte nacta ſit, ciues nec in ſordidis artibus, nec in propolarũ quæſtu debẽt uerſari. (eſt enim hæc obſcura uita, uirtutiq; inimica) neq; agricolæ debent eſſe ij qui futuri ſunt ciues: quod uirturis ortus, ciuiliaque officia ocium deſiderant. Cùm autem & ij qui bellicis officijs addicti ſunt, & ij qui de rebus utilib. deliberant, & ij qui de iuſtis iudicant, ſint in primis partibus ciuitatis, idq; conſtet, utrũ ij in alio numero reponendi ſint, an eis utraq; officia tribuẽda, quæſtio eſt. Sed ea quęſtio facilè explicari poteſt. Nam quodãmodo ijſdẽ, quodãmodo alijs tribuenda ſunt. Quatenus enim utrunq; officiũ ab alia atq; alia ætate pręſtandũ eſt, & alterũ prudentiã, alterum uires poſtulat, eatenus tribuẽda ſunt diuerſis. Quatenus autẽ fieri non poteſt, ut qui iniuriã facere & propulſare poſſunt, ij perpetuũ imperium ferant, eatenus ijſdẽ. Qui enim armorũ bellíq; uſu ualent, in ijs ſitum eſt, ut & ſtet & non ſtet Reſp. Relinquitur ergo, utriſq; eorũ cõmittendam eſſe Remp. ſed nõ eodem tẽpore, uerùm ut natura & res feret. Vires ſunt florentis ętatis, prudentia ſenectutis. Itaq; hoc modo utile eſt & æquum tribui, quandoquidẽ hæc ſit pro dignitate tributio. Quinetiã opibus hi abundare debent, cum præſertim ciuibus in quo ſunt numero, neceſſariæ ſint opes. Nam multitudo eorũ qui in ſordidis artib. uerſantur, in nulla ſunt parte ciuitatis, neq; ullum aliud genus hominum, quod nõ uirtutis officia præſtat. Idq; ex eo quod B poſitum eſt, perſpici licet. Nam & beata uita cũ uirtute coniuncta eſt neceſſariò, & ciuitas dicenda eſt beata, non habita unius alicuius eius partis ratione, ſed omnium ciuium. Perſpicuum eſt etiam, hos opibus ualere oportere, ſi modò ſerui eſſe debent agricolæ, aut barbari, aut accolę. Reliquum eſt ex his ſacerdotum genus, quorum in promptu deſcriptio eſt. Neq; enim agricola, aut is qui in ſordidis artibus uerſatur, inſtituendus eſt ſacerdos, quandoquidẽ honorem Dijs ciues tribuere debent. Sed quoniam Reſp. in duas partes diſtributa eſt, id eſt in equites & ſenatores, tribuendusque eſt Dijs cultus, & ceſſare debent in eorum cultu ij quibus certo tempore ut ceſſent denunciatum eſt: ijs certè ſacrorum cura erit cõmittenda. Numerus quidem eorum ſine quibus ciuitas ſtare non poteſt, & omnium partium ciuitatis, præſcriptus eſt à nobis. Nam & aratores, opifices, totumq; genus mercenariorũ ineſſe debent in ciuitatibus, & in partibus ciuitatis equites ac ſenatores, & ita unumquodq; eorum ſeparatum diſtinctumq; fuit, ut alteri ſemper alteris uiciſsim hæc officia præſtarent.

AEGYPTIORVM ET CRETENſium *exemplo ſeu teſtimonio, ciuitatum per genera diſtributionem ueterem eſſe docet: & comeſationes in Creta à Minoe uetuſtiſsimo rege, & ante hunc in Italia ab Italo rege inſtitutas fuiſſe. Agros autem bipartitos ſic eſſe oportet, ut altera pars ſit publica ciuitatis, altera ſingulorum priuata. Tum publica in duas partes ſecari debet, quarum* A *una comeſationibus deſtinata ſit, altera ſacrorum procurationi, & ſacerdotijs. Porrò ſingulorum agri ſic per ſortes debent eſſe diuiſi, ut binæ cuiq; tribuantur, altera circa urbem, altera in extremis regionis finibus, ut par ſit omnium iuris conditio, æqua ſecuritas & uiciſsim ſolicitudo, ſi bellum cum finitimis extiterit. Agros uerò colendi optima ratio eſt, ſi à ſeruis non eiuſdem nationis, nec animoſis colantur, ut facilius pareant, neúe rebus nouis ſtudeant.*

Proxima ut à Barbaris qui rure inhabitent, uel mercede conducti, uel partem fructuum, quibus alantur ferentes. Cap. X

NEque uerò aut his temporibus, aut nuper hoc intellexerunt ij qui de Rep. diſſeruot, eſſe in genera tribuendam ciuitatem, aliudq; eſſe equitum, aliud agricolarum. Nam & in Aegypto etiam nunc, & Cretæ, hæc manet ratio: quarum in Aegypto Seſoſtrius, ut fama eſt, & Minos Cretæ ita ſanxit legibus. Sodalitatum etiam uetus ratio eſt. Cretæ quidem Minois imperio conſtitutæ ſunt, in Italia autem multo antè. Tradũt enim qui ea loca incolunt patriorum inſtitutorum interpretes, Italum quendam fuiſſe Oenotriæ regem, à quo, mutato nomine, Itali pro Oenotris ſint uocati, oramq; illam Europæ quæ eſt intra Scylleòcum & Lametricum ſinum, qui inter ſe abſunt dimidiati diei itinere, Italiam appellatam eſſe. Hũc Italum fama eſt, Oenotros qui tum greges paſcebant, ab illa uita ad agriculturæ ſtudium traduxiſſe, eiſq; cũ leges alias dediſſe, tum in primis ſodalitates conſtituiſſe. Itaq; B etiam nunc quidam ex illius poſteris, & ſodalitatibus utuntur, & quibuſdam legibus. Incolebant autem tum oram eam quæ ad Tyrrhenum mare pertinet, Opici: qui & antea, & nunc Auſonij uocantur. & eam quæ ad Iapygium & Ionium ſpectat, quæq; Syrtis dicitur, † Chaones, Chones qui etiam ab Oenotris genus duxerant. Hinc ergo primũ aduecta eſt ſodalitatum ratio, ex Aegypto autem multitudinis ciuium in genera deſcriptio. Multo enim tempore antè fuit, quàm Minois regnũ, Seſoſtrius. Ex quo intelligi par eſt, alia etiam ferè multis antè, atque adeo infinitis temporibus inuenta fuiſſe, cum præſertim & uериſimile ſit, uſum ipſum ea docuiſſe, quæ ad uiuendum neceſſaria ſunt: & conſentaneum, ea quæ ad ornatum pertinent, cum iam hæc eſſent, ad tantam perueniſſe dignitatem. Ita fit, ut eodẽ modo etiam de ijs quæ ad Remp. pertinent, iudicare debeamus. Eſſe autem ea antiqua, ex Aegyptiorum inſtitutis intelligi licet, qui & uetuſtiſſimi uidentur eſſe, & leges ciuitatisque ſtatum habuerunt. Quapropter & ijs quæ adhuc dicta ſunt, utendum eſt, & quæ pręterміſimus omni ratione quærenda ſunt. Agrum quidem eſſe oportere & equitum, & eorum qui ad Rempub. accedunt: eosque qui agrum ipſum colent, ab ijs diſtingui oportere: & ager quantus qualiſq; eſſe debeat, iam demonſtrauimus. Nunc quoniã poſſeſsiones, ut quidam uolunt, cõmunes eſſe nobis nõ placet, ſed cõmunicari eas inter ciues uolumus uſu quodam amicitiæ, ut deſint nemini ea quæ ad uictum pertinent, de agri diuiſione, quoq; ac quales ij qui eos colent, eſſe oporteat, diſſe-

diſſeramus. Sodalitates quidẽ omnibus placet, A utiles eſſe bene conſtitutis ciuitatibus. quamobrem autem nobis etiam placeat, pòſt dicemus. Sed quoniam ijs ciues omnes adhiberi debent, nec facilè poſſunt inopes tum conſtitutum ſibi tributum pendere, tum rem ſuã familiarem tueri: & ij ſumptus qui ſacris Deorum fiunt, cõmunes ſunt totius ciuitatis: in partes duas ager ſic diuidendus eſt neceſſariò, ut altera cõmunis ſit, altera priuata. earumq́; utraq; rurſus bifariã ita diuidi debet, ut communis agri altera pars ad Deorum munera & ſacra, altera ad ſodalitatum ſumptua referatur: priuati autem altera para ad prędia ſita in agri finibus ſuppetat, altera ad ſuburbana: ut duplici parte cuiq; agro attributa, utriuſque loci ad omnes peruenjat hæreditas. Ita enim æquitaa & ius ſeruabitur, & cum finitimis rarius bellum geretur. Vbi enim his locus non eſt, ibi alij finitimorum inimicitias & bella negligunt: alij nimium ea, & contra decorum extimeſcunt. Itaque apud nonnullos lex eſt, ne ij qui in agri finibus aliquid poſsident, in conſilium adhibeantur de bello quod cum finitimis ſuſcipiẽdum eſt. quaſi res ſua quenq; impediat, quo minus prudens conſilium capere poſsit. Ager ergo his de cauſis ita eſt diuidendus. Ii autem qui agrum ipſum colent, primũ ac maximè, ſi ex animi ſententia ſerui eſſe debent, nec unius generis omnes ſint, nec elato animo. Sic enim & ad rem gerendam utiles erunt, & procul ab eo aberunt, ut res nouas moliantur. Secundo autẽ loco barbari accolæ, ijſdem præditi moribus quibus ſuperiores. Eorum autem priuati in priuatis agris B eorum erunt peculiares ac proprij, qui opes habebunt: in communibua autem, publici. Quo autem modo ſeruis utendum ſit, ſeruisq́; omnibus libertatem melius eſſe quaſi præmium proponere, pòſt demonſtrabimus.

IN DELIGENDO LOCO VRBIS *quatuor rerum eſt habenda ratio, ualetudinis, belli, ciuilium actionum, & rerum neceſſariarum inuectionis, aut etiam exportationis. Ad ualetudinem facit, ut urbs in ſolis ortum, aut in Septentrionem uergat: deinde ut eam poſitionem ac formam habeat, ut oppidanis exitus ſit facilis, hoſtibus difficilis aditus, ſitusq́; incõmodus ad urbem obſidendam. Quod uerò pertinet ad aquas, quarum penuria interdum obſeſſos ad deditionẽ compellit, fontes aut putei ſuppetere debent: qui ſi minus cõtingant, capaciſsimas ciſternas eſſe oportet ad pluuias aquas excipiẽdas. Et quoniam magni intereſt ad ualetudinẽ, quibus aquis utamur, ſi copia non ſuppetat commodarum aquarum, diuidendæ ſunt, ne ſalubres in alios uſus, quàm in potum abſumãtur. Loca uerò munita, non eadẽ omnibus Rebuſp. conueniũt, ſed arces paucorum potentiæ & monarchiæ, æquatus locus populari Reip. ſtatui optimatum neutrum, ſed cõplura loca munitiora natura. Domus quoq; priuatæ ea forma ſunt ædificandæ, ut exitus domeſticis pateat, inuadentibus autem ſit aditus difficilis. Vrbs quoq; ipſa muris debet eſſe munita, ut tormentis etiã & machinis bellicis, eorũ firmitudo reſiſtat.* Cap. XI.

Ariſtot. tom. II.

VRbem quidẽ terram ac mare omnemq́ue agrum ſpectare oportere, quoad eius fieri poterit, iam oſtendimus: ut autem ipſa ſitum eum aſſequatur, quẽ maximè uelimus, quatuor ſpectanda ſunt. Primum quod neceſſarium eſt, ſalubritas. Eæ enim urbes quę Orientem ſpectant, eosq́ue uentos qui inde flant, ſalubriores ſunt. Alterum, Aquilo. Hæ enim cõtra hyemem ſunt munitiores. In reliquis duobus poſitæ ſunt rerum urbanarũ & bellicarum opportunitates. Atq; ad bellicas quidem facilè atq; expeditè ex ea excercitus debet educi: hoſtium contrà ægrè ad eam penetrare, atq; eam obſidione cingere. Aquarum autem & ſtagnorum maximè quæ natura loci per ſe ſuppeditet, magna uis & copia ſuppetere debet. Sin minus, at certè id inueniendum eſt, parandis aquæ pluuię receptaculis, quę magnas ui aquarum abundent, ut nunquam eos in bello præcluſos ab agro deficiat. Quoniam autem habenda eſt ualetudinia incolarum ratio, id poſitum eſt in eo, ut urbs ſita ſit in hoc uel illo loco, & ad hoc uel illud efficiendum aptè & accommodatè: deinde ut aquis ſalubribus utatur, eaq́; res magnæ ſit curæ. Quarum enim rerum maximam copiam plerunq; ad corporis uſum adhibemos, eæ maximom adiumentom ad ualetudinẽ afferunt, quam naturam habent aquarum uentorumq́ue uis ac copia. Quocirca in bene moratis ciuitatibus definiendum pręſcribendumq́; eſt, ſi nõ omnis aqua ſit æquè ſalubris, neq; eiuſmodi ciſternarum ſit copia, quæ aqua ad uictũ, quæ ad alios uſus adhiberi debeat. De locorum autem propugnaculis, non parem utilitatem ex ijs omnes percipiunt ciuitates. Veluti arx paucorum potentiam & unius dominatũ attingit potius, loci æqualitas populi imperium, eorumq́; neutrum aptum eſt ad eam Remp. quę optimorum conſilija adminiſtratur, ſed loca potius ſitma & crebra. Priuatorum autem ædificiorũ forma gratior illa quidem habetur, & ad cęteras res utilior, ſi aditus faciles habeant, & ea forma quæ nũc in uſu eſt, & ea qua Hippodamus utebatur: ſed ad belli opportunitates, contrà ut quondam erat. Nã & difficiles præbebat exitus exteris, & inextricabiles latebras, ſi quis impetum faceret. Hæ igitur duæ commoditates in illis retinendę ſunt. Fieri enim poteſt, ſi quis ita extruat, ut ſolent agricolæ, quos nonnulli uocant uitium ordines, ut tota urbs non fiat peruia, ſed quibuſdã in partib. ac locis. Sic enim & munita erit, & clara. De muris autem, quos adimunt quidam urbibus ijs quæ uirtuti dant operam, nimium ueterem opinionem repetunt, præſertim cum reipſa uideant improbari eas urbes, quæ id ſibi laudi ducebant. Ac ſi res quidẽ ſit cum pari iure & more uiuentibus hominibus, nec qui multitudine uincant, indecorum ſit profectò ſaluti ſuæ conſulere murorum ſeptis uelle. Cum uerò & uſuueniat, & fieri poſsit, ut uia eorum qui aggrediuntur & humanam & paucorum uirtutem longè multumq́; ſuperet, certè ſi ſaluti proſpiciendum eſt, non experenda clades aut contumelia, tutiſſimum murorum præſidiũ, & propugnaculum bello aptiſsimum eſſe putandum eſt, his præſertim temporibus cum tormenta & machinæ ex-

cogitatæ ſunt, obſidendis oppugnandiſq; orbibus. Nihil enim intereſt, utrum muros urbibus circundari nolint, an agrum opportunum iniurijs aggredientium quærant, an locos montoſos tollant: ſimiliterq; faciũt, ut ſi priuatis domibus muros & parietes non circundarent, tanquam incolæ ignaui eſſent futuri. Atqui hoc intelligendum eſt, licere ijs qui mœnibus urbes cingunt, in utranq; partem uti urbibus, & pro ijs quæ muros habent, & pro ijs quæ carent. quod in ijs nõ contingit, quæ carent. Quæ cum ita ſint, non ſolum muri urbibus circundandi ſunt, ſed diligentia adhibenda eſt, ut & ornamentũ urbi afferãt, & bellicis neceſſitatibus cũ cæteris, tum ijs quę nunc inuentæ ſunt. Vt enim id curant omni ratione ij qui aggrediuntur, quibus rationibus ſuperiores erũt: ſic & hæc inuẽta ſunt, & alia quærenda ijs qui urbes tuentur. Neq; enim unquam in paratos & inſtructos impetum facient.

CVM TOTAM CIVITATEM IN *conuentus hominum, qui ſint unà cœnaturi, partitam eſſe oporteat, conſentaneum eſt, ut in murorum turribus ſint loca militum comeſſationibus conſtituta: in urbe autem opportuno ac edito loco, tum templa dijs immortalibus dicata, tum ſummorum magiſtratuum cœnationes extrui debent, ut hæc utraq; ædificia uicina aut etiã contigua, ſint inter ſe ſublimitate conſpicua. Infra hunc locum forum ſit, quod magiſtratibus tantum & ciuibus frequẽtetur ad colloquendum, & ſeniorum deambulationes. Seorſum autem forum rerũ uenalium, opportuno loco ad merces & fructus, excipiendum. Sacerdotibus quoq; comeſſationum loca iuxta templa locanda ſunt: tabellionibus uerò ac ædilibus & præfectis ædificiorum circa forum rerum uenalium. Eodẽ modo per agrum munita loca exædificare conuenit agri præfectis, tum cuſtodiæ, tũ etiam comeſſationibus apta, atq; item deorum, heroumq; templa.*

Caput. XII.

QVoniam autem multitudo ciuium ſodalitatibus adhibenda eſt, & muri idoneis locis diſtinguẽdi ſunt turribus & ſtationibus, certè quaſdã ſodalitates in his propugnaculis cõuenit conſtitui. Atq; hæc quidẽ eo modo quo dixi, exædificanda erũt. Aedibus autẽ quæ ſacris deorum faciendis aſsignabũtur, magiſtratuumq; maximè ratis ſodalitatib. locus idoneus deligendus erit, atq; idẽ ijs ſacris omnibus, quæ lex ſeparatim, nec reſponſa deorum excipiunt. Cuiuſmodi locus erit is, qui magnam ſignificationem dabit, uirtuti tributum locum eſſe, & ſpeciem propugnaculi uicinis urbis partibus præbebit. Ei autem loco ſubijci debet forum eiuſmodi, quale in Theſſalia eſt, quod liberũ uocant. Id eſt, liberũ eſſe debet ab omni mercatu, ut neque fex plebis eò, neq; agricolæ, nec ullum aliud tale genus hominum accedat, niſi à magiſtratibus accerſatur. Locus etiam clarus ita futurus eſt, ſi ſenum exercitationibus erit conſtitutus. Nã pro cuiuſq; ætate hoc Reip. ornamentum diſtinguẽdũ eſt, ut & rebus quas adoleſcentes gerent. magiſtratus quidam interſint, & frequentes ſint ſenes cum magiſtratibus. Magiſtratuum enim pręA ſentia uero pudore afficit maximè, metumq; libero dignum homine incutit. Forum autem rerum uenaliũ ab hoc diuerſum eſſe debet, & alio in loco ſitum eiuſmodi, in quem facilè conuehi poſsint, & quæ mari, & quæ ex toto agro importabuntur. Cumq; multitudo ciuitatis diſtributa ſit omnis in ſacerdotes & magiſtratus, decet ſacerdotum etiam ſodalitatibus ad ædes ſacras locum conſtitui. Magiſtratuum uerò & eorum qui rebus contractis & contrahendis pręſunt, & eorũ qui accuſationibus, atq; uocationibus in ius, alijsq; rebus eius generis adminiſtrandis præpoſiti ſunt: itemq; præfectorum mercatus, & præfecti urbis, in foro & in loco celebri ſodalitates conſtituẽdæ erunt. qualis locus eſt is, in quo res ad uiuendum neceſſariæ uenduntur. Nam ut alterum forum ſemotum à turba, & à rebus agendis liberum poſuimus, ſic hoc rerum neceſſariarum cauſa. Imitari etiam ac tenere debemus in agro eam quam expoſui, deſcriptionẽ. Illic enim magiſtratibus ijs quos ſyluarum cuſtodes uocant, & definitores agrorũ, ſua propugnacula & ſodalitates præſidij cauſa eſſe debent. itemq; ſacra in agro attribui debent, alia Dijs, alia heroibus. Sed ſuperuacaneum eſt de his talibus accuratè diſſerere, cum præſertim non ſint hæc cognitu difficilia, ſed factu potius. Nam de his diſputare, optare eſt: ea autem euenire ac fieri, fortunę.

DVO SVNT IN QVIBVS RE*ctè ac uiciſsim perperam agere contingit, finis, & ea quæ ad finẽ ducunt: in quibus rectè fit, ſi finis bonus proponatur,* B *& ea quæ ducunt ad finẽ: erratur autẽ ſi uel finis improbus, uel ſi probus, tamen uia quæ ducat ad finem non inueniatur. Cum igitur in neutro errare oporteat, & omnes uitam beatam expetant, primum omnium quæ res uitam beatam efficiat, ſtatuere oportet: hoc autem ſumendũ eſt ex libris Ethicorum, in quibus uitam beatam poſitam eſſe in uſu perfecto uirtutis, declaratum eſt, ad quem bona externa & corporis debent tanquam inſtrumenta ſuppetere. Eſt igitur beata ciuitas, quæ uirtutem colit, probaq; eſt. Ciuitas porrò proba eſt, cuius ciues omnes, quibus Reſpub. cõmunicatur, uiri probi ſunt. Itaq; legumlatoris munus eſt, quomodo uir probus fiat conſiderare, deq; educatione & diſciplina præcipere. Probus autem tribus rebus efficitur, natura, moribus & ratione, quæ interdũ diſcrepant inter ſe. Erit igitur optima educatio & inſtitutio, ut ſic homo efficiatur, ut natura & mores, ipſaq; ratio inter ſe ad uirtutem colendam conſentiant.*

Caput XIII.

QVapropter his omiſsis, nunc quibus rebus ea ciuitas, quæ beata futura eſt, quæq; optimo Reip. ſtatu utitur, conſtare debeat, dicendum eſt. Duo ſunt in quibus omnium rerum laus & perfectio cõſiſtit, quorum alterum in eo quod ſibi proponere debent, & in fine actionum ſapienter conſtituendo: alterum in earum actionum, quæ ferunt ad finem, inuentione cernitur. Fieri enim poteſt, ut hæc ipſa & conſentiant inter ſe, & diſcrepent. Interdum enim id quod ſpectare debent, rectè illud quidem cõſtitutum eſt, ſed

ſed in actione ipſa ab eius adeptione aberrant. aliàs ea quę ad finem pertinent, omnia aſſequuntur, finem autem ſibi uitioſum proponunt. aliàs in utroq; peccatur, ut fit in medicina, in qua quomodo affectū eſſe oporteat corpus quod ualeat, interdum non rectè iudicant, neq; res ad propoſitū finem ferentes aſſequuntur. Atqui hæc duo in artibus ac diſciplinis obtineri debent, finis, & quæ ad finem pertinent actiones. Ac illud quidem perſpicuum eſt, bene beateq; uiuendi cupiditate incenſos eſſe omnes, quæ alijs aſſequi licet, alijs per quandam fortunā aut naturam non licet. Nam adiumenta quædam bene uiuendi ratio deſiderat, eaq; minora in ijs qui melius animo & corpore, maiora autē in ijs qui peius ſunt conſtituti. Sunt autem qui etſi detur poteſtas, tamen non rectè beatam uitam exquirant. Quoniam autem nobis optimū ciuitatis genus propoſitum eſt ad conſiderandum, idq; eſt quo ſapientiſsimè ciuitas adminiſtratur: eoq; demum ciuitatis ſtatus ſapientiſsimè adminiſtratur, quo facillimè eſſe beata ciuitas poteſt: certè quid ſit beata uita intelligendum eſt. Tradimus quidem in libris de Moribus, ſi quid fortè libri illi nos adiuuant, actionem eſſe & uſum uirtutis perfectum, eumq; non ex fictione, ſed omnino. Dico autem ex fictione, neceſſariò: & omnino, præclarè. Vt in iuſtis officijs & actionibus iuſtæ pœnæ & ſupplicia à uirtute illa quidem proficiſcuntur, ſed neceſſariæ ſunt, in ijsq; honeſtum neceſſariò continetur: quippe cum optabilius ſit nec in uiro deſiderari hæc, nec à ciuitate poſtulari. At uerò quæ ad honorem & copias pertinent, omnino ſunt pulcherrimæ actiones. Nam cū alterum mali cuiuſdam ſit optio, contrà fit in his actionibus. Sunt enim & præparationes & cauſæ bonorum. Vir autem ſapiens ac bonus, & in paupertate, & in morbo, cæteriſque rebus aduerſis decorum conſeruabit. Atqui beata uita in rebus contrarijs cernitur. Etenim illud cōſtitutum eſt in libris de Moribus, eum eſſe ſapientem qui à uirtute impellitur, ut quæ omnino bona ſunt, ea deniq; bona iudicet. Ex quo perſpicuum eſt, neceſſe eſſe uſum hunc præclarū eſſe omnino. Itaque adiumenta hæc externa beatam uitam efficere homines exiſtimant. Vt ſi quis præclarum uſum fidium à lyra magis quàm ab arte proficiſci arbitretur. Ex quibus efficitur neceſſariò, quædam ſuppetere oportere, alia à legis ſcriptore eſſe præparanda. Quocirca optamus ex ijs cōſtare ciuitatem, quorū eſt domina fortuna, quandoquidem eam dominam eſſe poſuimus. Non enim in fortuna poſitum eſt ſapientem eſſe ciuitatem, ſed in ſcientia, animiq; iudicio ac uoluntate. Atqui ſapiens ciuitas ex eo eſt, quòd ciues ij qui in ciuitatis partibus habentur, ſapiētes ſunt ac boni. nobis autem ciues omnes in partibus ſunt ciuitatis. Hoc ergo uidendum eſt, quónam pacto uir bonus ac ſapiens poſsit effici. Etenim ſi omnes ſapientiam conſequi poſſunt, non ſinguli ciues, ſic magis expetendū eſt. Conſequens eſt enim ſi omnes ſint, & unumquemq; eſſe ſapientem. Tribus autem rebus probitatē ſapientiamq; adipiſcimur, natura, more, atq; ratione. Primū enim natura gignat oportet, ut hominē,

A non aliud aliquod animal: ita quodammodo affectum & animo & corpore. Quædamq; nihil à natura tribui adiuuat, quòd morib. detorqueantur. Sunt enim quædam à natura data hominibus, quæ conſuetudine in utranq; partem deflectunt, in bonum & in malum. Ac cętera quidem animantia naturam potiſsimum uitę ducem ſequuntur, quædam etiam paulùm conſuetudinē adhibent. Homo autē etiam ratione utitur. Solum eſt enim ex tot animantiū generibus particeps ratiōis, atq; cogitationis. Quocirca hęc inter ſe congruere oportet, cum pręſertim multa contra morem & naturam faciant homines, ſua quiſq; duce ratione, ſi inducāt in animū, melius aliter ſore. Ac quæ natura in ijs eſſe debeat, qui legis ſcriptori morem ſint geſturi, iam expoſuimus. Reliquum autem officium ac munus eſt iā diſciplinæ. Quædam enim homines aſſueſcendo diſcunt, alia audiendo.

VT RECTE EDVCATIONIS *præcepta dentur, illud primùm ſtatuere oportet, num ijdem ſemper imperium tenere debeant, an diuerſi, qui per uices imperent, rurſuſq; pareant. Si ergo, inquit, alij alijs eſſent longè tum corpore, tum animo præſtantiores, eſſet haud dubiè commodius, ut potiores ſemper imperarent. At inter ſimiles & pares iuſtior eſt atq; utilior imperandi & parendi alterna uiciſsitudo. Duce igitur natura quæ alios iuuenes, alios ſeniores efficit, ſic eſt Reſpublica conſtituenda, ut ſeniores imperēt, iuniores imperio pareant, ut quodammodo ijdem, quodammodo diuerſi teneant im-*

B *perium, eandemq; rationem ſequatur educatio. Cæterùm imperium in adoleſcentes liberorum eſſe debet, non herile: id eſt, ad parentium, non ad imperantium commoditatem referri. Nam opera ipſa imperata honeſta ſint, an ſecus, non tam re ipſa quàm ex fine iudicantur. Eſt igitur legumlatoris munus, quibus ſtudijs & moribus ciues optimi fiant conſiderare, cum eadem ſit uirtus optimi uiri, & optimi ciuis, & imperantis in optimo ſtatu ciuitatis. Sed cum uirtutes habitus quidam animæ ſint partim animæ differentiā legum conditori cognitam eſſe oportet. Cum duæ ſint igitur animæ partes, altera rationis per ſe compos, altera expers, apta tamen parere rationi, hæc tanquam ſubiectum uirtutum moralium, illa intellectualium, quibus utriſq; uir bonus eſſe dicitur. Cæterùm beatam uitam in uſu intellectualium uirtutum, quæ potiores ſunt, poſitam eſſe non eſt dubitandum. Honeſta enim neceſſarijs & utilibus, ocium negocio, pax bello præferenda eſt, & hac ratione dirigenda puerorū educatio, & reliquarum ætatū inſtitutio.* Cap. XIIII.

QVoniam autē ciuilis ſocietas omnia ex ijs qui præſunt, & ex ijs qui parent cōſtat, hoc quidem uidendum eſt, aliámne uitę rationem, an eandem ij qui imperant, & qui in aliorum ſunt imperio, ſequi debeant. Perſpicuum eſt enim, pro hac diſsimilitudine & diſtinctione, diſsimilem etiam adhibendam eſſe diſciplinam. Ac ſi tanta eſſet inter eos diſsimilitudo ac differentia, quantū Deos & heroas hominibus pręſtare arbitramur, in quorū primū corporibus

magnæ ſunt excellentiæ, deinde in animis, ut certa & perſpicua eſſet eorum qui præſunt præſtantia, profectò ſemper eoſdem imperare atq; parêre eſſet melius. Cum uerò hoc ſit difficile inuentu, neq; id in promptu ſit, quod apud Indos Scylax ait, eſſe reges, tantum præſtantes ijs qui in eorum ſunt imperio, perſpicuũ eſt neceſſe eſſe multis de cauſis omnes ciues ex æquo uiciſsim præeſſe atque parêre. Nam & eodem iure uiuere debent, quorum par cauſa eſt: & Rempub. ſtare difficile eſt, quæ contra ius ſit conſtituta. Omnes enim qui agrum incolunt, rerum nouandarum cupidi, cum ijs qui parent ſe coniungent, quos uniuerſos ij qui Rempub. gerent ſuperare non poſsint. Veruntamen eos qui pręſunt, præſtare ijs qui ſe ipſorũ imperio ſubiecerint oportere, de hoc nulla diſſenſio eſt: quod quemadmodum fiat, ſcriptori legum diligenter uidendum eſt. Quanquam de eo iam diximus. Natura enim hæc diſtinxit, quippe quæ in eodem genere alios adoleſcentes, alios ſenes fecerit: quorum illos parêre deceat, hos imperare. Moleſtè autem & acerbè nemo fert imperium, quem parêre ætas patitur, neque ſe ſuperiorem putat, pręſertim cum eundem honorem ſit adepturus, cum id ętatis fuerit. Concedendum eſt ergo, ut eoſdem illos imperare & parêre, & ut diuerſos, ita eſſe quatenus diſciplina eadem, & quatenus alia ſit adhibenda. Qui enim bene imperaturus eſt, paruerit, ut aiunt, aliquando neceſſe eſt. Imperium autem, ut in primo libro diximus, aliud ad principis, aliud ad eorum qui parẽt commoda refertur: quorum illud ſeruile imperium appellamus, hoc liberorum hominum. Et quoniam eorum quæ imperantur quædam diſtinctio eſt, quæ non in officijs ac muneribus, ſed in fine cernitur, multa eorum munerum quæ ſeruilia uidentur & puerilia, liberis hominibus digna ſunt. Neq; enim tam intereſt ad honeſtatem, aut illiberalitatem, qualia per ſe officia ſint, quàm quò quicque referatur. Quoniamq; eandem uirtutem & ciui & ei qui præeſt, & pręſtantiſsimo uiro attribuimus, eundemq; parêre primum ac deinde imperare uolumus, hoc certè ſcriptori legum uidendum erit, quemadmodum uiri boni efficiantur, & quibus ſtudijs, & quis optimo uitæ generi ſit propoſitus finis. Animus aũt in partes duas diuiſus eſt, quarũ altera per ſe eſt rationis particeps, altera per ſe illa quidẽ nõ eſt compos, ſed ei obedire poteſt: quarũ partiũ uirtutes eſſe cõfirmamus eas, ex quibus uir bonus quodãmodo nominatur. Sed in utra harũ parte potius finis ſitus ſit, quæſtio eſt. Nec obſcurum eſt quidem quid conſentaneũ ſit ijs dicere, qui eandem quam nos partitionem adhibebunt, cum præſertim & minus perfecta perfectorum gratia procreata ſint: quod tum in ijs quæ arte efficiuntur, tum in ijs quæ natura uigent, perſpici licet, & rationis quæ pars eſt compos, ea quæ nõ eſt melior ſit atque perfectior. Eius autem partes ſunt duæ, quemadmodum eam partiri ſoliti ſumus. Ratio enim alia in actione, alia in cognitione cernitur. Eodemq́ue modo ea pars in qua ratio ipſa ineſt, debet diuidi. Quod eodem modo de actionibus & officijs iudicandum eſt, ut

A optimæ cuiuſq; partis quæ per ſe expetatur, actiones ſint expetendæ maximè ijs qui uel omnes, uel certè duas poſsint conſequi. Semper enim id maximè cuiq; expetendum eſt, in quo adepto quaſi extremo acquieſcit. Omnis etiam uita in partes duas diſtributa eſt, in negocium & ocium, in bellum & pacem. Atq; rerum agendarum partim neceſſariæ ſunt, partim utiles, partim honeſtæ. Quæ etiam diuiſio ad animi partes, earumq; actiones transferri accommodariq; debet. Ac bellum quidem pacis cauſa expetendum eſt, negocium autem ad ocium conferendum eſt, at officia neceſſaria & utilia, honeſtorũ cauſa expetenda ſunt. Ac ciuilis quidem rationis peritus in ferendis legibus, omnia circumſpicere debet, tum partes animi, tum earum actiones & officia, ſed multo magis optimum quicq; ac extremum. Eodemq; modo in omni uitæ genere, actionũq; diuiſione ſe gerere debet. Cùm enim rerum gerendarũ belliq;, tum multo etiam magis pacis atque ocij adiumenta ciues habere debent. Et res neceſſariæ atque utiles gerendæ ſunt, ſed multo magis honeſtę. Quapropter hęc ſpectanda ſunt erudiendis inſtituendisq; pueris, alijsq; ætatibus quę diſciplinam deſiderant. At uerò Græci ij qui his temporib. optimo Reipub. genere gubernari uidentur, ſcriptoresq; legum qui has Reſpub. conſtituerunt, nec in Repub. deſcribenda optimũ finem, nec in legibus & diſciplinis uirtutes omnes ſibi propoſuerunt, ſed uim ſpectantes, eas tantummodo quæ utilitatibus amplificandisq; rebus diriguntur. Atq;
B etiam quidam qui poſtea his de rebus ſcripta reliquerunt, eandem ſecuti ſunt opinionem. Lacedæmoniorum enim Rempub. laudantes, legislatoris ſapientiam mirantur, quòd omnia ad potentiam bellumq; direxerit: quæ & uerbo facilè reprehendi poſſunt, & re ipſa nunc ſunt reprehenſa. Vt enim maxima pars hominum multis imperare uult, quòd ita rerum ſecundarum, ad noſtramq; uoluntatem fluentium maximæ ſuppetunt copiæ: ſic & Thibro, & omnes qui de Lacedæmoniorũ Repub. ſcripſerunt, eum qui Lacedæmonijs leges dedit, propterea admirantur, quòd quia exercitati erant periculis, latè eorum imperium patuit. Atqui perſpicuum eſt, cùm imperium iam non teneant Lacedæmonij, nec beatos eos eſſe, nec legis ſcriptorem fuiſſe ſapientẽ. Hoc etiam ridiculum eſt, eos parentes eius legibus, cum eſſet nemo qui impediret quo minus legibus uterentur, amiſiſſe bene uiuendi rationem. Nec uerò uera eſt eorum de imperio ſententia, quod is qui dat leges probare uideri debet. Nam ſeruili, liberorum hominum præſtantius imperium eſt, multoque magis ſi ſit cum uirtute coniunctũ. Præterea non eſt ciuitas ob eam cauſam ducenda beata, nec legis ſcriptor ornandus laudibus, quòd exercitatione docuerit eos finitimis imperare. Hæc enim magnum important incommodum. Cui enim dubium eſt, quin ciuibus omnibus qui modò poſsint, danda ſit opera, ut ciuitati cuius ſunt imperent? At hoc Lacedæmonij in Pauſania rege, etiam tanta dignitate prædito, reprehendunt. Harum igitur rationũ ac legũ nulla nec ciuili ſocietati apta eſt, nec cum utili-

utilitate aut ueritate coniuncta: cum præſertim ijs quæ præſtantiſsima ſint, mentes hominum & priuatim & publicè ſcriptor legis imbuere debeat. Rerumque bellicarum uſus & exercitatio, non ob eam cauſam adhibenda eſt, ut eos qui indigni ſunt, ſeruitute opprimamus: ſed primũ ut ne alijs ſeruiamus, deinde ut principatũ quæramus, quo eorum qui noſtro imperio ſe ſubiecerint commodis conſulere, non omnium dominarũ uendicare poſsimus. Poſtremò, ut eos dominatu & imperio premamus, qui digni ſunt. Ponendũ autem eſſe ſtudium & operam ei qui dat leges in eo potius, ut leges quę & bellum, & cætera omnia attingunt, ocium pacemq́; quaſi finem ſpectent, res ipſa, quæ cum uerbis conſentit, indicat. Hæ enim tales ciuitates, maxima ex parte bello conſeruantur, imperij uendicatione concidunt. In pace enim ſplendorem quaſi ferrum amittũt, eius culpa qui leges dedit, qui eos ocij pacisq́; artes non docuit.

CVM SVMMVM BONVM IN *eadem repoſitum ſit ſingulis hominibus, & uniuerſæ ciuitati, ſitq́; una & eadem uirtus, quæ uirum optimum & optimam ciuitatem facit, ijs potiſsimum uirtutibus præditam eſſe ciuitatem oportet, quæ paci & ocio ſunt accommodatæ, ut iuſticia & temperantia & philoſophia, id eſt, uirtutes intellectuales: pax enim belli, ocium finis eſt negocij. Sed quia pax interdum bello quærẽda eſt, & ocium negocio, uirtutes quoq; quibus bellum negociumq́; geritur, ſunt neceſſariæ. Colendæ ſunt igitur uirtutes, ſed eæ maximè quæ pacem tuentur. Prima igitur legũlatoris cura ſit, ut futuri ciues rectè generẽtur, deinde ut probis moribus inſtituantur. Ergo quæ ad matrimonia pertinent, prouidenda ſunt, ut uir & uxor quales eſſe, & quo tempore conuenire debeant, rectè ſanciatur.* Cap. XV.

ET quoniam idem finis propoſitus eſt & priuatim & publicè hominibus, idemq́; modus conſtituendus eſt & uiro optimo, & optimę Reip. certè uirtutes eæ quę ad ocium & quietem ferunt, adeſſe debent, præſertim cum ſæpè, ut dictum eſt, & bellum ſuſcipiatur ob eam cauſam, ut in pace: & negocium, ut in ocio uiuatur. Valent autem ad ocioſam uitam, & eæ uirtutes quarum omne opus ac munus in ocio, & eæ quarum in negocio actioneq́; cernitur. Multę enim res ad uictum cultumq́; neceſſariæ adſint oportet, ut quietam uitam liceat degere. Itaq; frugalitatem ciuitas, fortitudinem, patientiamque deſiderat. Nam cum ueteri prouerbio, ſeruis nulla ſit ceſſatio, ij qui forti animo adire pericula nõ poſſunt, ſerui ſunt eorum qui aggrediuntur. Ac fortitudo quidẽ & patientia in ſuſcipiendis gerendisq́; negocijs neceſſaria eſt, philoſophia autem in ocio. Temperantia uerò & iuſtitia in utroq; tempore neceſſaria eſt, potiusq́; ocioſos & quietos attingit. ut enim bellum iuſtos fingiq́; eſſe cogit, ſic res ſecundæ atq; ocium cum pace libidinoſos & iniuſtos potius facit. Magna igitur iuſtitia, magna temperantia ijs neceſſaria eſt, qui putantur beatiſsimi, ijsq́; rebus omnib. quæ

A beatos faciunt, perfruũtur: eiuſmodi ſunt, ſi qui ſunt, ut tradunt poetæ, in beatorum inſulis. Maximè enim his neceſſaria erit philoſophia, maximè temperantia & iuſtitia, quo magis quietam uitam in tanta omnium rerum copia & affluentia traducunt. Ac eam quidem ciuitatẽ quæ beata futura eſt & ſapiens, his uirtutibus præditam eſſe oportere, hinc intelligi licet. Turpe eſt enim non poſſe uti bonis, in negocioq́; ac bello uirtutis & probitatis, in pace & ocio ſeruilis ingenij dare ſignificationem. Itaq; excolenda uirtus eſt, non quemadmodum Lacedęmonij faciunt, qui hoc à cæteris non differunt, quòd non eadẽ quę alij in maximis bonis ducunt, ſed quòd hęc ipſa magis quadam uirtute effici, exiſtimant. Ex his autem perſpicuũ eſt, hęc bona eſſe maiora, eamque uoluptatem quę ex his percipitur ea quę ex uirtute, eamq́; per ſe exiſtere. Quo autem modo, quibusq́; rebus eam aſſequamur, id iam uidendum eſt. Expoſuimus quidem paulo antè, eam natura, cõſuetudine & ratione conſtare. Et quoniam natura eorum quæ eſſe debeat, docui, reliquum eſt ut ratione inſtituendi ſint, an more, uideamus. Hęc enim duo inter ſe maximè cõgruere debent. Fieri enim poteſt, ut ratio quę ab optimo fine qui ei propoſitus ſit aberret, à conſuetudine, quæ ei conſentanea ſit, eò dirigatur. Id quidem primũ animaduerti licet in cæteris rebus, ortum ab aliquo initio,* & abſolutionem ab aliquo initiu alterius naturæ perfectæ proficiſci. Nobis autem ratio & mens naturę perfectio eſt. Ita ſit ut ab utraq; morum origo & exercitatio

Et finem ab aliquo initio, quod alterius eſt finis, proſ.

B præparanda eſſe uideatur. Deinde ut animus & corpus duo ſunt, ſic animi partes duas cernimus: alteram quæ expers eſt rationis, alterã quę eſt eius particeps: duosq́; harum habitus, quorũ hic appetitus, ille mens dicitur. Vt autem corporis ortus prior eſt quàm animi, ita ea pars quæ non utitur ratione, antiquior ea eſt quæ utitur. Idq́; ex eo ſciri poteſt, quia ira, uoluntas, & cupiditas in pueris inſunt, ut primùm ſunt in lucem editi: ratio autem & mens, progredientibus ætatibus. Quocirca primùm corporis cura & diligentia illam animi antecedere debet, deinde cupiditatis: ita tamẽ, ut curam cupiditatis ad mentem, & corporis ad animum referamus. Quòd ſi principio legiſlatori uidendum eſt, ut eorum qui educantur corpora optimè ſint conſtituta, prima cura in cõiugio poni debet, quando & cuiuſmodi inter ſe coniugia inire debeant.

PRIMVM IN LEGIBVS FE*rendis ad matrimonium pertinẽtibus habenda eſt uiri & uxoris inter ipſos ratio, ut ea ætate conueniant, initiumq́; generandi faciant, ut eodem tempore utriq; tempeſtiuum ſit deſinere: deinde filiorum ſucceſsionis, ne nimiũ diſtent, aut propè ad patris ætatem accedant, namq; utrumq; incõmodũ eſt: quod fiet, ſi uxor annorũ decem & octo à uiro annũ nato circiter 37. ducatur, quoniam & adoleſcentiũ, & rurſus ſeniorũ filij imperfecti corpore et animo generãtur. Tempus aũt anni gignendis filijs accõmodatũ eſt hybernũ, & flantibus aquilonibus uentis. Habitus uerò corporis in generãtib. probatur, nõ nimis robuſtus, qualis eſt*

athle-

athletarũ, nec rurſus imbecillus & laboribus fractus. Mulieres quoq; prægnantes ambulationibus exerceri, & cibis uti ſolidioribus oportet. Præterea ut incipiendi, ſic deſinendi filios procreare tempus debet eſſe definitum, ne quinquageſimum quintum annum in uiro excedat. Adulteria uerò ex utraq; parte in rebus turpiſsimis habenda ſunt, & infamia: ſi tempore generationis patrentur, notanda.

Caput XVI.

SAncìendis autem de coniugio legibus, ſpectandi ſunt uir & mulier, mas & fœmina, & uitæ tempus, ut eorum ætates eodem tempore concurrant, neq; ita uites diſcrepent, ut uir etiam ſuſcipere liberos poſsit, mulier nõ poſsit: aut hæc poſsit, ille non poſsit. Ex his enim ſeditiones inter eos diſcordiæq; naſcuntur. Habenda eſt etiam ratio ſuſcipiendorum liberorum. Liberi enim nec parentibus ætate multo poſteriores eſſe debent, quia neque ſenibus patribus filij gratiã referre poſſunt, neq; parentes liberis ſubuenire, nec ſuppares, quia multa hinc incommoda naſcuntur. nam & minus apud eius generis homines, ut æquales, pudor ualet, & in re familiari inter pares ferè querelæ ſolent exiſtere. Præterea id unde initio huc delapſi ſumus, uidendũ eſt, ut corpora natorum eius qui leges dedit uoluntati congruant. Quę ferè omnia cura diligentiaq; unà continentur. Quoniã enim ferè ad ſummum uiris annorum ſeptuaginta numerus, mulieribus quinquaginta, procreandorum liberorum finis conſtitutus eſt, coniugij initiũ pro ætate in hęc tempora * incidere debet. Eſt autem iuuenum cõiugium incõmodum liberorum procreationi. Cum enim in omnibus animantibus imperfecti ſint iuniorum partus, ac multo etiam magis fœminarum, eorumq́ue ſtatura exigua, id etiam in hominibus fiat neceſſe eſt. Quod hinc ſciri poteſt, quia quibus in ciuitatibus hoc in more poſitum eſt, ut adoleſcentes cum puellis coniugentur, & minus abſoluta ſunt & parua corpora natorũ. Plus etiam doloris percipiunt in partu iuniores, pluresq; moriuntur. Itaque reſpondiſſe deos Trœzenijs quidam aſſerunt, multas perijſſe quòd puellæ ante tempus nuptui darentur, nõ propter fructuum perceptionem. Præterea ſi ſerius dentur nuptui, in eo caſtitati eorum continentięq; conſuletur, quòd adoleſcentiores quæ liberis dant operam, ad libidinem ſunt procliuiores: uirorumq; corpora ex eo magnum in creſcendo detrimentum capiunt, ſi tum eum etiam * ſemen augetur, uenereis rebus utantur. Earum enim certum quoddã tempus eſt, quod non ſuperat id etiam quod plenum eſt. Quapropter anno circiter duo de uigeſimo collocandæ ſunt, illi ſeptimo & triceſimo, aut paulo antè. Nã & coniugium erit tum cum uigent corpora, & opportunè cõiunctis temporibus in finem procreationis incidet. Atq; etiam liberos ſuſcipient partim ineunte conſtanti ætate, ſi modò ſtatim proportione procreent, partim inclinante iam ætate ad annum ſeptuageſimũ. Ac coniugia quidem quando ineunda ſint diximus. Tempus autem anni id quod multi ſequuntur, id eſt hyemem, huic rei aptum eſſe conſtituimus. In danda uerò opera liberis, diligenter attendenda eis ſunt, & ea quæ à medicis, & ea quę à Phyſicis traduntur. quorum illi tempora commoda corporibus accuratè notant: hi autem ex uentis boreales magis quàm auſtrales probant. Quæ autem corporum affectio maximo uſui ſit procreatis, dicendum eſt potius accuratè ijs in libris qui ad puerorum diſciplinam pertinent. nunc ſatis erit planè ac dilucidè dicere. Neq; enim athletarum habitus ad firmam corporum conſtitutionem, quam ciuilis ſocietas deſiderat, utilis eſt, nec ad ualetudinem, nec ad procreandos liberos conducit, nec is qui in morbum procliuis, nec is qui ad laborem improbum ac nimium perferendũ ualet, ſed is qui his interiectus eſt. Exercitatum quidem laboribus corpus eſſe debet, exercitatũ autem non laboribus grauiſsimis, neque una re modò ut eſt athletarum corpus, ſed rebus liberis hominibus digniſsimis. Quæ uirorum & mulierum debent eſſe communia. Grauidæ etiam corpora curare debent, non ocio torpere, aut tenuem cibum adhibere. Quod facilè præſtabit is qui leges dabit, ſi præſcribat quotidie aliquod iter faciendum ad ſacra Deorum, qui honori partus præſint. Mens autẽ earum contrà quàm corpus, ocium in uita quietemq; deſiderat. Quæ enim procreantur, à matre in cuius aluo continentur, alimentũ capiunt, ut à terra ea quæ gignuntur ex ea. De ablegandis autem educandisq; liberis, eſto lex, nihil debilitatum educandũ eſſe. Quod ſi propter multitudinem liberorum moA

B uetet, ne quid eorum quæ procreantur, amandetur, numerus certus conſtituendus erit eorũ qui dabunt operam liberis, procreandorum liberorum. Si uerò contra hanc legem nonnulli ineant coniugia, ac procreent, antè quàm ſenſus & uita ingenerentur, erit adhibenda abortitio. Senſus enim ac uitæ erit particeps, quod certum erit: & ne amandetur, religio prohibebit. Quando autem initium ætatis uiro atq; mulieri præſtitutũ eſt, qua inire coniugium debeant: quantum temporis etiam liberis operam dare conueniat, conſtituendum eſt (præſertim cum ſenum fœtus, ut adoleſcentum, inchoata & minus perfecta corpora atq; animi exiſtant, eorumq; qui prouecti ſunt ætate, infirma minusq; robuſta) id, in quo & acies animi & ingenij ualet. Ea autem eſt in maxima hominum parte, quam quidam poetæ tradiderunt, qui ætatem ſeptenario numero metiuntur ad quinquageſimum annum. Itaq; qui hanc ætatem quadriennio aut quinquennio exceſſerint, ij à procreatione liberorum planè abhorrere debebunt, & quod reliquum eſt, in contrectatione uel ualetudinem, uel aliquam aliam cauſam eiuſdem generis ſequi debebunt uideri. Viri autem cum alia muliere, aut aliorum, concubitus omnino indecorus & inhoneſtus habeatur, cum ſit appelleturq; maritus. Quòd ſi quid tale tẽpore procreandis liberis præſcripto quiſpiam facere manifeſtò deprehendatur, ignominia ſcelere digna notetur.

[Margin: *Congruere*] [Margin: *Ipſi creſcũt, uener.*]

EXPLICATIS QVAE AD RE*ctam filiorum procreationẽ pertinent, iam uidendum eſt*

primùm

primùm, qui cibus ſit infantibus accommodatus, & quæ exercitationes, deinde animus qua ratione ſit inſtituēdus. Vſus ergo naturalis cæterorum animantium, & conſuetudo earum gentium, quæ uiribus ad bellum aptis ſtudent, apertè declarant, lac eſſe cibum infantibus accommodatiſſimum. Prodeſt etiam infantibus agitari motibus, qui cadere poſſunt in illam ætatem. Præterea frigoribus aſſueſcere ualetudinem confirmat, & corpus aptum ad officia militaris reddit: à quinquennio ad ſeptennium luſionibus exercendi ſunt honeſtis, nec talibus, ut corpus affligant. Puerorum ploratus prohibendi non ſunt, quippe cum ad augeſcendum faciant. Quòd uerò pertinet ad morum inſtitutionem, curandum eſt, ne pueri cum ſeruis uerſentur, aut colloquantur, neue quicquam turpe uel uideant uel audiant. Sunt etiam pueri ab omni turpi ſpectaculo ſummouendi.

Caput XVII.

NAtis autem liberis, magni referre putandum eſt ad uires corporis, qualis cibus adhibeatur. idq; animaduerti licet cū in cæteris animantibus omnibus, tum in gentibus, quibus ſemper curæ eſt ad rem militarem habitus aptiſſimus. Ac lactis quidem natura corporibus accommodata eſt maximè, ſed uinum adhibendum non eſt, propter ægrotationes. Perutiles etiam ſunt motiones, quas tantilli perferre poſſint. Ne autem in membris corporis propter teneritudinem diſtortione peccetur, adhibent etiam nunc quædā gentes adminicula quædam fabrefacta, quæ eorum corpora contra diſtortionem muniant. Proderit etiam eos iam tum cum admodum pueri erunt, perferendis frigoribus aſſuefacere: hoc enim & ad ualetudinem, & ad bellica officia ualet plurimū. Itaq; apud pleroſq; mos eſt, partim procreata in gelidū flumen immergere: partim, ut apud Gallos, breui ac tenui ueſte induere. Omnium enim rerum quæcunq; poſſunt, iam inde ab initio ætatis, melius eſt adhiberi conſuetudinem, ſed ſenſim atq; pedetentim. Puerorum autem conſtitutio apta eſt calore ad frigoris tolerantiam. Ac in prima quidem ætate perutile erit hanc atq; aliam eiuſdem generis adhibere curam ac diligentiā. Huic autem adiuncta ętas uſq; ad quinquennium, neq; ad artem ullam trahenda & impellenda eſt, neque ad graues labores, ut incrementa impediant. Tantum autem motus eis concedendum eſt, ut corporum ſegnitiem fugiant, quod cùm alijs actionibus, tum ludo aſſequentur. Sed luſiones nec illiberales debent eſſe, nec eiuſmodi quæ multum laboris deſiderent, nec diſſolutę ac remiſſę. Atq; etiam ſermones ac fabellas quas id ætatis pueros audire oportet, ij magiſtratus prouidento, quos puerorum præfectos nominant. Hæc enim omnia uiam munire & ſternere debent ad eas exercitationes quę ſequuntur. Itaq; luſiones magna ex parte ſpecies ac ſimulacra quædā eſſe debent uerorum ſtudiorum, quæ illos manent. Contentiones autem uocis in pueris rectè non prohibent, qui eas uetant legibus. Valent enim ad coaleſcendum corpus. Eſt enim quędam corporis exercitatio: quippe cum anhelitus retenA tione in eis qui laborem perferunt, uires augentur. quod etiam in pueris clamore contendentibus contingit. Videndum eſt aūt ijs qui publicè pueris præficiuntur, ut pueri etiam alia ætate quàm minimum cum ſeruis uiuant. Huic enim ætati ad ſeptennium domi uictus præberi debet. Conſectaneum eſt igitur, hanc etiam teneram ætatem à rerum illiberalium auditione atq; aſpectu abducere. Cū omnino ex ciuitate ei qui ſcribit leges, ut ſi quid aliud, uerborum exterminanda eſt obſcœnitas: (qui enim facilè obſcœnum quid cōmemorat, is haud procul ab eo abeſt, ut faciat) tum ex pueris maximè, ut nihil tale nec dicant, nec audiant. Quòd ſi cōſter aliquem quippiam eorum uel dicere uel audire quæ uetita erunt, isq; ingenuus ſit, necdum in conuiuijs publicis accumbat, caſtigandus erit ignominia, & uirgis cædendus: ſin maior erit hac ætate, illiberalibus ignominijs notandus erit, propterea quòd ſeruorū ſimilis eſſe uideatur. Et quoniam uerborum obſcœnitatem expulimus, certè ſpectacula etiam picturarum aut librorum obſcœnorum exterminamus. Quapropter adhibenda erit diligentia magiſtratibus, ne quod ſignū neue pictura ſit harum rerum imitatrix, niſi fortè apud Deos quoſdā eiuſmodi, quibus lex etiam laſciuiam permittit, ac prætetea ſinit & pro ſeipſis, & pro liberis, & pro uxoribus dijs ſacra facere. At uerò adoleſcentes nec iamborum, nec comœdię ſpectatores eſſe lex ſinere debet, prius quàm ea ætate ſint, in qua ad accubationem conuiuij publici eis aditus patebit. Tum uerò & ab B ebrietate, & à detrimentis ac malis omnibus quæ ex his talibus exiſtunt, omnes diſciplina liberabit. Ac nunc quidē hæc in tranſcurſu attigimus. pòſt commorando diutius explicandum conſtituendumq; erit, ac diſputandū: primùm, utrum id non ſit faciendum, an ſit faciendum, & quemadmodum. Hoc uerò tempore hæc quoniam neceſſe erat cōmemorauimus. profectò enim haud malè de hoc Theodorus tragœdiarū actor cenſuit. Neminem enim unquā uel leuem actorem ante ſe agere paſſus eſt, quòd eis quæ prima audiuntur, ſpectatorum animi conciliari ſoleant. Quod idem & in hominum congreſſu, & rerum uſu uenit. ut enim quicq; primum eſt, ita eſt nobis chariſsimum. Quocirca cùm mala omnia declinare adoleſcentes debent, tum ea maximè, in quibus ineſt uel obſcœnitatis aliquid, uel offenſionis. Exacto autem quinquennio, duobus annis uſq; ad ſeptimum iam uidendum erit, quas diſciplinas debebunt diſcere. Duæ quidem ætates ſunt, in quas diſciplina diuidenda neceſſariò eſt: altera à ſeptimo anno ad eum cum primùm pubeſcere puer incipit, altera ab illo ad primū & uiceſimum. Nam qui ætates in ſeptem partiuntur, ij ferè errant: nobis autem naturæ adhibenda diuiſio eſt. Hæc enim omnis artis & diſciplinæ uoluntas eſt ac ſententia, id quod natura deſiderat, explere. Ac primùm quidem uidendum eſt, ſitne puerorum diſciplina inſtituenda: deinde, utrum utile ſit publicè eos inſtituere, an id quod fit etiam nunc in plurimis ciuitatibus, priuatim: poſtremò, qualis ea eſſe debeat.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA, LIBER VIII.

PERSEQVITVR RATIONEM *pueros educandi & inſtituendi inchoatam libro ſuperiore, quam curam legumlatori maximè neceſſariam eſſe docet. Nam mores ciuium tum ad inſtituendam, tum ad conſeruandam cuiuſq; generis Rempublicā multum faciunt. Placet autem non priuatim inſtitui pueros, ſed publicè, more Lacedæmoniorum.*

Caput I.

NEMINI quidem dubium eſt, quin is qui leges ſcribit, adoleſcē tum diſciplinę atq; educationi in primis conſulere debeat, quando quidem quibus in ciuitatibus rei huius cura prętermittitur aut negligitur, magnum ex eo Reipub. detrimentum capit. Ad quodque enim Reipub. genus huius rei accōmodanda eſt procuratio, prężertim cum ſui cuiuſq; Reipub. mores & quamque Remp. conſeruare ſoleant, & ab initio conſtituant: ut Rempub. eam quā populus adminiſtrat, ſui mores: itemque eam quæ eſt in poteſtate paucorū, ſui. Semper autem optima quæq; inſtituta, optimam quamq; Rempub. conſtituunt. Cumq; in omnibus facultatibus & artibus, quædam ſint, quorum inſtitutio & conſuetudo cuiuſq; munera & officia debeat antecedere: certè uirtutis etiam actionibus atq; officijs, quarundam rerum præponi debet tum conſuetudo, tum inſtitutio. Et quoniā finis unus ciuitatibus omnibus propoſitus eſt, profectò una etiam eademq; omniū diſciplina ſit, cuius cura & diligentia ſit publica, neceſſe eſt, non priuata. quemadmodū hoc tempore ſui cuiq; curæ ſunt liberi, priuatimq; propriam artem, quam cuique uideatur, docent. At rerum communium communis etiam cura eſſe debet, nec quiſquā ciuis ſuum ſe, ſuiq; iuris eſſe, ſed Reipub. omnes exiſtimare debent: quippe cum omnes in ciuitatis parte numerētur, & cuique parti à natura tributum ſit, ut uniuerſo conſulat. In quo Lacedæmoniorū laudanda eſt prudentia, qui de puerorum uirtute, idq; publicè uehementiſsimè laborant. Ergo illud quidem perſpicuum eſt, ſanciendā eſſe legibus diſciplinam, eamq; publicè eſſe ſuſtinendam.

DVO LEGVMLATORI CON*ſideranda in conſtituenda educatione. Primum, quæ ſint pueris addiſcenda. Secundum, quomodo ſint inſtituendi. Nec enim conſtat quò referri debeat educatio, ad commoditatem, an ad morales uirtutes, an ad cognitionem rerum & contemplationem: quanquā ex rebus utilibus non dubium eſt, quin neceſſariæ ſint addiſcendæ, non tamen illiberales, ſed quæ ſint homine ingenuo dignæ. Scientiæ uerò liberales nō propter alios, ſed propter ſe cuiq; ſunt addiſcendæ.* Cap. II.

INtelligendum eſt autem, quæ ſit diſciplina & inſtitutio, quæq; ſit inſtituendi ratio, quoniam A de rebus & officijs nunc diſſenſio eſt. Neq; enim eadem omnes pueris diſcenda eſſe ſentiunt: nec quæ ad uirtutem, nec quæ ad optimum uitæ genus pertinent: neq; conſtat, utrum potius rationis uirtutibus, an animi & uoluntatis eos inſtituere deceat. Atque ex facili inſtituendi ratione, hic locus lubricus difficiliſq; naſcitur: nec perſpicuum eſt utrū colenda ea ſint, quæ ad uitam degendam pertinent, an quæ ad uirtutem conducunt, an ea * quæ minus neceſſaria ſunt. Hæc enim omnia patronos quoſdam inuenerunt. Ac de ijs quæ ad uirtutem ferunt, nihil cōſtat. Cum enim non eandem omnes uirtutem probent, iure fit, ut de ea etiam colenda & exercenda diſſentiant. Non dubium eſt quidē, quin ex rebus quarum uſus eſt aliquis, eæ quæ neceſſariæ ſunt, diſcendæ ſint. Quia autem non omnes ſunt, adhibita officiorum liberalium atq; illiberalium diuiſione, perſpicuum eſt, ea huius generis adiungenda eſſe, quæ & utilia ſint, nec ſordidum eum in quo ſint efficiant. Opus autem atq; munus id demum ſordidum habendum eſt, eaq; ars & diſciplina, quæ ad uſus & munera uirtutis, liberorum hominū minus aptum corpus, uel animum mentemúe reddunt. Itaq; artes omnes eas quæ corpus inquinant ſordidas, uocamus, mercenariorumque officinas. Torpeſcentem enim animum abiectumque reddunt. Eſt autem quatenus honeſta ſit quarundam artium liberalium ſcientia: quem modum ſi non teneas, ſemperq; eas perſequi uelis, damna detrimentaq; afferent quę commemorauimus. Magnopere autem re-

B fert, quò actiones arteſq; noſtras dirigamus. Nā ſi ad noſtram amicorumq; utilitatem, uel ad uirtutem, haud illiberalis eſt diſcendi ratio. Sin aliò ſpectet, plerumq; ſordida & illiberalis eſſe uidebitur. Atq; eæ quidem artes à quibus modò orſi ſumus, in utramque partem, ut dixi, ualent.

* τὰ περιττὰ eſt græcè, id eſt, quæ præſtātiora ſunt

QVATVOR FACVLTATES *ſunt, quibus parentes filios ſuos inſtituēdos curare ſolent, literæ, paleſtra, muſica, pictura. Nam literæ ad multa negocia ſunt utiles. Pictura facit ne fallamur in tabulis pictis dijudicandis. Paleſtra ſiue gymnaſtica ad res bellicas prodeſt. De muſica dubitari poteſt. Nam licet ea quidam utantur oblectationis gratia, ueteres tamen partem quandam rectæ educationis eam eſſe ſtatuerunt, ad ocium ſcilicet recte fruendum. Nam ocium finis eſt optimæ uitæ, non quod in luſionibus conſumitur, ſed quod in optimarū rerum contemplatione ponitur. Nam ludus nō finis eſſe, ſed laboribus interponi debet, quaſi medicina ad uires per requiem recipiēdas, ut iterum labor ſuſcipiatur. Itaq; ludus tanquam res neceſſaria negocijs obeundis eſt adhibendus: muſica uerò tanquam honeſta, & ad ocium fruendum in uita liberali accommodata.*

Caput III.

SVnt autem quatuor ferè artes, quas ſolent ad diſcendū pueris proponere, literæ, gymnaſtica, muſica, &, quam quartam quidam ponunt, pictura. grammaticam & pingendi artem, quòd earum in uita uſus eſt, iſque multus: gymnaſticam, quòd ad fortitudinem ualet. de muſica

muſica uerò iam in dobium oenire poteſt. Nunc enim permulti in ea diſcenda ooluptaté ſequontur. alij eam à primo ortu in numero artium repoſueruot, goòd natura ipſa (id qood ſæpè dictum eſt) oō ſolum ocium honeſtum, ſed etiam præciarum negotium requirit. Hinc enim de ea rurſus dicendi capiendum initium eſt. Si enim utroq; opus eſt, magis certè expetendum eſt ocium. non quidem in luſionibus, ſic enim ad ludum & iocū generari eſſemus: quod ſi fieri non poteſt, profectò in gerendis rebus potios iudo utendem eſt. Nam quia ei qui iaborat, grauesq; res gerit, neceſſaria eſt reqoies, & iudus requietis cauſa comparatus eſt, negoriaq; cum iabore & contentione animi coniuncta iunt: ob eam cauſam iocus adbibendus eſt obſeruata uſus eios occaſione, ut tanquam medicinæ ioco adhibeatur. Eo enim motu animi relaxatio, & propter uoluptaté requies quæritor. In ipſo autem ocio uoluptas ioeſſe uidetur, & fœiicitas & beata uita: quod quidem non ij qoi in rebus gerendis uerſantur, ſed ocioſi & quieti aſſequuntur. Qui enim in rebus gerendis uerſantur, ſuom negotiom ad finem aiiquem qui non ſuppetit, conferunt. Beata autem uita ipſa finis eſt, quam non in dolore, ſed in ooiuptate omnes coilocát. Hác autem uoiuptatem noo iam eandem ſtatuunt, ſed pro ſe quiſq; ac pro animi ſui babitu & conſtitutione: optimus autem quiſq; optimam ſibi ſtatuit & propooit, eamq; quæ à præclariſsimis officijs actionibusq; proficiſcitur. Ex quo perſpicuum eſt, ocium id quod in uita degenda poſitū eſt, quarundam rerum diſciplinam doctrinamq; requirere, eamq; diſciplinam atq; inſtitutionem in ſeipſis uerri: eas autem quæ ad negotium pertinent, ut oeceſſarias, ad aiia referri. Itaq; Muſicam priſci io numerum diſciplinarum aſcripſerunt: non quòd neceſſaria eſſet (nibil enim tale habet) nec quòd utiiis, qualis eſt Grammatica ad iucrum & ad rem familiarem, & diſciplinam, multaq; officia ciuilia. Videtur etiam pingendi ars ad opificum opera iudicanda ſubtilius, ualere. Neq; rurſus utiiis eſt Muſica, quemadmodū gymnaſtica, ad ualetudinem & robur: neutrum enim horum uidemus ex Muſica exiſtere. Relinquitur ergo, eam ad id ociom quod uita noſtra deſiderat, ualere, cuius etiam cauſa eam uidentur adhibere. Qood enim uitæ genus iibero dignum homine putant, in eo ea utuotur. Quocirca Homerus hoc obſeruauit in carmine,

Quàm iuuat argutam menſis adhibere Thaliam.

Atq; ita aiijs primùm nomioatis, qui, ut ait:

Accerſunt, cithara illorum qui mulceat aures.

Aiijs etiā locis Vlyſſes eam demū oiuendi rationem optimam eſſe ait, cum lætis hominibus

Conuiuas aliquis cantu demulcet amœno,
Ordine diſpoſitos.

Ac illud quidem perſpicuum eſt, quandam eſſe diſciplinam, quæ pueris tradenda ſit, non quòd ſit utilis, nec quòd neceſſaria, ſed quia iiberaiis ſit & honeſta. Verum autem una ſit an multæ, qoęq; ſint, & quemadmodum, mox diſſeremos. Nunc hoc tantum nobis ad patefaciendā uiam ualare uiſum eſt, ueterum etiam teſtimooio quodam diſciplinas eas quæ conſtitutę ſint compro-

A bari. Hoc eoim Muſica declarat, eſſe etiam quandam artem earum ex quibus utilitas quæritur, tradendam pueris, non ſolum propter utilitaté, qoaiis eſt literarum diſcipiina, ſed etiam quia ex ea aiiæ permoitæ artes naſci poſſunt. Iemq; pingendi artem, non ut in rebus ſuis uenalibus ne faiiantur, aot uitent fraudes in emenda uendendáue ſupeiiectiie, ſed potius quòd ea inſtructi ad ſpectandam inſpiciendamq; corporū puichritodinem uenient acutiores. In omni autem gerenda re proponere ſibi finem diuitias, non eſt exceiſi aoimi, neq; liberalis. Quoniam auté perſpicuum eſt, more oe an ratione tradeoda ſit diſcipiina, & otrū corpus primùm inſtitui debeat an animus, profectò erudiēdi ſunt pueri & gymnaſtica, & athletarum arte, quandoquidé earum ilia corpus bene conſtituit, hæc eius munera & officia præclara efficit.

DVPLICITER ERRATVR IN *puerorum educatione. Nam quædam ciuitates dum robuſtiſsimos facere conantur, ſpeciem deturpant, corpora detorquentes, & per nimios labores obſunt, quo minus corpora in proceritatem augeſcant. Alij ut Lacedæmonij feras & immanes reddunt, cuncta ad unam uirtutem bellicam referentes, cum tamen educatio non ſit ad hanc maximè dirigenda: nec ſi ſit, feritas faciat ad fortitudinem. Itaq; ad honeſtatem, non ad feritatem exercitationes ſunt referendæ. Gymnaſtica igitur utendum eſt uſq; ad annū quartumdecimum, ſed ita ut pueri leuioribus laboribus exer-*
B *ceantur: nec eis cibus concoctu difficilis tribuatur, ne augeſcentibus obſit. Sed cum tres à pubertate annos ſtudijs alijs tribuerint, hoc eſt ab anno decimo octauo, maioribus laboribus eos exercere conuenit, & cibis ualentibus ali ad opera neceſſaria accōmodatis. De muſica in quæſtionem uenire poteſt, requietis uoluptatisq; cauſa ſit capeſſenda, an conferat ad uitam beatam: ſunt enim in utranque partem rationes.*

Caput IIII.

AC nunc quidem ciuitates quædā earum quibus maximæ curæ ſunt pueri, athietarum habitū indocune, corrupris formis incrementisq; corporum. Lacedęmonea autem noo peccant illi quidem in hoc geoere, ſed laboribus eos efferant, quaſi hoc ad fortitudiné proficiat plurimū. Atqui quemadmodum ſæpè diximus, nec unios, nec huios poriſsimum uirtotis, in inſtituēdis poeris habenda eſt ratio. qood ſi huius habenda eſt, non tamen id aſſequuntur. Nam nec io cæteris animaoribus, nec in gentibus uidemus fortitudinem immaniſsimis, ſed magis leniſsimis ac ieoninis moribus conuenire. Multæq; gentes procliues ſunt ad cædes hominum, ut etiam eorum carnibus ueſcantur. Cuiuſmodi ſuor eorum qoi Pontō incolunt, Achæi & Eniochi. aiiæq; gentes ex mediterraneis, partim hos in hoc genere imitantur, partim etiam uiocunt: quæ quidem ad latrocinandū uaient, fortitudinis autem non ſunt compotes. Lacedæmonios etiam ſcimus, quandiu ipſi tenoeruot imperiū, ſtudio laboris præſtitiſſe cæteris, nunc

A

uerò & gymnaſijs & bellicis certaminibus ab alijs longe multúq; ſuperari. Non enim quia hoc modo pueros exercebant, præſtabant: ſed hoc ſolum, quòd nullos haberent æmulos. Ita fit, ut honeſtati primæ partes tribuendæ ſint, non feritati. Neq; enim lupus aut aliarum belluarum ulla honeſtum ullum periculum certando adibit, ſed uir bonus potius. Qui uerò adoleſcentes nimiũ ad hæc incitant & urgent, in rebusq; neceſſarijs eis doctores non adhibent, ij certè ſordidos eos reddunt, cum eos ad unum tantummodo munus aptos Reip. tradunt: idq;, ut ratio docet, alijs ea re minus inſtructos. Hęc autem non ex ijs quæ olim, ſed ex ijs quæ nunc geruntur, ſunt iudicanda. quandoquidem nunc æmulos eius diſciplinæ habent, antea cum non haberent. Inter omnes igitur cõſtat, gymnaſticam eſſe adhibendam, & quemadmodum ſit adhibenda. Nam ad id tempus cum primùm pueri pubeſcere ſolent, leuia certamina adhibenda ſunt, athletarum cibo, laboribusq; excluſis, ne quid impediant corpus creſcere. Quod ex eo ſciri poteſt (quod certè magnum habẽdum eſt, cùm eis accidere poſsit) quia Olympicis ludis uix duo aut tres reperire licet, qui ijdem & uiri & adoleſcentes uicerint: quod puerorum uires cum exercentur, immodicis exercitationibus opprimantur. Poſtea uerò quàm ab illo tempore tres anni alijs diſciplinis dederunt, tum hæc ætas & in laboribus grauioribus & in cibis athletarũ occupanda erit. Neq; enim eodem modo, tempore, animo & corpore labores ſuſcipiendi ſunt: quippe cum in contrarias partes utriq; labores ualeant, corporisq; labores animo, & animi corpori dent incõmoda. De Muſica autem, iam quædam à nobis ſuperiore ſermone diſputata ſunt, quæ nunc non alienũ erit repetere ac producere, ut ſit quaſi anſa quædam & præludiũ diſputationis, quam de ea arte inſtituere liceat. Neq; enim facilè eſt explicare, quam uim habeat, nec cuius gratia ſit adhibenda: ludine ac quietis cauſa, quemadmodũ ſomni & ebrietatis. Hæc enim per ſe in rebus honeſtis non habentur, ſed uoluptatem afferunt, curasq; depellunt, Euripidis ſententia. Itaq; eam in eo genere ponunt, eodemq; modo his omnibus utuntur, uino, ebrietate, ac muſica. In quaſi numero etiam ſaltationẽ reponunt. Sed potius ad uirtutem quãdam ex parte muſica pertinere putanda eſt: quippe quæ poſsit, ut gymnaſtica corpus bene conſtituit, ſic animum bene afficere, conſuetudine honeſtæ uoluptatis: aut certè ad uitæ degendæ rationẽ prudentiamq; aliquid ualet. Nam hoc tertium tenendum eſt. Non dubium eſt quidem, quin pueri ioci cauſa non ſint inſtituendi, quandoquidem cum diſcunt, non utantur ioco, & diſciplina dolorẽ afferat. Atqui ne uiuendi quidem ratio pueris, ætatibusq; generis eiuſdem præſcribenda eſt, cum præſertim finis & extremum non ſit proponendũ inchoatæ rei, minusq; perfectæ. Sed fortaſſe puerorum ſtudia ad iocum & ludum referri uidebuntur, quo utantur cum robur aſſumpſerint, ſuisq; omnibus partibus perfecti fuerint. Quòd ſi ita eſt, quamobrem hæc eis diſcenda erit, non quemadmodum ſolent Perſarum ac Medorum reges, aliorum opera qui id præſtent, percipienda uoluptas ac diſciplina? Præſertim cum melius hoc ipſum efficiant ij quorum hæ ſunt artes & munera, quàm ij qui tantum temporis hoc ſolum tractant, quantum ſatis ſit ad diſciplinam. Sin autem eis ſit in his elaborandum, in ea etiam arte quæ opſonia curat, neceſſe erit eos uerſari. quod incõmodum eſt. Quæ eadem erit quæſtio, ſi animum afficere melius poſſe ponatur. Cur enim hæc diſcent, non alijs audiendis honeſtam uoluptatem percipient, iudicandiq; adiumenta conſequentur? Quemadmodum Lacedæmonij, qui cum non diſcant modos & numeros, tamen rectè poſſunt, ut aiunt, qui ſoni conſentiant, qui diſcrepent, iudicare. Eadem eſt ratio, ſi ea ad honeſtam & liberalem uiuendi rationem adhibenda eſſe uideatur. Cur enim opus eſt eos diſcere, nõ, alijs utentibus, capere uoluptatem? In quo licet ſpectare eam quam de dijs habemus opinionẽ. Non enim Iupiter canit, aut fidibus utitur apud poetas: quinetiam tales homines in ſordida arte uerſari putamus, & actio ipſa non eſt uiri ſobrij aut grauis. Sed hæc fortaſſe poſterius uidenda erunt.

CVM EX TRIBVS REBVS ME*moratis, diſciplina, ludo, & uita beata, ad quã muſica referri debet, quæratur, ad omnes tamen referri poteſt. Eſt enim ludo ſimilis, quia muſica propter eius iucunditatem animum quaſi ludo relaxare licet, ut uegetior ad officia, & ſeueriores curas redeat: poteſt etiam facere ad uirtutes* B *morales ingenerandas, quod eſt diſciplinæ. Item, poteſt ad uitam beatam ob eandem iucunditatem pertinere. Nam uita beata ut ſine honeſtate, ita ſine iucunditate non conſtat. Nec enim dubium eſt, quin muſica ſit ſua natura iucunda: ſed cum pauci ad uitam beatam perueniant, multi tamen uoluptate fruantur, non ut requie, ſed ut fine, propter ſimilitudinem quam habet uoluptuoſa uita cum uita beata, quoniam utraq; iucunda eſt. Itaq; his de cauſis muſicæ pueros aſſueſcere oportet.*

Caput V.

PRima autem quæſtio eſt, Vtrum ſit nec ne in diſciplinarum numerum reponenda muſica, quamq; uim habeat eorum trium quæ diſputata ſunt, utrum diſciplinæ, an ludi, an rationis uiuendi? Sed rectè in his omnibus habetur, ab ijsque partem aliquam uidetur ſumere. Nam & ludus relaxationis cauſa comparatus eſt, & relaxatio uoluptate afficit: quippe quæ moleſtijs ijs quæ ex laboribus capiuntur, medicinam afferat. Vitæ etiam degendæ ratio non ſolum honeſta eſſe debet, uerumetiam iucunda, omnium conſenſu, quandoquidem in his duobus beata uita conſiſtit. Muſica autem à nobis ponitur in ijs rebus, quæ ſummam afferant uoluptatem, ſiue nuda ſit, ſiue coniungatur con centu. Itaque Muſæus rem ſuauiſsimam cantum ait eſſe mortalibus. Quocirca rectè eam & in conſuetudine, & congreſsibus, & in uita degenda adhibent homines, quòd uoluptatis ſit effectrix. Ex quo intelligi poteſt, eam pueris eſſe diſcendam. Quæ enim res uoluptatem

ſine

ſine detrimento afferunt,eę non ſolum cum fine congtuunt,ſed etiam ad quietem pertinent. Et quoniam id tarò hominibus accidit,ut ad finem quem ſibi propoſuerunt perueniát, ſæpè autem conquieſcunt, utunturq; ludo & ioco,non profuſo,ſed uoluptatis cauſa,certè iuuabit io ijs quę ex illa capiuntur uoluptatibus acquieſcere. Factum eſt autem ut homines finem io ludo & ioco ſtatuerét,propterea quòd uoluptatem quandam certè hois habeat,ſed nō quamlibet, quam requirentes,pro ea illam aſſumunt,quod ſimilitudine ad actionum officiorumq; finem uideatur accedere. Nam & finis eorum quæ reliqua ſunt,nullius cauſa expetendus eſt,& huiuſmodi uoluptates ad nihil eorum quę reſtant,ſed ad ea quæ prçterierunt,quales ſunt labores moleſtięque,referuntur. Atq; hæc qoidem cauſa iure putanda eſt,quæ impellit homines,ut ex bis uoluptatibus beatam uitam putent exiſtere. Quòd autem ad muſicam attioet, non ſolum huius uoluptatis gratia diſceoda eſt, ſed etiam quia ad animi relaxationem ualet. Veruntamen quærendum eſt,num quando id oſuuenerit,ſed eius oatura pluria ſit exiſtimanda, quàm ut quæſita ſit propter eam quam dixi indigentiam.nec ſolum percipienda eſt ex ea communis quędam uoluptas,cuius omnes ſenſum habent: (ineſt enim in muſica naturalia. Itaq; omoi ætati,omnibusque moribus uſus eiua gratus eſt) ſed uidēdum etiam eſt, an ad mores & animō quadam ex parte pertineat. Id autem patebit,ſi noa animis afficiat. Atqui nos ab ea affici, ex Olympicis cantibua perſpici licet, qui ſine controuerſia mentes permouent,&inſtinctu quodam diuino afflant. Atqui mentis permotio & inſtinctus diuinus, quædam eſt morum in animo affectio. Iam qui ſimulacrum & ſpeciem moſicæ audiuot, omnes unà afficiuntur animia, etiam ſublatis numeria ipſis atq; cantiboa.Quando autem ita accidit,ut muſica io ija eſſer quę uoluptate afficiunt, & uirtus in eo poſita eſt ut bonis rabus gaudeamus, easq; amemus, doleamusq; contrarija,certè nullius rei diſciplina & conſuetodo ita adhibenda eſt,ut rectè iudicandi, delectandiq; & bonis moribus, & præclaris actionibus. Oniniū autem rerum, exceptis ueris naturis, nulla oerius quàm numerua & cantua,iræ,clementię,fortitudinis, temperantiæ, omniumq; quæ his cōtraria ſunt, aliorumque ad mores pertineotium, ſimilitudines imaginesq; exprimit.Idque res ipſa indicat. Mouemur enim animis, cum hæc audimus. In rebus autem ſimilibus doloris gaudijq; conſuetudo facit,ut in ueritate ipſa eodem animo affecti ſimus. Vt ſi quis imaginis alicuiua aſpectu lætetur,nō ob aliam cauſam, niſi propter formam ipſam, ei afferat neceſſe eſt uoluptatem illa ipſa res,cuius imaginem ſpectat.Hoc autem ita comparatum eſt, ut in cęteris rebos quæ ſub ſenſum cadunt,nulla ſit morum ſimulacrum, coiuſmodi ſunt res quæ tactu guſtatuq; percipiuntur. in rebus autem quæ aſpectu ſentiuntur, leuis eſt. Sunt enim formæ hæ, atq; eæ ad breue tempua durant, omnesq; huius ſenſua ſunt compotes, nec ſunt hæ morum ſimilitudioes,ſed ſigna potiua, quæ morum figuræ ſiunt & colores, eaque intra corpus in perturbationib⁹ ſita ſunt. Quod autem ad eorum inſpectionem attinet, debent adoleſcentea nō Paſonia opera ſpectare,ſed Polygnoti,& ſi quis aliua pictor, aut eorum qui ſigna fabricantur, moratus eſt.In cantibus autem ſunt quædam motum animorumq; imagines. idq; ex eo intelligi poteſt, quòd contiouò concentuū natura mutatur, ut aliter animia afficiantur auditores, neq; eodem animo io quoq; eorū affecti ſint,ſed in quibuſdam grauiore animo & contractiore, ut in eo qui mixtus eſt ex Lydio: in alijs remiſsiore &molliore animo,ut in remiſſis,moderato & contento maximè io alio: qoo in genere is ſolus eſt concentus qui Dorius dicitur, Phrygius autem ad permouēdam mentem ualet.Hæc enim prçclarè tradunt ij qui in hac diſciplina & arte uerſantur.Sumunt enim à rebus ipſia uerborum teſtimonia. Eadem eſt etiam numerorum ratio. Alij enim animum ſtabiliunt & coofirmant, alij mouent. eorumq; nonnulli ſeruorum ſimiliores motus afferunt, quidam magis liberales. Ex quibus perſpicuū eſt, muſicam animi habitum bene conſtituere poſſe.Quod ſi poteſt,certè ea erudiendi inſtitueodiq; ſunt adoleſcentes. Quinetiam ad eorum naturam accommodata eſt,& apta muſicę diſciplina. Adoleſcentes enim propter ętatem nihil ſpoute ſua ferunt quod uacet iocunditate: quod muſica præſtat, quippe quæ natura ſua delectet. Nobis etiam cū harmooija & numeria quædam uidetur eſſe cognatio. Itaq;multi ſapientes tradunt,partim animum eſſe harmoniā,partim harmoniā habere.

MVSICAM PVERI SIC DISCERE *debent, non ut audiant tantum, ſed ut ipſi canant uoce, & inſtrumenta pulſent, tum quia non aliter poterunt rectè de cantibus iudicare, tū ut hoc honeſto negotio ineunte ætate, qua quieſcere non poſſunt, ſint occupati: non tamen omni generi muſicæ, nec omnibus inſtrumentis aſſueſcere debent, ſed honeſtis cantibus & rhythmis, nec admodum artificioſis, niſi quatenus ad rectè & iudicandum & oblectandum faciunt. Itaq; tibia non eſt pueris utendum, quæ iurè à ueteribus reiecta eſt, ut alia quædam inſtrumenta.* Cap. VI.

NVnc octum id quod diſputatum eſt iam antè, canere ipſi & manibus pulſare doceri debeant,nec ne,dicendum eſt. Dubium aotem non eſt, quin multum interſit ad bonam aut animi aut corporis conſtitutionē, ſi quis mu oera & officia artis ipſe per ſe exequi poſsit. Vix eoim fieri poteſt, aut oe uix quidē, ut ij qui præſtare ea quæ ſunt artis non poſſunt, de arte rectè ſapienterúe iudicent. Debent etiam pueri quadam oti exercitatione: Archytæq; inſtrumētum canorum honeſtum ac liberale putandum eſt, quod datur pueria, ut eo utentea, eorum quæ domi ſunt nihil effringant. Neq; enim infantea poſſunt conquieſcere. Ac infantibus quidem hæc luſio conuenit. Ii autem qui paulùm ætate proceſſerint, ſcientia illius Archytæ inſtrumenti erudiendi erunt. Ergo hoc quidem perſpicuum eſt, ita muſicæ dandam eſſe operam, ut etiam mu-

nus artis exequamur. Quid autẽ deceat aut dedeceat ætates, non eſt difficile exponere atque explicare, aduerſus eos qui ſordidam hanc diligentiam & ſtudium eſſe contendunt. Primùm enim, quoniam iudicandi cauſa uſu artis ualere debemus, ob eam cauſam debent omnes, pueri cum ſunt, uſum adhibere: cum robur aſſumpſerint, uſu prætermiſſo, bona à malis internoſcendi, boniſque rebus gaudendi facultatem, quam ab initio ætatis diſcendo conſecuti ſint, retinere. Nam refelli facilè poterunt quidam, qui muſicam ob eam cauſam reprehendunt, quòd ſordidos ſegneſq; efficiat: ſi uideamus, quis modus in uſu huius artis ſit ijs retinendus, qui ut ciuiles uiri inſtituuntur, quoſq; cantus & numeros tenere, quibuſq; inſtrumentis in arte uti debeant. Hoc enim multũ intereſſe coniectura eſt, in eoq; poſita eſt obiectionis explicatio. Nihil enim prohibet id quod iſti obijciunt, modos quoſdã adhibere muſicæ. Ex quo perſpicuum eſt, nec officia futura impediri oportere ab eius doctrina, nec corpus minus aptum ad res bellicas & urbanas effici. Ac de uſu artis iam diximus, de arte autem mox. Id autem in arte aſſequentur, ſi neque in ijs quæ ad certamina ea quæ artis ſunt, pertinent, elaborabunt: nec in illis artis muneribus, quę admirationẽ excitant non neceſſariam, quæ his temporibus in certamina inuecta ſunt, & ex certaminibus in artem ipſam tranſlata: ſed in eiuſmodi rebus tandiu uerſabuntur, dum poſſint gaudere præclaris ſonis ac numeris, non ſolum communi ſenſu muſicæ, ut & quædam alia animalia, & præterea uulgus ſeruorũ ſimilium atq; puerorũ. Ex quibus etiam illud perſpicuum eſt, quibus inſtrumentis ſit utendum. Neq; enim tibia adhibenda eſt, neq; ullũ aliud artificioſum inſtrumẽtum, qualis eſt lyra, & ſi quod eſt aliud generis eiuſdem: ſed quę auditores idoneos efficient aut muſicæ, aut alius artis. Præterea non conciliat animos tibia, ſed eos potius concitat impellitq; ad iracundiam, ut ea utendum ſit ijs temporibus, cum magis purgationem quàm doctrinam deſiderant. Adiungamus etiam hoc licet, quod doctrinę contrarium eſt, arte tibiarum uſum rationis impediri. Itaq; rectè eius uſum priſci in adoleſcentibus & liberis hominibus improbauerunt, antea cum ea uſi fuiſſent. Cum enim maius ocium rerum eis omnium abundantia peperiſſet, animumq; ad uirtutem conuertiſſent, reſq; geſtæ & antea, & poſt Medicum bellum animos eis ſuſtuliſſent; nullo delectu adhibito, quinetiam præterea requirentes aliàs omnes artes attigerunt. Itaq; tibicinam in diſciplinarum numerum aſcripſerunt. Nam & Lacedæmone quidam ædilis cum ludos faceret, ipſe tibiam inflauit: & Athenis ſic conſuetudine & uſu probata eſt, ut bona ferè pars patriciorũ eam adiungeret. Quod ex tabula perſpici licet, quam Thraſippus cum ſuæ tribui ludos daret, ſtatuit. Pòſt uſu repodiata eſt, cum ij quid ad uirtutem pertineret, quid non pertineret, acrius iudicare cœperunt. Itemq; improbata ſunt pleraq; inſtrumenta ueterum, ut pectines, ut barbiti, eaq; quæ ad auditorum qui utebantur uoluptatem pertinebant, heptagona, trigona, ſambucæ, & omnia A quæ manuſi munus & officium deſiderant. Conſentaneum his etiam eſt, quod de tibijs ueteres fabulis prodiderunt. Fama eſt enim, Mineruam cum tibias reperiſſet, eas abieciſſe. Et quãquam oris deformitate infenſam id feciſſe Deam, non eſt alienum dicere: tamẽ probabilius eſt ob eam cauſam, quòd ad cognitionem animi tibicina nihil pertinet, cum præſertim Mineruæ ſcientiam artemq; attribuamus. Quoniam autem artificioſam inſtrumentorũ functionumq; manuum diſciplinam improbamus, certaminũq; ſcientiam omnem in artificioſis ponimus, propterea quòd qui eius munere fungitur, non fungitur ut ſibi uirtutem pariat, ſed ut ſpectatores uoluptate, ea que illiberali afficiat, ob eam cauſam non libero homine dignam hanc functionem iudicamus, quinetiam ferè fit, ut qui ijs utuntur, mercenarij operarijq; fiant. Improbum eſt enim id quod ſpectant, & quod quaſi finem ſibi proponunt. Nam cum ſpectator illiberalis ſit, muſicæque modos mutare ſoleat, ferè fit, ut etiam peritos, qui ad eius uoluptatẽ induſtriã ſuam referunt, eorumq; corpora motu à firma cõſtitutione detorqueat.

CANTUS TRIPLICI GENERE *continentur. pertinent enim uel ad mores, uel ad actionem ſiue requiem actionum, uel ad furorem incutiendũ: eodemq; modo harmoniæ ſiue concentus diuiduntur: quã obrem trium rerum cauſa utendum eſt muſica, diſciplinæ, purgationis, & delectationis, uel ad requiem, uel ad uitã liberalem, prout quæq; pars muſicæ ſiue concentuum, his* B *rebus efficiendis accommodatur. Neq; uerò ſolum optimi concentus adhibendi ſunt ingenuorum hominũ cauſa, ſed interdum etiam corrupti quidam & deprauati, ut in theatris ad uoluptatem & requiem uulgi. Animi enim deprauati ſimilibus cantibus oblectantur. Itaq; tibiarum & aliorum inſtrumentorũ cantus licet ad diſciplinam & ingenuorum uſus improbentur, faciunt tamen ad oblectandum uulgus, & ad quorundam affectuum purgationem: nec eſt ulla concentus ratio, quæ non poßit quandoque utiliter adhiberi.*

Caput VII.

ILlud etiam in harmonijs numeriſq; ac diſciplina uidendum eſt, utrum omnibus harmonijs, & numeris omnibus utendũ ſit, an quædam ſit adhibenda diuiſio & diſtinctio. Deinde utrum ijs qui in arte ipſa elaborant, eadem diſtinctio ſit præſcribenda: an tertia quædam alia præſcribi debeat. quandoquidẽ ex ſonis & numeris eam conſtare cernimus, quorum utrunq; quam uim habeat ad diſciplinam, ſcire oportet: & utra ſit antoponenda muſica, canora ne an numeroſa. Et quoniam de his rebus multa præclarè tradi exiſtimo & à quibuſdã huius ætatis muſicis, & à philoſophis qui uſu muſicæ ualent, accuratam horum ſubtilemque rationem ab illis petendam cenſemus, nos autem hoc tempore fontes ſolum perſequemur. Quãdo autem eam cantuum diuiſionem probamus, qua nonnulli philoſophi utuntur, qui alios ad mores, alios ad agendum, alios ad permouendam mentem ualere

ualete ponunt, naturamq; harmoniarum & concentuum ad quodq; borum aptam, aliam ad aliam partem uolunt eſſe: quoniamq; non uoius utilitatis & uoloptatis cauſa muſicam eſſe adhibendam, ſed moltarum, ot doctrinæ & curationis (quid autem appellemus curationam, nunc ſimpliciter, turſus in libro de Arte poetica dicā planius) uiuendi cauſa, relaxationis atq; requietis: profectò omnibos harmonijs utendum eſt. non autē eodem modo omnibus, ſed In tradenda arta ijs utendum eſt quæ moratæ ſunt maximè: cum autē alij manibus artis opus exequentes audiuntur, ijs quæ ad agendum & ijs quę ad permouendas mentes ualent. Quę enim permotio mentis in quoſdam animos uebementer irrepit, ea ineſt in omnibus. Differunt autem paruitate & magnitudine, ut miſericordia, & metus, & animi mentisq; permotio, à qoo motu nonnulli probi efficiunrut, quos etiā uidemus cum utuntur cantibus animum ad ſacrorum cultum expiantibus confirmari, noo aliter quàm ſi medicioa uſi eſſent & purgatione. Quod idem neceſſe eſt uſuuenire ijs qui miſericordia, qui metu, qui denique cæteris animi perturbatiooibus facilè commouentur. Alijs autem, qoantū ad quemq; hæc ipſa ſpectant. Omnibusq; neceſſe eſt quandam quaſi purgationem contingere, eosq; lauari cum uoluptate. Itemque cantus ij qui ad purgandum pertinent, uoluptatem bominibus ſine ulla moleſtia & detrimento afferunt. Itaq; his talibus harmonijs, cantibusq; eius generis ſpectādi ſont ij certatores qui tbeatralem muſicam ſequunror. Et quia duplex eſt ſpectator, alter libe- B ralis & doctus, alter illiberalis, ex fece uulgi cōpoſitus: his talibus certamina & ſpectacula quæ ad quietem relaxationemq; animi ualeant, exhibenda erunt. Vt autem eorum animi ex naturæ habitu dimori ſunt atq; diſtorti, ſic concentuum quædam ſunt diſcrepantiæ, cantusq; alij contenti ſunt, alij à ſua natura receſſerunt. Et quoniam uoluptatem affert omnibus quod cuiuſq; naturę accommodatum eſt, licebit certantibus apud ſpectatorem eius generis uti tali quodam genere muſicæ. In tradenda autem arte, qnemadmodem dixi, morati cantus adhibendi ſunt, concentusq; generis eiuſdem qualis eſt Dorius, ut antè dixi. Recipienda eſt etiam, ſi quam aliam probent ij qui philoſophia & muſica inſtructi ſunt. Socrates autem in Politia non rectè Phrygium cum Dorio teliquit, idq; improbata ex inſtrumentis una tibia: quippe cum eandem habeat uim in harmonijs Doria, quā tibia in inſtrumentis. Vtrunq; enim iracundiam, aliasq; animi perturbationes concitat. Idq; poeſis indicat. omnis enim debacchatio, omnisq; talis motio in tibis ineſt ex omnibus inſtrumentis maximè, barmoniarum autem decorum bæc in cantu Phrygio ſernat. ut Dithyrambus conſenſo omniō Phrygius uidetur eſſe: eiusq; rei cùm multa exempla afferunt ij qui in ea arte uerſantur, tum uel illud de Philoxeno, qui cum in Doria barmonia fabulas Dithyrambum conaretur facere, non potuit, ſed ab eius narura in Phrygiam accōmodaram harmoniā delapſus eſt. De Dorica aotem, inter omnes conſtat, eam eſſe ſtabilem maximè, uiri- A leſq; motus & animos in primis cootinere. Pręterea ſi mediocritatem, quæ eſt inter nimium & parum, laudamus, eamq; dicimus teneodā eſſe, concenrusq; Dorius eam habeat uim atq; oaturam collatus cum alijs, profectò caotus Dorioa potius pueros decet diſcere. In his aotem duo ſunt quæ nobis ſolemus proponere, quod fieri poteſt, & quod decet. Nam quæ fieri poſſunt, & quæ quemq; decent omnes ſequi debent. Idque ætatibus definirum eſt, ut defatigatis temporis moleſtia haud facilè eſt canere cōtentos concentus, ſed his remiſſos narura proponit. Quocirca iure hoc in Socrate reprehendunt quidam muſici, quòd in docēda arte remiſſas harmonias improbauerit, ſic de ijs iudicans, tanquam ad ebrietatem ualerent, noo ex ui ebrietatis (ebrietas enim ad debacchationē magis impellit) ſed quia remiſſæ languſcerent. Quapropter ad ſolatium ſenectutis hæ ſunt adiungendæ barmoniæ cantusq; generis eiuſdem. Quòd ſi quis eſt coocentus eiuſmodi, qui puerorum ætati conueniat, quod ſimul & oroamentum & diſciplinam poſſit afferre, quod genus ex omnibus Lydius eſſe uidetur maximè, certè hi tres fines ſpectaodi ſunt, quorum unus in mediocritate & temperatione, alter ui & poteſtate, tertius decoro & honeſtate ceroitur.

POLITICORVM FINIS.

B LEONARDI ARETINI IN LIBROS OECONOMIcorum Ariſtotelis àd Coſmum Medicen Florentinum, Prę-fatio.

PRECIOSA *ſunt interdum parui corporis munuſcula, quod lapilli gemmæq; teſtantur. Et homines nonnunquam puſilli, grandioribus prævalent, ut de Tydeo ſcribit Homerus, à quo breui & exiguo, omnes certaminibus longè ſuperatos fuiſſe tradit. Statius quoq;, Homerū credo ſecutus, de eodē inquit, Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Tu igitur Coſme dulciſſime, hoc quicquid eſt libelli ob paginæ breuitatē nequaquam deſpexeris: puſillū quidem eſt, at uiribus amplū, & precio dignum. Quod ego per has ferias è Græco interpretatus, non immeritò, ut mihi uideor, tibi potiſſimū deſtinaui. Cui enim rectius de gubernatione exercitus præcipi poteſt, quàm illi qui exercitum babet? Cui rurſus de rei familiaris adminiſtratione, quàm ei qui rem amplam poßidet, & tueri illam cum laude gliſcit, & augere cum dignitate? Licet ergo per te multū ſapias, & à patre tuo uiro ſapientiſſimo, quotidie audire poßis: operæprecium tamen erit, quod de re familiari tradiderint excellentiſſima philoſophorum ingenia, cognouiſſe. Vt enim medicinæ ſanitas, ita rei familiaris diuitias finem eſſe cōſtat. Sunt uerò utiles diuitiæ, cum & ornamento ſint poßidentibus, & ad uirtutē exercendam ſuppeditent facultatem. Proſunt etiam natis, qui facilius per illas ad honores dignitatesq; ſubleuantur.*

Nam quorum uirtutibus obſtat res anguſta domi, haud facilè emergunt, ut poetæ noſtri dictai ſentētia. Quare cùm noſtri, tum multorum multo magis charitate, illarum amplificationi, quoad honeſtè poſſumus, ſtudendum eſt, quoniam à philoſophis in bonis numerantur, & ad felicitatem pertinere creduntur. Tu igitur harum præcepta rerum in hoc libello Ariſtotelis leges, quem ego non ſolū tranſtuli è græco, ut maximè conſonum eſſe putaui, uerumetiam explanationem quandam obſcurorum uerborū adiunxi, quo tibi legenti dulcior eſſet. Primùm igitur illud præmittendum eſt, duas philoſophiæ eſſe partes: quarum altera in cognitione rerū, altera in agendo uerſatur. Prima ferè pars ad illa pertinet, quorum finis eſt ipſa cognitio. Actiua uerò, præcepta uitæ continet: quæ ſcire parum eſt, niſi deducas in actum. Ea uerò præcepta diuiduntur trifariā: aut enim circa mores nos inſtruunt, aut circa rem familiarem, aut circa rempublicam. Harum primam, ethicam. Secundam, œconomicam. Tertiam, politicam Græci appellant. Nos, ut opinor, noſtris uobabulis uti magis decet quàm alienis. Nunc ad textum Ariſtotelis ueniamus.

RAPHAELIS VOLATERRANI
in Oeconomica Ariſtotelis Argumentum, ex Comment. lib. 36.

DE Oeconomica Ariſtoteles breuem admodum edidit tractatum, quòd hanc ſibi laudem à Xenophonte præreptam uiderit. Diſſerit tamen in hanc ſententiam, Oeconomica & Politica, inquit, differunt, non ſolū quantum domus & ciuitas (hæc enim eis ſubiecta ſunt) ſed etiā quòd politica ex multis principibus eſt, œconomica uerò Monarchia. Prima igitur in hac, hominum cura ac diligentia circa coniugium. Societas enim ab ipſa natura maris & fœminæ maximè conciliatur, ut non ſolum ſit hominibus, ſed etiam bene ſit: nec ſolum naturæ cauſa, ſed etiam utilitatis. Qui enim uiribus ualidi imbecillos iuuant, rurſus ipſi debiles in ſenectute, ab illis quandoq; ſuſtentantur. Huc accedit etiam, quòd quaudo numero prohibemur à natura, ſaltem ſpecie perpetui eſſe affectamus. Diuerſa tamen conditione procreati, ſimul iunguntur ad ſtabiliorem uitæ uſum. Nam fœminæ timiditas maior, ob res domi cuſtodiendas: uiris audacia & fortitudo, ob res foris gerendas. Fœminis item charitas maior ac patientia ad filios nutriendos: uiris ſapientia ad erudiendos. Poſſeſsionum poſt hæc diligentia adhibenda, quarum prima eſt homo: quapropter ſeruos ante omnia diligentes parare oportet. Eorum ſpecies duæ, Curator, ſeu Villicus qui alijs præſit, & operarij. Seruis uini parum aut nihil dare oportet. Vini etenim potatio, uel liberos probroſos facit. Alimenta quæ ſatis fuerint, operarijs dentur: nam ſine mercede ſubiectis imperare uon ualemus. Merces enim ſeruorum eſt cibus. Operis uerò nec ualde timida, nec rurſum ualde fortia ſeruitia ſunt adhibenda, quòd hæc non facilè obtemperant, illa non facilè in labore perſeuerant. Omnino autem labori & tempus & præmium ſtatuendum.

A *Quatuor præterea in re familiari requiruntur, primum, parare: deinde, parta tueri, ſine quo parare nihilo magis iuuat, quàm uaſe fundo carente, aquam haurire: tertium eſt, prudentia: quartum, diligentia. Nullus enim æquè tuetur res alienas atq; ſuas. Ex quo Porus interrogatus, quid equum maximè ſaginaret? Oculus, inquit, domini. Libys etiam rogatus, quod optimum lætamen? Veſtigia domini, reſpondit. Ideo Socrates dicere ſolebat, Dominum ante ſeruos ſurgere, & ultimum ire cubitum oportere: ſurgere enim noctu & ad ualetudinem, & ad œconomiam, & ad philoſophiam deniq; conferre. In libro autem ſecundo dicit, optimum œconomum non ignarum eſſe debere moris locorum circa quæ negociatur, ſed natura ingenioſum, mente uerò iuſtum ac laborioſum. Oeconomiæ omnino quatuor, regia, ſatrapica, politica, & priuata. Regiæ autem prouentus ſpecies quatuor: circa monetam, circa importata & exportata, ubi ſunt portoria: circa ſumptus, quum compendio fiunt, ac res uice pecuniæ dantur: æſtimationeq;, ubi expediat magis quàm numeratio impenſe fiant. Satrapicæ prouentus ſpecies ſex: ex terra, quam decimam uocant: ex locorum, ubi dominatur metallicis: ex terra & agro naſcentibus: ex mercatoribus: ex paſturis decima item appellata: ſexta ex alijs uarijs. Tertia œconomiæ ſpecies politica, id eſt, ciuitatis. Huius uectigal optimum ex ijs quæ in loco proprio gignuntur: deinde à mercaturis: poſthæc ἀπὸ τῶν ἐγκυκλίων. Quarta & ultima priuati hominis:*
B *quæ quidem anomala, id eſt, abſq; norma exiſtit, quòd non ad unam tantum intentionem illi œconomia exerceatur. Eſt inſuper omnium minima, ob breues prouentus & expenſas. Huius optimum uectigal ex terra primùm, id eſt, ex agricultura, quæ omnium parens eſt. Hinc enim magis ſecundum naturam res nobis acquiruntur: deinde ex rebus alijs: tertium ex argento: præter autem omnia, parcere ſuperfluis, & ne maiores ſint prouentibus expenſæ. Poſthæc proſequitur Ariſtoteles connumerare populos & reges, qui calliditate nouas artes uectigalis & rei parandæ ſibi inuenerunt: quibus profectò noſtrorum ingenia minimè cedunt, ſi cōſideremus quæ principes quæſtus genera moliantur. Vt alia omittam, quæ Xiſtus, quæ Innocentius pontifices noua in urbe collegia commenti ſunt, unde breuem utilitatem propoſuerunt decori atq; libertati curiæ ſempiternæ? Quid Laurentius Medices Florentiæ, inuentis albis quadrantibus, quæ portorijs penderentur? Quid Neapoli Ferdinandus rex in belli neceſsitate chartea moneta iuſſa rebus commutari? Deniq; tot impudentiſsimè non ſolum populis, ſed ſacerdotibus quotidie imperatæ pecuniæ? Stobeus in collectaneis ſapientum dicta de œconomia breuiſsima ponit. Solon dicebat, domum honeſtam & bene conſtitutam ſibi uideri, in qua res poſſeſſæ, neq; poſsidentibus iniuſtæ, neq; cuſtodientibus difficiles, neq; augentibus pœnitendæ ſint. Bias, in qua talis eſt dominus, qualis extra per legem. Thales, in qua ita probè ſint omnia diſpoſita, ut plurimùm in ea uacare domino liceat. Critobolus, in qua dominus*

plures habeat ſui amātes, quàm timentes. Pittacus, in qua A *ſuperfluorum nihil requirent, & neceſſariorum nihil indigent dominus. Chilo, quæ maximè imperio ſimilis ſit ciuitatis. Muſonius maximè uituperat in œconomia ſuperfluos ſumptus luxumq́; ac uaſa argentea, aurea triclinia, lectos eburneos, cedrinas menſas: præterea plures quàm oporteat ſeruos & ancillas, epulas item ſumptuoſiores: quibus rebus nō ſolum inepti efficimur, ſed iniuſti & auari, quum pro his comparare multas oporteat opes, ac uectigal magnum, quod niſi per iniuſtitiam quæri non poteſt. Delicijs inſuper longè tolerabiliorem morbum eſſe dicit, quod is corpus tantum corrumpat, illæ uerò corpus animamq́; inficiant. Antiphon ita rem œconomicam deſcribit, ut uxorem uelit d mui rebusq́; domeſticis conſeruatis præparandisq́; præeſſe: uirum autem foris in agro, in foro, in Republica. Bernardus noſter non inutilem & ipſe de œconomia tractatum edidit, ubi paſcendam quidem copioſe familiam, citra tamen delicias, iubet. Reliqua uerò ac pulcherrima in hac diſciplina, qui cupiat uidere, eum ad Xenophontis œconomicum, quem conuerti relegamus. Officia domeſtica apud ueteres fuerant: diſpenſator, condus, promus, atrienſis, cocus, dulciarius, qui confectiones præparabat: ſtructor, qui conuiuia: chironomon, qui opſonium in repoſitorijs ſecabat. Iuuenalis: Spectas chironomonta uolanti cultello. prægustator, qui libabat: præterea medicus, iatralepta, qui unguentis aut pharmacis præparandis præerat, domino ſiue lauanti ſiue ægroganti: id nūc officium aromatarij uſurpant. cubicularius,* B *à poculis, à memoria, ab epiſtolis, à libellis, à ſtudijs, ueſtiarius, ianitor, anagnoſtes, deſignator: is erat & publicus & priuatus principum, qui nunc cæremoniarum magiſter. In marmore Romæ, C. Verres Eros deſignator Cæſaris Auguſti. & in Plauto, Surge deſignator. Loca enim & in ludis, & in funeribus, cuiq; conſtituebat. Horatius, Deſignatorem decorat † funeribus atris.*

Lictoribus legitur. Epiſt. 2, lib. 1.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

OECONOMICORVM, SIue de rebus domeſticis liber primus, Leonardo Aretino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

IN primo libro hæc exponuntur: primum, differentia, conuenientia, & ordo politicæ diſciplinæ & œconomicæ. Deinde, partes domus, & acquiſitio. Coniugalis ſocietas, leges uiri ad uxorem, leges domini ad ſeruos. Oeconomi leges. Hæc ſex capitibus continetur, quorum maximè quartum, quintum & ſextum, officia rei familiaris continet: primum autem, ſecundum & tertium, rem familiarem exponunt.

A QVOMODO DIFFERANT ET *conueniant inter ſe politica & œconomica, & quis eorum ſit ordo.* Cap. I.

RES familiaris & reſpublica inter ſe differunt, non ſolùm quantum domus & ciuitas (hæc enim ſunt eorū ſubiecta) uerumetiam illo, quòd in republica quidem plures imperant, in re familiari uerò unus dūtaxat eſt imperator & rector. Quædam enim artes diſtinguutur, nec eſt eiuſdem, feciſſe, ac facto uti, quēadmodum lyra & fiſtulis: ſed Reipublicæ diſciplinæ eſt, ciuitatem ab initio conſtituiſſe, & conſtituta bene uti. Itaq; patet etiam eſſe rei familiaris, parare domum, & illa uti. Ciuitas quidem eſt multitudo domorum, agro & pecunijs ſufficienter abundans ad bene uiuendum. Id autem ex eo patet, quòd ſi cōpotes horū eſſe nequeunt, ſocietas ſoluitur. Inſuper huius gratia in unum coeunt. cuius autem gratia unumquodq; eſt, & fit, & ſubſtātia ipſius hæc exiſtit. Itaq; patet, priorem eſſe rem familiarem quàm Rempublicam. nam & opus illius eſt: pars enim ciuitatis eſt domus. Conſiderandum eſt igitur de re familiari, quod ſit illius opus.

DE PARTIBVS DOMVS, ET *unde ſit ſumenda poſſeſsio.* Cap. II.

B DOmus quidem partes ſunt, homo & poſſeſsio. Quoniam uerò primū in minimis natura cuiuſq; inſpicitur, in domo quoq; ſe habet ita. quare ſecundū Heſiodum hoc adeſſe conuenit: domicilium in primis, mulieremq́;, & bouem aratorem. Alterum enim primū in uictu eſt, alterum in liberis. Itaque oportet ea quæ ad uxorem ſpectant, rectè diſpoſuiſſe, hoc eſt prouidiſſe, ut talis ſit qualis eſſe debeat. Poſſeſsionis autem prima cura eſt, ea quæ ſecundum naturā: ſecundum naturā uerò potiſsima eſt agricultura. Secūdo loco, omnia quæ ſunt à terra, ceu metallorum, aut ſi qua alia huiuſmodi. Sed agricultura præcipuè, quoniam iuſta: non enim ab hominibus, nec uolentibus, ut cauponaria & mercenariæ: nec ab inuitis quærit, quemadmodum bellicæ artes. Et eſt earum rerū quæ ſunt ſecundum naturam: natura enim omnis educatio eſt à matre, quare & hominibus à terra. Prodeſt etiā hæc plurimum ad fortitudinem. non enim, quēadmodum uiles artium, corpora eneruat, ſed tales facit, ut & ſub dio conſiſtere, & tolerare laborem ualeant, & aduerſus hoſtes pericula capeſſere. Soli enim hi res ſuas extra munitiones habēt.

VIRI ET MVLIERIS SOCIE*tatem ſecundum naturam eſſe, & neceſſariam, & quòd multa commoda contineat.*

Caput III.

SEd eius diligētiæ quæ eſt circa homines, primę ſunt partes circa uxorem. Societas enim eſt maximè ſecundum naturam mari & fœminæ. Præmiſſum eſt enim à nobis & alijs locis,

deſiderare naturam multa efficere talia, ueluti A unumquodq; animalium. eſt enim impoſsibile, fœminam ſine mare, aut marem ſine fœmina hoc adimplere: quare eorũ ſocietas neceſsitate conſtituta eſt. Enimuero in cęteris animalibus abſq; ratione id fit, & in quantum natura capacia ſunt, & procreandi gratia ſolùm. In cicuribus autẽ & prudentioribus diſtinguuntur magis. Apparent enim in his magis mutua auxilia, & dilectiones, & cooperationes. Maxim̃eq; in homine id conſpicitur, q nõ uiuendi cauſa ſolùm, uerumetiã bene uiuendi mas & fœmina ope mutua coniunguntur: filiosq; procreant, non ob id tantum ut ſacrum naturæ perſoluant, uerumetiam ut commoda exinde ſuſcipiant. Valentes enim ipſi, imbecilles ſuos labore tuentur & aluut: mox imbecilles ob ſenium facti, à ualentibus eadem reportant. Et ſimul natura per hunc circuitum adimplet ſempiternitatem: ex quo ſecundum numerum non poteſt, at ſecundum ſpeciem. Sic enim diuina prouidentia utriuſq; natura ordinata eſt, uiri ſcilicet & mulieris ad ſocietatem. Tendunt enim eorum omnia in idem utilitatis, licet contraria quædam uideantur. Alterum enim robuſtum facit, alterum imbecillius, ut hoc quidem ob timorem cautius, illud uerò propter fortitudinem pugnacius eſſet: & alterum parat foris, alterum parta domi conſeruat. Ad operis uerò effectionem, alterũ ſedulitatem intra limen agit, ad externam uerò peruagationem imbecillum. Alterum ad ſedulitatem deterius eſt, ad motus autem ualentius. Circa prolem autem, generatio quidem propria eſt, utilitas uerò communis: alterius enim nutrire eſt, alterius erudire.

LEGES VIRI ERGA VXOrem. *Caput* IIII.

PRimùm igitur leges ſint uiro erga uxorem, ut ab iniuris ceſſet: ſic enim nec ipſe iniuriã patietur. Hoc enim & cõmunis lex inducit, ut Pythagorici dicunt, quemadmodum ſeruam à lare abductam quã minimè decet uideri iniuria afficere. Eſt autem uiri iniuria, externarũ mulierum coitus. De congreſsionis uerò uſu, lex ſit. In uſu uerò, ut neq; deſit præſentibus, nec abſentibus impotens ſit acquieſcere: ſed ita aſſueſieri, ut ſufficiẽter ſe habeat in præſentia & abſentia. Rectè uerò ſe habet & illud Heſiodi, puellã accipere oportere, ut gratis moribus eam imbuere poſsis: diuerſitates enim morũ, nequaquã ſunt ad dilectionem aptæ. Circa ornatum uerò, quẽadmodum in moribus fictionem eſſe non decet, ſi ſimul appropinquare debent, ſic etiam nec in corpore. nam illa quæ per ornatum fiunt, nihil differunt ab hiſtrionum uſu, tragœdias in ſcena agentium.

LEGES DOMINI ERGA *ſeruos.* *Caput* V.

POſſeſsionum autem prima quidem, ac maximè neceſſaria eſt illa, quæ optima & principaliſsima: id eſt autem homo. Quapropter oportet primò ſeruos parare ſtudioſos. Seruorum autem ſpecies duæ: curator, & opifex. Cum uerò cernamus, quod diſciplinæ tales aliquos faciunt iuuenes, neceſſarium eſt, poſtquam paraueris, imbuere illos quibus liberalia officia fuerint cõmittenda. Cum ſeruis autem uerſetur ita, ut neq; ſuperbos eſſe ſinat, neq; abiectos. Et liberalioribus quidem honorem, opificibus uerò cibum abundè tribuat. Et quoniam uini potus, etiam liberos ad inſolentiam impellit, & apud multas natiões ingenui quoq; ab illo ſe abſtinent, ut Carthaginienſes dum militant: patet, quod uini aut nihil * aut ualde rarò ſeruis tradẽdum eſt. Tria uerò cum ſint, opus, cibus & caſtigatio: cibus quidem ſine caſtigatione & opere, petulantem reddit: opus uerò & caſtigatio ſine cibo, uiolenta res eſt, & infirmum facit ſeruum. reſtat igitur, ut opus faciẽdum illi tribuat, & cibum ſufficientem. ſine mercede enim dominandum non putant: merces autem ſerui, cibus eſt. Verùm ut alij deteriores fiunt, quando nec melioribus tribuitur melius, neque præmia ſunt uirtutis & uitij propoſita, ſic etiam ſerui. Quapropter oportet conſiderationem habere, ac indulgere illis, & permittere ſingula ſecundũ merita: & cibum, & ueſtem, & quietem, & caſtigationem uerbo & opere, medicorum artẽ imitantes, in medicinæ loco proſpiciẽtes, quod quidem cibus medicina non eſt, propter continuationem. Genera uerò ſeruorum ad opus faciendum optima eſſent, neq; timida, neq; fortianimis: in utriſq; enim peccatum eſt. nam & nimis timidi non ferunt laborem, & ferocibus non cõmodè imperatur. Oportet quoque finem omnibus eſſe terminatum: eſt enim iuſtum ſimul & B utile, libertatem eſſe propoſitam. Libenter enim labores ſubibunt, ſi & propoſitum præmium cõſpexerint, & tempus diffinitum. Sunt etiã procreatis filijs, tanquam obſidibus obligandi. Nec plures habendi eiuſdem generis, quemadmodũ in ciuitatibus. Sacra quoque & largiores epulæ ſeruorum gratia magis facienda, quàm liberorũ. Plura enim ipſi habent, quorum utiq; gratia talia inſtituta ſunt.

OFFICIA PATRISFAMIliâs. *Caput* VI.

QVatuor habere oportet patremfamiliâs circa pecunias. nam & quærere poſſe conuenit, & quæſita tueri: alioquin nulla quærendi foret utilitas. Nam cribro haurire nihil aliud eſt, quàm (quod dici ſolet) pertuſum dolium. Eſſe præterea talem, ut & ornari præſentibus, & frui ſciat: horum enim gratia habere illas expedit. Diſtinguenda quidem ſunt ſingula, & plura habenda fructuoſa quàm infructuoſa, & negocia ſic ſequeſtrãda, ut omnium ſimul periculum non ſubeatur. Circa tuendum autem quæſita, utiles ſunt Perſicæ & Laconicæ, utilis etiam Attica diſpenſatio: uendentes enim emunt. Et penoris inſtitutio, uõ eſt in exilioribus adminiſtrationibus. Eſt autẽ Perſica, ipſum omnia iubere, omniaq; inſpicere. Et quod de Dionyſio inquit Dyon: Nullus enim parem curam habet alienorum & ſuorum. Itaq; quæcunq; per ipſum geri poſſunt, circa illa cum diligentia intẽdat. In quo Perſæ ſimul & Libyci dictũ rectè ſe habet. Perſa enim rogatus, Quid equum maximè pinguem faceret?

faceret? Oculus domini, reſpondit. Libycus uerò rogatus, Quod ſterquilininm agro foret optimū? Domini, inquit, ueſtigia. Sūt igitur inſpiciēda negocia diligenter uiro, inſpicienda etiam ab uxore, prout inter eos diſtinctę ſunt cuiq;. Et hoc faciendum eſt, in exilioribus quidē adminiſtrationibus rarò, in grandioribus autem, quorū cura alijs cōmittitur, ſæpè. Niſi enim quis bonum exemplum de ſe prębuerit, imitatorem diligentiæ habiturū non exiſtimant, neq; in re familiari, neq; in alijs: quoniam impoſsibile ſit, non diligentis domini diligentes eſſe uicarios. Cum uerò hæc ad uirturē honeſta ſint, & ad rē familiarē utilia, expergiſci decet prius dominū quàm ſeruum, & cubitum ire poſterius. nec unquam incuſtoditam eſſe domū: quemadmodum necurbē, quando opus eſt, neq; die, neq; noctu. Et ante lucem ſurgere: quod & ad ſanitatem, & ad curam rei familiaria, & ad ſtudiū philoſophiæ prodeſt quamplurimū. In paruis igitur adminiſtrationibus Attica regula circa fructus utendum eſt: in magnis uerò, diſtinctio facienda eſt eorum quæ in annum, & eorum quæ in ſingulos menſes cōſumere oportet. Eodemq; modo in inſtrumentis ſeparanda ſunt ea, quorum uſus quotidianus eſt, ab his quæ rarò ſunt uſui. Hæc tradenda ſunt ijs, quibus negocia cōmiſeris. Ac certo tempore inſpectio eorum facienda erit, ut nō lateat, quid ſaluum ſit, quidúe perierit. Aedes quoq; ita parandę ſunt, ut & rerum poſſeſſarum, & ſalubritatis, cōmoditatiſq; rationem habeamus. Rerum poſſeſſarum dico, ceu fructuum & ueſtium, quales hi cōducant: & fructuū, quales aridis & quales liquidis, & aliarum rerū: & quales animatis, & quales inanimatis, ſeruiſque & liberis, maribusq; & fœminis, ciuibus & peregrinis. Cōmoditatis uerò & ſalubritatis, ut æſtate quidem uētorum afflatum, hyeme uerò ſolem recipiat. Eſſent autem tales, ſi auerſo borea fuerint, nec æqualiter latæ. Videtur quoq; in magnis domibus utilia eſſe ianitor, qui ſit ad cætera inhabilis, pro obſeruatione importandorū & exportatorum. Ad rectum uerò uſum inſtrumentorum illud Laconicum ualet, Singula ſuo loco iacēre: ſic enim parata, non requirentur.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ OECONOMICORUM, ſiue de rebus domeſticis liber ſecundus, Leonardo Aretino interprete.

ARGVMENTVM LIB. II.

QVæ ſint leges probæ matrisfamiliâs, itē leges probi uiri ad coniugem. teſtimonia & exempla ex Homero. poſtremùm, probi uiri & mulieris bonæ inter ſe mutuò leges quæ ſint.

PROBAE MVLIERIS OFFICIA. *Caput I.*

PROBAM mulierem omnibus quæ ſunt intus dominari oportet, curamq; habere omnium ſecundū præſcriptas leges. Nō permittentem quenquā ingredi, ſine pręcepto uiri, uerítam maximè uerba, quę de mulierū corruptela circumferuntur. Et ſi quid intus accidat, ut ſibi notū ſit ſoli: & ſi quod malum ab ingredientib. cōmittatur, ut penes uirū ſit culpa. Dominā uerò impenſarum ad feſtos dies, quos permiſerit uir. Sūptu & ueſtitu & apparatu minori etiā utatur, quàm leges permiſerint ciuitatis: cōſiderans, quòd nec ueſtimentorū nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo tantū ualet ad mulieris laudem, quantū modeſtia in rebus, ac ſtudium honeſtè decoreq; uiuendi. Etenim omnis huiuſmodi ornatus animi optabilis eſt, multoq; firmior ad ſenectutem uſq;, ueras laudes ſibi natiſq; afferre. Se igitur ipſam in his uirturib. unanimem mulier, pergatq; laudabiliter rebus præeſſe. Nam uiro quidē indecens uidetur ea ſcire, quæ intra ædes fiunt: in cæteris uerò omnib. parēre mulier uiro contendat. Nec audiens quicquā de Rep. nec tractans quicquā eorum quæ ad connubia ſpectare uideatur: ſed cum tempus poſcet, aut filias tradere nuptui, aut nurus accipere, obediat penitus in his uiro. atq; ſic una deliberet, ut ſententiam uiri ſequatur, intelligens non ita turpe uiro eſſe quicquam eorū quæ domi ſunt facere, ſicut mulieri quæ foris perquirere. Exiſtimare autem debet mulier bene compoſita, mores uiri eſſe legem ſuæ uitæ impoſitam ſibi à Deo, per coniunctionē matrimonij atq; conſortij. Quos ſiquidē æquo ferat animo, perfacilè reget domū: ſin contrà, difficilius. Quapropter decet nō ſolùm in proſperis rebus, ſecundaque fortuna, unanimem ſe uiro præſtare

B & inſeruire uelle, uerumetiam in aduerſis. Si ſit in rebus defectus, uel corporis ægrotatio, uel alienatio mentis, æquo ferat animo, & obſequatur: niſi fortè turpe aliquid ſit, uel indignū. Nec ſi quid perturbatione animi uir deliquerit, memoriter ſeruet, ſed ægritudini ignorantiæq; adſcribat. Nam quanto in his diligentius obſequetur, tanto ſibi maiorem gratiam habebit, cum ab ægritudine fuerit liberatus: & ſi iubenti aliquid turpe non paruerit, melius recognoſcet ad ſanitatem reuerſus. Quapropter ab his cauere debet mulier. In alijs autem multo magis obtemperare, quàm ſi empta ueniſſet in domum. Magno enim precio empta fuit, ſocietate uitæ, & procreatione liberorum: quibus nec maius, nec ſanctius quicquam eſſe poteſt. Præterea ſi cum fortunato uixiſſet uiro, non uſqueadeò uirtus eius illuſtrata eſſet. Non eſt ſanè parū, ſecundis rebus bene uti: at tamen aduerſas moderatè perferre, multo maius eſt exiſtimandum. Nam in magnis calamitatib. & iniurijs, nihil abiectè facere, celſi eſt animi. Precandum eſt igitur, ne quid tale accidat uiro: quod ſi quid accidat aduerſi, putare debet, hinc optimā ſibi laudem, ſi rectè ſe geſſerit, prouenturam, ſecū ipſa repetens, quia nec Alceſte tantam ſibi gloriā comparaſſet, nec Penelope tot tantaſq; meruiſſet laudes, ſi cum fortunatis uiris uixiſſent: uerùm Admeti & Vlyſsis aduerſitates, parauerunt illis memoriā ſempiternam. In aduerſitatibus enim uirorum ſuorum fidem ac iuſtitiam erga illos ſeruantes, gloriā non immeritò ſunt conſecutæ. Nam proſperitatis quidē facilè eſt reperire participes: aduerſitatis uerò, ni

optimæ

optimæ ſint mulieres, participes eſſe renuunt. Ob quæ omnia, multo magis decet uirum in honore hebere, uec illum contemnere: ſi ſacre pudicitia, & opes, animoſitaris filiæ ſacundum Orpheum, Herculem non ſequantur. Mulier igitur huiuſmodi ſeſe motib. ac legib. cuſtodire debet.

VIRI ERGA VXOREM OFficia. *Caput II.*

VIr autem uiceuerſe, leges ſibi reperiat ad uxoris uſum, quæ tanquam filiorum, uitæq; ſocia, in uiri domum peruenit, netos relictura, genitorũ, uiri ſuiq; nomina babituros. quibus quid ſanctius eſſe poteſt? aut circa quæ magis ſtuderet uir ſenæ mẽtis, quàm ex optima laudabiliſsimaq; muliere filios procreare, ſenectutis paſtores queſi optimos ac reuerentes, patris metriſq; cuſtodas, ac totius domus ſeruatores? Educati ſiquidem rectè à parentibus per ſanctos & iuſtos mores, boni meritò euadenr: contre uerò ſi fiat, ſentient detrimentum. niſi enim parentes exemplum uitæ filijs præſtent, euidentem excuſationis ceuſam erga ſe illis relinquũt: ac rimendum eſt, ne contempti à filijs, quaſi non bene uixerint, in ſenectute deſerantur. Quapropter uihil prætermittendum eſt, quod ad uxoris pertinet diſciplinem, ut ex qua, qoàm maximè fieri poteſt optima, filios generet. Nam agricola quidem nibil omittit, quò ſemen in optime terra, ac maximè exculte ſerat, ſperans ite damũ fructus optimos inde ſe recepturum. At ſi qua uis imminer, mori præliando megis uult eduerſus hoſtes, quàm illius uaſtationẽ peri. & huiuſmodi mors leuderur maximè. Cum ergo tanta adhibeetur cura pro corporis eſca, quid pro liberis, & matre educetrice? nònne protinus omne ſtudium fuerit edhibendum? Hoc enim ſolo, hominum conditio mortalis, per ſucceſsionem ſempiternitarem conſequirur: omnieq; parentum uota huc tendunt. Quamobrem qui iſta negligit, & deos ipſos uiderur negligere. Propter deos igitur, quibus præſentibus ſacra fecit, & uxorẽ duxit, ec multo magis ſe poſt parentes, uxori rradidit ad honorem. Maximus autem honor eſt ſobriæ mulieri, ſi cernat uirum ſuum obſeruentem ſibi ceſtitatẽ, nec de ulle muliere magis cogitantem, ſed præ cęteris omnibus hanc, & ſuam & fidem ſibi exiſtimentem. Tanto enim megis ſtudebit mulier ſe telem præſtare, quanto ſe cognouerit fideliter atq; iuſtè à uiro diligi. Ergo prudentẽ ignorare non decer, qui perentibus, quiue uxori & filijs honores conueniant: ut tribuens unicuiq; quæ ſua ſunt, iuſtus & ſanctus habeetur. Pergrauiter enim unuſquiſque fert, honore ſuo priueri: nec ſi aliena quis per multa tribuer, contentus erit, ſi ſue ſibi euferantur. Nihil uerò megis ſuum eſt uxori, nec magis illi à uiro præſtendum, quàm ſencte & intemerata ſocieres. Quapropter non decet hominem ſenæ mentis, ubicunq; contigerit ſemen exponere, ne de uilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis procreentur. Ex quo & uxor honore ſuo priuatur, & filijs iniuria fit. ec ſibi pro his omnib. dedecus incumbit. Appropinquandum uerò eſt uxori cum magna temperátia atq; modeſtia. ſitq; pudor in uerbis: in operibus uerò fas atq; honeſtas: in cõuerſatione, fides & moderetio. Parua quidem peccata, etſi uoluntaria fuerint, ignoſcendo: ſi quid uerò per ignorantiam deliquerit, commonefaciendo. Nec metum incutiat ſine uerecundia & pudore: hæc enim meretrices à mœchis pati decet. At uerò cum uerecundia & pudore iuſta diligere & timere, id ingenuæ eſt mulieris erge proprium uirum. Duplex eſt enim timoris ſpecies: una, cum reuerentia & pudore, qua utuntur ad patres filij modeſti, & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. Altera cum inimicitia & odio, ſicut ſerui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniuſtos & iniquos. Ex his quoq; omnibus meliora eligens, uxorem ſibi cõciliet, ec fidelẽ probamq; efficiat, ut ſiue præſens ſit uir, ſiue ebſens, non minus utilis ſit, quàm ſi ſemper adeſſet, tãquam rerum communium curator. Et quãdo uir abeſt, ut ſentiat uxor nullum ſibi, neq; meliorem neq; cõmodiorem, neq; magis ſuum eſſe, quàm uirum. Oſtendetq; hoc ab ipſo initio, ad commune bonum ſemper intendens, quamuis puella ſit, ac noua in talibus.

A

TESTIMONIA SVPERIORVM *præceptorum ex Homero.* *Cap. III.*

ETſi ipſe ſibi maximè dominetur, optimus totius uitæ rector exiſtet, & uxorem talibus uti docabit. Nam neq; amorem, neque timorem abſq; uerecundia laudauit Homerus, ſed ubiq; amare pręcepit cum modeſtia & pudore. Eo quidem modo Helenam timere Priamum inquit, ita dicentem:

B

O metuẽde mihi ſemper, ſemperq́; tremẽde, Chare ſocer.

Nihil aliud dicens, quàm eam cum pudore diligere. Rurſus uerò Vlyſſes ad Nauſicam inquit: Te mulier ualde equidẽ admiror, & metuo. Cenſet eutem Homerus, uirum & uxorem ſic inuicẽ ſe habere debere: nam nemo deteriorẽ ſe admiratur, ac uerətur. Sed huiuſmodi affectus accidũt inuicem melioribus, & nerure benignis, minoribus etiem ſapientie, ad ſe meliores. Hunc animũ Vlyſſes erge Penelopen gerens, abſens licet, nihil deliquit. Agememnon autem propter Chriſeidem, erga propriam peccauit uxorem, auſus dicere in concione Græcorum, Captiuam mulierem, nec narure præſtantem, immò (ut planè dixerim) Barbaram, in nullo Clytemneſtra deteriorem eſſe. ex que cum liberos haberet, non rectè ſeſe gerere uiſus eſt. Quomodo enim rectè, qui antequã ſciret, qualis erga ſe foret, ui ductã ſibi illem cõiunxeret? At Vlyſſes, rogante Atlantis filia, ut ſecum maneret, ac ſempiternitatẽ pollicente, ne ob id quidem prodere uoluit uxoris affectum, & amorem & fidem: meximũ ſibi ſupplicium arbitratus, ſi malus dum eſſet, immortalitatem haberet. Cum Circe etiã manere noluit, quanquam inſuper ſociorum ſalutem pollicente: immò reſpondit, nihil ſibi dulcius uideri poſſe, quàm patriam incultam & aſperam. Magiſq; optauit mortalem uxorẽ filiumq; uidere, quàm fieri ipſum immortalem. Sic ille firmã ſtabilemq; uxori fidem ſeruabat, pro quibus meritò ab uxore eadem reportabat. In oratione quoq; illa quã habuit ad Nauſican, apparet Poetã maximè probare

bere uiri & uxoris pudicã ſocietatem . precatus A eſt enim deos, ut darent illi uirum, & familiam, & unanimitatem cum uiro, non quamlibet, ſed honeſtã. Inquit enim : Nihil melius eſſe poſſe hominibus, quàm ſi cõcordi uoluntate uir & uxor domum gubernarent. Et hic igitur, ut patet, laudat Poëta unanimitatem mutuã uiri & uxoris, non eam quidem quæ circa improba obſequia, ſed eam quæ animo & prudentia iuſtè coniuncta eſt. nã uoluntate domũ gubernare, hoc deſignat. Idem etiam inquit, quod cum huiuſmodi inter uirum & uxorem uiget concordia, inimici quidem eorum anguntur plurimùm, amici uerò permagna ſuſcipiunt gaudia. quem tanquam uera dicentem probant Nã uiro quidem atq; uxore circa res optimas concordi ſtudio uacãtibus, neceſſe eſt utriuſq; animos idem ſentire. Deinde propter concordiam potentes facti, & inimicis ſpem auferunt, & amicis proſunt: quòd ſi ipſi diſsideant, amici quoq; diſsidebunt, & infirmitatem ipſi ſentient maximè.

COMMVNES LEGES VIRI ET *uxoris.* Cap. IIII.

ITaq; manifeſtè præcepit Poëta, uirum & uxorem in his quæ improba & impudica ſunt, ſibi inuicem conſentire nequaquam debere: in his uerò, quæ, quam maximè fieri poteſt, pudica ſunt & iuſta, concorditer ſibi inuicem inſeruire: ſtudentes primò quidem curam omnẽ parentibus exhibere. uir quidem uxoris parentibus nõ minus, quàm proprijs: uxor autem uiri. Deinde filiorum, & amicorum, & rerũ, domusq; totius B tanquam cõmunis, curã habeant, ſeipſos ſtudio & diligentia ſuperare certantes, ut quiſq; plurimorũ bonorũ ſit autor & cauſa, meliorq; exiſtat & iuſtior: depoſita quidẽ ſuperbia, induſtria uerò ſuſcepta, cũ benignitate & manſuetudine gubernantes. ut cum ad ſenectam peruenerint, depoſito adminiſtrationis onere, & concupiſcentijs liberati, poſsint & ſibijpſis inter ſe, ac filijs ſuis rationem reddere, uter eorum magis profecerit in familiæ gubernatione: ac ſtatim ſcire, aut per fortunam malum, aut per uirtutem, bonum. In quibus qui ſuperauerit, maximum præmium à dijs conſequitur, ut Pindarus inquit : Dulce enim ſibi cor, & ſpes mortalium, multiplicẽ alit uoluntatem. Secundum uerò, à filijs in ſenectutẽ feliciter educari. Quapropter & priuatim & publicè decet eum qui uitã gerit, ad omnes deos hominesq; reſpicere, multumq; & ad uxorem & ad filios & parentes.

FINIS LIBRI OECONOMICORVM SECVNDI.

DE LIBRO, QVI APVD GRÆCOS HODIE SEcundus Oeconomicorum inſcribitur, iudicium.

PLVTARCHVS *in uita Ariſtotelis duos tãtum libros Oeconomicorum adſcribit, qui ſint Ariſtotelici, quos ſuprà ex interpretatione Aretini adpoſuimus eo ordine quo uides. Eſt tamen aduertendum, qui apud Aretinum eſt ſecundus, eum apud Græcos hodie, ut ſunt excuſi codices, deſiderari: atq; ſub appellatione ſecundi ſubiungitur alius ab eo quem ipſe inſcribit. Quapropter, ſiue omnia quæ præceſſert ad unum librum pertineant, quem Plutarchus primũ Oeconomicum dicat, quamuis Aretinus ab eo ſeparet atq; proprium librum faciat, quem inſcribit ſecundũ, ut is tandem ſecundus ſit, quam Græca exemplaria habent, ſiue rectè facta ſit ab Aretino diuiſio, ſequens uerò locum habere nõ debeat inter Oeconomica. nobis certè operæpretiũ fuit Aretini partitionem ſequi. Nam illi præterquã quòd magnam partem præceptorum continent, quæ ad priuatam inſtitutionem pertinent, ut & titulus ipſe rei priuatæ eſt, ac qui ſequitur publicus quiſpiam ſit liber, dignitate etiam ac maieſtate longè inferior eſſe uidetur, quàm ſuperiores. Quare illum non adponimus in hunc locum, ſed poſt tam inſtitutionem moralium, quæ ad Eudemum inſcribitur, locatum reperies. Titulus eſt, Oeconomicorum publicorum, cum adiectione, ne tres libri Oeconomicorũ uideantur eſſe. Videtur profectò indignus eſſe qui locũ habeat poſt tam ſancta præcepta, quibus eſt plenus uterq; Oeconomicus. Inſuper etiã ordo eius magnopere pugnat cum ratione docendi qua utitur Ariſtoteles, iuxta quam uniuerſalia præcepta præmittit ſingularium rerum contemplationi, quemadmodum in Ethicis licet uidere, ſi ad Politica fiat comparatio.*

B

ARISTOTELIS MAGNORVM ETHICORVM LIBER PRImus, Vito Amerpachio interprete.

DOCTRINAM DE MORIBVS *ad ciuilem diſciplinam pertinere, ac de uirtute ac bono generatim.* Cap. I.

QVIA propoſuimus tractare de moribus, initiò uidendum eſt, cuiusnam ſit facultatis pars, mos. Vt igitur ſim breuis, non alterius, quàm politicę pars eſſe uidetur. Nihil autem facerẽ quis poteſt in ciuilibus rebus, nisi qualitate aliqua præditus, ut honeſtate. Iã honeſtũ eſſe, eſt habere uirtutes. Quare oportet, ſi quis in ciuilibus ad agendum ſit futurus idoneus, hunc eſſe honeſtum. Pars igitur, ut uidetur, & principium ciuilis facultatis, eſt tractatio de moribus : ac in uniuerſum rectè puto cognomen eam habere à regendis Rebuſpub. non moribus. Ac eſt ob eam cauſam, ut uidetur, primùm de uirtute, quid ſit, & è quibus fiat, dicendum. Nihil enim fortaſſe profuerit, ſcire uirtutem : quomodo autem ſit, & è quibus, ignorare: cum

cũ non oporteat ſolùm inquiri, ut ſciamus quid A ſit, uerùm etiam è quibus ſit uidere: ac ſimul ſcire hoc etiam uelimus, quòd ipſi tali modo ſimus affecti. Hoc autem non poterimus, niſi & è quibus, & quomodo ſit, antea ſciuerimus. Neceſſe igitur eſt ſcire quid ſit uirtus. Non enim facilè eſt ſcire ex quibus, & quomodo ſit, neſciẽtem quid ſit. Quemadmodum nec in ſciẽtijs. Quod ſi qui de hac re prius tractauerunt, etiam non eſt ignorandũ. Prius itaq; Pythagoras de uirtute aggreſſus eſt dicere, ſed non rectè. Nam cõ referret uirtutes ad numeros, nõ germana de uirtutibus eſt uſus inueſtigatione, cũ non ſit æqualiter æqualis numerus iuſtitia. Poſt hunc uenit Socrates, & melius ac plus de his docuit. Nõ rectè autem nec iſte. nam ſciẽtias fecit ex uirtutibus. Hoc autem ut ſit, eſt impoſsibile. Omnes enim ſcientiæ coniunctæ ſunt cum ratione, ac eſt in ſola intelligendi animæ facultate ratio. Fiunt enim ſecundum ipſum uirtutes omnes in cõſiderandi animę particula. Contingit igitur ei, cum ſcientias facit ex uirtutibus, ut auferat rationis expertem animæ partem. Hoc uerò dum facit, affectum & morẽ tollit: propterea non rectè hoc modo uirtutes attigit. Poſtea Plato penitus eſt animam in rationem habens, & ratione carens: & hoc rectè. uirtutes etiam utriuſque proprias edidit. eleganter huc uſq;: deinceps uerò non amplius rectè. nam uirtutem in tractationẽ de bono admiſcuit: ſed non rectè. Non cõuenit, ac non decebat eum, cũ de ijs quæ ſunt, ac de ueritate uerba faceret, loqui de uirtute, quòd nihil huic ſit cum illo commune. Tantum igitur, & ſic hi rem attigerunt.

Proximum igitur fuerit poſt hæc uidere, quid ij de his dicere debuerint: primò igitur cõſiderandum eſt, uniuſcuiuſq; ſcientię, facultatisq́; finem eſſe, & hũc bonum. Nulla enim propter malum eſt, nec ſcientia, nec facultas. Quare ſi omnium facultatum finis eſt bonus, patet optimæ finem eſſe meliorem. Atqui politicę optima eſt facultas: itaq; finis eius fuerit bonus. ac ita, ut uidetur nobis de fine dicendum erit, & de bono quidem, quod nõ ſimpliciter eſt tale, ſed nobis. Nõ enim de bono Deorum, cuius inquiſitio cum ſuo fine aliena eſt ab hoc loco. De ciuili bono igitur nobis dicendum eſt. Deinceps autem & hoc diſputandum eſt de bono, quod uariè dicitur. Non enim eſt ſimplex: uerùm dicitur bonũ, aut quod eſt optimum in unoquoq; illorum quæ ſunt, & hoc eſt ſuapte natura expetendum: aut quod facit, ut alia quæ id uelut commune habent inter ſe, bona ſint. Hoc autem eſt forma, quam ideam Græci uocant, boni. Eſtne itaq; de hac forma boni dicendum, an non: ſed potius tractandum id bonum, quod ut commune in omnibus eſt bonum? nam à forma uideri poteſt hoc differre. Nã forma ſeparari poteſt etiam ipſa per ſeſe: cõmune uerò bonum eſt in omnibus. nec eſt idẽ quod ſeparabile. Nunquam enim ſeparabile, quodq́; ſic natura factum eſt, ut per ſe poſsit eſſe, fuerit in omnibus. Verum ergo de hoc bono quod ineſt, dicere oportet, an non? Cur autem? quod commune hoc bonum eſt, ut definitio, & inductio. Definitio autem uult uniuſcuiuſq; ſubſtantiam indicare, ſiue ſit malum, ſiue ſit bonum, ſiue quid

A aliud. Cæterùm indicat finitio tale bonum eſſe generaliter: quod ſi ſit, ipſum eſt expetẽdum ſe ipſo. Deinde quod ineſt omnibus, eſt ſimile finitioni, quæ dicit eſſe bonum. Ac ſcientia quidem nulla, nulla etiam facultas de ſuo fine dicit, eum eſſe bonum: ſed hoc eſt alterius facultatis uidere. Nec medicus enim dicit bonum eſſe ſanitatẽ, nec ędium conſtructor bonum eſſe domum: ſed ille, quod ſanitatem efficiat: hic uerò, quod efficiat domum. Eſt itaq; manifeſtum, ne quidẽ politice dicendum eſſe de cõmuni bono. Ipſa enim etiam eſt una de ſcientijs. De hoc autem nullius erat nec ſcientię, nec facultatis, ut de fine, dicere. Nec igitur ciuilis facultatis eſt, explicare de communi bono, quod eſt commune per definitionẽ: quinimò non etiam, quod per inductionem eſt tale. Quid ita? quia, cum uolumus explicare aliquid eorum quæ ſunt bona ex parte, aut definitione hoc facimus, quòd eadẽ ratio quadret & bono, & huic etiam bono, quando uolumus oſtendere bonum eſſe: aut inductione, ueluti cum uolumus probare magnificentiam eſſe bonum, dicimus iuſticiam eſſe bonum, & fortitudinem, in ſumma uirtutes. Nunc magnificentia uirtus eſt: & hæc propterea uirtus eſt. Atque ita nec de communi bono, quod ſecundum inductionem eſt, pertinet ad ciuilem facultatẽ explicare, quòd eadem inde orirentur impoſsibilia. Sic & communi bono, quod in definitiõe uerſatur, accidit. Nam eſſe bonum, & hic dicetur. Manifeſtum eſt itaq;, dicendũ eſſe de optimo bono, quodq́; nobis optimum eſt. Omnino autem quiſpiam ui-

B dere poteſt, non eſſe unius nec ſcientię, nec facultatis, agere de omni bono. Quamobrẽ? quia bonum eſt in omnibus enunciationibus (categorias Græci uocant.) Etenim eſt in eo quod quid ſit res, in eo quod qualis, in eo quod quanta, ſiue quàm ſit multa, in eo quod quãdo ſit aliquid ſignificat, in eo quod refertur ad aliud, adeoq́; planè in omnibus. Nimirum quando ſit ſic bonum, in medicina medicus nouit, rector nauis in arte regendarũ nauium, ac ſimilè quilibet in ſua facultate. Quando autem ſecandum ſit, medicus nouit: quando nauigandũ, rector nauis. Et in unaquaq; ſciet, quantum ad ſe pertinet, quiſq; id bonum, quod in temporis opportunitate conſiſtit. Nec medicus enim bonum, quod eſt in gubernatoris nauis, unquam ſciet: nec rector nauis, quod eſt in arte medica. Non igitur nec ſic de cõmuni bono dici debet. Nam quod eſt in temporis opportunitate, omnibus eſt cõmune. Similiter &, quod ad aliquid refertur, bonum, quodq́; ſecundum alias eſt enunciationes, commune quidem eſt omnibus: non tamen eſt unius nec facultatis, nec ſcientiæ, tractare de bono, quod eſt pro tempore in unaquaq; illarum, neq; ipſius politicę de cõmuni bono dicere. De bono igitur, & de optimo bono, & de nobis optimo explicandum eſt. Fortaſſe autem non conuenit, etiam uolentẽ aliquid probare, uti non manifeſtis exẽplis: uerùm ad abſtruſa conſpicuis, ad intellectilia ſenſilibus, & his apertiſsimis. Quando itaq; de bono quiſpiam dicere aggreditur, non eſt dicendum ei de forma: ſed exiſtimant, cũ de bono dicunt, de forma dicendum eſſe. Nam de illo bono dicendum eſt,

eſt,aiunt, quod maximè bonum eſt. Ipſum autē unumquodq; maximè eſt tale adeò, ut maximè fuerit bonū forma,ſicut putant.Eſt quidē hęc oratio uera fortaſſe, non tamen eſt in ſcientia, ſeu facultate ciuili,de qua nūc fiunt uerba.Nō enim de hoc bono tractat, ſed de illo q, nobis eſt bonum. Nulla enim differit nec ſciētia nec facultas de fine,quòd ſit bonus.itaq; nec ciuilia.Hinc eſt, quòd non differit de forma boni. Sed fortè, inquit aliquis, de hoc bono, cū primum tracto in diſputatione de illis quæ ſingulatim ſunt bona, uelut ex his principijs progreſſus dicā.Ne quidē hoc modo rectè. Sunt enim familiaria principia capienda. Nam eſt abſurdum,ſi quis probare uolens,quod habet tres angulos, habere duobus illos rectis æquales, capiat hoc principiū, Animā eſſe immortalem.Eſt enim peregrinū,ac non domeſticum.Oportet autē principiū eſſe familiare, ac rei coniunctum.Nunc autē & ſine hoc,animā eſſe immortalem, probari poteſt tres habens angulos,eos habere tribus rectis æquales. Eadem uia de bonis & reliqua licet, abſq; illo bono, q, ſecundum formā eſt, excutere,propterea q, non ſit huius boni domeſticum principium. Non autem rectè nec Socrates ſcientias faciebat ex uirtutibus. nā is putabat nihil debere fruſtra eſſe. At ex eo q, uirtutes ſunt ſcientiæ, contigit ei uirtutes fruſtra eſſe.Quam ob cauſam?quod in ſciētijs unà, quid ſit ſcientia, nouit aliquis,& ſciētia præditus eſt.Nam ſi quis nouit,quid ſit medicina,confeſtim is & medicus eſt. Sic etiā res de alijs habet ſcientijs.De uirtutibus non item.Non enim ſi quis nouit, quid ſit iuſticia,cōfeſtim eſt B iuſtus. Eodem modo eſt in alijs: atq; ita fit,ut & fruſtra ſint uirtutes,& non ſint ſcientiæ.

QVOT MODIS BONVM DIcatur. *Caput II.*

POſtquā igitur ſic de his explicatū eſt,conemur etiā dicere, quotupliciter bonum dicatur. Sunt igitur bonorū quędā honoranda, quædā laudabilia,quædam facultates.Honorādum autē dico id,quod eſt tale,quod eſt diuinū, & melius,ut anima & mēs:ueruſtius,principiū, & talia.Sunt hæc honorāda,propter quæ honor cōtingit,ac omnia talia ſequitur honor:quapropter & uirtus eſt honoranda, quando quis ea ſic incitatur,ut ſtudeat honeſtati. iā enim hic in formā uirtutis mutatur. Quædā ſunt laudabilia,ſicut uirtutes:nā ob actiones, quæ ab his proficiſcuntur,laus obuenit.alia uerò facultates,cuiuſmodi ſunt principatus,robur & pulchritudo:nā his & honeſtus poteſt bene uti, & malè homo nihili. propterea facultate bona hæc uocātur,ac ſunt cuiuſdā bona,cum ex eo q, honeſtus,nō ex eo q, inhoneſtus ea tractat, horū quodlibet æſtimetur.In hac autē ſunt hæc bona conditione,ut fortunā habeāt ſuæ generationis cauſſam. A fortuna enim & principatus,& diuitiæ ducunt originē, & omnino quæcunq; in facultatis ordinē ueniunt.Reliquū eſt & quartum genus bonorū, quod à conſeruando,& faciēdo bono habet nomē:ut exercitia bonæ ualetudinis, & ſi quod eſt aliud ſimile.Sed adhuc eſt alia bonorum diuiſio. Nam quædā ſunt ubiq; ac omnino expetenda,

A quædam non : ut iuſticia, & aliæ uirtutes,ubiq; ſunt,& omnino expetendæ:robur autē,& diuitiæ,ac id genus alia,nec ubiq;, nec omnino. Eſt etiā alia diuiſio.Bonorū enim alia ſunt fines,alia non ſunt fines:ut bona ualetudo finis eſt, quę autē ſunt bonæ ualetudinis gratia, non ſunt fines. Et quotquot ſic habēt, horum ſemper finis melior eſt:ut ſanitas melior eſt,quàm ea quæ faciūt ad ſanitatē, & ſimpliciter in uniuerſum hoc ſemper eſt melius, propter quæ ſunt & alia. Porrò ipſorum finiū perfectus melior eſt imperfecto. Perfectus autem eſt,quē habentes nullo indigemus:imperfectus, quē habentes indigemus aliquo, ſicut iuſticiā habentes multis indigemus: felicitatem autē habentes, nulla re amplius indigemus. Hoc igitur eſt optimū quod inquirimus, finis perfectus. Nunc perfectus finis bonum eſt, & bonū finis. Quomodo ergo poſthac tractandum eſt de optimo?an ita,ut ſimul ipſum numeretur?Sed abſurdum eſt.Nam cum optimum ſit finis perfectus, ac talis finis, ut non utamur ullis ambagibus , nihil uideri poſsit aliud eſſe, quàm felicitas:felicitatē autem ex multis bonis cōponamus,optimū ſi expendendo,& ipſum unà cōplectaris,ſe ipſo erit melius,cum tamen ſit optimū:ut ſi quis propoſitis ijs quæ ſana ſunt,& ſanitate, quæreret, quid omnium horū eſſet optimū.Eſt quidem optimū ſanitas.Quare,ſi omniū horū eſt optimū , & ipſum ſe ipſo eſt melius,abſurdū eueniet. Nō oportet autē fortaſſe hoc modo explicare de optimo,ſed ita ſanè,ut abſq; ipſo id fiat. Verùm & hoc fuerit abſurdum. Felicitas B enim conſtat ex quibuſdā bonis. Inueſtigare autē an ea bona,ex quibus conſtat,hac ſint melius, abſurdū eſt. Nā aliud nihil eſt præter hæc,felicitas:uerùm hæc ipſa.Et ita quidē rectè optimum cōferendo explicet,ut ipſam tractet felicitatem, quę ex his bonis conſtat,cōferendo in quā ſimul cum alijs, quæ in ipſa nō inſunt. Qui ſic optimū inueſtigat,rectè is inueſtigat fortaſſe.Verùm nō eſt ſimplex optimū, quod nūc inueſtigamus. Vt aliquis dicere poſsit , prudentiā optimū eſſe omniū bonorū,quādo inter ſe conferuntur.Sed nec ita quærendū eſt,ni fallor, optimū bonū. Quærimus enim perfectum bonū. Sed prudentia,cū ſola eſt,non eſt perfectum.Non igitur hoc eſt bonum,quod nos quærimus:nec ſic eſt bonum.

ALIA DIVISIO BONORVM. *Caput III.*

HAbent igitur bona & aliā diuiſionē. Sunt enim bonorum quædā in anima,ut uirtutes : quædā in corpore,ut bona ualetudo, pulchritudo:quædā extrinſecus,ut diuitiæ,principatus,honor, ac ſi quid eſt aliud iſtiuſmodi rerū.Ex his autē,quæ ſunt in anima, ſunt optima. & hæc bona diſtincta ſunt in tria , prudentiam, uirtutē, & uoluptatem. Iā uerò, quod eſt deinceps , & de quo oēs dicimus , & q, uidetur & finis bonorū eſſe,& eſſe pfectiſsimū, eſt felicitas: &hoc ipſum fatemur eſſe ipſum bene habere,ac bene uiuere. Cæterùm non eſt ſimplex finis, ſed duplex.Horū alter eſt ipſa actio,& uſus: ut actio uiſus.ac eſt uſus magis expetendus,quàm habitus.uſus autem finis eſt. Nemo enim uelit uiſum

habere, ſi nõ ſit uiſurus aliquando, ſed occluſos oculos geſtaturus. Hoc modo res de auditu habet, & ſimilibus, quorum & habitus eſt, & uſus: per melior ſit uſus, & magis expetendus habitu ſemptu. Nã uſus & actio, finis eſt: habitus aũt eſt uſus gratia. Portò ſi quis hoc in omnibus ſcientijs conſiderat, inueniet non aliã facere domum, aliam bonam domum, ſed ædificatricẽ: & cuius faciendi uim habet ędificator, illius ipſius uim eius habere uirtutẽ. ſic eſt in alijs omnibus.

VIRTVTEM IN ANIMA *eſſe.* *Caput* IIII.

DEinde uidemos nullo nos alio uiuere, niſi anima. In anima uerò eſt uirtus: ac idem aſſerimus & animã efficere, & animæ uirtutẽ. Sed uirtus in unoquoq; id efficit, cuius eſt uirtus. Verùm anima & alia facit, & ipſa uiuimus. Igitur anima bene uiuemus. Bene aũt uiuere, ac bene habere, nihil aliud quàm felicem eſſe dicimus. Ergo felicem eſſe, & felicitas, in bene uiuẽdo eſt. Bene autem uiuere, in eo quod eſt ſecundum uirtutes uiuere. Hoc igitur eſt finis, & felicitas, & optimum: ac ita felicitas fuerit finis in uſu quodam, & actione. Nam quorum habitus eſt, & uſus, horum uſus & actio finis eſt. Virtus autem animi habitus eſt, ac eſt actio & uſus uirtutum eius. Itaque finis eius fuerit actio, & uſus. Hinc ſequitur, felicitatem eſſe in uiuendo ſecundum uirtutes. Quare, cum ſummum bonum ſit felicitas, & ipſe finis in actione uerſetur, uiuẽdo ſecuodum uirtutes erimus felices, & ſummum bonum habebimus. Atq; ita, cum felicitas perfectum bonum ſit, & finis: & hoc non debet latẽre, hanc etiam in perfecto futuram eſſe. Noo enim eſt in pueso, nec eſt felix puer, ſed in uiro. hic enim perfectus eſt. Nec eſt in tempore imperfecto, ſed in perfecto. Fuerit autem perfectũ hoc tempus, quod homo uiuit. Etenim rectè apud multos dicitur, oportere felicẽ in maxima ętate iudicari: quaſi conueniat perfectum in perfecto eſſe, & in homine. Quòd autem ſit actio, uidere quis & ex hoc poteſt. Si quis enim dormiendo uitam agat, non ſolemus talem ullo modo felicẽ dicere. Viuit quidem hic, ſed non uiuit ſecundũ uirtutes, quod erat actuoſe uiuere. Quod poſthæc iam dicetur, nec ualde uideri poteſt propè ad rem pertinere, nec longè ab ea diſcedere: puta, cum ſit animæ particula, ut uidetur, id quod nutritiuum appellamus: hoc enim ut ſit, conſentaneum eſt rationi. ac ideo uidemus lapides nõ poſſe nutriri: ut ſit manifeſtum, quòd nutriri ſit eorum quæ animam habent. Iam ſi horum eſt, meritò anima ſit eius cauſſa. Verùm nulla cæterarum partium animæ cauſſa fuerit, ut nutriamur, ut quæ aut ratiocinandi, aut iraſcendi, aut adpetendi uim habet: ac aliod præter hæc nullõ aptius nomen habemos, quod huic, de qua loquimur, facultati faciamus, quàm nutriẽdi uim. Cum hæc ſint ita, inquam, quid? aliquis dixerit, utrum & huius animæ partis eſt uirtus? Si enim eſt, patet hanc etiam oportere actuoſam eſſe Nam perfectæ uirtutis actio felicitas eſt. An autem ſit huius rei uirtus, nécne, ad aliam diſputationem pertinet. Quod ſi eſt, non eſt huius actio. Nam

A quorum non eſt impetus, eorum quoque non eſt actio: nec eſt uetiſimile, in iſta particula eſſe impetum, ſed uidetur eſſe igni ſimilis. Etenim quod huic inieceris, coſumet: ſi non inieceris, noo habebit impetum ad prehendendum. Sic habet hæc etiam animæ particula. Si enim alimentum inieceris, alet: ſi non inieceris, non habebit impetum alẽdi. Quapropter nec eſt actio, cuius non eſt impetus. Ac ita nihil agit ſimul hęc particula, quod ad beatitudioem faciat.

ANIMAE IN SVAS FACVLTAtes *diſtributio.* *Caput* V.

POſthac dicendum eſt, quæ ſit uirtus, qoandoquidem felicitas huius eſt actio. Quare ut rem ſimpliciter explicemus, uirtus eſt habitus optimus. Verùm oon ſatis eſt fortaſſe, ita ſimpliciter loqui, ſed clarius deſcribi res debet. Eſt igitur primo de anima dicendum, in qua efficitur uirtus, non quid ſit anima, de qua eſt alia tractatio: ſed ita, ut aliquanto rudius diuidatur. Ac eſt anima, ut aſſerimus, in duas diſſecta partes, in eam quæ ratione prædita eſt, & eam quæ ratione caret. In ea quæ ratione prædita eſt, ſũt prudentia, induſtria, ingenium, indoles, ſapientia, dicendi facilitas, memoria, & ſimilia. Sed in experte rationis parte ſunt ipſæ uirtutes, quę ſic dicuntur: moderatio, iuſticia, fortitudo. & quæcunq; aliæ, quæ ad mores pertinent, uidentur eſſe laudabiles. Nam ob has dicimur digoi laude: ob illas, quę ſuot in parte prædita ratioe, dignus laude nemo dicitur. Nemo enim laudatur nec

B ideo quòd eſt ſapiẽs, nec ideo quòd eſt prudens, nec prorſus propter quicquam taliom rerum, & ne quidem eſſe rationis expertẽ, quatenus uim habet operam daodi, ac dat operam parti quę rationalis eſt. Virtus autem à defectu & exceſſu corrumpitur. Quòd autem defectus & exceſſus corrumpant, ex ijs quæ pertinent ad mores, uideri poteſt. Cæterùm ad obſcura probãda, oportet manifeſtis uti argumentis. Hoc enim ſtatim uiderit quis in exercitijs. Nam ubi multa peraguntur, ſaoitas corrumpitur: ſimiliter, cum pauca Non aliter fit in potu & cibo. Cum enim adhibentur aut nimium, aut parum, fit corruptio ualetudiois: mediocribus autem uſurpatis, & robur conſeruatur, & ualetudo. Sic etiam in temperantia fit, & fortitudine, ac alijs uirtutibus. Nã ſi des aliquem adeò intrepidũ, ut nec Deos metuat, non fortis ille, ſed inſanus eſt. Meticuloſus autem, ſi des omoia timentem. Fortis igitur eſt, qui oeq; omnia, neq; oihil timet. Et hæc tum augeot, tum deſtruunt uirtutem. Etenim uehemẽtes, aut ſoli timores corrumpunt: ſic etiam fit, cum nulli ſunt. Eſt autem fortitudo circa timores. Mediocres itaque timores augent fortitudinem. Iiſdem igitur augetur & corrumpitur fortitudo. paritur enim hoc à timoribus. Ita etiam habent aliæ uirtutes.

IN QVIBVS SIT VIRTVS COL*locata.* *Caput* VI.

PRæterea non ſolùm his uirturem quis definiuerit, ſed etiam dolore ac uoluptate. Propter uolupta-

uoluptatem enim fœda facimus, & propter dolorē à malis abſtinemus. Adeoq; io uniuerſum, non poteſt uirtus accipi ſine dolore ac uoluptatę. Virtus igitur eſt circa uoluptates ac dolores. Et hinc eſt Ethicæ appellatio: ſi conuenit ſic dicere de hac re, or extra inſtitutum ueritas, quomodo habeat, explicetur. cōuenit autem fortaſſe. Mos enim dictus eſt Græcis à conſuetudine, ac Ethica uocatur apud eos à conſueſcendo. Et hoc manifeſtum eſt, nullam uirtutem carentis ratione partia natura in nobis fieri. Vt lapis, ac omnino grauia ſic orta ſunt, ut deorſum ferantur: ſi quis iaciat crebrò, & aſſuefaciat ferri ſorſum, nūquā tamen ſurſum feretur, ſed ſemper deorſum. eodem ſit modo in alijs talibus.

DE TRIBVS ANIMAE FACVLtatibus. Caput VII.

POſthac uolentes dicere quid ſit uirtus, noſſe, quæ ſint ea quæ fiunt in anima, neceſſe eſt. Sunt autem quæ fiunt, hæc: adfectus, facultates, & habitus. Eſt itaq; manifeſtum, horū aliquid eſſe uirtutem. Affectus autem ſunt, ira, timor, odium, deſiderium, æmulatio, miſericordia, cum ſimilibus alijs, quæ ſolent comitari, dolor & uoluptas. Facultates uerò, ex quibus horū patibiles dicimur: ut ex quib. iraſci, dolere, miſereri, & alia facere poſſumos. Habitus præterea ſunt, quib. ad hęc bene habemus, aut malè, ut ad iraſcendum. Si enim ualde iracundè nos habemus, malè habemus ad iram. Hoc igitur mediocriter ſe habet, quod neq; nimium dolet, neque omnino indolenter eſt adfectum. Et cum ſic habemus, bene ſimus adſecti. Similiter, cū ſic habemus ad ſimilia. Quod enim eſt irritabile, ac māſuetum eſt in iræ ac indolentiæ, quæ ad iram ſpectat, medio. Sic habet etiam de arrogantia. Nam iuſto plura ſibi tribuere, ſimulationis eſt: panciora oerò, diſsimulationis. Medietas autem harum eſt ueritas.

DE HABITV. CAP. VIII.

EOdē ſe modo habet res in alijs omnibus. Hoc enim eſt habitus, bene aot malè ad hāc ſe habere. Cæterùm benè aot malè ad hæc ſe habere, eſt adfectum eſſe nec ad exceſſum, oec ad defectum. Eorum igitur, propter quæ laudabiles dicimur, habitus, ad mediocritatē ſpectat: ſecus uerò adfectū eſſe, ad exceſſum & defectū. Propterea, cum ſit uirtus medietas horum adfectuum, adfectus autem ſont aut dolores, aut uoluptates, nō ſine dolore aut ooluptate, uirtus eſt circa uoluptates & dolores: ac eſt hinc id manifeſtum. Verùm ſunt & alij adfectus, ut uideri alicui poteſt, quorū uiciū non eſt in exceſſu, & defectu aliquo: ut adulterium, & adulter non eſt magis qui liberas corrūpit, ſed & hoc, & ſi quid eſt allud huius generis, ad uoluptatem, quam parit intemperauria, pertioet: uel etiā id quod reprehenſionem habet ex defecto, aut exceſſu.

QVID MEDIETATI OPPOnatur. Cap. IX.

POſthac ergo fortaſſe neceſſariū erit, ut exponatur, quid repugnet medietati, exceſſus ne,

A an defectus. Nam eſt nonnullis medijs aduerſarium defectus, nonnullis exceſſus. Vt fortitudini eſt, non temeritas exceſſus, ſed timiditas defectus: temperantiæ uerò, quę medietas eſt intemperaotiæ ac ſtuporis, qui eſt circa uoluptates, nō uidetur eſſe cootrarium ſtupor, qui defectus eſt, ſed intēperantia, quę eſt exceſſus. At ambo ſunt, & exceſſus & defectus, medietati cōtraria. Medietas enim eſt exceſſu uelut pauperior, & opulentior defectu. Propterea luxu perditi, liberales uocaot illiberales: illiberales uerò, liberales uocant luxu perditos. Et temerarij ac præcipites, uocant fortes meticuloſos: meticuloſi autē, fortes, præcipites & inſanos. Ob duas autē cauſſas uideri poſſumus opponere medietati exceſſum & defectum. Aut enim ex re ipſa inquirunt, utrū ſit propinquius, aut remotius medij: ueluti liberalitati, utrū ſit luxus an illiberalitas remotius. Magis autem uideatur liberalitas luxus, quàm illiberalitas. remotius igitur eſt illiberalitas. Iam quæ plus à medio diſtant, aduerſantiora eſſe uideātur. Ex re ipſa itaq; uidetur magis aduerſari. Eſt & aliter. Vt ea magis repugnant, ad quæ magis natura ſumus inclinati. Exempli gratia: oatura magis inclinati ſumus ad hoc, ut ſimus ad quędam intemperantes, aut moderati. Facilius autē ſit ad ea, quorū ſtudium eſt nobiſcū natū, acceſſio. Ad quę autem facilior eſt acceſsio, magis ea ſunt contraria. Nuoc autem facilius addimus ad intemperaotiam quàm ad moderationē. Quare aduerſantiua fuerit medietati exceſſus. eſt enim exceſſus, intemperantia, temperantiæ. Videndū

B igitur eſt, quid ſit uirtus, cū uideatur eſſe medietas quædā. Neceſſum itaq; fuerit, eum qui futurus eſt in opinione ob mores, obſeruare medietatem uniuſcuiuſq; adfectus. Atq; ita opus eſt, & labor, honeſtum eſſe. In ſingulis enim rebus medium attingere, laborioſum eſt. ot circulum deſcribere, cuiuslibet eſt: medium autem, quod eſt in eo, reperire difficile. Similiter etiam iraſci, eſt facilè: quod autem hoic aduerſarium eſt, mediū tenere, difficile. Adeoq; ſimpliciter in unoquoq; adfectuum uidere id, quo medium continetur, eſt facilè: ſed mediō tenere, unde laudamur, difficile. Ac ideo rarum eſt honeſtum. Poſtquā ergo dictum eſt de oirtute, oidendum fuerit etiam, utrum poſsit nobis contingere, an oon. At nō eſt, ut Socrates dixit, in noſtra poteſtate, bonos eſſe, aut malos. Nā ſi quis ioterrogauerit qoemcūq;, utrom uelit eſſe, iuſtúsne, an iniuſtus: oemo reſpooderit, ſe malle iniuſticiā. Ita res de fortitudine ac timiditate habet, adeoq; ſemper ſimiliter plaoè de alijs uirtutibus. Hinc patet, ſi qui mali ſuot, nō eſſe uolentes malos. Igitur & hoc patet, non eſſe bonos uolentes. Hæc autem oratio nō eſt uera. Cur enim legiſlator non permittit facere turpia, pulchra uerò & honeſta iubet: ac pœnā conſtituit, ſi quis turpia faciat, aut non faciat honeſta? Fuerit autem abſurdum, ea legibus conſtituere, quæ facere noo ſuot ooſtræ poteſtatis. Verùm, ot uidetur, in noſtra poteſtate eſt, booia aut malis eſſe. præterea teſtantur hoc & laudes & uituperationes, quibus utimor. Virtuti enim laus triboitur, uicio uituperatio. Laus uerò, & uituperatio, non conuenit iouitis. Manifeſtū igitur eſt,

& ſic eſſe poſitum in nobis, & honeſta & turpia facere. Vtuntur etiã tali quadam collatione, qui demonſtrare uolunt, non eſſe uoluntariũ. Quãobrem, aiunt, cum ægrotamus, aut ſumus deformes, nemo nos tales reprehendit? hoc autem uerum non eſt. Reprehendimus enim etiam tales, quando ipſos putamus in cauſſa eſſe, cur ægrotent, aut malè habeãt corpore, quaſi & hic ſit uoluntarium. Videtur autem & uirtus & uiciũ uoluntarium eſſe.

QVALIA SVNT PRINCIPIA, *talia eſſe omnia quæ ex eis producuntur.*

Caput X.

PORrò & hinc aliquis hoc deprehendat lucidius. Omnis enim natura uim talem ſubſtãtiam generandi habet, qualis ipſa eſt: ut ſtirpes, & animantia. uim enim generandi utrunq; habet: uim autem eã ex principijs, ut arbor è ſemine. hoc enim principium quoddã eſt. Quod autem eſt poſt principium, ſic habet. Quomodo principia ſe habẽt, ita meritò ſe habent & ea quę ſunt ex principijs. Et hoc eſt clarius perſpicere in ijs, quæ ad Geometriam pertinent. Iſthic etenim, ut principia, cum aliqua ſumuntur, habent, ita ſe habent & quæ principia ſequuntur: ut, ſi triangulum habet duobus rectis angulos ęquales, & quadrangulum angulis quatuor, tibi mutatum fuerit triangulum, unà mutatum etiã erit quadrangulum. reciprocant enim. Quòd ſi quadrangulum non habet æquales quatuor angulis rectis, nec triangulum habebit duobus rectis æquales.

QVOD HOMINIS SOLIVS SIT *agere.*

Caput XI.

ITaq; ſic prorſus, ut in his, etiam in homine habet. Cum enim homo ſit quiddam, quod generandæ ſubſtãtiæ uim habet, ex quibuſdam id principijs, & quibuſdam actionibus eſt. Quid enim eſſet aliud? nihil enim agere dicimus, neq; inanimatorum, neq; animatorum, præter hominem. Eſt igitur manifeſtũ, quòd homo generandarum actionum uim habet. Ac ita, cum uideamus trãſmutari actiones, & nequaquam eadem agamus: fiant autem actiones ex quibuſdã principijs: manifeſtum eſt, cum & actiones mutentur, etiam actionum principia tranſmutari, quẽadmodum in Geometria diximus tranſmutari. Cæterùm principium actionis & honeſtæ & turpis, eſt propoſitum, & uoluntas: adeoq; totũ id, quod eſt ſecundum rationẽ. Patet igitur & ipſas mutari. mutamur enim & actionibus uolentes: itaq; principium etiam, & propoſitum. Siquidẽ à uolentibus mutatur. Patet igitur, ſitum eſſe in nobis, malos eſſe, aut bonos. Dicat aliquis fortaſſe, cum in mea poteſtate ſit, iuſtum eſſe, & iniuſtum, ero, ſi uoluero, iuſtiſsimus omnium. Hoc non eſt poſsibile. Quamobrem? quia nec in corpore hoc ſit. Non enim, ſi quis uelit curam agere corporis, habebit etiam corpus optimè conſtitutum. Non enim oportet ſolum curam adhiberi, ſed etiam natura corpus fieri pulchrum, & firmum. Melius itaq; ſic habebit corpus, non autẽ optimè omnium. Similiter accipi res debet de

A anima. Non enim erit, qui proponet eſſe, honeſtiſsimus, niſi natura ſingulariter iuuet. Melior tamen erit.

DE APPETITVS TRIBVS GE- *neribus*

Caput XII.

CVm igitur ſit noſtræ poteſtatis honeſtum eſſe, neceſſariũ uidetur poſthæc diſſerere de uolũtario, quidnã ſit. Hoc enim eſt, uoluntariũ dico, pręcipuum in uirtute. Poteſt autem id ſimpliciter dici, quod agimus ita, ut non cogamur. Sed eſt fortaſſe lucidius de ipſo explicandum. Eſt igitur circa id quod agimus, adpetitio, cuius ſunt tres formæ: cupiditas, impetus animi, & uoluntas. Primùm actio, quæ in cupiditate eſt, uideri debet, ſitne uoluntarium, an cõtrà pugnãs cũ uoluntate: ut ſi uideatur, id quod non ſpontè ſit, nõ eſſe de quo poſsit quæri, propter quid ſit, & unde ſit, cum agamus ita, ut cogamur, quæcunq; nolentes agimus: dolor autẽ ſequitur omnia quæ fiunt ex neceſsitate, ac uoluptas ea quæ agunt per cupiditatem. Sic ita quæ non fuerint, quæ per cupiditatem aguntur, pugnantia cum uoluntate, ſed ex ea proficiſcantur. Sed alia ratio, quæ incontinentiam comitatur, huic repugnat. Nemo enim, inquiunt, uolens, agit mala, quæ ſcit eſſe mala. Incontinens autem, ſciens mala eſſe quæ facit, ea tamen facit, & quidem per cupiditatem facit: non igitur uolens, ac ita ut cogatur. Sed occurret hic eadẽ ratio. Quæ fiunt ſecundum cupiditatem, non fiunt ex neceſſitate. Sequitur enim uoluptas cupiditatẽ: quęq;

B fiunt cum uoluptate, non fiunt ex neceſsitate. Aliter etiam hoc poterit fieri manifeſtum, quòd incontinens agat uolens. Qui enim facit iniuſtè, uolens facit: incontinentes autem ſunt iniuſti, & faciunt iniuſtè. Quare incontinens agat incõtinenter ſua ſpontè.

SOCRATICA ARGVMENTA- *tio de continenti & incõtinenti.*

Cap. XIII.

SEd iterum aduerſatur alia ratio, qua dicitur non eſſe, quod ſponte fiat. Nã cõtinens agit uolens, quæ pertinent ad cõtinentiã: ſiquidẽ laudatur. Laudamur aũt in ijs, quę fiunt à uolentibus. Nunc ſi, quod ſecundũ cupiditatẽ agitur, à uolẽtib. agitur, quod agitur cõtra cupiditatẽ, agitur à nolentibus. Continens uerò cõtra cupiditatẽ agit: non igitur cõtinens uolens continẽs fuerit. Nónne uidetur? nónne ergo id quod ſecundum cupiditatẽ eſt, ex uoluntate proficiſcitur? Sic res etiam habet de impetu animi. Congruũt enim eædẽ rationes, quę cõtra cupiditatẽ cõgruunt. Patiũr itaq; dubitationẽ. poteſt enim eſſe incõtinens & cõtinẽs irę. Cæterùm uolũtas ex hac appetitionũ diuiſione teſtat excutiẽda, liberáne ſit, ac ſpõte agat, nécne. Verùm incõtinẽtes, ad quæ incitatione animi feruntur, ea tunc adpetunt, cũ ita feruntur. Agunt igitur incõtinẽtes mala ſpontè. Volens aũt nemo agit mala, dũ ſcit eſſe mala: incõtinens uerò, dũ ſcit eſſe mala, uolens agit mala: nõ ergo uolens agit, ac ita nec uolũtas eſt uolũtatis. Sed hęc ratio tollit intẽperantiã, & incõtinentẽ. Si enim eſt nõ uolens, nõ eſt uituperãdus. Verùm eſt incõtinens reprehẽdendus.

dendus. Volens igitur eſt incontinens. Atq; ita A uoluntas eſt uoluntarium.

DE VIOLENTO ET NECESſario. Caput XIIII.

CVm itaq; rationes quædã pugnantes appareant, clarius dicendum eſt de uoluntario: prius autem explicandum fuerit de ui & neceſsitate. Vis enim eſt in carentibus anima. Singulis inanimatorum datus eſt cõueniens locus: ut igni ſuperior, terræ inferior. Eſt quidẽ & lapidẽ cogere, ut moueatur ſurſum: eſt & ignẽ, ut deorſum. eſt etiam animans cogere, ut equũ rectà currentẽ cohibendo reflectere. In quibuſcunq; igitur cauſa faciendi aliquid aut contra naturam, aut præter ea quæ uolunt, foris eſt, dicimus eos cogi: ſi hoc faciãt, facere. In quib. ipſis cauſſa eſt, hos non itẽ cogi dicimus. Sin minus, incontinens contradicet, & negabit ſe malũ eſſe. Nam ſe cogi dicet à cupiditate, agere turpia. Sic itaq; nobis definitum ſit uiolentũ, extra quæ cauſſa eſt, à qua coguntur agere ui. Intra quæ autem ipſa eſt cauſſa, non ui illa fiunt. Eſt etiam de neceſsitate, & neceſſario diſſerendum. Neceſſarium autem non omnino eſſe, neq; in omni dicendum eſt, ut ſunt ea quæ facimus uoluptatis gratia. Nã ſi quis dicat, à uoluptate ſum coactus amici uxorem uiolare, abſurdum fuerit, cũ neceſſarium non ſit ubiq;, ſed in ijs quæ ſunt foris: ut ſi quis lædatur, comparans interim aliud maius ex rebus. Exempli cauſa, coactus ſum contentius ire in agrum. ſi enim hoc non feciſſem, quæ ſunt in agro, perdita inueniſſem. In his igitur eſt B neceſſarium.

QVOTVPLICITER INVITVM & uoluntarium. Cap. XV.

CVm autem, quod ſpontè fit, non ſit in aliquo impetu: reliquum fuerit, quòd ex animi ſententia proficiſcitur. Quod enim fit contra uoluntatẽ, eſt id quod neceſsitate fit, aut ui, & quod (hoc tertium eſt) non fit conſideratè. Patet hoc ex ijs quæ fiunt. Quãdo enim quis pulſauit quem, aut occidit, aut ſimile quid fecit, nullo modo re prius apud animum cogitata, nolentem dicimus feciſſe: quaſi, quod fit ſponte, ſit in eo, quod eſt apud animum cogitauiſſe. Vt olim, aiunt, mulierem quandam cuidam potionẽ dediſſe amatoriam, deinde hominem eſſe mortuum ex ea potione: muliereulam uerò euaſiſſe in Ariopago, non præſentẽ. Ac ob nullam cauſſam aliam abſoluerunt eam, quàm quòd non ex prouidentia dediſſet. nam dederat ex amore: ſed aberrauit à propoſito. propterea nõ uidetur ſpõtè factum eſſe, quòd eam potionem dederit ſine animo perdendi. Cadit igitur hic ſpontè factum in id, quod fit ex animi ſententia.

DE PROPOSITO, ET ANIMI ſententia. Caput XVI.

REliquum eſt iam, ut explicemus de propoſito, ſeu delectu, ſit ne adpetitio, nécne. Adpetitio quidẽ & in carentibus ratione animantibus oritur: propoſitum uerò non oritur. Eſt enim propoſitum rationi coniunctum, & ratio nullorum aliorum animantium eſt. Nõ itaq; fuerit adpetitio, ſed uoluntas aut ne hoc eſt quidem. Voluntas enim & impoſsibiliũ eſt: ut immortales uolumus eſſe, nõ etiam proponimus. præterea non eſt ultimi, ſeu finis propoſitum, ſed eorum quæ deſtinata ſunt ad finem: ut nemo ex deliberatione proponit bene ualere, ſed ita proponimus ad conſequendam bonam ualetudinẽ obambulare, currere. Volumus autem fines: nolumus enim bene ualere. Patet igitur & ſic, non idem eſſe uoluntatem, & propoſitum. Sed uidetur propoſitum habere ita, ut & nomen eius habet. nam aliud præ alio deligimus, quod etiam proponere dicimus: ut, quod eſt optimum, præ deteriori, quod eſt in deliberatione. In hoc proponere, ſeu deligere uideatur eſſe propriè. Cum igitur propoſitum horum nihil ſit, eſt id quod ſecundum intellectionem conſiſtit in delectu: aut nõ hoc etiã, quòd multa intelligamus, & probemus apud animum. Igitur ea quæ intelligimus, proponimus etiam, aut non proponimus. Sæpè enim percipimus, quæ ſunt apud Indos, non tamen etiam proponimus. Non igitur eſt nec intellectio propoſitum. Quia uerò nullum horũ ſeorſum eſt propoſitum, ſunt autem hæc in anima, quiddam ex his coniunctis propoſitum eſſe neceſſe eſt. Et cum, ut dictum eſt antea, propoſitũ ſit eorum bonorum quæ ad finem pertinent, & non ipſius finis, ac eorum quę ſunt poteſtatis noſtræ, quæq; in contradictione uerſantur, hoc ne an illud ſit eligendum, patet intelligenda eſſe prius, & de ipſis conſultandum. poſtea quando, B perpenſis rebus, fuerit à nobis comprehenſum, quod eſt melius, impetus quidem ita eſt agendi. Et hoc ſanè cum agimus, ex propoſito agere uidemur. Quare, ſi propoſitum eſt adpetitio, quæ deliberandi uim habet cum intellectione, id de quo deliberari poteſt, non eſt uoluntariũ: ſiquidem uolentes multa facimus antè, quàm intelligimus, aut conſultemus: ut ſedemus, & ſurgimus, & alia multa ſimilia peragimus uolentes quidem, ſed abſq; meditatione. Quod igitur ſpõtè ſit, non ſit conſultò: ſed contrà, quod ſit conſultò, ſpontè ſit. Nã ſi quid proponamus agere, deliberatè uolentes agimus. Videntur etiam quidã pauci legumlatores, factum ſpontè, ac deliberatè factum, inter ſe diſcernere: ut, quæ ſint diuerſa, cum pœnas minores conſtituunt ijs qui agũt uolentes, quàm ijs qui conſultò agunt. Eſt igitur propoſitum in agendis, & ijs quidem quę & facere & nõ facere, hoc aut illo modo noſtrę poteſtatis eſt, & in quib. habere poteſt cauſſa. Cauſſa uerò non eſt ſimplex. nam in Geometria, cum dicit aliquis quadrangulũ habere ſuos quatuor angulis rectis pares, ac roget, ob quã id cauſſam: quòd inquit, & triangulum habeat ſuos duobus rectis pares. In talibus igitur cauſſam de principijs definitè ſumpſerunt: in agendis uerò, in quibus eſt delectus, non item, cũ nulla certa ſit cauſſa, & quando quærit quis, Ob quam rem hoc feciſti? quòd non aliter potuerit, aut quia melius erat ſic fieri ex ijs quę accidunt, reſpondetur: ubi adparet eſſe melius, ibi deligit, ac ob ſimiles cauſſas. In talibus igitur conſultatur, quomodo conueniat, non etiam in ſcientijs. Nemo enim con-

ſultat, quomodo conueniat Archidis nomen ſcribere. Non committitur itaq; peccatum in ſenſu, uerùm in ſcribẽdi actione. In quibus enim error non eſt in ſcientia, de his etiã non conſultarut: ſed in quibus iam incertum eſt, quomodo fieri oporteat, in ijs errari poteſt. Eſt autem in agẽdis incertũ, & in quibus duplex error eſt. Erramus enim in agendis, & in ijs quæ ad uirtutes pertinent ſimiliter. Nam etſi uirtutem attingimus cogitando, in ulijs tamen quæ ducunt ad eam erramus. Eſt enim error & in defectu, & in exceſſu. Ad horum autem utrunq; ferimur propter uoluptatem & dolorem. Nam propter uoluptatem inhoneſta facimus, & mala, fugimus honeſta ut uitemus dolorem. Præterea non talis eſt ſententia, qualis eſt ſenſus. Viſu enim aliud nihil fieri poteſt, niſi uideri: nec auditu aliud, niſi audiri. Similiter nec deliberamus, utrum audiendũ ſit auditu, an uidendum. Non autem ſic habet ſententia, ſed hoc agere, quod agit, poteſt: & alia propterea, quòd iam adeſt ipſum uelle. Quamobrẽ peccatum eſt in electione bonorum, nõ circa fines. In his enim conſentiunt omnes: ut ſanitatẽ, quod ſit bonum: ſed non ea quæ fini conueniũt. Exempli gratia: quando quæritur, proſit ne ualetudini hoc cibo uti, an obſit. Maximè autem faciunt uoluptas & dolor in bis, ut erretur. Hanc enim fugimus, illam captamus.

DE VIRTVTIS EFFECTV, AD *finem ne, an ad ea quibus finem aſſequimur, referatur.* *Caput* XVII.

POſtquam igitur explicatum eſt, in quo error, & quomodo ſit: reſtat ut explicetur, ad quid iam ſe uirtus dirigat, num ad finem, an ad ea quæ faciunt ad finem, hoc modo: ad honeſtum ne, an ad ea quæ pertinẽt ad honeſtũ. Quomodo quidem habent res de ſcientia, quando quæritur, ædificatoriæ ne ſit finem rectè proponere, an ea quæ pertinent ad finem perſpicere. Si enim proponit rectè, ut pulchram domum facere, nec ea quæ huc ſpectant, aliquis alius inueniet, & ſubminiſtrabit, niſi ædificator. Sic etiam in alijs omnibus ſcientijs ſit. Similiter igitur uideri poteſt & in uirtute res habere, puta magis ad eam ſpectare, ſcopum ad conuenientem finem rectè proponere, quàm ad finẽ pertinẽtia: quæq; hunc afferent, alius nemo ſuppeditabit ac inueniet, quibus ad eam opus eſt: ac eſt rationi conſentaneum, ualere uirtutem ad illum proponendum. In quibus eſt principiũ ſummi boni, faciendi uim, & proponendi, horũm unumquodq; habet. Nihil autem eſt uirtute melius. nam huius cauſſa & alia ſunt, & in hãc principium refertur: & ſunt huius boni gratia magis ea quæ ad illum pertinent: finis autem principio cuidam eſt ſimilis, à cuius cauſa eſt unumquodq;. Sed hæc tamẽ aliquouſq;. Manifeſtũ igitur erit de uirtute, cum ſit optima cauſſa, quòd magis dirigat ſe ad finẽ, q̃ ad ea quæ fini conſequãdæ proſunt. huius uerò finis eſt honeſtus. Ad hoc igitur dirigit ſe uirtus potius, quàm ad ea quæ ſunt propter finẽ: tametſi & hæc ad illam pertinent. ſed omnino uidetur abſurdum. In arte pingendi enim fortaſſe poteſt eſſe bonus imitator, nõ tamen laudetur, niſi

A poſito ſcopo, imitetur quàm optimè: quàro magis uirtutis eſt hoc per omnia, proponere, honeſtum? Quã ob cauſſam igitur aliquis dicat? prius enim diximus, actionem eſſe meliorem ipſa uirtute: nunc autem, non id ex quo eſt actio, tribuimus uirtuti, ut honeſtius, ſed in quo nõ eſt actio. Fateor. Quin & iam hoc dicimus. Nihilo minus tamẽn aſſerimus, actionem eſſe habitu meliorã. Nam cæteri homines, cum uident honeſtum, iudicant eum ex eo quod agit: ſiquidem nõ poteſt fieri, ut pateſiat uniuſcuiuſq; propoſitum, quod habet, cum alioqui, ſi, qualis eſſet cuiuſq; ſententia de honeſto, cerni poſſet, uideri etiam poterit abſq; actione honeſtus eſſe. Verùm quia ſuprà obiter medietates qualdã recitauimus, in ſequẽtib. tractãdũ erit, circa quos adſectus uerſentur.

DE FORTITVDINE. *Caput* XVIII.

CVm itaq; ſit fortitudo in fidocijs & timoribus, inueſtigari debet, in qualibus nã illis uerſetur. Nũ igitur, ſi quis metuat, ne iacturam faciat facultatum, is eſt meticuloſus: ſi quis autem in hoc fidat, fortis, an non? Similiter ſi quis tantum uel timeat, uel fidat, nec meticuloſum alterum eſſe, nec alterum fortem dicendum eſt? Non eſt itaq; in talibus timoribus & fidocijs fortitudo. Quinimò nec in talibus, cum aliquis nõ timet tonitrua, fulmina, aut quid aliud quod eſt ex ijs quæ ſupra hominem ſunt terribilia, nõ eſt fortis, ſed inſanit. Quare in timendo, & fidendo eſt fortis, ut hęc in hominem cadunt: hoc eſt, B quæ reliqui homines timẽt, aut plurimi, aut omnes, qui firmo in his animo eſt, hic eſt fortis. Cũ hæc ita ſint pertractata, uidendum eſt, quia ſunt fortes in multis rebus, cuiuſmodi ſit qui fortis eſt. Non eſt fortis per experientiam, ut ſunt milites. Hi enim ſciunt per experientiam, in tali aut loco, aut tempore, aut ſic inſtructũ non poſſe lædi. Qui autem hæc nouit, aut propterea ſuſtinet impetum hoſtium, non eſt fortis. Nã ſi nihil boni eſſet, non ſuſtineret. Igitur experti non ſunt dicendi fortes: nec Socrates rectè dixit, fortitudinem ſcientiam eſſe dicens. Fit enim ſcientia, quando ex conſuetudine comparatur experientia. Qui autem ſuſtinent edocti experientia, non dicimus, nec alij dicunt, eſſe fortes. Non igitur ſciẽtia fuerit fortitudo. Præterea ſunt fortes, qui ſunt ex eo quod eſt experientiæ contrarium. Inexperti enim futurorum, non timent: quia deeſt eis experientia. Quare nec ij dicendi ſunt fortes. Inſuper ſunt etiam alij, qui fortes uidentur eſſe ob affectus: puta qui amãt, aut ſunt fanatici. nec ſanè hos dicendum eſt eſſe fortes. Quãdo enim leuati fuerint hoc morbo animi, non ſunt amplius fortes. Oportet enim ſemper eſſe fortem. Propterea nec beſtias, ut ſues, dixerit aliquis fortes, quòd ſe ulciſcuntur, cum affecti fuerint dolore. Non decet autem fortem ex adſectu fortem eſſe. Porrò eſt alia fortitudo, ac uidetur eſſe ciuilis, hoc modo: cum pudore ciuium ducti, pericula ſuſtinent, & uidentur eſſe fortes. Huius autem ſignum eſt. Homerus etenim fecit Hectorem dicentem:

Polydamas primus non me reprehendere parcet.

Propterea

Propterea cenſet pugnandum eſſe. Hanc e-
tiam non eſt dicendum eſſe fortitudinem. Ea-
dem his omnibus enim deſcriptio congruet: ſi-
quidem ubi, cum aliquid aufertur, nõ remanat
fortitudo, non amplius fuerit fortis. Quare, ſi a-
demero pudorem, qua erat fortis, non amplius
eſt fortis. Præterea ſunt & aliter fortes, ut qui-
dem uidentur, qui ſperant, aut expectant bonũ
aliquod: ſed hos etiam non decet adpellari for-
tes. Cum itaq; tales, ac in iſtiuſmodi rebus for-
tes adpellare ſit abſurdum, nemo taliũ, hoc eſt,
quomodocunq; fortis, ponendus eſt eſſe fortis:
& inquiri debet, quis nam ſit fortis. Vt autem
ſimpliciter exponamus rem, qui propter nihil
eorum de quibus eſt dictum, ſed quia putat eſſe
pulchrum, eſt fortis, quiq; facit hoc, ſiue adſit a-
liquis, ſiue non adſit, uerè fortis eſt: nec omni-
no ſine adfectu & impetu efficitur in homini-
bus fortitudo. Cæterùm oportet impetum pro
ficiſci ex ratione, propter honeſtatem. Quapro-
pter qui ratione duce honeſti cauſa non refugit
pericula, & hoc intrepidus, fortis eſt, ac fortitu-
do circa hæc uerſatur. Intrepidum autem non
talem uolo, qualis eſt fortis, quando accidit ei
ut nihil omnino timeat. Nam is non eſt fortis,
cui in uniuerſum nihil eſt formidabile. Sic enim
& lapis, & alia, quibus non eſt anima, eſſent for
tia. Verùm timere quidem conuenit, ſed perfer
re. Si enim contrà, qui nihil metuit, perficiat, nõ
eſt fortis. Inſuper uerò etiã, ut ſuprà docuimus
de timoribus & periculis, non omnes qui me-
tuunt, fortes erunt, ſed qui facultates non con-
temnunt. Deinde nec in quouis & omni tem-
pore, ſed in quo timores & pericula ſunt pluri-
ma. Si quis enim, quæ imminent in decimum
annum pericula non formidet, quomodo erit
fortis? ſiquidẽ nonnulli fidunt propterea, quòd
longè abſunt à periculo: ubi autem uicini ſunt
periculo, metu exanimantur. Fortitudo igitur
& fortis, ita ſe habent.

DE TEMPERANTIA.
Caput XIX.

TEmperãtia uerò medietas eſt inter intem
perantiam & ſtuporem, quæ eſt circa uolu-
ptates. Eſt enim temperantia, & planè om
nis uirtus, optimus habitus. Iam optimus habi
tus optimi eſt. Optimum uerò, medium eſt in-
ter exceſſum & defectum. Nam in utroq; repre
henditur, in exceſſu & defecto. Cum itaq; me-
dium ſit optimum, temperantia medietas qui-
dam fuerit inter intemperantiam & ſtuporem:
certè horum poteſt medium eſſe. Temperantia
uerò circa uoluptates & dolores uerſatur, etſi
non omnes, nec eos qui ſunt in omnibus rebus.
Non enim, ſi quis delectatur inſpiciens picturã,
aut ſtatuam, aut iſtiuſmodi rerum aliquã aliam,
intemperans etiam eſt propterea. Similiter nec
ex auditu, aut odoratu: ſed in ijs uoluptatibus,
quæ tactu & guſtatu percipiuntur, intempatan
tia. Nec uerò ſic erga iſtas habebit temperans,
ut prorſus à nulla talium uoluptatũ quicquam
adficiatur: talis enim ſtupidus eſſet: uerùm, qui
quidem afficitur, ſed non rapitur ita, ut his ni-
mium fruendo reliqua omnia paruipendat, &

A quidem agit honeſti gratia, non propter aliud,
hic eſt temperans. Quiſquis enim ab exceſſu ta-
lium uoluptatũ abſtinet, uel metu, uel ob aliud
quid ſimile, non eſt temperans: cum reliquis a-
nimantibus non tribuamus temperantiã, præ-
ter hominem, propterea quòd non eſt in ijs ra-
tio, qua diſcernentes honeſtum expetant.

DE MANSVETVDINE.
Caput XX.

HVic autẽ explicationi proximũ eſt, expli
care de manſuetudine, quid ſit, & in qui-
bus nam uerſetur. Eſt igitur mãſuetudo
medium intra iracundiã, & in hac re languorẽ.
Ac omnino ſanè uidentur uirtutes medietates
quædam eſſe. Quòd aũt ita ſit, etiam hoc modo
quis probauerit. Si enim in medietate eſt opti-
mum, uirtus aũt eſt optimus habitus, & mediũ
optimũ eſt bonum, uirtus fuerit medium. Pare-
bit hoc magis & ſingulatim rem expendẽtibus.
Cũ enim ſit iracundus, qui omni, & per omnia,
& omnibus modis iraſcitur, ac talis in reprehen
ſione ſit (non enim iraſci nec omni decet, nec in
omnibus, nec omnibus modis, nec ſemper) nec
etiam contra ſic adfectũ eſſe conueniat, ut nulli
unquã iraſcatur quis (etenim hic dignus eſt re-
prehenſione, ac indolens) cum inquam in repre
henſione ſit, & qui exceſſu, & qui defecto labo-
rat, medius horum fuerit manſuetus, ac dignus
laude. Nec enim qui parum, nec etiam qui ni-
mium iraſcitur, poteſt laudari: ſed qui mediocri
ter ad hæc ſe habet, hic eſt manſuetus: & man-
B ſuetudo medium fuerit in his affectibus.

DE LIBERALITATE ET
auaritia. *Cap.* XXI.

POrrò liberalitas medium eſt inter prodiga
litatem & illiberalitatẽ. Iſtiuſmodi autem
affectus ad opes & facultates pertinent.
Prodigus enim eſt qui ſumptus facit, in quæ nõ
debet, & plura quàm decet, & quando non de-
cet. Illiberalis uerò, qui huic aduerſatur, eſt, qui
non impendit, in quæ conueniebat impendi, &
quantum, & quando conueniebat. Ac ambo hi
ſunt uituperandi: & horũ alter ex defectu, alter
ex redundantia. Liberalis itaq;, ſiquidẽ eſt lau-
dandus, inter hos medius fuerit. Quis igitur eſt
qui exponit, ubi eſt exponendũ, in quæ, & quan
tum, & quando eſt exponendũ? Sunt etiam illi-
beralitatis multæ ſpecies, eũ alios ueſpas quaſ-
dã, alios cumini ſectores, alios turpilucriones,
alios paruilegos (ut ſic dicam ad Græcorũ for-
mam) appellent. hi omnes in illiberalitatem in
cidunt. Malum enim eſt multarum formarũ, bo
num autẽ unius tantũ: ut ſanitas eſt quiddam
ſimplex, morbus multiplex. Simili modo uir-
tus eſt ſimplex, uicium autem habet multas for
mas. Nam hi omnes in facultatũ uſu repreben-
di poſſunt. Vtrum igitur eſt liberalis poſsidere
opes, & cõparare, an non? Alterius enim uirtu-
tis nullius eſt, hæc ambo facere. Nam & fortitu
dinis arma facere nõ eſt, ſed alterius cuiuſdam:
huius uerò, ubi acceperit, his uti rectè. Sic etiam
de tẽperãtia res habet, ac alijs. Nec ergo eſt libe
ralitatis parare facultates: ſed ea res peculiarẽ ha
bet artẽ, quæ à quærendis opibus nomẽ habet.

DE MAGNANIMITATE. *Caput* XXII.

MAgnanimitas eſt medietas elationis, & deiectionis animi. Verſatur autem in bonore, ac ignominia: & honore quidẽ non eo, quo multi adficiunt, ſed quo adficiunt boni, & hoc meritò. Nam boni, qui norunt, & rectè iudicant, honorem habebunt. Igitur uolet, qui magnanimus eſt, à ſcientibus, honore dignum eſſe, honorari. Nec enim circa honorem quemlibet, ſed circa optimũ, id etiam bonum, quod eſt honorandum, & ordinem habet ex principio, uerſatur. Porrò qui ſunt deſpicabiles, & putidi, magnis autem ſe dignos putant, ac honorari præterea debere, ſunt elati animis: qui autem ſe minoris faciunt, quàm eis conuenit, puſillanimi. Eſt ergo medius horũ, qui nõ minori honore quàm eſt par, ſe dignum iudicat, & nec maiore quàm dignus eſt, nec omni: ac is eſt magnanimus. Conſtat igitur, magnanimitatem eſſe medietatem inter elationem animi, & puſillanimitatem.

DE MAGNIFICENTIA. *Caput* XXIII.

POrrò magnificentia mediocritas eſt, inter largitionem & ſordes. Verſatur autem circa ſumptus hæc uirtus, quos fieri conuenit ex decoro. Quiſquis igitur ſumptus facit ubi nõ oportet, largitor eſt: ut ſi quis uulgares cõuiuas tractet, ut uocatos ad nuptias, largitor eſt. Nam talis eſt, qui ſuam copiam eo tempore, quo non decet hoc facere, oſtentat. Sordidus autẽ, illius aduerſarius, qui ſumptus, non ubi eſt opus, faciet, aut potius non facit, hoc modo: ſi nuptijs, aut ludorũ gubernationi parcè impendat, non pro dignitate, ſordidus eſt ille. Cæterùm eſt magnificentia nota, & ex nomine ſuo, cum ſit eiuſmodi, qualem dicimus. Cum enim congruat, quod magnum eſt, in opportuno tempore, rectè nomen datum eſt magnificentiæ. Fuerit itaque magnificentia, cum ſit laudabilis, medietas inter exceſſum & defectum in ſumptibus ijs, qui rebus conueniunt. Quibuſdam autẽ ſunt, ut putant, plures magnificentiæ: cuiuſmodi eſt, cum dicunt, magnificè ambulauit, ac ſimiles aliæ magnificentię, quæ per tranſlationem ſic dicuntur, non propriè. Non eſt enim in his magnificentia, ſed in ijs, in quibus dixi eſſe.

B

DE INDIGNATIONE. *Caput* XXIIII.

INdignatio deinde medietas eſt, inter inuidiã & gaudium propter mala. Nam hæc ambo digna ſunt reprehenſione. Indignabundus autem laude: ac eſt indignatio dolor, qui propter bona, quibus indignus eis præditus eſt, capitur. Indignabundus igitur eſt, qui facilè in his rebus dolet: ac idem contrà etiã dolebit, ubi malè habere aliquem indignum uidebit. Talis igitur eſt indignatio fortaſſe, ac talis indignabundus. Verùm inuidus huic eſt contrarius. Omnino enim ſiue quis dignus fuerit, ſiue non fuerit proſpero ſtatu rerum, dolebit. Similiter, ut ille, gaudens,

A propter mala uoluptate afficietur, cum alius malè habebit: dignus fuerit, an ſecus, nihil curans. Indignabundus non item, ſed medietas quædã eſt horum.

DE GRAVITATE SIVE HVmanitate. *Caput* XXV.

HVmanitas eſt medium inter inhumanitatem, & placendi ſtudium. Verſatur autem in cõgreſsibus. Eſt enim inhumanus, qui neminem conuenit, & cum nemine conſuetudinem habet. Sed uidetur ei nomen à maioribus impoſitum eſſe. nam Græcis *αὐθάδης*, eſt *αὐτοάδης* quiſpiam, ab eo quòd ſibijpſi placeat. Studioſus aut placẽdi eſt is, qui ſine delectu uerſatur apud omnes, modis omnibus, ac ubiq;. Neuter igitur horum eſt laudãdus. Inter hos uerò medius, humanus, meretur laudem. nec enim utitur omniũ conſuetudine, ſed eorum qui digni ſunt: nec etiam nullorum, ſed eorundem illorum.

DE PVDORE ET VERE*cundia*. *Caput* XXVI.

PRæterea pudor eſt mediocritas, inter impudentiam & conſternationem: ac eſt in factis & uerbis. Impudens quidem eſt, qui dicit ac facit in omnibus, & in omnes, quę occurrunt ſine delectu. Conſternatus autem, illi contrarius qui timens omnia, nihil facit, aut dicit. eſt enim ad agendum ineptus, qui ſic eſt animo proſtrato. Cæterùm pudor & uerecundus, horum ſunt medium. nec enim ut impudens, & dicet & faciet omnia, & modis omnibus: nec ut ille uelut ictus metu, in omnibus, & omnibus modis metuet: ſed faciet ac dicet, in quibus eſt opus, quęq; dicere atq; facere, & quando eſt opus.

DE VRBANITATE. *Caput* XXVII.

VRbanitas uerò eſt medietas inter ſcurrilitatem & ruſticitatem. eſt igitur in iocis. Nam ſcurra eſt, qui putat in omnibus iocandum eſſe: agreſtis, qui nec iocari uult, nec iocum pati, ſed iraſcitur. Vrbanus autem, ſeu facetus, in horum uerſatur medio, nec aut in omnes, & undiquaque iocatur, nec eſt agreſtis. Ac dicitur facetus biſariã. etenim is qui poteſt iocari cõgruenter, & qui fert in ſe iocos dici, eſt urbanus: ac urbanitas etiam eſt eiuſmodi.

DE AMICITIA. *Cap.* XXVIII.

AMicitia deinde medietas eſt adulationis & inimicitiæ. uerſatur autem in actionibus & uerbis. Nam adulator eſt, qui plura tribuit quàm decet, & quàm habentur. Inimicus uerò eſt oſor, ac ea quæ ſunt alicui, detrahit. Neuter igitur eſt in laude. Porrò amicus in medio uerſatur. non enim aut plura tribuet quàm habentur, aut laudabit ea quæ non conuenit laudare: aut contrà imminuet, aut ullo modo aduerſabitur animi ſui ſententiæ.

DE VR-

DE VERITATE.
Caput XXIX.

VEritas inter diſsimulationem & ſimulationem eſt collocata, & in loquendo uerſatur, non quidem ubiq;. Nam ſimulator eſt, qui ſe plus habere iactitat quàm habet: aut ſcire, quæ neſcit. Econtrà, diſsimulator huic aduerſatur, & ſibi minus tribuit quàm haber: ac non dicit ea quæ nouit, ſed occultat cognitionem. Verus autem, horum neutrum faciet. nec enim plura ſibi tribuet, quàm ſunt ei, nec pauciora: ſed ea quæ ſunt ei, dicet eſſe, quæq; ſcit, ea ſe ſcire. Cæterùm an ſint hæ uirtutes, ad aliam diſputationem pertinet. Quòd autem ſint mediocritates, patet. Nam qui ſecundum eas uiuunt, laudantur.

DE IVSTITIA, ET EO QVOD
iuſtum dicitur. Cap. XXX.

REliquum fuerit explicare de iuſtitia, quid ſit, & in quibus, & in qualibus hæc uerſetur. Primùm hoc fiet, ſi uiderimus quid ſit iuſtum. Eſt autem duplex iuſtum, quorum alterum eſt ex lege. Iuſta enim dicunt eſſe, quæ lex facit. Lex autem iubet facere fortiter, & temperatè, adeoq; prorſus omnia quæ ſecundum uirtutes dicuntur eſſe. Propterea (dicunt) etiam uidetur iuſticia quędam eſſe perfecta uirtus. Nam ſi, quæ lex præcipit, ſunt iuſta, & agit hæc eadē quę ſunt conſentanea uirtutibus omnibus: abſolutè honeſtus eſt, qui perſeuerat in agendis, quæ ſecundum legem ſunt iuſta: & iuſtus, & iuſtitia perfecta quædam eſt uirtus. Alterum igitur ex ijs quę iuſta ſunt, & in his eſt, & circa hęc uerſatur. ſed neque hoc iuſti genus quærimus, neq; iuſtitiam quæ in his uerſatur. Nam ſecundum hæc eſſe iuſta, eſt iuſtum eſſe, qui ſecundū ſe talis eſt. Temperans enim, & fortis, & continens, etiam ipſe pro ſe talis eſt. Verùm quod in alium eſt iuſtum, aliud eſt, quàm illud quod ſecundum legem iuſtum eſſe dictum eſt. Non eſt enim inter illa iuſta, quæ ſunt erga alium, ſecundum ſeipſum eſſe iuſtum. Hoc aūt iuſtum quod inquirimus, eſt ſecundum, quæ circa hæc eſt, iuſtitiam. Eſt itaq; iuſtum in alios, ut ſimpliciter dicamus, id quod æquale eſt: nam iniuſtum eſt ipſum inæquale. Quando enim ſibi de bonis plura quàm par eſt tribuunt, de malis pauciora, inęquale hoc eſt: atq; ita inferre iniuriam dicuntur, & pati. Manifeſtū igitur eſt, cum iniuſticia ſit in inæqualibus, iuſtitiam & iuſtum eſſe in ęqualitate contractuum. Patet hoc etiam, quòd medietas quædam iuſtitia fuerit inter nimium & parum, & multa & pauca. Nam iniuſtus, eo quòd adficit iniuria, plus æquo habet: qui patitur iniuriam, eo quòd eam patitur, minus. At medium horum iuſtum eſt, ac medium æquale. Quapropter æquale inter plus & minus, fuerit iuſtum: & uolens æquale, iuſtus. Aequale uerò in duobus minimū ineſt. In alium ergo ęqualem eſſe, iuſtum eſt: & iuſtus, eiuſmodi fuerit, cum igitur iuſtitia ſit in iuſto, & æquali, & medietate, iuſtū in aliquibus iuſtum, æquale & medium aliquibus æquale ac mediū dicitur: & erit iuſtitia planè iam in aliquos, & in aliquibus.

A Hinc ſequitur, quia quod eſt iuſtum, eſt ęquale, quòd etiam huic proportione conuenit: & eſt proportionale, ęquale iuſtū eſſe. Quod aūt proportione conſtat, in quatuor minimis uerſatur. Sicut enim a ſe habet ad b, ita ſe habet g ad d. Nō aliter proportionē continet, eum qui multa poſsidet, multa contribuere, pauca uerò pauca poſsidentem: contrà ſimiliter, eum qui multū laborauit, multū accipere, & qui parum laborauit, eum accipere parum. Vt autem habet is qui laborauit, ad eum qui nō laborauit, ita multum ad parum: & ut qui laborauit ad multū, ita qui nō laborauit ad parum. Ac uidetur etiam Plato hac iuſta proportione in Repub. uti. nam agricola, inquit, frumentū facit, faber ædes, ſarcinator palliū, ſutor calceum. agricola igitur fabro dat frumentū, faber agricolæ domū. Simili modo ſe omnes alij gerunt, ut permutent quæ habent, ijs quæ ſunt alijs. Et hęc eſt proportio. Nā ſicut agricola eſt adfectus fabro, ita faber eſt adfectus agricolæ. Similiter ſutori, ſartori, & alijs omnibus eſt inter ſe proportio, quæ Remp. hęc ipſa cōplectitur. Iuſtum igitur uidetur id, quod in proportione uerſatur. Nam iuſtum continet Reſp. Idem autē iuſtum eſt, & proportione congruum. Quia uerò faber ſuū opus facit præſtantius quàm ſutor, & permutandū eſt etiam ſutori opus cum fabro, nec tamē poterat pro calceis accipere domum, uiſum eſt iam hęc omnia uendere, ac uti numiſmate, ſic inde appellato apud Græcos argento: ac, ut pro cuiuſq; precio dantes inter ſe facerent cōmutationem, & hoc modo ciuilem cōmunionē conſeruarent.
B Cum itaque iuſtum ſit in his, & ijs quę prius dicta ſunt, iuſticia, quæ circa hæc eſt, fuerit ea quæ habitu impetum habet, cum propoſito circa hæc, & in his. Ac eſt iuſtum etiam quod recipitur, nō quidē ut Pythagorici dicebant. Illi enim putabant iuſtum eſſe, quę paſſus quis eſſet, ea uiciſsim pati. Sed hoc non habet locum apud omnes, cum non idem ſit iuſtū ad liberum ſeruo: cum enim ſeruus liberum pulſauerit, non debet repulſari: ſępè tamen habet. Ac ſanè, quod recipitur, iuſtū eſt in eo quod eſt proportione conſentaneum. Sicut enim liber adfectus eſt ad ſeruū, eo quòd eſt melior: ita uiciſsim facere ad facere. Sic res etiā habebit cum libero ad liberum. Non enim eſt iuſtum, ubi oculum quis alicuius excuſſerit, oculū ei tantum contrà excuti: ſed plura pati, ſequēdo proportionē. Etenim incœpit, & prior intulit iniuriam, ac in ambobus iniuſtè facit. Igitur & iniurię proportione conueniunt: & plura uiciſsim aliquem pati, quàm ipſe fecit, iuſtū eſt.

IVSTVM ET INIVSTVM
quot modis dicatur. Cap. XXXI.

C CVm aūt iuſtū uariè dicatur, explicandū fuerit, quo de iuſto nā ſit inſtituta inueſtigatio. Nam eſt, ut aiunt, iuſtū inter ſeruū & dominū, filium & patrē. Sed hoc iuſtū nomine tantū conuenire cū iure ciuili uideaī. Iuſtū enim de quo inueſtigaī, ciuile iuſtū eſt. Hoc enim eſt maximè in æqualitate, ac id propterea, q. ad cōmunionē ualeāt, qui Reip. dāt operā: ac putanī hi ſimiles natura, ſed modo eſſe diuerſi. At filio cū patre,

ſeruo

ſeruo cum domino, uideri poteſt nullũ eſſe ius. A Nec enim eſt aliquod meo pedi mecum, nec manui. Similiter etiam non cuiquam eſt membrorum. Sic igitur adfectus uidetur eſſe filius, etiam ad patrem. Velut pars enim quædam eſt patris filius, niſi cum eſt iam uiri locum nactus, & ob id ſeparatus fuerit, tunc iam in æqualitate ac ſimilitudine uerſatur cum patre. Verùm tales quidẽ ciues creduntur eſſe. Nõ aliter nec ſeruo iuſtum eſt cum domino, propter eandem cauſam. Domini enim ſeruus eſt: ac etiam eſt, ſi eſt ius, ei domeſticũ ius cum eo. Nos autem non hoc, ſed ciuile inquirimus. Nam in æqualitate ac ſimilitudine uidetur uerſari ciuile iuſtum. Veruntamen, quod eſt in mulieris & uiri cõmonione iuſtum, ciuili eſt uicinum. Eſt enim quiddam peius uiro mulier, ſed familiarius, & ęqualitatis aliquo modo eſt magis particeps: ac ideo propinqua eſt eorum uita communioni ciuili, ut & iuſtum, quod eſt inter mulierem & uirum, ſit iam quodammodo maximè ciuile. Cum itaque iuſtum, quod in communione ciuili uerſatur, iuſticia ſit, iuſtus etiam in ciuili iuſto uerſabitur. Cæterùm ius eſt duplex, alterum naturæ, alterum legis. Ac ſentiri debet non perinde, quaſi nunquam ſit futurum ut mutetur, cum ea quæ natura ſunt iuſta, mutationem recipiant. Hoc autem ſic dico, ut ſi omnes iaciendo ſemper ſiniſtra nos exerceremus, poterimus utiles fieri ſiniſtra manu. Sed per naturam eſt ſiniſtra, & nihilominus dextra eſt natura ſiniſtris melior, quàm ſiniſtra. Etſi omnia ſiniſtra faciamus, ut dextra, nec ideo quòd inter ſe degenerent, natura non ſunt. Verùm, ſi plurimum hoc fiat, & longum tempus ita perduret, ut dextra ſit dextra, & ſiniſtra ſiniſtra, natura eſt. Ita in ijs quæ natura ſunt iuſta, res habet, non ſi aliquid uſu noſtro mutetur. Propterea non eſt natura iuſtum, ſed eſt. Quod enim diù durat, hoc manifeſtè natura eſt iuſtum. Verùm ſi quid nos conſtituerimus de communi ſententia, & hoc iam eſt iuſtum, & uocamus ex lege iuſtum. Præſtantius igitur iuſtum eſt, quod ſecundum naturam eſt, eo quod ſecundũ legem eſt. Iniuſtum autem, & iniuria, uideri poſſunt idem eſſe, non tamen ſunt: cum ſit iniuſtum, quod lege definitum eſt: ut ſi quis depoſitum retineat, iniuſtum eſt. Iniuria uerò eſt, iam iniuſtè feciſſe aliquid. Similiter iuſtum, & iuſtè factum, non ſunt idem. nam iuſtum eſt, quod lege eſt deſcriptum: iuſtè autem factũ, eſt ipſum iuſta facere. Quando igitur iuſtum, & quando non? Quando, ut ſimpliciter & clarè dicatur, ex propoſito quis agit, & uolens. Dictum autem in pręcedentibus eſt, quid ſit, quod ex uoluntate proficiſcitur: & qui nouit, & cui, & quo, & cuius gratia faciat, is iuſtè facit. Eodem planè modo iniuſtus erit, qui nouit, cui, quo, & cuius cauſſa faciat. Quando autẽ nihil horum ſciens fecerit aliquid iniuſtum, non eſt iniuſtus quidem, ſed uoti non fit compos. Nam ſi hoſtem putet ſe occidere, ac patrem interim occiderit, iniuſtum fecit, non tamen quenquã adfecit iniuria: ſed quod propoſuit, non aſſequitur.

DE IGNORANTIA, ET AN *quis ſponte afficiatur iniuria.* Cap. XXXII.

CVm igitur iniuſta facientẽ nõ afficere iniuria, ſit in eo quod eſt ignorare, id quod paulò ſuperius dicebatur, quãdo nec ſcit is qui lædit, quem lædat, nec etiam quo lædat, & quam ob cauſam: explicandũ eſt iam de ignorantia, quomodo, cum accedit ignorantia, non adficiat quis iniuria, quem lædit. Hæc autem ſit explicatio, cum ignorantia cauſa eſt, cur aliquid ſit factum, non uolens hoc facit is, qui facit: ideoq; nõ adficit iniuria. Quando autẽ ignorantię cauſa eſt ipſe, & per ignorantiam aliquid facit, eam puto, cuius ipſe cauſa eſt, hic iam iniuſtè facit, & meritò cauſa talis adpellabitur. Exẽplum eſt in ijs qui ſe inebriant. nam hi cum aliquid mali fecerint, faciunt iniuſtè, cũ ſint ignorantiæ cauſa ipſi, ac licuiſſet eis non tantum bibere, ut patrem quis eorum ignorãs occideret. Similiter in alijs generibus ignorantiæ, quę per ipſos fiunt, qui ſecundum ea quod eſt iniuſtum agunt, ſunt iniuſti: quorum autem generũ ipſi non ſunt cauſæ, uerùm ignorantia cauſa eſt eis qui fecerunt, cur fecerint, non ſunt iniuſti. Naturalis autem eſt talis ignorantia: cuiuſmodi puerorum eſt, quando ignorantes percutiunt patres. quæ autem eſt in his ignorantia, cum ſit naturalis, non facit, ut pueruli ob eam actionẽ dicantur iniuſti. Nam ignorantia cauſa eſt, cur hęc faciant: ipſi uerò nõ ſunt ignorantiæ cauſa, propterea non dicuntur iniuſti. De patiendo autem
B tem iniuriam quomodo res habet? Vtrum uolens iniuria poteſt adfici, an non? Iuſta enim & iniuſta facimus uolentes, non etiam uolentes adficimur iniuria, ſiquidem cruciatum refugimus. Patet igitur, non poſſe nos uolentes iniuriam ferre. Nemo enim uolens patitur ſe lædi. Adfici autem iniuria, lędi eſt proculdubio. Sunt tamen, qui cedunt nonnullis de iure, quod habent in eo quod eſt æquale. Si ergo æquale iuſtum erit, & minus habere adfici eſt iniuria, uolensq; minus habet, adficitur iniuria uolens, dicat aliquis. At contrà hinc patet, non uolentem hoc facere. Omnes enim, qui ſic minus accipiunt, ſarciunt hoc honorẽ eius loco, aut laudem, aut gloriam, aut amicitiam, aut aliud quid ſimile accipientes. Qui autem cõpenſat quod amittit, iam non adficitur iniuria: ſin minus, adficitur. Præterea qui minus accipiunt & adficiuntur iniuria, prout non accipiunt ęquale, ducunt hoc ſibi laudi. Ac iactant, & dicunt: Etſi æquale hoc mihi licuiſſet accipere, tamen abſtinui, ſed conceſsi natu grandiori, aut amico. Verùm nemo, qui adficitur iniuria, gloriam inde aucupatur. Quod cum ita ſit, In illis autẽ factis laudem captant, nullo modo adficiuntur iniuria, qui ſic fiunt accipiendo inferiores. Quòd ſi nõ adficiantur iniuria, nec uolentes affici poſſunt. Verùm inſuper huic diſputationi aduerſantur, quæ de incontinente dicuntur. Nã ſciens lædit ſeipſum incontinens: igitur ſua ſponte à ſeipſo adficitur iniuria. Sed hic addita explicatio remouebit hanc obiectionem. Explicatio uerò hęc eſt: Neminem uelle iniuriã pati. Sed incontinens agit ex in-

ex incontinentis, uolens. Quare adficit iniuria A ſe ipſe. Malè quidem uult ſibi facere: uerùm contrà nemo uult adfici iniuria, nec igitur incontinens ipſa uolens ſe iniuria adfecerit. Sed fortaſſe hic aliquis rurſus dubitando quærat, Poteſt ne quis, inquiens, adficere iniuria ſe ipſe? Ita quidem iterum putet fieri poſſe, qui rem de incontinente, ut habet ſe, perpendat hoc modo: Si enim, quæ lex præcipit facere, ſunt iuſta, qui non facit ea, facit iniuſtè, ac eum adficit iniuria, ſi non facit ei, cui facere illa iubet. Iam lex iubet eſſe temperantem, facultatea habere, curare corpus, & iſtiuſmodi alia. Quapropter qui nõ facit hęc, ſeipſum afficit iniuria. Nam ad nullum alium referri poſſunt huiuſmodi facta per iniuriam. Sed nunquam hæc uera fuerunt, nec eſt poſsibile, ſe ipſum adficere iniuria. Non poteſt enim fieri, ut idem eodem tempore plus habeat, & minus: nec etiam ut ſimul uolens & nolens habeat. Sed qui adficit iniuria, quatenus adficit, plus habet: quiq; adficitur iniuria, quatenus adficitur, habet minus. Quare ſi adficit iniuria ſeipſum, fieri poteſt ut idem ſimul & plus & minus habeat. Sed hoc eſt impoſsibile. Non ergo poteſt ſeipſum adficere iniuria. Præterea qui facit iniuriam, uolens facit: nolens autem patitur, qui patitur iniuriam. Itaq; ſi poſsibile ſit iniuria ſeipſum adficere, fuerit poſsibile etiam ſimul & uolentem & nolentem aliquid facere. Hoc autem nequit fieri. Nec igitur ſic adficere ſe quis iniuria poteſt. Præterea ſi quis expẽdat ſingulas iniurias, idem fateatur. Omnes enim inferunt iniuriam, ſiue depoſitum fallant, ſiue adulterium cõmittant, B ſiue aliam ſingularum iniuriarum faciant. Nemo autem ſe ipſe unquam fefellit in depoſito, nemo cum ſua coniuge adulterium commiſit, nemo etiam furatus eſt res proprias. Itaq; ſi adficere iniuria eſt in his omnibus, ac horum nihil poteſt in ſeipſo quis facere, non eſt poſsibile ſeipſum adficere iniuria. Quod cum ita ſit, non eſt hic iniuſtè factum ciuile, ſed familiare. Anima enim cum ſecatur in partes, aliam habet ſui deteriorem, aliam uerò meliorem. Quapropter ſi quid iniuriarum ſit in anima, partium eſt hoc inter ſe. Domeſticum enim ius partiri ſumus eo, quod ſpectat in deterius & melius, ita ut iniuſtũ & iuſtum ipſius qui facit, aut patitur, ſit comparatione. Verùm ciuile nos inueſtigamus, non hoc. Itaque in talibus iniurijs, de quibus nos inquirimus, non ſit ut ſeipſum quis adficiat iniuria. Sed uter facit iniuriam, & in quo eſt iniuſtè factum? in eo ne, qui cum iniuſtè quodcunque agitur, an uerò in eo qui fuit iudex & diſtributor, ſicut in certaminibus? Nam qui palmæ ramum accepit à præfecto, & eius penes quẽ fuit iudicium, non facit iniuriam, licet redditum ei ſit iniuſtè: uerùm is qui malè iudicauit ac dedit, hic facit iniuriam. & is quidem aliquando facit, aliquando non facit iniuſtè. Quatenus enim, quod reipſa & natura iuſtum eſt, non iudicauit, eatenus facit iniuriam: quatenus autem, quod idem ei uidetur iuſtũ eſſe, non facit.

A DE DVPLICI VI MENTIS, *& utriuſq; habitu, & uirtutibus quæ in ratione intelligentiaq; cernuntur.*

Cap. XXXIII.

POſtquam ergo de uirtutibus dictũ eſt, quę ſint, ac in quibus, & qualibus deq; ſingulis earum, puta quòd ſint, quando ſecundum rectam rationem, optimam illam agamus, dicere quidem ita, ſecundum rectam rationem agere ſimiliter eſt: ac ſi quis diceret, ualetudinẽ optimam fieri, ſi quis præbeat ſalubria, ſanè hoc obſcurũ eſſet. Ac obijciet ille mihi: Declara igitur, quæ ſunt illa ſalubria. Sic etiam quæri de ratione poſsit, quid ſit ratio, quæq; ſit recta ratio. Tractatum eſt autem & antea de anima uelut per adumbrationẽ quandam, eſſe partem eius præditã ratione, partem uerò carere. Ac id quod eſt ratione præditũ, duas partes habet: alteram conſultandi uim, alteram ſciendi. Quòd autem ſint hæ inter ſe diuerſæ, manifeſtum fiat ex ijs quæ ſubiscent tanquam. Sicut enim differunt inter ſe color & ſapor, ſonus & odor: ita etiam horum ſenſus natura diuerſos dedit, auditum quidem ſono percipiendo, ſapori guſtatum, uiſum colori. Similiter & alia debẽt iudicari. Quia uerò differunt, quæ ſubiacẽt, animæ partes, quibus hæc noſcuntur, differant oportet. Iam aliud eſt quod intelligitur, aliud quod ſentitur. Hæc autẽ anima cognoſcimus. Alia fuerit igitur pars quæ eſt in ijs, quæ ſentiri poſſunt: alia, quæ in ijs quæ intelligi poſſunt, uerſatur. Ac uis conſultan- B di uerſatur circa ſenſilia, quæq; in motu ſunt, & omnino quæcunq; oriuntur & occidunt. Conſultamus autem de his quæ ſunt noſtræ poteſtatis, ut ea faciamus, aut nõ faciamus: hoc ſtatuto prius tamen, in quibus uoluntas & propoſitum agendi, aut non agendi locum habeat. hæc ferè ſunt, quæ ſentiri poſſunt, quæq; in motu ſunt ad mutationem. Eſt itaq; pars in anima præferens aliud alij, quam plerunq; propoſitum uocamus ex ratione ſenſili. Quæ cum ita ſint, poſthac dicendum erit, quia de uero tractatur & inquiritur, quæ ſit huius natura (eſt autem ſcientia, prudentia, mens ſapientia, ſuſpicio) qua in re unumquodq; horum uerſetur. Quare ſcientia uerſatur circa id quod ſciri poteſt, & hoc ut in probatione ac ratione cõſiſtit: prudentia uerò circa agenda, quæ aut ſeliguntur, aut fugiuntur: & eſt hoc in noſtra poteſtate, ut agamus, aut non agamus ea. Non etiam idem ſunt faciendi uis, & agendi: quorum altera faciendorũ, altera eſt agendorũ. Eſt enim faciendorũ, præter effactionẽ alius finis: ut ędificatricis, ad quam pertinet conſtruere domum, præter effectionẽ, finis domus eſt. Eodem res habet modo in alijs fabricatricibus, & quæ faciendi facultas quædam ſunt. In agendis autem nõ eſt alius finis præter ipſam actionẽ: ut præter cantionẽ, citharæ nõ eſt alius finis ullus, uerùm hęc ipſa finis eſt, operatio inquã, & actio. Quare in actione ac ijs quę debent agi, prudẽtia uerſatur, in effectione autem & efficiendis, ars. Nam fabrefacere magis in faciendis eſt quàm in agendis. Fuerit igitur habitus quidam prudentia, deligendi & agendi uim habens adiunctã, in ijs quæ

ija quæ ſunt noſtræ poteſtatis, & quarum actio tendit ad id quod eſt utile. Cæterùm prudentia uirtus eſt, ut uideri poteſt, non ſcientia. Laus enim prudentibus debetur, & hæc ad uirtutem pertinet. Omnes præterea ſcientiæ uirtutẽ habent, prudentia uon babet: ſed ipſa, ut uidetut, eſt uirtus. Mens autem uerſatut circa intelligenda, & ea quæ ſunt. Eſt enim eorũ quæ ſunt probationi, quam nunc demonſtrationẽ uocamus, coniuncta ſcientia. Verùm principia nequeunt probari: quare ſcientia non fuerit circa principia, ſed mens. Porrò ſapientia conſtat è ſcientia, & mente. nam ſapientia uerſatur in principijs, & ijs quæ probãtur iam ex principijs, in quibus locum habet ſcientia. Quatenua enim citca principia uetſatur, eſt mentis particeps: quatenus uerò citca ea quæ ſunt poſt principia, cum probatione, ſcientiæ particeps eſt. Patet igitur, ſapientiam ex mente ac ſcientia conſtare: atq; ita in ijs in quibus & mens & ſcientia uerſatur, meritò uerſatur. Suſpicio autem eſt, qua de omnibus inclinamut ad hoc, ut ſentiamus hæc ita & eſſe, & non eſſe. An autem idem eſt prudentia, quod ſapientia, nec ne? In ijs enim ſapiẽtia uerſatut, quę nituntur euidẽti probatione, ac ſemper eodem ſunt modo: prudentia non item, ſed in ijs quæ ſunt in mutatione. Ac ita res habent de ſapientia, ut rectum, aut curuum, aut cauum: & hæc talia ſunt, quatenus talia. Quę autem conducunt, non ſic habent, ut non inter ſe mutentut, ſed mutantur: & iam quidem hoc prodeſt, cras non: & huic prodeſt, & illi non: & hoc modo prodeſt, non illo. Iam in his quæ proſunt, prudentia uerſatur, non ſapientia. Diuerſa igitur ſunt prudentia & ſapientia. Porrò utrum ſapiẽtia uirtus eſt, an non? Ex his autem quæ ducuntur ab ipſa prudentia, patefieri poterit, ſapientiam eſſe uirtutẽ. Si enim prudẽtia uirtus eſt, ut dicimus, alterius partium quæ rationem habent, ac prudẽtia deterius eſt quiddam ſapientia, cum uerſetur circa deteriora. Nam ſapientia uerſatut circa æternũ & diuinum, ut dicimus: prudentia uerò circa id quod eſt utile homini. Quare, ſi quod eſt deterius, uirtus eſt, uirtutem eſſe id etiam quod eſt melius, conuenit. Patet igitur, ſapientiam uirtutem eſſe.

DE INDVSTRIA, SIVE SAgacitate. *Caput* XXXIIII.

POrrò quid eſt induſtria, uel in quo nam uerſatur? Eſt quidẽ induſtria in agendis, in quibus & prudentia. Induſtrius enim dicitur, quòd facultate conſulrandi eſt præditus, & rectè iudicare ac uidere aliquid poteſt. Eſtq; iudicium eius de paruo, ac in paruis rebus. Eſt igitur induſtria prudentiæ pars, & induſtrius prudentis, & non ſine hoc: nec facilè ſeparaueris induſtrium à prudente. Similiter ea quę pertinent ad acumen ingenij, babere uideantur. Nec enim uis ingenij prudentia, nec ingenioſus prudens eſt: prudens uerò eſt ingenioſus. Quapropter ingenium quidem prudentiã adiuuat aliquo modo: ſed malus quoq; dicitur ingenioſus. ut Mentor ingenioſus quidẽ, ſeu acutus uidebatur eſſe, prudens uerò non erat. Prudentis enim eſt, &

A prudentiæ, quæ ſint optima ſequi, & horũ ſemper ſtudioſum eſſe, deligendo & agendo: ingenij uerò & ingenioſi, peruidere unde unumquodq; agendorum eſſe queat, ac ea ſubminiſtrare. Ingenioſus igitur in talibus, & circa hæc uerſati uideatur. Cæterùm dubitauerit quiſpiam, & fuerit miratus, quare cum tractemus de motibus & ciuili quodam uegotio, de ſapientia diſſetamus. Hoc ideo facimus, quòd non poſsit alienum uideri de ipſa tractare, cum ſit, ut dicimus, uirtus. Deinde quòd fortaſſe philoſophi ſit etiã de his unà explicare, quę in eodem continentur. Ac eſt neceſſe, quoniam de ijs quæ ſunt in anima, tractamus, dicere de omnibus. Eſt autem ſapientia quoq; in anima. Quare nec etiam alia ratione de anima uerba facimus. Quemadmodum autem ingenium ſe habet ad prudentiam, ita ſe habet in uirtutibus omnibus. eas autem puto, quæ ſingulis natura inſunt: ut impetus quidam ſunt in unoquoq; ſine ratione ad agenda fortia & iuſta, idq; ſecundum unamquanq; uirtutem, ac ad id genus alia. Sed hęc ſunt etiam ex aſſuetudine ac propoſito: & merentur laudẽ, quando iunctam habent rationem. Eſt itaq; naturalis uirtus ea, quæ ratione quidem caret, imò quæ paululum à ratione ſeparatut, & eſt à laudatione aliena. ſi tamen addatur ad propoſitũ, ſeu delectum, efficit perfectam uirtutem. Itaq; rationem adiuuat, nec eſt abſq; ratione impetus naturalis ad uirtutem: nec etiam rurſus ratio & delectus omnino perficitur ad hoc ut ſit uirtus: niſi adſit naturalis impetus. Propterea nõ rectè Socrates uirtutem
B eſſe rationes siebat. nihil enim prodeſſe, fortiter & iuſtè agere, ſi quis neſciat, & non delectũ habeat cum ratione. propterea dixit, uirtutem rationem eſſe, non rectè. Sed qui hoc tempore philoſophantur, melius. nam hoc dicunt eſſe uirtutem, honeſtè agere, ut recta ratio præſcribit. Sed nec ita rectè. poteſt enim quis agere quæ iuſta ſunt, nullo cum delectu, nulla etiam cum honeſtorum cognitione, ſed impetu quodam à ratione alieno. Hæc autem rectè, ac rectę rationi congruenter, ſi, ut recta inquam ratio præceperit, ſic egit. Nihilominus tamen talis actio non coniuncta eſt cum laude. Sed melius eſt, ut nos definimus, ad honeſtum eſſe impetum cum ratione. Hoc enim & uirtus eſt, & laudabile.

AN PRVDENTIA SIT uirtus. *Caput* XXXV.

ANuerò ſit uirtus prudentia, nec ne, dubitauerit quiſpiam. Hinc autem eſſe manifeſtum poteſt, uirtutem eſſe, cum iuſticia, fortitudo, & aliæ uirtutes ideo merentur laudem, quòd honeſtorum agendorum uim babent: ac patet, prudentiam & ex ijs quæ laudari debent, eſſe rebus, & ex ijs quæ ſunt in uirtutũ ordine. Ad quæ nanq; fortitudo agenda contendit, ad ea contendit etiam prudentia. Nam prorſus ita fortitudo agit, ut ipſa iubet. Eadem igitur eſt laudabilis, eo quòd facit ea quæ prudentia præcipit: ac fuerit prudentia perfecta uirtus, & digna laude. Vtrum autem ſit actuoſa, nec ne, intelligere quis poteſt hinc, ſi quis conſiderauerit ſcientias, ut ædificatricem. ad hanc enim pertinet,

tinet, ut fatemur, qui princeps quiſpiam fabro-
rum dicitur, & huic ſeruiens ædificator. hic autẽ
eſt, qui domũ poteſt conſtru[illegible]. Porrò & archi-
tectus, eo quòd eſt talis ad domum, effector eſt
ædificij. Eodem res modo habet de alijs facien-
di facultatibus, in quibus eſt princeps, & huius
famulus. Faciendi alicuius igitur facultatem ha
bet etiam princeps fabrorum, ac eiuſdem facien
di uim habet miniſter etiã. Quare ſi habet ſimili
ter & in uirtutibus, ut eſt uerìſimile, ac rationi
conſentaneum: fuerit prudẽtia quoq; ab agendi
facultate nõ excluſa. Omnes enim uirtutes hanc
adiunctam habent. Sed prudentia uelut archite
ctrix quæpiam eſt ipſarũ. Nam ut hæc iubebit,
ſic uirtutes, quiq; ſunt eis præditi, agunt. Quo-
niam igitur ſunt actuoſę uirtutes, actuoſa quoq;
prudẽtia fuerit. An autem hæc omnium eorum
quæ ſunt in anima, ſicut uidetur, & quęritur, te-
net principatum, an non? Certè præſtantiorum
non uideatur eſſe princeps, ut ſapientię non eſt.
Verùm hæc, ut dixerit aliquis, omnium curam
agit, & autoritatem habet imperando: ac ita for
taſſe habet, ſicut procurator habet in re domeſti
ca. Nam hic omniũ eſt dominus, & regit omnia,
ſed non eſt omniũ princeps: ac ſuppeditat ociũ
domino ſuperiori, ne ille impediatur à neceſſa-
rijs curandis, & excludatur ab honeſtorũ aliquo
agendo. Simili modo planè prudẽtia uelut quę-
dam ſapientię procuratrix eſt, & ei ſubminiſtrat
ocium, ac ipſius negociũ gerendo, comprimens
perturbationes animi, & uelut moderatione
quadam ſanans.

MAGNORVM ARI-
STOTELIS MORALIVM
liber ſecundus.

DE AEQVITATE, BONA SEN
tentia, & conſilio. Cap. I.

POSTHAC uidendum erit de æ-
quitate, quid ſit, in quibus, & de
qualibus. Eſt autem æquitas uis,
& æquus præditus ui, recedendi
ab ijs quæ ſunt ex lege. Nam quæ
legiſlator nõ poteſt accuratè per
ſingula conſtituere, ſed generaliter loquitur, qui
diſcedit ab his quæ legiſlator uolebat ſingula
complecti, ſed non potuit, is eſt æquus: ac non
eſt huc propenſus & inſtructus, ut extenuet quę
iuſta ſunt, omnino. ab ijs enim quæ natura ſunt
bona, & uerè, non diſcedit: ſed ab ijs quę ſunt ex
lege, & quæ legiſlator, quia non potuit comple
cti, omiſit. Bona ſententia deinde, ac bene ſen-
tiens, uerſatur in ijs, in quibus & æquitas: in iu-
ſtis, inquam, & quæ relicta ſunt à legiſlatore ob
id, quòd non exactè ſunt deſcripta, facultate iu-
dicandi de ijs quæ ſunt à legiſlatore prætermiſſa,
præditus, quiq; nouit eſſe à legiſlatore præter-
miſſa. Meritò quidem bene ſentiens talis eſt. Nõ
eſt ergo ſine æquitate bona ſententia. Nam iudi
care bene ſentientis eſt: agere uerò etiam ex iu-
dicio, eſt æqui. Sed bonum conſilium in ijſdem,
in quibus & prudentia uerſatur. Sunt enim circa

A agenda, quæ in delectu & fuga ſunt. At non ca-
ret ſocia prudentia. nam hæc uirtus actuoſa eſt
horum, ſed bonum conſilium habitus, aut affe-
ctio, aut aliquid ſimile, aut acquiſitrix eorũ quæ
ſunt in agendis optima & utiliſsima. Quapro-
pter nec ea boni eſſe conſilij, quæ ſua ſponte ſeu
caſu cõtigerunt, uideri poſſunt, ut modus requi-
rit. Nam quorũ non eſt ratio, quæ inquirit quod
eſt optimum, non queas dicere accidiſſe aliquid
ex modo, illo bene cõſulente, ſed fortuitò. Nam
rectæ actiones, quæ ſine iudicante ratione fiunt,
bonæ fortunæ ſunt euenta. Vtrum autem ſit iu-
ſti, unicuiq; in congreſſu æquale tribuere, dico
autem, ut qualis eſt quiſq;, talem oporteat eum
cum eo congredi, an non, quæri poteſt. Verùm
hoc adulatoris fuerit, ac obſequentis, aut ſtuden
tis placere potius. Quin, ut dignum eſt, unicuiq;
accommodare congreſſum, hoc uideri debet iu
ſti, ac honeſti omnino.

DE INFERENDA INIVRIA,
& an cum prudentia iniuſtum coniungatur.
Caput II.

DVbitauerit etiam quiſpiam, an adficere in
iuria ſit uolentem lędere, ac ſcientem. Lę-
ſio quidem, & iniuſticia in bonis, & circa
bona eſt. Quare, qui afficit iniuria, & iniuſtus, no
uit quæ ſint bona, quę mala: & ſcire de his, pro-
prium eſt prudentis, & prudentiæ munus. Hinc
autem hoc abſurdi ſequitur, ut ſummũ bonum
prudentia comitetur iniuſtum, aut potius non
uideatur iniuſtum comitari prudentia. Nõ enim
B inquirit iniuſtus, neq; poteſt iudicare, quod om
nino bonum eſt, & illud ipſum bonũ, ſed errat.
Sed eſt prudentiæ munus hoc, rectè hæc poſſe
inueſtigare: ac id ſimiliter, ut in ijs quæ pertinẽt
ad medicinam. Scimus omnes, quòd omnino ſa
num eſt, quodq; ſanitatem ita facit, ueratrum, e-
laterium: ſectiones, uſtiones cõducere bonæ ua
letudini, ac eam efficere: non tamen ideo præ-
diti ſumus arte medica. Siquidem non pręterea
ſcimus hic bonum, quod eſt in ſingulis: quem-
admodum ſcit medicus, & cui ſit, & quod hoc,
& quando, & quomodo affecto ſit bonũ. in hoc
enim ſcientia medica iam uerſatur. Similiter ha-
bet res de iniuſto. Nam tyrãnidem eſſe omnino
bonam, principatum, & potẽtiam, nouit: ſed an
ipſi bona ſit, nec ne, aut quando, aut quomodo
affecto, non item. Hoc uerò maximè ad pruden
tiam pertinet. Igitur iniuſtum nõ comitatur pru
dentia. capit enim ea bona, in quibus afficit iniu
ria: quæ ſimpliciter ſunt bona, non bona ipſi. Nã
opes & principatus omnino ſunt bonũ, ipſi au-
tem fortè non ſunt. locupletatus enim & nactus
principatum, ſibi multa ipſe, ac amicis mala crea
bit: non poterit enim principatu rectè uti. Hoc
etiam in quæſtionẽ uocari, & examinari debet,
an ſit erga malum iniuſticia, nec ne. Si enim in lę
ſione iniuſticia cõſiſtit, ac in priuatione boni læ-
ſio, non uideatur lædere, cum bona, quæ ſibi pu-
tat bona eſſe, non ſint bona. principatus enim &
diuitiæ, malũ, qui non poteſt eis uti, meritò læ-
det. Quòd ſi lædent hæc, ſi habeantur, qui ſpo-
liat hunc eis, non poteſt uideri adficere iniuria.
Sed hæc oratio putetur à multis inopinata eſſe,

ae mirabilis. Omnes enim exiſtimantur & principatu, & poteſtate, ae diuitijs uti poſſe: uerùm falluntur. Manifeſtum autem hoc eſt etiam eo, quod legislator facit. nam hic non cõmittit omnibus Reipub. adminiſtrationem: ſed, ut eſt dictum, & ęras, & rerum copię, quas oportet eum habere, qui præfuturus eſt, conſiderari debent, quaſi non omnes poſsint præeſſe. Quocirca ſi quis ægrè ferat, ſe non magiſtratum gerere, aut à nemine ſibi, ut gubernet, permitti: non enim dixerit ei quis, habes tale quicquã in anima, quo poſsis principẽ agere, aut gubernare, aut quod ad corpus attinet, uidemus non poſſe morbis liberare, qui, quæ ſunt generaliter bona, remedij loco adhibent: ſed curaturus quis morboſum corpus, is debet aquam prius, & exiguũ cibum offerre: cuius autem animus eſt corruptus, abſtinendum eſt huic, ne quid mali faciat, à diuitijs, principatu, poteſtate, adeoque in uniuerſum ab omnibus iſtiuſmodi: & hoc tanto magis, quanto mouetur animus, & mutatur facilius corpore. Sicut enim corruptus corpore ad hanc uictus rationem idoneus eſt, ita corruptus animo ad uiuendum eſt idoneus, quãdo nihil rerum talium habet. Hoc autem eſt in dubio, cum alis non poſſit, quando quis agere poſsit, quæ fortitudini conueniunt, & iuſticiæ. Diximus autem in uirtutibus naturalibus, tantum ad honeſtũ eſſe debere impetum ſine ratione: ſed qui delectum habet, habet in ratione, ac prædito ratione. Itaque dictum ac factum hoc aderit, & perfectè uirtus, quam diximus cõiunctam eſſe prudentiæ. Non autem abſque impetu naturali, quid honeſtum eſt: nec aduerſabitur hic uirtuti, cum ad hoc natura ſit aptus, ut rationi cedat, aut faciat, ut hæc præcipit. Quare, ad quod ea ducit, ad id hic propendet. Hæc enim eſt, quæ id quod eſt melius, deligit. Nec enim ſine prudentia fiunt aliæ uirtutes, nec prudentia perfecta ſine uirtutibus alijs, uerùm ſe inuicem iuuant comitando prudentiam.

AN VIRTVTIBVS QVIS VT *externis bonis abuti poßit.* Cap. III.

NOn minus autem etiam talia uocabuntur in quæſtionem, utrum ſic & in uirtutibus habeat, ut habet in alijs bonis tum externis, tum corporis. Hæc enim quando contingunt abundè, peiores faciunt: ut magnæ diuitiæ contemptores & aſperos ęffecerunt. ſic de alijs bonis, principatu, honore, pulchritudine, proceritate, ſentiri debet. An igitur etiam de uirtute ſic res habet, ut ſi quis nactus ſit iuſticiam, aut fortitudinem excellenter, ſit ex eo deterior, an non, quiſpiam dixerit? Ex uirtute quidem honor efficitur, uirtus autem effecta magna, deteriores facit. Itaq; manifeſtum (inquiunt) eſt, uirtutem, quando uenit ad magnitudinis acceſsionem, reddere deteriores. Honoris autem cauſſa uirtus eſt. Quare uirtus etiam fecerit peiores, quando ſit maior. Aut potius hoc non eſt uerũ. Virtútis enim ſi & alia multa ſunt opera, ut ſunt, hoc etiam eſt in primis, rectè his bonis, & ſimilibus, ubi acceſſerint, poſſe uti. Nã ſi bonus, quando nactus fuerit aut honorem, aut principatum

A excellentẽ, non ita his utetur, non amplius fuerit bonus. Ac neq; honor faciet, nec magiſtratus, bonum deteriorem, ſicut nec uirtus. In uniuerſum autem, quoniam à nobis explicatum eſt initiò, uirtutes medietates eſſe, ac magis uirtus magis eſt medietas, non faciet in magnitudinẽ procedens uirtus peiorem, ſeu meliorem. Porrò medietas erat ſubmiſsionis, perturbationum animi, & elationis medietas, hæc hactenus.

DE TRIBVS MALORVM OMnium fontibus, uicio, incontinentia, & feritate. Caput IIII.

POſthac neceſſe eſt, alio ſumpto principio, nos dicere de continentia & incontinentia. Nam ſicut hæc uirtus, & hoc uicium, abſurda ſunt: ita neceſſe eſt etiam, quę de ipſis tractantur uerbis, abſurda eſſe. Nõ enim ſimilis eſt alijs hæc uirtus. nam in alijs ad idem & ratio, & animi perturbationes cõtendunt, ac non aduerſantur inter ſe: in hac autem aduerſantur inuicem ratio, & perturbationes animi. Ac ſunt tria, quæ in anima ſunt, ex quibus mali dicimur: uicium, incontinentia, feritas. Ac de uicio quidem, & uirtute, quid, & in quibus eſſent, à nobis tractatum eſt in ſuperioribus. Nunc uerò dicendum fuerit de incontinentia, & feritate. Eſt autem feritas, excellens quoddã uicium. Quando enim uidemus aliquem prorſus malum, dicimus, eum nec eſſe hominem, ſed beſtiam, quaſi uicium quoddam ſit feritas. Virtus sũt, quæ aduerſatur huic, nomine caret. Eſt autem uirtus ea talis, quæ supra

B hominem ſit, uelut heroica, uel diuina quædam uirtus: quæ propterea caret nomine, quòd non eſt uirtus in Deo. nam Deus melior eſt, nec bonus ex uirtute: cũ alioqui Deo uirtus melior eſſet. Quare uirtus, quæ feritati uicio repugnat, caret nomine. Conuenit autem, ut huic aduerſetur illa diuina, quæq; ſuperat uirtutem hominis. Quemadmodum feritas uicium eſt ſupra hominem, ita uirtus quæ repugnat.

DE INCONTINENTIA ET *continentia.* Caput V.

DE incontinentia uerò & continentia, primò exponenda erunt, quæ in quęſtionem uocantur, ad ea quæ aduerſantur probabilius: ut ijs quæ in dubio ſunt, inſpectis & inueſtigatis, ueritatem in eis, quantum poteſt fieri, uideamus. Erit enim facile uerum ſic uidere. Socrates igitur, ſenex ille, omnino tollebat incontinentiã: ac dixit, eam non eſſe, quòd nemo ſciens mala eſſe mala, cæperit ea. Sed incontinens uidetur, ſciens mala eſſe, accipere tamen ea, ductus animi perturbationibus. Hanc ob cauſſam putabat incontinentiam non eſſe, non tamen rectè. Abſurdum enim eſt, hac ratione perſuaſos tollere, quod ſit probabiliter. Nam incontinentes ſunt homines, ac ſcientes ipſi fœda eſſe, tamen ea faciunt. Cum itaq; ſit incõtinentia, utrum incontinens habet aliquam ſcientiam, aut expendit, aut perſcrutatur mala? Sed contrà non uidetur ſic habere. Abſurdũ enim eſt, quod in nobis optimũ ac firmiſsimũ eſt, alij ſuccumbere. Scientia enim eſt omnium eorum quæ in nobis ſunt,

dura-

durabiliſsimum,& ad cogendum uehementiſsimum. Itaq; ruſſus hæc oratio facit, ut non ſit cõiuncta ſcientiæ. Verùm ſcientia quidem fortaſſe non eſt, at opinio tamen. Quòd ſi opinionem habet incontinens, non poteſt reprehendi. Sed reprehendi poteſt. nam ſi malum quid agat, non ſciendo accuratè, ſed opinando, ueniam quis dederit, ſi quis non exactè ſciens uoluptati concedat, ac ea quæ praua ſunt agat: eam ob cauſam, quòd non ſint praua, ſed in opinione conſiſtant. Iam quibus ignoſcimus, eos non reprehendimus. Incontinens itaq;, ſiquidem habet opinionem, reprehendi non poterit. ſed poteſt reprehendi. Hæc ergo faciunt, ut dubitetur. Nam alij dixerunt, ſcientiam non eſſe, cum abſurdũ inde accidat: alij uerò, nec opinioné. ac hi etiam ideo, quòd alioquin abſurdum eueniret. Sed hæc inſuper quoq; in dubiũ quis poterit uocare. Quando enim temperans uidetur & continens eſſe, an ei, temperanti puto, aliquid uehementis cupiditatis conciliabit? Si enim erit continens, oportebit eum concitari uehementibus cupiditatibus: cum nemo dixerit cõtinentem eum, qui, dum appetit mediocria, uincit. Verùm ſi nõ per cellerur uehementibus cupiditatibus, non erit amplius temperans. Nam qui non cupit, & non patitur quicquam apud animum, is temperans non eſt. Verùm hæc etiam in quæſtionem uocari poſſunt. Ex ijs enim quæ nunc diximus, euenit, ut & incontinens mereatur laudem, & continens reprehenſionem incurrat. Sit enim, dixerit quiſpiam, qui à rerum perpenſione aberrauerit: ac reputanti uideantur honeſta turpia eſſe, cupiditas uerò ducat eum ad honeſta. Quocirca ratio non ſinet agere, ſed appetitione ducitur, & agit. nam talis erat incontinens. Aget itaq; honeſta. Ducat enim ad hæc appetitio. uerùm ratio prohibebit. Datur enim, qui aberret à iuſta cogitatione honeſtorũ. Quapropter hic erit incontinens, ueruntamen dignus laude. Nam quatenus facit honeſta, meretur laudem. Sed, quod ita ſequitur, eſt abſurdum. Rurſus erret quis ratione, quæq; ſunt honeſta, non uideantur illi honeſta, & appetitio ducat eum ad honeſta. Continens quidem eſt qui appetat, ſed non agit hæc ratione. Quamobrem qui peccat ratione, prohibebit facere quæ appetit. prohibetur igitur honeſta facere: nam ad hæc duxit appetitio. Qui autem honeſta, quæ debet facere, non facit, eſt reprehendendus. Ergo reprehendendus erit incontinens aliquando. Sed abſurdum eſt hoc etiam. Præterea ſit ne incontinentia, & incontinens in omnib. & circa omnia, cuiuſmodi ſunt pecuniæ, honor, ira, gloria (nam circa hæc omnia uidentur eſſe incontinentes) an non, ſed in uno aliquo, & ſeparato, quiſpiam dubitare poteſt. Quæ igitur nos dubios reddunt, hæc ſunt.

DE SCIENTIA ET OPINIONE incontinentis. *Caput* VI.

Neceſſe autem eſt explicare, quæ ſic in dubium uocantur, ac primò de ſcientia. Videbatur enim abſurdũ, qui ſcientiam haberet, eum illam abijcere, aut in aliam formam tranſmutare. Idem etiá de opinione dicebatur.

A Nihil enim differt, opinio ſit, an ſcientia. Nam ſi uehemẽs erit opinio, propterea quòd in ea quis eſt confirmatus, ac aliter perſuaderi non poteſt, nihil differet à ſcientia, cum perſuaſionem habet adiunctam opinio, ſic rem habere, ut opinantur. Huiuſmodi opinionem Heraclitus Epheſius habuit in ijs, de quibus opinabatur. Nihil igitur fit quod non conuenit incontinenti, neq; ſi habet ſcientiam, neq; ſi opinioné, cum agit inhoneſtũ aliquid. Eſt enim ſcire duplex, & alterum eſt habere ſcientiam. nam ſcire tum dicimus, quando quis habet ſcientiam: alterum uerò, agere nunc per ſcientiam. Eſt igitur incontinens, qui continentia præditus eſt quidẽ, non utitur ea tamen: ac ita nihil eſt abſurdum, præditum eum ſcientia facere mala, quando non operatur ſcientia. Fit enim ſimiliter, ut in dormientibus. nam hi ſcientia prædiò, faciunt tamen & patiuntur multa in ſomno, quę ſunt moleſta. nam ſcientia non eſt in eis actuoſa. De incontinenti habet etiam hoc modo. Eſt enim tanquam dormienti ſimilis, & ſcientiam non exercet. Ac ita ſoluitur hic ualut nodus quæſtionis. Veniebat enim in dubium, an incontinens tum ſcientiam abijceret, aut mutaret in aliam formam. Abſurdum enim uidetur eſſe utrunq;. Sed inſuper hoc fuerit manifeſtum, ſicut in libris Explicationũ eſt dictum, effici argumentationem ex duobus enunciatis: & horum quidem primũ eſſe uniuerſale, ſecundum uerò additum ad id, & in parte conſiſtit: ut cum ſcio, laborantem febri omnem hominẽ ſanum facere: hic autem laborat febri, & hunc igi-
B tur ſcio ſanum facere: ſed utrum hic laboret febri, neſcio. Quapropter eſt, quod ſcientia, quæ rem uniuerſam continet, ſcio: quæ autẽ partem, non ſcio. Fit ergo ut erret is, qui ſcientiam habet hic etiam. ut omnem laborantem febri ſanare ſcio: ſed an hic laboret febri, neſcio. Planè ſimili modo idem peccatum eueniet in incontinente, qui ſcientiam habet. Nam poteſt fieri, ut incontinens habeat ſcientiam in uniuerſum, quod talia ſint mala & noxia: non autem hæc eſſe mala, in rei parte ſciat. Quare qui ſic habet ſcientiam, peccabit. habet enim eá quæ rei totius eſt, non eam quæ partis eſt. Nihil igitur abſurdi neq; ſic in incontinenti continget, ſi fœdi aliquid faciat, qui ſcientia præditus eſt. Ac ita eſt, ut in ebrijs. nam hi, quádo fuerint ebrietate liberati, ſunt iterum ijdem qui fuerunt, nec eſt eis excuſſa nec ratio, nec ſcientia, ſed ebrietati ſuccubuit, à qua leuati ſunt ijdem iterum, & non exciderunt nec ratione ſua, nec ſcientia. De incontinente res habet ſimiliter etiam. Affectus enim ubi ſuperauerit, cogitationem ſopiuit: ſoluto autem adſectu, ſicut ebrietate, idem eſt iterum. Sed erat etiam alia diſputatio de incontinentia, quæ ſic rem uocauit in dubium, quaſi meriturus eſſet laudem incontinens, & continens uituperationem. Verùm hoc non ſit. non eſt enim aut continens, aut incontinens, qui falſus eſt ratione, ſed habet exiguum recti: & hoc ea quæ turpia ſunt, quæque ſunt honeſta, iudicat. & incõtinens quidem qui rationi, quatenus eſt talis, non obtemperat: continens uerò, qui paret, ac non ducitur cupiditatibus. Non enim is cui non uidetur pulſare pa-

trem eſſe turpe, cupit autem pulſare, ſi à pulſando abſtineat, eſt continens. Cum itaq; non ſit in his nec continentia, nec incõtinentia, non etiam laudari poteſt incontinentia, nec uituperari continentia, quemadmodũ uidebatur. Sunt autem incõtinentiæ formæ tum ex morbo, tum ex natura. Quæ ſunt ex morbo, ſunt tales: ut ſi qui euellant capillos, ac deuorent, quales inueniuntur aliquando. Si quis igitur à tali uoluptate ſibi temperet, non eſt laudandus propterea, nec ſi non ſibi ab ea temperet, uituperandus, aut certè non ualde uituperandus. Ex natura uerò eſt, ut fuit, quando (ut narrant olim accidiſſe) filius, cum accuſaretur in iudicio, quòd patrem uerberaret, ſe defendit, ac dixit, confitendo factum, etiam hunc uerberaſſe patrem ſuũ, ac ideo ſe abſolui debere: idq; factum eſſe, quòd eſſet uiſum iudicibus, naturale peccatum eſſe. Quapropter ſi quis à pulſando patre abſtineat, non eſt laudabilis, nec de tali nos incõtinentia quærimus, nõ etiam de tali cõtinentia: uerùm, propter quas omnino reprehenſione aut laudatione digni dicimur. Sunt autem bonorum alia quidem externa, ut diuitiæ, principatus, honor, amici, gloria: ſed alia neceſſaria, quæq; pertinent ad corpus, ut ſunt tactus, guſtatus. Quare, qui eſt in his incõtinens, uideatur etiã incõtinens omnino: & incõtinentia quoq; poteſt uideri circa hęc uerſari, ut quę ſit in corpore, ac ſit ea de qua inueſtigamus.

INCONTINENTIA IN QVIbus uerſetur, & quæ ſit omnium turpiſſima. Caput VII.

CAeterùm hoc etiam ueniebat in dubium, quid eſſet in quo incontinentia uerſaretur. Quare circa honorem non eſt ſimpliciter incontinens. Laudatur enim aliquo modo, qui eſt incõtinens in honore, cum ſit amans honoris. In uniuerſum autem in his quoq; dicimus incontinentem, eo, de quo ſignificamus, addito in hunc modum: circa honorem incõtinens, aut gloriam aut iram. Sed cum de planè incontinente loquimur, non addimus, in quibus eſt, cum ei ſit coniunctum: & pateat ſine additione illorum in quibus eſt. Verſatur enim circa uoluptates & dolores corporis, qui ſimpliciter eſt incõtinens. Manifeſtum id etiam hinc eſt, incõtinentẽ circa hæc uerſari, quòd ea quæ ſubiacent, in reprehenſione ſunt, quemadmodum eſt incontinens. Honor igitur, gloria, principatus, pecuniæ, quæque ſunt alia, circa quæ dicuntur incontinentes uerſari: non ſunt reprehẽdenda, ſed uoluptates corporis. Quare meritò, qui plus æquo in his uerſatur, perfectè incontinens dicitur. Quoniam autẽ illa incontinentia, quæ in ira conſiſtit, inter eius relliqua genera maximè reprehendenda eſt: utrũ eſt etiam reprehenſione dignior, quàm ea quæ circa uoluptates uerſatur? Eſt quidẽ incontinentia, quæ in ira eſt, eorum puerorum ſimilis, qui ſunt ad miniſtrandum prompti. nam hi, cũ dixerit dominus, Da mihi, præcipitati promptitudine, priuſquàm audierint quid oporteat dare, dederunt, ac in dando aberrarunt: ac ita ſæpè, cum debuerunt librum dare, dederunt ſtylum. Huic ſimile patitur incontinens iræ. ubi enim audie-

A rit primũ uerbum, aliquẽ læſiſſe, rapitur animus ad ulciſcendum, non ulterius audiens, cõueniatne, an non, aut non tam uehementer. Itaq; talis impetus ad iram, ſiquidem uidetur eſſe ira incõtinentia, non ualde reprehendi poteſt: qui ad uoluptatem uerò eſt impetus, eſt reprehendendus. Ab hac ergo differt eo, quòd ratio reuocat à faciendo, & ratione tamen utens facit. propterea magis eſt reprehendenda, quàm incontinentia, quæ proficiſcitur ex ira. Nam ea quæ hinc proficiſcitur, eſt dolor, cum nemo iraſcens non afficiatur dolore. Quæ autẽ ex appetitione, cum uoluptate cõiuncta eſt. Quapropter magis poteſt reprehendi. Nam quę per uoluptatem efficitur incontinentia, uidetur cõtumeliæ coniuncta eſſe.

DE CONTINENTIA ET PERpeſſione, & an extremum unum altero ſit ſanabilius. Cap. VIII.

CAeterùm, eſt ne continentia & perpeſſio idem, an non? Verſatur quidem circa uoluptates continentia: & continens eſt qui reprimit eas. Perpeſſio uerò circa dolores uerſatur: nam qui perfert ac ſuſtinet dolores, is ualidus eſt in perpetiendo. contrà etiam incõtinentia, & mollicies, non ſunt idem. Mollicies enim, & mollis eſt, qui non ſuſtinet labores, nõ omnes quidem, ſed quos alius quiſpiam ſuſtineret neceſſariò: incontinens uerò, qui non poteſt uoluptates ſuſtinere, ſed emollitur, & ab his ducitur. Eſt præterea quiſpiam, qui effrenis uocatur. An igitur effrenis & incontinens idem ſunt, an non? B talis quidam eſt effrenis, ut qui putet ea quæ facit, & optima, & ipſi utiliſsima eſſe, nec eſt ulla præditus ratione, quæ repugnet ijs quæ ipſi uidentur ſuauia: ſed incontinens præditus eſt ratione, quæ aduerſatur ei, tendenti ad quæ ducit appetitio. Vter autem horum, effrenis an incontinens, facilius ad ſanitatem perduci poteſt? Nõ quidem uideatur incõtinens. Effrenis enim, ſiue intemperans facilius perducitur. nam ſi rationẽ concipiat, quæ doceat eum, quæ facit, mala eſſe, non faciat amplius. Incontinenti uerò ineſt ratio, nihilominus tamẽ agit. Talis ergo uideatur inſanabilis. Vter autem deterius affectus eſt, cui nihil boni eſt, quiq; ut eſt, ita uiuit, an uerò ille alter? & quanto, quod eſt precioſius in eo, peius affectum eſt? Quapropter incontinens eſt, qui hoc bonum, rationẽ puto, quæ recta eſt, habet: effrenis autem non habet. nam ratio cuiuſq; rei principiũ eſt. Itaq; incontinentis principiũ, quæ res precioſiſsima eſt, bene habet: effrenis uerò malè, atq; ita hic fuerit illo deterior. Porrò, ſicut eſt in feritate ulcio, de quo diximus, quòd nõ ſit hanc uidere in fera, ſed in homine tantum eſſe, ita hic res habet. Nã eſt feritas nomen excellentis uicij. Cur autem non eſt in fera? Num quia malũ principium non eſt in beſtis? Principiũ autem eſt ratio. Deinde utri plus malorũ potuerunt facere, leone, an Dionyſi⁹, aut Phalaris, aut Clearchus? An, patet, hos potius facere poſſe? Nã principiũ quod ineſt malũ, ad hoc multũ ponderis habet, ac id nõ eſt in beſtis. Malũ principiũ igitur eſt in effreni. Quatenus enim facit ea quę ſunt mala, et ratio (cõſentiunt hæc, & uidẽtur ei faciẽda eſſe) mala

mala eſt. In ipſo autem Incontinenti ſanum eſt principiũ. Quapropter melior uideri poteſt incontinens effreni, quem & intemperantem uocamus. Cæterũ incontinentiæ duo genera ſunt, quorum alterum eſt incitationis & incogitantiæ, quodq́; ſubito fit: ut quando mulierem formoſam uiderimus, illicò ſumus aliquid moti, & ex perturbatione factus eſt impetus ad faciendum aliquid eorũ quæ fortaſſe non decent. Alterum eſt, quaſi ad infirmandum inclinans, quę rationi dehortanti coniuncta eſt. Illa quidẽ non ualde reprehendenda uideatur. Etenim in bonis efficitur, In calidis inquam, & generoſis: hęc uerò in frigidis, & nigra bile abundantibus. Tales autem ſunt reprehenſione digni. Præterea poteſt fieri, ut ratione præmunitus nihil perturbetur, cum ſcit mulierẽ pulchram aduenturam eſſe. Oportet ergo ſeipſum cohibere, ac antegreſſus ratione, qui ex recenre uiſo eſt incontinens, nec patietur, nec faciet aliquid turpe. Sed qui, duce ratione, ſciens non decere fieri, tamen uolu ptate uictus & emollitus, patet cupiditati, magis hic reprehendendus eſt. Nequaquã enim honeſtus ita incontinens poterit fieri, ac antegreſſa ratio non ceſſerit. Hæc enim dux eſt in ipſo, cui non patet alter ille, ſed uoluptati ſuccumbit, & ab ipſa emollitur, ac uelut ægrotat.

AN TEMPERANS ET CONtinens, itemq́; intemperans & incontinens, idem ſit nec ne. Cap. IX.

SEd an temperans idem ſit, qui eſt cõtinens, quæſitum eſt in præcedentibus: nunc uerò dicimus, temperantem eſſe continentem. Continens enim eſt, non modo qui cupiditates, cum inſunt, cohibet ratione: ſed etiam talis eſt, qui, tametſi non ineſſent cupiditates, cohibere tamen, ſi accederent, eas poſſet. ac ſanè temperans eſt, qui nõ habet uicioſas cupiditates, & habet rectam in his rationem. Et continens, qui cupiditates habet uicioſas, & rectam in his rationem. Non igitur ſequetur continens temperantem, & erit temperans. Temperans enim eſt qui non patitur: continens autem, qui patitur, & his imperat, aut certè qui poteſt pati. Sed neutrum horum eſt in temperante: non ergo eſt cõtinens temperans. Vtrum autem intemperans eſt incõtinens, aut contrà incontinens intemperans, an alterum neuter comitatur? Eſt quidem incontinens, cuius ratio pugnat cum affectibus. Intemperans autem non eſt eiuſmodi, ſed qui facit mala, & ſimul rationem habet conſentientem: nec eſt intemperans, qualis incontinens eſt: nec incontinens, qualis intemperans. Præterea deterior eſt intemperans incontinente. Difficiliora enim ſanatu ſunt, quæ à natura ſunt, quàm ea quæ ſunt ex moribus. Mos etenim propterea uidetur multum ualere, quòd in naturam confirmatur. Eſt igitur intemperans ipſe talis quiſpiã, ut ſi natura eſſet malus. Ob hoc, & ex hoc, ratio uicioſa eſt in eo: ſed non ſic habet incontinens. Haud enim ideo quòd ipſe talis eſt, & honeſta ratio talis eſt. Vicioſam enim eſſe oportebat, ſi talis eſſet, qualis eſt uicioſus. Incontinens ergo uidetur eſſe malus moribus: intemperãs autem

A natura. Intemperans enim ſanatur ægrius natura. Nã alijs moribus alij depellentur, natura non depellitur. An autem, quia talis quiſpiam eſt incontinens, ut uideat, ac non ſolet falli ratione, ſitq́ue prudens talis, qui recta ratione ſingula contemplatur, an inquam poteſt fieri, ut ſit prudens incontinens, an non? Poterit enim quis in dubium uocare quæ dicta ſunt. Quod ſi, quæ dicta ſunt, antea ſequentur, non erit prudens incontinens. diximus enim, prudentem eſſe non eum tantum qui præditus eſt ratione, ſed etiam qui facit ea quæ ſunt optima, & ex ratione uiſa fuerint. Quòd ſi, quę ſunt optima, prudens agit, nec etiam incontinens prudens erit, ſed potius eſt propenſus. In præcedentibus enim diſtinximus inter propenſum & prudentem, ut eos qui ſunt diuerſi. nam circa eadem uerſantur: ſed alter eſt actuoſus in quibus decet, alter nõ eſt actuoſus. Quare propenſus ut ſit incontinens, fieri poteſt. Non eſt enim actuoſus, in quibus & propenſus, prudens autem non poteſt incontinens eſſe.

DE VOLVPTATE. Caput X.

POſthac dicendum fuerit de uoluptate: ſiquidem uerba facimus de felicitate, quam putant omnes aut uoluptatem eſſe, ac ſuauiter uiuere, aut non ſine uoluptate. Nonnulli uerò ſuccenſentes uoluptati, & putantes nõ debere numerare uoluptatem in bonis, introduxerunt indolentiam: ac ita indolenter uiuere, uicinum eſt uoluptati. Quocirca tractandum eſt de
B uoluptate, nec tantũ ideo, quòd & alij cenſent oportere, ſed potius nobis eſt neceſſe diſſerere de uoluptate. Cum enim nobis ſit tractatio de felicitate, atq; hanc definierimus, & dicamus actionem eſſe uirtutis in uita perfecta, & uirtus uerſatur circa uoluptatem & dolorem, quòd nõ ſit abſq; uoluptate felicitatis, primò exponamus quæ dicunt alij, qui putant uoluptatem non debere in boni partem recipi. Dixerit autem quis eorum, primò uoluptatem eſſe ortum: hunc autem eſſe quid imperfectum, & bonum haud locum habere inter imperfecta. Secũdò, eſſe quaſdam uoluptates prauas, nec bonum in prauitate unquam eſſe. præterea fiunt illæ in omnibus: etenim in malo & in bono, in fera & in pecude. Bonum uerò eſt alienum à miſtione prauorum, & non multis commune. præterea non optimũ eſſe uoluptatem: bonum autem eſſe optimũ, ac impedimentum eſſe agendorum honeſtorum: quod autem ui prohibendi honeſta præditum ſit, non poſſe bonum eſſe. Primò igitur ad primum dici debet, ortum inquam, & fieri periculum in hoc argumento refutando, cũ non ſit uerum. Non eſt autem, ut hoc primùm dicatur, omnis uoluptas ortus. Voluptas enim quæ prouenit ex inquirendo, non eſt ortus, nec ea quę prouenit ex audiendo & olfaciendo. Non fit enim ex penuria, ſicut fit in alijs, ut ex edendo, aut bibendo. Nam hæ fiunt ex ſubmiſsione & elatione, ita ut ſubmiſsio ſeu defectus repleatur, aut ab elatione auferatur. Quamobrem uidetur eſſe in his ortus quidam, ſeu effectio. Verùm ſubmiſſio & elatio dolor ſunt. Eſt ergo dolor, ubi ortus

uoluptatis. In uidando autem, & audiendo, & A olfaciendo, non pręgreditur dolor. Nemo enim qui percipit uoluptatem uidendo, prius doluit. Similiter etiam de intellectu res habet. Capera uoluptatem quis poteſt aliquid contemplando ita, ut non prius doluerit. Quare fuerit uoluptas aliqua, ſicut illi dicunt, ob hoc nō bonum, quòd eſt ortus. Eſt autem uoluptas, quæ non eſt ortus. hæc ſanè fuerit bonū. In uniuerſum autem nulla uoluptas ortus eſt, ne quidem eæ quę ſunt ex edendo & bibendo ſunt ortus: ac errant, qui dicunt has uoluptates ortus. Putant enim, quando facta rei copia uoluptas ſit, ex hoc ortū eſſe. uerum non eſt. Cum enim ſit animæ pars quædam qua delectamur, facta illorum quibus indigemus copia, ſimul hæc animæ particula operatur & mouetur. Motus autem & actio uoluptas eſt. Propterea uerò, quia copia facta, ſimul animę illa particula operatur, aut propter eius actionem, exiſtimāt ortum eſſe uoluptatem, eo quòd manifeſta aſt copia, particula uerò animæ nō eſt manifeſta. Hoc perinde eſt, ac ſi quis putaret hominem eſſe corpus, quod hoc ſenſile ſit, non etiam anima. Eſt autam & anima. Similiter & in hoc res habet. Eſt enim portio quædam animę, qua percipimus uoluptatem, quæ ſimulac eſt copia facta, operatur. Quapropter nō eſt ortus uoluptas ulla, nec etiam reſtitutio, quam uocant, inſenſilem naturam. Etenim ijs qui reſtituuntur in naturam, non eſt ex eo uoluptas. Nam reſtitui, fieri eſt iuſtam acceſsionem eius, cui natura deeſt. Qui autem non eget, eum ſolemus dicere uoluptate affici. defectus enim dolor eſt. Verùm uoluptatem capi ſine dolora dicimus. Non fuerit igitur uoluptas reſtitutio penuria laborātis, nihil enim patiens penuriam in talibua eſt uoluptatibus. Idcirco, ſi propterea quòd ſit ortus, uoluptas uidetur non eſſe bonum, & non eſt ulla uoluptas ortus, bonum fuerit uoluptas.

AN OMNIS VOLVPTAS SIT *in bonis.* *Caput* XI.

VErùm quis dicat inſuper, non omnem uoluptatem eſſe bonum. excutiat autem unà cum alijs hoc etiam hunc in modum. Quia ſentimus bonum in omnibus enunciationibus dici: etenim in ſubſtantia, in eo quod cum alio confertur, in eo in quo dicitur quantæ ſint res, & quàm ſint multæ, in eo quod exponit quādo quid ſit, adeoq; omnino in omnibus iam & boc patet, omnibus adiunctam eſſe uoluptatem quandā. Igitur cum ita ſit, uoluptas quoq; fuerit bonum: atq; adeò, ſiquidem in his bonum eſt & uoluptas, illam puto quæ eſt ex bonis uoluptas, omnis uoluptas bonū fuerit. Conſtat ex hoc etiam, quòd & forma ſunt diuerſæ uoluptates. Nam enunciationes quoq; ſunt diuerſæ, in quibus eſt uoluptas. Nec res habet hic, ſicut in ſcientijs: ut in Grammatica, uel quacunq; alia. Si enim Lamprus habeat cognitam Grāmaticam, ſimiliter affectus erit Grammaticus, ut alius quicunq; habens cognitam Grāmaticam: nec erunt duæ diuerſæ Grammaticæ in Lampro, & Ileo. Sed non ita res de uoluptate habet. nam quę eſt ex ebrietate, quæq; eſt ex Venere, non ſimiliter A afficiunt. Verūenimuero etiam propterea, qoòd malæ ſont quædā uoluptates, & ob hoc inquā, non uidetur eis uoluptas bona eſſe. Hoc ſanè, ac iſtiuſmodi iudicium nō eſt uoluptatis propriū, ſed etiam inuenitur in natura & ſcientia. Nam & natura eſt mala, ut uermium & ſcarabeorum, ac omnino quæ ignobilium eſt animalium. Sed non ob hoc natura è malorum eſt genere. Similiter & ſcientiæ fuerint malæ, ut ſordidæ: ſed non ideo ſcientia malū eſt, ſed bonū genere utrunq; ſcientia & natura. Sicut enim ſtatuarium non oportat iudicare cuiuſmodi ſit, ex ijs in quibus aberrauit, & operatus eſt malè, ſed ex ijs in quibus operatus eſt bene: ſic neq; ſcientiam, neque naturam, neq; aliud quicquā æſtimari, quale ſit, ex malis debet, ſed ex bonis. Par autem uoluptatis etiam eſt ratio. nam genere bonum eſt: neq; nos latet, quaſdam uoluptates malas eſſe. Cum enim & animantiū naturæ ſint diuerſæ, & mala & bona, puta hominis bona, lupi aut alterius feræ mala: ſimiliter alia natura eſt equi, & hominis, aſini, canis: uoluptas uerò ſit ex eo quod eſt contra naturam, in propriam cuiuſq; naturā conſtitutio: fuerit hoc ſanè prauæ naturæ ſuauiſsimum, ſed prauæ naturæ tamen uoluptas praua. Non enim idem ſuauiſsimū eſt equo & homini, ſimiliter non alijs quoq;: ſed quia naturę ſunt diuerſæ, diuerſæ ſunt & uoluptates. Erat enim uoluptas reſtitutio, quam aiunt conſtituere in naturam. prauæ igitur naturæ praua eſt conſtitutio, probę autem proba. Sed qui dicunt uoluptatem non eſſe honeſtam, ijs accidit, quod accidit B illis qui neſcientes quid ſit nectar, putant deos uinum bibere, ac nihil hoc eſſe dulcius. & hoc ſit per ignorantiam. His patiuntur ſimile quiddam qui omnes uoluptates dicunt eſſe ortus, & nullam bonum. ob id enim quòd nullas uoluptates alias norunt præter eas quę ſunt corporis, ac uident has ortus eſſe, & non probas, in uniuerſum arbitrantur nullam uoluptatem eſſe bonū. Cum autem ſit uoluptas & eius naturę quæ cōſtituitur, & eius quæ conſtituit, ut ſunt illius quidem reſtitutiones ex defectu, ſed huius quæ ſunt ex uiſu, auditu, & ſimilibus, meliores fuerint actiones, quæ naturam cōſtituunt. Nam utriuſq; modi uoluptates ſunt actiones. Conſtat igitur, uoluptates quæ ſunt ex uiſu, auditu, & intellectu, eſſe meliores: cum illæ quæ ad corpus attinent, ſint raparationes.

ADVERSVS EOS QVI VOLV*ptatem bonum eſſe negabant.* *Cap.* XII.

HOc etiam præterea dicebatur, non eſſe bonum uoluptatē, quòd eſſe in omnibus, & eſſe cōmunem omnibus nō ſit bonū. Sed iſtiuſmodi quid in ambitioſo, & ambitione, peculiare potius eſt. Ambitioſus enim eſt, qui ſolus uult habere, ac eo quod habere uult, alios excellere. Et uoluptatē ergo, ſi erit bonum, tala oportet eſſe: an hoc non, ſed etiam contrà bonum uideri poteſt ideo, quod ab omnibus expetitur? Nam, ut bonum experant, omnia ſunt apta naturaliter. Quare ſi uoluptatem expetunt omnia, uoluptas bonum genere fuerit. Inſupar & qood impedimentum ſit uoluptas, non eſſe bonum eam dixerunt. Eſſe uerò impedimentum uidetur eis,

tur eis, quòd rem non rectè intelligant. Non enim eſt impedimentum eius quod agitur, uoluptas, quæ rem comitatur, etſi alia quidem eſſet impedimentũ. Exempli gratia, uoluptas ex inebriatione impedit in agendo: ſed ita & ſcientia ſcientiæ fuerit impedimentũ. Non eſt enim poſſibile ambabus actioſum eſſe. uerùm cur nõ eſt bonum ſcientia, ſi ex ſcientia uoluptatẽ efficiat, ac utrum eſt impedimentum, nécne, ſed magis aget eam habens? Nam uoluptas, quę percipitur ex eo quod fit, ad fortius agendum incitat, quæ in probo eſt, inquam, & facit ut agat ea quæ ſecundum uirtutem ſunt, & ea ſuauiter agat. Sed multo magis erit occupatus in agendo, ac honeſtus erit, ſi uoluptatem capiens aget: ſin dolorẽ capiens, honeſtè fecerit, non erit honeſtus. Nam dolor eſt in iis quæ ſunt ex neceſsitate. Quamobrem ſi cui dolor eſt honeſtè agere, ſic agit, ut cogatur: qui autem ex neceſsitate agit, nõ eſt honeſtus. Atqui non poteſt fieri, ut non dolorẽ aut uoluptatem capiens, agat ea quæ ſecundum uirtutem ſunt, nec eſt inter hæc medium. cur autẽ? quòd in affectu eſt uirtus, & affectus in dolore ac uoluptate, ſed in medio non eſt. Patet igitur, & uirtutem eſſe cum dolore ac uoluptate cõiunctã. Quare qui dolens agit honeſta, nõ eſt honeſtus: nec fuerit uirtus cũ dolore ſociata, ſed cum uoluptate. Sic ouo modò non eſt impedimentũ uoluptas, uerumetiã ad agendũ incitans quiddam: ac in uniuerſum non poteſt uirtus ſine uoluptate eſſe, quæ ab ipſa efficitur. Aliud etiam dicebatur, quod nulla ſcientia faceret uoluptatem. Sed hoc etiam non eſt uerum. Confectores enim cœnarum, & coronarum, & unguentorũ, uoluptates inſtruunt: ſed alijs tamẽ ſcientiis uoluptas non ut finis eſt, uerũ ipſæ coniunctæ ſunt cum uoluptate, nec ea carent. Eſt igitur ſcientia, quæ uoluptatem fabricatur. Prætereà dicebatur. aliter non eſſe uoluptatem ſummum bonũ. Sed ita quidem, ac talem ob cauſſam tolles alias quoq; ſingulas uirtutes. Nam fortitudo non eſt optimum, dixeris: ob id ergo nec bonum. An potius hoc eſt abſurdũ? ſimiliter in alijs habet: nec propterea non eſt bonum uoluptas, quòd non ſummum eſt bonum.

DE RATIONIS ET AFFEctuum imperio, & an uirtute affectus abuti poſſit. Caput. XIII.

IN dubium autem uocauerit quiſpiam digrediens, & in uirtutibus tale quippiam, cum ratio dominetur affectibus aliquando. Nam dicimus in continente hoc fieri. cõtrà etiam rationis dominari affectus, quemadmodum in continente accidit. Quandoquidem igitur animæ pars quæ ratione caret, uicium in ſe habens, rationi ſanæ dominatur (talis enim eſt incõtinẽs) ratio quoq; ſimiliter praua eſt. Quapropter etiã ille dominabitur affectuum ſanorum, & habentium propriam uirtutem. Quod ſi eſt, unà cõtinget malè quem uti etiam uirtute. Nam præditus praua ratione, ac utens uirtute, malè utetur ea. Tale quoddam abſurdum ergo uideatur accidere. Ad hanc obiectionem facilè eſt reſpondere, ac eam refutare ex ijs quæ prius à nobis de uirA tute ſunt dicta. Nam tunc uirtutẽ eſſe diximus, quando bene adſecta ratio conueniat cum perturbationibus animi, bene propria uirtute habẽtibus, & perturbationes cum ratione. Sic affecta inter ſe uelut cõcentum efficient, ut ratio præcipiat ſemper, quod eſt optimum: affectus autem bene habentes facilè faciant, quod ratio præceperit. Vbi ergo prauè ratio fuerit affecta, perturbationes bene, uirtus nõ eſt, quòd ratio deficiat. Eſt enim uirtus ex utriſque, ac ideo nec malè uti uirtute poſsibile eſt. Omnino autem ratio non eſt principium ac ductrix uirtutis, ut alij putant, ſed affectus magis. oportet enim ad honeſtum efficiendum ineſſe prius impetum quendam carẽtem ratione, quod fit etiam: deinde rationem uelut calculum coniungere cõnſentiendo, & diſcernere. Didicerit autem quiſpiã ex pueris hoc, & ſine ratione uiuẽtibus. In his enim ſine ratione inſunt impetus perturbationum prius ad honeſtatem. Sed ratio deinde accedens, & unà tanquam ſuffragium ferens, facit honeſtè agere. Nõ autem, ſi principium capiat à ratione ad honeſtè faciendum, affectus obtemperant aſſentiendo, ſed repugnant ſæpè. Magis ergo principium ad uirtutem affectus uidetur eſſe, quàm ratio.

DE FORTVNA. CAP. XIIII.

HIs proximum eſt, cum de felicitate ſit diſputatio, de proſpera fortuna explicare. Multi enim putant felicem uitam proſperam eſſe, aut non ſine proſpera: & rectè fortaſſe. Nã ſine bonis externis, quorum fortuna eſt domina, imB poſsibile eſt beatum eſſe. Dicendum eſt ergo de proſpera fortuna. Et eſt omnino fortunatus aliquis, & in quibuſdam, circaq; aliquid. Primùm igitur ubi ad hoc uenerit quiſpiam, & fuerit intuitus rem, dubitauerit. Nec enim fortunã quis naturam dicat. Natura enim ſemper eius, cuius eſt cauſſa, ferè, aut ſimiliter eſt effectrix. Fortuna uerò nequaquam, ſed abſq; ordine, ac, ut fortè ceciderit. Quapropter etiam in his fortuna eſſe dicitur. Nõ enim habet nec mentem aliquam, nec rationem. Etenim hic nihilominus eſt quod cõſtat ordine, ac ſemper eodem habet modo. De fortuna ſecus eſt. Quare ubi plurimum eſt mentis & rationis, ibi minimum eſt fortunæ: ubi autem plurimum fortunæ, ibi minimum eſt mentis. Ac eſt proſpera fortuna ſanè quaſi deorũ cura quædam: aut fortaſſe non debet hoc uideri. Deum enim dignum eſſe iudicamus, qui ſit horum dominus, ut bona & mala dignis tribuat: ſed fortuna, quæq; ſunt à fortuna uerè, caſu fiũt. Quòd ſi Deo tale quippiam tribuamus, prauum iudicem eum faciemus, aut non iuſtum: & hoc Deo non conuenit. Verumenimuero extra hæc in aliud nihil quis fortunam collocauerit. Quare patet, horum fortunam eſſe. Mens quidem, & ratio, ac ſcientia planè alienum eſſe uideatur. Sed nec à Deo cura proficiſcẽs, nec beneuolentia poteſt uideri ſecunda fortuna: propterea quòd eſt in prauis, ac Deum curam gerere prauorum non ſit ueriſimile. Reliquũ eſt ergo, ut natura ſit proſperæ fortunæ quiddam propinquiſsimum. Eſt autẽ & hæc, & ipſa fortuna, in ijs quæ non ſunt iuris noſtri, nec in ijs quorũ nos domini ſumus,

quæq; agere poſſumus. Itaq; iuſtum nemo dicit fortunatum, nec fortem, nec alium quenquam præditũ uirtute aliqua. Noſtræ poteſtatis enim eſt hæc & habere, & non habere. Sed iam expreſſius dicemus, fortunam ſecũdam eſſe in talibus. Generoſum enim dicimus fortunatum, & omnino cui ſunt ea bona, quorum non eſt ipſe dominus. Sed nec tamen hic propriè dicatur proſpera fortuna. Dicitur autem fortunatus multis modis. Nam cui præter opinionem, ſuam dico, boni quid agere contigit, fortunatum eum dicimus: & qui, ut conueniebat rationi, damnũ poterat accipere, talem dicimus fortunatum, ſi lucrifacit. Eſt igitur proſpera fortuna in eò, quando boni aliquid ineſt præter rationem, ſed magis & familiarius eſt in accipiendo bonũ. Bonũ ſiquidem accipere ſic habet, ut etiam per ſe proſper ſit euentus. Eſt ergo ſecunda fortuna, ratione carens natura. Nam fortunatus eſt, qui ſine ratione impetum habet ad bona, & hæc aſſequitur. Hoc aũt eſt naturę. Nam hoc ineſt animę natura, quò ſine ratione cõtẽdimus, ad quæ ſumus bene affecti: &, ſi quis interrogaret ſic habentẽ, Quare tibi hoc ita libet agere? neſcio, diceret, ſed placet mihi: ſimile quiddam patiens iis, qui diuinitùs incitantur. nam tales habent impetum ad aliquid faciendũ, ſine ratione. Cæterùm ad proſperam fortunam appellandam non habemus proprium, & uelut familiare nomẽ, ſed cauſſam uocamus eam ſępè. Cauſſa uerò eſt alienum nomen (cauſſa enim, & id cuius eſt cauſſa, eſt aliud, ac ſine impetu, qui nanciſcitur bona) & cauſſa dicitur hæc fortuna, ut quæ facit, ut non concilietur malum, aut contrà, ut bonum paretur ab eo qui non putat ſe bonum conſecuturum eſſe. Talis ergo proſpera fortuna differt ab illa, & uidetur ipſa è rebus illis quæ tranſmutantur fieri, & eſſe proſpera fortuna ex accidente. Quapropter fuerit beatitudini coniunctior hęc fortuna proſpera, cuius principium impetus adipiſcendorũ bonorum eſt in ipſo, qui utitur ea. Quandoquidem igitur felicitas non eſt ſine bonis externis, hæc autem ſunt à proſpera fortuna, ſicut iam diximus, felicitati fuerit adiutrix. Hęc ergo de proſpera fortuna.

EPILOGVS SVPERIORVM, AC *de honeſta probitate, & recta ratione.*

Caput XV.

CVm autẽ explicauerimus de ſingulis uirtutibus ex parte, reliquum eſt ut ex toto ſingula congeſta uelut in unum caput repetendo pertractemus. Non igitur malè nomen datum eſt. In perfectè bono eſt honeſta bonitas (καλοκαγαθίαν Græci uocant) ſiquidem abſolutè honeſtè bonus (καλοκαγαθὸς) appellatur, qui perfectè bonus eſt. Nam in uirtute honeſtè, ac probum eſſe dicunt. Exempli gratia, dicunt iuſtum honeſtè bonum, fortẽ etiam, ac temperantem, adeoq; omnino in uirtutibus hoc ponunt. Quandoquidem igitur hæc in duo genera diuidimus, & altera dicimus honeſta, bona uerò altera: bonorum etiam alia bona omnino, alia non item. Et honeſta quidem, ut uirtutes, & actiones ex uirtutibus prodeuntes: bona uerò, principa-

A tum, opes, gloriam, honorem, & ſimilia. Quapropter honeſtè bonus eſt, cui bona omnino bona ſunt, & honeſta omnino ſunt honeſta. nam talis eſt honeſtè bonus. At, cui non quæ dicuntur omnino bona, ſunt bona, is non eſt honeſtè bonus: ut nec ſanus dicatur, cui non, quæ ſana ſunt, ex omni parte ſana ſunt. Nã ſi opes & principatus accedant ita, ut aliquem lædant, expetenda eſſe nequeunt: ſed eiuſmodi, quæ non lædant eum, uidentur ei bona eſſe. Verùm qui talis eſt, ut bonis deiiciatur ita, ut ei non ſint uerè, non eſt honeſtè bonus: ſed is, cui ſunt bona, quę ſunt bona omnia, quiq; ab his non corrumpitur, ut à diuitiis & principatu, is honeſtè bonus eſt. Ac de agẽdo ſecundum uirtutes, antea dictum eſt, non tamen ſatis. Quid enim ſit agere ſecũdum rectam rationem, explicauimus: hoc tamen quiſpiã fortaſſe ignorans quæſiuerit, quidnam ſit, quod rectam rationem dicimus. Recta ergo ratione agere eſt, quando ratione carens animæ pars nõ impedit ratione præditam agere ſuum negocium. nam tunc rectæ rationi conſentit actio. Duas enim partes animæ habemus, alteram deteriorẽ, alteram uerò meliorem: ac ſemper deterior eſt propter meliorem, ut in corpore ac animo corpus ob animum eſt, & tunc bene habere corpus dicimus, quando ſic habet, ut non tantum non impediat, ſed etiam conducat, & ſimul eò contendat, ut ſuum opus perficiat animus. Deterius enim eſt propter melius, cum eo ſimul operetur. Quando igitur affectus non prohibent mentem ſuum opus facere, tunc id erit, quòd ſit recta ratione.
B Profectò ſic eſt. Verùm dixerit quiſpiam, quomodo affectus habent, cum non impediũt, & quando ſic habent? ignoro enim. Hoc ſanè dicere non eſt facilè. Nam & medicus nõ facilè dixerit: ſed, quãdo laboranti febri iubet ptiſanam dari, & quærit quiſpiam, quomodo me febri laborare ſentio? Cum uides, inquit, eſſe te pallidũ. Eſſe autem pallidũ quomodo ſentiam? hic medicus reſiſtat. Nam ſi non habes apud te, inquit, horum ſenſum, non eſt hoc genus pallidi. Similiter in aliis ratio talium eſt commune quiddam. Ac ita etiam iudicari de affectibus debet. Oportet enim uolentem ſcire, ad ſenſum quippiam conferre. Quæſiuerit autem quis & hoc: Igitur ubi hæc ſciuero exactè, beatus etiam ero? nam hoc putant. Sed non ita eſt. Nulla enim & aliarũ ſciẽtiarum tradit uſum diſcenti, & actionem, ſed habitum ſolum. ſic neq; hic ipſum hæc ſcire uſum tradit, ſed habitũ. Eſt enim actio felicitas, ut diximus: nec eſt in eo quòd ea ſciuntur, ex quibus felicitas conſtat, ſed ex horum uſu. De uſu uerò, & actione horum tradere, non eſt huius inſtituti. nam & aliarum ſcientiarum nulla uſum tradit, ſed habitum.

DE AMICITIA CAP. XVI.

INter hæc omnia de amicitia tractetur neceſſe eſt, quid ſit, & in quibus, & circa quid ſit. Cũ autem uideamus eam in totam uitam extendi, & omni tempore opportunam eſſe, ac bonũ, ad felicitatem ſimul aſſumi poteſt. Primùm igitur quidem fortaſſe erit melius percurrere, de quibus dubitatur, & quęritur. An enim eſt in ſimilibus

milibus amicitia, ſicut uidetur, & dicitur? Nã graculus prope graculum ſedet ſemper, aiunt: ac

Iungitur ad ſimilem ſimilis, duce nomine, ſemper.

Ac dicunt etiam, cane olim dormiente ſuper eodẽ fictili, Empedoclem interrogatũ, quare ſuper eodem fictili dormiret canis? reſpõdiſſe, q; habaret quid ſimile fictili, quaſi & cania propter id quod eſt ſimile ambularet. Contrà uidetur alijs quibuſdã, in cõtrarijs magis fieri amicitia. Cum terra ſicca eſt, tunc amat pluuiam: ſolũ, ait ille, cũ ſolũ eſt ſiccũ. uelle igitur cõtrario contrariũ eſſe amicum. Siquidem in ſimilibus nec eſſe poſsit, cum ſimile nihil indigeat ſimili, & iſtiuſmodi alia. Deinda utrum eſt facilè amicum fieri, an difficile. Adulatores enim, cum adſederunt, nõ ſunt amici, uidentur autẽ eſſe. Prætarea uocantur & hæc in quæſtionem, Vtrũ ſit futurus bonus amicus malo, néne. uerſatur enim in fide & firmitate, amicitia. Malus uerò minimè talis eſt. Primùm igitur explicandũ fuerit de amicitia cuiuſmodi eſt, cuius inquirendæ ſtudio nos tenemur. Eſt enim, quãtũ fieri poteſt, & erga Deos amicitia, & erga res inanimes, nõ tamẽ rectè: ibi enim dicimus eſſe amicitiã, ubi eſt mutuus amor. Sed amicitia cũ Deo, nec ut ametur quis, nec omnino ut amet, recipit. Abſurdũ enim ſit aliquẽ dicere, q; amet Iouẽ. Nec ſanè à reb. inanimis poterit quiſpiã redamari: ſed eſt erga res inanimes quoque amicitia, uinũ puto, aut aliud ſimile. Quare nec eam quæ in Deũ eſt, amicitiã quærimus, nec eã quę in res inanimes habetur, ſed eã quę in res animo præditas inuenitur, & in ea quorũ eſt redamare: ſi modò quis inquirat præterea, quid ſit B amabile. Nam aliud aſt nihil, niſi bonum. Aliud igitur eſt amabile, ac aliud amandũ. ſicut intereſt inter id quod uelle quis debat, & id quod uelle poteſt. Hoc enim eſt omnino bonũ: illud, quod ſingulis eſt bonũ. & ſic amabile, quod eſt omnino bonũ: ſed amandũ, quod priuatim bonũ. Ac amandum eſt & amabile, ſed amabile non eſt amandũ. Hic igitur & ob illud in dubium uocari potaſt, utrum bonus malo ſit amicus, an nõ. Copulatum eſt enim bono, quod eſt ipſi bonum, & amandum amabili: & ſuaue autem eſſe, & cõducibile continet, & ſequitur bonũ. Eſt igitur amicitia proborum, quando inter ſe amant. ac amãt inter ſe, quatanus ſunt amabiles. amabiles autẽ, quatenus boni. Bonus argo, dicit aliquis, nõ erit amicus malo. Sed eſt quidem. Cum enim bonũ conducibile ac ſuaue ſequeretur, ut eſt dictum, ſi eſt malus, qui ſit unà ſuauis, eatenus eſt amicus. Rurſus conducibilis, quatenus conducibilis, eatenus eſt amicus. Verùm non erit ex amabili talis amicitia. Nã erat amabile bonum, ſed malus non eſt amabilis. Non eſt enim, ut dixi, talis amicitia ex amabili, ſad ex amando. Sunt enim ab amicitia pfecta omnino, quæ in probis eſt: & hęc genera, quę oritur è ſuaui, & quæ oritur ex utili. Quapropter q amat ex eo q; eſt ſuaue, nõ amat amicitia, quę à bono eſt, nec is qui amat ex utili.

DE TRIBVS AMICITIAE GEnerib. & de bonorũ & malorũ amicitia. Cap. XVII.

SVnt autẽ hæ amicitiæ, quæ in bono eſt, quæ in ſuaui, & quæ in conducibili, nõ per omnia A quidem eædẽ illæ, nec inter ſe alienæ, ſed ab eodem quodammodo contextæ pendent: ut cum dicimus, & medicum enſiculum, & medicũ hominem, & medicam artem, non dicuntur hæc ſimiliter: ſed enſiculus eo quòd aſt utilis ad medicinam, dicitur medicus: homo autem, quòd efficere ſanitatem poteſt: ſciẽtia, quòd eſt cauſſa & principium. Sic & amicitiæ nõ ſimiliter: quæ inter bonos eſt, inquam, propter bonũ: & quæ eſt à ſuaui, & quæ ab utili eſt: nec ſanè homonymè dicuntur, ſed non ſunt eædam. Verſantur hæ circa eadem, & ſunt ex ijſdem orta. Si quis ergo dicat, is qui amat ob id quod ſuaue eſt, nõ eſt huic amicus: non eſt enim ex bono amicus: hic ad amicitiam bonorum adſpirat, quæ eſt ex his omnibus, ex bono, ſuaui, & conducibili. Reuera igitur non illa eſt amicus amicitia, ſed ea quæ à ſuaui eſt, aut conducibili. Vtrũ itaq; amicus erit bono bonus, an non? Similis enim ſimili nihil, inquiunt, eget. Sed hæc oratio quærit amicitiam, quæ ſecundum utile eſt. Quatenus enim alius eget alio, cum ſint eatenus amici, ſunt in amicitia quæ ex utili eſt. Verùm aliam eſſe amicitiam ab utili, aliam à uirtute, aliam à uoluptate, oſtẽſum eſt. Par eſt itaq;, bos multo magis diuerſos ab alijs aſſe, cum habeant bona omnia, ſuaue, ac utila. Quin & bonus improbo amicus eſt. nã quatenus fortè ſuauis eſt, eatenus & amicus. Improbus etiã eſt improbo. nã quatenus idem fortaſſe conducit eis, eatenus & amicus. Videmus enim hoc fieri, ut cũ idẽ conducit, eſſe hos amicos propter cõducibile. Nihil igitur impedit, quo minus B idẽ cõducat ijs etiam qui ſunt improbi. Eſt argo firmiſsima, & maximè durabilis, ac pulcherrima inter bonos amicitia, quę meritò ſecũdũ uirtutẽ & bonum eſt. Nam uirtus, quæ parit amicitiam, nequit mutari. Quare non eſt alienum à ueritate, amicitiam talem eſſe immutabilem. Quod autem conducit, non habet amicitiam firmam, ſed mutatur cum eo quod eſt conducibile. Similiter & ea quæ in uoluptate conſiſtit. Optimorum igitur eſt amicitia, quæ in uirtute conſiſtit: multorum, quæ in utilitate: quæ in uoluptate uerſatur, inter fœdos & uiles eſt. Accidit etiam, ut moleſtè ferant, ac mirentur homines, quando in prauos amicos inciderint: & nihil eſt abſurdũ in hac re. Cũ enim eſt amicitia uoluptatẽ nacta principiũ, per quod ſunt mali, aut utila, his deficientibus, & amicitia non manet. Sæpè uerò hæc manet, cum aſt malè uſus quis amico, & ob hoc ſtomachantur: nec eſt hoc etiam alienum à ratione, cum non fuerit cum hoc tibi amicitia propter uirtutem. Quare nihil abſurdum eſt, nihil eum facere ſecundum uirtutem. non rectè igitur ſtomachantur. Cum enim contraxerint amicitiam uoluptatis gratia, putant, eiusdam aſſe debere, quæ à uirtute eſt. Verùm hoc non aſt poſsibile. Nam ea quæ fit propter uoluptatam, uel utilitatem, cohæret cum uirtute. Qui ergo uoluptatem inter ſa communicant, nõ rectè uirtutem requirunt. Virtus enim uoluptatem & utilitatem non comitatur: ſed uirtutem comitantur hæc ambo, cũ ſit abſurdũ, ſi quis putat bonos ipſos nõ ſibi eſſe mutuò ſuauiſsimos. Etenim ipſi praui ſunt inter ſe, ut Euripides ait

ſuaues,

ſuaues. Nam conuenit malus malo: ſiquidẽ uirtus non comitatur uoluptatem, ſed uoluptas comitatur uirtutem. Vtrum uerò & oportet in amicitia bonorum uoluptatem eſſe, an non? Abſurdum certè non oportere, dicere. Nam ſi abſtuleris ab eis hoc, ne ſint mutuò ſibi ſuaues, comparabunt alios amicos, ut ſint quibus cum uiuant ſuauiter: cum ad conſuetudinem uitæ nihil ſit maius, quàm ſe præbere ſuauem. Ac putare probos non debere unà uiuere, abſurdum eſt. Verùm hoc non caret ſuaui. Neceſſe igitur uidetur eſſe, ut ſint hi ſuaues.

SITNE INTER AEQVALES, AN *inæquales amicitia.* Cap. XVIII.

CVm autẽ tripartitò amicitia diſtributa eſſet, in his generibus dubitabatur etiã, an fieret in eo quod eſt ęquale, an in eo quod eſt inæquale, amicitia. Quare in ambobus eſt. Nam quæ ex ſimilitudine eſt, bonorum, & perfecta eſt amicitia: quæ per diſsimilitudinem, ex utili. pauper enim eſt amicus opulento, propter inopiam eorum quibus abundat opulentus: & ob idem probo improbus. Nam propter inopiã uirtutis, à quo putat eam colliſtũ iri, propter hoc inquã, eſt huic amicus. Efficitur itaq; in inęqualibus amicitia, ratione utilitatis. Quapropter etiam Euripides ait: Cũ ſicca terra eſt, tunc amat pluuiam ſolum. Fit in his amicitia, uelut in contrarijs per conducibile. ſi enim uelis hoc facere, quæ ſunt maximè inter ſe cõtraria, ignis & aqua erunt mutuò ſibi utilia. nam ignẽ dicimus, quando non habet humidum, corrumpi: quaſi hæc & præparet uelut quandam eſcam, & eam tantam, quantum poteſt abſumere. Si enim plus æquo facias humidi, & quod ſit ui ſuperius, ignem corrumpi: ſin moderatum, conferet. Patet igitur in ijs quæ ſummè contraria ſunt, amicitiã fieri propter id quod conducit. Omnes uerò amicitię referuntur ad illas tres, quæ in diuiſione comprehenduntur. Ac eſt in omnibus inter ſe differentia, quando non ſimiliter amant, aut benefaciũt, aut operam dant, aut quid ſimile faciunt. Quando enim alter intensè facit, alter autem remiſsè, querela & reprehenſio uenit ex defectu. Imò nõ hoc tantum, ſed etiam idem eſt finis amicitiæ talium: ut cũ ex utili ambo ſunt amici, aut ob ſuaue, aut uirtutis cauſſa: & eſt ab altero defectus bene manifeſtus, ubi tu plus boni feceris mihi, quàm ego, nec dubito magis à me te amari debere. Sed in quo genere amicitiæ nõ ſumus ex eadẽ re amici, magis ibi diſcrimen eſt. Minus enim defectus patet in alterutro: quẽadmodũ ſi propter uoluptatẽ hic ſit amicus, ille uerò propter utilitatẽ, inter hos dubitatio uerſatur. Nec enim qui ſuperat eo quod eſt utile, uoluptatẽ utili parare putat cõuenire: nec ſuperans uoluptate, cõtentus eſt eo, quod eſt utile, ſibi referri gratiã uoluptatis. Plus igitur eſt in his amicitijs differentiæ. Nam eorum qui ſunt inæqualiter amici, opibus excellentes, aut alia re ſimili, non putant ſe amare oportere, ſed putant amari ſe oportere à pauperioribus. Melius autem eſt amare, quàm amari. eſt enim actio quædam uoluptatis amare, & bonum: ab eo uerò quod eſt amari, nulla fit A ei qui amatur, actio. Præterea noſſe, quàm notũ fieri, melius eſt. nam fieri notum, & amari, etiam inanimis inſunt: noſſe uerò, & amare, animatis. Inſuper ad benefaciendum eſſe propenſum, eſt melius, quàm non eſſe. Nunc amans eſt propenſus ad benefaciendum, quatenus amat: ſed qui amatur, quatenus amat, nõ eſt: ſed homines ambitione ducti malunt amari, quàm amare, quòd ſit in eo quod eſt amari, excellentia quædam, cũ ſemper is qui amatur, ſuperior ſit aut uoluptate, aut copijs aut uirtute. Ambitioſus autẽ affectat excellentiam: & qui ſunt alijs præſtantiores, putant ſe non debere amare, quod ijs qui amant ipſos, referant par in ijs quibus excellunt. Porrò & inferiores hi ſunt illis, ac ob id etiam putant illi ſe non debere amare, ſed amari. Cæterùm egens pecunijs, aut uoluptatibus, aut uirtute, miratur his abundantem, ac amat, uel quòd ea conſequitur ab eo, uel ut conſequatur. Proficiſcũtur etiam tales amicitiæ quidem ex affectuum ſimilitudine, hoc eſt, ex eo quòd bene cupimus alicui. Non habet autem hæc omnia, quę in his eſt, amicitia. Nam ſæpè alij uolumus euenire bona, ſed cum alio uiuere. Sed an hæc oportet amicitias dicere, an perfectæ amicitię, quæ ſecundum uirtutem eſt, affectiones? In illa nanq; amicitia, perfecta inquam, inſunt hæc omnia. Siquidem, cũ ſuaue ſit in eo qui probus eſt, utile, ac uirtus, cum nemine alio uelimus uiuere, ac ei maximè bona contingere: adeoq; ipſum uiuere, ac bene uiuere, alij, quàm huic, nulli cupimus. Vtrũ autem ſit ei cum alijs, aut alijs amicitia cum ipſo, B nũc diſputari omittatur, ac in poſterum à nobis tractetur. Volumus autẽ nobis ipſis omnia: uolumus nobis, ut uiuamus nobiſcum ipſi. Fortaſſe autem & hoc eſt neceſſarium, bene uiuere: uiuere, ac non alij uelle bonum, deinde nobis maximè ſumus affecti ſimiliter. Nam ubi offenderimus, aut alij cuipiam fuerimus aduerſati, ſtatim afficimur dolore. Quapropter ſic nobis amicitia nobiſcum eſſe uideatur. Hæc autem, ſimilitudinem affectus puto, ac alia uel ad amicitiam, quã nobiſcum ipſi habemus, referimus, cum de ipſis loquimur, uel ad amicitiam perfectam. In ambabus enim hęc inſunt omnia, cum ſit in eis ipſum unà uiuere, uel æquè tum eſſe, tum etiam eſſe bene, ac reliqua omnia. Præterea uidetur fortaſſe, in quibus eſt ius, in ijs & amicitiã eſſe. Quotquot ergo ſunt iuris genera, tot etiam ſunt amicitiarum. Eſt ius hoſpiti cum ciue, ſeruo cum domino, & ciui cum ciue, filio cum patre, mulieri cum uiro, & omnino quotquot aliæ communicationes & amicitiæ inſunt his omnibus: inter omnes autem, hoſpitalis amicitia meritò uideri poteſt eſſe firmiſsima. Nullum enim propoſitũ, nullus finis, de quo litigent, eſt inter eos cõmunis, ut inter ciues. Nam qui litigant uehementer inter ſe, non perſeuerant amici eſſe.

AN QVIS SECVM AMICITIA *iunctus eſſe poßit.* Caput XIX.

COntinenter nunc ſequitur, ut etiam hoc tractetur, ſit ne alicui ſecum, an contrà nõ ſit amicitia. Cum igitur uideamus, ut & paulo ſuperius dicebamus, nobis ipſos maximè

cum

tum cupere ſingols, quæ faciont ad amicitiam (etenim cupimus bona, utq; ſimus, & bene beatcq; ſimus) tum eſſe quàm ſimilimè affectos, adeoq; nobiſcũ uelle uiuere nos maximè: cumq; amicitia cogooſcatur ex illorum ſingulis, & hęc nobis cupere debeamus, cooſtat oobiſcum eſſe nobis amicitiam, ut etiam in ſeipſum iniuriam eſſe homini diximus. Quod enim ſit alius qoi facit, alius qui patitur iniuriam, idem uerò ſit unuſquiſq;, propterea non uidebatur eſſe cuiquã ſecum iniuſtitiã. Sed eſt ita, ut diximus, ubi de partibus animi tractaremus, cum ſint multæ, quando hæ non conſentiunt, eſſe tuoc alicui ſecum iniuſtitiam. Ad huius igitur ſimilitudinem & amicitia uideatur ſecum eſſe cuipiam, quòd ſit amicus talis, qualem dicimus, cum uolumua uehementer amicum dicere. Dicimus autem, una eſt mea & huius anima. Cum igitur ſiot multæ partes animæ, tunc una eſt anima, quando inter ſe conſonant ratio & affectus. Sic enim erit una. Erit igitur alicui ſecum, obi una facta fuerit, amicitia. Bono autem hæc amicitia, quam ſecum habet in quã, erit. Huic enim ſoli animæ partes bene inter ſe habent, eo quòd nihil inter ſe diſcordant. Cum itaq; improboa nunquã ſibi ſit amicua ipſe (nam ſemper ſecum pugnat) incontinens, quando fecerit aliquid eorum quæ ſecundum uoluptatem ſunt, paulo pòſt agit pœnitentiam, & ſeipſum affligit. Similiter habet improbus in alijs uicijs. Pugnat enim ſecum ipſe, ac ſibi aduerſatur. Verſatur etiam in æqualitate amicitia. Nam, ut exempli caoſſa hoc ponam, quę inter ſocios eſt, in æqualitate, quod ad numerũ attinet, & uim boni, eſt, cum neuter illorũ plus altero debeat habere: nec honorũ numero, nec ui, nec magnitudine, ſed æquale. Nam ſocij uidẽtur æquales quidam eſſe: pater autem ad filium, qui paret ad eum qui regit, mulier, uir, & omnino in quibus eſt, qui deterioris & melioris locũ & ordinẽ tenet in amicitia, tribuuntur inæqualitati. Nam hæc amicitia uerſatur in ioæqualitate, ſecundum rationem. Siquidem nemo unquã dabit æquale meliori & peiori, quando eſt bonum tribuendum, ſed maius excellentiori ſemper. Hoc autem eſt æquale ratione. Qui enim habet minos bonum, cum deterior ſit, eſt etiã aliquo modo ęquale quiddam ei qui maius habet, ac eſt melior.

DE PATRIS ET FILII AMICITIA, *tum an amicitia & beneuolentia idem ſint.* Caput XX.

AMicitiarum autem harum, de quibus dictum eſt, omnium, in ea quæ inter conſanguineos eſt, amor eſt maximè, ac id quidem in ea quæ patri eſt cũ filio. Et quam ob rem pater magis amat filium, qoàm filius patrẽ? An, ut quidam ſentiunt, qui dicont rectè, multia quia pater filiũ affecit beneficijs, & filius debat his gratiam? Hæc ſanè cauſſa in amicitia, quæ in utilitate uerſatur, eſſe uideatur. Sicut autem in ſcientijs rem uidemus habere, ita hic etiam habet aliquo modo: qualis eſt puto. Eſt enim finis idem, & actio, nõ etiam aliud, quàm actio, finis. Exempli cauſſa: Tibicini eſt eadem actio, qui fiA nis. etenim tibia canere, tum finis eſt ei, tũ actio. non item ædium conſtructori: nam alius pręter actionem eſt finis. Eſt igitur amicitia quædam actio, nec eſt alius finis eius, niſi actio, qui eſt amare: ſed hoc ipſum. At pater qoodãmodo agit ſemper magis propterea, quòd ipſius opus eſt quoddsm filius. Et hoc ſanè uidemus & alijs rebus ita eſſe. Nam ad id omnes, quod ipſi fecerunt, ſunt quodãmodo melius affecti. Pater igitur filium beneuoleotia complectitur, ot ſuum opos, memoriam, & ſpem ſequendo. Quare magis pater amat filium, quàm filius patrem. Sed opus eſt, ut etiam de alijs amicitija, quæ ſic dicũtur, & uidetur, explicetur, ſint ne, an nõ ſint amicitiæ. Quemadmodum beneuolentia uidetur eſſe amicitia, non tamen uideatur omnino eſſe. nã ſæpè multis, aut quia uidimus boni aliquid, aut aliquid audiuimus de aliquo, reddimur beneuoli: num igitur & amici? Non enim, ſi quis Dario, cum eſſet in Perſia, fuit beneuolos, ut fortaſſe fuit, ſtatim & amicitia fuit ei cũ Dario. Sed principiom aliquando eſt amicitiæ, beneuolentia. Hæc autem fieri amicitis poterit, ſi amori addat, qui poteſt benefacere, uoluntatem benefaciendi: & hoc eius gratia, cui bene cupit. Ac oritur beneuolentia quidem ex moribus, & pertinet ad moras. Nemo enim dicitur bene uelle uino, aut alij cuipiam ex inanimis bonis, aut ſuauibus: ſed in eum eſt beneuolentia, qui moribus honeſtis eſt præditus. Non eſt quidem ſine amicitia beneuolentia, ſed in eodem ſunt. Ob id uidetur eſſe amicitia. Cæterũm conſenſus eſt amicitiæ B propinquus, ſi tameo eum accipias, qui ſic propriè dicitur. Si enim quis ita opinetur, ſicut Empedocles opinatus eſt, ac ei uideantur elementa eſſe, quæ illi uidentur, num hic Empedocli adſentitur, an non, cũ aliud fortè ſit eiuſmodi? Primò enim conſenſus noo eſt in ijs quæ intelligi, ſed in ijs quæ agi poſſunt: ac in his non idem intelligunt, oiſi, cum idem ſentiunt, propoſitũ habeant homines ad ea quę ſentiunt. Nam ſi, duobus datis, ambo ſentiant, imperare debere, ſed hic ſe, ac ille ſe, an conſentiunt, an non? Sed, cum & ego uolo, & ille uult, ut ipſe imperem, ſic iam conſentimus. Conſeotire ſanè io agendis uerſatur, cum uoluntate, qoæ ad idem ſpectat. Igitur quod ad imperatorem conſtituendum pertinet in agendis rebus, eiuſdem eſt beneuolentia, quę dicitur ſic propriè.

AN BONVS IPSE AMANS SIT, *& quo nam modo.* Cap. XXI.

QVandoquidem autem, ut diximus, eſt homini ſecum ipſi amicitia, bonúſne ipſe amans eſt ſui, nec ne? Sui uerò amans eſt, qui ſui cauſſa omnia facit, in ijs quę proſunt. Improbus ergo ſui eſt amans, cum hic ſui cauſſa faciat omnia, bonos uerò non faciat. Nam ob id eſt bonus, quod propter alium hoc facit. Non eſt igitur amator ſui. Sed omnes ad bona cootendunt, & eſſe putant ea ſibi debere maximè: ac eſt hoc maximè perſpicuom in diuitijs, & principatu. Bonus igitur cedet in his alij, non quòd non ipſi maximè conueniant, ſed quando uidet aliũ his uti melius taliturum. Hoc autem alij nõ fa-

cient

cient propter ignorantiá. nõ enim putant ſe ma
lè uſuros:aut certè per ambitioné, ac adminiſtrá
di Rempub.ſtudium,hoc non facient.Bonus ue
rò neutrum horũ patietur. Quare nec ſui,quod
ad hęc bona pertinet,eſt amator:ſed quod ad ho
neſtatis bonũ pertinet, ſi quaodo eſt amator ſui.
ná hoc ſolo nemini ceſſerit:de utilibus autem &
ſuauibus concedet.Erit igitur amator ſui capien
do bono,quod eſt honeſtú : capiédo aũt utili, &
ea quæ dicitur uoluptas,non erit bonus amator
ſui,ſed improbus. An uerò probus unquá ſe ma
ximè amaturus eſt ipſe,an non? Eſt aũt quomo-
do ſe ipſe amaturus maximè ſit, ac eſt quomodo
nõ ſit. Quare enim dicimus bonũ ceſſurũ eſſe a-
mico bonis, quantũ ad conducibile pertinet,an
amicũ ſuũ plus amabit? Etiá. Verùm, qui de his
amico ſuo concedit, quatenus uendicat ſibi ho-
neſtũ,eatenus talib.non cedit.Eſt igitur,ut ami-
cum ſuũ quis magis amet: ac eſt,ut ſe ipſe maxi-
mè.Ná in utilitate ſuũ potius amicũ, ſed in hone
ſtatis bono ſe maximè amat. Hæc enim uédicat
ſibi,cũ ſint pulcherrima. Eſt enim boni amator,
nõ ſui : cũ propterea tantũ, q̃ eſt bonus, quando
ſe amat, amet. Improb⁹ aũt eſt amator ſui. nihil e-
nim habet. Amabit ergo ſe ipſe,ut pulchrũ aliqd:
ſed tamẽ ſine his amabit ſe ipſe, quaten⁹ eſt ipſe.
Quapropter & ſic ꝓpriè dici poteſt amator ſui.

DE EO QVOD SIBI QVIS SVF-
ficere dicitur. *Cap.* XXII.

PRoximũ autẽ fuerit, explicare de eo quod
eſt, ſibi ſufficere quẽ ipſi, ac de ipſo qui ſibi
ſufficit, an tali ſit futurũ opus amicitia, nec B
ne:ſed ipſe ſibi ſatis erit,in hoc etiá. Dicũt enim
talia poëtæ quoque, Quid opus amicis eſt, ubi
Deus beat? Vnde hoc in dubium uocatur, an qui
habet omnia bona,& ſibi ſufficit,ei ſit futurũ o-
pus amico,aut an tunc uel maximè? Sic enim aſſ
cui benefaciet, aut unà uiuet. nõ enim ſolus de-
get uitá. Quòd ſi erit his opus ei,nec poſſunt hęc
ſine amicitia cõſiſtere, fuerit opus ei,qui ſibi ſa-
tis eſt ipſe,amicitia. Quare ſimilitudo,quæ ſolet
in omnib.à Deo ſumi, neq; illic nec hic profue-
rit. Nõ enim,ſi Deus eſt ſibi ſatis, & nullius indi
get,propterea nos etiá nullius indigebimus. Ná
iſtiuſmodi quiddá ferunt etiá de Deo. Cũ enim
Deus,aiunt,habeat omnia, ſibique ſufficiat ipſe,
quid faciet? Nõ dormiet. Intuebitur,quis ait,ſe-
ipſe.ná hoc pulcherrimũ eſt,ac maximè propriũ.
Quid igitur cõtemplabitur? Ná,ſi quid inſpecta
bit,aliquid inſpectabit ſe melius. At hoc abſur-
dũ eſt, aliquid aliud eſſe Deo melius. Cõtempla
bitur itaq; ſe ipſe. uerùm & hoc eſt abſurdũ. Et-
enim qui ſe ipſe inſpectat, hominẽ,ut ſtupidum,
reprehendimus. Abſurdũ eſt igitur,ſi Deus,dixe
rit quiſpiá, erit,qui ſe ipſe intueatur. Quid ergo
ſit contemplaturos Deus,omittatur, cõ non tra-
ctemus de illa rerũ copia,qua Deus,ſed qua ho-
mo ſibi ſatis eſt ipſe,utrũ ei qui ſatis eſt ipſe ſibi,
ſit futurũ opus amicitia, nec ne. Si quis autẽ in-
tuitus in amicũ,uiderit,qd ſit, & qualis amicus,
talem, qualẽ alterum eſſe me,uidebit. Inſuper,ſi
ualde amicũ facies,alius hic,ut ſolet dici,eſt Her
cules,alius amicus ego ſum. Cũ itaq; ſit etiá diffi
cilimũ, ſicut & ſapientum nõnulli dixerunt, ſe-

A ipſum noſſe ac ſuauiſsimum (eſt enim ſe intueri
ſuaue) ipſi quidẽ nos ipſos non poſſumus ex no
bis conſpicari. Non poſſe aũt nos ipſos conſpica
ri, patet ex eo, q̃ in quibus alios reprehẽdimus,
ea nos facere animaduertimus. Hoc autẽ ſit pro-
pter beneuolentiá & affectum, unde multis ex
nobis tenebræ offunduntur ad rectè iudicandũ.
Sicut igitur, quando uolumus ipſi noſtram faciẽ
intueri, uidemus eá, inſpecto ſpeculo; ita etiam,
quádo uolumus ipſi noſſe nos, inſpecto amico,
nouerimus. Eſt enim alter ego amicus, ut dici-
mus. Quare, ſi fuerit ſuaue ſe uidere, hoc autẽ nõ
ſit ſine amico, indigeat, qui ſe ipſo contentus eſt,
amico ad ſe noſcendũ. Pręterea, ſi eſt honeſtũ, ut
eſt, præditũ animæ bonis benefacere, benefaciet
is alicui, ſimul uiuet cum aliquo. Nõ enim uiuet
ſolus, cũ ſimul uiuere ſuaue ſit, ac neceſſariũ. Cũ
ergo ſint hæc pulchra, ſuauia, neceſſaria, nec poſ
ſint eſſe abſq; amicitia: qui ſibi ſatis eſt, etiam in-
digeat amicitia.

DE MVLTORVM AMICITIA.
Caput XXIII.

VTrum autẽ ſunt multi comparandi amici,
an pauci? Nec ſanè multos, ut in ſumma di
catur, nec paucos unquá oportet cõpara-
re. Ná, ubi ſunt multi, amorẽ inter omnes partiri
moleſtũ erit, cum in alijs omnib. etiá natura no-
ſtra, quæ infirma eſt, non poſsit peruenire ad id
quod multũ eſt. Nec enim uiſu multũ poſſumus
percipere, ſed quá do abfueris æquo longius, de-
ficit ob naturæ imbecillitatẽ : nec auditu, nec a-
lijs & ſenſibus & facultatib. omnibus. In aman-
do igitur parũ faciẽs propter utriũ defectũ, meri
tò reprehẽdatur: nec poterit eſſe amicus ille, qui
non amat, niſi uerbis. Non hoc requirit amicitia.
Deinde, ſi erunt multi, non licebit reſpirare à do
lendo. Cũ enim ſint multi, uero conſentaneõ eſt,
uni ſemper aliquid infortunij contingere. Quo
facto, affici dolore quẽ oportet. Rurſus nec pau-
cos, unum, aut duos cõuenit cõparare, ſed quot
impetus ad amandum commodè patitur.

QVOMODO AMICO VTEN-
dum ſit. *Cap.* XXIIII.

POſthac autẽ uidendum erit, quomodo ſit
amico utendũ. Cæterùm hæc tractatio uer
ſatur in omnib. amicitijs, in ea maximè ta-
men, in qua reprehendunt inter ſe amici. Nõ re-
prehẽdunt ſimiliter in alijs : ut in patris amicitia
cũ filio nulla talis eſt reprehẽſio, qualem eſſe uo-
lunt in alijs. Vt ego tibi, ſic tu mihi. Sin minus,
tunc uehemens eſt reprehẽſio. Verùm in amici-
tijs inæqualibus nõ eſt æquale. Patris uerò ami-
citia cum filio inæqualium eſt, ac item cum uiro
fœminæ, ſerui cum domino, & omnino deterio-
ris inuicem & melioris. Non habebunt enim ta-
les reprehẽſiones. At inter ęquales amicos, & in
horum inter ſe amicitia, talis reprehenſio uerſa-
tur. Videndum itaque fuerit, quomodo uti o-
porteat amico in eorum, qui ſunt amici æqua-
les, amicitia.

MAGNORVM MORALIVM
ARISTOTELIS, FINIS.

AD

AD LECTOREM.

Viſum nobis eſt non paruum operæprecium fore, ſi libros morales ad Eudemũ Latinos nobis inter cætera exhiberemus, aduerſus ſententiam quorundam arbitrantium, illorum librorum doctrinã ſuperuacaneam eſſe, ut quæ in moralibus ad Nicomachum, atq; in ijs quæ Magna inſcribuntur, grauiter atq; copioſe abſoluta ſit: ac proinde contendentium, hoſce libros Ariſtotelis non eſſe, tanquam ſæpius de re eadem ſcripturus non fuerit. Quibus ita occurrendũ fuerit. Primùm, quòd non ſit ſuperuacaneum, de rebus omnium pulcherrimis, maximeq; ad uitam neceſſarijs ſæpè diſſeruiſſe: præcipuè eo ſeculo quo in ſcholis haberentur ſcriptores quidã, non tam ad Rempublicã idonei, quàm apud multos plauſibiles. Quid fuerit inquietius in Repub. quàm bonorũ cõmunio? Et quid abſurdius quàm uxorum? Quapropter ijſdem præceptis multifariam additis cõueniebat illorum libros è manibus hominum excutere. Sed & ſolitũ fuiſſe Ariſtotelem, quæ rudius primùm atq; ſimplicius tradidiſſet, exactius ſubinde expolire: uelut in Phyſica auſcultatione octauus, eaſdẽ quæſtiones habet quas liber ſeptimus, ſed exactius atque grauius diſputatas. Neq; uerò ob id priora negliguntur, quòd quæ poſtrema ſunt, magis exactam doctrinam habent. Quin peculiaris quædã utilitas percipitur, primùm propoſitis ijs quæ rudiora ſunt, & iccirco accõmodatiora præparandis animis ad exactiorem conſequentium expoſitionem. Qua ratione conſentaneum eſt, reuocatis ijſdem ſub incudem, priora nihilominus à maioribus ſeruata fuiſſe. Et hic liber nõ eſt à ratione Ariſtotelica alienus, ſiue modum docendi ſpectes, ſiue ſententiarum grauitatẽ. Cæterùm tanquam argumenti loco huc affiximus inſtitutionem Leonardi Aretini in eoſdẽ libros, quo lectoris animus fiat inſtructior ad ipſum autorem cognoſcendum.

LEONARDI ARETINI INTRODVCTIO IN Ethica Ariſtotelis, quæ Eudemia inſcribuntur.

SICVT uiuendi Galeote, ſic etiam bene uiuendi cura nobis eſſet, infinitos penè labores, quibus ſtultitia æſtuat humana, tanquam ſuperfluos & inſanos fugiendos longè, omittendosq; putaremus. Nunc autẽ noſter error ab eo manat, quòd ſine propoſito fine uiuimus: & uelut in tenebris cæcutientes, non tam per callem aliquẽ proſpectum & certum, quàm per oblatam nobis ſemitam fortuitò ambulamus, ut ſæpè quo noſtri ferãt greſſus, nec ipſi quidem ſciamus edicere. Itaq; & conatus ſæpè nos pœnitet noſtri: & ſequentes pariter aſſequutiq; torquemur, nihil ſolidi nanciſcentes, in quo ſtulta hominum appetitio cõquieſcat. Eſt enim ueri boni à natura nobis ingenerata cupido: uerùm confuſa illa quidẽ atq; incerta, fallacibusq; opinionibus tanquam tenebris

A quibuſdam obducta, quibus occæcati atq; decepti, per deuia oberramus. Sed aduerſus hanc humani generis cæcitatem & tenebras, opem à philoſophia petendum eſt. Quæ ſi fortè nos dignata, lumen ſuum admouerit, hanc omnẽ, quæ nos turbat, caliginem diſsipabit, ueramq; uiuendi uiã à fallaci diſcernet. Equidem memini primis ab annis, ſtudioſum te philoſophiæ fuiſſe: uerùm illius quæ ad naturæ pertinet indagationẽ, quæ etſi eſt ſublimis atq; excellens, tamen minus habet utilitatis ad uitam, quàm iſta quæ ad mores hominum uirtutesq; deſcendit: niſi fortè inſtructior erit ad bene uiuendum, qui pruinæ, & niues, & iridis colores quemadmodum fiant, didicerit, quòd nihil amplius utilitatis habet, quàm ſi illa nunquam didiciſſet. Emendatior erit eius quoq; uita, cui aues & piſces noti ſunt, quàm ſi omnino eſſent incogniti. ſimilia his ſunt cætera, quæ in illa traduntur. Habent enim ſplendorem cognitionis eximium, uitæ autem utilitatem non habent. At uerò hæc altera philoſophia tota, ut ita dixerim, de re noſtra eſt. Itaq; qui huius cognitione omiſſa, philoſophiæ intendũt, hi alienum quodammodo negocium agere uidentur, ſuum omittere. Ego igitur Galeote, uehementer quidem te ad hæc ſtudia reuoco. Quid enim pulchrius nobili uiro, & uirtutũ ab ipſa natura amatori, & intelligẽtia rationeq; præſtanti, quàm ea diſcere per quæ ad caſum uiuere deſiſtat, ſua ipſe ui actuq; diſcernat? Sed utrum iſta cohortatione contenti, non ultrà ſcribemus? uel quaſi perſuaſo iam tibi, addemus aliquid introductiõis cauſa? Hoc ego potius

B eſſe reor. Neq; enim inuitantis eſt tepidè agere, ſed rem ipſam ad quam inuitat, ultrò offerre. Referam igitur ſermonẽ habitum à me nuper cũ Marcellino familiari meo. Nam cum ille domum ad me ſalutandi gratia ueniſſet, repperiſſetq; fortè lectitantem, poſt prima illa amicorum conſueta, cum uterq; conſediſſet: Et quid libri hoc eſt, inquit, quod modò erat in manibus? Ariſtotelis inquam, liber eſt ad Eudemum. Tria ſunt enim, ut audiuiſſe te credo, huius philoſophi uolumina de moribus ſcripta. Vnũ ad hũc quẽ modò dixi. Alterum ad Nicomachum filium. Tertium quod inſcribitur Magnorum moralium. Etſi eadem omnium uis eſt, tamen alibi enodatius, alibi remiſsius res ipſæ tractantur. Rectè, inquit. Atenim opportunè facta à te huiuſce rei mentio eſt. Aueo enim iampridem qui ſit huius diſciplinæ progreſſus, & quaſi uiã cognoſcere: nec antehac data mihi facultas eſt, à te de hoc ipſo, arbitratu meo percunctandi. Nunc uerò quia, ut uideo, ocioſus es, oſtende quæſo, de moribus diſciplina quid nobis polliceatur. Quid me rogas, inquam, ac non potius ipſe tu, uel noſtrorum uel Græcorum, à quibus iſta traduntur, ſcripta lectitas? Græcè, inquit, neſcio, Latina uerò iſta noſtratia, ut tibi uerum fatear, legentem me, conantemq;, non admodũ iuuant. Coniecto enim eſſe talia, ut inſtitutum potius erudire, quàm rudem inſtituere ab initio poſsint. Tu qui Græco de fonte (ut ait Flaccus) hauſiſti, quæſo mihi expone, hæc de moribus diſciplina quid eius ſectatoribus repromittat. Non munuſculum, inquam, neq; lucellum, ſed rem maximam præſtantiſsimamq; omnium: beatos facere ho-

mines modò ſibijpſi non deſint, ſed agendo & operando, illius præcepta iuſſaq́; ſequantur. Et quis non excitetur inquit, tanta ſpe propoſita? Ardeo me hercule, iam nunc illius initiari ſacris. Quare agendum, ede quid præcipit. Longum, inquam, id quidem & inſigne eſt. Caput tamen ac ſumma omnium, ut bene uiuas. Id uerò non de menſa, ſed de mente ſumitur. Sed quoniam id te cupere animaduerto, & adiuuari digna eſt hæc cupiditas tua, conemur tale aliquid tibi tradere, quale Græci Iſagogicũ appellãt: id eſt, quaſi introductionem, ac euidentiam quandam eius diſciplinæ, quo paratior ad illam percipiendã queas accedere. ac dicere equidẽ iã ordiar: tu uerò ſi quid inter dicendũ ambigis, interpella. Prima igitur huius diſciplinæ cõſideratio mihi uideri ſolet: an quid ſit extremũ, & finis in rebus humanis, ad quem omnia quæ agimus, referri oporteat. Secunda, quid ſit extremũ. Tertia, quibus rebus ad id perueniatur. His enim cognitis, & totius uitæ rationẽ, quẽadmodũ dirigenda ſit, cognoſcemus. Quæ enim actionum noſtrarum ad uerũ finem referuntur, eas & frugi & laudabiles dicimus: quæ uerò fallaci opinione aberrãt, eas uituperamus atq; propellimus. Vt autẽ de his dicere incipiã, conſpicuum eſt, plures in rebus fines eſſe humanis, alioſq́; ſub alijs contineri. Finem autẽ appello, cuius gratia quid agimus. Exẽplo quoq; hoc ipſum faciamus illuſtrius. Parat quis nauim nauigãdi cauſa: nauigat autẽ, quo pecunias acquirat: acquirere aũt uult, quo opulentior fiat. Hãc ipſam opulentiã alterius gratia cupit, uel honoris, uel potentiæ, uel ut nullius indigeat. Hic igitur uides tot eſſe fines, quot ſunt actus, alioſq́; ſubeſſe alijs. Idem eſt in cæteris operationibus noſtris. Semper enim noſtra de fine in finẽ graditur quidẽ, proceditq́; intentio. Nec eſt dubium, quin ſuperior finis precioſior ſit, cũ illius gratia inferiores appetantur. Illud præterea conſtat, nos omnia quæ agimus, boni gratia agere. Ex quo fit, ut idem ſit finis, & bonum. Sed an cuncta alterius gratia uolumus, & necubi conſiſtit appetitio noſtra? uel eſt aliquis extremus et ultimus finis, ad quem cũ tandẽ peruentum fuerit, appetitio cõquieſcit? Fatendũ eſt eſſe aliquẽ, ne ſi fortè negemus, irrita & ſtulta probetur cupiditas noſtra, & in infinitũ progreſsio, & multa perabſurda exinde conſequantur. Id ergo extremũ, ſi modò eſt aliquid, quod eſſe planè confitendũ eſt, neceſſe eſt eſſe tale, nulla ut externa illecebra, ſed ipſum per ſe ſua ui nos incẽdat & rapiat in cupiditatẽ ſui, quod propter ſe expetatur ſemper, & nunquam propter aliud, ad quod referantur omnia, ipſum autem nuſquam. Erit igitur hoc, ſummus finis, & ſummum bonum. nam finem & bonum idem eſſe docuimus. Erit quoq; principium, & cauſa. Inde ſiquidem motus eſt, cũ eius gratia omnia omnes agant. intelligere mihi uideor, inquit, ac probè tenere: quare ad alia, ſi tibi uidetur, progrediare. Age nunc, inquam, hic quid ſit extremus finis, uideamus: hoc enim ſecũdo erat loco in quæſtione propoſitum. De nomine quidem (inquit Ariſtoteles) apud omnes conuenit. Fœlicitatem enim uulgus eruditiq́; appellant. Sed ipſa fœlicitas quid tandem ſit, de eo ſanè inter ſe diſcrepant, nec idem uulgus ſapienteſq́;

A tradiderunt. Atenim ne ſapientes quidem: nulla enim unquam de re fuit inter philoſophos tanta contentio. Nam alij uoluptatem eſſe id extremum & ultimum, quod per ſeipſum expetitur, & cuius cauſa cætera agimus, aſſeuerant. Eſſe quidem id inſitum mentibus noſtris, ut omnia faciamus atque patiamur, quo poſtea in gaudio & lætitia, contenti & quieti uiuere poſsimus. Ea autem eſt ſumma & mera uoluptas. Ex quo fit, ut principia uel appetendi aliquid uel fugiendi, à uoluptate doloreq́; proficiſci uideantur. Quare & ipſas quidem uirtutes, ideo cenſent ab hominibus exerceri debere, quia effectrices ſint plurimarum uoluptatum. Contraq́;, cum delictorum ſcelerumq́; conſcientia nos uexet & angat, tum inanes cupiditates, quarum ſtultorum omnis uita referta eſt, ſollicitent mentes, & quietas eſſe nequaquam permittant. Itaque eum eſſe ſapientis delectum aiunt, ut prætermittendis minoribus ſibi maiores comparent uoluptates, & doloribus paruis ſuſceptis, maiores grauioreſq́; repellant. In hac fermè ſententia Eudoxus & Ariſtippus & Epicurus fuere: etſi eorum alius plus, alius minus tribuerit corporis uoluptatibus. His adijciendus eſt Democritus qui obſcurè quidem ac uerbo penè inſolenti εὐθυμίαν ſummum bonum eſſe dixit, quaſi tranquillitatem quandã animi, omni moleſtia uacantis. Alij uerò in uſu uirtutis felicitatem poſuere, atq; ex eo beatam conſtare uitã cenſent. Eſſe enim quoddam proprium hominis opus, ad quod ad agendum natus ſit. Id autem non eſſe uiuere, quia commune ſit etiam plantis: non ſenſum habere, quia commune ſit B etiam brutis: ſed uitam & actus ſecundum rationem. qua qui bene excellenterq́; utitur, is proprium opus ad quod natus ſit, bene abſoluat, eumq́; bene uiuere ac bene agere: in eoq́; ſitum eſſe ſummũ illud hominis, quod quærimus, bonum. In hac fermè opinione Ariſtoteles & Theophraſtus, & cæteri omnes Peripatetici fuere. Sed cum quæreretur, Nunquid foret hæc uita in poteſtate ſapientis: id eſt, an ſibijpſi per uirtutem hanc præſtare uitam uir bonus poſsit, multæ difficultates ſuboriri uidebantur. Fieri enim poteſt, ut ſapiens, & bonus uir, & omnibus uirtutibus inſtructus atq; ornatus, in exilium, in orbitatem, in egeſtatem detrudatur, amiſſa patria, ablato patrimonio, filijs propinquiſq́; necatis. Præterea ut in carcerem tyranni, ut in equuleũ, ut in ſupplicia grauia & miſeranda incidat. Hunc igitur quanquam uirtutibus abundantem, tamen beatum dicere tantis in malis quis poteſt? Quòd ſi ita eſt, nec uirtus ipſa ſatis uidetur ad beatè uiuẽdum. Ob hæc ij de quibus loquor philoſophi, tria bonorum genera diſtinxerunt: animi, corporis, externa. Fœlicitatem in bonis animi reponũt, quæ ſunt maxima ac præcipua bona. Corporis aũt, & externa, adeſſe homini oportere aiunt, nõ ut illa ex ſeſe beatã conficiant uitã, ſed ut ne operationes uirtutis, in quibus beata uita cõſiſtit, impediãtur. Etenim ſupplicijs doloribuſq́; affectũ corpus, neq; cõtemplari quicquã, nec agere permittũt: & egeſtas exiliumq́; multa impediunt, cũ tanquã inſtrumẽta deſint ad agendũ. Quid ergo, miſer erit ſapiẽs in ijs quæ ſuprà enumerauimus malis?

Certè

Certè non miſer. Habitus enim uirtutis, illum ab hac inſani appellatione defendit. Sed nec etiam beatũ in tantis calamitatibus nuncupabo. Beata enim uita omnis optabilis eſt, & plena gaudiorum. hæc uerò calamitoſa, nequaquã optabilis: nec beata igitur. Hæc Peripateticorũ fermè eſt de ſummo bono, uitaq; beata ſententia. Nec eſt dubium, quin & ſi parum, tamen aliquid fortunæ tribuatur. Itaq; Zeno, quiq; à Zenone ſunt Stoici (rigidi nempe homines & ſeueri) aliter de ſummo bono opinati ſunt. Negãt enim quicquam eſſe bonum præter honeſtum, in eoq; conſiſtere uitam beatam affirmant. Honeſtum autem eſt, quod bene, & laudabiliter, & ex uirtute fit. Vt enim quod timidè, quod libidinoſe, quod abiectè agitur, turpe dicitur, ac dedecoris plenum eſt: ſic quod fortiter, quod continenter, quod ex dignitate agitur, honeſtum, decorum, pulchrum nuncupamus. Corporis autem & fortunæ cõmoda, negãt eſſe bona: contraq; illorum incõmoda, negant mala eſſe. Virtutem enim ſatis eſſe ad beatè uiuendum putant: neq; carcere, neq; tormentis, neq; doloribus ullis, aut egeſtate exilioúe beatam uitam impediri. Virum enim ſapientem, ac uerè fortẽ, magno inuictoq; animo totum ex ſeipſo pendere, nec humanos caſus, neq; fortunæ minas expaueſcere, nec illis, ſi accidant, unquam frangi: non enim exilium, nec paupertatem, nec dolores, mala eſſe ſapienti. Quoniã ut nihil bonum, quæ præter id quod honeſtũ & cum uirtute ſit: ſic etiam nihil malum, niſi quod turpiter & cum uitio ſit: quod in ſapientem cadere nequaquam poteſt. Quòd ſi fortunam metuat quis, nunquam erit beatus, cum etſi non facta, attamen facienda formido illius mutabilitatis ſollicitũ reddat. Hæc fermè eſt, ni fallor, Stoicæ diſciplinæ forma: neſcio an uera, ſed certè maſcula atq; robuſta. Percurri tibi ſententias omnes de ſummo bono, quæ tandem cognitu dignæ uideantur: de quibus ſcire uelim, quid tãdem exiſtimes. Egóne, inquit? Fatebor tibi quid mihi acciderit. Singulis dum à te referebantur me totũ addixi. Nã uoluptate, & uacuitate doloris, quæ prima fuit ſententia, nihil optabilius uiſum eſt. Quid enim beatius aut eſſe, aut excogitari poßit, quàm uita gaudiorum plena, omni moleſtia detracta? Aut quid deorum immortalium uitæ ſimilius imaginari poſſumus: qui cum ſint uerè felices atq; beati, hoc beatitatis inſtar nobis mortalibus reliquiſſe uidentur. Rurſus uerò cum ad uirtutis ſplendorem oculos erexi, uictus excellentiæ laude, uſq; adeò contempſi equidem ac poſthabui uoluptatem, ut etiam moleſtijs & doloribus comparandam eam beatitudinem exiſtimarem. Corporis uerò commoda, externamq; rerum proſperitatem, quaſi neceſſariam in bonis imponebam. Ecce alteri exurgentes, negant quicquam tale in bonis habendum, dantq; homini poteſtatem ſeipſum per ſe in beatitudinem adſcribendi: quo quid optabilius eſſe poteſt? ita cum omnes ad ſe trahant, ambiguus ſum, quid maximè putem recipiendum. Non eſt mirum inquam, ſi tibi horũ ſinguli probantur. Nam uulgus quidem philoſophorum qui abſurda dicebant, iampridem auditores ſcholæq; ipſe reſpuerunt. Illæ reſtant diſciplinæ, quæ aliquid dicere uideantur: quæ etſi uerbis pugnent, re tamen & effectu proximæ ſunt.

A Quomodo proximæ, inquit? an poteſt quicquam eſſe diſtantius? Attende, inquam, an tibi proximitatem hanc ſatis probare uideor. Primum enim Stoici à Peripateticis quid differunt? utriq; profectò beatæ uitæ dominam, effectricemq;, uirtutem conſentiunt. In hoc ferè totum eſt: & qui in uno hoc conſentiunt, uix in alijs diſſentire poſſunt. Nam de corporis externiſq; commodis, quæ alij bona appellant, alij non bona, id non refert, quantum quiſq; illis tribuerit: ſi nõ plus his quàm illis de uerbo differentia eſt, non autem de re: quòd alteros uſitatum uerbum delectat, alteros nouum. Quæ enim hi bona & mala, illi præpoſita & reiecta appellant. De fortunæ modò tormẽtis, doloribuſq; corporis diuerſitas eſt, & quidem nõ magna. Peripatetici enim non à quibuſuis calamitatibus depelli uitam beatam putant, ſed ab ingentibus & multis. Et hæc ipſa ſi accidant ſapienti, nequaquam eum fieri miſerum dicunt. Stoici uerò etiam in his ipſis calamitatibus beatum aſſerunt. Vides ergo quàm parum interſit inter hos duarũ ſectarum magiſtros. Quinetiã uoluptatis patroni, non multum ab his diſcedunt. Fœlicitas enim abſq; uoluptate eſſe non poteſt: adeò nõ implicata eſt illi & annexa uoluptas, ut ſeparari nequeat. Nomen certè ipſum quo beatitas deſignatur, à gaudendo apud Græcos tractum eſt, quaſi uita quædam gaudioſa. Actio uerò uirtutis, ſcientiaq; & contemplatio, conſcientia deniq; ipſa rectè factorum, immenſas quaſdã continet uoluptates: ut dubiũ fiat, an hæc propter illã, an illa propter hæc expetatur. Clamat enim Epi-
B curus ipſe, nõ poſſe cũ uoluptate uiui, niſi iuſtè, temperatè, prudenterq; uiuatur. nec rurſus iuſtè, temperatè, prudẽter, niſi cum uoluptate: Ita cum tres ſint philoſophorum ſectæ, omnes profectò aut idem, aut propè, de ſummo bono dicere uidentur. Quare non multum tibi formidandũ eſt, ut dũ alteros ſecteris, ab alteris contingat te abſcedere longius. Perquàm gratum mihi eſt, inquit, hanc, ut ita dixerim, conciliationẽ philoſophorum audiſſe. Nec placuit modò tua de hiſce rebus diſputatio, uerumetiam placauit inquietã mentem, cuinám potiſſimum inhæreret, hæſitantem. Sed reſtat id tibi tertia illa pars, quum, ſit ne finis aliquis extremus & ſummus, & quis ſit conſpexerimus, ut nunc quibus rebus ad illud ueniatur, oſtẽdas. Tute, inquã, ipſe uiã non ex ſuperioribus dictis iam hinc diſcernis? Diſcerno, inquit. Virtutes enim beatæ uitæ dominas effectriceſq; conſentio. Sed tamẽ de his ipſis audire percupio. Audi igitur, inquã, & ſi non ad uiuum reſecare propſitũ eſt, ſed & quantum ad euidentiã nunc ſat erit, breui diſcurſu perſtringere. Hoc ipſum, inquit, nunc poſtulo. De ſingulis uerò ſi ambigam, aliàs. Quum per uirtutes ad beatam uitam perueniatur (ab his enim honeſtas, uoluptaſq; uera exiſtit) de uirtutibus ipſe dicere aggrediar. Atque illud primùm à nobis intelligendum eſt, uirtutem omnem eſſe affectionem animi conſtantem, quem communi nomine habitum uocant. Vt enim equum ſic à natura generatum uidemus, ut & currere, & in gyrum flecti, & portare equitem poßit: hæc tamen ipſe non perfectè agit, niſi cum domitus & exercitatus eſt, atq; ita aſſuefactus, ut illa bene & ſcienter agat: tum enim perfectum quoddã

habere uidetur: ſic & homo à natura aptus, per exercitationem & aſſuetudinem, habitum iuſtitiæ & temperantiæ, cæterarumq; uirtutum nãciſcitur, ut tunc demũ perfectum ab uſu ſit, quod à natura fuerit inchoatum. Et de uirtute quidem omni, in hunc ferè modum accipiendũ eſt, habitum ſcilicet eſſe animi, exercitatione uſuq; acquiſitũ, ut peritè & ſcienter opus ſuum perficiat. Virtutum uerò ipſarum prima partitio eſt, ut aliæ ſint moris, aliæ intellectus. Conueniunt in eo, quòd omnes ſunt habitus. Differunt autem, quia morales ſunt in ea parte animi, quæ nõ habet rationem: intellectiuæ autẽ, in ea parte quæ rationẽ habet. Præterea morales uirtutes, mediocritates quædam ſunt inter exceſſum & defectum. Intellectiuæ autem exceſſum non habent, nec ſunt mediocritates. Inſuper morales, circa affectus & actus: intellectiuæ circa ueri deprehenſionem magis uerſantur. Sunt uerò intellectiuæ uirtutes quinque,

Sapientia. Scientia. Prudentia. Intelligentia. Ars.

Moralium autẽ maior eſt numerus. Vt enim affectus ſunt humani, qui nos inflectũt & ducunt, ita uirtutes aduerſus hos oppoſitæ reſiſtunt. Ex quo fit, ut morales quidem uirtutes omnes circa difficile arduumq; uerſentur. Difficile eſt enim libidines quaſi freno compeſcere, difficile iracundiam tenere, difficile auaritiam coercere. Idem eſt de alijs affectibus noſtris. Ad quæ enim proni natura ſumus, aduerſus illa uirtutes opponuntur. Nil agas timidè, dicit uirtus, nil intemperanter, nil auarè, nil iracundè, nil iniquè, nil abiectè. Grande potius quiddam tibi propoſitum ſit. Et ſi adſint facultates, magnificentia ſplendeat. Honores uerò ita proſequere, ut declines ambitionem. Veritas & in omni ſermone & in omni uita luceat. Præterea caue, ne te uirtutis ſpecie decipiat uitium. Inconſulta audacia, fortitudo nõ eſt, ſed temeritas & inſania. Tanq; eſt in uitio qui non timenda formidat, quàm qui timenda omnino non expaueſcit. Sit timor in periculis: ita tamen, ſi perferenda ſint, ut ratio ſuperet, uincatq; terrorem. At graue eſt uulnera excipere, graue mortem obire. Sint ſanè iſta, ſi ita uis, etiam grauiſſima: tamen incidunt tempora, in quibus honeſta mors turpi fuerit uitæ à ſapiente præferenda: & uulnera per gloriam excipere præſtet, quàm per ignominiam corpus integrum ſeruare. Hinc fortitudo illa mirabilis exiſtit, ſpecioſiſſima profectò uirtus, oratorum campus. quæ tanto fauore hominum excepta eſt, ut etiam defunctorum ſtatuas uideamus ferè habitu militari: quaſi præclarum ſit, hoc potiſſimum genere laudis in uita claruiſſe. Commune certè uirtutis nomen, fortitudo ſola in ſuam propriam appellationem conuertit: nec ſanè immeritò. Virtus enim à uiro dicitur. Vir autem conſtans aliquid, & pugnax deſignare uidetur. Itaque illud in promptu eſt. Si uiri eſtis, id eſt, ſi fortes. Et Cæſar milites increpans, inquit, ſeſe non tantum uirtutem in milite deſiderare, quantum modeſtiam: uirtutem haud dubiè pro fortitudine ponens. Itaque ut in multis alijs, ita in hoc præclarius Græci quàm nos. Fortitudinem enim illi ἀνδρείαν uocãt. id importat (ut uerbũ de uerbo exprimã) uirilitatem. Nam temperantia cõmunis quidẽ eſt, nec uiri

A ſolum, ſed etiam mulieris: fortitudo autẽ propria uiri eſt. Verſatur autem temperantia circa libidines compeſcendas: atque ut fortitudo à fuga nos reuocat, ſic temperantia ab inſequendo coercet: ut quodammodo inter ſe contrariæ, una ad præliũ cohortari, aliã receptui canere uideatur. Eſt autem temperantia circa eas uoluptates, quæ nobis cõmunes ſunt cum cæteris animantibus. Ex quo nõ propriè illæ quidem hominis uoluptates, ſed magis ſeruiles beſtialeſq; habentur. Diximus de affectibus animi in metu & libidine. Quid? auaritiæ nónne arduum eſt frenum imponere? aduerſus quam immoderationem uirtus eſt, quam dicimus liberalitatem. Ea eſt mediocritas quædam in acquirendis erogandiſq; pecunijs, remota quidem ab auaritiæ ſordibus, remota etiam à prodigalitatis amẽtia. Auari enim eſt, nimia acquirendi cupiditas, & remiſſior quàm oportet, expendendi cura. Hæc autem duo cõtraria in prodigo: nam & diſſolutus in acquirendo, & profuſus in largiendo eſt. Horum medius liberalis, ubi & quando, & quantum capiendum erogandumq; ſit, tenet. & rationem ſecutus, habitum iam iſta agendi ex uſu contraxit. Sed ut circa pecuniarum cupiditatẽ liberalitas, ſic & circa cupiditatem honorum alia quædam uirtus exiſtit, ambitioni contraria, nomen uerò nequaquam ſortita. Sunt enim quidam plus quàm oportet honoribus inhiantes, quos dicimus ambitioſos. hi ferè idem in honoribus faciunt, quod auari in pecunijs comparãdis. Alij, & quos honeſtè conſequi poſſunt honores, abiectione quadam animi prætermittunt. B Inter hæc uitia, uirtus eſt quædam intellecta quidem apertè, ſed non apertè nominata. Atenim & liberalitati, & huic uirtuti quæ eſt circa honores, duæ præclariſſimæ uirtutes coniunctæ ſunt, magnificentia & magnanimitas. quarum magnificentia, ſublimior quædam liberalitas eſt circa ſumptus ingẽtes & magnos: ut ſi quis ad uſum populi theatrũ ædificet, aut ludos exhibeat Megalenſes, aut gladiatorũ munus, aut epulum publicũ. Hæc enim & huiuſmodi, quæ priuatum ſupra modum excedunt, ſplendorem quendam habent eximium. nec liberalia modò, ſed etiam magnifica dicuntur. Magnificentia igitur ad liberalitatem talis eſt. Eodemq; modo magnanimitas ad illam aliam uirtutem, quæ circa honores uerſatur.

Eſt enim ferè eadem, niſi quod magnitudine animi propoſitoq; ſublimi excedit: ut ſi maximis dignus ſit, maximos ſibi honores arrogare non uereatur. Proxima eſt manſuetudo, & ipſa quoque aduerſus cupiditatem conſtituta, non pecuniarum, nec honorum, ſed uindictarum. Eſt enim ira ulciſcendi cupiditas, cui reſiſtit manſuetudo, ne plus minúſue æquo efferatur. Huius exceſſus, iracundia: defectus uerò, ſegnities: utraq; in uitio. Mediocritas uerò laudabilis, quæ & pro quibus, & aduerſum quos, & quantum oportet, iraſcitur. Hic ille, ſublatis in me oculis, quaſi admiraretur: Mediocritatem, inquit, iſtam cæteræ quidem uirtutes quæ adhuc à te cõmemoratæ ſunt, rectè ſuſcepiſſe uidebantur. Manſuetudo autem, admiror, ſi hanc ſuſcipiat mediocritatem. Iam enim, ſi hoc fatemur, illud quoq; confitendum erit, iram quandã eſſe laudabilem, de quo (ut tibi uerum fatear) ualde equidem

dem ſubſiſto. Quas uerò cauſſas ambigendi habeam, ſi nõ tibi mea hæc interpellatio moleſta ſit, exprimere conabor. Tu uerò, inquam, arbitratu tuo. Non enim mei cauſa ſermo hic inſtitutus eſt, ſed tui. Puto igitur, inquit, nullam iram eſſe laudabilem: quòd ſi non laudabilis, neq; cũ uirtute, quãdo omnis uirtus laudabilis eſt: uirtus enim excellentiam & præſtantiam dicit. Nihil uerò eſt omnium, quod non abſque ira melius faciant homines, quàm irati. Quid enim eſt ira, niſi ebullitio quædam & cõcitatio, maturo ſtabiliq; conſilio & tranquillitati rationis aduerſa? Itaq; non alia tam crebrò pœnitenda hominibus incidunt, quàm illa quæ per iram geruntur. Nam recta quidem illa ratio, qua nulla carere uirtus poteſt, ſedationem animi ſerenitatemq́; requirit. Ira uerò perturbat & concitat, ut non ſolum mentis iudiciũ, ſed corporis etiam laudabilem ſtatum peruertat illa quidem, atq; detorqueat. Furentes oculi, & trementia labra, uerba interrupta atq; infracta, iactatio brachiorum inſana, progreßio amens. hæc autem (ut pace tua dixerim) furori propiora mihi uidentur, quàm uirtuti. Atque perabſurdum eſt, rectam quidem rationem in uirtutibus dominari dicere: iram uerò, quæ nos à recta ratione dimouet, in uirtutibus aliquando fateri eſſe: & hunc ſeruaturum eſſe modum in rebus agendis credere, qui in ſeipſo modum non ſeruat. Videntur porrò & ſapientes uiri, hoc ipſum quod modò dixi, apertißimè teſtificari. Sunt enim, ut uidemus, libri complures aduerſus iram ab illis conſcripti. Qui uerò contrà in iraſcentiã ſcripſerit, nemo adhuc quod equidẽ ſciam, repertus eſt: quaſi B *non iraſci laudabile ſit, iraſci uerò uitioſum. Quod ſi irã nunquam eſſe laudabilem cõſtat, ſequitur, ut mediocritas nulla eius ſit, ſed omnem penitus huiuſmodi perturbationem animi eſſe improbandam. Tum ego, Non ignoro, inquam, iſta ita dici ſolere ab iјs qui contra Peripateticos diſputant: ſed tamen refert quid quiſq; ſentiat. Quæris, nũ excandeſcentiam iſtam uehemẽtemq́; iracundiam probẽ? Negabo quidem, atq; deteſtabor. Quid enim amentius? quid furori ſimilius? Quæris rurſum, num iniraſcentiam, & ſegnitiem omni tempore laudem? Hanc rurſus in uitio ducam, atq; reprehendam. Etenim peto abs te, ſi ſeruus parentem uerberet tuum, aut ſi filiæ uirgini uim afferat, nũ tu hæc aſpiciens, animo tranquillo eſſe debeas? uel potius motu quodam animi ad infringendum illius contumeliã inſurgere? Reſpondebit profectò pietas ipſa, & ratio, reprehendendum eſſe te, niſi pro tanta parentis filiæq; iniuria indignationem ſuſcipias, & ad uindictam cum acritate quadam uehementiori perciteris. Quid enim, quæſo, agat filius, contumeliam parentis indignam cernens? Stabit credo eodem animo atq; uultu quo fuerat prius. nec eum charißimi & coniunctißimi iniuria commouebit? Et quis non hunc deteſtetur atq; reprehendat? Ita fit, ut ira quædam nonnunquam laudabilis ſit, & non iraſci in uitio reponatur. Videtur porrò neq; ſenſum neq; mentem habere, qui uſqueadeò hebes atq; diſſolutus eſt, ut neq; doleat, neq; grauiter ferat, cum patriæ, cum parentibus, cum filijs, cum cæteris quos charißimos habere debemus, contumeliæ inferuntur. Neq; ſanè uerum eſt quod dixiſti, ni-* A *hil eſſe omnium, quod non abſq; ira melius fiat. Iuuant enim interdum, & certè decent ſtimuli quidam & motus animi uehementiores pro indignitate flagitij non immeritò ſuſcepti, qui nos ad pietatem fortitudinemq́; impellũt. Nam quod ais, neminem adhuc contra iniraſcentiam ſcripſiſſe, ignorare mihi Ariſtotelem uideris, qui ubiq; ſcriptorum ſuorum ſegnitiem & iniraſcentiã iſtam magnopere damnat. Itaq; ut tu iracundum illum furenti, ſic ego diſſolutum hunc & ſegnem, mente capto aßimilabo, qui nec ſentire, nec curare, nec affici ulla re uideatur. Sed hæc ſatis. Ad reliqua inſtituti operis reuertamur. Diximus de manſuetudine, atq; illius extremis. In uita autem & cõuerſatione multi peccant. Nam reperiuntur quidam contentioſi, diſplicentes, duri, difficiles, inhumani: contraq́; alij, adulatores, placendi ſtudio omnia aſſentantes. Hæc utraq; uitanda ſunt. Media uerò inter hæc uirtus eſt amicitiæ ſimilis, procul ab aſſentatione, procul à contentioſa aſperitate. Eodemq́; modo & oſtentationem & ironiam in uita & conuerſatione abeſſe conuenit: quarum altera, in plus, fictio eſt: altera, in minus. Grauitas uerò, harũ mediocritas eſt, ſed ab oſtentatione remotior. Cum autem ſit in uita ceſſatio quædam atq; remißio (neq; enim continuò laborare homo poteſt) ſolatiorum quædã moderatio eſt. Nam ſi omnem refugias iucunditatem, ruſticus ſis: ſin autem iocundi arripias occaſionem, ita ut nec honeſtati, nec dignitati parcas, modò riſum mouere poßis, ſcurra. Inter hæc moderatio, eſt quædam uirtus, quæ ab his extremis* B *reducta, comitas appellatur. Sic ter gemina ſunt uitia in conuerſatione hominũ deuitanda, ne aduerſatores odioſi, néue rurſus placentes adulatores ſimus: ne fingamus oſtẽtando, néue rurſus minuendo ironia utamur: ne procul ab omni iocunditate, néue rurſus ridiculi homines ſcurræq́; habeamur. Iuſtitia uerò duplex eſt. Vna perfecta, quæ omnem complectitur uirtutem. Altera ſingularis, in æquitate repoſita. Aequitas autem eſt, ut ne plus commodi, néue minus incommodi ſuſcipiatur. Hic ille: Patere quæſo, inquit, parũper, & in hoc loco interpellari te. Cupio enim, niſi moleſtum ſit, quamobrem perfectam uirtutem iuſtitiam dixeris, intelligere. An forſitan aliæ, de quibus ſuprà dixiſti uirtutibus, perfectæ non ſunt, ne fortitudo quidẽ illa, quam tu multis uerbis ornaſti: quòd ſi illæ perfectæ, cur huic perfectionem potius attribuas quàm illis, non planè intelligo.*

Iure tu quidem ambigis, inquam. Sed non omnia poſſunt in hoc tãto ac tã præcipiti diſcurſu explicari. Iamq́; à nobis dictum eſt, non eſſe propoſiti noſtri, ut ad unum ſingula recenſeamus: ſed tanquam introductores aliqui, euidentiam quandam & prægustationem rerum in præſentia tradere. Quod tamen de perfecta requiris uirtute: ſcire debes, biſariam dici perfectam. Vno quidem modo, ut inchoatæ opponitur. nec enim eſt dubium, nos ad iuſtitiam, & temperantiam, & fortitudinem, & liberalitatẽ quodammodo natura aptos produci: uſus tamen & aſſuetudo, exercitatioq́; ipſa (ut de æquo diximus) ita nos afficit, ut tunc iam perfectum ab uſu ſit, quòd à natura fuerat inchoatum. Iſto quidem modo omnis moralis uirtus per-

fecta eſt, neq; minus aliæ quàm ipſa iuſtitia. Alio modo perfecta uirtus dicitur, quæ omnem omnino uirtutem continet & cõplectitur. Talis uerò eſt iuſtitia illa, de qua primò diximus. Eſt enim ſecundum leges obſeruatio quædã. Leges autem cunctarum uirtutum opera iubent, & uitiorum omnium facinora uetant. Nã & quæ ſunt continentiæ: ut, non cõmittas adulterium, non flagitium facies: & quæ ſunt fortitudinis, ut, non fugies in acie, nõ deſeres locũ, non arma abijcies: & quæ ſunt mãſuetudinis, ut, nõ iurgia dixeris, non pulſabis, non cõtumelia afficies: & ſic de alijs uirtutibus & uitijs, illas iubendo, & iſta uetando. Quæ uerò à legibus proficiſcuntur, iuſta ſunt. Itaque illa pars iuſtitiæ quæ eſt legis cuſtos & obſeruatrix, uniuerſalis quædam eſt, & uſum omnium uirtutũ in ſe continet. Atq; ideo perfecta dicitur, quòd nullius uirtutis uſus illi deſit, quaſi completa quædam & abſoluta uirtus. Alia uerò iuſtitiæ pars, quam in æquitate repoſitam diximus, particularis eſt, ut non plus cõmodi, neu minus incõmodi ſuſcipiamus. Eſt igitur iuſtitia duplex. Vna uniuerſalis uirtus, altera ſingularis. Prima eſt illa ſplendida de qua Euripides inquit: Neq; lucifer, neq; heſperus eſt ita mirabilis. Altera uerò non plus fermè laudis in ſe habet, quàm una cæterarum uirtutũ. Mihi quidem, inquit, hæc periucunda fuere, & mandaui memoriæ quæ dixiſti. Sed nunc quod reliquum eſt, intellectiuas uirtutes expecto. Vnũ adhuc reſtat, inquã, quod ignorare te nolo: poſtea ad intellectiuas tranſibimus. Quid eſt, inquit? De cõtinẽtia, inquã, & incontinentia dicere: quæ res difficultatem habet, & pleroſq; fallit, & utilitatem non contemnendã eius cognitio affert. Continentia igitur, non eſt illa quidẽ uirtus, ſed finitimũ quoddã & proximum. Oſtenſum eſt enim prius, oẽm uirtutẽ eſſe habitũ: continentia uerò habitus non eſt. itaq; nec uirtus dici poteſt. Verſantur autẽ continẽtia & incontinẽtia in his in quib. tẽperãtia & intẽperantia. Abſtinet quis à iucunditate ſenſuũ indebita: ſi diu hoc egerit, in habitũ tranſit, & tunc demũ uirtute lucet intemperantiæ. Antè uerò quàm cõſtitutus ſit habitus, in ipſis operib. continentia eſt. Itaq; & dolens abſtinet cõtinens, nec ſatis firmus eſt aduerſus cupiditatẽ. Eodem modo incõtinens, nondum habitũ uitij contraxit. itaq; rationẽ diſcernit, & principium tenet: ſuperatur tamen ab affectu, & in uitijs quo tãmodo captiuus adducitur. De quo rectè poëta inquit, Video meliora, proboq;: deteriora ſequor. At intemperans in habitu uitij cõſtitutus, nec rationẽ iam, nec principium tenet: atq; ita corruptus eſt, ut peruerſa natura rerũ, malum quidem bonũ arbitretur, bonum autem malũ. Itaq; eligens facit intemperans, incontinens uerò nequaquã eligens, quia rationẽ intelligit: ſed tamẽ trahitur uiolentia cupiditatis, quæ in eo quidem eſt omni ratione potẽtentior. Habes nunc de continentia & incontinentia, quæ breuiter dici potuerunt. Hæc eadem utilia ſunt & in cæteris uirtutibus, ut habitũ electionemq; in illis recognoſcas. Vitioſus enim omnis, qui habitum uitij iã confecit, lumen cognitionis principiumq; amiſit. Quamobrem malo gaudet, quia id bonum putat. Qui uerò nondum habitum effecit, ſe quidem malè agere intelligit, pugnatq; ſimul affe-

A ctus ratio, atq; modò hæc, modò illa peruincit. Placet igitur inter uirtutem & uitium, medias affectiones quaſdã, nondũ ſatis ſtabilitas, ut modò ad hanc, modò ad illud inflectantur. Nunc uerò, quoniam de moralibus ſatis dictum, intellectiuas uirtutes breuiter uideamus, quarum nẽpe diſcuſſio prolixitatem exigit, breuitas autem ſuſcepti operis, compendium flagitat. Tanquã igitur digito illas monſtrantes, notare tantum ſingulas illarum cõtenti erimus. Quoties ergo de uirtute propria loquimur, ſiue illa moralis ſiue intellectiua ſit, de animi uirtute, non autẽ corporis, loqui nos intelligendum eſt. Ipſius uerò animi partes ſunt duæ: una rationalis, altera non habens rationem. Et rurſus quæ rationem non habet, partim eſt uegetatiua, expers omnino rationis, quã plantis etiam ineſſe conſtat: partim appetitiua, cupiditatis & metus, & affectionũ omnium capax. quæ etſi rationem non habet, audiens tamen eſt parensq; rationi. Hæc eſt enim illa pars animi noſtri, quã increpamus errantem, quam coercemus elatam, quã excitamus iacentem, quam conſolamur afflictã. Hanc nos dirigimus, & rationi obtemperare compellimus. In hac demũ parte uirtus moralis fit, quæ eſt habitus animi per aſſuetudinem acquiſitus, ut mediocritatem quandã in affectibus ſeruet. Irrationalis igitur pars animi duplex eſt, ut oſtendimus. Rationalis uerò etiam duplex. Nam eius una pars conſultatiua eſt, altera ſcientifica. Conſultamus enim de ijs quæ aliter eſſe poſſunt: ſcimus uerò ea, quæ aliter eſſe non poſſunt: quapropter neq; in cõſultationem poſſunt

B cadere. In hac itaq; rationali parte animi, uirtutes intellectiuæ fiunt: atq; ut iſta diuiditur, ſic illæ diſtinguuntur. Quinq; uerò eſſe numero intellectiuas uirtutes ſuprà diximus. inter quas prudentia nobis prima occurrit, cum ſuperioribus, quas retulimus, uirtutibus ferè coniuncta. Etenim in rebus agendis recta illa ratio, quæ moralibus moderatur uirtutibus, quæq; extrema fugiens in mediocritate quadã laudabili conſiſtere facit, nihil aliud quàm prudentia eſt. Ex quo fit, ut nulla moralium uirtutũ abſq; prudentia eſſe poſſit. Verſatur autem prudentia in his rebus, quæ non ſemper eodẽ modo fiunt, ſed aliàs aliter: in quibus etiam conſilium & electio locum habent. Nam de cæteris, & impoſſibilibus aliter ſe habere, fruſtra quis aut conſultat, aut eligit. Itaq; & conſilium & electio à prudẽtia eſt, reſq; agendæ omnes à conſilio electioneq; pendẽt. Videtur autem electio, non alijs fermè ullis quàm hominĩ conuenire. Nam neq; beſtijs, quæ ſunt infra hominẽ, quoniã ratione carẽt. Neq; rurſus Deo: quoniã ille puro intuitu ſingula diſcernens, nulla de re ambigere poteſt. At conſilium & electio de re dubia eſt. Dicitur autẽ electio, quod è pluribus in conſultatione propoſitis unum eligatur, id eſt, ſuſcipiatur. Fit autem hoc, cum pluribus propoſitis cõmodis, id quod uidetur maximũ potiſſimumq;, aſſumimus: aut cũ pluribus propoſitis incõmodis, minimè malum recipimus. Hæc autẽ & tempus & accidentia uariãt, & rerum experientia conſilium dirigit. Prudentia igitur de his eſt, quæ aliter eſſe poſſunt. Scientia uerò contrà de his eſt rebus, quæ ſemper eodem modo ſunt, & aliter eſſe non poſſunt: principia tamen non tractat, ſed ab illis iam

cognitis

A *cognitis diſcurrit. Intelligentia uerò principiorum eſt, & circa illa uerſatur: at ſapientia utraq; complectitur. nam & de principijs, & de his quæ à principijs manant, iudicat & diſcernit. Itaq; rectè diffinita eſt, humanarũ rerum diuinarumq; cognitio.*

O præclaram ſupellectilem, inquit, & quaſi diuinam quandam intelligentiæ ſyluam: quæ enim uel auditæ ferenant animum, quid guſtatæ receptæq; efficiant? Reſtat ars inquam, quæ in eodem genere quo prudentia, uerſatur. Sed in eo differt, quòd ars in faciendo eſt, prudentia in agendo. Enimuero cum plures ſint uirtutes, ut diximus, cõſtat alias ad ocioſam uitam in contemplatione repoſitam, alias ad negocioſam & ciuilem eſſe aptiores. Sapientia enim, ſcientia & intelligentia, contemplatiuum alunt: prudentia uerò in omni actione dominatur. Vtraq; ſanè uita, laudes commendationesq; proprias habet. contemplatiua quidem, diuinior planè atq; charior: actiua uerò, in cõmuni utilitate præſtantior. Itaq; uel in priuata uel publica re, quæcunq; excellenter & cum laude, quæq; pro utilitate aut noſtra, aut patriæ, aut hominum nobis clariſsimorũ agimus, ea quidẽ omnia à prudentia ab his uirtutibus quæ ſunt cum prudentia copulatæ, deſcendunt. Sed illud ante omnia intelligendum eſt, niſi bonus ſit uir, prudentem eſſe neminem poſſe. Eſt enim prudentia, uera exiſtimatio circa utilitatem. Vera autem exiſtimatio incorrupta eſt. Tales uerò ipſæ res, quales reuera ſunt, niſi bono uiro uideri non poſſunt. Improborum ſiquidem hominum iudicia perinde ſunt, ut ægrotantiũ guſtus, qui nulla fermè in re uerum ſaporem agnoſcunt. Itaq; nihil eſt omnium, cui magis officiant uicia morum, quàm prudẽtiæ. Sceleſtus enim & flagitioſus homo, ueras mathematicæ demõſtrationes, & phyſicæ notitiam retinebit: ad prudentiæ uerò opera, omnino cæcatur, & lumẽ ueritatis in hac una amittit. Atqui conſtat, & hunc nihil uelle niſi bonum: at in illo ipſo caligant oculi, quòd bona putat, quæ bona non ſunt. Videmus alios tyrannidi inhiantes, alij rapinas fraudesq; meditantur, mœchi uerò iſti, & pæderaſtæ, quid eſt quod pro libidine explenda non prætermittant? His ſi fortè Deus aliquis cupiditatẽ illam morbumq; animi euellat, ac uiri boni mentem iudiciumq; infundat, tanquam reſipiſcentes lumenq; recipientes, quãtis in tenebris uerſati ſint, recognoſcent, ſuumq; ipſi maximè deteſtabuntur errorem. Propoſita etenim nobis in omni uita felicitas eſt, eiusq; cupido nobis ingenita. Ad hanc non per uicia & libidines, quæ nec laudem in ſe habent ullã, nec quietare animũ poſſunt, ſed per uirtutes modeſtiamq; aſcenditur. Bono igitur uiro, rectum expeditumq; iter eſt ad felicitatem. Solus enim hic non fallitur, neq; aberrat. Itaq; is ſolus bene uiuit, & bene agit: malus autẽ contrà. Si ergo beati eſſe uolumus, operam demus ut boni ſimus, uirtutesq; exerceamus.

ARISTOTELIS STAGIRITAE ETHICORVM AD EVDEMUM, Liber I.

QVI numinis ſententiam in Delo edifſerit, ueſtibulo tẽpli inſcripſit: Nõ in eodem omnia conuenire, Bonum, Honeſtum, & Iucundum. Nam iuſticiæ quidem cultum, rem eſſe pulcherrimã, ſanitatẽ præſtantiſsimam, rat ucro amatæ conſecutionem, ſuauiſsimam. Quod nos nequaquam conceſſerimus. Felicitas enim cum optima ſit & pulcherrima, eadem etiam iucundiſsima exiſtit. Cæterũ inter conſiderationes uarias, quæ in unaqueq; re naturaque excutienda negocium faciunt, & contemplatione egent, aliæ ad cognoſcendum tantum pertinent, aliæ uerò ad acquiſitionem & negocia ſpectant. Quamobrem quæ in ſola contemplatione poſita ſunt, opportuno tẽpore (id quod methodi propriũ munus eſt) è nobis pertractabuntur. Ante omnia uerò conſiderandũ, in quo nam uita beata conſiſtat, & quo pacto ad eam perueniatur. Verum, quemadmodum homines parui, magni, & colore differentes, ſic, quibus nomen

B beatorum contigit, natura fiant, an per diſciplinam, uelut certam eò deſtinatam ſcientiam, an per exercitationem, quæritur. Haud enim pauca, neq; natura, nec arte aliqua, ſed conſuetudine ſola parãtur, ut mala malis, bona bonis. Aut nullo quidem horum modorum, ſed aut Dei alicuius adflatu. quod fanatico furore correptis, aut numine inſtinctis accidit: aut etiam fortuna. plurimi enim felicitatem idem quod ſecundam fortunam eſſe arbitrantur. Patet igitur, beatitudinẽ euenire uel per hæc omnia, uel quædam, uel unum aliquid. Nam ad hæc principia referuntur omnes rerum origines & actiones. Ac ab intelligentia profectæ actiones, ad eas quæ à ſcientia fluunt tranſferri queunt. Porrò bene beateque uiuere, in tribus maximè rebus conſiſtit, ijs nempe quæ potiſsimum expetuntur. Nam prudentiam alii, alij uirtutem, alij uerò uoluptatem ut ſummum aliquid eligunt: cõtenduntq; inter ſe de harum magnitudine & poteſtate, quæ nam ad felicitatis cõſecutionem uim adferat uberiorem. Vnde fit, ut quidem prudẽtiam uirtuti, alij prudentiæ uirtutẽ, nonnulli utriq; uoluptatem anteponant. Quocirca ad bene beateq; uiuendũ quidam unum ex his, alij duo, nonnulli omnia requirũt. Et qui ab his præcipiunt, aiunt omnib. ſcopũ quendã rectè uiuendi propoſitũ eſſe, qui modò cõſilio uiuere iam queant, ut ſunt honor, gloria, opes, eruditio: quem ſpectans quiſq;, omnes actiones peragit. Quapropter uitam propoſito fine carere, inſignis ſtultitiæ argumentũ eſt. Inprimis uerò apud ſeſe quiſq;, nec temerè, nec ſegniter conſtituere debet, quanam parte bea-

ta uita conſiſtat, & quid ſit quo ſine nemini ea contingat. Neq; enim ſanum eſſe, & id quo ſine nequeat cõſiſtere ſanitas, pro eodem baberi debent. Ita nec rectè uiuere idem cum eo eſt, citra quod id nemo conſequatur. Quod idem etiam in alijs innumeris obſeruatur. Sunt autem cauſę eiuſmodi, non equidem uitæ, ſanitatiſúe propriæ, ſed cõmunes (ut ſic loquar) omnium affectionum & operationum. Nam abſq; reſpiratione, neq; uigilia nec motus, nec bonum aut malum in uniuerſum ullũ ſubſiſtit. Aliæ uerò propriæ ſunt magis uniuſcuiuſq; naturæ, quas ignorare non conueniat. Neq; enim ex æquo cũ iam dictis ad firmam corporis conſtitutioné acquirendam faciunt, carnium eſus, & à cibo deambulatio. Atq; hæc ſint quæ difficultaté controuerſiamq; pariunt, dum quid ſit rectè uiuere, & unde contingat homini, inquiritur. Nam id, quo ſine nemo queat beatus eſſe, nonnulli felicitatis partem exiſtimant. Verùm omnes omnium de his opiniones perſequi, ſuperuacuum ſit, quando & ægrotis, ac delitis & pueris quædam uideantur quæ nemo ſanæ mentis in quęſtionem poſuerit. Ratione enim opus non eſt: ſed his quidem, ætate profectiore, qua corrigatur iudiciõ: illis uerò caſtigatione politica medicaue: quæ dolori inferendo, plagis uim habet haud minorem. Similiter & uulgi, de rebus omnibus ferè pronunciantis, obmittenda ſententia eſt: abſurdum quippe ratione cum ijs contendere, qui nõ rationem, ſed mulctam mereantur. Porrò cum in omni negocio quæſtiones oriantur, patet etiam de uita excellentiſsima dubitationes opinionesq; occurrere, quas ſit expendere operæprecium: controuertentium enim argumentis, rationes contrariæ demonſtrantur. Ignorare inſuper haudquaquã conuenit ſub tractionis principium, ea quibus omnis conſideratio deſtinatur, ſcilicet è quibus bene recteq; uiuere contingat: beatè enim parcius dicere cõuenit, ob ſpem quæ in ſingulis à bonis honeſtisq; uitis percipi ſolet. Nam ſi uel in fortuitis, uel ijs quæ natura eueniunt, ſita eſt uitæ honeſtas commoditasq;, ſpes eius præcidatur multis: quippe qui fruſtra eò cura ſedulitateque enitantur, ſiue id quod in ipſis eſt, ſiue ſtudiũ actionemq; ſpectes. Verùm ſi in actione penes ipſum poſitam, & in eo qualis quiſq; ſit bene uiuere conſtituatur, & communius & diuinius bonũ fuerit: illud quidem quia pluribus participare liceat: hoc, quòd operationes huiuſmodi uel illiuſmodi formata habeat neceſſum. Equidem quæ de his ambiguntur & diſputantur, perſpicua pleraq; fuerint, ſi conſtiterit, quid uerè tandem felicitatem oporteat appellare. An pro animo, hoc uel illo pacto diſpoſito, ut quidam ſapientes ueteresq; exiſtimarunt, definire eam conueniat: an uerò pro totius hominis ſtatu, aut actionum potius qualitate & modo. Diſtinctis autem inter ſeſe uitæ conditionibus & ſtudijs, felicitatem nonnulli haudquaquam in eis collocant, ſed neceſſariorum gratia tantum experi contendunt, cuiuſmodi ſunt artes odioſæ, ut appellantur, & quæſtuariæ. Odioſas autem uoco gloriæ tantum deſtinatas: mechanicas autem uoco ſellularias & mercenarias,

A Quæſtuarias autem foro cauponicisque artibus comparatas. Ergo cum ad uitam bene beateque tranſigendam tria (ut ſuprà diximus) uelut potiſsima bonorum genera ordinata ſint, uirtus, ſapientia, & uoluptas: totidem etiam uitæ genera enaſci conſtat, quas omnes, mentis ſaltem compotes, adipiſci & ſectari cupiant: nempe ciuile, philoſophicum, & uoluptuarium. Philoſophus enim ſapientiam contemplationemq; ueritatis, ciuilis actiones honeſtas, eas, inquam, quæ à uirtute proficiſcuntur: uoluptarius uerò corporis uoluptates expetit: quapropter, ut ſuprà dictũ eſt, alium quàm priores felicem beatumq; arbitrator. Vnde Anaxagoras Clazomenius a quodam interrogatus, quem nam beatiſsimum iudicaret? Nullum, inquit, ex ijs quos exiſtimas, ſed qui à felicitate alieniſsimus tibi uideatur. Animaduerterat enim, niſi magnum, pulchrum, aut diuitem, neminem felicis adpellatione dignum illi cenſeri, cum contrà ſibi felices beatiq; haberentur, qui iuſtis honeſtisq; actionibus tranquillè incumberent, diuinaq; aliqua contemplatione participarent. Cęterũ cum recta ſinceraq; iudicatio de rebus, difficultate ubiq; plena ſit, tum in primis de ijs, quæ obuia omniumq; cognitioni expoſita uulgus arbitratur, ut quid in uita expetendum ſit, quoue comparato, plenam cupiditatem conſequantur. multa quippe mortalium uitam circumſtant, & moleſtam faciunt & acerbam: ut ſunt morbi, dolorum intentio, tempeſtates: ut ſi hæc conſideranti optio à principio detur, non naſci potius, quàm hæc experiri uelint.
B Quæ conditione uita puerilis eſt, ad quam nemo prudens, etiamſi queat, redierit. Ac multa quidem, uel uoluptatis dolorumq; expertia, uel inhoneſtis ſaltem uoluptatibus iuncta, eiuſmodi ſunt, ut nõ eſſe omnino, quàm uiuere, melius iudicetur. Ac in uniuerſum, ſi congeras cuncta quę uel agunt uel patiuntur homines non uolentes (quia nec ipſius gratia) adiectis infinitis temporum ſpacijs, nihilo tamen magis uiuere quàm nõ uiuere eligatur. Eodem pacto neque ob cibi uenerisq; uoluptates, ſi reliquis deſtituta fuerit, quas uel cognitio uel uiſus, aut ſenſus quiſpiam alius ſuppeditarit, nemo, niſi ſeruile mancipiũ, magnopere ſibi uitam exoptandã iudicarit. Patet enim à bruto ita affectum hominem nihil diſtare, adeò ut bos Aegyptius, quem ut Apin colunt, hos monarchas multis modis antecellat. Eadem ratio eſt de ſomni uoluptate. Quid enim refert, ſiue à prima natiuitatis die ad ultimam uſque, mille annis aut circiter ſomno profundo ſtertas, an uitam plantæ uiuas? illę enim eadem propemodum qua infantes uita participant. Nã & hi ut primũ in utero concepti ſunt, excreſcunt quidem, ſed uelut iugi ſomno ſopiti. Vnde conſtat, nequaquam noſtræ cognitioni expoſitum, quid rectum illud bonumq; in uita ſiet. Quocirca Anaxagoras, ambigentem quendam ſciſcitantemq;, quare uiuere potius quàm non uiuere expetendũ eſſet, iuſsit cœlum mundiq; totius conſtitutionem & ordinem contueri. Sentiens uitæ cupiditatem, non niſi ſcientię alicuius gratia laudabilem eſſe. Cæterùm qui Sardanapalum aut Smindyriden Sybaritam, aut alium quemcunq;

uitæ

uitæ uoluptuariæ indulgentem, beatum prædi-
cant, hi in lætando felicitatem poſuiſſe uiden-
tur. Rurſum alij reperiuntur, qui nec prudẽtiam
nec corporis uoluptates, actionib. à uirtute prę-
tulerint: quippe quas non gloriæ alicuius gra-
tia ſectantur, tum etiam, cum felicitatem mini-
mè conſequuntur. Sed & multis ciuilibus appel
latio non contingit: nam nec reuera ciuiles ſunt,
qui honeſtas per ſe actiones expetunt, cum ple-
riq; alij habendi ſtudio, & gratia diuitiarum ui
tam eiuſmodi capeſſant. Inde manifeſtum eſt, fe
licitatem ad tria uitæ genera transferri: ciuile,
philoſophicum, & uoluptarium. neq; clam eſt,
quæ natum circa corporis uoluptates conſume
tur, quæ item qualisq; ſit, tum quo pacto fiat, ut
non ſit neceſſum, quæ ſint, ſed num ad felicita-
tem, & quo pacto conferant, perquirere. Item, an
uoluptates honeſtas uitæ applicare oporteat, an
alio pacto quopiam inter ſeſe cõmunicent. Sunt
enim & uoluptates aliæ, quibus in rationibus
colligendis beatum non abſq; dolore tantum,
ſed iucundè etiam uiuere arbitrantur. Verùm de
his poſtea dicetur. Virtutis uerò prudentiæque
naturam excutiemus quæ ſit, & utrum beatæ ui
tæ partes exiſtant, uel ipſæ, uel operationes ab
ipſis profectæ. Iunguntur enim felicitati, ſi non
ab omnibus, certè ab inſignioribus & precio ali
quo dignis. Socrates igitur ſenex ille, finem ſum
mum ponit homini, uirtutis cognitionẽ, & quid
ſit iuſticia, quid fortitudo, & quæ pars reliqua
eius, inquirit. Et rectè id, quando ſcientias uirtu
tes omnes arbitrabatur, ut iuxta hunc, noſſe iu-
B ſticiam & iuſtum eſſe, coincidant: quemadmo-
dum & geometriã architectonicamq; didiciſſe,
& geometram architectumq; eſſe. Quocirca, nõ
quo pacto, & ex quibus fiat, ſed quid ſit uirtus,
ueſtigat. Id quod in ſcientijs cõtemplatiuis uſu
uenit. neq; enim aliud eſt aſtrologię, geometrię,
phyſiologiæq; officium, quàm ut naturam ſub-
iectarum rerum norint & intelligant. Sed enim
ad eas ipſas, nihil obſtat, ad res neceſſarias mul-
tas utiles nobis frugiferasque fieri. Verùm alius
eſt actiuis ſcientijs, alius cognitioni contempla-
tioniq; finis propoſitus, ut ſanitas medicinę, re-
cta iuris legumq; cõſtitutio, politicæ. Ergo cum
res quidem honeſtas cognoſcere pulchrum ſit,
in uirtutis tamen conſideratione, non tam quid
ſit, quàm è quibus paratur, cognoſcendum eſt.
Neq; enim ſcire, quid ſit fortitudo, magnopere,
ſed fortes eſſe potius uolumus: non ſcire iuſti-
ciam, ſed iuſti eſſe: quemadmodum ſani eſſe be-
neq; habere, quàm quid ſanitatem habere: bo-
numq; habitum habere præſtat, quàm quid ha-
bitus bonus ſit, cognoſcere. Probationem uerò
horum omnium colligere per rationes oportet,
adhibitis teſtimonijs exemplisq; apparentibus.
Potentiſsimũ uerò eſt in omni probatione, con
feſſum omnibus teſtimonio propoſito firmare
poſſe: ſi id nequeas, omnino uel aliquã ueriſimi-
litudinẽ adferre. reſidet enim penes omnes ali-
qua ueritatis confeſsio, quæ noſtris confirman-
dis queat adduci. Nam & ea quæ uerè quidem,
ſed minus apertè dicuntur, perſpicua fiunt, ſi cõ
fuſa notioribus cõmutaris. rationes porrò in u-
naquaque methodo uel philoſophicè, uel ſecus

A adhibentur: quæ etiam in politicis, haud ſuper-
uacuè ita accõmodantur, ut nõ ſolum, quid, ſed
quare quid (quod philoſophi eſt propriũ) intelli
gatur. Qua in re animaduerſio accurata requiri-
tur. Quia enim philoſophicã apparet nihil, ſi ni-
hil appareat dicere, ignorantes ſæpè in rationes
peregrinas incidunt, tractationesq; inanes aduo
cant: idq; uel per ignorantiam, uel etiam inſolen
tiam. qua fit, ut nonnunquã periti, rebusq; agen
dis idonei, ab eiuſmodi uincantur, qui hæc nec
intelligant, nec in agendo induſtria ulla ualeant.
Cuius rei cauſa eſt inſcitia. Quæ in unaquaq; re,
nihil eſt aliud quàm inopia iudicij, qua rei pro-
priæ omnes rationes à peregrinis diſtinguãtur.
Rectè uerò habet, ſi cauſę rationẽ, remq; demon
ſtratam ſtudioſè diſcuſſeris. Tum (ut modo di-
ctum eſt) non ſolum certis rationibus, ſed appa-
rentibus ſæpè potius inſiſtere oportet, animúq;
aduertere. Nam eas niſi queas ſoluere, uiolenter
ad fidem habendam pertraheris. Quocirca ſæpè
quidem id quod demonſtratur ratione, uerũ exi
ſtit quidem, ſed non ea ex cauſa quæ fortè adfer
tur: nam & ex falſis uera colliguntur, quẽadmo
dum in Analyticis oſtenditur. Hæc præfari à pri
mis obſcurioribusq; exorſi, ad manifeſtiora pro
grediemur, quid ſit felicitas ueſtigaturi. Quæ
omnium quidem conſenſu inter humana bona,
maximũ eſt & pręſtantiſsimũ. Humana adijcio,
quia excellentiori fortaſſe cuidam congruat, ut
Deo alicui. Nam reliqua animãtia homine infe-
riora, huius appellationis prorſus ſunt expertia.
Neq; enim felix dicitur equus, auis, piſcis, aut a-
B liud quodcunq; animãtis genus, niſi fortè natu-
ræ bonitate pręſtanti diuinaq; re aliqua fruatur,
unde nomen hoc trahat. ſed alia quadã bonorũ
participatione aliud alio cõmodius incõmodius
ue uiuit: quod ad eum modum habere deinceps
executietur. Nunc uerò dicamus, quòd bona alia
ſunt homini quæ in actione cernuntur, quędam
non. Id ita intelligas: quòd ut quædã motu ca-
rent, ita etiam bona nonnulla: atq; hæc fortaſſe
natura ſunt præſtantiſsima. Alia uerò actiones
quidẽ ſunt, ſed præſtãtiorib. homine. Quia uerò
quòd actione cernitur, bifariam dicitur (nam &
quorũ gratia agimus, & quę propter illa actione
participant, ut ſanitas & diuitię, quæq; horũ gra
tia fiunt, ſalubria quæſtuariaq; inter actiones cõ
numeramus) patet & felicitatẽ in ijs quæ actio-
ne cõſtant, homini pręſtantiſsimũ dicendũ eſſe.
Itaq; cõſiderandũ quod ſit optimũ illud, quotq;
modis dicat. Id tribus potiſsimũ opinionib. cõ-
ſtat. Omniũ enim bonorum excellentiſsimũ in-
quiunt ipſum bonũ. Ipſum aũt bonũ eſſe, quod
& primũ ſit & alijs ſuæ bonitatis cauſa: quorum
utrunq; ideę boni competit. Vtrunq; dico, & pri
mũ eſſe, & cauſam bonorũ quibus adfuerit. Iu-
xta hanc enim bona maximè dici, ut quæ partici
patiõe huius primi boni, reuera bona & ipſa exi
ſtant. Sublato enim participãte, ideam participã
tia quoq; auferri: quippe quæ ex eius participa-
tione boni nomẽ ſortiuntur. Primũ aũt eum ha
bere modũ ad poſterius, ut bonũ ipſũ boni idea
ſit, quę ut reliquę à participantib. ſeparatur. Ve-
rùm huius opinionis conſideratio. alterius exer
citationis eſt, & logicę magis. Refellentes enim
com-

communesq́; rationes, nulla alia ſcientia ſubſi-
ſtunt. Porrò ſi breuiter hæc dicere conuenit, pro
nunciamus primum, ideas non boni ſolum, ſed
cuiuſcunq; alterius, inutiliter contentioſeq́; af-
firmari. Pluimi autem modi ſunt, tum peruaga-
tarum populariumq́;, tum philoſophicarum ra-
tionum quibus hęc inquiſitio fieri ſolet. Deinde
ſi maximè ideas, atq; boni ideas conceſſerint, ni-
hil tamen id uel ad uitam honeſtam, uel actio-
nes contulerit. Quoties enim ens, toties & bo-
num dicitur. Quemadmodum enim ens (ut ali-
bi quoq; oſtẽſum) ſignificat quid ſit res, aut qua-
lis, nonnunquã quanta, aut quando: & prætetea
in eo ponatur interdũ quod moueatur, aliquan-
do uerò quod moueat: ſic & bonum in ſingulis
his ordinibus cõſpicitur. Subſtantia enim men-
tem & Deum, qualitas iuſtum, quãtitas medio
cre, quando tempus & opportunitatem, motus
docentem doctumq́; complectitur. ergo ut ens
non unum eſt in prædictis conſideratum, ita
nec bonum: ac proinde neq; una ſcientia eſt en-
tis & boni. Sed & nec cõformia inter ſeſe ad ean
dem conſiderationem pertinent, ut tempus &
mediocritas: ſed alia aliud tempus, alia aliã me-
diocritatem ſpectant. Vt opportunitas medio-
critasq́; in alimento, quas medicina & gymnaſti
ce: circa actiones uerò bellicas, ars militaris: &
ſic alia de alijs tradit docetq́;. multo itaq; minus
ipſum bonum una aliqua ſcientia comprehendi
queat. Prętetea in quibus prius & poſterius fue
rit, eis communem quandam ideam & ſeparabi
lem nequeas conſtituere. Sic enim ſit aliquid pri
mo prius: prius enim & commune & ſeparabile
eſt, eo quòd ablato communi, neceſſe ſit & pri-
mum tolli. Vt ſi duplum multiplicium primum
eſt, non licet multiplex communiter prædicatũ
ſeparari, quippe quod duplo prius eſt, ſiquidem
ideam cõmunem eſſe contendas: perinde enim
fiat, ac ſi commune illud ſeparabile reddas. Nam
ſi iuſticia bona eſt, & fortitudo erit. Prætetea cõ
ſiderandũ, quid nam uocent ipſum bonũ. Ipſum
quidem adiectum eo uidetur, ut communem ra
tionem intelligas rationem. quæ quid aliud eſt,
quàm æternum & inſeparabile. Vtrum album
diebus multis nihilo magis albũ eſt quàm quòd
uno. Quapropter commune bonum idem cum
idea cenſeri non debet: omnibus enim ineſt cõ-
mune. Rurſum uerò oſtendendum, quo nam pa
cto inpræſentiarum bonum demonſtret. Nunc
equidem confeſſa bona demõſtrat, ex ijs penes
quæ bona reſidere in confeſſo eſt. Ex numeris,
quòd iuſticia & ſanitas bonum. Ordines enim
& numeri ſunt, ut numeris unitatibusq́; ineſſe
bonum affirmetur, cum unum ipſum bonũ ſit.
Verùm ex confeſsis, ut ſanitate, robore, mode-
ſtia, adſtruere oportet, & in immobilibus magis
honeſtum eſſe (omnia enim hæc, ordo quidam
& quies) quòd ſi ſic habet, alia utiq; magis bona
ſunt: quippe quæ hæc iutta ſeſe complectantur.
Verùm haud germana demonſtratione proba-
tur, unum eſſe ipſum bonum, quod numeri con
cupiſcant. Non enim adpetere manifeſtè dicun-
tur, ſed ſimpliciter admodũ concupiſcere, quòd
quo pacto quis tribuat uitæ expertibus? Itaque
operæpretium eſt, circa hæc nonnihil occupar i,

A neq; committere, ut citra rationem tranſmittan
tur, quæ ratione adbibita non difficulter perſua
deantur: ut affirmare, omnia entia bonũ aliquod
adpetere. Verum id quidẽ: unumquodq; enim
proprium bonum expetit, oculus uiſum, corpus
ſanitatẽ, ſic etiam reliqua. Verùm nõ eſſe ipſum
bonum, eiuſmodi dubitationes habet, & quòd
politicæ inutile eſſe: proprium enim bonum ui-
detur, quemadmodum & in alijs, ut gymnaſticę
firma affectio. prætetea etiam quod in ratione
deſcriptum. Aut enim nulli boni ſpecies, aut om
nibus ex ęquo utilis eſt. Porrò quod nulla actio
ne cerni poteſt, ſimiliter neq; commune bonum
neq; ipſum bonum eſt. Si nanq; mediocri bono
inſit, nihil aget. Neq; enim quomodocunq; me-
dicina in quolibet aget, ſed ut ſanitas aequira-
tur: ſimiliter & reliquæ artes ſingulæ. Verùm
quot modis dicatur bonũ, & quod in eo ſit pul-
chrum, quod actuoſum, aut non actuoſum, eiuſ
modi autem bonũ eſt id cuius gratia: ex immo-
bilibus autem non liquebit, quod neq; commu
ne, neq; ipſum bonum quod quæritur, idea bo-
ni exiſtat. Illud enim immobile eſt, non actuo-
ſum: hoc uerò mobile, ſed nihilo tamen magis
actuoſum. Id autem cuius gratia, tanquam finis
eſt præſtantiſsimus, primumq́; omniũ, rum cau
ſa inferiorum. quocirca rerum quæ actione con
tinentur, homini ipſum bonum finis, ſubiectus
ſcilicet omnium rectrici, politicæ, œconomicæ,
prudentiæq́;. Qui habitus ab alijs quidem diffe
runt, eo quòd eiuſmodi ſunt: uerò à ſe inuicem
quomodo diſtinguantur, pòſt explicabitur. Cę-
B terùm finem cauſam inferioribus eſſe, oſtendit
ratio, qua finem definientes, reliqua eo bona de-
monſtramus, quòd finis cauſa exiſtant. Velut ſa
num ut ſit corpus, quia cauſa eſt aliqua, ea utiq;
ad ipſum confert: porrò ſanum eſſe, tanquã cau
ſa mouens ſanitatis eſt, quæq́; ut alij bono ſani-
tas ſit, facit. Prætetea neq; hoc monſtratur, ſani-
tatem bonam eſſe ſcilicet, niſi aut ſophiſta, non
medicus eſt is qui ea de re diſputat. Hi enim in
aliena harena ſeſe iactando, cauillantur. Neque
ullius artis principium mõſtratur. Id uerò quod
homini ut finis bonum eſt, cum omnium quæ
quidem poſſunt ab homine fieri, ſit præſtantiſsi
mum, uidendum præſtantiſsimum quot modis
dicatur: ſiquidem hoc præſtantiſsimum eſt. ini-
tium diſputationis aliud ſumentibus erit.

ARISTOTELIS EVDEMIORVM, LIBER ſecundus.

POST hæc autem in ſequentibus
aliud principiũ conſtituunt. Om-
nia enim bona aut extra nos ſunt,
aut in animo poſita ſunt: præſtan-
tiora autem, animi bona, quemad
modũ & peruulgata oratione di-
ſtinguimus. Prudentia enim, uirtus & uoluptas
in animo ſunt, quorum aut nonnulla, aut omnia
fines omnibus eſſe uidentur. Animi autem bona
alia habitus & potẽtiæ ſunt, alia actiones & mo
tus. Quibus ita poſitis, & de uirtute fateamur,
præſtan-

præſtantiſsimam diſpoſitionem eſſe, aut habitum, aut potentiam ſingulorum, quorum uſus aliquis opuſue extiterit. Id inductione manifeſtum fiat. Quemadmodum enim ueſti & opus aliquod & uſum aſsignamus, præſtantiſsimúq; eius habitum uirtutem dicimus: ſic & de animo ſentiendum. Eſt enim aliquod eius opus, præſtantiorisq; habitus præſtantius opus, & ut ſeſe habitus ad inuicem, ita actiones ab ipſis profectæ habent: ac opus uniuſcuiuſq; finis. Vnde manifeſtũ eſt, opus habitu præſtare: finis enim quatenus, utiq; excellentiſsimus eſt, quando & ſupra conceſſum, finem, & ultimum, & optimum eſſe, utpote cuius gratia cuncta fiant. Patet igitur, opus habitũ facultatemq; excellere. Verum opus bifariã dicitur. In alijs enim ab uſu diuerſum eſt, ut ædificatoriæ, domus, nõ ædificatio: medicinę ſanitas, nõ ſanatio, neq; medicatio. In alijs uero uſus opusq; non diſtant: ut uiſus uiſio, mathematicęq; ſcientię ſpeculatio. quocirca neceſſum ut quorũ opus in uſu conſiſtat, uſum habitu pręſtare. His ita determinatis, dicimus opus negocij etiam uirtutis opus eſſe: uerũm non eodẽ pacto, ut ſutorię artis calceus. Et ſiquidẽ ſutorię, boniq; ſutoris uirtus eſt aliqua, opus erit ipſius, bonus accõmodatusq; calceus: eodem modo & In reliquis. Nam & animę opus eſt, uitam rebus inferre: eius uerò uſus, uigilia: quandoquidẽ ſomnus deſidia quædam eſt & quies. Quapropter cum opus unum atq; idem ſit neceſſariò, animę uirtutisq; opus fuerit, uita cõpoſita & honeſta: id uerò bonũ anguſtius, quod felicitatẽ ſuprà nominauimus: erat enim ea præſtãtiſsima nobis. Porrò fines in animo cõſtituti, bona excellentiſsima ſunt. Inſe uerò habitus, & actus, quia eſt melior diſpoſitiòne actio, erit & optimi habitus optima etiam operatio. Virtus aũt optimus habitus eſt, quocirca actio à uirtute ſiue anima profecta, pręſtantiſsimũ bonum eſt. Cumq; felicitatem præſtantiſsimũ illud eſſe cõſtet, erit ea animæ excellentis actio. Hæc igitur perfectũ quippiam eſt, uita uerò & perfecta & imperfecta, ſimiliter & uirtus: quippe q, alia integra ſit totaq;, alia uerò particula tantum. Vnde & imperfectorũ quoq; imperfecta actio eſt. Quo oſtẽditur, felicitatem eſſe, uitæ perfectæ, & ſecundũ perfectam uirtutẽ actionẽ. Atq; hoc in definitione genus rectè conſtitutũ eſſe, teſtatur cõmunis omniũ conſenſus, qui bene agere, beneq; uiuere, idem quod felicẽ beatũq; eſſe cenſent. Quorũ unumquodq; uſus eſt & opus, uitaq; & actio: actiua enim uita uſibus etiam comparata eſt. Nam faber frena conficit, equiti etiam uſui futura. Tum etiã quòd nec die tantum una, nec puerili, neq; omni ętate felicitatem cõſtare poſſe dicimus. Quocirca friuola eſt Solonis ſententia, negantis, uiuum ullũ beatum eſſe, niſi ubi finẽ attigerit. Nihil quippe imperfectum felix eſſe poteſt, cum integrũ non ſit. Deinde laudes uirtutis, actionibus earumq; encomijs impenduntur, & coronantur, nõ qui uincere quidem poſsint nec uincant tamen, ſed uictores. Sed & iudiciũ quo qualis quiſq; ſit conſtituitur, ex operibus ſpectatur. Præterea ob id nõ laudari felicitas ſolet, quia reliqua uel partes eius exiſtunt, uel per eam fiunt, aut ad ipſam referuntur: quamobrẽ aliud eſt felicitas, aliud laus, aliud item encomiũ. Encomiũ enim oratio eſt, facta cuiuſq; ſingularia exponens. Laus uerò uniuerſalia celebrans. Felicitas autẽ finem intendit. Vnde manifeſtum redditur, de quo interdũ controuertitur, quare media uitæ parte, boni honeſtiq; prauos nihil antecellãt: nihil enim diſcriminis inter dormientes eſt. Somnus enim eſt uitæ ocium, non actio: quapropter nutritiuæ partis uirtus, quemadmodum nec corporis pars totius uirtutis nequaquam cenſeri debet, eo quòd in ſomno uim ſuam uberius exerat, agatque nutrix facultas, cũ contra ſenſitiua, concupiſcensq; dormiẽtibus ſint imperfectiores, quatenus motu non participant: phantaſiæ uerò, niſi morbo, aut alio quopiã malo præpeditæ fuerint, ſapientum efficaciorea. Verum quia uirtus animæ eſt, non fortuitò, de hac conſiderandum deinceps ſtudioſius erit. Sunt enim humanæ animæ duæ partes, quarũ utraq; rationeis eſt particeps, ſed non eodem modo: altera enim ut imperio, altera uero ut obſequentiæ auſcultationique nata. ſi quid prærerea fuerit rationis expers, prætermittatur. Neq; uerò refert, in partes ne diuidi anima queat, an nequeat. ſunt enim illi facultates diuerſę, tum illę etiam quas memorauimus ſuprà. Quemadmodum in curua ſuperficie concauum conuexumq; ſeparari non poſſunt, item in eadẽ rectum & album: quanquam rectum eſt, quod album non eſt, niſi per accidens, ſubſtantia ſit eiuſdem licet. Ita ſi quæ pars animæ pręteres adſcribitur, obmittitur, ut naturale. Humanæ nãq; animæ hæ partes proprię ſunt, quocirca nec nutrix, nec cõcupiſcibilis facultas, exiſtimari hominis propria debet. Ex naturæ enim humanę conditione, neceſſum eſt rationem, ac rerum agendarum principium, tum agendi potentiam ineſſe. Porrò quia ratio non imperat rationi, ſed affectionibus & cupiditati: oportet & has quoque partes aſsignari: & quemadmodũ firma corporis affectio ex ſingulis corporis uirtutibus cõſtat, ita & animę uirtus quatenus finis, è ſingulis conflatur. Virtutis uerò duæ ſpecies ſunt, moralis alia, alia intellectiua: neq; enim iuſtos tantũ, ſed etiam intelligẽtes ſapiẽtesq; laudamus, quia uirtutẽ eiuſue opus laudibus celebrari ſuprà oſtendimus. Hę uerò cũ non agant ipſæ quidem, actiones tamẽ uirtutũ exiſtunt. Quia uerò intellectiuæ partes cum ratione ſunt, à parte rationẽ habente uindicãtur, quæ imperiũ obtinet in anima. nempe quæ rationis eſt particeps. Morales uerò, irrationalis quidẽ partis ſunt, ſed quæ neceſſariò ſequitur dicentẽ. Neq; enim interrogãti cuiuſmodi ſit moribus aliquis, reſpõdemus: Sapiens & callidus, & manſuetus, aut confidens. His itaq; cõſequens, ut de uirtute morali, primũ quid ſit, & quæ eius partes, conſideretur: ad hęc enim etiam reducuntur ea, per quæ fiant. Oportet autẽ inquiſitionẽ, quemadmodũ in alijs, ita fieri, ut prius conſtet quod omnes quærunt, & proinde ea quæ uerè quidem, ſed non perſpicuè dicũtur, per ea quæ & uera ſunt & perſpicua, colligere. Perinde enim ſe hæc ueſtigatio habet, ac ſi ſanitatẽ conſtitutionẽ corporis optimam definiamus: & Coriſcum illũ, qui in foro ſedet, nigerri-

gerrimum eſſe dicamus. Quid enim ſit alterutrũ A borum, ignoramus: proinde quò quid ſit utrunque cognoſcatur, operæprecium eſt quo pacto habeat, pręnouiſſe. Primùm igitur conſtituatur, præſtantiſsimã actionem à præſtantiſsimis uirturibus produci, & in ſingulis quid optimũ ſit efficere, idq; ab uniuſcuiuſq; uirtute. Vt è laboribus commodis nutrimentoq; idoneo, bona habitudo oritur, ex habitudine uerò optima, optima etiam elaborant homines. Deinde omnem diſpoſitionem ex ijſdem, hoc uel illo pacto illatis naſci & corrumpi, uelut ſanitas ex laboribus, alimento, & temporibus. quæ inductione patent. Proinde & uirtus, naſcens à moribus animæ præſtantiſsimis, & unde animæ affectiones operaq; præſtantiſsima proueniunt, ab ijſdem aliquo modo & fit, & lęditur: ad ea uerò uſus ipſima à quibus augetur & labefactatur, circa quæ & rectiſsimè uitam diſponit. Cæterùm circa iucunda triſtiaq; uirtutem uerſari argumento ſunt punitiones, quæ ut medicationis uice per contraria uſurpãtur in alijs, ita per hæc quoq; fiunt. Patet igitur, uirtutẽ moralem circa iucunda triſtiaq; uerſari. Quoniam uerò mos, ut nomen indicat, à conſuetudine incrementum capit (Adſueſcit enim agendi facultas exercitatione non naturali, ut hoc uel illo pacto moueatur, etſi inanimatis id non contingat, nemo enim lapidem quamlibet crebrò ſurſum iactum, idem facere, niſi ui extrinſecus adhibita uidit) rectè morem animæ iuxta imperantẽ rationem uocari, ac potentia qualitatem ſequi dicimus. Neq; uerò prętereundũ eſt, iuxta quas animæ affectiones quales quidam mores dicantur: iuxta potentias uerò paſsionum, à quibus paſsiui, iuxtaq; habitus modum ergo affectus, dicuntur mores uel affecti aliquo modo, uel perturbationibus minimè obnoxij. Cæterùm diuiſio cõſtituatur deinceps ex affectuum potentiarumq; & habituum animæ enumeratione. Voco autem affectus, iram, metum, uerecundiam, cupiditatem, & in uniuerſum, quæ per ſe uoluptas triſtitiaue ſenſitiua ſequitur: & ſecundũ hæc quidem qualitas nulla formatur, ſed afficiuntur homines iuxta potentias. Voco autem potentias, quibus fit, ut cõmotè aliquid agere dicamur, ut iracũdus, ſtupidus, amoribus deditus, uerecundus, impudens. Habitus uerò ſunt, quibus efficitur, ut hęc ſecundũ rationem nobis inſint, aut contrarium: ut fortitudo, modeſtia, timor, intemperantia. Quibus ita determinatis, conſtituendum in omni continuo diuiſibiliq;, exceſſum, defectum, mediumq; reperiri, atque hæc uel mutuò ad ſe inuicem, uel noſtri reſpectu: ut gymnaſtica, medicina, ædificatoria, gubernatoria, & quæcunq; actiones aliæ, ſiue iuxta ſcientiam inſtitutæ, ſiue ſcientiæ expertes, aut artificioſæ, ſiue inartificioſæ: motus enim continuum quidpiam eſt, actio uerò motus. In omnibus uerò ſcientia & ratio, medium noſtri reſpectu, & quid optimũ ſit præcipit: idq; paſsim habitum gignit præſtantiſsimum. quod etiam inductione & ratione probari poteſt. Cõtraria enim contrarijs pugnant, extrema uerò & medijs & ſibi: medium enim utrumlibet eſt ad utrumlibet: ut æquale minore quidem maius,

A maiore uerò minus exiſtit. Itaq; neceſſarium eſt, uirtutem moralem circa media quædam uerſari, & medium quidpiam uirtutẽ eſſe. Reſtat igitur ut dicatur, cuiuſmodi medietas uirtus ſit, & circa quæ uerſetur media. Quæ omnia dilucidius exemplis, uelut in tabula adumbrabimus. Sumatur enim iracundia, indolentia, manſuetudo, confidentia, timor, fortitudo, impudẽtia, ſtupor, uerecundia, intemperantia, ſine ſenſu uita, modeſtia. Nam oppoſitum modeſtiæ, quod hic *ἀναιδείαν* uocamus, nomine uero caret. Vindicta, Lucrum, damnum, iuſtum. Prodigalitas, ſordes, liberalitas. Iactantia, diſsimulatio, ueritas. Adulatio, odium, amicitia. Placendi ſtudium, cõtumacia, grauitas. Mollicies, afflictio, tolerantia. Oſtentatio inepta, animi paruitas, magnanimitas. Profuſio ſumptuoſa, illiberalitas, magnificentia. Verſutia, ſtulticia, prudentia. Hęc atque eiuſmodi affectiones animis accidunt, ac ab exceſſu defectuq; nomen acquirunt. Iracundus enim dicitur, qui uehemẽtius & citius, & ob plura quàm deceat excandeſcit. Dolore autem uacans deficit, in quibus, & quando, & quomodo conueniebat. Confidens, qui nõ metuit nec quę decebat, nec quando, nec quomodo. Timidus uerò, qui metuit quæ non conuenit, nec quando, nec quomodo. Similiter & intemperans cupiditatibusq; indulgens, & qui modum neſciat, in re quacunq; tandem. Senſu uerò humano caret, qui nec quantum expedit, nec ſecundum naturam concupiſcit, ſed omnis affectionis, inſtar lapidis, expers eſt. Lucri cupidus, qui undequa-
B que quæſtum aucupatur. Neligentes uerò, aut nuſquam aut à paucis certò conquirunt. Iactabundus, plura quàm poſsideat, oſtentat. Diſsimulator, pauciora. Aſſentator, plura quàm deceat laudat: odio proſequens, pauciora. Qui nimis ad uoluptatem comparat orationẽ, placendi ſtudioſus: uerùm qui ægrè aut pauca ad gratiam dicit, contumax appellatur. & qui nullum dolorem, etiamſi expediat ſuſtinet, mollis: qui uerò omnem, proprio quidem & ſimplici nomine caret, ſed translato, obduratus, ærumnoſus, miſerijsq; natus dicitur. Oſtentator ineptus, qui pluribus ſe dignum arbitratur quàm deceat. Puſillus animus, qui paucioribus: profuſus, qui omnibus ſumptibus excedit: illiberalis, qui omnibus parcit. Similiter & parcus & prodigus: hic enim excedit erogando modum, alter eum non attingit. Verſutus, in omnibus & undequaq; alios in utilitatis captione anteuertit. Stolidus uerò, etiam iſtic ceſſat ubi non oportebat. Inuidus, ob ſucceſſum plus quàm deceat angitur: nam & dignorum ſucceſsibus adfliguntur tales. Contrarius huic, nomine caret, is ſcilicet qui ſpectãs indignorum ſucceſſum, nihil commouetur tameo, ſed expeditus eſt, ſecurusq; alienorum, perinde ac ſolent qui uentri tantum ſeruiunt: ille uerò, difficilis eſt ob inuidiæ morbum. Quæ uerò in ſingulis ita habeant fortuitò, ſuperuacuũ eſt determinare. Nulla enim ſcientia, uel contemplatiua, uel actiua, ea ratiocinãdo, agendóue iungunt: hæc enim contra deceptiones artium logicas adſeruntur. Quocirca ſimpliciter hæc determinata nobis ſufficiant, accuratius deinceps pertra-

pertractanda, ubi de oppoſitis inter ſe habitibus A
diſputabitur. Affectionum uerò eiuſmodi ſpa-
cies, ex eo oomen trabunt, quòd aut iuxta exceſ
ſum temporis, aut ſecundū quod magis quidq;
eſt, aut relatione ad aliquid differant, iј in quibua
affectus exteruntur. Animo nauq; præceps dici-
tur, eo quòd citiua quàm oporteat protumpat.
Sæuus uerò & immanis, eo qoòd uiolérius pro-
rumpat. Acerbus uerò, quòd iraſcendi captet oc
caſiouem. Percuſſor & contumelioſus, à punitio
nibus ex ira profectis. Delicati autem, guloſi, ui-
nolentiq;, eo quòd utroq; alimēti geuere uimia
& præter rationem deliniuntur. Cæterùm igno
rari non oportet, quando quo modo pro uberio
re perturbatioue capitur, id quibuſdam ex his
nou competere. Vt adulter non ex eo uocatur,
quia magis ſoleat coniugatis miſceri: ſed mali-
tia eius facti quædam expenditur. ſimul uanq;
& affectio, & talem eſſe, iunguntur, nec ſegrega-
tur etiam ab eiuſmodi, contumelia. Vnde ſæpè
controuertitur, an qui congreſſus ſit, etiam adul
terium commiſerit: utpura, ſi ignorans aut coa-
ctus fecerit: & qui percuſſerit, etiam cootumelia
affecerit: atqoe eodem pacto in reliquis. His ita
peractis, oon prætereuudū, quod duæ cum ſint
animæ partes, uirtutes etiá iuxta eaſdem diſtin-
gui. aliæ enim rationalis partis contemplatiuæ,
quarū opus eſt ueritaris inquiſitio, uel quomo-
do habeat, aut generatur: aliæ uerò partis irratio
nalis, cupiditatibusq; obnoxiæ. Non enim ſi in
partes diuidi anima queat, idcirco omnes eiua
cupiditate participāt. Mores uerò honeſtos aut
prauos, elucere neceſſe eſt, in dolotum uolupta- B
tumq; fuga, aut perſecutione: id quod ex diuiſio
nibus affectuum, potentiatum, habituumq; pa-
ter. potentiæ enim & habitus affectionum ſuot:
ipſi uerò affectus, dolore uoluptateq; finiuntur.
Itaq; & ex his & ſuperioribus cōſtat, omnes uir-
tutes morales circa dolores uoluptatesq; uerſa-
ri. Omnis enim animi uoluptas, in ea intendit,
quibus meliores deterioresúe reddimur. Ete-
nim in dolotum ac uoluptatum fuga & perſecu
tioue, tum prauos fieri mores manifeſtum eſt,
quando nac ut oportet, nec quas oportet perſe-
quuntur ac fugiuht. ideoq; promptum illud om
nibua eſt, ut animum in uoluptatibus & dolori-
bos imperturbatè ac tranquillè conſiſtentē, uir-
tutem eſſe definiant, cōtrarisq; de uitio loquau-
tur. Quaudoquidem autem uirtutē, iam liquet
habitum eiuſmodi eſſe quo habiles ad optima
agendá reddantur homines, ut optimè etiam ad
ea afficiantur (optimū enim ac pręſtantiſsimum
illud eſt ſecundum rectam ratiouem, medium
nempe noſtri reſpectu, exceſſus defectusq;) ne-
ceſſe eſt uirtutem moralem mediocritatem in re
qualibet eſſe, aut in noloptatibus doloribusque
& in iucondis ac triſtibus circa media quædam
uerſati. Mediocritas uerò illa interdum in uolu-
ptatibus conſiſtit, in ijſdem enim & exceſſus &
defectua: ioterdum in dolotibus: nonnonquam
in utriſq;. exceſſus enim fit, uel nimia iucundis
lætando, uel triſtibus nimis doleudo: idque uel
ſimpliciter, uel termini cōmunis reſpectu: ut cū
uon uelut uulgus, ſed uir bonus, quemadmodū
decet, commouetur. Quia uerò habitus quldam

A eſt, iuxta quem io eadem re hic quidem ad exceſ
ſum, alios uerò ad defectum prolabatur: neceſſe
eſt, ut quemadmodum hęc & ſibijpſis & medio
contraris ſunt, ſic etiam habitus & ſibi inuicem
& uirtutibus pugnare. Cōtingit autem antithe-
ſes alibi quidē omnes iuxtà perſpicuas eſſe, alibi
uerò in exceſsib. alicubi in defectu magis. Cauſa
autē contrarietatis eius eſt, quia non qui, & quę
ſemper, inæqualiter ſimiliterúe admodum: ſed
qui nunc quidem ab exceſſu, nunc autem à defe
ctu citius tranſit ad medium, is cōtrarius magia
uidetur. Quemadmodū in corporibus laboran-
do quidem excedere, quàm deficere, edendo ue-
rò deficere, quàm excedere, ſalubrius eſt. Itaque
& delectus rerum eatum: hi inquam, qui his in
exercitationibus ſunt, ſimiliter habeut. Pro ra-
tioueq; hac, aut magis, aut minus conducibiles
dicuotur, ut nunc quidem qui laborū, nunc qui
continentiæ ſtabilitatisq; ſtudioſiores ſunt, apti
magis ſanitati uideantur. Et coutra, cum à me-
diocri, & ab eo quod ratio probat, diſceditur,
nunc quidem ignauus ille laborumq; fugiens,
uon autem ambo, nunc uerò luxu perditus, &
non famelicus ille delectu deterior dicetur. Id
uerò euenit, quòd natura oō in omnibus ęquali
ter à medio diſtat: laboribus enim minus quàm
uoloptatibus capimur. Quæ ſimiliter circa ani-
mam habent. Contraria uerò conſtituimus, ha-
bitum in quo magis excedunt, & in quem nul-
gus inclinat: alter oerò latet perinde ac non exi-
ſtae prorſus. quis eoim contingit rarius, non ſen
titur. Ita enim iram manſuetudini opponimus,
B & iracundum manſueto. Nam etſi exceſſus con
tingat in manſuetudine exercenda, ſiue admit-
tenda recooiciliatione, ſiue nō iraſceudo cum ſit
colaphis cæſus, pauci tamen eiuſmodi reperiun
tur, omnibus in alterum extremū propenſis. ira
nanq; minimè ſoler eſſe blanda. Poſteaquam igi
tur habitus circa quamlibet perturbarionem, ac
exceſſus defectusq;, & contrarios habitos, quoe
habeut ſecundum rectam rationē homines enu
merauimus: ſopereſt, ut quid ſit recta ratio, cu-
iusúe termini reſpectu, medium uocandum ſit,
exponatur. Manifeſtū uerò, omnes uirtutes mo
rales omnisq; uicia, circa uoluptuatia triſtiaque
exceſſus quoſdá eſſe atq; defectus. Voluptates
autem à memoratis habitibus, affectiooibusq;
fiunt: uerū optimus babitus rei cuiuſq; madiue
exiſtit. Vnde patet, uirtutes aut omnes, aut quaſ
dà in medioctitate ſitas eſſe. Quapropter aliud
principium conſiderationi ſequenti conſtitua-
tur. Etenim ſubſtantiæ omnes ſecundum natu-
ram principia quædam ſunt, & poſſunt ſingulæ
multa eius generis progignere, ut homo homi-
nem & animal, in uniuerſum alis animalia, plan
tæq; plantas. Præter hæc uerò ſolus omniū ani-
mantiū homo, actionum quarundam principiū
eſt: quippe quòd præter huuc nullū agere præ-
terea dicitur. Sed enim ea propria uocātur, è qui-
bus primùm motus proficiſcūtur: ioſtiſsimè ue-
rò omnium, è quibus aliter nihil queat produci,
cuiuſmodi penes Deum ſuut. Immobilia autem
ut in mathematicis, non pet ſe quidem, ſed ſimi
litudine quadá principia appellantut. Hic enim
ipſo principio labefactato, labefieri omoes quæ

 ab illo

ab illo principio fluxere demonſtrationes opor
tet,cum ipſæ inter ſe demonſtrationes altera al-
terã tantiſper non euertunt,quantiſper illa com
munis hypotheſis, unde lucẽ iſtæ ſuam habent,
non euertitur.Homo igitur motus cuiuſdã prin
cipium eſt,non actio motus eſt.Quia uerò prin-
cipium,quemadmodum & in alijs,eorum quæ
per ipſum ſunt fiuntq́;,cauſa exiſtit, ut in demon
ſtrationibus: ita hic quoq; penſiculare ea conue
nit. Nam ſi habente trigono duos rectos,neceſ-
ſum eſt tetragonum quatuor rectis cõſtare:ma-
nifeſtum eſt, quòd trigonus duos rectos habẽs,
cauſa eius exiſtat. Verùm ſi quid in trigono mu-
taris,neceſſarium eſt & in tetragono mutes,ut ſi
tres habuerunt ſex,& ſi quatuor octo. Sin uerò
nõ mutes, ut illud, ita hoc quoq; habeat neceſſe
eſt.Id ita neceſſario euenire,ex Analyticis patet:
uerùm in præſentiarum in tantillum neq; dicere
accuratè,neq; non dicere conuenit.Nam ſi nulla
alia triangulo cauſa eſt, cur ita habeat, idipſum
principiũ erit, & cauſa qua reliqua adſtruantur.
Quocirca ſi quædam ſunt eiuſmodi,ut etiã con-
trà habere poſsint, neceſſario etiã principia ſunt
eiuſmodi. nam ex neceſſarijs nihil niſi neceſſa-
rium concluditur: quæ uerò à nobis oriuntur,e-
tiam contrariè euenire poſſunt. Equidẽ quę pe-
nes homines ſunt,pleraq; eius generis cõperiun
tur, atq; ipſi taliũ etiam principia exiſtunt.Qua-
rum igitur cunq; actionum principium & domi
nus homo conſtituitur, ea patet fieri & non fieri
poſſe,& in ſua etiam manu eſſe,qui fiant uel non
fiant: utputa quorũ ipſe dominus eſt,ut uel ſint,
uel non ſint. Quæ uerò in ipſo ſita ſunt,ut faciat
uel non faciat,eorum utiq; cauſa exiſtit. Quoniã
autem uirtus ac uicium, & utrorumq; effectus,
hi quidem laudantur,illi uerò uituperantur: ui-
tuperantur autem laudanturq́; non quæ à neceſ
ſitate uel natura uel fortuna inſunt,ſed quorum
ipſi cauſa ſumus: quorum uerò alij cauſa ſunt,eo
rundem etiam laus uel nota erit: manifeſtũ,uir-
tutem ac uicium circa eiuſmodi uerſari,quorum
cauſa quiſq; eſt & actionis principiũ. Quocirca
diſpiciendũ, quorum cauſa, quarumq́; actionũ
principiũ homo exiſtat. Etenim confitemur om
nes, uoluntariorũ tantum & eorum quæ conſi-
lium admittunt, neq; à uolentibus deliberatoq́;
ſuſcipiuntur, cauſam quemq; eſſe: inuoluntario
rum uerò nequaquam. unde ſatis conſtat, uolun
tariorum tantum uirtutem eſſe ac uicium. Idcir-
co quid uoluntarium,ac inuoluntarium ſit,cum
uirtus his uiciumq́; deſcribantur, conſiderandũ
erit. E tribus uerò his unum exiſtere uidetur, aut
iuxta cupiditatem, aut conſilium, aut intelligen
tiam. Nam uoluntarium ſecundum hæc aliquid
eſt,inuoluntarium uerò præter hęc aliquid. Por
rò cupiditas in tres partes diſtribuitur, conſulta
tionem, iracundiam, & cupiditatẽ. itaq; hæc di-
ſtinguenda ſunt, & primùm quidem ſecundum
cupiditatem. Omne enim quod iuxta cupidita-
tem eſt, uoluntarium utiq; iudicatur: nam inuo-
luntarium omne uiolentum uidetur. & ſi uiolen
tum ſit, etiam acerbum erit, omne ſcilicet quod
coacti faciunt aut patiuntur: quemadmodum
Euenus inquit, Omnem rem neceſſariam mole-
ſtam eſſe. Itaq; ſi quid moleſtũ, idem etiam uio-

A lentum erit, & contrà. Quicquid uerò præter cu
piditatem eſt, id omne dolorem infert: iucundo
rum enim cupiditas eſt. Itaq; uiolenta etiam in-
uoluntaria ſunt, & proinde quæ ſecundum cu-
piditatem eadem uoluntaria: hæc enim inter ſe
inuicem ſunt contraria. Porrò omnis nequitia
reddit deteriorem. Intemperantia autem nequi
tia quædã eſt, ut uidetur. Intemperans, qui præ-
ter rationem ſequitur cupiditates. uolens igi-
tur faciet, & uoluntarium iuxta cupiditatem.
Abſurdum enim ſit, intemperantes redditos,
iuſtiores fore. Ex his igitur uoluntarium ſe-
cundum cupiditatem iudicari queat, ex alijs
uerò contrarium. Quicquid enim fit uolun-
tariè, id fit à uolente: quodq́ue à uolente, id uo-
luntarium. Nemo autem uult, quod malum eſſe
norit. Verùm intemperans non quæ uult facit:
ſiquidem intemperanter agere, eſt ex cupidita-
te id quod optimum quis arbitratur, agere. Vn-
de uolentem nolentemq́ue eundem agere con-
tingeret: quod fieri non poteſt. Continens uerò
iuſtius agit incontinente. Nam continentia uir-
tus eſt, & proinde iuſtiores efficit ſui ſtudioſos.
Tum uerò exercetur, cum contra cupiditatem,
ſecundum rationem uiuitur. Quocirca iuſtè,
quemadmodum & prauè agere, uoluntariũ eſt:
utraq; enim uoluntaria apparent: & neceſſe eſt,
ſi alterum uoluntarium ſit, etiam alterum eſſe:
quod uerò præter cupiditatem fit, uoluntariũ.
Idem igitur uolens aget, & nõ uolens. Sic etiam
propemodum ſeſe de ira habet. Nam continen-
tia & incontinentia, quemadmodum circa cupi
B ditatem, ita circa iram quoq; uerſari uidentur.
Nã quod iræ repugnat, triſte eſt, & uiolenta eius
cohibitio. itaq; ſi uiolenta etiam inuoluntaria,
& quòd ſecundum iram fit, uoluntarium. Vide-
tur & Heraclitus, uim irę contuens, repreſsionẽ
eius permoleſtam atteſtari. Difficile enim, in-
quit, iræ reſiſtere eſt. anima enim fruitur, animo
q́ue indulget ira. Sin fieri nequit, eundem quip-
piam nolentem uolentemq́; unum idem facere,
magis uoluntarium eſt quod à uoluntate, quàm
cupiditate, aut iraſcentia fit: argumẽto eſt, quod
multa facimus etiam abſq; ira & cupiditate. Su-
pereſt igitur, ut an quod uolunt homines, idem
ſit uoluntarium, conſideretur. uidetur nanq; &
id fieri non poſſe, quando & ſuprà conſtitutum
eſt, malitiam reddere iniuſtiores: ac intemperan
tia quidem malitia eſt. Cõtrariũ uerò uſuuenit,
eò q, nemo quę mala arbitratur, uelit: quæ tamẽ
facit intemperans. Itaq; ſi iniuria afficere ſponta
neũ eſt, id aũt ex uoluntate: ergo intemperans fa
ctus nõ iniurius, ſed tẽperante priore illo iuſtior
erit: quod nequit fieri. Voluntariũ igitur nõ eſſe
quod iuxta cupiditatẽ fit, neq; inuolũtariũ quod
contra cupiditatẽ fit, patet. Sed & neq; id quod
ſecundũ electionẽ, ex ijſdem manifeſtũ eſt. Nã
quod ab electione fit, demõſtratũ eſt inuolunta
rium non eſſe: ſed magis quod quiſq; uult, id uo
luntariũ. Verùm cõtingit etiã nõ uolentẽ, tamen
ſpontè aliquid agere, atq; ſolũ id eſt demonſtra-
tum. Multa inſuper repẽtino motu facimus: con
ſilium capit aũt repentè nemo. Etenim ſi triũ ho
rum aliquod uolũtariũ eſt, neceſſariò erit aut ſe-
cundũ cupiditatẽ, aut electionẽ, aut intelligẽtiã.
Ex qui-

Ex qoibus cum duo priota non ſint, relinquitur, ut in eo quod cõtemplando quis agat, ſitum uoluntariũ illud dicamus. Cæterũ paululum progreſsi oratione, ſiné tractatui de uoluntario inuoluntarioq; imponemus. Eorum enim quæ ui aut non ui eueniunt, conſideratio prioribus cognata eſt ac propria. Omne enim uiolentũ, inuoluntarium. Quocirca de uiolento conſiderandũ eſt, quid ſit, quóue pacto ad uoluntariũ inuoluntarium habeat. Videtur aũt uiolentũ neceſſariò, uis & neceſsitas noluntario, perſuaſioniq; in rebus agendis, opponi. In uniuerſum aũt uiolentũ neceſsitatemq; etiã inanimatis aſsignamus. Nã & ignem ui, coactũq; deorſum ferri, cernimos. Verùm quando ſecundũ naturã propriumq; impetũ fertur, nec uiolentia nec uoluntariũ ſubeſt, ſed nomine caret antithesis. uerùm cum præter hæc contingunt, ui dicimus fieri. Eodem pacto & animalia & inanimata oi multa cùm facere tũ pati animadnertuntur, quãdo ſcilicet præter naturalem impetũ ab externo aliquo mouentur. Quod in anima quidem expertibus ſimplex eſt: ſed in animatis ſæpè ſimplex, ut io quibus non ſemper ratio cupiditasq; conſooant. Ac cæteris quidem animalibus, quemadmodũ & inanimatis, uiolentũ ſimplex eſt, quippe quæ cupiditati (nam ea uiuunt) ratione minimè contrarium habeant: homini uerò ambo inſunt, certa quadam ætate, ea ſcilicet quæ rebus per rationẽ agendis idonea eſt. neq; enim uel pucrũ uel feram agere dicimus. Proinde cum uiolentũ omne moleſtũ eſſe, nec ui quiſquam, ſed gaudens agere uideatur, magna de temperante intemperanteq; controuerſia oritur, eo quòd uterq; contrarios intra ſe impetus ſentiens, agit. Vnde temperantem ui ſeipſum à ſuauium cupiditate abſtraxiſſa aiunt: dolet enim luctans cum reſiſtẽte cupiditate. Intemperans autẽ ui, præter rationem rapitur, minus tamẽ affligitur: nam cupiditati lætus indulget, quippe qui ſuauibus intendit: quocirca non ui, ſed uolens agit, quia dolore uacat. Porrò perſuaſio uiolentiæ neceſsitatiq; opponitur: temperans uerò ea ſectatur, de quibus perſuaſus eſt, nõ ui, ſed oolans. Nam cupiditas circa perſuaſiooẽ trahit, quippe quæ ratione caret. Quod igitur ij ſoli ui inuitiq; facere uideantur, quamq; ob cauſam, ſcilicet ob ſimilitudinem, qua & inanimata agere dicimus, expoſuimus hactenus. Sed enim ſi & quod in definitione poſitum iſthic fuerat, adijciatur, ſoluitur quod dictum eſt. Quando igitur foris qoippiam præter impetũ, intrinſecum mouerit ſedaritúe, ui id fieri aſſeueramus: quando uerò ſecus, non ui. In temperante autẽ intemperanteq;, inſitus impetus ducit (utrunq; enim habet) & neuter ui & coactus, ſed uolens uterq; agit. Nam principiũ quod foris eſt præter naturalem impetum, ſiue moueat, ſiue motum impediat, neceſsitatem uocamus: ut ſi quis manu, & uoluntate & cupiditate retinẽtis arrepta, percutiat alium. Verùm ſi intrinſecus principium fuerit, uis non eſt: qoandoquidam & uoluptas ineſt & cupiditas, quę ſtatim à natiuitate in omnibus deprehenditur. Atq; his uerè duobus à natura qoippiam ineſſe determinamus, eo ſcilicet quòd à natiuitate ſtarim ineſt: & quod ge-

A neratione exiſtente facilè conſequimur, ut ſenectus, canicies, ac alia id genus. Itaq; non ſecũndũ naturam facit alterutet, ſed ſecundom naturam ſimpliciter: ſed non eandem. Quæſtionibus igitur de temperante intemperanteq;, utrnm ui & non uolens agat alter, aut uterq;, aut ui ſimul inuitiq; ambo: & ſi uis uoluntaria ſit, num uoleotes ſimul noletesq; agant, ex dictis hactenus occurrendum. Verum & aliter ui coactiq; agere dicuntur, non diſſentientibus inter ſe mutuò ratione & cupiditata, quando ſcilicet id faciunt, qnod moleſtum quidem & friuolum iudicant, ſed neglectum, damnũ aut mortem inferat: hæc eoim omoes, aut coactos facere aiunt, aut non. faciont autem omnes: oam obmittere qnidem licet, ſed ferendum incõmodum. Verùm ex his alia quidẽ uiolenta, alia uerò non uiolenta, fortè quis dixerit. Quæcunq; enim eorũ per quæ uel facere penes ipſum eſt, etiamſi non uolens facit, tamen & facere ſponte dicitur, & nõ ui: quę uerò penes ipſum noo ſunt, oi quodammodo, ſed non ſimpliciter fieri dicuntur, eo quod nõ illud ipſum eligit, ſed alicuius gratia agit. Verum in his eſt quoddam diſcrimen. Nam ridiculus fuerit, ſi ut contactus quis uitatet, occidiſſet alterum, ui ſe id coactumq; feciſſe dicat: maius enim acerbiusq; malnm oporter, non facienri propoſitum ſit. Sic enim coactus, & noo ui faciet, ſcilicet quando malum boni gratia, uel ob maioria mali repulſionem agit, idq; inuitus. Neq; enim penes ipſum hæc ſunt: quocirca & amorem & iras quaſdam, & naturalia nonnulla inter inuo-

B luntaria cõnumerant, quia uiolenta nimis & ſupra naturam ſunt. Vnde & ueniam merentur, eo quòd ui cogere naturam ſoleant. Sed & magis ui, inuiteq; facere uidetur, qui facit, na uehementius aut leuiter doleat, uel etiam ne gaudeat. Nã ad ipſam refertur uniuerſum, quod ferendo natura eſt. Verùm quæ neq; naturalis cupiditatis, nec rationis ſunt, nõ debet penes ipſum eſſe cenſeri: quamobrem phanatici, & qui futura prædicunt, quamlibet mentia opus faciunt, nõ tamen id penes ipſos eſſe aſſeueramus, neq; ut faciant quæ fecerunt, neq; ut dicant quæ dixeront. Sed & nec per cupiditatam. Itaq; & intellectus quidam affectusq;, aut actiones, ſecundom eiuſmodi rationes & intelligentias in noſtra poteſtate non ſunt. Sed quemadmodũ Philolaus ioquit, Rationes quædam ſont nobis potentiores. Ergo uoluntariorum ac inuoluntariorum conſideratio, eorum qoæ ui eueniunt, tractatui iungenda eſt: atq; hæc ita ſint inter ſeſe diſtincta. Nam qui uoluntarium maximè interpellant, ui ſe coactos dicunt, ut in eam animi ſententiã uenirent. Et quia finem id iam habet, & uoluntarium, nec cupiditare nec electione terminatum eſt, reliquum eſt, ut ea quæ iuxta iotellectum fiunt, determinentur. Videtur autem inuoluntario contrarium eſſe noluntariũ, &, quod cuiuſq; gratia ſciens quis facit. Interdum enim nouit quod pater ſit, non tamen quod occidat, ſed ſeruet potius: ut Peliades petebat quidem poculum, ſed ut amatorium & uino plenum: id uerò uenenũ erat. Ignorans autem quem, cui, & quid, ex ignorantia, non per accidens agere dicitur. Quòd au

u 2 tem

tem ab ignorante tali ſit, inuoluntarium eſt: er-
go uoluntarium contrarium eſt. Quæ igitur pe-
nes ipſum ſunt, ut facere obmittat, facit nõ igno
rans & per ſe, ea utiq; uoluntaria ſunt, & uolun-
tarium idipſum eſt: quæ uerò ignorans, & ex eo
quòd ignorat, ea inuitus facit. Porrò quia ſcire
& intelligere bifariã capiuntur, uel ut habeatur,
uel ut uſurpetur ſcientia, qui habens non utitur,
interdum ignorans meritò dicitur, interdũ uerò
nequaquam, uelut ſi per negligentiam non uta-
tur. Similiter & is uituperetur, qui uel faciliũ uel
neceſſariorũ peritiam, & per negligentiam, aut
dolorem aliquem, uoluptatemq; non ueſtiget.
Hæc loco huic inſerenda uidebantur. De uo-
luntario igitur & inuoluntario hoc modo expli-
catum ſit. De electione uerò deinceps dicemus,
expoſitis primòm nonnullis quæſtionibus. Am
bigat enim fortaſſe quis, in quo genere oriãtur,
tum in quali conſtituenda ſint aut eadem ne aut
diuerſa ſint uoluntarium & inuoluntarium. Ma
ximè uerò quidam aſſeuerant, & quæreṅti etiam
ita fortè uideri queat, electionem ex duobus his
alterum eſſe, ſcilicet aut opinionem aut appeti-
tum: utraq; enim conſentanea uidentur. Verùm
appetitum non eſſe, patet ex eo, quòd tum aut
uoluntatem, aut cupiditatem, aut iram eſſe ne-
ceſſum ſit: nemo quippe niſi horum aliquid pa-
tiens appetit. Ita porrò cupiditasque etiam feris
ineſt, electio uerò nequaquam: & tamen quibus
hęc ambo inſunt, multa abſq; ira cupiditateq́ue
eligunt: ſed dum paſsionibus adfliguntur, non
eligunt, ſed tolerant. Præterea cupiditati iræq;
ſemper dolor iungitur, multa uerò nos abſq; do
lore eligimus. Voluntas inſuper & electio idem
non ſunt: uolunt enim interdum etiam ea homi
nes, quæ impoſsibilia norunt: ut omnibus ho-
minibus imperare, immortalẽ eſſe, id quod ne-
mo ſciens impoſsibile, elegerit: & inuniuerſum,
quæ etſi non per ſe, ſed ſibi tamen impoſsibilia
uel factu uel obmiſſu norit: unde manifeſtum,
electionem eſſe rerum penes nos ſitarum. Simi-
liter clarum, nec opinionẽ eſſe, neq; ſimpliciter,
ſi quis aliquid putet: cum quod in electionẽ ca-
dit eiuſmodi quid ſit, quod uiribus noſtris pate-
tur. Multa uerò opinione concipiunt, quę penes
nos non ſunt, ut diametrum cõmenſurabilem.
Porrò nec uera eſt nec falſa electio, ſed & nec re-
rum penes nos ſitarum opinio, qua faciendum
aliquid uel non faciendum arbitramur. Cõmu-
ne uerò id eſt, de opinione & uoluntate. Nemo
enim finem, ſed ea quæ fini conſequendo conſe
runt, eligit: quemadmodum nemo ſanum eſſe,
ſed ambulare, ſedere, ſanitatis gratia. Neq; felici
tate potiri quiſquam eligit, ſed quæſtus ſtudiũ
& periclitationes, felicitatis adipiſcendę gratia.
Et in uniuerſum, declarat ſemper eligens, quòd,
cuiusnę gratia eligat: eſt enim aliud id cuius gra
tia, & quòd gratia alterius eligit. uult autem ma
ximè finem: ut in precio & ſanum eſſe, feliciter
beateq; uiuere. Itaq; patet, aliam & opinionis &
uoluntatis rationem eſſe: uoluntas etenim & o-
pinio maximè finem ſpectat, quod non facit ele-
ctio. Ergo electionem patet, nec uoluntatẽ, nec
opinionẽ, nec ſimpliciter ullam animi perceptio
nem eſſe: quo ſimul elucet, & quid ſit, quidúe ab

A ijs differat, ac ut ſe ad uoluntarium habeat. Por-
rò poſsibiliũ eſſe, aut nõ eſſe, alia eiuſmodi ſunt,
ut de ijs ſuſcipiatur deliberatio, alia uerò ut non
ſuſcipiatur. Quorum enim generatio penes nos
non eſt, etiamſi fieri nõ fieri poſsint: ſed quæ uel
natura uel alijs ex cauſis fiunt, de ijs ſciens nemo
conſultare inſtituat. Verùm quæ non tantũ fieri
non fieri poſſunt, ſed in conſultationẽ etiam ue-
nire ſolent, ea ſunt quæ pro arbitrio facere non
facere poſſumus. quapropter non de remotis a-
pud Indos, nec de circuli quadratura delibera-
mus: nam illa ad nos nõ ſpectant. hoc uerò fieri
nequit. Sed & nec de omnib. quę à nobis queãt
fieri. Vnde manifeſtum, nec opinione ſimplici-
ter electionem eſſe, electio uerò, etiam actio, re-
rum ſcilicet penes nos exiſtentium. Proinde mi
retur fortè quis, quo pacto medici, quæ ſcientia
complectuntur, in deliberationem ponant, cum
id non faciat grammaticus. Ratio eius ex eo cõ-
ſtat, quod aut ratiocinando, aut ſenſu error om-
nia comitatur, quorum utrunque in medicina
contingit: in grammaticis uerò iuxta ſenſum &
actionem quam ſpectant, in infinitum progre-
diuntur. Quoniam igitur neq; opinio, neq; uo-
luntas eſt electio, eſt certè uelut utrunq;, & non
ambo. Ex improuiſo enim nemo eligit, ſed cum
faciendum uidetur, conſpiratq; uoluntas: quæ
cum ambo eligenti inſint, utroq; conſtabit ele-
ctio. Conſiderandũ autem quomodo inſint hęc,
idq; ex ipſo nomine primùm. Nam electio non
ſimpliciter eſt, ſed alterius ad alterum. Vnde cõ-
ſiderationem conſiliumq; requirit, & proinde ex
B opinione conſultatiua conſtituerit. Neq; enim
de fine, qui rebus omnibus quidam propoſitus
eſt, ſed de ijs quæ ad finem, ſuſcipitur conſulta-
tio. Id uerò omnes conſultamus, donec ad nos
tranſtulerimus generationis principium. Quod
ſi nemo eligit, niſi re prius conſulta, expenſaque,
melius ſit an deterius: uolunt autem quæ poſ-
ſibilia nobis ſunt, non quę ad finem, erit electio,
cupiditas rerum penes nos ſitarum, deliberati-
ua. Enimuero omnes quæ eligimus, eadem uo-
lumus, nec tamen quæ uolumus, omnia eligi-
mus. Porrò deliberatiuam facultatem uoco, cu-
ius principium eſt conſultatio, quæ & concupi-
ſcit, id quod utile decreuerit. Quapropter nec
reliquis animantibus, nec omni ętati aut homi-
ni electio ineſt, eo quòd nec conſultare, nec cau-
ſam quare quid eueniat, iudicare queat. Opina-
tionem tamen, faciendúm ne quippiam ſit, ni-
hil uetat pluribus ineſſe, ſed ratione perſpicere,
nequaquam. Animæ enim pars deliberatiua, ra
tiones cauſasque ueſtigat. Nam ſi cuius gratia,
una ex cauſis exiſtit (nam quare quid, cauſa eſt,
neq; cuius gratia quid eſt: aut ſit hoc cauſam di-
cimus eſſe: ut profectionis facultatum compor-
tatio, quandoquidem eius gratia proficiſcũtur)
conſtat eos qui propoſito fine carent, conſulta-
tioni parum idoneos eſſe. Quapropter cũ quis
facit aut negligit, quæ penes nos ſunt ut facia-
mus uel nõ faciamus, idq; non ignorãret, uolens
utiq; aut facit aut nõ facit. Cęterũ multa eiuſmo
di circa cõſultationem cogitationemq; agimus.
Vnde neceſſum, omnem electionẽ uoluntarium
quiddã eſſe, non autem uoluntariũ ſtatim actio-
nem:

nem: item quæ ex electione fiunt, omnia uolun
taria ſunt, non antem uoluntaria omnia iuxta e-
lectionem. Similitet ex his manifeſtnm, affectio
nes rectè, in uoluntarias, inuoluntsrias & con-
ſultataa diſtribui: quæ etſi non ſint accurata, ue-
titatem tamen modo aliquo attingunt: uerùm
deincepa de his in rtactaru de iuſtjs. Electionem
igitur nec uoluntatem ſimpliciter, nec opinionē
eiſe patet, ſed opinionē cum appetitione, quan-
do ex conſultatione concurrunt. Et quia conſul
tantes omnes gratia alicuius conſulrant, & ſco-
pum habent præfixum certum, quoniam reſpi-
cinnt utile, de fine quidem nemo deliberat, qui
principium eſt & fundamentū, quemadmodū
in contemplariuis ſcientijs bypotheſes: de qui-
bus breuiter ſub principium, uetum in Analyti-
cis accuratè diſſeruimus. Cæterū conſideratio
de ijs quæ ad finē ducunr, partim artificioſa, pat
tim uerò inartificialis apud omnes eſt: ut bellū
gerant nec ne, his quibus hoc in conſultatione
eſt. Obuium autem magis eſt, qua propter id eſt,
cuius gratia conſulratio exiſtit, ut opes, ut uolu-
ptas, aur aliquid alind huiuſmodi, quodcunque
finis eſt uice: nam conſulit, quiſquis conſiliū ca-
pit, uel finem rectè ne perſpexerit conſtitueritq́;:
tendit enim eò cōſulendo, quomodo hic finis in
ipſum adducatur, uel quomodo ipſe perduci in
finem poſsit. Finis autem ſemper narura bonus
eſt, de quo & particulariter conſultant, medicus
de remedio adhibendo, dux de caſtrorum meta
tione, quibua finis propoſitus eſt bonum, id ſci-
licet, quod ſimplieiter optimum. Verū quod prę
ter narurā eſt, ex aliqua peruetſitate, non id qui-
dem uerè, ſed appaıens bonū eſt. cuius rei cauſa
eſt, quod entium quorundam uſus, non niſi ijs
quib⁹ facta natura ſunt, applicari poteſt: ut ſunt
uiſibilia: neq; enim uidere licet, quorū uiſio non
ſit, neq; audire quorū nulla auditio. Sed per ſciē-
tiam eriam, ea quorum ſcienria non eſt, poſſunt
fieri. Neq; enim æqualiter ſanitatis morbiq́; ea-
dem eſt ſcientia, ſed illius quidē iuxta, huius au-
tem præter naturam. Sic & uoluntas ſecundum
quidem naturam boni eſt, præter naturam uerò
mali: & uult natura quidem bonū, præter natu-
ram uerò, & ex menris quadam euerſione, malū.
Verùm cuiuſq; corruptio euerſioq́;, nō in quod-
libet, ſed in conttaria & media competit: hos e-
nim limitea tranſgredi non licet. Et quia error
non in quælibet, ſed in contraria cōmittitur, qui
bus contraria ſunt, tum in ea cōtraria quæ iuxta
ſcientiam opponuntur, neceſſum eſt, & etrorem
& electionem à medio ad conttaria ferri. Porrò
cōtraria ſunt, medium, maius & minus, eo quòd
iucundū & triſte ſic babeant, nt ab anima iucun
dum quidem bonum iudicetur, iucundius uerò
melius, & triſte malum, triſtius & deterius, unde
patet, circa uolnptates & dolores, uirtutes uitia
qua uerſari: circa electionē nanq; conſiſtunt. Ele-
ctio autem circa bonum, malum, & apparentia,
quæ natura ſunt uoluptas & dolor, uerſat. Quo-
niam igitur ipſa nirtus moralis ipſa mediocritas
eſt, omnisq́; circa uoluptates & dolores nerſa-
tur, nicium autē circa exceſſum & defectum, &
ea prorſus, in quibus etiam uirtua conſiſtit: ne-
ceſſum eſt, uirtutem moralem, electiuū eſſe me-

A diocritatis, quo ad nos, in iucundis & triſtibus,
iuxta quæ qualis quiſq; moribus dicitur, dolens
gaudensúe. Dulce nanq; ſiue amarum diligens,
non qualis quidam moribus dicitur. Quibus ita
determinatis, diſpiciatur, utrum uirtus electio-
nem reddat nō peccabilē, finemq́; rectū, nempe
ut cuius gratia debeat, tantū eligat: an, ut nōnul
lia uidetur, rationē abſoluat, id quod temperan-
tiam dicimus, quippe quæ rationē non euertit.
Sed enim uirtus & temperantia diſcernnntur ab
inuicem, de quibua pòſt erit dicendi locus. Qui-
bus enim cunq; rationē rectam præſtare uirtua
uidetur, id cauſa exiſtit, cuiuſmodi etiam tempe
rantia. Cæterū eam laudabilinm eſſe, præmiſsia
dubitationibus oſtēdetur. Porrò ſcopnm quidē
licet eſſe rectum, uerùm in ijs quę ad ſcopū aber
rare. Rurſum ſcopo etiam falſo propoſito, in ijs
qnæ ad ipſum tendunr rectè habere: interdum
uerò utraq; fallunr. Vtrum igitur uirrus ſcopū,
an ea quæ ad ſcopum, regit? aſſeueramus autem
ſcopū à uirtute conſtirui: quocirca nec collectio
ne, nec ratione aliqua hæc demōſtrabuntur, ſed
ut principiū hoc poſitum nobia eſto. Neq; enim
medicus cōſiderat, an eſſe ſanū, ſed utrum deam
bulare, an non deambulare oporteat: neq; gym
naſtes, an bene habere, ſed utrum luctari uel nō
luctari expediat. Similiter neq; alia ulla circa finē
occupatur. Quemadmodū enim in contemplati
uis, hypotheſes principiorū locum obtinent, ſic
& effectinis finis, & principiū eſt & hypotheſis.
Quoniam ſi hoc ſanum eſſe conuenit, neceſſum
eſt hoc eſſe, ſiquidē illud expectes, quemadmo-
B dū iſthic, ſi triangulo dno recti, neceſſum eſt hoc
conſequi. Cogitationia igitur principiū finis eſt:
actionis uerò, cogitantis rerminus. Si igitur om-
nis rectitudinis, aut ratio cauſa eſt, aut uirtus: ſi
ratio non fuerit, per uirtutem finis, non quę ſunt
ad finem, conſtituetnr. Finis autem eſt id cuius
gratia: omnis enim delectio alicuius eſt de ali-
quo. cuius igitur gratia mediū eſt, eins cauſa uir-
tua, quæ id cuius gratia eligit. Verùm quæ de-
ceant, conſecutio alterius eſt facnltatis, quæ id
cuius gratia eligit. Non enim ipſius eſt electio,
ſed eius quod ipſius gratia: equidem finis gratia
agere oportet. Verùm ut finis rectus præfigatur,
electionia munus eſt, cuius cauſa eſt uirtus: quo
circa qualis quiſqua ſit ex electione, iudicamus
non quid, ſed cuius gratia faciat, expendentes.
Similiter & uirtua cōtrariorū gratia electionem
efficit. Nam ſi quis, cum in poteſtate ſua ſit, bo-
num agere malumq́; obmittere, agat contrariū:
neceſſum eſt hunc honeſti ſtudioſum haudqua-
quam eſſe. Itaq; nirtus & uiciū uoluntaria ſunt,
cum nulla neceſsitas ad mala perpetrāda cogat.
Inuoluntaria enim cum turpia ſint, non uitupe-
rantur ramen, contraq́; bona non inuolunratia,
ſed uoluntaria laudanrur. Poſtremò, omnes lau
dantes uituperantesq́;, electionem magis quàm
facta intnemnr, etiamſi uirtute ſit eligibilior o-
peratio. Faciunt item mala quidā coacti, ſed eli-
git ea nemo. Sed & quia difficile, electionē cuiuſ
modi ſit perſpicere, idcirco ex operibus qualis
quiſq; ſit iudicare neceſſum habemus. Itaq; eligi
bilior actio, ſed laudabilior electio. Expoſitis igi
tur hęc eueniūt, & cōſentanea ſunt apparētibus.

ARISTOTELIS ETHICORVM AD EVDEMVM, Liber tertius.

MEDIOCRITATEM igit̃ eſſe in uirtutib. easq́; electioni ſubiectas, &contraria earũ uicia, queq́; ſint, uniuerſaliter dictum eſt. Singulatim uerò unamquãq; perſequentes, primùm de fortitudine dicemus. ferè enim apud omnes in cõfeſſo eſt, & fortem circa terribilia uerſari, & fortitudinẽ unam è uirtutibus eſſe. Diſtinximus autem in tabula ſuperiore, utrum confidentia & fortitudo, cum aliquo pacto ſibi inuicem opponantur, etiam inter ſe cõtraria ſint. Vnde manifeſtum, qui ab ijs habitibus nomẽ habent, etiam inter ſeſe inuicẽ opponi. quemadmodũ timidus: nam ia magis quàm deceat timere, minus uerò audere dicitur. Et confidens, qui ipſe quoq; ex eo quòd huiuſmodi ſit, minus ſcilicet quàm deceat timẽs, magisq́; quàm deceat audens, nomen trahit: unde & audax ab audacia denominatur. Quocirca cũ fortitudini ſit circa timores audaciamq́; habitus præſtantiſsimus: decet uerò, nec ut audaces, qui in nonnullis deficiunt, in alijs uerò excedunt, agere, neq; timidorũ iuſtar, quia etiam ipſi in eodem peccant: non eodem tamen, ſed contrario modo. audendo enim deficiunt, timendo uerò excedunt: manifeſtum eſt, mediam audaciæ timiditatisq́; diſpoſitionem fortitudinem eſſe: is enim habitus optimus. Videtur autẽ fortis metu uacare ut plurimũ, timidus autem metui obnoxius eſſe. Et hic quidẽ multa, pauca, magnaq́; & parua metuit, idq́; uehementer & citò: ille uerò contrà, aut prorſus non, aut leuiter, ægrè, & rarò, & non niſi magna. Et hic quidẽ uehementer terribilia ſuſtinet: ille uerò nec leuiter quidẽ horrida. Quæ igitur ſuſtinet fortis primum, ſibi ne an alteri terribilia? Etenim ſi alteri terribilia ſufferat, nihil uideatur magnificum, fortem eſſe: ſin uerò ſibijpſi, neceſſum eſt non niſi magna & horrida terrorem incutere. Itaq; ſi terribilia uehementer, uehemens: ſin leuiter, infirmus etiam metus fuerit. Vnde contingit, fortem multos magnosq́; terrores formidare. Verùm uidetur timidum contrariè fortitudo præparare, ut in eo quod aut nihil aut pauca timeat, eaq́; & leuiter & ægrè. Sed enim horribile, quemadmodum & iucundum & bonum bifariam dicitur: alia enim ſimpliciter, alia uerò cuiuſdam iucunda bonaq́; uocantur non ſimpliciter, ac contrà praua & minimè iucunda. Quemadmodum quæ prauis utilia ſunt, & quæ iucunda pueris, qua pueri ſunt: ſic etiam terribilia alia ſimpliciter, alia uerò alicui. Quæ igitur timidus metuit, quia timidus, nemini terribilia ſunt. Alia rurſum leuiter, alia plurimis timentur. Et quæcunque naturæ humanę horribilia ſunt, ea ſimpliciter terribilia uocamus: fortis uerò ad hæc intrepidè habet, ſuſtinetq́; eiuſmodi. Quę partim ipſum uſq; terrent, partim uerò non. Qua enim homo eſt, terribilia illi quoq; ſunt, qua uerò fortis, non ſunt, aut certè leniter, aut nequaquam. Terribilia tamen di-

A cuntur, quę à pleriſq; timeri ſolent: quocirca hic habitus laudatur. Quemadmodũ enim robuſti ſaniq́; appellantur, non ut illi nonnullis laboribus frangantur, aut hi nullo exceſſu debilitentur, ſed ex eo, quòd uel prorſus non turbantur, aut ſimpliciter aut leniter, à quibus multi & pleriq;. Valetudinarij enim & infirmi & timidi cõmunibus uulgaribusq́; perturbationib. afficiuntur, ſed citius uehementiusq́; quàm ſolent multi præterea, quibus multi afficiuntur, ea uel non prorſus uel leniter ipſos tangunt. Quæritur aũt, num forti nihil ſit terribile, neque metuat quicquam, an nihil uetet, pro eo ac dictum eſt, ipſum quoq; timere: fortitudo enim rationem ſequitur, ratio uerò honeſta capeſcere iubet. Quocirca qui non per hanc ſuſtinet, is aut ſtupidus eſt, aut confidens. Verùm qui ob honeſtum tantum non metuit, ſolus fortis eſt. Timidus igitur quæ non decet metuit, audax uerò in quibus non oportet, audet: fortis uerò in utroq; agit quod decet, & proin medius exiſtit. Nã quę ratio dictat, ea & metuit & ſuſtinet. Quæ magna, acerba, interituq́; inferentia, niſi ſint honeſta, ſubire haud iubet. Audax uerò etiam non iubente ipſa ſubit: timidus uerò ne ſi iubeat quidem: ſolus autẽ fortis ipſius iuſſui obtemperat. Species autẽ fortitudinis quinq; ſunt numero. Eadem enim cum ſuſtineant, nõ tamen eaſdem ob cauſas. Vnde una ciuilis, quam uerecundia parit, altera militaris, ex peritia uſuq́; rerum perfecta, nõ quemadmodum dixit Socrates, ut horribilia, ſed ut auxilia horribilium cognoſcantur. Tertia per ignoran-

B tiam & imperitiam, uelut eſt puerorum inſanorumq́; fortitudo, qua hi horribilia ſuſtinent, illi uerò ſerpentes manibus prehẽdunt. Alia rurſum ex ſpe naſcitur, qua lautè conuiuati ebrijq́; pericula ſuſcipiunt. nam uinũ ſpem ſolet addere. Poſtremò alia ex affectuũ impotentia, rationis expers, ut amore iraue accenſorũ. Nam ſiue amet quis, audax potius quàm timidus erit, multaq́; pericula ſuſtinebit, uelut qui in Metaponto tyrãnum occidit, & in Creta fabulaa recitauit: ſiue ira cõmoueatur. nã extra ſe rapitur animus. Vnde & feræ ſylueſtres fortes dicuntur, nec ſunt tamen. Concitatæ enim ſunt eiuſmodi, non concitatæ, quemadmodũ & audaces inæquales ſunt uehementer. Maximè autem naturalis eſt ab ira profecta fortitudo: inuicta enim ira. quapropter & pueri optimè pugnant. Ciuilis autẽ propter legem exiſtit. Cæterùm harum nulla ſecundum ueritatẽ comparata eſt: ad cohortationes tamen in periculis, uſum adferunt hęc omnia non mediocrem. De horribilibus igitur cum ſimpliciter iam diximus, non ab re fuerit, de his fuſius determinare. In uniuerſum igitur horribilia dicuntur, metus effectiua, ea ſcilicet quæ dolorem inferunt corruptiuũ. Nam quibus alia afflictio incidit, alium etiam dolorem, diuerſumq́; affectũ, non metũ parit. Nam qui moleſtiam aliquã proſpicit, uelut eam qua inuidi aut æmuli, aut pudore ſuffuſi affliguntur, aliud nomẽ ſortiuntur, eo quod metus eorum tantùm malorũ eſt, quorum natura interitum uidetur inferre. Quocirca nõnulli quamlibet molles, fortes tamen ſunt in quibuſdã: & nonnulli duri ac tolerantes, timidi.

Vide-

Videtur enim propemodum proptium fortitudinis munus eſſe, circa mortem eiuſq; acerbitatem rectè affici. Ná ſi algorem quis & calorem, pro eo ac ratio dictat, ſuſtinet, cũ à periculo abſint, uerùm ad mortem mollis ſit & timidus, nó ob aliud, niſi ob interitum, alius uerò ad eadem quidem mollis, erga morrẽ autem intrepidus: ille quidem timidus, hic autem fortis iudicari ſanè queat. Periculum nanq; ijs conſtare rerribilibus rantum dicitur, quæ in propinquo habent eiuſmodi inreritus effectiua. Apparet autẽ periculum, quando propè cernitur. Terribilia igitur circa quæ uerſari fortis aſſolet, dicta iam nobis ſunt, eo quòd appetentia, effectiua doloris eortupriui oporret, nec procul, ſed in propinquo apparere, nec magnitudine humanę uirtutis pro porrionem excedere. Quædam enim neceſſum eſt, omnibus terribilia uideantur, omneaq; percellant. Nihil enim uerat, quo minus, qoẽadmodum calida frigidaq; & alia quædá, corporis humani habitus uireſq; ſuperát: ita aoimi affectionibus nonnullis opprimamur. Timidi enim & audaces ſecundum habirus decipiuntur: illis enim nó horribilia, horribilia tamen uidentur, & quæ leuiter meruenda ſunt, uehemérer, audaci uerò contrariũ, horribilia animoſa uidentur, & quæ uehemenrer, leuiter: uiro aurem forti uera horribilia maximè. Quocircanec ſi quis ignotanter pericula ſuſtineat, fortis eſt: uelut qui fulmen ex inſania ferar illatũ, ac ſi cognoſcar quantum ſit periculum, ex iræ imperu agat, quemadmodum ſi Celtæ, ſumptis armis occurrant fluctibus: cuiuſmodi furioſa fortitudo, protſus Barbarorum eſt. Nonnulli uerò ob alias uoluptates pericula ſuſtinent: nam & ira uoluptatem habet quandam, cum ſpe nempe ultionis ſumédæ. Verùm nec ſic ob eiuſmodi, nec ob alias uoluprates, malorumúe grauiorum fugam morrem obeat, iuſtus quiſquam propterea meritò dicatur. Nam ſi mori iucundum ſit, ſæpè per inremperanriam morerentur laſciui. Quemadmodũ & hodie, cum ipſa quidem morre minimè, ſed inferenrib. eam ſuauibus exiſtentibus ſir, ur quidam per inconrinentiam certum ſibi concilient inreritum, noo ignari eriam certam mortẽ propoſitam: quo ex genere nullus fortis uideatur.

Neq; ſi quis dolorem fugiens (quod ſolenr molli) mortem accerſar, forris fuerit. Quemadmodum enim Agathoo inquit, Praui homines qui doloribus uicti, mortem eligunt. Veluti Chironem fabulæ perhibent, ob dolorem ulceris mortem optaſſe, licet immortalem. Non procul ab his diſtant, qui ex peritia pericola ſuſtinent, id quod pleriq; ſolent militanres. Id nanq; cõrrarium Socraris ſentenriæ, opinantis, ſcientiá fortitudinem eſſe: neq; enim quia nooerint horribilia, qui ſuper mucronibus iaculorum ingredi dicerunt, id auſi ſunt, ſed quia præſidia contra læſionem explorara habent. Neq; enim qui audacius pugnant, idcirco fortes ſunt: quemadmodum nec robur, nec diuitię, iuxta Theognim, fortitudinem gignunt. Vir enim, ut inquit, paupertare domatur omnis. Manifeſtè quidam cum timidi ſint, pericola tamen ſoſtinent propter experientiam, idq; quòd periculum non eſſe arbitrentur, A cum paratum noſcant præſidium. Argumento eſt, quod cum præſidium habere non putant, malis iam imminentibus retrocedunt. Inter omnes igitur parres, ea uidetur uirruti proxima quę ex uerecundia naſcitur fortitudo. Quemadmodum & Homerus Hectorem ſcribit, periculum obijſſe uerecundia impulſum: Hectorem uerecũdia cœpit, primus nanq; Polydamas me reprehẽderit. Atq; ea eſt quam diximus ciuilem. Cæterùm uera neq; hæc eſt, neq; alia ex his ulla, ſed furori ſimilis eſt ferarũ, quę impeto feruntur. Neq; enim uel ob ignominiam, uel ex ira, uel quod nõ morituros ſe arbirrenrur, aut quod facultaribus præſeruatiuis inſtructi ſinr, ſuſtinere horribilia opinor. Ná ira nihil horribile eſſe iudicarint. Et quoniam uirtus omnia ſub electionẽ cadir, nempe, ut ſuprà diximus, quod omnia gratia alicuius, eius nempe quod honeſtum eſt, huius inſtinctu eligatur: parer fortirudinem, quia uirtus eſt, horribilia, gratia alicuius, ſuſtinẽda docere. Neq; ex ignorantia, ur quæ iudicium formar, neq; ob uolupratem, ſed ob ſolam honeſtarem. Quoniá ſi non ſit honeſtum, ſed furioſum, quia turpe, id nequaquam ſuffert. Circa quæ igitur uerſerur fortitudinis mediocritas, & quorum ſit, & propter quid, & horribilia quam uim habeant, ſaris in præſenriarum explicarum uiderur. Porrò de remperantia & intemperantia deinceps differere conabimur. Inremperans aurem mulrifariam dicitur: interdum enim quando non eſt caſtigatum nec emendatum, quemadmodum incaſtrarum dicimus, quod caſtratus non ſit: quorum caſtrari B nonnulla poſſunr, alia non poſſunt. Dicimus enim incaſtratum, & quod caſtrari non poſſit, & quod cum poſſit, nó ſir tamen caſtratum: ſic & inremperans dicitur, uel quod remperiem caſtigationemq; narura non admitrar, uel quod admirtat quidem, ſed nunquam ſit caſtigarum: ueluti puer in ijs peccaris quæ rectè moderatur temperans. Iuxta eam enim intemperiem homines inremperantes dicuntur. Rurſum & id intempetans dicitur, quod uel ægrè, uel non omnino caſtigatione ulla emendari queat. Quia cũ multifariam dicarur intemperanria, pater circa uoluprares quaſdam & dolores uerſari, tũ quòd ex diſpoſitione circa eas uaria & à ſe inuicem & ab alijs homines differant. Prius autẽ deſcripſimus, quo pacto intemperantiam appellarione tranſferamus. nam eos qui nullo ſenſu erga eas cõmouentur, inſenſatos alij, nonnulli aliud nomen imponunt. Verùm nó eſt nota hæc affectio neq; uulgaris, eo quòd magis in alreram parrẽ peccetur, & quòd congenirus ſir omnibus iucũdorum eiuſmodi ſenſus & delinitio. Huiuſmodi autem ſunt quos comici inducũt agreſtes homines, qui nec moderara quidem neceſſariaque ulla ſuauirate miſcent. Er quia remperans circa uoluptates uerſatur, neceſſum eſt eriam cupiditates quaſdam illi propoſitas eſſe. Itaq; quæ ſint iſta, explicare oportet. Neque enim circa omnes cupidirates, omniaq; ſuauia, uerſarur temperás, ſed opinione quidem circa ſenſibilia duo, quod guſtum ractuq;, maximè aurem ractu percipi poteſt. Nam circa uoluptarem, quæ circa Veneris cupiditatem, pulchrorum: aut dolorem, qui tur-

pium aſpectu naſcitur, aut eam quæ ex auditio-
ne ſuauiter conſonantium, aut ſecus, aut quæ ol
factu fragrantium aut fœtidorum prouenit, non
uerſatur temperans. neq; enim uel patiendo, uel
non patiendo, dicitur intemperans. Siue igitur
quis aut pulchram ſtatuam, aut equum, aut ho-
minem cernat, uel ſuauiter audiat canentem, nec
bibere, nec edere, nec Veneri indulgere uelit, ſed
pulchra quidem uidere, & canentē audire, is in-
temperans non uideatur, quemadmodum nec
Syrenum cantibus deliniti. Sed circa duo hæc
ſenſibilia uerſantur, quæ & reliquorum animan
tium ſenſibus incurrētia, dolorē uoluptatemúe
cient: ea ſcilicet quæ guſtu tactuúe ſentiuntur.
Cæterùm quæ reliquis ſenſibus ſuauia exiſtūt,
nullum ferè illis ſenſum mouēt: ut circa propor
tionum pulchritudinis contuitū nihil magnope
re moueri uidentur. Sed & nec auſcultationi-
bus ſonorum riteq; conſonantium, neq; ſuaue
aut grauiter olentibus, licet omnes ſenſus acu-
tius percellant. Sed & odoribus ijs gaudent ma
ximè, qui per accidens, non per ſeſe oblectant.
Dico autem per ſe, quibus gaudemus nec ſperā-
tes, nec recordantes aliud, uelut cibi aut potus:
nam ob aliam, hoc eſt edēdi bibendiq; uolupta-
tem, ijs gaudemus: per ſe uerò, ut eſt lucorum &
florū. Quocirca ſcitè Stratonicus dixit, illa qui-
dem pulchrè, hęc uerò ſuauiter fragrare. Et quia
guſtatu aliquam, non omnem uoluptatem feræ
attingunt, nec quantum extremo linguæ apice,
ſed quantum toto gutture ſentitur. Quapropter
guloſi, non optant linguam longam, ſed quem-
admodum Philoxenus ex Hyride, uulturis gut-
tur. Itaq; circa ea quæ tactum mouent, ut ſim-
pliciter dicam, intemperantia eſt conſtituenda,
circa ea quæ etiam intemperans uerſatur. nam
uinolentia, edacitas, luxuria, crapula, etiam om-
nia eiuſmodi, circa ſenſus prædictos ſunt. quas
in partes intemperantia diuiditur. Verùm qui
uiſu, auditione, olfactuq; excedit, nō dicitur in-
temperans, citraq; ignominiam tales errores ui
tuperamus: & prorſus circa quæ non dicuntur
continentes. Incontinentes uerò, nec tēperan-
tes ſunt nec intēperantes. Senſus igitur expers
aut quocunq; alio nomine appellare conueniat,
qui in omnibus deficiat, quibus ſolent plerunq;
omnes participare atq; lætari. Verùm qui exce
dit, intemperans eſt. Omnes enim his & natura
gaudent, & aliquo etiam modo concupiſcunt,
nec tamen ſunt, uel dicuntur intemperantes.
Etenim conſecuti, excedunt magis quàm opor-
teat, gaudendo: nō conſecuti, magis quàm opor
teat dolendo. Sed nec dolore etiam uocantes
dicuntur. Non enim deficiunt gaudendo dolē
doúe, ſed magis excedunt. Quia igitur circa hęc
eſt exceſſus defectusque, manifeſtum quòd &
mediocritas, qui habitus optimus eſt, & utriq;
contrarius. Itaque temperantia habitus præ-
ſtantiſsimus circa quæ intēperans uerſatur, quę
in dictis iucundis, ſenſibilibus tenens medium,
inſenſibilitatis intemperātięq; mediocritas exi-
ſtit. Exceſſus uerò intemperātia eſt. Defectus
autem nomine caret, aut ſuprà poſitas appella-
tiones ſortitur. Accuratius uerò deinceps de iu
cundorum genere pertractabitur, ubi de conti-

A nentia incontinentiaq; agemus. Eodem pacto
de manſuetudine rigiditateq; ſentiendum eſt.
Nam & manſuetum, qualem quendam eſſe erga
dolorem ex ira profectum cernimus. Suprà e-
nim iracūdo, rigido & agreſti (omnia enim hæc
ſunt diſpoſitionis eiuſdem) ſeruilem & inſenſa
tū oppoſuimus, eo quòd ita uocētur, quotquot,
non moueantur ad iram quibus oporteat: ſed la
ceſsiti, faciles humilesq; ſeſe præbeant ad con-
temptum: oppoſita enim ſibi inuicem ſunt: cele
riter & ægrè, leniter & uehemēter, & dolor, quē
iram dicimus, longo tempore durans, ei qui bre
ui. Quoniam uerò, quemadmodum & in alijs,
hic quoq; exceſſus defectusq; reperitur. rigidus
enim eſt eiuſmodi, qui citius magis, longioreq;
tempore, tamen nec quando, nec quibus opor-
tet, ac in multis afficitur: ſeruilis autem contra-
rius quiſpiā eſt. Medius autem inter inæqualita
tem cōſiſtit. & quia uterq; habitus uitioſus eſt,
patet, medium horum æquanimitatē eſſe: neq;
enim præcurrit, aut excedit, neq; quibus non o-
portet iraſcitur, nec quibus oportet, nō iraſcitur.
Quocirca cum & manſuetudo circa eaſdem affe
ctiones uerſetur habitus optimus, erit & māſue
tudo mediocritas quædam: & manſuetus inter
rigidum ſeruilemq; medius. Sunt porrò & ma-
gnanimitas, & magnificentia & liberalitas, me-
diocritates. Liberalitas enim circa acquiſitionē
amiſsionemq; facultatū uerſatur. Nam qui om-
ni acquiſitione gaudet, omniq; amiſsione dolet,
utrunq; magis quàm oportet, illiberalis eſt: qui
utrunq; minus quàm oporteat, prodigus. Qui
B uerò ut oportet, utrūq; liberalis. ut oportet, hic,
uelut in alijs etiam, expono, quemadmodum re
cta ratio dictat. & quia illi quidē in exceſſu defe
ctuq; ſunt. Nā ubi extrema ſunt, iſthic & mediū,
quod præſtantiſsimum eſt, in quaq; ſpecie, & u-
num: neceſſum, & liberalitatem, inter prodiga-
litatem illiberalitatemq; circa facultatum acqui
ſitionem & amiſsionem, mediam conſiſtere. Bi-
fariā autē facultates quæſtuariamq; uocamus.
Alia enim per ſe eſt facultatum poſſeſsio, uelut
calcei & ueſtis. Alia uerò per accidens: nec ta-
men ita, ut ſi quis lance calcei uice utatur, ſed ue-
lut emptio, conductioq; mercenaria: emūtur e-
nim & calcei. Pecuniæ autem cupidus prę quę-
ſtu accidentario, circa numiſmatum poſſeſsionē
occupatur. Illiberalis uerò & prodigus, circa ac-
cidentarium lucrādi modum. Nam ille quidem
in acquiſitione naturali, augmentū quærit. Pro-
digus uerò in neceſſarijs deficit. Liberalis autē
ex abundanti copia largitur. Species uerò harū
differre dicuntur, eo quòd magis & minus circa
particulas oſtendūt, ut illiberalis, parcus, ſordi-
dus, turpis lucri cupidus. Parcus enim eo quòd
non eroget, dicitur. Turpis autem lucri cupidus,
quòd omnia corrodat. Sordidus, qui uehemen-
ter in exiguis obnititur. Deceptor uerò depila-
torq;, qui iniuſtus ex illiberalitate eſt. Ita contrà
prodigorum, hic quidem cautus eſt, qui inordi-
natè conſumit: ille uerò incōſideratus, qui in eo
quem ferre dictat ratio, durare dolore non po-
teſt. De magnanimitate autē, ex ijs quæ de ma
gnanimis dicta ſunt, determinare oportet, eo q;
ut in alijs iuxta affinitatē & ſimilitudinē, quoad

latent

larent progredi conuenit. Ita & de magnanimitate tractantibus idem uſuuenit. quocirca nonnunquam contrarij eadē affectant: quemadmodum prodigus & liberalis, præfractus & grauis, audax & fortis. Circa eadem enim uerſantur, & cognati ſunt aliquouſq;. Nam & audax & fortis pericula ſuſtinet, ſed hic quidem ſic, ille uerò aliter: quæ plurimum inter ſe diſtant. Dicimus autem magnanimum iuxta nominis etymon, uelut ui & magnitudine animi inſtructum. Itaque & graui & magnifico ſimilis uidetur: quandoquidem omnes uirtutes quodāmodo ſectatur. Nam recto iudicio, de rebus maximis pariter & infimis bonis, pollere, laudabile eſt. Vidētur autē ea magna eſſe, quæ optimo habitu inſtructus proſequitur circa eiuſmodi ſcilicet iucūda. Magnanimitas uerò eſt præſtantiſsima. Iudicat autem in unoquoq; maius & minus rectè iuxta ſapientis uirtutisq; præſcriptū: unde uel ipſa omnes uirtutes, uel ipſam omnes conſequuntur.

Prætereà contemptus dicitur magnanimus. Singulæ uerò uirtutes, rerum præter rationem magnarum ſunt contemptrices, ut fortitudo periculorum: id enim magnum inter turpia deputat, & neq; multitudinem omnē iudicat formidandam. Et intemperans, uoluptates: liberalis, opes multas magnasq; ſpernit. id quod magnanimi eſſe uidetur, eo quòd in paucis occupetur: atq; hæc magna ſunt, eo quòd nec cuiuslibet iudiciū ſpectat. Magis quippe magnanimus ſpectat qd uni ſapienti probetur, quàm multitudini, & uulgo. Quemadmodum ad Agathonem dixit Antiphon, malignè deteſtionem laudarem. Neglectus enim, propria maximè affectio magnanimi. Porrò nec uitæ, nec opū, quibus ſtudere magnopere uidentur homines, curam gerit, ſed tamen honoris. Itaq; & dolet ignominia affectus, & indigni ſubiectus imperio: gaudet autē principatum aſſecutus, unde contraria uidentur. Nā circa honores occupari, & quę uulgus ſentiat de ſe contemnere, non ſunt conſentanea. quocirca accuratius hæc diſcutere oportet. Nā honor exiguus & magnus bifariam capiuntur: aut enim à multis is & uulgaribus, aut ab illuſtribus ille cōtingit: qui rurſus pro re, in qua euenit, differt.

Magnus enim non ſolum honorantium multitudine aut qualitate, aut precio ęſtimatur, ſed ueritate. unde & principatus & reliqua præclara, & ſtudio digna bona cenſentur, quæ reuera eximia exiſtunt. Quocirca nulla uirtus magnitudine caret, qua & amplificarę & iua reddere uidetur, in quibus fuerit. Sed enim & inter cæteras uirtutes magnanimitas eminet, quare peculiari uocabulo hac præditus, magnanimus appellatur. Quoniam uerò bona alia honorabilia ſunt, alia uerò, ut ſuprà determinauimus: ex quibus alia ex uero eximia, alia parua ſunt: quibus nōnulli cum digni ſint, ſeipſos dignos etiam arbitrātur: in ijſdē ſolet elucere magnanimus. Quadrifariam uerò hæc diſcernuntur. Nam & dignū eſſe ijs, & ſeſe dignū ijs iudicare contingit interdum. Interdum uerò & mediocribus dignū, ijs quoq; ſe dignum iudicare. Nonnunquam uerò ecōuerſo, ut alibet hęc ad ſe inuicem componūtur. Nam cum exiguis aliquis dignus, magnis

A atque honorabilibus ſe dignum arbitratur, alius maximis dignus, paruis ſe dignum exiſtimat: prior quidem hic eſt exiguis dignus, magnaque affectans, uituperationem meretur. dedecens enim id eſt, ac minimè honeſtum, præter dignitatem quippiam conſequi. Verùm & is uituperandus, qui præſenti honore dignus, eum tamē auerſetur. Reſtat iam utrique horum contrarius, qui cum rebus magnis dignus ſit, ſeipſum etiam dignum arbitretur: hic laudabilis, & inter hos medius eſt. Et quia circa honoris electionē fruitionemq;, circa honorabilia reliqua bona, affectio eſt pręſtantiſsima magnanimitas, &, quēadmodum oſtendimus, non circa utilia occupatur, ac ipſa mediocritas cum primis laudabilis: manifeſtum, etiam magnanimitatem eſſe quandam mediocritatem. Contrariorū autem hoc, quod diximus, indignus cum ſit, maximis ſeſe dignum tamen arbitretur, * lentitudo eſt; tales quippe * lentos dicimus, qui magna uenditant, cum non inſint. Verùm ubi dignus, magnis ſe indignum cenſet, paruitas animi appellatur. *Elatio* *Elatos*

Paruo enim animo eſt, qui præclara meritus, ijs ſeſe indignum iudicarit. Itaque magnanimitatem neceſſum eſt mediocritatem eſſe, inter animi abiectionem, & elationem. Porrò quartus ex his neque omnino uituperatione dignus, neque magnanimus, in nulla re magni quippiam conſecutus. Neque enim uel dignus exiſtit, uel ita de ſeipſo cenſet: quapropter non eſt contrarius. Nam etſi planè contraria inter ſe uideantur, magnis dignum magna, & paruis dignum

B exigua deberi ſibi arbitrari: contraria tamen nō ſunt, eo quòd hic reprehenſione careat, quandoquidem ex rationis inſtinctu agit, & eadem quæ magnanimus naturæ conditione, cum uterque quibus dignus eſt, ſeſe dignum arbitrātur. Magnanimus ex ijs, quibus dignus eſt ſeſe dignum cenſebit. At paruo animo uir, cum magna inſint ei bona honorabilia, ſi eis ſe indignum iudicat: quid faceret, ſi paruis dignus eſſet. aut igitur magnis ſe dignum iudicans, lentus, aut pauciorum. Quocirca nemo abiecto animo dixerit, qui inquilinus tantum, ſe non imperio dignum cenſeat, ſeque ſubijciat: uerùm qui honeſto loco natus ſit, imperiumq́ue rem magnam iudicarit. Magnificus aūt nō ex qualibet actione, electioneue dicitur, ſed ex ſumptibus, niſi fortè per translationem ita uocetur: abſque ſumptu enim magnificentia non eſt.

Nam decorum, in ornatu: ornatus uerò, non in quibuslibet, ſed in neceſſarium exceſſu conſiſtit. Verùm qui in magno ſumptu decorum ſeruat, eamq́ue mediocritatem cum eiuſmodi uoluptate experit, magnificus eſt. Qui uerò amplius quàm par ſit, & præter modum, is nomine caret, tametſi quandam affinitatem inter ſeſe habēt, quos uocant ineptos & prodigos. Nā qui opulētus amici nuptijs ſumptus ſuppeditat, eū apparatum ſe decere arbitratur. Qui frugales paucosq; deſiderātes excipienti cōueniat, paruificus. Verùm qui nuptiali apparatu eos excipiat, nec ob gloriā neq; ꝓ autoritate peculiari aliqua, prodigo ſimilis uidetur. Qui aūt pro dignitate iuxtaq; rationem id facit, magnificus eſt: decorū

enim

enim iuxta dignitatem eſt, quandoquidem nihil præter dignitatem decet: nam decorū eſſe oportet. Et decentis eſt agere iuxta dignitatem, & quod deceat, & circa quid deceat: aliud enim decorū eſt circa familiaris, aliud circa amati nuptias, atq; ipſi etiam in tantum, aut eiuſmodi: ut ſpectaculum, Cimonē non Themiſtoclem, quòd humiliore fortuna hactenus eſſet, decere aiebat: ille uerò, cui qualiſcunq; ſit dignitas perinde eſt, nullus eſt horum. De liberalitate uerò ſimiliter ſe habet. Nam liberalis aliquis eſt, quādo liber: & ferè etiam ſic cætera circa mores, uel laudabilia uel uituperabilia. Nam alia exceſſus, alia defectus, alia uerò mediocritates ſunt paſsiuæ. Quēadmodū inuidus, & alienis malis gaudens: iuxta hos enim habitus dicitur: inuidus quidem angi dignorum ſucceſſu, hic uerò in eadem paſsione nomine carere: ſed ei affectioni obnoxius, notus eſt, gaudendo indignorum uel caſibus uel ſucceſsibus, item & dignorum lætādo. Medius uerò inter hos eſt, indignabundus, & quod ueteres νέμεσιν uocant, à dolendo, ob indignorum ſucceſſum. Quapropter & Nemeſin deam eſſe arbitrantur. Verecundia mediocritas eſt inter imprudentiam & ſtuporem. Nam qui nullam de ſe exiſtimationem moratur, impudēs: qui omnes, ſtupidus: qui uerò apparētes quaſdam modeſtè, uerecundus. Amicitia uerò medium inter inimicitiam & adulationē, nam qui omnibus pro cupiditate ſua iucundè cōgreditur, adulator eſt: qui uerò uoluptatem omnem uitat, odioſus: uerùm qui nec ſectatur, nec refugit omnem uoluptatem, ſed quod optimum uidetur in cōgreſſu obſeruat, amicus eſt. Grauitas uerò mediocritas eſt inter cōtumaciam, & placendi ſtudium. Nā qui nihil in conuictu alteri largitur, ſed contemnit, contumax: qui uerò omnia, omnibusque ſe ſubijcit, placendi ſtodioſus eſt: qui uerò alia quidem largitur, alia non, grauis appellatur. Verus autem & ſimplex, quem rigidū uocant, inter diſſimulatorem & iactabundum medius eſt. Nā qui ſua deteriora mentitur quàm ſunt, idq; non ignorans, diſsimulator: qui uerò maiora prædicat, iactabundus eſt: uerùm qui ut habeat exponit, uerus, & iuxta Homerum, ſapiens appellatur. Et in uniuerſum, hic quidem ueri, ille falſi amator eſt. Porrò urbanitas mediocritas eſt, & urbanus inter ruſticū & ſcurram medius. Quēadmodum enim circa alimentū uorax & † frumentarius differunt, quod hic nihil, aut pauca, aut ægrè admittat: ille uerò, facilè omnia: ſic ruſticus habet ad importunum, ac ſcurram. Nam ille ridiculum nihil aut ægrè admittit, hic uerò omnia, & promptè, & ſuauiter: uerùm neutrum ita decet, ſed quædam admittenda ioca, quædam nō, idq; iuxta rationē: quod facit urbanus. ratio eſt in promptu, quandoquidem & eiuſmodi eſt urbanitas, non quem æquiſsimū habitum & mediocritatē laudabilem uocant, extrema uerò uituperabilia ſunt. Duplex autē urbanitas eſt, alia enim quæ ridiculis gaudet, iocisq; etiā in ipſum ſcommate iactis, alia quæ iocos ſuſusque exhibere alijs poteſt. Diuerſæ quidem à ſeinuicē, ſed mediocritates ambæ. Nam qui & exhibere iocū alijs poteſt quo afficiatur ſincerè iudicās, & qui

† σιτώνης.

A in ſe dictum ferre ridiculum, inter importunum & frigidum medius eſt. Quæ explicatio melior eſt, quàm ſi illuſo, quomodocunq; affecto, moleſtū eſſe quod dicitur aſſeratur: quippe quod magis placere, ea moderatione prædito conueniat: hic enim rectè iudicat. Cæterùm omnes hæ mediocritates etſi laudabiles ſunt, non tamen uirtutes dici debent, neque earum contraria, uitia, quippe quòd hæc omnia, ex affectionū diuiſione, carere electione conſtat: unaquæq; enim harum affectio quædam eſt. Et quia naturalis eſt, ad naturales etiam uirtutes refertur. Naturales enim quodammodo uirtutes hæ ſunt, ut ex ſequētibus patebit, cum prudentia: unde & inuidia, iniuſtitia (nam ad alium ſpectant actiones ab ipſa profectæ) & indignatio iuſtitiæ, uerecūdia modeſtiæ adcenſentur. quocirca & eo in genere modeſtiam definiunt. Verus autem & uanus eiuſmodi, ut ille ſapiens, hic ſtultus ſit: uerùm medium magis extremis contrarium eſt, quàm ipſa ſibi, eo quòd illud cum neutro iungatur, & ſit: hæc uerò frequenter. Suntq; nonnunquā timido audaces, ac partim prodigi, partim illiberales, & prorſus uitioſe inæquales. Nam cū rectè inæquales ſunt, medij exiſtūt: medio namq; extrema aliquo modo inſunt. Verùm cōtrarietates non uidentur extremis, ſimiliter iuxta medium ambæ ineſſe. Interdū enim iuxta defectū, aliquando iuxta exceſſum inſunt. quorum cauſa ſunt, duo illa ſuprà commemorata. Paucitas erga iucunda ſenſus expertium & quod contrariū magis eſſe uidetur, in quo magis peccatur. Ter-
B tium uerò, quod rarius, minus contrarium uidetur: ut audacia ad fortitudinem, & prodigalitas ad liberalitatem. De reliquis igitur uirtutibus laudabilibus ferè dictum eſt: itaq; de iuſtitia deinceps dicendum erit.

Libros tres, qui Græcè habentur, quòd ex Ariſtotelis ad Nicomachum deſcripti ad uerbū eſſent, omiſimus, ne actum quod dici ſolet, ageremus. Qui igitur ea, quæ philoſophus tradit, noſce cupit, inde petat.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ ETHICORVM

ad Eudemum liber quartus.

DE amicitia, qd ſit, & quale ſit, quia itē amicus: ac utrū ſimpliciter tātū dicatur amicitia, an multifariā, & ſi multifariam, quótnā modis: inſuper quo pacto ſit amico utendum, quidúe iuſtum amicum, nihilominus excutiēda nobis ſunt, quàm ea quæ de moribus circa honeſta eligibiliaq; traduntur. Nam inter ciuilia officia uel potiſsimum eſt, amicitias inter ſe hominū mutuas conciliare. Eamq; ob cauſam uirtutem utilem exiſtere dicimus, quòd amici eſſe nequeunt, qui mutuis inter ſe iniurijs confligantur. Præterea iuſtum iniuſtumq; maximè circa amicos uerſari omnes confitemur. Et ſanè uidetur uir bonus etiam amicus, ac amicitia

tia moralis quidam habitus: ut ſi iniuriam quis cauere inſtituat, homines inuicem reddat amicos, eo quòd ueri amici nunquã mutuò, quẽadmodũ & iuſti, inferant iniuriã. quocirca aut idẽ prorſus, aut cognata inter ſeſe, amicitia iuſtitiaq́; exiſtũt. Prẹterea inter bona pręſtantiſsima reputamus, paratũ eſſe amicũ: & malum grauiſsimũ, ſolitudinem, amicorumq́; carentiam interpretamur: quòd omnis uita, ſpontaneaq́; hominum conuerſatio his conſtet, quæ cum familiaribus aut cognatis, aut alijs nobiſcum degentibus uel liberis uel parentibus uel uxore tranſigitur. Et propria quidem iuſta, quæ ad amicos ſpectant, ſolum ad nos pertinent: uerùm quæ lege conſtituta, non equidem nos, ſed alios reſpiciunt. Verùm multa ambigi circa amicitiam ſolent. Primùm quidem quod foris aſſumitur, ut plerunq́; dicitur. Videtur enim nõnullis, ſimile ſimili amicum eſſe: unde natũ eſt quod fertur, Deus ſimilẽ ſemper adducit ad ſimilem. etenim graculus ad graculum, & fur furem cognoſcit, & lupus lupũ. Sed & phyſiologi uniuerſam naturã rerum deſcribentes, principium hoc conſtituunt, ſimilia ad ſimilia contendere. Quocirca & Empedocles canem femellam fictili incumbere aiebat, ob ſimilitudinem, quam cum eo plurimam haberet. Atq́; hi quidem ad hunc modum amicum definiunt, alij uerò contrarium contrario amicum aſſerunt. amabilia enim deſiderabiliaq́;, omnibus amica ſunt: & ſiccum humida, non ſicca appetit. unde & terra pluuiam optare dicitur, & rerũ omnium mutationem gratam eſſe: ea uerò in contrarium fit. Et ſimile ſimili inimicum, & figulus (quod dicitur) odit figulum. Inſuper & animantia quibus ex eodem uictus ſuppetit, hoſtilia inuicem ſunt. Opiniones igitur hæ tantum diſtãt ab ijs, quæ ſimile amicum, & contrarium inimicum cenſent. Minus certè ſemper ei quod plus eſt, hoſtile exiſtit, inimicitiamq́; dies exorditur. Prẹterea & loca inter ſe diſsita, contrariorũ ſunt: amicitia enim contrahere uidetur. Alij uerò cõtraria amica putant, & Heraclitus increpat poẽtam dicentem, quod lis inter Deos & homines pereat. Neq́; enim harmoniam conſiſtere inquit, citra acutum & grauem ſonum: neq́; animalia abſq́; mare & fœmina duobus contrarijs. Quæ duæ opiniones de amicitia, ſunt in uniuerſum plurimum diſcrepantes: uerùm aliæ magis cognatæ ſunt, & propriæ apparentium. alijs enim uidetur inter prauos amicitiã conſtare non poſſe, ſed inter bonos tantum: alijs cõtra abſurdum uidetur, ſi mater liberos non amare aſſeratur, cũ & inter bruta, amicitia intercedat tanta, ut etiã pro ſobole ſua mori non recuſent. Alij tantum utile amicum arbitrantur. argumento illis eſt, quòd omnes id proſequuntur, inutilia uerò abijciunt. Vnde Socrates ſenex ille ſaliuam proijciens, & capillos unguesq́; præſcindens, particulas ſe inutiles omnes abijcere dicebat, & poſtremò etiam corpus ipſum cum mortuum fuerit, & quod nullis porrò uſibus accommodari queat: uerùm ubi uſui eſt, uelut in Aegypto, reſeruant. quæ omnia contraria inter ſe maximè uidentur. Nam inutile ſimili, & contrarietas ſimilitudini, ac contrarium inutiliſsimum cõtra-

A rio ſuo maximè repugnat: quippe quod contrarij ſit contrarium corruptiuum. Inſuper uidetur alijs quidem facilè amicos comparare, alijs uerò rariſsimum hunc cognoſcere, quoniam citra ſucceſſum non contingit. Cum felicibus amicitiã omnes captant: uerum alij, ne in ijſdem quidem infortunijs perſiſtentibus, credẽdum iudicant: quippe qui fallacia quadam, fictaq́; cum calamitoſis conuerſatione, bonorum amicitiæ ſeſe inſinuent. Sed adducẽdus etiam poſtremus, qui & opiniones de his rectiſsimè exponit, & dubitationes contrarietatesq́; ſoluit. quod fit, dum appoſite explicantur, quæ uidentur contraria. Eiuſmodi enim ratio maximè apparentibus conſonat. Contingit autẽ oppoſitiones manere, quando quod dictum eſt, uerum ſumptum fuerit: interdum uerò ſecus. Dubitationem, autẽ habet, utrum iucũdum ac bonum id ſit, quod ametur. Nam ſi id maximè concupiſcimus, erit eiuſmodi, potiſsimum amor. Neque enim amator dicitur, qui non amet ſemper. Et cupiditas ſemper ad iucunda fertur. Nam & iucundum, quod uolumus bonum amamus. uerùm aliud eſt iucundum ac bonum: de quibus & alijs cognatis determinare conabimur, his principijs conſtitutis. Quæ cupiditate aut uoluntate appetuntur, aut bona ſunt, aut apparentia bona. Quapropter & iucundum concupiſcibile eſt, quia apparens bonum: quippe quod alijs bonum iudicetur, alijs appareat tantum, etiamſi non iudicetur. neque enim in eadem animæ parte ſunt, phantaſia. Patet igitur, amicum & bonum & iucundum eſſe:

B quo determinato, altera iã hypotheſis præmittẽda. Bonorũ enim alia ſimpliciter bona ſunt, alia alicui, non ſimpliciter atq́; eadem ſimpliciter & bona, ſimpliciterq́; iucunda. Nam quæ ſano corpori conducunt, ſimpliciter corpori bona: quæ uerò laboranti tantum, non ſimpliciter appellamus, uelut ſunt remedia & ſectiones. Similiter & iucunda ſimpliciter uocamus, quæ integrum ſanumq́; corpus oblectant: ut in clara luce, nõ in tenebris cernere, uerum laboranti ex oculis contrarium. Et uinum iucundius eſſe iudicatur non linguæ ex uinolentia corruptę, quæ ne infuſum quidem acetum diſcernat, ſed ſenſui ſincero. Similiter & in ijs quæ animam ſpectant, non quæ pueris aut beſtijs, ſed cordatis probantur. utrorumq́; igitur memores, hæc eligimus. Et quemadmodum pueri ac beſtiæ habent ad cordatum, ſic prauus ſtolidusq́; ad moderatum & ſapientẽ: ijs uerò iucũda ſunt, quæ iuxta habitus incidũt, quæ ſunt bona & honeſta. Quia uerò bona multifariam dicuntur, aliud enim quia tale ſit, aliud quia utile ac frugiferum: ſic & iucundum aliud ſimpliciter, ac bonũ ſimpliciter, aliud uerò quod alicui uideatur bonum: quemadmodũ in inanimatis contingit. ob ſingula hæc aliquid ametur, & eligatur: ut hominem amant alium quòd uirtute præditus, alium quia bonus & frugifer, alium quia iucundus ob uoluptatem. Amicus autẽ fit, quando amatus redamat, neque id ignoratur ab ipſis. Quocirca neceſſum tres amicitiæ ſpecies eſſe: neque iuxta unum aliquid omnes. neque ut unius generis ſpecies, neque omnino æquiuocè dicantur. ad unam enim quandam

primamq́;

primamq́; referuntur: quemadmodum medicinale, ad animam medicinalem & corpus, atq; inſuper etiam inſtrumentū & opus. Sed propriè primùm, per quod ratio eius nobis ineſt: uelut inſtrumentum medicinale, quo medicus utitur, nec tamé inſtrumenti ratio, medici rationi ineſt: quocirca in omnibus primum illud quæritur. Et quia primū uniuerſale eſt, uniuerſaliter etiam capitur quod fallit: itaq; & de amicitia nō poſſunt omnia apparēris reddere. Ratione enim una minus congruente, non arbitrantur cæteras amicitias eſſe. Aliæ uerò ſunt quidem, ſed non ſimiliter: aliæ uerò cum prima non conueniunt, ut uniuerſalia: ſiquidem prima fuerit. neq; alias eſſe amicitias loquiunt. Verùm, ut modò dictū eſt, multæ amicitiæ ſpecies ſunt, quoniam tripliciter dici amicitiam determinauimus, cum alia ob uirtutem, alia ob utilitatem, alia ob iucunditaté oriri dicatur. Et ſanè quæ commodorum gratia nata eſt, uulgaris eſt amicitia eorū qui ſe inuicé, quia utiles, diligere ſolent. Vt habet parœmia,

Glauce tuum dicas, quiſquis propugnet amicum.

Et, nondum Athenienſes cognouerunt Magarēſes. Quæ uerò ob uoluptatem contrahitur, iuuenum eſt: mutatis enim pro ætate moribus, etiá iucundum mutant. Quæ uerò à uirtute proficiſcitur, optimorum, unde manifeſtum eſt, primá amicitiam eſſe, quæ bonorū eſt mutuus erga ſe inuicem amor, mutuaq́; electio. Amicum enim eſt amatum amanti, amicusq́; item redamans amato. Ea igitur ſola inter homines eſt, quippe qui ſoli electionem ſentiunt. Cæteræ autem etiam feris inter ſe ſunt, ubi etiam aliqua mediocris elucet utilitas. Atq; ita etiam cicura homini, & alia alijs amica ſunt: quemadmodum regulus suis crocodilo, Herodoro teſte: quemadmodū uates de conſeſsibus tranſitionibusq́; loquuntur. Et mali malos, cùm ob utilitatem, tum ob iucunditatem amant: neq; tamé amicos ferentur, cum primæ ſint expertes: quippe quòd prauus iniuriam prauè inferat. quod amicitiæ legibus repugnat. Alij itidem amant citra amicitiam primam, quos tamé reliquas colere nihil uetat. ob uoluptatem enim incontinentes, ſeipſos ſuſpectos habent, nec ab iniuria mutua abſtinent. Quocirca nec ob uoluptatem ſe mutuò amáres, dici amici debent: quando accuratè diſquirentibus planè primam non eſſe conſtet. illa enim firma eſt amicitia, hæc uerò prout hactenus diximus, non illa quidem, ſed ab illa profecta. Quapropter ut illo tantum pacto amicus eſſe aſſeratur, cogere, eſt apparentia abſurdaq́; dicere. Nam iuxta rationem communem, quandam affirmare omnes amicitias licet. Supereſt igitur, ut prima tantum amicitia uocetur: interdum uerò etiam omnes: neq; ut æquiuocè, neq; ad ſeipſas quomodocunq; habentes, neq; iuxta unam ſpeciem, ſed potius ad unū aliquod relatas. & quia ſimpliciter bonum iucundumq́; idem & ſimul eſt. niſi quid obſtet: & primus uerus, & ſimpliciter amicus (nam talis propter ſeipſum eligibilis, idq́; neceſſariò. quemadmodum enim propter ſe bona quiſpiá appetit, ſic & ipſum talem eligi oportet) uerus autem amicus etiam iucundus eſt ſimpliciter: uidetur igitur quomodocúq;

A amicus iucundus eſſe. Verùm magis de his determinandum, utrum quod ipſi, an quòd ſimpliciter bonum amicum ſit, & utrum actu amare cū uoluptate, unde & amabile iucundum, an non: hæc enim ad idem reducenda ſunt. & quod nō ipſi bonum fuerit, non etiam ad id ipſum pertinet. Atque hoc ipſum eſt quod quæritur, ſic eſſa bona, quæ ſimpliciter bona ſunt. Eligibile enim eſt ſimpliciter bonum: ipſi uerò, quod ipſi bonum: quæ conuenire oportet. Et uirtus una talem efficit: & ciuilis facultas etiá, quibus hæc non inſunt, ingignit, modò iam antè accōmodatus & homo exiſtat. Naturaliter enim ei bona ſunt, quæ ſimpliciter bona. Similiter & uir pro fœmina, & ſtupidus pro prædito indole. ob dulce uerò, neceſſe eſt quæ pulchra ſunt, ſint & dulcia. ubi uerò diſſonat hæc, iam non prorſus bonum: nam intemperantia interuenire poteſt. Cū enim honeſtum iucundumq́; diſconueniunt, in affectionibus intemperantia eſt. Quis cum prima amicitia eſt ſecundum uirtutem, erūt & ipſi ſimpliciter boni: nō quia utiles, ſed alio quopiá modo: quandoquidem bifariam, huic & ſimpliciter bonum capitur. & ſimiliter quemadmodū in conducibili & habitibus, ubi aliud eſt ſimpliciter conducibile, & honeſtum, uelut ſe exercitatio ad medicationem habet. Itaque & habitus hominis uirtus. Sit igitur homo ex rebus natura præſtantibus. Nam uirtus natura præſtantis ſimpliciter, alterius uerò alicuius nequaquam, ſed huic bonō dicitur. Eademq́; quoq; ratio dulcis eſt. Hinc igitur ueſtigandum, utrum abſque uo-

B luntate ſit amicitia, quidue differat, & in utro amare conſiſtat: & utrum bonus eſſe etiam non iucundus queat, ſed non propter idipſum tamé. Amor igitur cum dicatur bifariam, qui actu eſt, eo quòd bonum iudicat, non abſq; uoluptate eſſe apparet. patet autem, quemadmodū in ſcientia rerū, cognitæ contemplationes diſciplinęq́; ſpecie ſua facilè intelliguntur, ita etiam familiarium recognitiones expeditæ fiunt. cuius rei ratio eadem in utriſque eſt. Natura igitur ſimpliciter bonum, & ſimpliciter iucūdum: & quibus bonum, iiſdem etiam iucundū eſt. Quapropter ſimilis ſimilibus mox gaudét, & homini homo iucundiſsimus. Et quia imperfecta ea conditione ſunt, etiam abſoluta eiuſmodi erunt. Eſt auté uir bonus perfectus. Siquidem ergo amare actu mutuæ familiaritatis & notitiæ, electio cum uoluptate eſt. Scilicet & amicitia prorſus ſimpliciter bonorum & iucundorum, quia bona iucundaq́; ſunt, mutua electio. Atque ea amicitia habitus, ex quo eiuſmodi electio proficiſcitur. Nam opus eius, actus eſt, qui non extrà, ſed in ipſo amante conſiſtit, cum potentia extrà, uel in alio inſit, uel diuerſum ſaltem exiſtat. Quocirca in amante, non in amato gaudium eſt. Amari enim amabilis rei, illud uerò etiam amicitiæ actus eſt, & animati tantum, cum prius etiam inanimatis competat, quando & ea quoque diliguntur. Et quia amare actu eſt gaudere amato, quatenus amatū, & amicus etiam eſt, qui amatur uiciſsim, erit amicus amico nō quà muſicus uel medicus. Voluptas igitur ab ipſo percepta, quà amicus, propriè amica uoluptas appellatur. ipſum enim

diligit

diligit non ob aliud quidplam: quamobrem niſi A eo quatenus bonus eſt delectatur, non fuerit amicitia prima. Neque rem ullam interuenientem obſtare decet, ut bonum ipſum nō delectet. Itaque etiam ſi graueolentia fuerit aliqua, obliterare, & mentis induſtriam amplecti uerus amicus ſolet. Hanc igitur primam amicitiam eſſe omnes confitentur: aliæ uerò propter hanc, & aliquo modo uidentur, & in controuerſiam ueniunt. Conſtantiam enim quandam habere amicitia uidetur, ac ſola ea conſtans eſt. nā pronunciatum à grauibus eſt, conſtans id eſſe, quod non citò fiat, neq; facilè diſſoluatur: cętera iudicio ſincero uocant. Porrò nec citra fidem conſiſtit amicitia firma: ea uerò experimētum requirit, ut inquit Theognis. Neq; enim uiri mulieriſúe mentem cognoueris in periculo, uelut de ui mentis ſumpto. Eodem pacto & nec tempus requirit amicus: quia etiam amici ante contractam amicitiam cupiunt: qui habitus uelut iam conſummata amicitia latet. Nam quia ad mutuam amicitiam propendent, & ſibi inuicem omnia officia præſtant, putantur uelle, ſed re ipſa amici eſſe. Verùm quemadmodum in cæteris, ita hic quoq; uſu uenit. quemadmodum enim ſani nō ſunt ſtatim qui id uelint, ita nec amici, qui eſſe uolunt. Argumento eſt, quod facilè tales nondum aſſumpto experimento, ita nec calumnia circumueniantur, quòd experimentum quibus in rebus habēt, in his facilè ſe calumniæ nō prębent: in quibus autem non habent, perſuadeantur, ſi coniecturas calumniator adhibeat. Simul uerò patet, nec inter prauos amicitiam cōſtare poſſe: quippe qui iniqui ſunt, & nemini ſeſe cōmittunt, ex ſeipſis alios metientes. Vnde & boni facilius decipiuntur, niſi ea periclitatione diffidant. Etenim praui natura, bona amico præferunt, neq; quiſquam amicum magis quàm res amat. nam tales, amici non ſunt: repugnāt enim legi amicitię, amicorum communia omnia aſſeren ri: quandoquidem amicus rebus ipſis præferendus eſt, non amicis res. Vnde prima amicitia inter paucos incidit, eo quòd difficile ſit multorū capere experimentū: quandoquidē non omnibus, quemadmodum oportebat, poſsis conuiuere. Neq; ex æquo de ueſte & amico deliberare conuenit. Equidē quod inter duo melius extiterit, eliget, mētis ſaltē compos. Et quo eſt uſus olim ut deteriore, non præferet ei quod iudicet melius. In amicitia autem non facilè pro uetere amico, incognitū aſſumet. Neq; enim abſq; experimento eſt & unius diei amicus: quapropter in prouerbium abijt, Salis modius. Simul autē non eo tātum quod ſimpliciter bonus quiſpiam ſit, ad amicitiam ſufficit, ſed ut etiā tibi ſit amicus. Bonus enim quiſq; dicitur ſimpliciter, eo quòd bonus eſt: amicus autem, qui alteri bonus. Simpliciter autē bonus, amicusq́;, in quo utraq; iſta concurrunt. Itaq; quod ſimpliciter bonum alteri, hoc quanquam non ſimpliciter bono: alteri uerò bonus, eo quòd utilis. amare autem unà multos, & ipſum hunc amorem auertere, impoſſibile erga plures operari. In his autem conſtat rectè dici, amicitiam cōſtantiam bonorum eſſe,

A quemadmodum felicitas ſufficientium: etenim natura, non facultates, firmitatem habet. Verùm multo rectius uirtutem naturæ eſſe affirmatur, & tempus amantem indicare, infortunijsq́; magis quàm ſucceſſibus. In illis enim uerè declaratur quod dicitur, Cōmunia amicorum omnia: quippe qui ſoli bonis malisq́; natura, circa infortunia & ſucceſſus in quibus conſiſtunt, hominem præferunt, uel ut illa ſint, alia uerò non ſint. Succeſſus autem arguit nō ueros amicos, & ad utilitatē tantū comparatos: tempus uerò utroſq;. neq; enim utilis ſtatim amicus eſt, uerùm ſuauis & iucundus. Sed nec qui ſtatim, ſuauis ſimpliciter eſt: quando perinde ut uino ciboque partim ſuauitas, partim uerò celeritas percipitur, uerùm mediocri tempore ſuauitatem uoluptatemq́; admittit, ſic etiam hominibus uſuuenit. Nā quod ſimpliciter iucundum eſt, fine temporeq́; determinari debet. Fateatur autē & uulgus, dulce uocans non ſolùm quod compererūt, ſed ueluti cū bibunt, cumq́; adhuc in manibus poculum eſt. Non enim id inde dulce eſt, quis compererit aliquid, ſed quia non frequenter bibit, ac quis primùm decipitur. Prima igitur amicitia, à qua cæterę nomen trahunt, ſecundum uirtutem eſt, iuxtaq́; eius delectationē, uelut dictum eſt prius. Reliquæ enim inter pueros brutaq́;, & prauos contingunt. Vnde prouerbio dicitur, Aequalis æqualem delectat. &, Malus malo iucundè conuiuit. nam & praui nonnunquam ſe mutuò oblectant, non quatenus praui, nec quatenus neutri, ſed quatenus uel ambo (exempli gratia) ſtre B peri: uel hic quidem ſtreperus, ille uerò parcus: quatenusq́; bonum aliquod omnes habent, eatenus congruunt ſibi. Præterea utiles ſibi etiam hos eſſe contingit, non quidem ſimpliciter, ſed inſtitutis. Sic etiam bono uiro amicum malum eſſe cōtingit, nempe ad inſtitutum aliquod utilē: ut malus boni uiri inſtituto, quale bonus habet, inſeruiat. Bonus intemperanti quidem ad illud quod habet inſtitutū, malo autē ad id quod iuxta naturam exiſtit. Valentq́; bona ſimplicia quidem ſimpliciter, illi uerò ex hypotheſi, nempe quatenus aut paupertati aut morbis confert, idq́; bonorum ſimplicium cauſa: quemadmodū & pharmacū bibit. non enim bibere uult ipſum, ſed huius mali pellendi gratia uult. Præterea amici hi eſſe poſſunt inuicē, qualiter & ij ſunt, qui boni nō ſunt. Iucūdus enim eſſe poteſt, nō quatenus malus, ſed quaten⁹ aliquid cōmune habet: ut ſi ſit muſicus. inſuper quatenus unū quiddā eſt omnibus, quod ferre poſsis: ideo quidem ad colloquium apti, boni habeantur. aut quatenus deniq; uuicuiq; congruant: aliquid enim boni omnes habēt. Tres igitur hæ ſpecies amicitiæ ſunt, & in his omnibus iuxta æqualitatem quodāmodo amicitia appellatur. Nam & amici ſecundum uirtutem, in æqualitate quadā uirtutis ſibi inuicem amici ſunt. Alia porrò in his differentia ſecūdum exceſſum: uelut eſt Dei erga hominē uirtus (id enim aliud amicitiæ genus eſt) & in uniuerſum uelut principis erga ſubditum. quemadmodum & iuſtū aliud eſt: proportione enim æquale, numero uerò minimè. Quo in genere ſunt pa-

x rer

tet erga filiũ, & beneficus erga beneficia paſſum.
In ijs uerò ipſis diſcrimina quædã elucent, quan
do alia eſt patris erga filiũ ratio, & uiri erga uxo-
rẽ: hæc quidem ut principis erga ſubditũ, illa ue
rò ut benefici erga beneficia paſſum. In ijs aut
prorſus non, aut certè non ſimiliter redamare cõ
tingit. Ridiculũ enim fuerit, ſi quis Deo expro-
bret, ſi non pro eo ac ab hominibus amatur, ui-
ciſsim ipſe diligat: aut principi, quòd non æqua
lem amorẽ ſubditis præſtet. Imperanti enim ut
ametur, non ut amet, aut certè alio pacto conue-
nit. Verùm oblectatione nihil eſt diſcriminis, ſi-
ue ut in opulento, erga facultates domeſticas, &
ſobolem ſuam, uel ut egena erga id quo potitur.
Quocirca ſimiliter ſe habet in amicia qui ob uti-
litatẽ, & qui ob delectationem conciliantur. Nã
hi quidem iuxta ęqualitatẽ, illi uerò iuxta exceſ
ſum amici ſunt. proin quẽadmodũ illi expoſtu-
lant, ſi nõ ex æquo utiles ſint, ac beneficijs reſpõ
deant: ſic hi etiam ob delectationẽ. quod in ama
torijs uſuuenit, ubi perſæpè ex eiuſmodi cauſis
rixæ ſuboriũtur, ignorante ſcilicet eo qui amat,
rationem eſſe diuerſam in ijs quæ animi prom-
ptitudinẽ ſpectãt. quocirca contẽtionis cauſam
amatus ſe meminiſſe arbitratur. hęc (Inquit) nõ
diceret amans, ex eo ſcilicet q rationem eãdem
eſſe exiſtimat. Cum igitur tres amicitiæ ſpecies
ſint, ſecũdũ uirtutem, ſecundũ utilitatem, & ſe-
cũdum uoluptatẽ, rurſum hæ in duo diſtinguun
tur. Aliæ enim iuxta æqualitatẽ, aliæ iuxta exceſ
ſum ſunt: amicitiæ quidẽ utræq;, amici uerò iu-
xta æqualitatem tantũ. Abſurdum enim ſit, ami
cũ uocare uirũ puero, eo q amet & ametur. Nã
etſi excellentẽ uirum amari alicubi cõuenit, ſi ta
men redamet ipſe, ut dedecus improperatur, ut
qui amet indignũ. Nam dignitate quadã æqua-
litateq; ponderatur amicitia. Quædam igitur ex
ætatis defectu, quædã uerò ex uirtutis, generis,
aut alio quopiã, indigna ęquali amore ſunt. Sem
per autem ab excellente, ſiue utilitatẽ, ſiue iucun
ditatẽ, ſiue uirtutẽ ſpectes, aut nullus aut minor
amor requiri debet. Verùm in mediocribus ex-
ceſsibus meritò controuerſiæ oriuntur. paruum
enim nonnunquã minimè debet robore æſtima
ri: ueluti non ligni, ſed aurei uaſis pondus prǽua
let. Atqui paruum illud homines perperam iu-
dicant, quibus domeſticum bonum magnum ui
detur, quia propinquum: alienum uerò exiguũ,
quia remotum. Cumq; exceſſus interuenit, nec
tamen quidem inquirunt, quo modo, ac an ſimi
liter redamari oporteat, perinde ſi quis amorem
à Deo repoſcat. Manifeſtum eſt igitur, amicos in
æqualitate quadam conſiſtere: redamare autem
licere, ut amici non ſint. Neq; uerò obſcurũ eſt,
quia homines amicitiam iuxta exceſſum, ei quę
ad æqualitatem comparata eſt, anteponant: eo
ſcilicet, quia & excellentia & amore potiuntur.
quocirca nonnullis aſſentator amico gratior eſt,
quippe qui utrunq; cui adulatur uidetur adſtrue
re, ac ſunt ferè ambitioſi tales: nam in admiratio
ne eſſe, excellentiæ cuiuſdam ſpeciem habet.
Natura autem alij amatorij, alij uerò ambitioſi
naſcuntur. Amatorius quidem, qui magis oble-
ctatur amando, quàm dũ amatur. Ambitioſus

A autem magis amari & in admiratione eſſe cupit,
excellentiæ amicus: alter uerò uoluptatis, quam
percipit amando. Nam in actu neceſſariò amãs
eſt: redamari autem per accidens contingit, & la
tere poteſt: amans autem non poteſt. Et eſt ami-
citiæ hoc peculiare, ut amare potius, quàm ama-
ri cupiãt. amari uerò, iuxta id quod amabile fue-
rit, contingit. Argumento eſt, quod amicus, ſi nõ
cõtingat utrunq;, cognoſcere uult magis quàm
cognoſci. uelut in exceſsibus ſummis faciũt fœ-
minæ. Vt Andromache Antiphõtis, quæ cogno
ſci uelle uidetur ipſius gratia, utq; bono aliquo
afficiatur, non afficiat: cognoſcere uerò, afficien-
di amandiq; gratia. Quocirca in amorem etiam
erga mortuos perſiſtẽtes laudamus, quippe qui
cognoſcant, nõ cognoſcantur. Plures igitur mo-
dos amicitiæ eſſe, & quot, tres nempe: itẽ quòd
amari & amici differant, qui iuxta æqualitatem,
& qui iuxta exceſſum amici ſunt inuicem, dictũ
eſt. Quia uerò amicus etiã uniuerſaliter dicitur,
uelut principiò, adductis extrarijs quibuſdam
opinionibus, oſtendimus (nã alij ſimile, alij con
trarium amicum pronunciant) dicendum etiam
de his eſt, quo pacto habeant erga expoſitas ha-
ctenus amicitias. Simile autem tam ad iucundũ
quàm bonum refertur. Bonũ enim ſimplex eſt,
malũ uerò multiplex. & bonus ſimilis ſibi ſem-
per, neq; mores mutat: prauus autem & ſtultus,
ſibi diſpar eſt manè & ueſperi. Quocirca niſi in-
ter ſe paciſcantur mali, amici ſibi inuicem non
erunt, ſed diſsilient: quæ amicitia minimè firma
eſt. Quare eatenus ſimile amicum eſt, dum ſimi-
B le bonum ſit. Interdum autem iuxta uoluptatẽ
conſiſtit: ſimilibus enim eadẽ iucunda ſunt, &
natura quodq; cuiq; iucundum eſt. Vnde & uo-
ces, & habitudines, & conuerſationes, cognatis
inter ſe ſuauiſsimæ ſolent eſſe, cùm hominibus,
tum cæteris animantibus. atq; hac poſſunt etiã
praui ſe inuicem diligere, & malus malo iucun-
dè conuiuit. Contrarium autẽ contrario amicũ,
quemadmodum utile: nam quod ſibi ſimile, id
inutile eſt. quapropter dominus ſeruo, & ſeruus
domino indiget, & uir fœminaq; inter ſeſe mu-
tuò. Ac iucundum & deſiderabile, cõtrarium, ut
utile, non quà in fine, ſed quà ut ad finem. Nam
ubi conſequutus eſt quod concupiebat, in fine
quidem iam eſt, ſed contrarium nõ concupiſcit:
ueluti calidũ, ipſum frigidum. Porrò & contrarij
boniq; amicitia quædã eſt: ſe inuicem enim per
media deſiderant, ut ſymbola, non ut ex ambo-
bus unum mediũ fiat. Per accidens aũt contrarij
deſideriũ eſt, per ſe aũt, mediocritatis: neq; enim
ſe inuicem, ſed mediũ cõcupiſcent contraria. Nã
miũ enim algentes, ad medium reducũtur cũ ca-
leſiunt, & calentes, cum frigeſiũt. Similiter & in
reliquis. Si uerò non ſemper flagrauit cupiditas,
non in medio erit, ſed gaudebit natura iucũdis
citra cupiditatem in medio conſtitutus. Alij ue-
rò omnibus quæ naturalem habitudinem egre-
diũtur: quæ ſpecies etiam inanimatis competit.
Amare autem contingit, quãdo fuerit in anima-
tis: quocirca nõnunquã diſsimilibus gaudẽt, ue
lut auſteri facetis, iritabiles ad irã tardis, ut qui
à ſe inuicẽ ad medium reducuntur. Per accidens
igitur,

igitur, uelut oſtenſum eſt, contraria amica propter boni ſunt. Quot igitur ſpacies amicitię ſint, & quæ differentiæ, iuxta quas diſcernũtur amãtes aa amati, idq; ſic ut amici abſq; illo uocentur, dictum eſt hactenus. Verùm an ſibi quiſquam ipſi eſſe amicus queat, uaſtigationem uberiorẽ requirit. Nonnullis enim uidetur, ſibi quiſqoe amicus eſſa maximè, qui aodem utẽtes canone, amicitias erga alios etiam iudicant: uerùm ſecũdum rationes, iuxtaq; ea quæ amicia cenſentur inexiſtere, partim repugnant, partim uerò ſimilia eſſe uidentur. Quodammodo anim iuxta analogiam hæc amicitia aſt, ſimpliciter uerò nequaquam: eo quòd amari ac amare in diſiunctia duobus conſiſtat, iuxta quæ magia hic ſibi amicus eſt: uelut in continenta & in incontinente dictum eſt, qui idem uolens nolensq; agit, quando partea aliquo ad ſe inuicem pacto habent.

Ac rationem habent hæc omnia eandem, num qui ſibi amicus eſt, etiam inimicus ſit, aut iniuria num ſa quiſpiam afficiat. Quę omnia in duobus diſiunctim conſiderantur. aut enim anima duplex quidpiam eſt, aut hæc diſiuncta non conſiſtent: uatũ ab habitudina erga ſeipſum pendẽt, uelut etism reliqui amandi modi determinati, iuxta quos rationes exquirere has ſolemus. uidetur enim amicus eſſe, qui alicui uel uerè bona, uel quæ arbitretur bona, alij euenire cupiat, non ſui, ſed alterius gratia.

Alio uerò modo quo aõoinere optat ob ipſam connerſationam tantum, non ob aliud quidpiã: ueluti patres liberis quidem bona optant, ſed alijs conuiuunt tamen: quæ inter ſe inuicem omnia pugnant. ille enim ſi non quod ſibi, hic autẽ ſi nou quod eſt. Alij uerò aõuiuendi deſiderium non ad amorem referunt. condolere quoq; dolenti, non ob aliud quippiã noa dilectionem uocabimus. ſolent enim ſerui ita erga dominos cõdolere, qui ægrotantes plerunq; ſunt moroſiores, non ob ipſos quidem, & uero affectu, uelut matres ſolant libaris, & aues nonnullę unà cum enitentib. ſimilirer dolore affligi. Amicus enim non ſolum amico condolere uel maximè ſtudet, ſed ſimili etiam cõturbatione affici, ueluti ſimul cum ſitiente ſitire: alioquin anim non fuerit coniunctiſsimus. Eadem quoq; in gaudendo ratio: amicitiæ enim eſt, non ob aliud quidpism, ſed ipſum tantum gaudare. prætatea eiuſmodi de amicitia dicũtur, ut æqualitas qoædam ſit amor: nec una tantum amicitia iungantur ueri amici, ſed cuncta hæc ſimul conferantur in unom: bona enim cupit alteri uerus amicus. Quemadmodum & namo ſibijpſi ob aliud quidpiam benefacit, neq; ob gratiã: neq; indicat quod fecit, quatenus unua eſt. Nam qui amoram patefacit, non amare quidem, ſad uelle amare uidetur. Itaq; & ſimul eſſe, & conuiuare, congaudere, condolare, abſq; ſe mutuo ne uiuere quidem poſſe (una enim anima ſunt) ſed cõmoti, unius illius uarę q; amicitiæ eſt. Sia enim unoa ille habet, ac ſibi in hunc modum conuiuit. Omniaq; hæc in bono conſpirant, in prauo antam diſſentiunt, uelut in incontinente, unde & adoerſus aliquando ipſe ſibi exiſtit. Quatenus uerò quiſq; unua eſt, indi-

A uiſibilis ac par omnia deſiderabilis ſibi eſt: quales boni ſunt, & ſecundum uirtutem amici. Malus autem non unus, ſed multi, & die eadem uarius, & importunus ipſe ſibi. Quamobrem rectè auiuſq; erga ſeipſum amicitia, ad boni probariq; amicitiam reducitur. quia enim ſibijpſi & ſimilia eſt & commodus ac unus inſuper, utiq; atiã amicus ſibi eſt & deſiderabilis, qualis eſt ſecundum naturam: contrà uerò praoua. Porrò bonus ſibi nihil exprobrat, incontinentis inſtar: nec poſterior prioribus ſuccenſet, uelut murabiles: neque prior poſteriori, uelut leues uaniq; ſolent. Præterea qui ſimpliciter bonus eſt, quærit ut ipſa etiam ſibi amicus exiſtat, quemadmodum & dictum eſt ſuprà, duo in ſeſe complecti, quæ ad amicitiam mutuam propandeant, quæ diſiungere ſit impoſsibile. quocirca in homine amicitia erga ſeipſum conſtare poſſe uidetur, non etiam in reliquis animantibus. Neque enim equus ſibijpſi amicus eſt, neq; pueri, donec electionem per ætatem conſequantur: iam tum enim puer pro cupiditate à ſeipſo diſſentit. Cognatorum amicitiæ ſimilis uidetur ea quę cuiq; eſt erga ſeipſum, quandoquidem neutrũ à ſa queas diſtinguere: & ſi maximè differant, cognati tamen illi ſunt, ac unus ille quoad uixerit. Quot igitur modis amare dicatur, quodque omnes amicitiæ ad unam primam reducantur, ax dictis patet. Proprium uerò huius conſiderationis fuerit, de aoncordia beneuolentiaq; diſquirere: quæ alijs eadem, alijs uerò abſq; ſe mutuo nõ aſſe uidentur. Eſt autem beneuolentia cum amicitia neq; prorſus

B idem, nec planè diuerſum. nam amicitia tribua modis diſtincta, naque in ea quæ utile, neq; aa quæ uoluptatem ſpectat, conſiſtit. ſiue enim utilitatem uolunt, non ob illum, ſed ſe, hanc cupiunt. Videtur autem beneuolẽtia quemadmodum & amicitia, non beneuolentis eſſe, ſed eius cui is bena uult. Si in iucundo amicitiam aonſtituas, beneuolentiam etiam inanimatis tribues. Quapropter baneuolentia circa moralem amiaitiam conſiſtit. uerùm beneuoli tantum eſt uoluntas: amici uerò, ut quod uult præſtet atiam.

Ac amicitiæ omnis principium eſt beneuolẽtia, ac omnis quidem amicus beneuolus, non cõtrà omnis benauolus amicus. Incipienti enim ſimilis baneuolus eſt: unde & amicitiæ principium, non amicitia appellatur. Cæterùm & conſentire amici uidentur, & conſentientes inter ſe concordesq; amici eſſa. uerùm non circa omnia amica nerſatur concordia, ſed circa res concordibus propoſitas, quæq; ad conuictum mutuum conducant. nec iuxta cogitationẽ cupiditatemq; tãtum, aoncupiſcere enim contraria licet, ueluti in incontinenta hæc ipſa quoq; ſibi repugnant.

Neque oportet ſimul pro electionis, ſimul & cupiditatis inſtinctu, conſtare cõcordiam: quippe quæ bonorum eſt tantum. praui autem eadem eligentes & appetentes, ipſi ſibi incommodant. Videtur autem aoncordia, quamadmodum & amicitia, non dici ſimpliciter: uerùm alia prima quædam, & natura recta, qua mali concordes eſſe nequeunt: alia qua etiam praui inter ſeſe conſpirant, quando pro electione ſua cupiditateq;

res ſuccedunt: quodq́; concupiſcunt & eligunt, A
eiuſmodi ſit oportet, quo potiri ambo queant.
Nam ſi eas res appetāt, quæ nequeant ambobus
contingere, certamen oritur: cū contrà inter ſeſe
concordes non ſoleant contendere. Eſt autem
concordia, eadem de principatu, ſubiectioneq́;,
electio & uoluntas: non alterutrius, ſed publici
boni gratia. quocirca amicitia quædā ciuilis con
cordia eſt. De concordia igitur beneuolentiaq́;
hæc dicta ſint. Dubitatur autē, quia magis aman
tes dicantur, qui ipſos affectos, quàm qui affecti
ſeipſos facientes reddant, cum uideatur contra-
rium iuſtum eſſe, quod crediderit quis ob utile
quidpiam, & quia cōmodare ei cōtingit. Alium
enim iuuari, alium uerò impendere decet. Ne-
que id tantum eſt, ſed natura etiam eligibilior
eſt actio: rationemq́ue prorſus eandem habet
opus & actio: & qui beneficium accipit, opus eſt
benefacientis. quocirca & in animantibus pecu
liare in generando, natosq́; conſeruando ſtudiū
eſt. Et magis parentes ſobolem ſuam diligunt,
quàm diligantur uiciſsim ipſi: & effuſiore charita
te hanc matres complectuntur, quàm patres. ac
nati itidē magis ex ſe genitos, quàm genitores
amant: quia præſtantiſsima eſt actio. & matres
effuſius quàm patres amant, quia magis ſuum
opus eſſe liberos arbitrantur: & quia opus diffi
cultate definiunt: magis utiq; generando mater
affligitur. De amicitia igitur quæ unicuiq; eſt er-
ga ſe. quæq́; in pluribus uerſatur, hoc pacto de-
terminatum ſit. Videtur autem iuſtum æquale
quidpiam eſſe, & amicitia in ęqualitate quadam
conſiſtere: niſi fruſtra dicatur, amatoria eſt æ- B
qualitas. Porrò omnes politiæ iuſti quædam
ſpecies ſunt: communicatio enim quædam eſt:
& commune omne ex iuſto conflatur. Quocirca
hæc omnia, amicitia, iuſto, & communicatione,
quis dijudicarit, ac diſcrimina quidē tenuia ha-
bet. Et quia ſimiliter habet anima ad corpus, ut
artifex ad inſtrumentum, & ſeruus ad dominū:
horum quidem nulla cōmunicatio eſt, quia duo
non ſunt, ſed illud quidem unū: & quod unius,
nullum: neque diuiſibile utrique bonū, ſed am-
borum unius, cuius gratia eſt. Corpus enim in-
ſtrumentum eſt congenitum, & ſeruus domini
uelut particula & inſtrumentum ſeparabile: in-
ſtrumentum autem, uelut ſeruus inanimatus.
Reliquæ autem communicationes ſunt, aut par
ticula communicationum ciuitatis, uelut con-
tribulium eſt, & quæ uocatur orgiorum. præte-
rea quæſtuariæ reſpub. Verùm ciuitates omnes
communicationibus quibuſdam continentur,
& rectæ & tranſgreſſoriæ. Quemadmodum in
harmonijs, ſic in ciuitatibus uſuuenit. quæ in re
gia quidem, parentis eſt: in ariſtocratia, uelut ui-
ri & uxoris: ſimplici autem repub. fratrum. ex-
ceſſus autem in his, tyrānis, oligarchia & plebs.
& iuſta quidem totidem ſunt. Quemadmodum
uerò æquale aliud quidē numero eſt, aliud pro-
portione: ſic & iuſti & amicitię communicatio-
nis ſpecies ſunt. ſecundum numerum quidem,
ut ſocialis amicitia: nam ipſa definitione termi-
natur. ſecundum proportionem uerò, ariſtocra-
tia, optima & regia. Neque enim idem principi

A ſubditoq́; iuſtum eſt, ſed ſecundum proportio-
nem. Sic & amicitia ſimiliter patris & filij: neq;
abſimilis in communicationibus ratio. Amici-
tiæ autem ſunt, naturalis, ſocialis, cōmunicati-
ua, & quę politica appellatur. Et naturalis quidē
multas ſpecies habet: alia quidē ut fratrum: alia
ut patris & filiorum: illa iuxta proportionē, hæc
uerò ſecundum numerum. propinqua enim ſo-
cialis eſt, in qua ſinguli dignitate participant. Po
litica autem maximè ad utilitatem comparata
eſt. nam quia ſibi per ſe non ſufficiunt, conueni-
re uidentur & conuictus mutui gratia. ſola autē
ciuilis, & quæ in illa tranſgreſsio committitur,
non ſolum ut amicitiæ ſunt, ſed ut amici, iuxta
eas inter ſeſe communicant. aliæ uerò iuxta ex-
ceſſum: potiſsimum uerò iuſtum in utilium ami
citia conſiſtit, eo quòd hoc ipſum ciuile iuſtum
exiſtat. alio enim pacto ſerra & ars ſimul conue-
niunt, non communis alicuius (nam ut orga-
num & anima) ſed utentis gratia: contingitq́;
ut eam induſtriam id inſtrumentum conſequa-
tur, quæ ad opus iuſtè conueniat, ut cuius gra-
tia exiſtit. ac in terebro id ipſum dupliciter: prę-
ſtantior enim actus eſt perforatio ipſa: & in hac
quidem ſpecie corpus & ſeruus, uelut dictum
eſt prius. Quærere igitur, quo pacto amico con
uiuendum ſit, ipſum eſt iuſtum quærere. Nam
in uniuerſum omne iuſtū ad amicum pertinet:
iuſtum enim aliquibus & inter ſeſe mutuò com-
municantibus iuſtum eſt. & amicus communis
eſt, alius genere, alius uerò uitæ ratione. Homo
enim ſolus non ſolum ciuile, ſed œconomicum
B animal eſt: & non ut cætera aliquando ſe alte-
ri, aut uiro, aut mulieri coniungens, aliquando
uerò fugitans & latitans: ſed communicabile
animans homo eſt erga eos, quibus cum natura-
lis cognatio illi intercedit. quocirca & commu-
nicatio & iuſtum quodpiam erit, etiam ſi urbs
non ſit. Nam & domus & amicitia quædā eſt.
Serui equidem & domini, uelut artis & inſtru-
mentorum animæ & corporis cōmunicatio eſt.
uerùm nec amicitię neque iuſtitiæ ſunt, ſed pro-
portionale quidpiam: quemadmodum & ſalu-
bre non iuſtum eſt, ſed proportionale. Mulieris
autem & uiri amicitia, uelut utile quodpiam, &
communicatio: patris uerò & filij, uelut Dei er-
ga hominem, & benefici erga accipientem, & in
uniuerſum natura imperantis ad natura ſubie-
ctum. fratrum autem ad ſe inuicem, maximè ſe-
cundum æqualitatem eſt ſocialis. Neque enim
ſpurius huic eſt demonſtratus. ambobus autem
pater Iupiter uocatus eſt meus princeps. hæc e-
nim à quærentibus æquale dicuntur. Quocir-
ca in domo primùm fons & principium amici-
tiæ ciuitatisq́; & iuſti oritur. Quia uerò tres a-
micitiæ ſpecies numerātur, iuxta uirtutē, iuxta
utilitatē, iuxtaq́; iucundū, ſingulæ hæ in duo di-
ſtribuūtur: quandoquidē unaquæq; harū & ſe-
cundum exceſſum, & ſecundū æqualitatem exi
ſtit. Iuſtum autem circa has ex controuerſijs pa-
tet. nam in eo quod eſt iuxta exceſſum, propor-
tione quæritur, non ſimpliciter, ſed excellens cō
uerſim proportionale erga inferiorem flagitat:
ſic quod ab inferiore ſit, in idem tendit. unde
ita

ita Inter ſe diſponuntur hæc, oelut impetans ad
ſubdirum: ſin minos, numeto æquale quęretur,
quemadmodum & in reliquis communicatio-
nibus uſuuenit, ubi intetdum numero, interdō
proporrione ęquale poſtulantur. Nam ſi ęquale
numero argentū illatum fuerit, id ęquali nume-
ro diſtinguunt: ſin uerò numero non ęquale fue
rit, proportionale erit. Excellens uerò contrariæ
conuetrit proportionale, iuxtaq; diametrū iun-
gir. Ac ſic quidem uidearur inferior reddi exce-
dens, & miniſterium publicum fuerit amiciria
& communicatio. quocirca aliquo alio æquare,
& proporrionale reddere conuenir, honore ſcili
cet, qui Deo natura principi tribuitur à ſubie-
ctis. Sed & lucrum æquare cum honore conue-
nit. Ac amiciria quidem ad æqualitatem conſti-
tuta ciuilis eſt. Ciuilis aurem utilirati deſtinara
eſt: & quemadmodum urbes, ſic etiam ciues ſi-
bi inuicem amici exiſtunt. Et eodem modo non
cognoſcuntur ab Athenienſibus Megatenſes, ac
ciues ipſi, niſi inuicem urilea fuerinr: uerùm ex
manu in manum hæc amicitia eſt. Portò hic &
præſes eſt & ſubditus, nō naturale nec regium,
ſed quod in parte conſiſtit: neque eius graria ut
beneſaciat Deos, ſed ut ęqualitas ſit boni ac mu
neris honorarij. Ad æqualitatem autem prorſus
comparata eſſe uult ciuilis amiciria. Cæterùm
urilia amicitiæ duę ſpecies ſunr: alia enim lega-
lis eſt, alia moralis. ac reſpicit ciuilis in æqualira
tem & rem ipſam, quemadmodom emenrea &
uédéres: unde dicitur, merces oiro amico. Quan-
do igitur ex pacto cōuenitur, ciuilis eſt legalisq́;
B amicitia: uerùm cum tem arbitrio commirtunr,
ad moralem amicitiam accedit, & ſoclalem. quo
circa potiſſimū in hac amicitia expoſtolatio eſt,
eo quòd prætet naturam. Reliquæ enim amici-
tiæ ſunt, & quę utilitatem ſpectat, & quæ eſt ſe-
cundum uirtutem. Nonnulli uerò utraq; com-
plecti uolunt, & quidem utiliratis gratia conſue
tudinem cum alio habent. Moralem autem fa-
ciunt ur moderati: proinde fidem habenrea legi
timam nō faciunt. Nam inter trea iſtas, utilis illa
expoſtulationes habet frequentiores. Virtus e-
nim accuſationis expers eſt. ſuaues auté, haben-
tes erogantesq́; cōciliantur: utiles autem non fa
cilè io gratiam redeunt, niſi legitimæ atq; ut ſo-
cios decet inter ſeſe congrediantur. Inrer utiles
aurem amicitias, legitima ipſa quoq; criminario
ne uacat. pecunia enim de controuerſijs decidit
legitima, qua & æquale menſuratur. Moralis au
tem uolunraria conuentio eſt. quocirca lex alibi
ita conuiuentibus poſita eſt, quæ in cōtractibus
uoluntarijs utrum rectè habeant, non interponi
tur. bonis enim inter ſeſe iuſtum nullum eſt: hi
uerò ut boni, etiam contrahentibus. Licet au-
tem io hac amicitia, otrinq; accuſationes ancipi
tes fieri, quo nam pacto utrinq; utantur, quan-
do iuxra motes, non legitimè fidem habenr. ac
dubium quidem, otrónam modo iuſtum iudica
re conueniat, an reſpectu rei præſtitæ, quanra ſit
& qualis, an accipientis. Cootingit enim inter-
dum, quod inquit Theognis: Tibi qoidem dea
id paruum eſt, mihi uerò ingens. nam conrrariū
euenire poteſt, uelut etiam in oratione ait: Tibi

A quidem luſus ſit, quod mihi mortem adferat.
Hinc igitur accuſationes petuntur. nam ille qui
dem repetit officium, ut qui rem magnam præ-
ſtiterit, cum adeſſet egenti: aut ſi quid aliud di-
cat, allatum quantū quidem potuerit, ſed quod
illi expediebat. hic autem cootrà, qoanrum illi
par fuiſſet, non quantum ſibi commodaſſet. in-
terdom uerò tranſſumpta expoſtulatione con-
trooertit: ille enim quantulum ipſi contiglt, hic
oerò quàm magnum pro facultatibus præſtire-
rit. uelut ſi in periculu conſtitutus, ille drachmæ
precio adiotus ſit: hic quidem periculi, alius
oerò argenti magnitudinem reputabit, uelut in
retributione pecuniæ fieri ſolet: nam & hic de
his controuertitur. Nam alius ut tum, hic uerò
ut in præſentiarum res eſt, niſi contilienr, iudi-
candum arbitratur. Ciuilis igitur amicitia con-
oentjonem & rem ipſam intuetur, moralis au-
tem ad electionem reſpicit. quocirca iuſtum hoc
magis eſt, & iuſtitia inter amicos uſurpata con-
tentionis cauſa. Vnde honeſtior amicitia, mo-
ralis: utilis autem, neceſſaria magis. Equidem
nonnulli moralem amicitiam præ ſe ferunt, ue-
rùm ubi quid aduerſum experiuntur, declarant
ſeſe diuerſos. Nam quidam ex bonorum facul-
tatumq́ue copia, honeſtum perſequuntur: qua-
propter & honeſtiori rei amicitia quædam eſt.
Quocirca manifeſtum ut hęc diſtinguenda ſiot.
Nam ſi morales amici ſunt, ad electionem ſpe-
ctandum eſt, num æquale uel ſecus, alteri ſit ab
altero poſtulandum: uerùm ſi utiliratis mutuæ
gratia conueniunt, & ciuiles quantum quiſque
commodarit, expenditur. Quod ſi hic quidem
ex more, ille uerò ex utili ſtatuat, noo pulchtum
quidem, ſed factu neceſſarium tamen, ut boni
id conſulamus, ſimiliter & in alrero: ut quia mo
raliter quidem de rebus non iudicat, at nihil ſi-
mulat, in amicitia tamen contentus alrer in ta-
lem amicum incidiſſe ſit. Moralem igirur ſe-
cundum electionem eſſe patet, quoniam etſi
magnis beneficijs acceptis uel ob facultatum
penuriam non rependit, ſed quantum potuit,
præſtitit, rectè habet. Atque ita Deus pro fa-
cultatum modulo noſtratum ſacrificia æſtimat,
uerùm ementi, ac mutuò ad uſuram danti, ni-
ſi amplius iſthinc prouenturum polliceare, non
ſuffecerit. Vnde multæ accuſationea in ami-
cos oriuntur, niſi iuſtum illud puto iudicio pro-
ſpiciatur: difficile enim eſt ad unum quidem
exquirere, quæ non recià ſe inuicem ſpectant,
oelut inter amantes uſuuenit. Vbi alius ob con-
uiuendi uoluptatem complectitur alium, ille
uerò ipſum propter utilitatem. Verùm quan-
do ia amor refrigeſcit, alio ſuperueniente ali-
quo ſit alius, ac tum inter ſeſe ratiocinantur,
uelut Python & Pammenes altercabantur. &
in uniuerſum, quæ præceptoris erga diſcipu-
lum ratio eſt. Neque enim ſcientiam & facul-
tates uno aliquo metiri conuenit. Ac uelut Pro-
dicus medicus erga mercedem malignè perſol-
uenrem, & cirharœdus & rex: hic enim ut cum
iucundo, ille uerò ut cum utili uerſatur. Et quia
perſoluere beneficium oportet, iucondum ſe-
ipſum exhibet, & ad hilaritatem prouocat,

ſic uiciſsim ille alis promittit. Quo autem pacto
hæc dijudicâda ſint, etiam binc manifeſtum ſit.
Nam utique hoc loco uno quopiam hæc menſú
randa ſunt, uerùm non termino, ſed ratione: pro
portio enim metienda eſt, quemadmodum & ci
uilis communicatio ſolet. Nam quo pacto inter
agricolam ſutoremq́; communicatio conſtabit,
niſi ex proportione æquetur opera? Nam qui
non eodem reſpectu ad inuicem agunt, menſu-
ram habent proportionem: uelut ſi hic quidem
ſapientiam, alter uerò pro ſapientia pecuniam à
diuite poſtulet. Deinde uerò quid datum ſit, cô-
ſiderandum erit. Nam ſi alter ex acetuo minori
partem dederit: ille uerò ex maiore non multi-
plicem, iniuria utiq; afficit. Ac recurrit quidem
hoc loco prima controuerſia, an ut utiles conue
nire ſeipſos affirmaodum ſit, alter iuxta aliam
quampiam amicitiam. Porrò diſcutiendum, an
bono juxta uirtutem amico præſtandum ſit be-
neficium & auxilium, an retribuenti facultati-
busq́; Inſtructo. Quæ eadem quæſtio eſt pror-
ſus, an amico potius quàm uiro bono ſit benefa
ciendum. Et ſiquidam amicus idem etiam uir
bonus fuerit, nô ſit difficile iudicare, niſi fortaſſe
quis alterum amplificet, alterũ uerò imminuat,
amicitiæ uehementiam tribuens, bonitati uerò
mediocritatem: ſin ſecus fiat, multæ quęſtiones
oriuntur. Velut ſi hic quidem erat, non erit autẽ:
ille autem erit, ſed nondum. Vel hic quidem fa-
ctus eſt, non eſt tamen, uel eſt, non erat, neq; erit:
óerùm id laborioſius fuerit. Quocirca nihil di-
cit Euripides, ſcribens, rationem rectam adferri,
ubi merces rationis inferatur, opera illis operũ
uice præbuit: nec omnia patri conueniunt, ſed
& matri alia, quâlibet ſit præſtantior pater. Ne-
que enim Ioui ſacrificantur omnia, neq; omnes
honores, ſed quoſdam admittit. Fortaſſe igitur
ſunt, quæ utili præſtare oporteat, alia rurſum
quæ bono: nempe cui non alimentum & neceſ-
ſaria propriè competant, conuiuere enim illi o-
portet. Et quoniã uiuere rectè decet, ei præſtan-
da non quæ ipſe, ſed utilis largiatur: uerùm qui
id faciunt, pręter quàm decet omni amato idem
præſtant. Neque iuſtæ ſunt, quæ in orationibus
amicitiæ definitiones conſtituuntur. Etſi enim
omnes amicitiam exprimant, non tamen eandẽ
determinant. Vtili enim competit uelle alteri
bona, & benefacienti. Nec tamen hæc amicitiæ
definitio id uerè exprimit, ſed alij eſſe, alij uerò
côuiuere aſsignatur: ei uerò qui uoluptuarius a-
micus eſt, communis dolor, communisq́; læti-
tis tribuitur. Atq; omnes quidem hæ definitio-
nes amicitiam quandam oſtendunt: nulla uerò
propriè unam exprimit. Nec ſingulæ ſingulis a-
micitiæ congruunt, etiamſi uideantur. Velut ele
ctio eſt exiſtendi, quæ & ei quidem ſecundũ ex-
ceſſum & facienti competit, qui ſuo operi id in-
exiſtere uult, ac eroganti utiq; conuenit, & ut ſit,
& ut retribuat. Verùm non huic, ſed iucundo cô
uiuere decet. Nonnulli autem amici ſe inuicem
iniuria afficiunt. *

Conſiderandum autem eſt de ſufficientiæ a-
micitiæq́; conditione, quo pacto inter ſe affectæ
ſint ipſarum facultates. Quærat enim fortè quiſ-

A piam, nô per omnia ſufficienti amicus ſit, cumq́;
uir bonus ſufficientiſsimus & unà cum uirtute
beatus, quid habeat opus amico: neq; enim uel
utilibus, uel prouidis, uel alieno conuictu ſuffi-
ciens opus habet, quippe qui abundè ſibijpſi cô
uiuere adeſſeq́; poſsit. Veluti Deus qui cum nul
la re egeat, nec amico etiam opus habet. Quocir
ca & homo beatiſsimus minimè omnium eget
amico, niſi quatenus impoſsibile eſt ex ſeſe ſibi
ſufficientem eſſe. Vnde neceſſum eſt optimè ui-
uenti amicos pauciſsimos eſſe, neq; comparan-
dis amicis operam illos dare, ſed eligere non u-
tiles tantum, ſed ad mutuum conuictum etiam
ſuaues. Atq; hioc ſanè perſpicuum euadit, nec u-
ſus, nec utilitatis gratia, ſed propter uirtutẽ tan-
tum uerum amicum eſſe. Nam cùm re nulla ege-
mus, tum magis omnes, ſuis etiam bonis frutu
ros, magisq́; in quos conferant, quàm à quibus
accipiant beneficia quærunt. Et accuratiore iudi
cio pollemus rerũ copia affluentes quàm egeni,
magisq́; tamen amicos conuictui idoneos requi
rimus. De hac autem quæſtione côſiderandum
eſt, utrum aliud quidem rectè dicatur, aliud ue-
rò lateat propter parabolam. Manifeſtum equi-
dem id quidem, ſumentibus quid uiuere actu
ſit. Atq; ut finis, pater enim id eſſe ſentire & co-
gnoſcere: quocirca & conuiuere eſt ſimul ſenti-
re & cognoſcere. Verùm idem ſentire & cogno-
ſcere, cuiq; maximè expetitur, ob cognitam om
nibus uiuendi cupiditatem, ac uitæ cognitionẽ
quandam diſponit. Verùm ſi quis detrahat hęc,
& cognitionem conſtituat ipſam per ſe & non
B per ſe (id equidem latebit, uelut in oratione ſcri
ptum eſt, reipſa tamen licet non latêre) nihil re-
ferat ſi alium pro ſeipſo cognoſcat: ſed quod ſi-
mile uiuere alium pro ſeipſo diuerſum eſt. ratio-
nabile autem eſt, ſuum cognoſcere & ſentire o-
ptabilius eſſe. quocirca coniungere hæc duo in
oratione oportet, uiuere & optabile, & quod bo
num ex his conſtat, quando Id ineſt eadem natu
ra participantibus. Quoniam igitur in eiuſmodi
ſerie, altera ſemper in alterius ordine côtinetur,
& quod operæprecium eſt cognoſcere, utiq; &
eligere, & ut in ſumma communicatio determi
natę naturę: quocirca idem uelle ſentire, eſt eun
dem talem quendam eſſe uelle. Et quoniam nô
ſecundum nos ipſos horum unumquodque ſu-
mus, ſed participatione facultatum ſentiendo
cognoſcendoq́; (ſentiens enim ſenſibilis reddi-
tur, ut iuxta hoc, ut ſecundũ prius ſentit qua &
cuius, & cognoſcibilis redditur cognoſcens) eo-
dem pacto & uiuere ſemper uolumus ob iuge
cognoſcendi deſiderium: hoc eſt, quia & ipſe co-
gnoſcibile quidpiam eſſe cupit, electionem eſſe
cupit. Electionem autem côuictus ſtultum fortè
quiſpiam iudicarit. In congreſsibus primùm e-
tiam animalium cæterorũ, ut ſimul edere, ſimul
bibere. quid enim aut in communi, aut ſeorſim,
ſermonẽ conferre differt? Deinde etiam ſermo-
ne communicare, cuiuslibet eſt. Adde quod qui
amicus idoneus eſt, diſcere uideri non uult. Do-
centis enim amicus non eſt, quando ſimilitudo
quædam eſt amicitia, ſed uidetur tamen. Equi-
dem ſuauius bonum omnes cum amicis cômu-
nica-

nicamus. quantū ſcilicet quodq; ſuauitatis adijcit, & quà præſtantiſsima quiſq; pollet. Ex his autem alia uoluptatem corporalem, alia muſicá, alia phyſicam contemplationem habent. Audacia porrò congrediendi amicos decet. Vnde quidam loquit, Labor, ſunt procul amici: quocirca uoluptate allata non diſiunctos eſſe oportuit. Vnde amor maximè, ut uidetur, amicitiæ ſimilis. bene enim uiuere amor cupit, non equidem quàm oportuit potiſsimum, ſed iuxta ſenſua. ratio ergo illa dubitando profert: ipſum autem opus ſic contigiſſe uidetur. Vnde patet, hæc ambigentem nobis imponere. Veritas autem hinc cōſideratur. amicus enim eſſe uult, ut prouerbium habet: Alter Hercules, & alter ipſe. Atqui diuulſus eſt: difficileq; quę ab uno diſceſſerunt, unum eſſe. Atqui iuxta naturam quidem quæ cognitiſſima eſt, ſimilis eſt: iuxta corpus uerò diuerſus, ac etiam iuxta animam diuerſus eſt, iuxtaq; partes animæ diuerſus: nihilominus idem indiuiſusq; amicus eſſe uult. Itaq; amicum ſentire, ſeipſum quodammodo ſentire neceſſariò eſt, cognoſcereq;: ac ſi quid moleſtum amico incidit, in eo collætari ac cōuiuere amico, ſine dubio iucundum eſt. accidit enim, ut illius ſenſus aliquis nobis ſimul ingeratur, præſertim ſi qua diuina uoluptas eſt. Cauſa uerò huius eſt, quia ſuauius eſt ſemper, in meliore bono ſeſe contemplari. Hoc autem nunc quidem affectus, nunc uerò negocium, nunc aliquid aliud eſt, in quo bene uiuere & amico ſit poſsibile. Conuiuere igitur oportere, idque maximè uelle omnes, tum beatiſsimum optimumque, potiſsimum talem eſſe. Verùm quod ex ratione id non eluxerit & rationabiliter, id conſecutō ſit, ex uerè dictis, utputa cōpoſitione collationis, in prōptu ſolutio eſt, quod eiuſmodi non ſit, ut amico egeat aut ſimilem requirat, non reputabit pari ratione uir bonus. Neque enim in hunc modum Deus habet, ut qui pro ſua excellentia nihil pręter ſeipſum cogitat. Nobis autem bonum aliunde euenit, unde & neceſſum habemus multos amicos conquirere, cum ipſe bonum ſit. Simul autem amicum eſſe nullum uti multi amici, rectè utrunque affirmatur. Quia enim multis conuiuere licet, ſimul etiam ſentire nobiſcum quàm plurimos utique gratiſsimum ſit. Rurſum quia difficile in paucioribus, neceſſum eſt actum in mutua ſenſatione conſiſtere. Non ſolum multos comparare arduum eſt, ſed etiam cōparatis uti. Et interdum quidem abeſſe amatum uolumus proſperè degentem: interdum uerò participare ijſdem, ſimul cum eo quod amicum gratumque eſſe cupimus. Nam cum bonum obuenit, eo utiq; omnes participare uolunt: non obueniente autem, ſecus. Et quemadmodum Herculem mater potius Deum eſſe uolebat, quàm unà cum ipſa manentem, Euriſteo mercenariam operam locare. Sic enim diceret, & quem Lacon dicterio irriſit. Vocantem fortè, dum tempeſtate affligererur, iubens Caſtorem & Pollucem implorare. Videtur enim amantis eſſe, à moleſtorum participatione arcere, alterius autem, ſimul eadem ſuſtinere uelle: quocirca utraque rationa-

A biliter eueniunt. Nihil enim decet amico tam acerbum iudicari, ut non teneat priores iucunditate amicus. Videtur tamen nō malum ipſius expetendum, quando ſatis eſt ipſos adfligi: unde & participationem eiuſmodi uetant, ſed ne uideantur ſua ſpectare, inque amici perturbatione læticiam affectare. Sed & leuius mala tolerantur, cum non ſoli ferunt. Et quia eligendum eſt, & ut bonum nobis contingat, & ut ſimul potiatur amicus, patet, quòd ſimul in minore bono uerſari, quodammodo eligibile ſit, aut cum maiore ſeorſim. Et quia incertum eſt quantum, iuxta ſimul illud diſtinguuntur, ac ſimul quidē omnibus participatione amicum eſt, quemadmodum & ſimul conuiuari iucundius aiunt hęc habentes, alij autem contrà non uolunt. Quoniam hyperbolas quis probauerit conſitentibus, in perturbatione magna ſimul communicandum: in ſucceſſu autem magno, ſeorſim agendum. Similiter etiam circa infortunia: interdum enim amicos præſto eſſe uolumus, neque dolere, quando ſcilicet nihil ſint nobis amplius effecturi. Interdum uerò iucundiſsimum præſto eſſe, id quod ob prædicta cōtingit: quandoquidem natura afflictum, & in mala habitudine conſtitutum uidere, non minus quàm in nobis ipſis refugimus: gaudentem autem iucundumque & non dolentem amicum, uel ut rem multò ſuauiſsimam intuemur, propter cauſam prædictam. Quocirca utrumlibet horum fuerit, magis ſuauem uoluntatem, ut uel adeſſe uel non adeſſe propenſionem reddit, idque in de-

B terioribus ex eadem cauſſa. Maximè enim cupiunt amicos non felices eſſe. Sed & nec in aduerſis cruciant: quocirca nonnunquam ſimul quos amant interimūt. Maius enim id eſt quàm ſi proprium ſentiatur malum, quemadmodum & recordantes in quo ſucceſſu uixerunt, magis quàm ſi perpetuò ſe malè habiturum arbitretur. Dubitarit autem quis, an amico quolibet, & ad quæcunque idoneus eſt, & aliter etiam uti liceat, ut oculo ad uidendum, aut eo diſtorto peruerſe, ac ut unum duo eſſe appareat intueri. Ambo igitur illa, & oculus & quod oculi eſt reuera, & per ſe ſunt, alterum uerò per accidens. Quemadmodum & in cibo eſus & uomitio, ac uelut uerum & error. Nam qui uolens non rectè ſcribit, ignorantia uti ſolet, uelut qui conuerſis membrorum officijs pedibus manuū, & manibus (quod ſolent ſaltatriculę) pedum uice utuntur. quæ ratio omniū etiam pręſtantiſsima eſt ſcientiarū, atq; ita iuſticiam ut iniuſticia licet uſurpare, uelut qui ex iuſticia iniuſta agit, perinde ut qui imperita & ſtolida ex ſcientia. Verùm ſi id impoſsibile, manifeſtū eſt, uirtutes non eſſe ſcientias, quando non licet ex ſcientia ignorare, ſed errare tantū, eademq; ex ignorantia facere: nec minus tamē ex iuſticia & iniuſticia quidpiā agit. Sed enim quādo prudentia ſciētia eſt, & uerum quidpiam idē faciet ea: liceat enim ſtudio à prudētia deſipere in ijſdem, quibus & ſtolidus. Verū ſi ſimplex cuiuſq; quatenus quidq; eſt, uſus fuerit, etiam ita agentes fecerint ſapiēter. In cæteris igitur ſcientijs alia quædam princeps eſt, quæ

quæ alimenta miniſtrat. Er principiis rurſum illius alia quædam, non tamen ſcientia uel intellectua: ſed nec uirtus, ut qua utitur, quando temperantis uirtus etiam ſubditi uirtutem ſibi uſurpat. Quid igitur eſt, an ut intemperantia, uitium irrationalis animæ partis, & quo nam pacto intemperans mente præditus fuerit. Verùm præualens euertit mentem, ratiocinarurque contraria. *

Et ſi uirtus quidē in illo, in ratione uerò ignorantia reſideat, ubi reliquæ iam uendicantur: ſic etiam licet iuſticia iuſtè quoq; maleq;, & prudentia ſtultè abuti, unde contraria eueniant. Abſurdum enim, ſi quod in rationali parte uicium inſidens, euerſa ratione ignorantiam inducat. Virtus autem inexiſtentē in ratione ſtulticiam non euertit hanc, rectumq́ue de rebus iudicium format. Rurſum autem prudentia rationalem partem occupans, ex irrationali intemperātia ſublata, moderatas actiones efficit, id quod continentiæ uidetur proprium. Itaq; licet ab ignorantia prudenter, aliterq́ue à prudentia imprudenter rebus uti, quod in cæterarum nulla euenire cernimus. Velut cum medicinam & grammaticam nutrit intemperantia. * Iniuſtus enim omnia quæ & iuſtus poteſt, & in uniuerſum potentiæ ineſt impotentia. Quocirca ſimul prudentes, & bonæ eorum etiam cæteræ habitudines, & corpus firmum, quando nihil fortius prudentia eſt. Verùm quod ſcientiam dixit, non rectè habet: uirtus enim eſt, non ſcientia, & genus diuerſum. * Quoniam uerò non prudentia ſolum ſucceſſum uirtutemq́; efficit, ſed fortunatos etiā bene agere, tanquam fortuna ſecunda proſperos gignente ſucceſſus, affirmamus, quæ eadem etiam ſcientiæ ſunt. Conſiderandum igitur, naturá ne fortunatus ac infortunatus ſit, an ſecus, & quo pacto res habeat. Fortunatos enim quoſdam eſſe cernimus: & ſtulti in multis, quorū ſcilicet fortuna domina eſt, proſperè agunt. quandoquidē & quæ arte adminiſtrantur, fortunam admittūt, in militia & gubernatoria. Vtrum igitur ab habitudine aliqua ſucceſsibus eiuſmodi conficiendis, aut nō idonei homines fiunt? Nunc equidem naturæ id quidem aſsignant, In quibuſdam quæ tales quoſdam efficit, quibus & à natiuitate ſtatim tale quippiam ingignit. ut uelut cæſiis, nigrisq́; oculis, certa aliqua forma inter ſe diſtinguuntur: ſic fortunati & infortunati. Tales enim nō per prudentiam proſperè agere inde manifeſtum eſt, quia nō irrationalis prudentia eſt, ſed ratione prædita, qua res adminiſtrat, eam ſibi adſcribere illi nequeunt, quippe quòd horum fortuna cauſa exiſtat. Vtcunq; etiam pateat, circa alios ſtupidos non eſſe: neque enim id abſurdum. quemadmodum Hippocratem cum geometer eſſet præſtantiſsimus, in cęteris tamen imperitum ſtupidumq́; fuiſſe conſtat, qui pecunię plurimum amiſit, ob ſtultitiam Byſantij Pentecoſtologorum. Sed & in nonnullis proſperè agunt ſtolidi. & nō rarò: uelut in arte nauium gubernatrice. peritiſsimi etiā parum ſecundam fortunam experiuntur, ac uelut in aleæ iactu, alius nihil, alius multū lucratur: quam

Pentecoſtologi ſunt quinquageſimæ exactores.

A felicitatem uel naturæ beneficio accepit, uel, ut inquiunt, beneuolentia Dei, qua etiam in exilio & eiectus benignitatem fortunę experitur, non ſecus ac malè compacta nauis rectius ſæpè agitur, non per ſe quidem, ſed quia peritum gubernatorem nacta. Sic enim fortunatus ille genium ſecundum, gubernatorē habet. Sed enim abſurdum eſt, talem à Deo genioúe diligi, nō præſtantiſsimū potius ſapientiſsimumq́;. Quapropter ſi neceſſum eſt, aut natura, aut intellectu, aut procuratione diuina, fortunam ſecundam contingere, & neutro poſteriorum eueniat: naturæ itaq; ea proſperitas fuerit aſsignanda. Verùm natura, uel rerum ſemper ſic ſe, uel ut plurimum habentium cauſa eſt: contrà autem, fortuna. Si igitur quòd præter rationem euenit, fortunæ eſſe uidetur, perq́; fortunam homines fortunati dicuntur: non equidem natura cauſa fuerit, ut quæ, uelut dictum, ſemper aut ut plurimum ſic ſe habentibus adſcribitur. Aut inſuper talis uel uoto potitur uel fruſtratur: quemadmodū cæſius cui non fortuna, ſed natura quo minus cernat acutè, cauſa exiſtit. Quocirca non fortunatus, ſed bona natura præditus dicitur. quocirca ſic de his dicendum eſt, ut quos fortunatos dicimus non fortunæ beneficio id eſſe aſſeramus: unde nec fortunati etiam ſunt, fortunæ nanq; bona ſunt, quorum ipſa eſt cauſa. Sic rurſum quæritur, an fortuna ſit in uniuerſum aliqua, uel cum ſit, an, non ſit etiam unde. Atqui neceſſum eſt, & eſſe fortunam, & cauſam eſſe. Vnde & bonorū quorundam & malorum cauſa fuerit. Etenim ſi exci-
B pienda hæc ſint, & nihil aſsignandum fortunæ, ſed alij cuipiā cauſæ, non tamen quare hanc non cernimus, fortunam cauſam eſſe affirmamus. Quocirca definientes fortunam, cauſam proportionalem hominis ratiocinationi conſtituunt, tanquam ſit quędam natura. Verùm hæc iam alia quæſtio fuerit, quandoquidē quos cernimus ſemel proſpera uſos fortuna, quare ij non rurſus & rurſum: idem enim eius cauſa. Non igitur eſt fortunæ, neq; aliud etiam quidpiam indeterminatorum infinitorumq́; contingat: erit enim bonum & malum. Scientia uerò non erit eius per imperitiam. Quando & quidam fortunati didicerunt, aut omnes ſcientiæ (quod Socrates dixit) ſcientiæ ſint. Quid igitur uetat, quo minus cuidā ex ordine, non quòd oporteat, contingat, ſed uelut ſortes procul ſint iacienda. Quid enim autem, num impetus in anima non ſunt: atqui alij à ratione, alij à cupiditate (qui & priores) proficiſcuntur: ſiquidem naturalis eſt per cupiditatem iucundæ rei appetitus, ac natura omnia ad bonum feſtinant. Quòd ſi quidam bene nati ſunt, & uelut cautionis imperiti, & citra rationē feruntur, ut dictat natura, ac cōcupiſcant, quod, quando, & quo pacto oportuit, proſpereq́ue agunt, & conſequantur ſtolidi præterq́; rationē, eadem quæ harum rerum præceptores: tales utique fortunati cenſendi ſunt, quotquot ſcilicet præter rationem plurimum proſperè agunt. Natura igitur quidam fortunati ſint, ſiquidem multifariam dicatur ſecunda fortuna: alia enim ex impetu & electione fiunt, alia uerò ſecus, & prorſus con-

ſos contrarium. nam & malè ratiocinati uidētur bene agentes, & ſecunda tamen fortuna oſos cōfiremur. ac turſus quidem in illis cum uoluerint, at minus bonum acceperint, & licet quidē iſtis per naturam ut proſperitatem conſequantur: nā impetus animi cupiditasq́; quò oportebat delatus, ſucceſſo eſt uſa: ratiocinatio autem ſtulta, quā fortuna dum proſperè adſtat, ex ijs quorum cauſa exiſtit, nō rectam expellit. Interdū uerò per cupiditatem quis malè ratiocinatus aduerſam expertus eſt. In cæteris autem quo pacto iuxta appetitus cupiditatisq́; iogenuitate ſucceſſus etit? Verùm hic ſucceſſus & fortuna duplex, quę iſtic eadem, & plures proſperitates. Quia uerò prætet omnes ratiocinationes rectas ſcientiasq́ue, quoſdam fortuna ſecunda adfluentes uidemus, manifeſtom eſt, aliam quampiam ſucceſſus cauſam eſſe. ptior autem iſta proſperitas, aut nō eſt, aut quæ oportuit coucupiuit, comq́; ratiocinatio humana deſit, non fuerit ipſius: neque enim prorſus rationis expers, nec naturalis eſt cupiditas, ſed ab aliquo corrumpitur. Secunda igitur fortuna in ijs, ubi prætet rationem ipſa cauſa exiſtit, locum habet. Id uerò improuiſum. nam pręter ſcientiam, prætereà; uniuerſale, nec tamen à fortuna profectum uidetur: uerùm propter hoc uidetur. Quocircahæc quidem ratio non probatur, naturale eſſe oti ſecuoda fortona, ſed potius quòd non omues quibus ſecunda forruna uidetut adfluere, id ex fortuoa, ſed ex natura habeāt: neq; nullins eſſe cauſam fortunam demonſtrat, ſed non omnium quorum exiſtimatur. Quæret forſan quiſpiam, an fortuna eius ipſius cauſa ſit,

B nt quid, & quando oporteat concupiſcatur, aut ſic omnium erit: nam & cognoſcendi cooſulrandiq́;. Neq; enim conſulrans conſultauit, & hoc conſultauit, ſed principium eſt quoddam: neq; cogitans cogitauit, id prius cogitare, atq; in infinitum eiuſmodi fiat progreſsio. Neq; igitur conſiderandi iunctum principium, neq; conſultaudi cōſilium. Quid igitur aliud niſi fortuna. quocirca à fortuna omnia proficiſcuntur, & quoddā eſt principiū, extra quod aliud nullum reperiatur. Ipſa autem (quæritur) cuinſmodi facultate inſtructa efficere eiuſmodi queat: qood periode eſt, ac ſi principium motus in anima quid ſit, ioquiratur. Patet autem ſic eſſe, quemadmodum in uniuerſo eſt Deus, & uiciſsim cuncta in illo: mooeotur enim omoia ab inexiſteore in nobis numioe. Rationis autem non ratio, ſed præſtaotius quidpiam eſt principiō. Quid autem ſcieutia præſtantios eſt, niſi Deus? Virtus enim organum mentis eſt: quocirca ueteres dixerunt felices ex fortuua, qui irrationabiles ad rectè agendum impellerentur, nec uelle ipſis confert: principium enim habēt & mente & uoluntate præſtantius. Alij uerò rationem habent, illud uerò non habent. Quales ſont enthuſiaſmi. hoc enim non poſſuot hi, quippe qoi ſine ratione ferūtur. Itaq; horum qui prudeotes ſapienresq́; ſunt, celeris eſt uaticinatio & durabilis, qui non à ratione profectā eſſe ſuſpicari debemos. Sed alij experimento, alij conſuetudine, ſpeculaodo utuntur. Item hi quorum eſt ratio ſolota. Itaq; & melan-

A cholici tecta ualde ſublraque inſomnia habent. Pater autem, quòd ſpecies felicitatis duæ ſunt. altera diuina: ideoq́; qui felix eſt, numine adiutum aliquid feciſſe dicunt: is aūt eſt, qui aliquid iuxta impetum diuinū facit. alter eſt, qui aliquid præter hunc impetū facit. Irrationales uerò ambo: ac illa freques magis felicitas eſt, iſta freqoēs minus. Sigillatim igitur de unaquaque uirtute determinarum eſt prius. Quia uerò ſeorſim ipſarum uim diſtinximus, etiam de oirtute, quā probitatem oocamus, dicendum erit. Singulas igitor habere reliquas, qui huius appellationem ſit conſtiruturus, neceſſum eſſe patet: oā neq; in cæteris aliter id ueniat oſu. Nemo enim toto corpore ſanus ſit, parte aūt oulla: ſed neceſſum aut omnes, aut certè præſtantiſsimas rectè habere: non diſsimilis etiam in roto ratio. Booo enim eſſe ac honeſto ſimul & bono licet, nō ipſius ſolùm nomina, ſed rerum ipſarum differentiā participanti. Omniom enim bonorū ſunt, ipſi per ſe ſuiq́; graria, optabiles, & inter bos honeſta quoq;, quę per ſeipſa omnia laudabilia ſunt. Vt enim ipſa, ita actiones ab ipſis profectæ laudari ſolent: actiones enim & modeſti, ipſaq́ue modeſtia celebratur, nō etiam ſanitas: nā nec opus eius, quando nec quod fortiter fit, laudabile eſt, tamerſi bona hæc couſiteamur. Similiter autem id etiam in cęteris per inductionem manifeſtum eſt. Bonos enim eſt, qui natura boois egregiè ſit inſtructus: præſtantiſsima enim omniaq́; ſui deſiderio excitantia booa ſuut. Hooor, diuitiæ, corporis uirtus, facultates, natura quidem ſunt booa, ſed no-

B xia nonnullis ob habituum corruptionem. Neq; enim oel ſtultus, oel iniuſtus, uel intēperaos aliquid ex eorum poſſeſſione cōmodum refersr, quemadmodum nec æger ex ſani bominis alimēto, neq; infirmus mutilusúe ex ſaoi integriq́; hominis ornatu. Honeſtus autem bonusq́; dicitur, & ex eo q, honeſta bona pet ſeipſa inſunt illi. Et eo quòd bonorum, idq́; ipſorum gratia effectiuus exiſtat: hooeſta autē ſunt uirtutes, operaq́; ab ipſis profecta. Sed & habirudo quædam ciuilis eſt, qualē & Lacones habent, & alij ſimili ingenio haberent, ita comparata. Sunt enim qui uirtutem non eſſe ſequeodam putent, niſi natura bonotum graria. Quocitca uiri boni ſunt, q, ijs natura bona inexiſtaot. Verùm iſtam probitatem non ſont uacti: oeq; enim honeſta per ſe illis ſunt, ſed boni honeſtiq́; eſſe eligunt: neque id tantum, ſed & quæ non honeſta natura, boni tamen natura, honeſtorum loco illis hsbētur. Honeſta enim ſuot, cum eius gratia faciūt eliguotq́; honeſta, uel quòd honeſto bonoq́; oatura bona, honeſta ſunt. Honeſtum enim iuſtum eſt, id oerò ſecundum diuinitatem cēſetur: hic autem ijs utiq; dignum exiſtit, ſed & decens honeſtum. Decentia aotem illum ſunt, nobilitas, diuitiæ, potentię: quocitca honeſto bonoq́; ea quoq; honeſta utilia ſunt, quæ in alijs diſcōueniunt. Neq; enim ſimpliciter bona eis bona ſont, bono autē hooeſta bonaq́;, qoippe qui moltas honeſtas actiones per ea cōficiat. Verùm qoi uirtutes æternarum rerum graria complectendas arbitrarur, per accidens honeſta facit: quocirca uirtus per-

fecta eſt probitas. Porrò de uoluptate qualis &
quo pacto ſit, tum quòd alia ſimpliciter iucunda
ſint honeſtaq;, alia uerò ſimpliciter bona iucun-
daq;, neq; uoluptas niſi in actione naſcitur. Quo
circa ſimpliciter beatus iucúdiſsimè uiuit. Neq;
id temere homines arbitrantur, ad qué referens
ſanum corpus iudicat, & cuius reſpectu aliquo-
uſq; progrediendo, ſanum ſit efficiendũ corpus,
non etiã ſi plus ſit minusúe: ſic & uiro bono cir-
ca actiones electionesq; natura bonorum non
laudabilium tamen, terminú quendam & de ha
bitudine, & de electione ac fuga, uel paucitatis,
uel copiæ diuitiarũ, deq; ſucceſsibus conſtituere
oportuit. In prioribus quidem oſtenſum eſt, ut
ratio dictat: quod idem eſt ac ſi quis dicat, ſe ali-
mento ſumendo omnis obſeruare, ut medicina
ac ratio dictat: quod uerum quidem, ſed parum
manifeſtum eſt. Oportuit igitur iuxta quod im
perat, iuxtaq; habitudiné & actionem imperan
tis uitam inſtituere, uelut ſeruus iuxta domini,
ſingulsq; iuxta conuenientem ſuum principatú.
Quandoquidé & homo ex imperante ſubditoq;
cóſtituitur, ac unumquodq; neceſſum habet ad
principis ſui mores accómodare. is auté duplex
eſt: aliter enim medicina, aliter ſanitas imperat,
& huic illa deſtinatur. Sic & incontemplatiuus
principatus habet. Neq; enim iubendo Deus im
perat, ſed cuius gratia prudentia eſt. Quod uerò
alicuius gratia iubet, in alijs determinatum eſt,
quoniam ille nullo eget. Quæ igitur electio poſ
ſeſsioq; natura bonorũ uel corporis, uel amico-
rum, uel reliquorum, cóſiderare maximè Deum
facit, præſtantiſsima eſt, atq; hic terminus eſt pul
cherrimus. Quæ uerò uel ob defectú, uel ob ex-
ceſſum conſiderare colereq; Deum permittit mi
nimè ea eſt peſsima. atq; ſic quidé res habet ani-
mæ. & is terminus eius præſtantiſsimus eſt, mi-
nimum, inquam, alteram irrationalemq; animę
partem ſentire, quatenus talia eſt. Qui igitur ter-
minus, & quæ meta uirtutum ſit, & quis ſimpli
citer bonorum omnium, quęq; nos poſsidemus
ſcopus, hunc in modum ſit dictum.

EVDEMIORVM ARISTOT.
LIBRI QVARTI, FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

OECONOMICORVM PVBLICORŨ, qui apud Grecos liber ſecundus habetur, Iacobo Stapulenſe interprete.

CVM quiſpiam debet aliqua
debito modo diſpenſare, lo
corũ circa quæ negociatur
minimè debet inexpertus
eſſe, ſed ſuapte natura inge-
nioſus, & ſpontè laborũ pa-
tiens atq; iuſtus: quæcunq;
enim harũ defuerit partiũ,

A complura peccabit, circa id quod ſibi parat ne-
gotium. Diſpenſationes autem ſunt quatuor, ut
eſt rudi Minerua diuidere (nam alias cũ his coin
cidere comperimus) regia, ſatrapica quæ & prę-
fectoria: ciuilis, & priuata. Harum auté maxima
& ſimpliciſsima, regia eſt. maximè euariaoa &
facillima, ciuilis. minima autem itidem & admo
dum uaria, priuata. promiſcua quidem illis mul
ta eſſe neceſſarium eſt, at quæcunq; maximè per
ſe unicuiq; earum accidunt, illa nos conſiderare
operæprecium eſt. Primùm igitur cóſideremus
regiam: eſt auté ipſa potens omnino, ſpecies ha-
bens quatuor: circa numum, circa ea quæ expor
tanda ſunt, circa ea quæ ſunt inferenda, & circa
ſumptus. Horum autem unumquodq;, ut circa
numum dico, qualis, & quando multo precio,
aut uili faciendus. Circa auté inferenda efferen-
daque, quando & qualia à præfectis in regno, ut
rex ipſe utilitaté ſuſcipiat, diſponenda ſunt. Cir-
ca autem ſumptus, quales diſpartiendi, & quan-
do: & utrum erogandi numi ad ipſos ſumptus
parandos, aut ea potius quæ numo comparan-
tur. Secundo autem loco prætoriam conſidere-
mus. eius uerò ſpecies ſunt ſex: prouentuũ à ter-
ra: ab ijs quę in regione peculiaria naſcuntur: ab
emporijs: à tributis: à paſcuis, & à cæteris alijs.
Harum autem ſpecierũ prima & optima ea eſt,
quæ à terra ſuſcipit prouentum. hæc autem eſt,
quam ij quidem oblationem, illi uerò decimam
appellant. Secunda autem eſt, quæ ab ijs quę re-
gioni peculiaria ſunt prouenit. aliquo enim in lo
co peculiare eſt aurum, alibi argentum, alibi æs,
B alibi autem quodcunq; fieri cótingat. Tertia ue-
rò eſt, quæ ab emporijs & mercatu rerum pro-
uenit. Quarta, quæ ſit à tributis earũ rerum quæ
terra profert, aliquo precio cóparandarũ. Quin-
ta uerò, quæ à pecoribus & frugibus, quæ & de-
cima uocatur. Sexta porrò, quæ eſt ab alijs à ca-
pite & manu núcupata, quòd capitatim aut pro
dignitate manuatim exigatur. Tertio uerò loco
ciuilem diſpenſationem diſcutiamus. Huius au
tem optimus prouentus eſt is, qui eſt à peculia-
ribus earum rerum quæ in regione proueniunt.
deinde ij qui ab emporijs, & mercibus quæ in li
mitibus regionis & circum circa habitantibus
afferuntur. Quarto autem & ultimo loco ea in-
ſpicienda eſt, quæ eſt priuatæ curæ. Hæc autem
eſt irregularis, ob idipſum, quòd non decet eam
ad unam intenſionem diſpenſare. minima uerò
propter id eſt, quia prouentus & impenſæ in ea
modicæ ſiunt. Huius autem optimus prouétus,
qui à terra prouenit: ſecundus auté is, qui ex ijs
quæ aliorum culpa negliguntur, ſuſcipitur: ter-
tius autem is, qui à numo. Præter autem hæc,
quòd omnibus communiter curandum eſt di-
ſpenſationibus, & quod perquirere par eſt, id mi
nimè ſuperuacaneum putemus. Maximè auté hoc
pacto, ſi ſumptus nó maiores ipſis prouentibus
ſiant. At uerò quoniá diuiſiones attulimus, poſt
hoc rurſus intelligendum, utrum prouincia, aut
ciuitas circa quam negociamur, habeat ea quæ
diuiſimus, aut plurima horum afferre poſsit, atq;
his utendũ. Hæc igitur circa œconomias, id eſt,
diſpenſationes atq; partes earũ diximus. Quæ-
cunq;

cunq; uerò nonnulli ptiorum fecerunt, faculta-
te rerum potios, quàm arte aliqua illa proſecuti
ſunt. quorũ quæ enarratu digna eſſe cenſemus,
colligimus. neq; enim hanc hiſtoriam inutilem
arbitramur fururam. Fieri enim poteſt, ot quiſ-
piam ijs accommodet, qualiacunq; ipſe efficien
da ſuſceperit. Cypſellus Corinthius uouit Ioui,
ſi dominus ciuitatis fieret, quæ Coriotbiorum
eſſent, omnia ſe oblaturum. Potitus autẽ domi-
nio, pręcepit eos deſcribi. Cum autem deſcripti
fuiſſent, decimam partem à ſingulo quoq; ſuſce
pit: at uerò ex reliquis partibus præcepit ut ope
rarentur. Exacto ſubinde anno, idem quoq; fe-
cit. Quare aoenit, ut in decem annis ille cuncta
habuerit, quæcunq; ſacrificaturum ſe uouerat:
Corinthij autem reliqua poſſederint. Lygdamis
Naxius expellens profugos, quia nullus eorum
res niſi uili mercari uoluit, eiſdem profugis uen
didit, & ſacra & reliqua ipſorum quæcunqoe in
officinia imperfecta relicta erant, etiam oendi-
dit eiſdem & aliorum cuilibet uolẽti, ita tamen
ut deſcriberetur ementis nomen. Porrò Byzan
tij indigentea pecunijs, templa publica uendide
runt, & fructifera aliquo tempore, infructifera
uerò perperuò, & ea quæ ad ſocierates, & ad pa
triam pertinebant, & quæcunq; io locis priuatis
iacebant: emebant enim carè. Quorũ erat & alia
poſſeſsio, & aliarum rerum quæcunq; erant ſo-
cietatibus publicè, aut circa gymnaſium, aut fo-
rum, aut portum, aut ubicunque quis quippiam
uendebat, & capruræ maris, & oenditionis ſali-
narum, & admirandarum rerum, artificumq;, &
uatum, & pharmaca uendentium, & aliorũ con
ſimiliom modorum, tertiam quidem partem rei
perfectæ contribuere ordinarunt, & oumorum
cõmutatiooem uni campſoriæ menſæ commi-
ſerunt: & penes nullum alterũ poteſtas erat aut
dare aut accipere: ſin minus, rerum ſuarum pri-
uatione mulctabatur. Cũ lex ipſis eſſet, ne quis
admitteretur ciuis, qui non eſſet ex ipſorum u-
troq; ciue: ipſi pecuniarũ indigentia ſanxerunt,
eum qui ex uno ipſorum eſſet, ſoluendo libras
triginta, fore ciuem. In rei frumentariæ inopia,
facti inopes pecuniarum, reduxerunt naues ex
Ponto. Tempore autẽ facto, mercatoribus mo-
leſtè ferentibus, tributum dederunt illis fœnus
ſeſquidecimum, uendentibus etiam ſtatuerunt
ultra precium dare totius partem decimam. At
uerò cum nonnulli incolarum fœnerati fuiſſent
ſuper poſſeſsionibus ſuis, decreto ſtatuerunt, ut
quicunq; tertiam debiti partem afferre uellet, li-
berè poſſeſsionem ſuam haberet. Hippias Athe
nienſis eminentias ſuperiorom tabulatorum in
uijs publicis, & aſcenſus, & præſtructiones, &
portas quæ aperiebantur foris, uendebat. Com-
parabant igitur ij quorũ poſſeſsiones erant: ſicq;
collectæ ſunt pecuniæ multæ. Numum inſuper
qui Athenienſibus in uſu erat, fecit improbum:
& precium ponens, iuſsit ad ſe ferri. Cum aut ẽ
conueniſſent ad ſignandã pecuniam nouo cha-
ractere, dedit idem argentum. Quicunq; etiam
nauis præfecturam habere, uel tribunatum, uel
impenſas ſuppeditare, aut aliquam aliam publi
cam curam gerere deberent, preciũ ponens mo-

A deratum, præcipiebat, ut is qui nellet id precij
perſoluere, deſcriberetur inter publicos admini
ſtratores. Sacerdoti præterea Palladis, quæ de-
gebat Acropoli, præcepit pro quolibet mortuo
menſuram afferre hordei, & alteram menſuram
tritici, & obolum unum: atque ſimili modo pro
quolibet puerulo nato illud idem fieri iubebat.
Athenienſes in Potidea habitantes, cum pecu-
nijs ad parandum bellum indigerent, inſtitue-
runt ut omnium facultates deſcriberentur, quæ
apud unumquemque in populo confuſæ inor-
dinatæq; erant: ſed & quo in loco unaquæque
poſſeſsio erat, ut pauperes poſſent erogare. cui
autem poſſeſsio deerat, corpus cõdemnabatur.
Itaq; ab illis quod deſcriptum fuerat, unuſquiſ-
que ciuitati ſalunm afferebat. Antiſſeus etiam,
cum ciuitas indigeret pecunijs, & ciues conſue-
uiſſent ſplendidè celebrare Dionyſia, in quibus
uaria & multa conſumebant quotannis, atque
præparabant: appropinquante hac feſtiuitate,
perſuaſit illis, ut Baccho uouerent duplicia ijs,
quæ nuper collegerant, ſequenti anno ſe datu-
ros, illa autem cõgregantes, uicinis urbibus uen
derent. quæ cum ita feciſſent, ipſis collectę ſunt
pecuniæ ad eorum uſum non modicæ. Lampſa
ceni cũ expectarent triremes multas ad ſe uen-
turas, & modium farinæ quatuor drachmis ue-
niret, præceperunt ut emptoribus uenderent
modium ſex drachmis, & olei choe menſuram
drachmis quatuor ac tribus obolis, & uini & a-
liarum rerum precia ſimiliter poſuerunt. anti-
quum autẽ precium priuati recipiebãt, at quod
B plus erat ultraq; precium, ciuitas: quare pecunijs
abundauit. Heracleotę mittentes naues quadra
ginta tyrannis qui erant in Boſphoro, nũ haben
tes pecuniarum copiam, comparauerunt à mer-
catoribus uniuerſum triticum, & oleum & ui-
num & alias merces, & tempus definierunt, in
quo ipſi precium eſſent perſoluturi: mercatori-
bus autem probè uiſum eſt ut nõ ad menſuram
diſtribuerent, ſed ſimul onera expedirent: illis
autem quod ubi ſemel dediſſent, nihil amplius
de mercede eſſet præſtandum: uerùm conſide-
rauerunt tempra, & uirum unum diſpenſatorem
in unaquaque nauium conſtituerunt. Cum au-
tem peruenerunt ad locum hoſtium, milites ab
eis comparabant omnia: cum uerò prius aggre-
gatum fuiſſet argentum, dederunt ducibus na-
uium, duces autem rurſus mercedem ſoluerunt.
quo factom eſt, ut argentum eis non defecerit,
quouſque ad propria remeaſſent. Lacedæmonij
Samijs rogitãtibus, pecuniam eis ad regreſſum
dari, conſilio decreuerunt, unam diem & ſe &
ſeruos & animalia ieiunare, & quantum expen-
diſſet quiſque, tantum dare Samijs. Carthagi-
nenſes frequentibus in ciuitate apud ipſos fa-
ctis peregrinis, mercedem debentes quam diſ-
ſoluere nõ poterant, proclamari fecerunt: ſi quis
ciuium uel inquilinorum prædam habet ex ciui
tate, aut ex priuato, aut habere uult, deſcribatur:
deſcriptis autem compluribus, miſerunt naues
quæ adnauigabant Pontum, rationabili præte-
xtu, ad prædãdum, ſtatueruntq; tempus, in quo
rationem pro ipſis dicebant ſe reddituros. col-

lectie autem compluſculis pecunijs militea di-
miſerunt, & pro prædarũ exigentia diuiſerunt:
& ſi qua erant ex iniuſta præda, ciuitas ex pro-
uentibus reſtituit. Cyzicenis etiam s d inuicem
diſsidentibus, obtinuit populus: & diuitibus ca
pns, qui debebant pecuniam militibus, ſtatue-
runt non interimere captos, ſed ubi pecuniam
dediſſent, expellere. Chij etiã cum illis eſſet lex,
deſcribi debita in publico, & pecunia indigerẽt,
ſtatuerunt ut debitores quidem ciuitati debita
aſsignarent, ciuitas uerò de redditibus uſuras
fœneratoribus diſſolueret, quouſq; ad antiquũ
diteſceret morem. Mauſolus Cariæ tyrannus,
mittente rege ad eum pro tributo, congregans
ditiſsimos regionis, dicebat, Regem poſcere tri
butum, ſe autẽ non eſſe ſoluendo. præparati au-
tem ex induſtria uiri, pollicebantur ei quandam
ſummam, quam quiſq; allaturus eſſet. His autẽ
hoc agentibus, ditiores partim uerecundia mo-
ti, partim uerò timentes, multo plura quàm illi
promiſerunt, atq; obtulerunt. Iterum pecuniarũ
egens, in cõcione uocatis Mylaſſenſibus, inquit,
metropolim (cum ſua eſſet ciuitas) muris immu
nitam eſſe, regem autem aduerſus eum bellum
decernere: qua de cauſa iubebat unumquenque
Mylaſſenſium immodicam afferre pecuniã, aſſe-
rens ſe, & eos qui attuliſſent, & reliqua eorum
bona ſeruaturũ. Quæ ubi oblata fuere, multam
ſibi coaceruauit pecuniam: at inquit, Deo non
uidetur, in præſenti mœnia ædificanda eſſe. Con
dalus Mauſoli præfectus, quando ei per regionẽ
proficiſcendi offerebat quiſpiam aut ouem aut
porcum aut uitulũ, deſcribebat dantem, & tem
pus, præcipiebatq; ut in domum reduceret, nu-
triretq; quouſq; reuerteretur: at uerò cum tem-
pus ſatis illi effluxiſſe uideretur, computans &
quòd nutriendum dederat, & quicquid fructue
inde prouenerat, repetebat. Arborum autẽ quæ-
cunq; porrigerentur aut deciderent in publicas
regiasq; uias, uſumfructum uendebat. Militum
ſi quis moriebatur, elationẽ corporis drachma
uendebat, & hinc quoq; ſimul argentum perci-
piebat: ſimulq; neq; eum fallere duces poterãt,
cum quiſpiam militũ è uita demigraret. Intuens
etiam Lycios amantes cæſariem ferre, dixit, Epi
ſtolas huc uaniſſe à rege, quæ iuberent mitten-
das eſſe comas ad proſcomia: igitur ſibi iniun-
ctum eſſe à Mauſolo, ut detonderet eos: uerun-
tamen ſi uellent capitatim taxam aliquam dare,
ſe à Græcia comas tranſmiſſurum. qui libenter
dederunt: ſicq; plurima pecunia à numeroſa tur-
ba collecta eſt. Ariſtoteles Rhodius Phoreæ prin
ceps, pecunijs indigens, uidens duas eſſe factio-
nes Phoreorũ, alteram partem ſeditionis ſecre-
tò allocutus, dixit, Alios ſibi uelle pecuniam da
re, ut illis negocia ciuitatis committeret, ipſe au
tem malle ab ipſis accipere, atq; eis ciuitatis ad-
miniſtrationem tradere. Quæ audientes, illico
pecuniam quantum præcepit, in promptu dede
re. At uerò ille rurſus alijs oſtendit, quæ ab his
acceperat, qui dixerunt ſe non minus daturos:
ſumens autem ab utriſque, conciliauit eos inui-
cem. Conſpiciens etiam ciues multas inter ſe a-
gitare cauſas, magnasq; longo ex tempore iniu-

A tias, quæ per bellum illis obtigerant, iudicium
ſtatuens edixit, quicunq; definito tempore non
eſſent ſententiam aſſecuti, legem poſuiſſe, non
ulterius fore præteritorum delictorum iudicia:
tunc autem à multis offerẽtibus pecuniam pro-
pter breuitatem temporis, & obtinendam iuſti-
ciam, multis etiam multa offerentibus ut pro-
longaret tempus, à ſingulis ſuſcipiens, immodi-
cam congeſsit pecuniã. Clazomenij in frumen-
ti penuria pecunia indigẽtes, ſtatuerunt, ut ſi qui
priuatorum haberent oleum, mutuarent ciuita-
ti ad fœnus (naſcitur enim hic fructus multus in
regione) quibus mutuantibus, conducentes na-
uigia, miſerunt ad emporia unde ipſis ueniret
triticum, habito pacto de precio olei. Inſuper de
bentes militibus ſtipendium uiginti talenta, &
dare non ualentes, pendebant fœnus ducibus
annuè quatuor talẽta. Cum autem antiquo de-
bito nihil deduceretur, ſed ſemper fruſtra conſu
merent, percuſſerunt nummũ ferreũ, qui argen-
ti haberet rationem uiginti talentorum: deinde
dantes ditiſsimis ciuitatis cuilibet ſuo ordine,
argentum ab illis receperunt æquale. quare pri
uati habuerunt ad quotidianos uſus impenſas,
& ciuitas à debito liberata: ſecundum uerò ex
prouentibus illis fœnus reſtituerunt, ſemper di
uidentes unicuiq; in parte dabant, illi autem fer
reos numos reportabant. Selibriani pecuniæ la-
borantes indigentia (lege apud eos poſita, cum
in fame conſtituti fuiſſent, non educendum eſſe
triticum) apud eos autem uetus triticum abun-
daret, ſtatuerunt priuatos ciuitati dare triticum,
B determinato precio, unoquoq; retinente ad an-
nui uictus ſufficientiam, deinde ſtatuentes pre-
ciũ quod illis rectè ſe habere uidebatur, unicuiq;
educere uolenti uendiderunt. Abydeni propter
ſeditionẽ regione facta uacua, & accolis nihil eis
porrigentibus, quia adhuc deberent, ſtatuerunt
ut quicunq; uellent, fœnerarẽt agricolis, quo ter
ram colerent, ſic ipſis primis allatio ex frugibus
fieret, alijs aũt ex reliquis. Ephesij cum pecunijs
egerent, legem poſuere, ut mulieres aurum non
geſtarent: quantũ uerò in præſentiarũ haberent
mutuarent ciuitati. Pro columnis etiam quæ e-
rant in templo, ſtatuerunt argentum eſſe ſoluen
dum: eius autẽ qui ſoluiſſet nomen eſſe ſcriben-
dum, perinde ac ſi obtuliſſet. Dionyſius Syracu-
ſanus uolens pecunias congregare, concionẽ fa-
ciens, dixit, Apparuiſſe ſibi Cererem, iuſsiſſeque
ut mulierum ornatum in templum deferret: ſe
uerò mulierum quæ apud ipſum ſunt, ornatum
obtuliſſe, atque hoc idem facere cæteros horta-
batur, ne qua fortè indignatio à dea exuſcitare-
tur. Qui autem negligeret, reum fore ſacrilegij:
afferentibus autem cunctis quæ habebant, quiſ-
que propter Deam & propter illum ſacrificans,
deæ ornatum abſtulit, tanquam à Dea mutuans.
Elapſo inſuper tempore, cum mulieres rurſus
ornatum ferrent, præcepit, ut ea quæ uellet au-
rum ferre, ordinata quædam in templo offer-
ret. Volens etiam triremes extruere, agnoſcens
ſibi opus eſſe pecunia, concionẽ uocans, inquit,
quandam ſibi ciuitatẽ tradi, ad quam opus erat
pecunijs, precariq; ciues ut quiſquis ſibi duos
ſtate-

A ſtateres mitteret. intermittens autem duos aut tres dies, tanquam in tradenda ciuitate error cõtigiſſet, ciues laodans reddidit unicuique quod miſerat: id autem agens, cines in gratia fouit. poſtea uerò arbitrantes, quòd eá accepturus eſſet, rurſus miſerunt, ille uerò ſuſcipiens, ad nauium extructionem aptauit. Cum rurſus non abundaret argento, nommum percuſsit è ſtanno, & concionem uocans, multa ſuper laudato numo dixit. Illi uerò decreuerunt, quamuis etiam nollét ut quiſq; haberet tanquã argentum, non autem tanquam ſtánum. Cum rurius pecunijs egeret, rogabat ciues ut ei contribuerent: illi autem reſponderunt, ſe nõ habere. Extrahens igitur Dionyſius uaſa quæ apud ipſum erant, uendebat, quaſi id ob indigentiam faciens. Syracuſijs autẽ ementibus, deſcribebatur quid unuſquiſq; comparaſſet: poſtquam autem preciũ ſuſcepit, iuſsit unumquenq; uas afferre quod emiſſet. Cum etiã ciues propter tributum pecora non nutrirent, dixit, quòd ei tanta ſufficerent: uolentes aũt nunc acquirere, immunes fore à tributo: multis autẽ citò multa comparantibus armenta, tanquã habituri ea eſſent abſq; tributo, opportunũ id eſſe ratus, æſtimare præcepit, impoſuitq; tributum. Hac igitor deceptione indignan ciues, illa iugulantes uendebãt: ille uerò cõtrà id ſtatuit, quod in die occidi oporteret. At illi iterum in ſacrificijs immolabant: ille uerò uetuit, ne fœminam ſacris immolarent. Rurſus pecunijs egens, iuſsit apud ſe deſcribi pecunias, quotquot eſſent familiæ orphanorũ. Deſcriptis autem cunctis, illorũ bonis abutebatur, quouſq; ad ętatem quiſq; per B ueniſſet. Cũ cepiſſet Rhegium, conuocato populo, dixit quã ob cauſam ab eo iuſtè capti eſſent, nunc tamen impenſas qoas in belli uſum conſompſiſſet percipiens, & inſuper ab unoquoque minas tres, abſolueret eos. Rhegienſes uerò quęcunq; abſconderant, in apertum eduxerunt: & egeni à ditioribus & peregrinis mutuò accipientes, conflarunt ſummã quam præceperat: quam ab ipſis accipiens, nihilominus omnium corpora uendidit, & cunctam ſupellectilem, uniuerſaque bona, ſiue occulra ſiue aperta, diripuit. A ciuibus eriam accipiens pecunias, ea lege ut illas reſtitueret, cũ ab eo repeterent, iuſsit ad ſe afferri qoantũ quiſq; poſsideret argenti, alioqui mortem mulctam indixit. Delato autẽ argento, numum percuſsit nouo charactere, deditque drachmam duarum drachmarum ualore: ſicq; debitum penes ipſum remanſit. In Tyrrheniam aotẽ centũ nauibus adnauigans, accepit è ſacello Leucotæ, id eſt, albæ deæ, aurum quoq; & argentũ multum, aliumq; apparatum immodicum. Cognoſcens etiam quòd nautæ quamplurima haberent, proclamationem fieri fecit, ot quiſq; dimidium eorom quę haberet, deferret ad ipſum, aliud dimidium habiturus: non afferenti autem ſtatuit pro mulcta mortem. Arbitrantes igitur nautæ, ſi ferrent dimidia, reliqua ſe habituros, ſecurè attulere: poſteaquã uerò illa accepit, præcepit rurſus, ut alia afferrent dimidia. Mnedei, ijs quæ à portubus, & alijs uectigalibus prouenie-bant, utebantur ad gubernationem ciuitatis, ex

A tributis antè quæ ex terra & familijs proueniebant, nihil operabantur, ſed obſeruabãt eos qui illa haberent: & cum neceſsitas pecuniarum ingrueret, reddebant ij qui deberent. Lucrabãtur igitur ex præterito tempore, pecunijs abſq; fœnore utentes. Bellum item ſuſcipientes aduerſus Olynthios, cum illis pecunię deeſſent, at adeſſent mancipia, ſtatuerunt, ut relictis cuilibet ciuium mare & fœmina, cætera ad uſum ciuitatis uenderent, tanquam in priuatorum exhibitione pecunias cõmodarent. Calliſtratus in Macedonia cum prouentus portus ut plurimum uiginti talentis æſtimaretur, modũ inuenit ut duplum conficeret. nam & conſpiciens eos qui emebant ſemper euadere ditiores, cum oporteret eos dare fideiuſſores uiginti talentorũ, proclamari fecit, quicunq; emere uellet, conſtitueret fideiuſſores tertiæ partis, ſolueret autem quiſq; quantũ ſe poſſe ſibi ſuaderet. Timotheus Athenienſis bellum gerens aduerſus Olynthios, argento egens, ſignauit æs, & dedit militibus: illis autem ægrè ferentibus, dixit: quòd illo æquè uenderet emerentq; omnes, ab ijs qui uendunt atque emunt: ipſis autem mercatoribus antè indicauit, ut quiſquis æs illud accepiſſet, illo rurſus emeret ea quæ in regione uenderentur, & ſpolia quę afferrentur. Quod ſi apud eos æs remaneret, portarẽt ad ipſum, recepturi deniq; æris loco argentum. Circa etiam Corcyram bellum exercens, exiliter ſatisfaciens militibus, petentibus quidẽ ſtipendium, inobedientibus, & ad inimicos deficere ſe uelle aſſerentibus, cœtum congregauit, B ac dixit, Non poſſe propter hyemem ad ſe peruenire argentum, cum tanta eſſet illi copia. Quapropter ſolutionem trium mẽſium, quam prius ſoluerat, ſe illis dono dare. At uerò illi ſuſpicantes nunquam Timotheũ tanta munera eius dare, niſi reuera ab eo expectarẽtur pecuniæ, quieuerunt à petendo ſtipendio, donec uoto potitus eſt. Obſidens item Samum, fructus & ea quæ in agris erant uendidit Samijs: quare pecunia ſatis abundauit ad ſtipendia militum. Cum commeatus neceſſariorumq; ad uictum in exercitu eſſet caritas ob aduenientes, prohibuit ne uenderent triticum farina cõminutum, neq; minorẽ menſuram modio, neq; quippiam liquidorũ minus quàm metretæ menſura. principes itaq; ordinũ & manipulares comparantes omnia ſimul, dederunt militibus: aduenientes autem ſumebant uictui neceſſaria: cum autem diſcederent, ſi quid reſiduum fuiſſet, principibus ordinum, manipulorumq; uendebant: atq; ita euenit, ipſos milites abundare uictuum copia, ſufficientiq; commeatu. Didales Perſa milites habens, ex ijs quæ indies ex bello conquirere poterat, illis dabat. Non habens autem nummos quos elargiretur illis ſtipendia poſcentibus, ubi aduenit tempus, quod illi uiſum eſt accõmodum, tale quippiam machinatus eſt. conuocans cœtum: Ne credatis, inquit, me pecuniarum penuria laborare, imò in quodam prædio mihi ſufficiens copia eſt, & pariter locum indicauit, atq; diſcedens illuc profectus eſt. cum uerò loco uicinus eſſet, præceſsit, & quæcunq; in templis erant argentea uaſa, di-

ripuit:prępatauitq́; multos tanquam argentum onuſti deterrent,& uaſa illa illis oſtendens ibat. Atqui uidentes milites,rati cuncta quæ fereban tut eſſe argentum,confidebant ſe ſtipendiũ percepturos:ille uerò dixit oportere eos uſq; ad Amiſon peruenire,illicq́; ſe ſtipendia percipere:erat autē plutium dierum iter ad Amiſon, & rem pus hyemis. ſicque illo tempore exercitu abuſus eſt,ſolum illis commeatum præbens,cum in exercitu & artifices & cauponarios,& commutan res haberet, quorum opera aut nihil aut perparum indigeret. Chabrias Athenienſis,Thao Aegyptiorum regi gerenti bellum, & pecunijs indigenti conſuluit, ut aliquis diceret ſacerdotibus oportere & uirorum & mulierum multitudinem ſacris initiatorum ſubmouere, propter impenſam. audientes autem ſacerdotes,& ſacerdotium penes ſe manere uolentes ſinguli propriam dedere pecuniam. poſt autem à cunctis quam accepit,iuſsit illis præcipi, decimam partem expenſarum quas prius in templo faciebāt, & reliquorum,regi mutuare, quouſq; finem bello impoſuiſſet. Ab unaquaque colonia præcepit omnes quippiam determinatum afferre: & ab unoquoque corpore ſimiliter. ex frumento etiam quod uendebatur,à uendente & emente, præter preciũ,pro modio percipiebat obolum, ab unaquaque naue, & officina, & unoquoque opus aliquod exercentium,decimam partem operis. Illis autem qui ex regione debebant ſub eo militare, præcepit afferre, ſi quis aut auri aut argenti quippiam non ſignati haberet:cum uerò plurimi attuliſſent,illo ipſe utebatur,mutuan- B tes autem præfectis claſsium commiſit,ut de ijs quæ abundarent apud eos,illis redderent. Iphicrates Athenienſis,Coty parante exercitum,effecit hoc pacto ut compararet pecuniam. Pręcipit hominibus quibus præerat, ſeminare ſibi tres modios tritici: quo facto,collegit tritici ingentem multitudinem: quam ad emptoria mittens uendidit,obtinuitq́; pecuniam. Cotys Thrax petebat à Perinthijs ſibi mutuò dari pecunias,quo ſuum congrégaret exercitum: Perinthij uerò illi dare recuſarunt. tunc eos rogauit ut uiros è ciuibus illi darent, ad cuſtodiam quorundam caſtrorum, quatenus militum opera qui nunc illa cuſtodiunt,uti poſſet:illi uerò illico id fecerunt, arbitrātes ſe futuros locorum dominos. miſſos autem Cotys in cuſtodia tenuit,præcepitq́; eam pecuniam dari, quam ab illis mutuò petierat. Mentor filius, Hermiam capiens, & prædia eius obtinens, dimiſit eoſdem curatores in regione, qui fuerant ab Hermia conſtituti. cum uerò ſecuti iam eſſent, quæcunq; abſconderant, ſecum accepere. Mentor uerò omnes capiens,diripuit uniuerſa quæ habebant. Memnon Rhodius qui Lampſaci dominabatur,pecunijs egens,ſcripſit ditiſsimis Lampſacenorum, ut aliquam magnā argenti ſummam ei conficerent,quam recepturi eſſent ab alijs ciuibus, quibus commiſſum erat illam afferre. atqui cum illis alij ciues afferrent, iuſsit eandem ſibi mutuo dari, uſque ad certum tempus,in quo eam illis redderet. Rurſus pecunijs indigēs,precatus eſt eos ut illi darent, quas

A ex prouētibus eius mox recepturi eſſent. Illi autem attulerunt, quia citò prouentuum receptio futura erat:at ubi ea quæ prouentuũ erant miſſa ſunt,ſibi illis opus eſſe dixit,ſe uerò poſtea conflatum æs,diſſolutum ire cum uſuris. A militantibus autem auferebat ſolutiones & ſtipendia ſex dierum in anno,quos dicebat exemptos: dicens, his diebus neq; cuſtodiam illis ullam eſſe, neq; itineris expeditionem: neq; ipſe impenſas faceret. Ante id tempus dabat militibus ſtipendia ſecunda die à nono menſe: à primo quidem menſe præteribant dies tres, à ſequenti quinq;, & ita uſq; ad triceſimũ diem: ſicq́; in anno menſem unum à militibus iterum auferebat. Charidemus Oritès habens quędā prędia in Aeolide, cum aduerſus eum militaret Artabazus, pecunijs Indigebat ad militares copias,primùm quidem exhibuerunt illi, poſtmodum uerò ſe non amplius habere quod exhiberēt,dixerunt. Charidemus autem conijciens prędium eſſe opulentiſsimum,præcepit, ſi quid haberent pecuniæ, aut ſupellectilem precioſam, mitterent in aliud prædium,& daret eis conductum cuſtodum. ſimul autem & ipſe hoc facere uidebatur, ſuaq́; in prædium aliud mittere. Obſequentibus igitur illi hominibus, poſtquam haud admodũ ab urbe abfuerunt, ſcrutatus eſt quæ habebant,& cepit quibuſcunq; indigebat:illos autem rurſus in urbem remiſit. Proclamari etiam fecit in ciuitatibus quibus dominabatur, neminem domi arma tenere, alioqui mulctari argento, quod per præconem indicebatur. Quod ſubinde neglige- B re uiſus eſt,& nullam eius rei curam gerere: homines autem arbitrātes proclamationem illam ſibi uanè fuiſſe factam, habebant ſinguli per regionem arma quæ prius poſſederant. At ille repentè explorationem domorum faciens, apud quos arma ſunt reperta,indictę pœnæ mulctam dederunt. Philoxenus quidam Macedo præfectus Cariæ, pecunijs indigens, ſe debere Dionyſia celebrare dicebat,ſcribebatq́; ad eos qui maximè fructibus abundabant, ut feſti eſſent apparatores, eis præcipiens quæ eſſent apparanda. Videns autem eos grauiter ferre, miſit aliquos, interrogans quid dare uellent, & abſoluerentur ab huiuſmodi miniſterio. At illi multo plura quàm ſe cenſebant expoſituros,uelle dare dixerunt,ut non uexentur,& à proprijs abeſſe nō cogantur. Ab his igitur capiens quod dederunt,ad alios rurſus ſcribebat, donec percepit quod ipſe uolebat ex ijs, quæ apud illos erant. Euaſes Syrus Aegyptiorū præfectus, ſentiens nomarchas qui ſub ipſo erant,debere rebellare, uocauit eos ad tribunalia,& omnes ſuſpendere fecit: præcepitq́; ut familiaribus eorũ diceretur,eos in carcere detineri. Vnuſquiſq; igitur affinium pro unoquoq; ſolicitus erat, ut captiuos pecunijs redimeret. Ille uerò pro unoquoq; paciſcens, & quę pacta erant accipiens,ſingulis mortuũ reddidit. Cleomenes Alexādrinus pręfectus Aegypti,ingēti fame alijs in locis facta,in Agypto aut re mediocriter ſe habente, uetuit eductionem tritici. Nomarchis autem cauſantibus ſe non poſſe tributa ſoluere,niſi educerēt,educere permiſit:ſed

per-

permultũ tritico impoſuit tributũ, ita ut pauco educto tritico, multum illi cõrigerit recipere tributũ: quo factum eſt, ut nomarchæ à ſuo deſtiterint propoſito. Tráſfretana autem Nomon, ubi crocodilus pro Deo habetur, unus puerorũ ſuorũ raptus eſt. Aduocãs igitur ſacerdotes, dixit, ſe qui prior iniuria affectus eſſet, ultum iri in crocodilos: itaq; præcepit uenari eos, & ab aquis extrahi crocodilũ. Sacerdotes uerò, ut Deus eorum non haberetur contemptui, congregatunt quantum auri potuerunt, & illi dederunt: ſicq; ab incœpto deſtitit. Alexandro rege mandante Cleomeni, ut ſibi conſtrueret urbem ad Pharon, & emporiũ quod prius erat in Canopo, illi conſtitueret: ipſe nauigauit in Canopũ ad ſacerdotes, & eos qui illic diuitias haberent, & ſe ad hoc ueniſſe dixit, ut eos deduceret colonos. Sacerdotes autẽ & accolæ afferentes pecuniam, dederũt illi, ut eos & emporiũ illis in regione relinquat: accipiens aũt, tunc quoq; diſceſsit. Porrò tranſfretans cũ eſſent ſibi parata quæcunq; erant neceſſaria ad ædificationem, petijt ab eis pecuniá, quæ longè multitudine excedebat, tanti aũt intereſſe ſibi emporiũ illic eſſe, & nõ hic: cum autẽ dicerent, ſe dare non poſſe, tranſmigrare eos fecit. Quoſdá etiá ad merces cõparandas mittens, & ſentiens eos bene emiſſe, at conueniſſe ut ei deberent ratiocinio precium ſupputare, ille ad notos emẽtium dicebat, ſe audiuiſſe eos merces ſupra precium cõparaſſe quod præceperat, & ſimul eorũ cum ſimulata iracũdia, arguebat inſciciam. Illi aũt hæc audientes, dicebant, nõ decere eũ credere quippiá obloquẽtibus in eos, priuſ- B quá ipſi ueniant, & rationem ei reddant. atq; cũ emptores ueniſſent, illi recitarũt eis quæ audierant à Cleomene: ij uerò uolentes illis & Cleomeni rẽ oſtendere, precia retulerũt, quibus emerant. Cum triticũ in regione ueniret decẽ drachmis, uocãs operatores, interrogauit, Quomodo uolunt ipſi laboraſſe? inquiunt ſe uelle illi, etiam minoris quàm quanti mercatoribus uendere: illud aũt iuſsit, ut tanti ipſi darẽt, quanti alijs uẽdebant. Atqui mox ſtatuit preciũ tritici triginta & duas drachmas, atq; ita uẽdebat. Acceitens etiá ſacerdotes, dixit, enormẽ impenſam in regione ad ſacrificia fieri: quare oportere aliqua ſacrificiorũ, & multitudinẽ ſacerdotũ tollere. Porrò ſacerdotes & quiſq; priuatè & cõmuniter ſacras pecunias dedere, arbitrantes ipſum id reuera facere uelle, & optabat quiſq; ſacrificium apud ſe fieri, & regionis eſſe ſacerdos. Antimenides Rhodius princeps factus ab Alexandro, ſuper uiæ dimidiũ, circa Babylonem, hoc pacto pecunias cõflauit. Cum antiquitus in Babylonia lex fuiſſet, omniũ quæ inferebantur decimá ſoluere, & nullus illa lege uteretur, obſeruauit præfectos omnes approbatos, & milites non paucos, & ſenes, & alios artifices accerſitos inferentes bona propria peregrinando, & multa illis allata dona, & ſecundũ legem poſitá decimá exegit. Rurſus mãcipia quæ erant in exercitu, præbens, iuſsit eum qui uellet, deſcribere quod uellet: debere autem pro anno octo drachmas deponere. Quòd ſi deficeret ſeruus, reportaret preciũ quod deſcriptũ

A fuerat. Deſcriptis igitur complurìbus mãcipijs. non pauci argẽtum utilitari fuit: ſi autẽ aliquod mancipiorũ defeciſſet, iuſsit præfectũ ſub cuius præfectura fuiſſet, exercitum conſeruando, preciũ domino eius reſtituere. Ophelas Olynthius conſtituens curatorẽ ſuper paſcuis Arthriditem, cum acceſsiſſent ad eum nomarchę loci illius, dixerunt ſe uelle illi multo plura dare: precabãtur aũt, ut mutaret curatorem, quẽ conſtituerat: interrogauit eos, ſi contribuere poſſent, quæ pollicebantur: affirmantibus ipſis, curatorẽ in officio dimiſit: quæ aũt ipſi promiſerant tributa, exigi præcepit: ergo nec curatorẽ quẽ inſtituerat ſpernere uiſus eſt, nec illos ad maiora tributa, quàm ipſi ſtatuerant, ſoluenda coegiſſe. Pythocles Athenienſis conſuluit Athenienſibus, plumbũ ex Tyrijs accipere, qui in ciuitate priuati eſſent, eo quo uendebant precio duarum drachmarũ: deinde ſtatuit illis precium ſex drachmarũ, ſicq; uẽdebat. Chabrias, cũ electi ſufficerent ad implendas naues centũ & uiginti, eſſet aũt ei opus ſolũ ſexaginta nauibus, præcepit ijs qui ex ſexaginta nauibus eius quæ remanebant nauigaturi erãt, ad bimeſtre annoná miniſtrare, aut ipſos nauigare: ipſi uerò malẽtes proprijs rebus incumbere, dederũt ea quæ præcepit. Antimenes theſauros qui per uias regias continebantur, iuſsit præfectos implere ſecundum legem regionis: cũ uerò exercitus aut turba alia abſq; rege indiguiſſet, uẽdebat ea quæ erant ex theſauris, aliquem ad eos mittens. Cleomenes appropinquante nouæ lunationis tempore, cũ ingrueret neceſsitas ſtipẽ- B dia militibus perſoluere, nauigauit ex induſtria. Procedente autẽ menſe ſtipendia perſoluit, ac reſumpſit nauigationẽ: poſtea uerò incœpto menſe, ſolutionẽ differebat uſq; ad lunam ſilentẽ: milites autẽ quia nuper receperant ſtipendia, quietè ſe habebat. Ille uerò in anno mẽſem unũ prorogans, ſemper menſis mercedẽ auferebat. Stabelbius Miſon, militibus ſtipendia debens, cum uocans duces, dixit illis: nullo pacto ſe priuatis indigere militibus, ſed ducibus: cum uerò ſibi opus eſſet, mitterer eos, dans eorum cuilibet argentum, ad colligendos externos Stipendia autẽ quæ illis debebat, ducibus ipſis pollicebatur ſe dare: præcepit igitur unumquemq; dimittere extraneos è regione. Duces itaq; arbitrantes pecuniá illam ſua fore, remiſerunt milites, ut præceperat. parum autem exacto tempore, cum mercedem poſcerent, eos conuocans, dixit, neq; tibicinem ſine chorea, neque duces ſine militibus ad quicquam utiles eſſe. Quare præcipiebat, ut è regione diſcederẽt. Dionyſius ſacella circuibat, ſicubi uideret poſitam boni dæmonis menſam auream aut argenteam, & auferre præcipiebat. & quæcunq; ſtatuæ quippiam prætẽdere uidebantur, auferri iubebat: dicens, Quodcunq; accipio, tollere præcipiunt. ueſtimenta etiam aurea, & coronas aureas ſtatuarum tollebat, dicens, ſe & leuiora & accommodatiora daturum: & ſubinde illis albiculos amictus, albiculas que circumponebat coronas.

D. ODDONI COLIGNIO CASTELLIONEO CARdinali ampliſſ. Alexander Chamaillardus S. D.

INCIDI fortè nuper, Cardinalis reuerendiſſime, in quoddam exemplar antiquiſſimum, libri ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν, libri inquã, ut mole quidem exigui, ita certè & dictione nitidi, & tractatione utilis. Exequitur enim omnia τῶν τε καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, hoc eſt, uirtutum uitiorumq; genera: idq; ea & breuitate & methodo, ut mihi uideatur non minus ingeniosè, nec minus multa hic de honeſti partibus diſſeruiſſe, quàm totis Officiorum Cicero libris: atq; etiam præter Ciceronem aliquid. Secat enim honeſtum in ſuas ille partes, hic ſimiliter atq; in plures: de uitijs ille nonnihil interſerit, hic nihilo quàm de uirtute minus diſputat: docet officia uterq; uirtutum, hic uitiorum etiam propria: latius tractat ille, hic planius tradit: dicit ille quidem abundè, hic uerò ſatis: bonus uterq;, ille copia, hic ordine, atque ut ſemel quod ſentio dicam, fecit uterq; uariè, ſed uterq; bene. Cum igitur librum in manus ſumpſiſſem, inſpexiſſemq; aliquandiu, & uehementer ille mihi, cùm propter argumentũ, tum propter autorem placuiſſet, delectatus re inſperata, allato mox Ariſtotele Græco, ad elenchum librorum diligentiſſimè contuli, ſi fortè & hoc libelli inter cæteros alicubi extaret. Id ubi nuſquã reperio factum, conſtituo non diu premere, ſed lucē tandē, quam adhuc non uidit, ut & lingua permittere. atq; id adeò tuis potiſſimũ auſpicijs. nam certè uix poſſum melioribus, nec alijs etiã exire poſtulat liber: atq; ea ſic accipit quaſi dignum digno (ut ait ille) bene locatum munus, ἄξιον μὲν ὡς ἂν ἐνεχθὲν ἐμοῦ, ἄξιον δὲ ὥσπερ εἰ ἐνεχθείη. Cognoſce igitur, & excuſa, ſi quid non ſatis aut rectum aut exactũ, aut etiam ineruditũ quid reperias, quod & carioſus liber noſtræ diligentiæ fraudi eſſe potuerit, aut etiam (id quod magis eſt) ætas rudis adhuc, & parciſſimè in ijs ſtudijs uerſata, conatum laudabilem illum quidē, ſed tamen arduum, fefellerit. Vale. Aureliæ, Cal. Ianuarij.

ARISTOTELIS DE VIRTVTIBVS LIBELLVS, ALEXANdro Chamaillardo interprete.

LAVDABILIA quidem ſunt, honeſta: uituperabilia uerò, turpia. Et quidē in honeſtis principem locum obtinent uirtutes: in turpibus autem, uitia. Laudabilia porrò ſunt, & cauſæ uirtutũ, &

A quæ uirtutes conſequuntur, & quæ exoriuntur ab ijs, & opera ipſarum: uituperabilia uerò, contraria. Quum autem anima ſecundum Platonē, in tres diſtribuatur partes. Rationalis quidē uirtus eſt, prudentia: animoſę autem, manſuetudo, & fortitudo: cupidæ uerò, temperantia & continentia: totius autem animę, iuſtitia, liberalitas, & animi magnitudo. Vitium uerò eſt, rationalis quidem, imprudentia: animoſæ uerò, iracundia & ignauia: cupidæ autem, intemperantia & incontinentia: totius uerò animæ, iniuſtitia, illiberalitas, & animi paruitas.

Prudentia.

Eſt autem prudentia uirtus animę rationalis, ea præparans, quæ ad felicitatem ſpectant.

Manſuetudo.

Manſuetudo uerò uirtus eſt animoſę, qua qui præditi ſunt, difficulter ira concitantur.

Fortitudo.

Fortitudo autem uirtus eſt animoſæ, per quã non facilè mortis metu percelluntur.

Temperantia.

Temperantia uerò eſt uirtus appetentis, per quam à malarum uoluptatum appetentia redduntur alieni.

Continentia.

Continentia autem uirtus eſt cupidæ, qua cupiditatem quæ in malas fert uoluptatea, ratione inhibent.

Iuſtitia.

Iuſtitia uerò eſt uirtus animæ, eius diſtributiB ua, quod quiſq; meruit.

Liberalitas.

Liberalitas autem eſt uirtus animæ, honeſtorum ſumptuum miniſtra.

Magnanimitas.

Magnanimitas autem eſt uirtus animæ, per quam ferre poſſunt utranq; fortunam, honorē & ignominiam.

Imprudentia.

Imprudentia uerò eſt uitium rationalis, malè uiuendi cauſa.

Iracundia.

Iracundia autem uitiũ eſt animoſæ, per quod fiunt ad iram præcipites.

Ignauia.

Ignauia autem uitium eſt animoſæ, per quod periculis, & maximè mortis conſternantur.

Intemperantia.

Intemperantia autem uitium eſt appetentis, per quod amplectuntur malas uoluptates.

De incontinentia quidem nihil, ſic autem potes definire:

Incontinentia.

Incontinentia uerò uitiũ eſt cupidę, per quod ſtoliditate huc illucq; cupiditatem circumagũt, impellentē ad malarũ uoluptatũ delectationes.

Iniuſtitia.

Iniuſtitia uerò eſt uitium animæ per quod circumſcriptores fiunt præter dignitatem.

Auaritia.

Auaritiæ.

Auaritia autem eſt uitiũ animæ, per quod appetunt undequaq; lucrum.

Paruitas animi.

Animi paruitas autem uitium eſt animæ, per quod neutram poſſunt fortunam ferre, nec honorem, nec ignominiam.

PRVDENTIAE.

PRudentiæ autem eſt, conſilium agitare, diſcernere bona & mala, & omnia quæ ſunt in uita ſequenda & fugienda: honeſtè uti omnibus bonis, cum alijs rectè uerſari, proſpicere occaſiones, ſolerter uerbis & rebus uti, experientiam habere utilium omnium. Memoria autem, peritia, & ſolertia, uel manant à prudentia, uel prudentiæ ſunt aſſeclæ, aut partim prudentiæ adminicula, ut experientia & memoria: partim tanquam prudentiæ partes, ut conſilium & ſolertia.

Manſuetudinis.

Manſuetudinis autem eſt, poſſe ferre moderatè obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi in ultiones, nec eſſe de facili mobilẽ ad iras: eſſe autem moribus comem & mitem, & ingenio eſſe quieto & ſtabili.

Fortitudinis.

Fortitudinis uerò eſt, inconcuſſum à mortis metibus, & conſtantem in malis, & intrepidum ad pericula eſſe, & malle honeſtè mori quàm turpiter ſeruari, & uictoriæ cauſam præſtare. Præterea autem fortitudinis eſt, & laborare, & in animo inſtituere, & poſſe. Accedit autem fortitudini & audacia, & animi præſtantia, & fiducia, & confidentia: adhæc induſtria & tolerantia.

Temperantiæ.

Temperantiæ autem eſt, nihil mirari corporis uoluptates, & cuiuſuis fœdæ uoluptatis & delectationis minimè appetentem, & timere etiam iuſtam licentiam, & intentum eſſe in uitæ ratione ſimiliter in paruis & magnis. Aſſectatur autem temperantiam ordo, moderatio, pudor, reuerentia.

Continentiæ.

Continentiæ autem eſt, poſſe cohibere ratione cupiditatem, ferentem ad malas delectationes & uoluptates, & pati, & tolerare pro natura indigentiæ & ægritudinis.

Iuſtitiæ.

Iuſtitiæ autem eſt, diſtributiuũ eſſe eius quod eſt ſecũdum cuiuſq; dignitatem, & tueri patrias conſuetudines & inſtituta: & ſeruare ſcriptas leges, & ueridicũ eſſe in controuerſijs, & ſtare conuentionibus. Eſt autẽ prima iuſtitiarum, aduerſus Deos: proxima, in dæmonas: deinde, in patriam & parẽtes: deinde, erga defunctos. in quibus eſt pietas, uel pars iuſtitiæ, uel eius comes. Sectatur autem iuſtitiam & ſanctitas, & ueritas, & fides, & uitiorum odium.

Liberalitatis.

Liberalitatis autẽ eſt, erogare pecunias in laudabilia, & largitio ad honeſtos ſumptus facien-

A dos, & præſto eſſe ad auxilium in aduerſa fortuna, & non accipere unde non oportet. Eſt autem liberalis, & circa indumenta nitidus, & circa habitationem: eſt & inſtructor permagnarum rerum, & elegantium: & oblectationem habentiũ, nulla cõmodi ducta ratione: eſt & alter animalium, mirum quid aut ſuaue habentium. Comitatur autem liberalitatem morũ facilitas, & comitas, & humanitas: & eſſe miſericordem, & erga amicos beneuolum, & hoſpitalem, & honeſti ſtudioſum.

Magnanimitatis.

Magnanimitatis autem eſt, pulchrè ferre & felicitatem & infelicitatem, & honorem, & ignominiã, & non admirari neq; delicias, neq; clientelas, neq; poteſtates, neq; uictorias gymnicas: habere autem quandã animi altitudinem & magnitudinem. Eſt autem magnanimus, neq; uitã magnifaciens, neq; uitæ amans: ſimplex portò moribus, & generoſus, iniuria potens laceſſiri, & non uindex. Sequitur autem magnanimitatẽ ſimplicitas & ueritas.

Imprudentiæ.

Imprudentiæ autem eſt, iudicare peruerſe de rebus, deliberare perperam, uti nequire præſentibus bonis, in falſam adduci opinionem, de ijs quæ ad uitam ſunt bona & honeſta. Sectatur autem imprudentiam inſcitia, incontinentia, ruſticitas, obliuio.

Iracundiæ.

Iracundiæ autem ſunt ſpecies tres, excandeſcentia, ſæuitia & uecordia. Eſt autem iracundi,
B non poſſe ferre fœdas contemptiones, neq; imminutiones: eſſe autem plagoſum, & uindictæ cupidum, & de facili ad irã facto uerboúe quouis moueri. Aſſectatur autem iracundiam moroſitas, & inconſtantia, & ſordida illiberalitas, & de paruis angi, & ab ijſdem derepentè affici, & per breue tempus.

Ignauiæ.

Ignauiæ autem eſt, quouis metu facilè percelli, & mortis maximè, & noxarum corporis: & arbitrari præſtabilius eſſe quomodocunq; ſeruari, quàm pulchrè mortem obire. Comitatur autẽ ignauiã mollities, effœminatio, torpor, uitæ ſtudium. Subeſt etiam quædam timiditas, & contentionis detrectatio.

Intemperantiæ.

Intemperantię autem eſt, ſequi delectationes uoluptatum noxiarum & turpium, & arbitrari maximè felices eos eſſe, qui in huiuſmodi uoluptatibus uerſantur: & facetum eſſe, & dicacem, & urbanũ, & uerſutum, tam in uerbis quàm rebus. Sectatur autem intemperantiã ordinis perturbatio, imprudentia, confuſio, incuria, negligentia, diſſolutio.

Incontinentiæ.

Incontinentiæ aũt eſt, prohibẽte ratione, delectationes uoluptatũ ſectari, & ducere pręſtabilius eſſe, nõ frui ipſis, frui aũt nihilominus: & opinari quidẽ oportere facere, & pulchra & conferentia, abhorrere tamen ab ipſis propter uoluptates. Eſt autem comes incontinentiæ mollities,

ties,& pœnitentia, & plura eiuſmodi, quæ intẽ- A perantiam comitantur.

Iniuſtitiæ.

Iniuſtitiæ autem ſunt ſpecies tres, impietas, auaritia, immanior improbitas. Impietas quidẽ eſt aduerſus Deos, & dæmones, & circa defunctos, & circa parentes, & circa patriam. Auaritia autem circa commercia, præter dignitatem eligens præcipuum. Immanior autem improbitas eſt, per quã uoluptates ſibi comparant, ludibrio alios habentes: unde Euenes de ea dicit, Quæ lucrum captans, nil tamẽ ipſa nocet. Eſt autem iniuſtitiæ, patriã uiolare & inſtituta & iura, nec parẽre legibus, nec magiſtratibus, mentiri, peierare, tranſgredi conuentiones, & fidem fallere. Comitẽ autẽ iniuſtitiæ ſe addit calumnia, iactantia, humanitatis aſsimulatio, malignitas, calliditas.

Auaritiæ.

Auaritiæ autem ſpecies ſunt tres: turpis quæſtus, tenacitas, illiberalitas. Turpis quæſtus quidem, per quem diteſcere quærunt undecunq;, & lucrum quàm pudorem pluris faciunt: Tenacitas autem, per quam ſumptui parcunt, & impenſæ in re honeſta. Illiberalitas autem eſt, per quã expendunt quidem, minutatim autem malè, & plus iacturæ facientes, nullo ſcilicet habito temporis delectu. Eſt autem auaritiæ, plurimi facere pecunias, nec id probrũ putare quod quæſtuoſum ſit. Vita mercenaria, & ſeruilis, & ſordida, à munificentia & liberalitate aliena. Conſequuntur autem illiberalitatem, ſordes, ægrimonia, puſillanimitas, humilitas, immodeſtia, ignobilitas, hominum odium.

Paruitatis animi.

Animi autem paruitatis eſt, neq; honorẽ, neq; ignominiam, neq; felicitatẽ, neq; infortunia poſſe ferre, ſed honoratum quidem tumeſcere, & leui ſucceſſu proſpero sublatum efferri & ſubſultare, ignominiam autem ne minimam quidem ferre poſſe. Aberratio porrò eſt, infortunium non dijudicare magnum: cõqueri uerò de omnibus, & ægro animo ferre. præterea autẽ talis eſt puſillanimus, ut omnes neglectus, contumelias uocet & ignominias, etiam per imprudẽtiam, uel obliuionem admiſſos. Comitantur autẽ puſillanimitatem ſordes, querimonia, diffidentia, humilitas.

In uniuerſum autem uirtutis quidem eſt, facere ſtudioſum & probum affectũ in animo, quietis & conſtitutis motibus utẽtem, omnibus ex partibus conſonantem: quapropter uidetur inſtituti atq; rationis boni animi eſſe honeſtus affectus. Eſt porrò uirtutis, & beneficijs dignos afficere, & diligere bonos: & neq; ad ſumẽdas pœnas, neq; ad uindictã, ardenti eſſe animo, ſed clementi, placido, & miſericordi. Aſſecla eſt autem uirtutis, benignitas, æquitas, animi candor, ſpes bona, & quæ eiuſdem ſunt generis: ueluti familiarium ſtudioſum & amicorum eſſe, ſociabilem, hoſpitalem, humanum, elegantẽ ſe exhibere, quæ utique omnia laudabilium ſunt: uitij autem, contraria.

DE VIRTVTIBVS FINIS.

TOMI SECVNDI OPERVM ARISTOTELIS, FINIS.

A. PANDIMIGLIO
RESTAURO - CODICI
PERGAMENE - STAMPE